Universidad de Deusto
Biblioteca

DVRAND
Rationale Divinorum Officiorum

1592

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

RATIONAL DIVINORVM OFFICIORVM.

A R. GVLIELMO DVRANDO *Mimatensi Episcopo, I. V. D. clarissimo concinnatum: atque nunc recens vtilissimis Adnotationibus illustratum.*

Adiectum fuit præterea aliud Diuinorum Officiorum Rationale, ab Ioanne Belecho Theologo Parisiensi, ab hinc ferè quadringentis annis conscriptum, ac nunc demùm in lucem editum.

Cum duplici, vno prioris, altero posterioris Rationalis Indice locupletissimo.

LVGDVNI,
SVMPTIBVS IOANNIS BAPTISTÆ BVYSSON.
M. D. XCII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

BIBLIOPOLA REI

sacræ studioso, S.

NOndum tibi hãc postremam, castigatissimamque Rationalis diuinorum officiorum editionem absolueramus, Lector candide, quum aliud Sacrosancti officij Rationale non minùs doctè quàm compendiosè ab Ioanne Beletho Theologo Parisiensi olim magno totius Ecclesiæ consensu conscriptum, in manus nostras incidit. Ne itaque tibi hac in re deessemus, maximè quum è re tua id fore nobis compertum esset, illud typis mandandum, huicque Operi connectendum, magno tuo commodo curauimus. Quare fruêre hoc nostro labore: quem quum æqui bonique te consulere mihi perspectum fuerit, magno cum fœnore mihi satisfactum putabo. Vale, vj. Idus Ianuar.

* * *

NICO

NICOLAVS DOARD CAMPANVS, DOCTRINA ET MORIBVS CLARISSIMO

viro, D. Nicolao Doard, fratri lectissimo, Marciliacensis Ecclesiæ apud Sequanos Præfecto vigilantissimo, S.

* * *

NÆ summus ille Orator, summus Senator, summus denique Imperator M. Cato, scitè ac grauiter adseuerabat non minus negotij, quàm otij rationem reddendam, lectissime frater, ratus magnus ille vir, omneis cogitationes, commentationésque animi, omnes conatus & labores mortalium, nusquàm aliò esse referendos, quàm ad communem omnium vtilitatem, atque posteritatis ornamentum. Lepidum certè, & dignum homine Stoico responsum: cuius fides ac industria & domi & foris, in Senatu, in acie, in toga, in vniuerso denique orbe terrarum, priuatim ac publicè explorata probataque fuit. Cum enim natura ipsa canem ad venatum, equum ad cursum, auem ad volatum instituerit, hominem autem ipsum, tanquam diuinum animal in lucem ediderit, ad laborem, gloriam, & imperium compositum, ingenui ac liberaliter instituti est animi, in omnibus vitæ partibus munus idipsum tueri, & colere, quod incumbit: dissoluti autem, peruersi & immanis contraria rapere, voluptates sectari, & hanc naturæ dignitatem

gere. In quos, veluti inutiles, inanes, & Procos
es, rectè conuenit illud Horatianum: Nos numc-
mus, nati consumere fruges. quod multò ante elegan-
expresserat Homer. Ετώσιον ἄχθος ἀρούρης. Quam quidem
ego ignauiæ & socordiæ fœdissimã notam à me longissimè
arcendam semper existimaui, cùm ipsa naturæ lege prædi-
tus, tum Catonis nostri exemplo, atque Alexandri Magni
Apophthegmate institutus. Interrogatus enim ille, quid es-
set in rerum natura præclarissimum & maximè regium, re-
spondit: Τὸ μὲν πονεῖν, βασίλικον τὸ δὲ τρυφᾶν, ἀνδρικὸν ἐστιν. Et
enim, vt est celebre apud Græcos prouerbium, Θεοὶ τ' ἀγα-
θὰ πῶς πόνοις πολῶνται. Itaque, lectissime frater, cùm post
sex plus minus, annos, funesta temporum iniuria, Campa-
nia bello flagrante, è medio studiorum meorum cursu re-
uocatus, Lugdunum diuertissem, penè hospes, mearum
partium esse putaui, de ingenij mei cultu vehemẽtius labo-
rare, ne eius acies torpore & situ obducta, langueret vel
extingueretur. Ad quod meum institutum non tam quæsi-
ta, quàm nata visa est mihi occasio in typographica militia:
cuius saxum grauissimum voluere (vt Sisyphus ille apud In-
feros) & laboris est multi, & diligentiæ industriæque non
vulgaris. Quod quidem munus cùm post tot annos sedulò
pro ingenij mei facultate obiissem, iudicaui non alienum
esse à mea in te obseruantia, vt aliquid stylo, licet rudi &
inelegãti, exigerem, quod tibi fore gratissimum meri-
tóque deuouendum videretur: cum vt me ab illa grauissi-
ma insciriæ vel ignauiæ iniuria vindicarem: tum verò, vt
immortalem tuæ virtutis, & multorum atque adeò summo-
rum in te tuorum officiorum memoriam posteritati relin-
querem. Cùm itaque inter hæc quotidiana mentis curricu-
la, ἰλιὰς Scriptorum in omni disciplinarum genere sese of-
ferret, eccè incidit in manus Gulielmi Durandi, hominis
sanè laudatissimi vtriusque iuris doctoris & Professoris
τὸ πρόχειρον, seu (vt ille appellat) Rationale Diuinorum
Officiorum. In quo quidem nihil ἐκ παρέργου τῆς γνώμης
positum

positum esse diuina propè diuini authoris lectio, piis le-
ctoribus iisdémque Christianis omnibus satis ostendit.
Itaque idipsum Opus castigandum & expoliendum eò lu-
bentiùs susscepi, quòd te iam à puero primarum artium facul-
tate, scientia & eloquentia præditum, multísque dicatum iam
impensiùs sacrarum Literarum lectioni incumbentem, eá-
que studia & diurna & nocturna versantem manu viderem.
Sícque mihi consentaneum est, vt scriptoris pia & Christia-
na admodum lectio, suo lectori ex omni parte responderet,
vel omninò quadraret. Quod autem Gulielmum Durandum
attinet, principio quàm argutè, quàm eleganter & expeditè
totam Iuris ciuilis molem in vnum corpus collegerit, collec-
tam in speculo expressa facie, & (quod aiunt) ad viuum ef-
finxerit, neutiquam eis est obscurum, qui in publicis forensi-
búsque iudiciis quotidiè versantur. A cuius facultatis studio
ille paulùm feriatus mutata fortuna, ad alteram longè cele-
berrimam ac piisimam iuris partem, quæ Θεολογία dicitur,
animum conuertit. Quam ita accuratè & perspicuè tractauit,
vt ad eam, quam attigit rei diuinæ ἰδέαν, nihil possit à quo-
quam iure desiderari, vel certè debeat. Nos verò tanti Au-
thoris nomine, simúlque rei dignitate adducti, diligenti & fi-
deli opera præstitimus: primùm vt loci communes, seu re-
rum insignium capita suo ordine progrederentur. Proximè
vt dictio Græca, quæ multos suprà annos corrupta & negle-
cta iacuerat, inscitia aut certè negligentia hoc recognitionis
munus factitantium, iam tandem aliquando suæ pristinæ se-
di & integritati redderetur. Præterea, ne quid ad integram
tanti operis laudem deesset, capita quæque summariis argu-
mentis illustrauimus: quorum Index cùm fidelis tum copio-
sus est præfixus. Locos insuper vel subobscuros vel ancipites
adnotationibus aperuimus, ad Authoris mentem & oratio-
nem, quàm fieri potuit, propiisimè accedentes. Neque enim
hic Atticos sales, aut fluentes numeros expectabis: sed pla-
nam, simplicem, & penè legibus artis soluram orationem. Ita
enim vel illa tempora erant dura, vel idipsum ferebat Theo-

logicæ facultatis ratio, propriam & singularem sibi (vt quæque artes) dicendi methodum sortita. Cæterùm in eo castigando, ornando, & ditando ita sumus versati, vt nouum potius, quàm interpolatum opus videatur. Reliquum est, lectissime frater, te & æquum Lectorem rogatos velle, vt hosce nostros conatus, liberales illos quidem & alacreis, in lucem editos, cum in communem omnium studiosorum gratiam, tum in testimonium meæ erga te obseruantiæ & amicitiæ & æquis animis excipiatis, maiora in posterum diis iuuantibus, accepturi.

Bene vale. Lugduni è Typographia, Idibus Feb.

M. D. LXV.

***

IOAN

IOANNES ALOISIVS TVSCANVS AVDITOR CAMERÆ APOSTOLICÆ, Reuerendissimo D. Domino Petro Cardinali Tirasonensi, Salutem.

INter omnes libros, quos hominem qui sacris initiatus sit, habere oportet, hic mihi, Renerendissime Pater videtur esse præcipuus, imò cæteri vtiles, iste necessarius. Quippè ex aliis quid agere debeamus, edocemur. Ex hoc verò, & quid illud sit, & qua ratione agere debeamus. Cùm ergo fundamentum sacri cultus, sit mens & intentio nostra, profectò qui ignorat, quid agat, frustrà cultui sacro se ingerit: caret enim fundamento, scilicet mente & intentione, quarum partes nequaquàm versantur circa illa, quæ nescias. Quot hominum singulis diebus dominicam illam electam orationem, Pater noster, &c. ore annuntiant, qui non animaduertunt, quia propè & suæ vocis iudicio se condemnant? Quot hominum vestes & indumenta sacerdotum induunt, qui cur ea tam multiplicia, tam varia inuenta sunt penitùs ignorant? Quot sacerdotum annis innumeris Missam celebrauêre? Quot Episcoporum annis innumeris consecrauêre? Quot Archiepiscoporum ætate diuturna pallio vsi fuêre? Quot denique antistitum omnia, quæ pastoralis officij sunt, per longissima tempora ministrauêre: à quibus si roges qua ratione id fecerint, illicò mussabunt, nec habebunt quid respondeant? Verumenimuerò, vt iurisconsultus ille dicere solebat: Turpe est viro id in quo quotidiè versatur, ignorare. Quare multum & multum in cæteris, tum in hoc vno maximè Guilelmus Durandi publicæ saluti & communi vtilitati prospexit, & consuluit, qui vniuersi sacri saluti & communi vtilitati prospexit, & consuluit: qui vniuersi sacri mysterij figuras, typos, & rationes accuratissimè in hunc librum congessit: ex quo nisi pigeat laborum facilè dicere possumus, quid & qua ratione operemur. Adde iucunditatem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

di in omnibus incognitis, tum in his maximè, quæ in dies præ manibus sunt: dum ad eorum cogitationem vel studio vel casu peruenisse concipimus, tunc enim rem ipsam in digitis tenere arbitramur, & quod aliâs difficilè, vt in memoria teneretur, iudicaueramus, nunc facillimum reputamus, & ad meliora ac maiora, sublata difficultatis formidine allicimur, & inuitamur. Quid, quòd nunc tantummodò & non priùs, quod legimus, quod gerimus. quod operamur amamus? Quomodò enim fieri potest, vt amemus, quod nescimus, non intelligimus, non cognoscimus? quod non oculo vel visu vel intellectu intuemur? Magnas ergo gratias Gulielmo debemus, quod in hoc Opere conscribendo, ipse quæ priùs vel sparsa vel abdita erant reposuerit, & patefecerit: vt nos onere leuaret, ipse sudarit, vt nobis curam & laborem præriperet, ipse vigilauerit, vt nos quiesceremus. Ego quantùm ad me attinet, dudum antè, quàm militiæ clericali me addixissem, dum in aduocationis seu postulationis officio me exercerem, conabor vt omnes scirent quantum Gulielmo ob Speculum iuris elucubratum teneremur. Nunc quando aliud studium me vocauit, & perspicio quæ sunt in hac malitia futuræ partes meæ, & quid sit officij & muneris mei, fateor me nisi hic liber foret, dubitaturũ ne omnino indocilis, insçius & cæcus euaderem. Gallicanum fuit. Gulielmi ingenium, sed in Italia tamen enutritum: qui non idcircò minus gratiæ apud nos, quòd extra Italiam natus fuerit: sed plus, quòd conscię ætatis factus, in Italia viuere, oppidum sui nominis in Italia relinquere, & in Italia mori, ac mortuus in loco Italiæ florentissimo, vrbe Roma iacere elegit, & voluit, debet esse consecutus. Operæpretium est, vt quod vnum defunctis exhibere potest, in manus plurium transeant, monumentæ ingenij sui laudentur, legantur & amentur.

OPE

OPERIS TOTIVS SECTIO.

Accesserunt huic Libri partiales Octo: quorum Primus, Ecclesiam eiúsque Loca, ac sacramenta, ornamentáque:

Secundus, Eiusdem Ecclesiæ Ministros, Officiáque diuina:

Tertius, Põtificũ, cæterorúmque Ecclesiæ Ministrorum Sacrificiorúmque ornamenta condecentia:

Quartus, Missam eiúsque sacra mysteria:

Quintus, Diuina cùm nocturna, tùm diurna Officia:

Sextus, Dominicas, earúmque Officia, & Quatuor Temporum Ieiunia, cæteráque festiuitates:

Septimus, Sanctorum dies festos, solemnésque:

Octauus, Computum seu Calendarium, eiúsque Appendices suis quique locis atque Capitulis luculentissimè complectuntur.

ELENCHVS LIBRORVM ET CAPITVM.

Capita Libri primi.

De Ecclesia & eius partibus.p.j.p 7.
De altari.cap.ij. 18
De picturis,& cortinis , & ornamentis Ecclesię. cap.iij. 23
De campanis.c.iiij. 36
De cœmeteriis : & aliis locis sacris,& religiosis.c.v. 40
De Ecclesiæ dedicatione.c.vj. 45
De altaris consecratione.c.vij.60
De consecrationibus & vnctionibus.cap.viij. 69
De Ecclesiasticis sacramentis. capitulo ix. 78

Secunda Libri capita.

De ministris, & Ordinibus Ecclesiasticis:& de eorũ officiis.c j.83
De Cantore.c.ij. 98
De Psalmista.c.iij. 100
De Ostiario.c.iiij. ibid.
De Lectore.c.v. 101
De Exorcista.c.vj. 102
De Acolytho.c.vij. 103
De Subdiacono.c.viij. 104
De Diacono.c.ix. 106
De Sacerdote.c.x. 111
De Episcopo.c.xj. 114

Tertij Libri capita.

De indumentis , seu ornamentis Ecclesiæ,Sacerdotũ atque Pontificum , & aliorum Ministrorum.capit.j. 118
De amictu.c.ij. 124
De Alba.c.iij. 125
De zona seu cingulo.c.iiij. 126
De Stola.c.v. 128
De Manipulo.c.vj. 130
De Casula seu Planeta.c.vij. 131
De Caligis,& Sandaliis.c. viij.133
De Succinctorio & Orali.c.ix. 136
De Tunica.c.x. ibid.
De Dalmatica.c.xj. 138
De Chiroteca.c.xij. 140
De Mitra.c.xiij. 141
De Annulo.c.xiiij. 144
De Baculo pastorali.c.xv. 145
De Sudario.c.xvj. 147
De Pallio.c.xvij. 148
De quatuor coloribus,quibus Ecclesia in ecclesiasticis vtitur indumentis.cap.xviij. 153
De indumentis legalibus,seu veteris testamenti.c.xix. 157

Quarti Libri capita.

De Missa, & singulis,quæ in Missa aguntur.c.j. 165
De quinque Psalmis, quos Pontifex celebraturus dicit.c.ij. 177
De capitis compositione , & manuum lotione.c.iij. 178
De aquæ benedictæ consecratione & aspersione.c.iiij. 179
De officio seu introitu Missæ. capitulo v. 182

De accessu sacerdotis ac Pontificis ad altare, & de processione. capitulo vj. 185
De confessione facienda in Missa.cap.vij. 194
De incenso benedicendo , & in thuribulum mittẽdo.c.viij.196
De osculo altaris,& libri.capitulo ix. 197
De Thurificatione.c.x. 200
Qualiter Episcopus vel sacerdos, & ministri ad altare stare debent.capitulo xj. 201
De,Κύριε ἐλέησον.c.xij. 204
De,Gloria in excelsis.c.xiij. 205
De salutatione ad populum. capitulo xiiij. 207
De oratione seu collecta.c.xv.213
De Epistola.c.xvj. 220
De reuerentia post lectam Epistolam facienda.c xvij. 223
De cõfessione sacerdotis, vel episcopi & ministrorum. cap.xvij. 224
De gradnali.c xix. 226
De Allelu-ia.c.xx. 228
De tractu.c.xxj. 231
De prosa seu sequentia.c.xxij. 233
De mutatione sacerdotis capitulo xxiij. 234
De Euangelio.c.xxiiij. 236
De Symbolo.c xxv. 249
De prædicatione.c.xxvj. 258
Secunda pars Missę in offertorio. cap.xxvij. 259
De manuum ablutione. capitulo xxviij. 261
De pallis,& corporalibus. capitulo xxix. 261
De oblatione Sacerdotis,& de officio ministrorum circa illam & de patena , & de Oblationibus populi , & Clericorum. capitulo xxx. 265
De secunda Thurificatione, capitulo xxxj. 274
De inclinatione sacerdotis,&osculatione,ac oratione.c.xxxij.276
De præfatione.c.xxxiij. 278
De Sanctus.c.xxxiiij. 285
De secreta vel canone missę capitulo xxxv. 288
De expositione Canonis, qui incipit.Te igitur.c.xxxvj. 291
De secũda parte Canonis,scilicet, Memẽto Domine.c.xxxvij.296
De tertia parte Canonis.capitulo xxxviij. 299
De quarta parte Canonis capitulo xxxix. 301
De quinta Canonis parte. capitulo xl. 305
De sexta parte Canonis. capitulo xlj. 309
De septima parte Canonis. capitulo xlij. 326
De octaua parte Canonis.capitulo xliij. 338
De nona parte Canonis. capitulo xliiij. 342
De decima parte Canonis. capitulo xlv. 345
De vndecima parte Canonis. capitulo xlvj. 347
De oratione Dominica,Pater noster &c cap xlvij. 355
De expositione dominicæ orationis.cap.xlviij. 359
Tertia pars missæ de silentio,post dominicã orationẽ.c.xlix. 367
De resumptione patenæ.c.l. 368
De fractione hostiæ.c.lj. 371
De Agnus Dei.c.lij. 378
De pacis osculo cap.liij. 381
Quarta pars missæ & primò , de communione sacerdotis. capitulo liiij. 384
De perfectione.ca.lv. 388

De post

Universidad de Deusto
Biblioteca

De postcommunione.cap.lvj. 389
De oratione nouissima.& de,Ite, missa est.cap.lvij. 390
Quare sacerdos humerum pontificis osculatur.ca.lviij. 393
De benedictione nouissima.c.lix. 394

Quinti Libri capita.

De diuinis officiis,tam nocturnis, quàm diurnis in genere.c.j.397
Quid sit officium,& de eius institutione & partibus.ca.ij. 402
De nocturnis.ca.iij. 426
De matutinis laudibus.ca.iiij. 439
De Prima.ca.v. 452
De Tertia.cap.vj. 460
De Sexta.cap.vij. 461
De Nona cap.viij. 463
De Vesperis.cap.ix. 465
De Completorio.ca.x. 469

Sexti Libri capita.

De officiis dominicarum, specialiter, & quarundam feriarum, & festiuitatū Domini: & ieiuniorū quatuor tēporum.c.j.475
De tempore Aduentus.ca.ij. 484
De prima dominica Aduētus Domini.ca.iij. 490
De secunda dominica Aduentus domini.cap.iiij. 496
De tertia dominica Aduentus domini.cap.v. 498
De quarta feria, & ieiuniis quatuor temporum.cap.vj. 499
De aliis ieiuniis.cap.vij. 502
De officio quartæ feriæ.c.viij.509
De sexta feria.c.ix. 510
De sabbato.c.x. 511
De dominica quarta Aduentus Domini.c.xj. 513
De vigilia natiuitatis Domini. capitulo xij. 516
De officio natiuitatis Domini.capitulo xiij. 518
De dominica infrà octauam natalis Domini.c.xiiij. 526
De festo Circuncisionis. capit xv. 265
De festo Epiphaniæ.c.xvj. 532
De octaua Epiphaniæ.c.xvij. 538
De prima dominica post Epiphaniam.cap.xviij. 538
De dominica secunda post Epiphaniam.c.xix. 540
De Dominica tertia post Epiphaniam.cap.xx. 543
De dominica quarta,post Epiphaniam.c.xxj. 546
De Dominica quinta post Epiphaniam.cap.xxij. 547
De Dominica sexta post Epiphaniam.cap.xxiij. ibid.
De dominica Septuagesimæ. capitulo xxiiij. 548
De officio Septuagesimæ. capitulo xxv. 556
De sexagesima.c.xxvj. 559
De quinquagesima.c.xxvij. 561
De feria quarta in capite ieiuniorum.cap xxviij. 565
De quinta feria.c.xxix. 571
De sexta feria.c.xxx. 572
De sabbato.c.xxxj. ibid.
De prima dominica quadragesimæ.cap.xxxij. 575
De secunda feria.c.xxxiij. 576
De tertia feria.c.xxxiiij. 577
De quarta feria.c.xxxv. 578
De quinta feria.c.xxxvj. 579
De sexta feria.c.xxxvij. 580
De sabbato.c.xxxviij. ibid.
De secunda dominica quadragesimæ.c.xxxix. 581
De secunda feria.c.xl. 584
De tertia feria.c.xlj. ibid.
De quarta feria.c.xlij. 585

De

De quinta feria.c.xliij. ibid.
De sexta feria.c.xliiij. 586
De sabbato.c.xlv. 387
De dominica tertia quadragesimæ.cap.xlvj. 588
De secunda feria.c.xlvij. 590
De tertia feria.c.xlviij. ibid.
De quarta feria.c.xlix. 591
De quinta feria.c.l. ibid.
De sexta feria.c.lj. 592
De sabbato.c.lij. 593
De dominica quarta quadragesimæ.cap.liij. 595
De secunda feria.c.liiij. 600
De tertia feria.c.lv. ibid.
De quarta feria.c.lvj. 601
De quinta feria.c.lvij. 607
De sexta feria.c.lviij. 608
De sabbato.c.lix. ibid.
De dominica quinta in passione Domini.c.lx. 609
De secunda feria.c.lxj. 613
De tertia feria.c.lxij. ibid.
De quarta feria.c.lxiij. 614
De quinta feria.c.lxiiij. 615
De sexta feria.c.lxv. 616
De sabbato.c.lxvj. ibid.
De Dominica sexta in ramis palmarum.c lxvij. 618
De secunda feria.c.lxviij. 622
De tertia feria.c.lxix. 624
De quarta feria.c.lxx. 625
De quinta feria.c.lxxj. 628
De eadem.v.feria.c.lxxij. ibid.
De diuino officio.c.lxxiij. 63
De eadem.v.feria.c.lxxiiij. 639
De officio missæ ipsius quintæ feriæ.cap.lxxv. 648
De denudatione altarium. capit. lxxvj. 652
De die parasceues.c.lxxvij. 654
De sabbato Paschæ.c.lxxviij. 666
Per quem, quomodo, & quare agni de cera fiant.c.lxxix. 668
De benedictione cerei.capit.lxxx. 669
De lectionibus & tractibus.capitu. lxxxj. 673
De benedictiõe baptismi seu fontium. Vbi etiam agitur de cæteris catechumenorum. capitu. lxxxij. 680
De baptismo, vbi etiam agitur de vestibus, quas neophyti quarto die deponunt: & de patrinis.capitulo lxxxiij. 687
De confirmatione.c.lxxxiiij. 695
De Missa.c.lxxxv. 699
De sancto die Paschę.c.lxxxvj.704
De die sancto Paschę.c.lxxxvij.711
De diurno officio Paschæ.capitulo lxxxviij. 714
De septem diebus post Pascha.cap. lxxxix. 718
De secunda feria post Pascha. capitulo xc. 731
De tertia feria post Pascha. capitulo xcj. 732
De quarta feria post Pascha. capitulo xcij. 733
De quinta feria post Pascha. capitulo.xciij. 734
De sexta feria post Pascha. capitulo xciiij. 735
De sabbato in albis.cap.xcv. 736
Alia expositio dictorum septem dierum.c.xcvj. 737
De prima dominica post Pascha. cap.xcvij. 739
De secunda dominica post Pascha. cap.xcviij. 741
De dominica tertia post Pascha. cap.xcix. 742
De dominica quarta post Pascha. capit.eod. 743
De dominica rogationũ.c.cj. ibid.
De rogationibus.c.cij. 744
De vigilia Ascensionis.c.ciij. 749

De festo

De festo Ascensionis domini. cap. ciiij. 751
De dominica post Ascensionem. cap.cv. 753
De vigilia Pentecostes.c.cvj. 755
De die sancto Pentecostes. capit. cvij. 758
De secunda feria.cap.cviij. 764
De tertia feria.cap.cix. ibid.
De quarta feria.c.cx. 765
De quinta feria.c.cxj. 767
De sexta feria.c.cxij. ibid.
De sabbato.cap.cxiij. 768
De die dominica sanctæ Trinitatis.cap.cxiiij. 770
De prima dominica post Pentecost.cap.cxv. 773
De secunda dominica post Pentecost.cap.cxvj. 775
De dominica tertia post Pentecoſt.cap.cxvij. 776
De dominica quarta post Pentecost.cap.cxviij. 777
De quinta dominica post Pentecost.cap.cxix. 778
De sexta dominica post Pentecost. cap.cxx. 779
De septima dominica post Pentecost.cap.xxj. 780
De octaua dominica post Pentecost.cap.cxxij. 781
De dominica nona post Pentecost. cap.cxxiij. 782
De decima dominica post Pentecost.c.xxiiij. 783
De vndecima dominica post Pentecost.cap.cxxv. 784
De xij. dominica post Pentecost. cap.cxxvj. 785
De xiij. dominica post Pentecost. cap.cxxvij. 786
De xiiij dominica post Pentecost. cap. cxxviij. 787
De xv. dominica post Pentecost. cap. cxxix. 788
De xvj. dominica post Pentecost. cap.cxxx. 789
De xvij. dominica post Pentecost. cap.cxxxj. 790
De quarta feria quatuor temporum Septembris.c.cxxxij. 791
De sexta feria quatuor temporum Septembris.c.cxxxiij. 792
De sabbato quatuor temporum Septembris.c.cxxxiiij. ibid.
De dominica.xviij.post Pentecost. cap.cxxxv. 794
De xix. dominica post Pentecost. cap.cxxxvj. 794
De dominicap.xx. post Pentecost. cap.cxxxviij. 795
De dominica. xxj. post Pentecost. cap.cxxxviij. 797
De dominica.xxij.post Pentecost. cap.cxxxix. 798
De xxiij.dominica post Pentecost. cap.cxl. 799
De xxiiij. dominica post Pentecost.cap.cxlj. 800
De xxv. dominica post Pentecost. cap.cxlij. 801
De xxvj.dominica post Pentecost. cap.cxliij. 802

Septimi libri capita.

De sanctorum festiuitatibus.capitulo j. 804
De sancto Fabiano & Sebastiano. cap.ij. 821
De sancta Agnete.c.iij. ibid.
De conuersione sancti Pauli capitulo iiij. ibid.
De sancto Iuliano.cap.v. 822
De beata Agatha.cap.vj. ibid.
De purificatione sanctæ Mariæ. cap.vij. 823
De cathedra sancti Petri. capitulo viij. 828
De Anunciatione virginis Mariæ. cap.ix. 830
De sanctis Apostolis, Philippo & Iacobo.cap.x. 831
De Inuentione sanctæ Crucis. capitulo xj. 833
De reuelatione sancti Michaëlis. cap.xij. 834
De sanctis,Geruasio & Prothasio, cap.xiij. 836
De sancto Ioanne Baptista. capitulo xiiij. ibid.
De sanctis Petro & Paulo. capitulo xv. 839
De septem fratribus.c.xvj. 841
De sancto Iacobo.c.xvij. ibid.
De septem dormientibus. capitulo xviij. ibid.
De festo sancti Petri ad vincula. cap.xix. 842
De Machabæis.cap.xx. 843
De inuentione sancti Stephani.capit.xxj. 844
De transfiguratione Domini. capitulo xxij. ibid.
De sancto Laurentio.ca.xxiij. 845
De Assumptione virginis gloriosę Mariæ.c.xxiiij. 847
De sancto Bartholomæo Apostolo.cap.xxv. 849
De decollatione sancti Ioannis Baptistæ.c.xxvj. ibid.
De sanctis Felice & Audacto. cap. xxvij. 851
De natiuitate beatæ Mariæ. capitulo xxviij. ibid.
De exultatione sanctæ Crucis.capit.xxix. 852
De festo sancti Matthæi Apostoli & Euangelistæ.c.xxx. 853
De sancto Mauricio & socis. cap. xxxj. 854
De festo sancti Lucæ Euangelistæ. cap.xxxij. ibid.
De festo Apostolorum Simonis & Iudæ.cap.xxxiij. 855
De festo omnium sanctorum. cap. xxxiiij. ibid.
De officio mortuorum.c.xxxv. 858
De quatuor Coronatis martyribus.cap.xxxvj. 868
De beato Martino episcopo & Confessore. xxxvij. 869
De beato Andræa Apostolo. capitulo xxxviij. 870
De beato Nicolao.c.xxxix. ibid.
De venerabili Beda presbytero. capitulo xl. 871
De sancto Thoma Apostolo.capitulo xlj. ibid.
De sanctis Stephano & Ioãne euãgelista,& Innocẽtio.c.xlij. 872
De Apostolis.cap.xliij. 876
De Euangelistis.cap.xliiij. 877
De Martyribus.cap.xlv. 881
De Confessoribus.cap.xlvj. 883
De Virginibus.cap.xlvij. 884
De festo & officio dedicationis Ecclesiæ.cap.xlviij. 885

Octaui libri Capita.

De Computo & Calendario : & pertinentibus ad illa.cap.j. 888
De anno solari.cap.ij. 889
Quid sit annus solaris.cap.iij. 890
De mense cap.iiij. 897
De septimana.cap.v. 901
De die.cap.vj. 906
De anno lunari. cap.vij. 907
De regularibus lunaribus. ca. viij. ibidem. 909
De epacta.cap.ix. 909
De emboliſmo.cap.x. 911
De aureo numer.cap.xj. 913
De termino Paschali.cap.xij. 915
De cyclo. cap.xiij. 919

FINIS INDICIS *Librorum & Capitum.*

INDEX

INDEX LOCVPLEX ET Fidelis rerum ac vocum maximè insignium in hocce Prochiron Diuinorum Officiorum.

De litera A.

ABba, & eius varia significatio, & vsus, patet in adnotatione in lib. iiij.num.2.c. xlviij.pag. 366

Abrahæ sacrificium,gratum Deo: Item Melchisedech.lib.iiij.cap. 43.num.12.& 13. 341

Acolythi, qui & vnde initium duxerint,lib.ij.cap.vij.num.1. 103

Acolythi imitãtur carminum scriptores, vel emunctores.lib.ij.c. vij.num.3. 104

Acolythi cum turibulo & incenso præcedunt diaconum dicturum Euangelium. Et quibus id de causis. libr. iiij. capit. xxiiij. num.13. 240

Acolythorum institutio lib. ij.ca. vij.num.4. 104

Acolythorum officium. lib.ij.cap. viij.num.2.& 5. 103.104

Adæ & Euæ nomen nascentes hodie exprimunt, quamuis fuerit mutatum.lib.v.c.ij.num.34.411

Ad fletum spiritualem duo prouocant.lib.vj.c.lxiiij.num.3. 615

Ad fontes fit processio septem diebus. lib.v.cap.lxxxix.nu.10.721

Adorandi quomodo sint pater,filius,& spiritus sanctus.lib.v.ca. ij.num 59. 422

Adoratio, soli Deo competit: non imaginibus. libr. iiij cap.xxxix. num.3. 302

Adorationis duæ species. lib.v.ca. ij.num.61. 425

Aduẽtus,est initium officij Ecclesiastici.lib.vj.cap.ij.num.1. 484

Aduentus primus Christi quid attulerit homini. quid secundus. quid tertius. quid quartus. libr. vj cap.ij.num.3. 485

Aduentus per quot septimanas celebretur ibid.num. 4

Aduentus quo tempore incipiat. Et quot diebus constet. libr. v. cap.ij.num.9.& 10. 488

Aduentus prima dominica vnde inchoetur.lib.vj.c.ij.nu.11. 488

Aduentus intitulatio cur duplex, & cur duplex inchoatio.Rationem vide,ibidem.numero 12.13. 14.& 15.pag. 489

Aduentus dominica quarta, & Missæ introitus. lib.vj.capit.xj. num.1.& 3.pag. 513.514

Aduentus ieiunium,est exultationis partim, partim & mœroris, lib.vj.cap.ij.num.6. 486

Aduentus dominica secunda. & quo officio constet. lib. vj. cap. iiij.num 1.2.& 3. 496.497

Aduentus dominica tertia & eius officium.lib.vj.cap.v.num.1.498

Aduen

Aduentu Christi liberatus est homo à septem morbis quos penè referunt septem antiphonæ,incipiens ab lib.vj.cap.xj.nu.5.514

per tres Aduentus hebdomadas, accipimus trium temporum partes li.vj.ca.ij.nu.5. 485

Aegyptiaci dies. lib. viij. cap.iiij. numero 20. 900

Aedificantibus spiritualem Ecclesiam pugnandum est aduersus hostes.et quibus armis. li.j. cap.j. 7

Aetates mundi.libro vj.c.liij.numero 5. 596

Aequinoctium quid.libro viij.ca. iij.nu.28. 895

Aera quid.libro viij.cap.iij.num. 28. ibid.

Aeras quid. & quomodo accipiatur.li.viij.c.iij.nu.33. 896

Agathæ festum: & officium.libr. viij.ca.vj.nu.j. 822

Agnetis festum, caret octauis institutionis. & eius diei officiũ. lib.vij.c.iij.nu.1. 821

Agnus Dei,cur dicatur.libr.iiij.c. lij.nu.1. 378

Agnus quid significet. Et quare ter dicatur.ibid.nu.2. 379

Agni cerei qui fiunt Romæ in parasceue paschatis,quid notent. Et eorum virtus.lib.vj. c.lxxix. nu.1.2.& 3. 668

Alba subsequitur amictũ.Et quid ea significet.lib.iij. ca.iij.num. 1.& 6. 125.126

Albæ compositio, & forma, cum in veteri, tum nouo testamento.li.iij.ca.iij.nu.3.& 4. 125

Alchuinus, Caroli præceptor.Ecclesiasticum officium ab Attilia Rege confossum restituit. libr. vj.ca.cxiiij.nu.6. 771

Alcuinus cõposuit sancti Stephani historiam libro vij. cap.xlij. nu.5. 873

Allegoria quid.li.1.in procœmio. num.10. 3

Allelu-Ia,quid significet,& vnde profecta vox.lib.iiij.ca.xx.nu. 1.& 2. 229

Allelu-Ia, cur iteretur sabbato ante septuagesimam.lib.vj.ca. xxiiij.nu.18. 554

Allelu-Ia quid differat à versu illo Laus tibi Domine.lib.vj.ca. xxiiij.nu.19. ibid.

Allelu-Ia verbum Hebraicum, & eius interpretatio variè.lib. iiij.cap.xx.nu.3.& 4. 229

Allelu-Ia, quod canteturin Ecclesia,vnde tractum.lib.iiij.ca. xx.num.5. 229

Allelu-Ia quando canteturquando vè intermittatur. libr.5.cap. iiij.num.5.& 6. 441

Allelu-Ia duplex cur in octaua Paschæ, & deinceps cantatur. li.vj.c.lxxxix.nu.21. 725

Allelu-Ia duplex in dominicis diebus post octauas Paschatis. lib.vj.ca.lxxxix.num.25. 726

Allelu-Ia cur omittitur inter consecrationem altaris,aut Ecclesiæ,consecratione verò facta, adhibetur.li.j.ca.vij.nu.6. 61

Alphabetũ baculo pastoralis scriptum in modum crucis,tria notat lib.j.ca.vj.num. 22.23.24.51

Altare quid.Et quid notet.lib.j.c. ij.nu.11.13.& 15. 20.21

Altaria quota feria denudentur. Et quid illa denudatio notet. li.vj.ca.lxxvj.nu. 1.2.3.& 4. 652

Altaria,cur lauẽtur vino & aqua. Et quid signẽt rami illi quibus fricantur.ibi.nu.5.& 6. 652.653

Altare qui primum extruxerint. Et vnde fluxerit hodiernus vsus.lib.j.ca.ij.num.1. 18
Altare, & ara quid differant.ibidem nu.2.
Altare multiplex,multiplicemefficit significationem lib.j. ca.ij. num.3.& 4. ibid.
Altare semel cõsecratum, an iterum sit consecrandum : & quo casu.li.j.c.vj.nu.32. & 34. 53
Altare quibus ornamentis tegatur Paschate.li.j.cap iij.n.41. 33
Altare quibus de causis cõsecretur.Et vnde duxerit ortum.li.j. cap.vij.nu.1.2.&3. 60
Altare debet esse lapideum.li.j.c. vij.num.28. 66
Altare cur incensetur.lib.iiij.cap. x.nu.5. 101
Altaris frons.quo pacto ornanda. Et quid idipsum notet.li.j.cap. iij.nu.31.pag. 30
Altaris consecratio, qua forma fiat.li.j.c.vij.nu. 45.21.29.& 35. pag. 60.61.64.66.67.68
Altaris ministri, quid significent. lib.iiij.c.vj nu 4. 186
Altaris vltima benedictio, quid significet.li.j.c.vij.nu.38. 68
Altari maiore consecrato, an alia inferiora censeantur consecrata.li.j.ca.vj.nu.33. 53
Altaria cur cooperiantur sabbato sancto.li.vj.c.lxxxv.nu.1. 699
Ambo, ambonis, quidque notet li.iiij.ca.xxiiij.nu.17. 241
Amen,omnes ferè orationes claudit.Et quid significet.Et qualiter accipiantur in oratione Dominica.& qualiter alibi. Et cur in eadem oratione proferatur à sacerdotemet cùm secus fiat aliàs.libr.iiij.ca.xlviij.num.20. & 21. 366
Amen, responsio, quid signet, & quomodo.accipiatur.li.iiij.ca. xiiij.nu.6. 209
Amen responsio quid signet. libr. iiij.ca.xv.nu.9. 215
Amicos diligere debemus,vt charitatis ordo seruetur.li.iiij.ca. xxxvij.nu.5. 297
Amictus vsus, & significatio.lib. iij.c.ij.num.1. 124
Amictus inuolutio circa collum, & pectus, quid significet ibi. num.2.
Amoris summa vis.libr.j.capi. ix. num.11. 80
Ampulla,quid & vnde dicatur. li. iiij.ca.xxxix.nu.24. 270
Anacletus Papa,Item,Lucius,statuerunt. ministros plures Episcopo celebranti.Et quibus causis ducti.lib.iiij.ca.xj.nu.8. 203
Analogium, quid: & vnde ductũ, lib.j.cap.j.nu.34. 14
Anagoge,quid.lib.j.in procemio. num.12. 4
Andreæ Apostoli statuta. Et vbi ille prædicauit li. vij.c.xxxviij. nu.1. 870
Angelus respondit beato Gregorio celebranti. Et cum spiritu tuo.li.vj.c.lxxxviij.n.1.pag.714
Angelis cur pennæ adimpingãtur. li.iiij.ca.xxxiij.nu.16. 282
Angelus adstat sacerdoti celebrãti.li.iiij.c.xliiij.nu.8. 344
Angelus variè effingitur, pro varia eis à Deo collata dignitate, & munere.li.1.c.iij.num.8. 25
Angeli, semper nobis adstant: & parati sunt orationes nostras sursum deferre.l.vij.c.xij.n.6.7.835
Angeli orantibus præsunt.li. iiij. c.j.nu.38. 173

Angeli quota feria creati.ibidem nume.29. 172
Angelorum festum agit ecclesia, duplici de causa.l.vj.c.xij. n.1.814
Angelorum omnium officia. lib. iiij.cap.xxxiij.nu.21.22.23.24. 25.26.27.& 28. 282.283
Angelorum sex tantum ordines cur in cõmuni adferantur præfatione,tribus silentio præteritis ibid.nu.30.& 32. 283.284
Angelorum nouem ordines. lib. iiij.c.xxxiiij.nu.15. 281
Anima,templum Dei.lib.j.ca. vj. num.7. 48
Anna,typum Ecclesiæ gerens, tacitè orauit.l.iiij.c.xxxv.n.4.289
Anniuersarium an celebrari debeat, aut possit die festiuo.lib. vij.c.xxxv.num.17. 860
Annulus est fidei sacramentum. Et eius vsus vnde aduectus.lib. iij. c.xiiij.
Annulus aureus,& rotũdus,quid significet.ibid.nu.4. 145
Annulo literæ antiquitus sigillabantur. Et qua significatione. ibid.nu. 5
Annuntiatio Mariæ, & eius diei officium lib.vij.ca.ix.nu.1. 830
Annuntiatio Mariæ, iure accidit tempore Veris.ibid.nu.2.
Annus,est triplex.lib. viij.capit.j. num.5. 889
Annus communis.lib.viij. cap. x. numero 3. 911
Annus magnus, Item mundanus. li.viij.ca.3.num.26. 895
Annus lunaris,quid.l.viij. ca.vij. nu.1. 907
Annus solaris, quatuor temporibus distinguitur.li.vj nu 1. 475
Annus indictionalis,Romanis:Iubileus,Hebræis:Christianis benignitatis & gratiæ est.ibid. li. viij.cap.iij.30.31.& 32. 896
Annus magnus huius mũdi,quatuor temporum varietate mensuratur.lib.vj.cap.j.num. 2.3.4. & 5. 476
Annus solaris,quid.Et num. 4.Et vnde dicatur.libr.viij.capit.iij. num.1. 890
Anni initium, à variis variè cœptum.ibid.nu.2.
Anni quatuor tempora. Et eorum explicatio.lib.viij.cap.3.21. 894
Anni quatuor temporum qualitas.lib.vj c.vj.nu.3. 500
Annorum varia nomina.libr.viij. ca.iij.nu.1. 890
Annorum cõputatio à principio mundi.li.vj.c.xxiij.nu.3. 548
de Anno, vnde dicatur de eius obseruatione & ratione, variè vide in adnotatione.in librum viij.ca iij in fine. 895.896
Antiphonam sequuntur psalmi, in Prima.lib.v.cap.v.num. 453
Antiphonæ vnde ortũ habuerint. Et vnde dicantur,& cantentur. lib.v.cap.2.nu.26.27.28.29.30. & 31. 409.410
Antiphonæ septem, incipientes ab ò cur cantentur ante Domini natiuitatem.l.vj.c.xj.n.4.514
Antiphonæ media vita expositio li.vj.ca.lij.nu.5. 594
Antiphonæ octauæ Epiphaniæ, cur sint de septimo tono. li. vj. c.xvij.num.2.
Antiphonæ laudũ dominicarum Aduentus, quare terminentur. per Allelu-Ia li.vj.c.ij.n.8.487
Antiphonis cur addantur versus quarundam festiuitatum.li. vj. c.cxiij.nu.2. 771
Antiquorum institutа,& sanctiones sunt

nes sunt tutissimi vitæ duces. lib.j.c.iij.num.18. 27
Apocalypsis & Epistolæ canonicę, leguntur à resurrectione: idque iure.li.vj.c.xvij.nu.3. 739
Apostolus quis dicatur. Et qualiter officium Apostolorum exequatur Ecclesia, lib.vij.ca.xliij. nu.1. 876
Apostoli, variè pro suo cuiusque munere, pinguntur.lib.j. ca. iij. num.10.& 16. 26.27
Apostoli tres tantum Romæ; & tres Euangelistæ.li.vij.ca.xliij. nu.6. 877
Apostoli & Pontifices missam à Deo primum institutam, ampliarunt.li.iiij.c.j.nu.4. 165
Apostoli symbolum ediderunt. li. iiij.c.xxv.nu.7. 251
Apostolorum officium.lib.vij. ca. xliij.nu.1.3.4.& 5. 876.877
Aqua benedicenda, cur sale condiatur: & forma benedictionis. li.iiij.ca. iiij. num.8. 181
Aqua posita cum vino in calice, an conuertatur in sanguinem.lib. iiij.c.xlij.nu.6. 328.
Aqua prætermissa, an quod gestũ est in calice, sit irritum.ibidem num.9. 329
Aqua cur benedicatur qualibet die dominica.libr.iiij.capi. iiij. numero 4. 180
Aqua benedicitur, vinum minus. Et quid ita.lib.iiij.ca.xxx.num. 21. 269
Aquæ benedictio, quot requirat. Et quid notet.li.j.cap.vij.num. 7.9.10.& 11. 61
Aquæ lustralis, qua Ecclesia consecratur, quæ & quanta sit vis. Et quæ eius significatio.lib.j.c. iiij.num.9. 48
Aquę mutatio in vinum, quid notet mysticè.lib.vj.cap. xix. numero.7. 542
Aquæ asperso, variè fit.lib. iiij.ca. iiij.num.5. 181
Aquæ benedictę genera quatuor, lib.iiij.c.iiij.nu.10. 182
in Aquam baptismi quare sacerdos insufflet, & quoties id facit.lib.vj.ca.lxxxij.num.7. 687
Aquam cum vino miscere in calice, inferiori Episcopo nõ licet. Et quid commistio designet. Et id ex cuius institutione & quor sum.li.iiij.c. xxx.num.18.& 19. 268.269
Aquilæ super imponitur liber euangeliorum? Et qua significatione.l.iiij.ca.xxiij.nu.20. 242
Ara, quid.li.viij.c.iij.nu. 27. 895
Arca, vnde dicatur. Et quid notet. Et quibus constet.li.j.ca. ij.nu. 10.pag. 20
Arca fœderis.libro.j.cap. vij. nũ. 24. 64
Arca testamenti, quibus sit ornata.libr.j. cap. ij. numero 5. & 6. pag. 19.21
Archiepiscopus, quis & vnde dictus lib.ii.c.j.num.19. 87
Arnaldistæ sunt in ea hæresi vt putent malos ministros nõ posse ministrare sacramenta. Falso id quidem & temere.lib.iiij. cap.j.nume.19. 169
Alnadistarum falsa opinio de baptismo.lib.j.ca.viii.nu.12. 72
Arundinetum, quid.lib.vii.c. xlv. num.7. 882
Artem suam quisque diligenter curat & colit.li.i.in procemio. num.4. 2
Ascensio Domini, habet processionem Et cur idipsum. libr.vi. cap ciiii. cap.ciiij.nume.1. 751
Ascensionis octaua, quando terminetur.lib.vj.c.cv.nu.8. 754
Ascensionis vigilia, quod habeat officium.lib.vj.c.ciij.nu.2. 3.4. 749.750
Ascensionis Dominicæ Missa: & eius expositio.lib.vj.c.ciiij.nu. 2.3.4.& 5. 752
Asperso aquæ benedictæ quid significet. Et quis eam instituerit.nu.2. Et quo consilio. nu.3. lib.iiii.c.iij. 180
Aspersiones septem altaris quid notent.lib.j.c.vij.nu.18. 63
Asperso trina aquæ lustralis in Ecclesiæ consecratione, quid notet. & quorsum fiat.lib.j. ca. vj.nu.11. 48
Assumptio Mariæ celebratur æstiuo tempore, idque congruè. lib.vij.c.xxiiij.nu.4. 848
Assumptio Mariæ, habet ieiuniũ, & octauas.ibi.nu.9. 849
Assumptionis Mariæ officium. li. vij.c.xxiiij.numero 3.& 5. 847. 848
Assumptionis die cur euangeliũ legatur de Maria,& Martha. Et quid illæ duæ sorores designẽt. ibi.nu 6.& 7. 848
Assumptionis die cur colligantur herbæ & benedicantur.ibi.nu. 10. 849
Athanasij Symbolum.lib.iiij.cap. xxv.nu.8. 251
Atrium Ecclesiæ, quid denotet.li. j.c.j.nu.20. 12
Augustus Imperator ex glebis terræ ab vniuerso orbe allatis, iussit monticulum fieri Romæ, super quo tandẽ Ecclesia quædam structa est.lib.vj. cap. xix. num.4. 541

B

BAbylonicæ captiuitatis descriptio, atque etiam mystice.lib.vj.c.xxiiij.nu.11. 552
Baculus pastoralis, quid significet. Et vnde habuerit ortum.li. iij.c.xv.nu.1.& 2. 145.146
Baculus pastoralis, cur sit curuus, & qua significatione, & de eius varia forma compositione.ibi. nu.3. 146
Baculus pastoralis, est acutus in calce, in medio rectus in apice retortus. Et qua significatione. ibi.nu.4.
Balteus sacerdotis quid significet. lib.iij.c.xix.nu.9. 159
Balsami odor & significatio. lib. j.c.vi j.nu.33. 67
Baptisma ac consecratio Ecclesię, quibus mysticis conficiantur. quæ omnia necessario adhibẽtur.li.j.c.vij.nu.11. 62
Baptizandi extra tempus necessitas quadruplex.lib.vj.c.lxxxiij. num.4 686
Baptizari potest infans, qui non potest nasci, sed solùm caput emittit.li.vj.c.lxxxiij.nu.33.695
Baptizatus bis vngitur chrismate. Et quare.li.vj.c. lxxxiiij.nu. 3. 697
In Baptizandi faciem ter exsufflat sacerdos. Et cur ita.lib. vj. c.lxxxiij.nu.7. 687
Baptizandi interrogandi, an renuntient Satanæ, & eius operibus. Et vnde is mos aduectus. lib.vj.c.lxxxiij.nu.5. 686
Baptizandi nomen imponitur.li. vj.c.lxxxij.nu.13. 689
Baptizatis datur vestis cãdida. Et qua id significatione, aut exẽplo

Universidad de Deusto
Biblioteca

plo.lib.6.cap.lxxxiij. nume.16. 690
Baptizato vestis candida data, quãdo exuatur.lib.vj.c.lxxxiij. nu.20. 691
Baptismus, quid. Et vnde dictus. lib.vj.c.lxxxiij.nu.1. 685
Baptismꝰ cur fiat potius in aqua, quàm in alia re. Et qua aqua fiat.ibi.nu.2. 686
Baptismus quotuplici tẽpore fieri possit.ibi.nu.3.
Baptismus cur desideret trinam immersionem.ibid.nu.8. 687
Baptismus,an deleat peccatũ originale.lib.vj.c.lxxxiij.num.26. 692
Baptismus habet in benedictione sex cęremonias.ibi.nu.3.8.& 9. 680.682
Baptismus fit sabbato Paschatis. Et cur ita.li.vj.c.lxxxij. nu.1.& 2. 680
Baptismus,qua hora celebrandus. lib.vj.c.vj.nu.2. 696
Baptismi septem dona. Et quædã variè dantur baptizando. libr. vj.cap.lxxxiij. nu.9.10.11.14.15. 21.& 22. 688 689.691
Baptismi forma,quę sit hodie obseruanda Et vetus Apostolorũ baptizãdi mos.li. vj. c. lxxxiij. nu.27.28.29.30.31.& 32. 692. 693
In Baptismi aquam cur sacerdos insufflet,& quoties id faciat.li. vj.c.lxxvij.nu.11. 684
In Baptismo sabbati paschalis, sacerdos tangit & diuidit aquas. Et quibus id de causis.lib. vj.c. lxxxij.nu.4.5.& 6. 681
Baptismum, quæ sequantur.libr. vj.c.lxxxiij.nu.39. 694
Baptisterium,an necessariò sit lapideum.lib.6.ca.lxxxiij. nu.25. 691
Bartolomæi festum, variè celebratur.libr.7.ca. xv. numero 1. 849
Bartolomæi statura. ibidem numero 2
Beatorum tres ordines.lib.iiij.ca. lj.nu.9. 373
Beda,cur dictus venerabilis.libr. vij c.xl.nu.1. 871
Benedicamus Domino,dicitur finita oratione. & vnde sumptũ. Et quid significet. Item, Deo gratias.lib.5.c.2.num.62.& 63. 423
Benedictio super populum quorsum fiat. Et qualiter. Et vnde ea profecta ratio benedictionis.lib.iiij cap.lix.num.1.2.3.4. & 5. 394
Benedictio à quo regulariter fiat. ibi.nu.6.
Benedictio Episcopi,qualiter fiat. ibi.nu.7. 395
Benedictio solennis cur detur ab Episcopo.In Missa vero pro defunctis,minus.lib.iiij.ca.lj.nu. 23.& 24. 377.378
Benedictio quotuplex.nu.2. 582
Benedictionẽ petens ante lectiones,cur dicat dõne potius,qua Domine.lib.v.ca.ij.nu.44. 416
Benedicti institutio, circa diuinũ officium.lib.v.c.iij.nu. 32. 437
Beneuolentia captatur à tribus. lib.iiij.c.xlviij.nu.3. 360
Bethleemitani episcopi priuilegium.lib.iiij c.xiij.nu.7. 207
Bethphania, tertia apparitio. Quarta.li.vj.c.xvj.n.7.& 8.533. 534
Bigamus, inept⁹ est ad clericatũ. Et quid ita.lib.j.c.ix.nu.13. 81
Bisse

Bissextus quid. Et vnde, & quando contingat.lib.viij.ca.iij.nu. 18.& 19. 893
Bissextus quomodo dignoscatur. lib.viij.c.iij.nu.20. ibi.
Bona hominis tria: pro quibus sacerdos offert Deo.lib.iiij. cap. xxxvij.nu.6. 298
Bona cœlestis patriæ, Quatuor. lib.vj.c.liij.nu.7. 598
Bostra,ciuitas.lib.v.c. lxx.num.4. 625.626
Byssus quid.lib.iij.c.iij.nu.2. 125
Bustum,quid.lib.j.c.v.nu.10. 41

C

CAlciamentum Episcopi, quo inuitet,quove prohibeat.lib. iij.c.viij.nu.3. 133
Calendæ vnde dictæ.Et cur institutæ.lib.viij.c.iiij.nu.15. 898
Calix aureus,quid notet,quid argenteus,quid stanneus.lib.j. c. iij.nu.45. 34
Calix cooperitur: historia non.Et quid ita.lib.iiij.c.xlvj.num.11. 350
Calix consecratus si deauretur,an sit consecrandus iterum. lib. j. c.vj.nu.35. 54
Calicis ferendi mos,variè. Et cur maximè læua.lib.iiij.c.xxx.nu. 25.& 26. 141.& 142
Calicis & patinæ consecratio. li. 1.c.viij.nu.24. 76
Calicis nomen,vnde tractum.lib. j.c.iij.nu.44. 34
Capana ad quid pulsetur, & benedicatur.lib.j.c.iiij.nu.2. 36
Campanula, cur pulsetur in eleuatione sacramenti.lib.iiij.ca. xlj.nu.53. 325
Campanæ pulsatio, quid notet. lib.iiij.c.vj.nu.19. 192
Campanæ: quid. & vbi inuentæ primum.lib.j.c.iiij.nu.1. 35
Campanæ,prædicatores signant. lib.j.c.iiij.nu.4. 36
Campanæ cur pulsentur, quoquũ moriente. Et quare in supplicationibus.lib.j.c.iiij.nu.13.14. pag. 39
Campanæ cur pulsentur concitata tempestate,ibi.nu.15
Campanæ cur pulsentur dũ cantantur. Gloria in excelsis, sabbato sancto.li.vj.c.lxxxv.nu.3. pag. 700
Campanæ ad diuina officia quoties interdiu pulsentur.Et quoties noctu.li.j.c.iiij.nu.9.& 10. pag. 38
Campanæ cur fileant Dominica in ramis,tribus.lib.vj.ca. lxxij. nu.3.&.5. 686
Campanæ pulsantur, vbi cãtatur. Te Deũ laudamus. Et quid idipsum, Et quinam hymnum illum composuerint.lib. v. c.iij. nu.30.& 31. 436.437
Campanis quot diebus quadragesimæ fit otium.lib.j.c.iiij.nu. 12.pag. 38
Candela accensa, quid significet. lib.vij.c.vij.nu.13. 817
Cãdelæ in tenebris dominicę quadragesimalis,cur extinguãtur. Et quot accẽdãtur.Et quid illę significent dissimilis etiã numero.Et quid earũ extinctio. Et quid de ea quæ remanet,cęteris extinctis li.vj.c. lxxij.nu. 15.16.17.18.19. 20.21.22.23. 24. 25.& 26. 613.634
Cãdelabrum exterius illuminãs, quid.lib.j.c.ij.nu 9. 20
Cãdelabra in vtroq; altaris cornu quid notent. Quid emun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctoria siue forcipes. Quid scutra.lib.j.c.iij.num. 27.28.29. & 30.pag. 30
Canon expeditè dici debet,& curira.li.iiij.c.xxxv.nu.9. 289
Canon, quid & vnde dicatur. & cur cum silentio fiat.ibid.nu.2. & 6. 288
Canon quot contineat partes.variè,lib.iiij. cap.xxxvj.nu. 1.2.3. & 4. 291
Canon vnde incipiat lib.iiij. cap. xxxv.nu.11. 290
Canon Missæ, à pluribus compositus fuit: & cũ triplici sanctorum commemoratione.lib.iiij. c.xxxviij.nu.2. 299
Canon commemorationem beatę Marię,& aliorũ sanctorũ cõtinet Confessorũ tamen, non. ibi.nu.3.5.6.& 7. 300.301
Canon quod sublata fuisset voce dictus, ostentũ quoddã & prodigium emersit.ibi.nu.7. 289
Canõ primus,siue secretella,quid signet.li.iiij.c.xxxv.num.5. 289
Canon Missæ, in quot partes diuidatur.lib.iiij.c. xxvij.nu. 259
Canon Missæ soli sacerdoti conuenit.& est summum Missæ.Et quam secrete fiat.libr.iiij. cap. xxxv.nu.1.& 3. 288
Canon memoriam viuorum continere debet.lib.iij.cap.xxxvij. num.1. 296
Canonis missæ substãtia,est quædam passionis dominicæ imago.lib.iiij.c.xxxv.nu.10. 290
Canonis expositio, primę partis, scilicet Te igitur.libr.iiij. cap. xxxvj.nu.5.& 6. 291
Canonis secunda pars, cũ expositione. lib.iiij.cap. xxxvj.nu. 13. pag. 294
Canonis tertia pars: Communicantes, Et quis eam addiderit. lib.iiij.c.xxxviij.nu.1. 299
Canonis quarta pars. Et eius expositio.lib.iiij. c.xxxix.num.1. 301
Canonis quinta pars. Quã oblationem,& eius expositio.li.iiij. c.xl.nu.1.7.8.10.11.& 13. 305. 306.307
Canonis sexta pars: Qui pridiè, quàm pateretur,ab Alexandro Papa adiecta. Et eius partium interpretatio.lib.iij.c.xlj. nu.1. 12.14.30.44 & 45.fol. 309.312. 313.316.321
Canonis pars octaua. Et eius interpretatio.lib.iiij.c.xliij.num. 1.4.9.& 10. 338.340 341
Canonis octauæ partis interpretatio & summa.lib.iiij.ca.xlvj. nu.8.9.10.12.14.16.17. 18. 21. & 22.pag. 349.350.351. 332.353
Canonis interpretatio, in octaua parte.lib.iiij.c.xliiij.nu.7. & 9. 344.345
Canonis decima pars.Et interpretatio.lib.iiij.c.xlv. num.1. & 4. 346
Canonem Gelasius Papa, à Petro ordinauit.lib.iiij.cap.xxxv.nu. 22. 290
In Canone Missæ sedentes, quid notent.Item, quid stantes. lib. iiij.c.xxxv.nu.13. 291
Cantandi vsus, quorsum institutus.lib.ij.c.ij.nu.4. 99
Cantandi vsum vnde accepit Ecclesia.lib.v.c.ij.nu.65. 424
Cantus Ecclesiasticus, cœlestem lætitiam significat.lib.v.cap.ij. num.68. 425
Cãtoris munus:& eius diffinitio. lib.ij.c.ij.nu.1. 98

Cantoris nomine, qui intelligantur.lib.ij.c.ij.nu.5. 99
Cantoris primi officium,Item secundi.lib.iiij.cap.xxx.nu. 27.& 28. 271
Cantores, baculos gestant.li.ij c. ij.nu 6. 99
Cantores vocibus consonis cantare debent.lib.ij.c.ij nu.3. 99
Cantorum varia differentia. libr. iiij.capit.xx.nu.8. 230
Canticum quid.lib.vj.cap. lxxxj. nu.13. 679
Canticum,an & in quo differat à psalmo. Et quis primus cantica instituerit.libro v.c.iiij. nu.20. 445
Cantica: Benedictus, & Magnificat.cantanda sunt stando.lib.v. ca.iiij.nu.28. 450
Cantica, vnde dicantur. quid. Et quod habeant versus. lib.v.capitul.ij.numero 54. 419
Cantica sex, quæ in sex feriis dicũtur loco Psalmi:Benedicite. lib.v.c.iiij.nu.19. 445
Capellæ initium vnde,& inde capellam lib.ij.c.x nu.8. 111
Capitulũ sequitur antiphonam. Et quare libro v.cap.iiij nu.27. 450
Capitula cur dicantur in officiis. lib v.c.ij.nu.51. 478
Cappa, siue pluuiale & eius forma:atque significatio. lib.iij.c. j.nu.13 pag. 122
Casula quid vnde dicatur,& quid notet.lib.iij.c.vij.nu.1. 131
Casula tripliciter plicatur.Et quid idipsum notet.lib.iij. capit. vij. nu.3.pag. 132
Casula vndique clausa, intregraque, quid notet,ibid.nu.5.
de Catalogo, quid sit, vnde ducat originem,fusè videtis in adnotatione in lib.vij.cap.j. 429
Cathequminorum Missa, quæ sit. libr.iiij.c.j.nu.46. 175
Catholicorum quidam perfecti, quidam imperfecti. lib.vj.cap. cxxvj.nu.5. 786
Cælestinus Papa, Missę introitum addidit.lib.iiij.c.j.nu.6. 165
Cæmentum ex quibus compinatur.Et quid eorum vnumquodque denotet.lib.j.c.j.nu.10. 10
Cæmeterium ad quid benedicatur.lib.j.c.viij.nu.26. 77
Cereus cur mittatur in aquam in baptismi & fontiũ benedictione.li.vj.c.lxxxiij.nu.10. 683
Cereus Paschalis à subdiacono benedicitur.Et cur non potius à superiori.li.vj.c.lxxx.nu.3. 670
Cereus paschalis, quid significet. ibid.nu.4. 671
Cereus super columna, significat Christum.ibid.nu.6. 671
Cerei benedictio qualiter fiat. Et an vnus tãtum benedicatur,an duo.lib.j.c.lxxx.nu.7.& 11. 286
Cerei benedictio fit in paraseue paschalis.li.vj.c.lxxx.nu.1. 669
sub Cerei benedictionẽ,cur ignis antiquus extinguatur,& nouus è petra excutiatur.ib.nu.2.670
Cereo paschali infixa tabula,quid signet,quidque contineat.libr. vj.c.lxxx.nu.10. 672
Cerei,quid significent.lib.iiij.ca. xxiiij.nu.14.15. 141
Charitas,maxima virtutum.lib.j. c.ij num.12.20.& lib.iij.ca.xix. nu.13. 161
Charitas,legis est implementum. lib.iij c.vij.nu.2. 231
Charitatem habens, nihil timet. lib.ij.c.xxj.nu.2. 547

Charitatis quindecim gradus.li. vj.c.xxvij.nu.11. 563
Cherubin & Seraphin, in cœlo eminentia,& sedes.lib.iiij. cap. xxxiij.num.29. 283
Chiroteca,quo cõsilio vtatur Episcopus & eius significatio. lib. iij.c.xij.nu.7. 139
Chiroteca cur manus interdum velentur,interdum spolientur. ibid.nu.2.
Chirotecæ,quid notent.li.iij. cap. xij. nu.3. 140
Chrisma confici præcepit Dominus,lib.1.c.viij.nu.1. 69
Chrisma ex quibus cõficiatur. Et qualiter,quaque solẽnitate. Et quid mystice sonet illa celebritas tãto apparatu.li.vj.c.lxxiiij. nu.10.11.12.13.14.15.16.17.18.pagin.643.644.645
de Chrismate,de eius Authore,de vsu & dignitate, vide amplè in adnotatione in lib.vj.c. lxxiiij. in fin. 647
Chorus clericorum,quid,& vnde dicatur lib.j.c.1.nu.18. 11
Christus,vnde dictus,vnde itidem Christiani lib.j.c.viij.nu.7. 71
Christus,lapis angularis,&abscissus.lib.j.c.vij.nu.27. 66
Christus idem & totus in cœlo: idem & totus hic,& vbique est. lib.iiij c.xlj.nu.3. 327
Christus non sinit nos tẽtari vltra vires nostras.ibid.nu.4. ibid.
Christus in cruce decantauit psalmos decem.lib.vj.ca.lxxvij.nu. 11. 657
Christus in cruce orauit pro tribus.ibid.nu.12.
Christus crucifixus est tribus clauis. Quid illi claui designent. ibidem.nu.25. 662
Christ⁹,cur pativoluerit.Et quoto ætatis anno.ib.n.27.& 28.662.663
Christus quos sua passione redemerit.ibid.nu.31. 664
Christus fuit vnctus oleo inuisibili. Et oleum, quid significet. lib.j.ca.vij.nu.30. 66
Christus,post resurrectionẽ suam, matri primò apparuit: quod falso tamẽ Magdalenæ tribuitur.lib.iiij.c.vj.nu.23. 193
Christus fuit à tribus traditus. li. iiij.c.xxxvj.nu.7. 292
Christus ad tria venit. lib.iiij. ca. lij.nu.3. 379
Christus, quomodo intelligatur primogenitus Mariæ.lib.vj.ca. xiij.nu.25. 526
Christus dissoluit triplicẽ inimicitiã, quæ interceſſerat ante suũ aduentum.li.iiij.c.xiij.nu.1.205
Christus,positus est in signum tripliciter.lib.vj.cap.xiiij.nu.5.527
Christus variè pictus, variũ quid notat.ibid.nu.7. 25
Christus qua,& quotuplici forma pingendus.lib.j.ca.iij.num.6.& 12. 25.27
Christus pascha typicum celebrauit cum Apostolis, lunam primi mensis,ad vesperam.lib.iiij. c.xlij.nu.2. 326
Christus, quotuplici corona depingatur.lib.j.c.iij.nu.19 28
Christus omnes orationes non exaudit lib.iiij.c.viij.nu.2. 196
Christus lauit pedes Apostolorũ, tribus potissimum de causis. li. vj.c.lxxv.nu.3. 648
Christus resurgens,an totum sanguinem suum resumpserit effusum in cruce, lib.iiij.ca.xlij.nu. 7. 328
Christus, an post resurrectionem fuerit aliquibus vestibus vsus.lib. vij.c.xxxv.nu.42. 867
Christus crucifixus sexta feria.li. iiij.c.xlvj.nu.11. 350
Christus manu sua communicauit Apostolis.lib.iiij.cap.xlj.nu. 40. 319
Christus passus est,sexta feria. libro iiij.c.xlj.nu.2. 309
Christus quomodo sanguinẽ suũ adspergit lib.iiij.cap.xliij.nu.1. 342
Christus fuit lanceatus, in latere læuo lib.iiij.c.iiij.nu.7. 181
Christus sacerdotes instituit. lib. ij.c.x.nu.4. 111
Christus, quale corpus suũ dedit in cœna,mortale,an immortale:passibile, an impassibile.lib. iij.c.xlj.nu.34.& 35. 317
Christus, cur in fine anni nasci voluit.lib.vj.c xiij.nu.2. 519
Christi nomina,& eorundẽ interpretatio li.ij.c.j.nu.6 & 8. 84.85
Christi nomina, quædam dicuntur de ipso relatiuè, quædam non.ibi.nu.7. 85
Christi genealogia, variè tradita per Matthæum, & Lucam. lib. vj.cap.xvj.nu.12. 535
Christi præputium adseruari in Laterañ.Basilica.lib.iiij.ca.xlij. nu. 8. 328
Christi corpus cur non consecretur in parasceue.lib.vj.c.lxxvij. nu.32.33.34.35.36.37.38.& 39.665
Christi corpore, vnde miracula considerãrur quæ percurrit Author.lib.iiij.cap.xli.numero 16. 17.18.19.20.21.22.23. 24.25.26. & 27. 314.315
Christi septem viæ lib.1. c.vii. nume.17. 63
Christi passione quatuor impetramus. Et quot digitos sacerdos calici lauando adhibeat. quidque illud notet.lib.iiij.ca. xlvj. num.23. 354
Christi corona fuit ex iuncis marinis.lib.vj.c.lxxvj. nu.17. 659
Christi corpus cur disponatur in vitro & aqua die parasceue.ibi dem nu.26. 663
Christi resurrectio, ter nuntiata est.lib.vj.c.lxxxix.nu.17. 724
in Christi corpore,vnde miracula cõsiderãtur, quę percurrit author per discursũ.n.17.18.19,20 21.22.23.24.25.26.& 27. 314.315
Christiani in primitiua Ecclesia, quotidie cõmunicabant.paulò post,omni Dominica tandẽ aliquãdo rarius.li.iiij.c.liij.n.2.381
Christiani omnes ante baptismũ, bis oleo vnguntur.Et varia vnctio varium quid notat.lib.j.ca. viij.nu.6 & 8. 71
Christianorũ nomẽ, vbi primum inuentum.lib.ij.c.j.nu.5. 84
Circuitus septenarius pontificis, circa altare consecrãdum,quid denotet.lib.j.cap.vij. nu.15.16. & 19. 62.65
Cineres, cur imponantur capitibus, in capite ieiunij. Et,vnde is mos ortus.lib. vj. cap.xxviij. num.18. 570
Circuncidi cur voluerit Christus. causas adfert.li.vj. ca. xv.nu.6. 7.8.9.10.& 11. 629
Circunciſio cui primum fuerit iuncta. Et an eius nomine festũ indicatur falsò, aut temerè.lib. vj.c.xv.nu.1.13.14. 528.529
Circunciſio, quibus de causis instituta.ibid.nu.2. 528.530
Circunciſio, quando, & qualiter fiebat.ibid.nu.4. 529

Universidad de Deusto
Biblioteca

Circuncisio, cur fiebat in præputio.ibid.nu.3. 528
Circuncisio, quid conferret.ibid. num.5. 529
Circuncisio quibus de causis fuerit mutata in baptismum li.vj. cap.xv.nu.12. ibid.
Circuncisionis dies, quinque de causis,est solemnis lib.vj.capit. xv.numer.16. 530
Circuncisionis diebus multa superstitiosè olim gentiles & pagani agebant.ibid.nu.17. 531
Clamor & benedictio,post Benedictus in tenebris,quid significet.li.vj.cap.lxxij.nu.27. 635
Clauium sedes,vbi inueniatur.libro viij.c.xij.nu.3. 916
Claustrum quid, vnde dictum. & eius variæ partes,varium sortitæ officium.lib.1.c.j.nu.42. 15
Clericales qui dicantur, & vnde. lib.ij.nu.11.& 16. 86.87
Clerici sunt sacerdotes & reges. lib.ij.c.j.nu.30. 91
Clerici ad quid instituantur. Et quare in quatuor temporibus. lib.ij.c.j.nu.33.& 34. 92
Clerici cur maximè ordinẽtur diebus sabbatorum.ibid.nu.35. 92
Clerici cur patentibus auribus incedant.lib.ij.c.j.nu.27. 90
Clerici, vestimẽtis lineis cur vtãtur.lib.iij.c.j.nu.15. 123
Clerici & monachi an & quando offerant.li.iiij.c.xxx.nu.36. 273
Cogitationes Domini, quales. li. vj.c.xxxiiij.nu.2. 577
Collecta cur nullã dirigatur ad spiritũ sãctũ.li.iiij.c.xv.n.11.p. 216
Collectæ,quomodo terminentur, variè per discursum.lib.iiij. ca. xv.num.10. 215
Collectarum quinam fuerint authores.lib.iiij.c.xv.nu.14. 218
Colores misti omnes,ad quatuor genera referuntur.lib. iij. cap. xviij.num.8. 155
Coloribus quot, & quibus vtatur Ecclesia, li.iij.c.xviij.nu.1. 153
Columnæ Ecclesiæ, quid notent. Quid pauimentum. Quid trabes. Quid ligna laquearia. Quid reclinatoria. lib.j.c.j. nu. 27.28.29. & 30. 13.14
Commertium, quid.lib.v.cap.xv. nu.15. 530
Communicandi corporis & sanguinis Domini legitimũ tempus.lib.iiij.c.liiij.nu.11. 387
Cõmunicaturus, debet esse ieiunus. Et cur ita.lib.iiij. cap. liiij. numer.15. 388
Cõmunione facta cur sacerdos lauet digitos & in quo altaris cornu.lib.iiij.capit.lv. numero 1.& 3. 388.389
Cõmunione peracta,sacerdos osculatur altare.li.iiij.c.lvij.n.1. 390
Completoriũ,cur aut qua significatione admonitioneve institutum.Item, vnde dicatur.li.v. c.x.numero 1. 469
Completorium, quatuor psalmis constat.lib.v.cap.x.nu.3. 470
Completorij officium, incipit à Psalmo: Conuerte nos. & cur ita.libr.v.c.x.nu.2. 469
Computus,quid, & vnde dicatur. lib.viij.c.j.nu.2.& 3. 888
Computi rationem tenere debẽt sacerdotes.li.viij.c.j.nu.1. ibid.
Concilij Aurelianens. decretum. circa nuptiarum ornatum. lib. j.c.iij.nu.47. 35
Concurrens quid, & qualiter demonstretur.lib.viij.cap.v.nu.6. 7.& 8. 904.905

Confes

Confessio, quotuplex.sit.lib.vj.ca. xxxvj.num. 2. 579.& eod.lib.ca. xlvj.num.2. 588
Confessio cur ante missam, à sacerdote incunda lib.iiii.cap.vij. num.1.& 2. 194
Confessio qualis esse debeat. libr. vj.cap.xlvj.num 4. 589
Confessores,dicuntur laudatores, quod verbum commune etiam est & martyribus, & virginibus & veris sanctis.lib.vij.capi. xlvj. num.1. 883
Confessores distinguntur in episcopos & presbyteros. Et vtrorumque aliquando idem officium: sæpe diuersum. vide libr. vij.cap.xlvj.ibidem, num.2.
Confessores, qua forma pingantur:qua Doctores: qua denique virgines. Vbi & varietatis subdita ratio.lib.j.c.iij.num.15. 27
Confirmari aut baptizari bis non debet quis. lib. vj.capit.lxxxiiij. num.5. 697
Confirmatio non debet dari ante septimum diem, post baptisma. lib.vj.cap.lxxxiiij.num.1. 695
in Confirmatione quid agat Episcopus.lib.vj.cap.lxxxiiij.numer. 7.& 8. 698.699
Confirmatum cur percutiat in faciem Episcopus.lib.vj.c.lxxxiiij. num.6. 698
Consecrantis mens quo ferri debeat.lib.iiij.cap.xxxv.num.8. 288
Consecrari vna species tantum & seorsum, an possit.lib.iiij.capit. xlj.num.48. 322
Consecratio & sanctificatio, quid differant. lib. vj.cap.lxxv.num. 12.pag. 651
Consecrationis forma cur alia vtatur Ecclesia, quam fuerit tradita ab Euangelistis. lib.4. cap. xlj. num.13. 312
Cõstantinus Imperator, cõstituit in Basilica arcã testamenti,allatam Hierosolymis à Tito Imperatore.lib.j.cap.ij.num.6. 19
Codex altari imponitur.& id quare.lib.j.cap.iij.num.33. 30
Corona benignitatis Domini.vbi consistat.libr.v.ca.iiij.num.24. pag. 448
Corona sanctorum, qua specie,& forma effigantur,librj..capit.iij. num. 20.pag. 28
Corona clericorum,cur,instituta. Item,vnde originem duxerit.li. ij.c.j.nu.26.& 31. 90.91
Coronæ clericorum forma. lib.ij. cap.j.num.28. 90
Corporale, quid significet. lib.iiij. cap.xxix.num.3. 262
Corporale, qualiter complicetur, & sternatur super altari. Et quã variè idipsum significet.ibidem num.4. 263
Corporale, quamdiu maneat super altari.ibid.num.5. 263
Corpus Christi, cur eleuetur, post cõsecrationem latè & maximè. lib.iiij.c.xlj.num.51.& 52. 324
Corpus Christi non violatur in secessu,nec vomitu libr.iiij.capit. xlj.num.42. 320
Corpus Christi sub alia specie sumitur quinque potissimum de causis.lib.iiij.ca.xlj.num.30.316
Corpus Christi, sumptum & comestum, quid.libr.iiij.capit.xlj. num.41.pag. 320
Corpus Christi, sumptum à reis, illos non defendit. libr.j.capit.j. num.50. 7
Corporis & sanguinis Christi substantia est sacramentum & res

lib.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lib.iiij.cap.xliij.num.22. 333
Corpora bonorum, dicuntur equi. lib.j.cap.viij.num.23. 75
Cortinarũ variꝰ color, variũ quid signicat. lib.j.cap.ij num.39. 32
Cœlum, vnde dicatur.lib.iiij.cap. xlviij.num.4. 360
Cœmeterium, quid: & vnde dictum.lib.j.cap.v.num.4. 40
Cœmeterium vnde duxerit initium.lib.j.cap.v.num.11. 41
Cœmeterium, ad quid benedicatur.lib.j.cap.viij.num.26. 77
Cœmeterium, quibus casibus sit reconciliandum. libr. j.capit. j. num.45. 57
Cœmeterij vel ecclesiæ parte vna violata,an omne censeatur violatum: & sic in qualiber parte reconciliationem desiderare.libro j.cap.vj.num.46. 58
de Cœmeterio, quid sit, & vnde ductum sit,pete fusissimè ex adnotatione in lib. j. cap.v.in fine. 44 Vbi & de σκηνοφάγῳ, eiusque generibus nonnulla adferuntur,ex probatissimis excerpta Authoribus.
Cœna Domini,quæ tractanda habeat. libr.vj.capitul.lxxj.num.1. pag. 628
Crux Christi, multipliciter & variè præfigurata in veteri testamento.libro v.cap.ij.nu.10. 405
Crux, est vexillum triumphi & gloriæ.lib.iiij.c.vj.num.38. 192
Crux ante pectus Pontificis maximi posita quid designet. lib. iij. cap.ix.num.1. 136
Crux antecedit diaconum, in euangelij lectione. lib.iiij.capit. xxiiij.num.16. 241
Crux, est quadripartita: & quid notet ea forma.lib.v.ca.ij.num. 16. 407
Crux vt adoretur die parasceue. Et qualiter id. libr. vj.cap.lxxvj. num.20.21.& 22. 660
Crux altari superponitur.lib.j.cap. iij.num.31. 30
Crux in medio Ecclesiæ, quid denotet.& cur in sublime feratur. lib.j.cap.j.num.41. 15
Crucis signo armatur Ecclesia: confunditur ciuitas diaboli.lib. v.cap.ij.num.11. 406
Crucis signũ,tribus digitis est imprimendũ.lib.v.c.ij.nu.12.ibid.
Crucis signa,quàm variè fiant. Et vbi sit faciendum,ibid. 13.14.& 15. 406 407
Crucis priuilegium,& eius inuentionis officium Ecclesiasticum. lib.vij.cap.xj.num.1. 833
Crucis duplex festum. ibidem numero 3. 833
Crucis exaltatio,vnde ortum duxerit.lib.vij.ca.xxix.num.1. 852
Crucis inuentio,superior est exaltatione.ibid.num.2. 853
Crucis exaltatio,quod habeat officium.ibid.num.3. ibid.
Crucis denudatio in parasceue, quid notet.libro vj. cap. lxxvij. numero 19. 660
Crucis mysterium profundũ. ibid. num.24. 661
Crucem inuenit Iudas,lib.vij.cap. xj.num.4. 835
Crucem cum incenso facere,quid lib.j.cap.vij.num.36. 68
Cruces quinque facit sacerdos, in quinta Canonis parte. Et quid illæ designent. lib.iiij.c.xl.num. 3.4.5.& 6. 35.36
Cruces tres factæ à sacerdote, super oblata, quid significent.lib. iiij.cap.xliiij.num.3. 348
Cruces quinque super hostia,quid significent.libro iiij.capit.xliiij. numero 6. 339
Cruces quãdo velentur, & velum ante altare suspendatur. lib. vj. cap.xxxij.num.12. 576
Cruces quinque ex oleo,quid notent.lib.j.cap.vj.num.31. 67
Cruces in Ecclesia xij. depictæ, quid designent.libro j.capitulo vj.num.27.& 29. 51
Cruces tres cur faciat sacerdos super oblatione, quid ve notent. libro quarto, capitulo xxxvj.num.9. 293
Cruces quatuor,quas fecit Pontifex in altaris cõsecratione,quid notent.lib.j.cap.vij.num.14. 61
Cyclus,quid.libr. viij.capitul.xiij. num.1. 919
Cycli sex numero: solaris decemnoualis, lunaris, epactalis, magnus & indictionalis. lib. viij.c. xiij.num.2.3.4.5.6.& 7. ibid.
Κύριε ἐλέησον,quid significet. Et cur nouies dicatur. num. 2. libr.iiij. cap. xij.num.1.& 2.& 4. 204
Κύριε ἐλέησον,in Prima.lib.v.capi.v. num.9. 455

D

DAlmatica cur intermittatur aduẽtus dominici tempore,à diacono, à subdiacono verò tunica.lib.iij.ca.xj.nu.9. 140
Dalmatica Episcopi, vnde ortum habuerit. Et vnde dicta. libr.iij. cap.xj.num.1.& 2. 138
Dalmatica, quales habeat manicas.Et quid notent. ibid.num.3.
Dalmaticæ forma, & compositio. Et eius significatio. lib. iij. cap. xj.num.5.6.7.& 8. 139
Damasi Papę institutio,circa missæ introitum.lib.iiij.c.v.n.2. 183
Daniel induxit primus horas tres canonicas cantari, tertiam,sextam,& nonam.li.v.c.ij.nu.7.399
Dauid cantores instituit.lib.ij.cap. ij.num.2. 98
Dauid vigintiquatuor sacerdotes instituit.lib.ij.cap.x.num.3. 111
Dauid nobis in hac militia proponitur in exemplum & typum virtutis.lib.vj.cap.15.num.3.774
Dauid funda, quid significet.ibid. numero 5.
Dauid triplex vnctio.lib.vj.cap.cv. num.5. 754
Dauidis, Pauli, & Matthæi scriptura,cur frequentius vratur Ecclesia.lib.vj.cap.j.num.33. 483
Dęmones,creditores & exactores nostrûm.lib.vj.c.xlviij.nu.2.591
Dæmones non secus timent signũ crucis,quàm baculum,quo percussi fuerunt. libro quinto, cap. ij.num.9. 405
Debitorum veniæ perendæ diuersus modus perfecti hominis, & imperfecti. libro quarto, capit. xlviij.num.10. 362
Dedicatio Ecclesiæ, vnde duxit initium. libro septimo, capitul. xlviij.num.2. 885
Dedicatio Ecclesię,cur octo diebꝰ celebretur.li.vij c.xlviij.n.3. 886
Dedicationis Ecclesiæ festum respondet festo encæniorum. lib. vij.cap.xlviij.num.1. 885
Dedicationis Ecclesiæ officium:& eius expositio.lib.vij.cap.xlviij. num.4.5.& 6. 886.887
Dedicationis Ecclesiæ festum,differri & reiici an possit. libr. vij. cap.xlviij.num.7. 887
Defuncti an loqui possint. lib. vij. cap.xxxv.num.44. 868
Deus verbo attribuitur trinitati, æquali

æqualiter.lib.ij.cap.j.num.9. 86
Deus qualiter sit adorandus. libr. v.cap.ij.num.60. 422
Deus, propter nos, proprio filio non pepercit libr.quarto, capit. xliij.num 2. 338
Deus angelicam & humanã creaturã edidit,in laudẽ & gloriam. lib.quarto,ca.xxxiiij nu.33.284
Deus multa operatus est die xxv. Marrij.lib.vij.ca.ix.num 3. 830
Deus scit eos,quos approbat:obliuiscitur, quos reprobat.li.quarto.cap.xxxvij.num.2. 297
De dilectione quanto quis magis rapitur tanto à terrenis deficit. lib.v.num.2. 462
Dei notitia, confirmatio & perfectio est omnium bonorum.lib. j.cap.vij.num.26. 65
Dei thronus vt simus,tria necessario requiruntur.lib.vj.cap.xviij. num.3. 539
Dei facies, intelligitur diuina cognitio.libro sexto, cap.iij.num. 16.pag. 495
Deo credere, Deum credere,& in Deum credere, quid & in quo differant. lib.quarto.capit.xxv. num.16. 254
Diabolus, quatuor modis nos affligit. libro sexto, capit. liij.nu.4. 595
Diaconatus ordo, vnde initiũ duxerit.lib.secundo.c.ix.nu.9.108
Diaconissarum institutio antiquitus.lib.secundo.ca.j.num.48. 97
Diaconus vnus in quibusdã Ecclesiis,incẽsat quita feria Aduẽtus. Et quare.lib.sexto,c.viij.n.4.510
Diaconus & subdiaconꝰ stant post sacerdotem in principio canonis. Et quid ita.lib.quarto, cap. xxxiiij.num.11. 287
Diaconus,librum euangelij osculatur.lib.iiij.c.xxiiij.nu.30. 245
Diaconus cur osculetur humerum sacerdotis, in vltima parte canonis.lib.iiij.ca.xlvj. nu.24.354
Diaconus lecturus euãgelium,benedictionem petit. Et quorsum id ipsum. libro quarto,c.xxiiij. num.1. & 7. 236.238
Diaconus,cur principio euangelij subiiciat:sequentia sancti euangelij li.quarto,c.xxiij.n.26.244
Diaconus, initio euangelij, lustrat os,frontem,& cor,signo sanctæ crucis. Item populus. Et quid ita,ibid.num.27.& 28.244. 245
Diaconus, quibus diebus dalmaticam portet.libro secundo,capitulo ix.num.3. 106
Diaconus qualiter instituatur.lib. ij.cap.ix.num.14. 109
Diaconus, inducens casulam quid norat.lib.ij.cap.ix.num.7. 108
Dominus quare ad horas, non dicat, dominus, vobiscum. libro quarto,cap.xiiij.num.8. 210
Diaconus cum manus, in nona parte canonis lauet. lib.quarto. cap.xliiij.num.5. 344
Diaconus qualem debeat se præstare.lib.iiij.cap.xxiiij.nu.9. 239
Diaconus & subdiaconus eadẽmne via in pulpitum ascendant: atque redeant.lib.quarto,capit. xxiiij:num.10. ibid.
Diaconus librum euangeliorum ab vtra sumat potiꝰ altaris parte. libro quarto,capitulo xxiiij. num.6. 238
Diaconus patenam cum hostia, offert sacerdoti: & qua significatione. libro quarto, capitulo xxx num.17. 268
Diaconus cingitur planena. lib.ij. cap.num.5. 107
Diaconus cur prẽmittat ante euãgelium,turibulum cum incenso.li.iiij.c.xxiiij.nu.13.pag.240
Diaconus lecturus Euangelium, populum salutat.lib. quarto,c. xxiiij.num.22. 243
Diaconus casulam induens ieiuniorum tempore, gladium vibrat contra hostem.lib. ij. cap. ix.num.8. 108
Diaconus,manum,Pontificis quãte osculetur.l.4.c.xxiiij.n.4.237
Diaconus,qua significatione,dalmatica vtatur.li.ij.c.ix.nu.8.110
Diaconi duplex officium. & li.secundo,cap. ix.nu.6.10.11. & 12. pag. 107.108.109
Diaconi benedictio, vnde cœperit.lib.iiij.num.8. 238
Diaconi qui:& vnde dicantur.li. ij.cap.ix.num.1. 106
Diaconi, Leuitarum subsunt imperio, Et eorum officium, fusẽ.ibid.num.1.
Diaconi duo põtificem deducentes quid significent. li. quarto, ca.vj.num.10. 188
Diaconorũ institutio quibus constet lib.ij.cap.ix.nu.16. 109
Diaconorum officium,inter ieiunia.lib.ij.ca.ix.nu.4. 107
Dies est duplex.libr.viij.capit. vj. num.1. 906
Diei partes l.octauo.c.vj.n.2.906
Dies felices & infelices. libr.viij. cap.iiij.nu.21. 901
Dies singuli à quo denominẽtur. lib.viij.cap.v.nu.2. 902
Dies cur ita non ordinentur in septimana,sicut planetę in cœlo.lib.viij.ca.v.nu.3. ibid.
Dies tripliciter denominantur:& diei dominicæ excellentia. lib. vij.ca.j.num.13.14. 807
Dies quidam priuilegiati,in quadragesima.ibid.nu.15. 808
Dies variè incipit iuxta variã regionis & loci consuetudinem. ibi.num.16.
Dierum alia differentia.lib.viij.c. vj.num.3. 907
Dierum septem à Paschate.secunda expositio.Et intellectus.lib. vj.ca.xcvj.num. 1.3.4.5 6.7.8.9. 10. 737.738.739
Digamus ineptus est ad clericatũ. Et quid ita lib.1.cap.ix.num.13. pag. 81
Digiti consecrati,à sacerdote constringuntur, in octaua parte canonis tribus de causis.lib.iiij.c. xliij.num.5. 338
Diuina officia colere debemus exemplo & tipo Hierusalẽ cœlestis ducti.lib.v.c.j. n.1. 397
Diuinarum personarum distin.li. iiij.ca.xv.nu.17. 254
Dominica die celebrantur ministeria sacerdotaliũ benedictionum li.ij.ca.1.nu.36. 92
Dominica prima ab epiphania.Et eius missæ introitus. Item totius officij summa ratio.lib.vj. ca xviij.nu.1.& 2. 518.539
Dominica xv.post Pentecosten in quo cõueniat cum antecedenti.Missa item eiusdem diei.lib. vj.ca cxxix.nu.1.2.& 3.788.789
Dominica.xxj.post Pen.quid moneat.Eiusque diei officium,lib. vj.c.cxxxviij.n.1.2.& 3.797.798
Dominica xxij. post Pentecosten hortatur ad charitatẽ. Et quod sit eius diei officium.lib.v.cap. cxxxix.nu.1.2.3.4.& 5. 798.799
Dominica xxvj postPentecostem quid legendum in officio ecclesiastico.

ſiaſtico.lib.vij.cap.cxliij.num. 1.2.4. 802.803
Dominica ſexta ab Epiphania, nihil habet proprium: mutuatum tamen à duabus præcedentibus. lib.vj.c.xxiij.nu.1. 547
Dominica poſt Aſcenſionẽ, eiuſq; diei officium. lib.ſexto, cap.cv. nu.1.2.3.4.& 6. 753.754
Dominica ſecũda quadrageſimę, non habet proprium officium. Et quare idipſum. Et eius graduale,& tractus. lib.ſexto, cap. xxxix.num.1.& 3. 581.582
Dominica in ramis, Hieremias legitur, duplici id ratione. Et eius dici celebre officium. lib.vj. cap.lxvij.num.1.4.5.7.13.14.15. & 16. 618.619.620.621
Dominica infra octauam natalis domini, quo fiat officiũ,& eius expoſitio. lib.vj.cap.xiiij.num. 1.3.& 4. 526.527
Dominica in ramis palmarũ, cur hoc nomen ſortita. Et quam variè appelletur. lib. vj.cap.lxvij. num.17.& 18. 622
Dominica vacans, quæ & cur ſic dicta. lib.ſex cap.xj.nu.7. 516
Dominica tertia quadrageſimæ, eſt confeſſionis Et eius officiũ. lib.vj.cap xlvj nu.1.& 5.588.589
Dominica tertia à Paſchate, quid hortetur, aut quo vocet. libr.vj. cap.xcix.nu.1.& 2. 742
Dominica quarta à Paſchate, inuitat ad Iubilum. Et eius officiũ. li.ſexto, c.c.n 1.2.3.& 4.743
Dominica xvij. poſt Pentecoſtem, quid moneat. li.ſexto, ca.cxxxj. nu.1.2.& 3. 790.791
Dominica decima octaua poſt Pent. quid agat moneatque. li. ſexto ca cxxxv.1.2.& 3. 794
Dominica decima poſt Pentecoſtem quid moneat. lib.ſexto, c. cxxiiij.nu.1.& 2. 785
Dominica quarta poſt Pentecoſt. quid moneat. Et eius officium. li.ſexto ca.cxviij.nu.1.& 2. 777
Dominica ſecunda à Paſchate, quid moneat. Et eius officium. lib.ſex c.xcvij.nu.1. 741
Dominica quarta poſt Epiphaniam, li.ſexto ca xxij.nu.1. 546
Dominica iiij. quadrageſimæ, quid agat. Et qui li.in ea legantur. lib.vj.cap.liij.nu.1.2.& 3.595
Dominica tertia poſt epiphaniá, & eius officium triplex. lib.ſexto, cap.xx.nu.1.3.& 4. 543.544
Dominica xx. poſt Pentecoſtem, quid legat. li.v.cap.cxxxvij.nu. 1. 795
Dominica quinta poſt Pentecoſt. adfert rete Petri. Et quid illud ſignificet. libr.ſexto.capi. cxix. num.1. 778
Dominica ſecunda poſt Epiphaniam & eius officium. lib.ſexto ca.xix.num.1. 540
Dominica octaua, poſt Penteco. quid moneat. lib.vj. cap.cxxxij. nu.1.2. & 3. 781
Dominica xix. poſt Penteco. quid referat, aut moneat. lib.vj. cap. cxxxvj.nu.1. & 2. 794.795
Dominica de paſſione,& eius officium. lib.vj.c.lx.nu.1. 609
Dominica transfigurationis die conſecratur vinum nouum: & primæ fruges, atque fabæ, libr. ſepti.cap.xxij.num.2.& 3. 845
Dominicæ diei obſeruatio, antiquitus nihilominus religioſa, quam hodie. lib.quarto cap.vj. num.21. 192
Dominicæ primæ Aduentus officium lib. ſexto.ca.iij.nu.1. 490
Dominicæ quintæ poſt Epiphaniam euangelium, & officium. libr.vj.ca.xxij.nu.1. 547
Dominicæ primæ à Paſchate officium. lib.ſex.ca.xcvij.nu.1.3.4. & 6. 739.740.741
Dominicæ reſurrectionis officiũ pertinet ad timorem. lib. vj.ca. xcvj.num.2. 737
Dominicæ ſecundæ poſt Pentec. Miſſa officiumque & eius expoſitio. lib. vj.ca.cxvj.num.1.2. & 4. 775.776
Dominicæ ſextæ poſt Pente. Miſſa & eius expoſitio. li.vj.c.cxx. num.1.& 2. 779
Dominicæ nonæ poſt Pente. Miſſa: eiuſque expoſitio. lib. vj. ca. cxxiij.nu.1.2.& 3. 782
Dominicæ xxiij. poſt Pentecoſt. officium. lib.vj.c.cxl.nu.1. 799
Item Dominicæ xxiiij. ibi.c.cxlj. num 1.& 2. 800
Item Dominicæ xxv. ibi.ca.cxlij. num.1.& 2. 801
Item Dominicę xxvj. ibi.ca.cxliij. num.1.2.& 4. 802
Dominicæ xvj. poſt Penteco. officium, ex Machabęis ſumptum. l.vj.c cxxx.n.1.2.3.& 4.789.790
Dominica die celebrantur miniſteria ſacerdotalium benedictionum lib.ij.ca.j.nu.36. 92.93
Dominicæ ſex quadrageſimæ. qd denotent. lib.j.ca.iij.nu.37. 32
Dominicę quatuor ſequentes Pẽtecoſtem, quatuor libris Regũ adaptantur. lib.vj.ca.cxviij. nu. 3. 778
Dominicæ xx. poſt Pent. Miſſa li. vj.c.cxxxvij.nu.2.& 4.796.797
Dominus cur pręceperit puerum xl. die offerri in templo. lib.vij. cap.vij.num.8. 815
Dominus vobiſcum, ſalutatio, vnde ortum habuerit, & vbi habeat locum & quomodo intelligatur. li.iiij.cap.xiiij. nu.1.& 4. 207.208
Domini nomen, eſt τὸ γραμμάτων. lib.iiij.c.xix.nu.16. 162
Domini transfiguratio, cur die ſancti Sixti celebretur. libr. vij. ca.xxij.nu.1. 844
Dona ſeptem. Virtutes ſeptem. Beatitudines ſeptem. lib.iiij.c. xvij.num.10.& 11. 261
Dona quæ dicantur illibata. eo. li. ca.xxxvj.nu.11. 290
Dormiẽtes, hoc eſt, mortui, reſurgent. lib.iiij.c.xlv.nu.3. 346
Dormitorium vnde dictum. Vnde tumulus. vnde ergaſtulum. lib.j.c.v.nu.8. 41
Durandus communem eccleſiæ formam inſtituit, non ſingularem. li.j.in proœ.nu.16. 5

E

Eccleſia eſt duplex. lib.j. cap.j. num.1.pag. 7
Eccleſia quid. Et quam variè appelletur per diſcurſum. ibi.n.2.8
Eccleſia materiale templum, ſi polluta, reconcilianda eſt. Et quomodo. li.j.ca.vj.nu.38. 55
Eccleſia recõcilianda eſt, propter adulterium in ea commiſſum: aut alium congreſſum, aliàs etiam licitum ibid.nu. 39
Eccleſia recõcilianda eſt, propter homicidium in ea patratum: ac etiam ſanguinis effuſionem violentum. ibi. nu.40. 56
Eccleſia an ſit reconcilianda, propter furtum in ea admiſſum, aut rapinam, vel quid ſimile. ibidem nume.41.

Ecclesia, quæ habet sepultum infidelem, vel publicè excommunicatum reconcilianda est. ibid.num.42. 57
Ecclesia orãs pro Iudæis, non flectit genua. Et cur idipsum. lib. vj.c.lxxvij.nu.13. 657
Ecclesia tribus linguis vtitur in crucis denudatione.ibi.n.14.658
Ecclesia tantũ vtitur lingua græca & latina: cur non itidem hebraica ibid.nu.15. 659
Ecclesia non debet dedicari, nisi dotata prius, idque ex iustè acquisitis. Et quæ impediant eius dedicationem.lib.1.ca.vj. nu.3. & 4. 46
Ecclesia consecratur, quinque de causis.lib.j.cap.vj.nu.5. 47
Ecclesia dicitur consecrari in sanguine alicuius.li.j.c.vj.nu.30.52
Ecclesia quid adhibeat circa scruptatos.lib.vj.ca.lvj.nu.9. 604
Ecclesia semel consecrata, an debeat vel possit iterum cõsecrari.lib.j.c.vj.num.31.& 36. 53.54
Ecclesia spiritualis quibus & quot partibus conster.li.j.c.1.nu.15.11
Ecclesia, domus orationis. Et an alibi ita merito orari possit.fusi sim.elib.v.cap.ij.nu.58. 421
Ecclesia cur duplici lingua vtatur, in Missæ officio.lib. iiij.ca. j.num.36. 173
Ecclesia cur hodie vtatur & vasis & ornamentis pretiosis lib. j. cap.iij.nu.46. 34
Ecclesia cum iubilet, cur nos inuitet ad iubilandum illo psalmo: Iubilate Deo, &c. li.v.cap. iiij.num.16. 444
Ecclesia tres natiuitates celebrat: quæ designant tres natiuitates spirituales. lib. vij. cap.xxviij. num.4. 852
Ecclesia luget tribus diebus passionis. Et cur ita.lib.vj.ca.lxxij. num.1. 628
Ecclesia, pro quatuor obtinendis orat.lib.v.ca.v.nu.13. 457
Ecclesia, ex multis constat. lib.iij. ca.xxxviij.num.4. 300
Ecclesia nostra vnde formam accepit.lib.j.cap.1.nu.5. 9
Ecclesia orat in missa pro defunctis.lib.iiij.ca.xlv.nu.2. 346
Ecclesia spiritualis ædificatio, qualis.lib.1.cap.1.nu.9. 10
Ecclesiæ fundamentum qualiter, & à quibus faciendũ.ibi.n.7. 9
Ecclesiæ caput, cur orientem spectare debeat.ibid.nu.8.
Ecclesiæ quatuor sunt status. Et vnde illi producantur. li. vj.ca. lxxxix.nu.22. 725
Ecclesiæ spiritualis quę sunt fundamenta.lib.j.ca.1.nu.16. 11
Ecclesiæ parietes laterales, quid notent.ibid.num.17.
Ecclesiæ ornatus, in quibus consistat, Et in quibus altaris.libr.j. cap.iij.nu.13. 29
Ecclesiæ ministri, in primitiua Ecclesia, ter noctu interpollatim surgebant ad diuinũ officium. lib.v.num.3. 427
Ecclesiæ consecrandæ forma. Et quid eorum quoque signet. li. 1.ca.vj.num.6.12.13.15.17.18.19. 20.25.& 26. 47.48.49.50.51
Ecclesię summitas eminens & rotunda, quid signet.libr.j.cap. j. num.23. 15
de Ecclesiæ dedicatione, vulgo encæniis, plura vide in adnotatione.in lib.j.c.viij.fi. 58.59
Ecclesię immunitas pro reis ad eã confugientibus.l.j.c.j.nu.49.17

Ecclesiæ forma, humani corporis portionibus respondet.lib.j.ca. j.nu.14 11
Ecclesiæ consecratio duo efficit. lib.j.c.iiij.nu.8. 48
Ecclesiæ dedicatio, vnde initium duxerit, li.j.c.vj.nu.1. 45
Ecclesiæ officium, li.vj.c.lxxij.nu. 6.7.8.9.10. 630.631
Ecclesiæ, quot de causis loco mutentur, lib.j.c.iii.nu.51. 17
Ecclesia cur adeamus vna.ibi.nu. 45. 16
Ecclesiam ingredientes, cur ad altare nosmet inclinemus, lib.v. c.iij.nu.8. 429
in Ecclesiam quando credamus lib.iiij.c.xxv.nu.26. 256
Ecclesias & altaria, solus Pontif. potest dedicare, lib.j.c.vj.nu.2. 46
Ecclesiasticarum personarũ duo genera. & vnde ortum habuerint.lib.ij.c.j.nu.4.& 15. 86
Eleemosyna facta vnius nomine, vnius specialis defũcti, an plus prosit quàm communis, li.vij. c.xxxv.nu.21. 861
Emboliſmus quid.lib.viij.c.x.nu. 1. 911
Emboliſmus duplex, li.iiij.c.xlix. nu.2. 367
Emboliſmalis annus, lib.viij.c.x. nu.2. 911
Emboliſmorum & præfationum consuetudo, lib.iiij.c.xlix.nu. 3. 367
Encœnium, quid, lib.vj.c.lxiij.nu. 2. 614
Encœnia ab Hebræis ortum habuerunt. Et quid.lib.vij.c.j.nu. 27. 811
Energumini, qui, & vnde dicti, li. ij 6.vj.nu 5. 104
Epacta, quid & qualiter designetur, & inueniatur, lib.viij.ca.ix. nu.12.& 13. 909.910
Epacta, vbi fallat.lib.viij. c. x.nu. 4. 912
Ephod, superhumerale sacerdotis & eius compositio, atque significatio lib.iij.c.xix.nu.11. 160
Epiphania quid. Et eius diei officium.lib.vj.c.xvj.nu. .10.11. & 16. 532.533.537
Epiphaniæ Missæ expositio. Et quid ea populo nuntiet, in Italia.li.vj.c.xvj.n.15.& 17. 536.537
Epiphaniæ tria euangelia, lib.vj. c.xvj.nu.13. 536
Epiphanię die non debet quis baptizari, nisi summa necessitate cogente, lib.6.c.xvj.numero 6. 533
Epiphaniæ octaua. Et quid notet, lib.vj.c.viij.nu.1. 538
Episcopalis ordo, quatripartitus est.lib.ij.c.j.nu.16. 87
Episcopatuum & graduũ diuersitas vnde fluxerit, lib.ij.ca.1.nu. 22. 88
Episcopus, quis: & vnde dictus, li. ij.c.xj.nu.1. 114
Episcopos & præpositos Domin[us] elegit quis autem diaconos, li. xj.c.j.nu.24 89
Episcopus celebratur[us] quare prę-mittat psalmos. Et qui sint illi lib.iiij.c.ij.nu.1. 177
Episcopus & sacerdos, an intelligantur nomine presbyteri, lib. ij.c.xj.nu.15. 117
Episcopus, qua die, & hora consecretur. Et qua solemnitate id fiat.lib.ij.c.xj.nu. 6.7.11. & 12. 115.116
pag.
Episcopus accedit ad altare sine mitra, & baculo, li.iiij.c.xxx n.

3. 265
Episcopus celebraturus, caput pectit. Et quod consilio, aut exemplo, li. iiij. c. iij. n. 1. & 2. 178
Episcopus solenniter celebrans, quoties osculatur, & quos. lib. iiij. c. liij. nu. 11. 383
Episcopus, bis Codicem osculatur ibid. nu. 11.
Episcopus, cur plura ornamẽta habeat, quàm simplex sacerdos, lib. iij. c. xj. nu. 4. 119
Episcopus, cõsecrandas virgines ter compellat eodem verbo. li. ij. c. j nu. 41. 94
Episcopus, quod testimoniũ habere debeat, lib. j. ca. viij. nu. 16. 73
Episcopus, ter exaltat in ampullã olei benedicti. & cur idipsum, lib. xj. c. lxxiiij. nu. 10. 646
Episcopus & presbyter, antiquitus, idem erant, lib. ij. ca. xj. nu. 16. 117
Episcopi consecrandi capiti cur liber imponatur, lib. ij. c. xj. nu. 8. 115
Episcopi caput, cur balsmo vngatur. Cur itidẽ manus Cur pollex lib. j. cap. viij. nu. 17. & 18. & 19. 73. 74
Episcopi sedes, in ecclesia Et eius significatio lib. ij. c. xj. nume. 1. 114
Episcopi consecrationi, cur tres Episcopi debeãt interesse. ibid. nu. 9. 115
Episcopi manus impositio, super ordinandis, quid significet lib. ij. c. ix. nu. 15. 109
Episcopi trina percussio ad ianuã Ecclesiæ, in eius cõsecratione, quid notet. li. j. c. vj. nu. 14. & 16. 49. 50
Episcopi die suæ consecrationis equos albos emittant. Et quid idipsum notet. lib. j. ca. viij. nu. 22. 75
Episcopi & superiores Missã auspicãtur, remoti ab altari, ad dextrũ latus vergentes. Et quibus id de causis. lib. iiij. c. x. nu. 3. 4. 5. 6. & 7. 201
Episcopi & presbyteri, quid differant. lib. ij. c. xj nu. 13. 116
Episcopo nõ licet. Et quid cõmistio designet. Et id ex cuius institutione. Et quorsum lib. iiij. c. xxx. nu. 18. & 19. 268. 269
Episcoporum vnctio, vnde duxerit initiũ. Et qualiter vngatur. lib. j. c. viij nu. 15. 71
Episcoporum varia nomina. libr. ij. c. xj. nu. 3. 4. & 5. 113
de Episcopo, eius munere & dignitate, copiosè vide in adnotatione in c. xj. lib. ij. in fi. 117
Epistola, quid. Vnde dicatur, & quid significet. li. ciiij. c. xvj. nu. 1. 220
Epist. vbi debeat legi. ibid. nu.
Epistola cur præmittatur euãgelio. ibi. 3.
Epistola sumpta ex libro Mosi vel Salomonis, qualiter terminetur. lib. iiij. c. xv. nu. 6. 221
Epistolæ allegorica expositio. lib. vj c. lvij. nu. 1. 607
Epistola Pauli : Hortamur vos &c. militem Christianũ armat quatuor virtutibus cardinalibus lib. vj c. xxxij. nu. 7. 571
Epistolam legens, quo flectere vultũ debeat. li. iiij. c. xvj. n. 5. 221
Epistola legere non potest quis, nisi fuerit subdiaconus, lib. iij. c xvj. nu. 7. 221
Esdras populũ Israëliticũ ad Dei laudes

laudes erudit. Ibique horæ canonicæ subiiciuntur, lib. v. ca. j. nu. 1. 397
Euangelistæ qua forma pinguntur: & qua sede locentur, libr. j. c. iij. nu. 9. 16
Euãgelistę quod sibi nõ cõuenire videãtur super narratione resurrectionis Dominicę. tum de angelis, tũ de testiũ numero. Et qualiter cõcordẽtur, lib. vj. ca. lxxxix. nu. 28. 29. 30. 729. 730
Euãgelistæ quatuor, per quatuor animalia figurãtur. Itẽ per quatuor anulos aureos rotũdos arcę. li. vij. c. xliij. n. 4. & 9. 879 880
Euãgelistæ quatuor, designãt fluuiũ Paradisi in quatuor capita deriuatũ. Et recta est ea cõparatio, lib. vij. c. xliiij. nu. 1. 2. & 3. 877. 879
Euangelistarum officiũ ecclesiasticum. commune eis variè & nu. 9. Excepto Ioanne habente proprium, lib. vij. c. xliij. nu. 7. & 8. 880
Euangelistas quatuor & quatuor doctores tãtũ, cur admiserit Ecclesia, lib. vij. ca. xliij. nu. 3. 878
Euãgelium: vnde dicatur. Et quid. lj. iiij. c. xxiiij nu. 2. 237
Euangelium, est mysteriorũ omnium. ibi. nu. 3.
Euangelium cur dicat nouiter ordinatus. Item cur & epistolam. lib. 6. c. x. nu. 6. 513
Euãgelium in alto & sublimi loco dicitur, tallit, lib. iiij. c. xxiiij. nu. 18. & 19. 242
Euangelium de aduentu in Hierusalem cur hodie legatur, lib. 6. c. iij. nu. 17. 495
Euangeliũ dominicæ primæ post Penteco. Et eius interpretatio. lib. vj. c. cxv. nu. 6. 774
Euangelium, quare versus Aquilonem legatur. lib. iiij. c. xxiiij. nu. 21. 242
Euangelium legente diacono, omnes stantes audiunt, lib. iiij. c. xxiiij. nu. 23. 243
Euangelium, auditur nudato cap. Itẽ positis armis, & baculis, li. iiij. c. xxiiij. n. 24. & 25. 243. 244
Euãgelium dominicæ tertię post Epiphaniam, lib. vj. c. xx. nu. 5. & 7. 545
Euangelium, quo cõsilio legatur in sinistra parte altaris, lib. iiij. c. xxiij nu. 2. 235
Euangeliũ dominicę tertiæ post Pentecosten, & expositio, etiã mystica. Tum Missa. lib. vj. cap. cxvij. nu. 1. 2. 3. & 4. 776. 777
Euangeliũ dominicæ secundę aduentus, lib. vj. c. iiij. nu. 5. 497
Euangelium, Erat quidã. &c. Ioã. xj. semper legitur in sexta feria dominicæ quartæ quadrag. lib. vj. c. lviij. nu. 2. 608
Euangelia leguntur variè, pro loci, tẽporis & rei varietate, libr. iiij. c. xxiiij. nu. 37. 248
Euangelia, sunt quatuor de beata Maria, lib. 7. cap. xxiiij. numero 848
Euangelia quot dicantur in nocturnali officio natalis Domini, li. vj. c. xiij. nu. 15. 521
Euangeliorum, quæ dicũtur hebdomada resurrectionis, ordinatio mystica, li. vj. c. lxxxix. n. 26. 727
Euangeliorum, epistolarum, & prophetiarum varia est terminatio, lib. 4. cap. xvj. numer. 11. 223
Euangeliorũ librum, vnde sumat diaco

Universidad de Deusto
Biblioteca

diaconus,lib.iiij.c.xxiiij.nu.5. pag. 238
Euangeliorum præfationes duæ. & vtrilibet vbi locus.lib. iiij.c. xxiiij.nu.35. 247
Euangeliorũ & epistolarũ varietas, vnde in diuersis Ecclesiis, quinta feria primę dominicæ quadragesimalis, fuerit profecta,lib.6.c.xxxvj.nu.4. 579
Euangeliis quibusnam præponatur.In illo tempore, & quibus nõ.li.iiii.c.xxiiij.n.36.pag. 248
Eucharistia datur post baptismã: sicut olim mana post transitũ maris rubri. & quid Eucharistia.lib.iiij.c.xlj.nu.3. 309
Eucharistia non est dãda ægroto vomenti. Itẽ, nec ebrioso,insano,hęretico,epileptico & similibus. Item de aliis accidentibus.li.iiij.c.xlij.nu. 13.14.15.16. & 17. 331
Eucharistiam an debeat negare homini criminoso & scelesto sacerdos distin.lib.iiij.c.xlj.nu. 37.pag. 318
Excubiæ tres interpollatæ,in primitiua Ecclesia,lib.v.ca.iij.nu. 17.pag. 432
Exedra, quid. lib.j.c.j.nu.19.pag. 12
Exorcismus,quid.Itẽ, quid catechismus,lib.vj.cap.lxxxiij. nu. 8 pag. 687
Exorcista,quis dicatur.lib.ij.c.vj. nu.1. 102
Exorcistæ officium, lib.ij.cap.vj. nu.2. ibid.
Exorcistæ qualis sit institutio,lib. 2.c.vj.nu.4. ibid.
Ezechias Rex, quo consilio serpentem æneum confregerit,li. j.c.iij.nu.3. 24

F

FAbiani & Sebastiani, quale officiũ,lib.vij.c.ij. nu.1. 821
Felix & Audactus,socij.in passione, & vnde nomẽ sortitus Audactus,lib.vij.c.xxvij.nu. 1. 851
Fenestrę Ecclesiæ,quid significẽt. Quid cancelli. Quid ostiũ,lib. j.c.j.nu.24.25.& 26. 13
Feria quid & vnde dicta & vnde hoc verbum natũ inter Christianos,lib.vij.c.j.nu 1..12. 807
Feria sexta hebd. tertiæ Aduẽtus vnam tantum lectionem habet in missa,lib.vj.c.ix. 510
Feria tertia Dominicæ quintæ in passione inuitat ad patientiam. Et quòd eius diei officium,lib. vj.c.lxj.nu.1. 613
Feria quinta post Pentecosten,nõ habet proprium officiũ & vnde mutuetur,lib.vj.c.cxj.nu. 1. pag. 767
Feria quinta Dominicę quintę in passione, quod immolet Deo. Et eius diei officium, lib.vi.ca. lxiiii.nu.1.2.& 3. 615
Feria sexta à Paschate, quod & quale habeat officium. ibi. nu. 1.2.3.4.& 6. 618
Feria sexta Dominicæ quartæ quadrag.lib.vi.c.lviii.nu.1.608
Feria quinta tertiæ dominicæ, in quadragesima quid referat. & quod varium habeat officium, lib.vi.c.i.nu.1.& 2. 591.592
Feria sexta dominicæ tertiæ in quadragesima,& quale, quidve portendens habeat officiũ. lib.vi.c.li.nu.1. 592
Feria tertia Dominicę quartę quadragesimę de quo agat tum de Epist.nu. 2. tum de Euangelio. lib.vi.

lib.vj.c.lv.nu.1.& 3. 600.601
Feria tertia primę dominicę quadragesimalis, & eius officium. li.vj.c.xxiiij.nu.1. 577
Feria secũda dominicę in ramis, quid designet.Et eius officium. li.vj.c.lxviij.n.1.3.& 4. 622.623
Feria quinta dominicæ in ramis, & eius officium.lib.vj. ca.lxxv. nu.1.3.7.& 14. 648.649.651
Feria quinta dominicæ secundæ quadragesimalis,Et officiũ.lib. vj.c.xiiij nu.1.2.& 3. 585.586
Feria sexta primæ dominicę quadrage. Et eius officiũ,tum euãgelium lib.vj.cap. xxxvij. nu.1. & 2. 580
Feria sexta dominicę secũdę quadragesimalis, ad patientiam & mansuetudinem hortatur. Et eius officium.lib.vj. cap. xliiij. nu.1.& 2. 586
Fetia sexta dominicæ quintæ in passione,quid agat:quóque habeat officium.li.vj. cap.lxv. nu. 1.& 2.pag. 616
Feria quinta primę dominicę quadragesimalis,carebat olim proprio officio.Et quid hodie.li.vj. cap.xxxvj.nu.3. 579
Feria sexta quatuor temporum Septembris, pœnitentiam exprimit ordinandorum.lib.vj.c. cxxxiij.nu.1. 792
Feria quarta dominica in ramis Christus venditus fuit Iuda. Et eius diei tum significatio, tum officium.li.vj.ca.lxx.nu.1.5.6.7. 9.& 10. 625.626.627
Feria quarta primę dominicę quadragesimalis, est de ieiunio. Eáque solennitas geminatur. Et eius officium duobus constat versibus.libr. sexto.c.xxxv. nume.1.2.& 3. 378
Feria tertia Dominicæ in ramis, quid agat. & nu.2.3. Et quotupliciter Ecclesia salutem suam in cruce consideret. li.6.c.lxix. num.1. 624
Feria secũda dominicę tertię quadrag.quid designet. Et eius officiũ.li.vj.c.xlvij.nu.1.& 2. 590
Feria quinta primæ Dominicæ quadragesimalis, quem habeat missæ introitum. li.vj. c.xxxvj. num.1. 579
Feria quarta Dominicæ tertiæ in quadrag.& officij ratio.lib.6.c. xlix nume.1. 591
Feria tertia, tertię Dominicæ in quadra. & eius officium. lib.6. cap.xlviij.nu.2. & 3. 590.591
Feria tertia secundæ dominicæ quadragesimalis, Et eius officium.lib.6.cap.xlj.nume.1.& 3. pag. 584
Feria quarta dominicæ quartæ quadragesi. quid tractet. lib.6. c.lvj nu.1. 601
Feria quarta dominicę decimę septimę post Pentecosten quale habeat officium.lib.6.c.cxxxij. num.1. 791
Feria quinta quartæ dominicæ quadragesimalis, Et missæ introitus.lib.vj.cap.lvij.nu.1.607
Feria quarta post Pẽtecosten, habet quatuor tempora. lib.6.ca. cx nu.2. 765
Feria quarta dominicæ secundæ quadragesimalis est pœnitentiæ dies,Et missę introitus.li.6. c.xlij.nu.1.& 2. 585
Feria quinta Dominicæ in ramis, matutinas vertit in tenebras. Et de eius diei solẽnitate li.vj. cap lxxij.nu.2.18.& 29.629.635

Universidad de Deusto
Biblioteca

Feria ſecunda dominicæ quintæ in paſſione. & officium. lib.6.c. lxj.nu.1.2.3.& 4. 613
Feria quarta dominicæ quintę in paſſione.liberationē àſolo Deo expetit.lib.vj.c.lxiij.nu.1. 614
Feria ſecunda ſecundę Dominicę quadrageſimalis. Et eius officium.lib.vj.c.j.nu.1. 613
Feriæ tertię poſt Paſcha officium. libro ſexto.ca.xcj.nu.1.2.3.& 4. 732.733
Friæ quartę officiū à Paſchate,li. vj.c.xcij.nu.1.2.& 3. 733.734
Ferię quintę à Paſchate,officium. li.vj.c.xciij.nu.1.2.& 3. 734
Ferię quintę in quadrageſima, olim carebant proprio officio. lib.vj.c.xliij.nu.4. 581
Ferię ſextę paraſceues, ſex priuilegia.li.vj.c.lxxv.nu.40. 665
Ferię ſecūdę in quadrageſima, dominicæ ſecundæ ratio. li. vj.c. liiij.nu.1. 600
Ferię ſecundę poſt Paſcha officiū. lib.vj.c.xc.nu.1.2.& 3. 731.732
Feriæ ſextę poſt Pentecoſten miſſa,eiusque expoſitio. lib.6.cap. cxij.nu.1.& 2. 767
de Feria, quid ſit,vnde ortum habeat,vide ample in adnotatione in lib.vij.cap.j. 810
Feſta occurrūt plus quinque millia ſanctorū,quolibet die,exceptis calēdarū diebus:vt reſpōdit Euſebius Conſtātino Imperatori.lib.vij cap.1.nu.28. 817
Feſta quæ celebranda, per totum annum. ibid.num.30. 813
Feſta omnia, ſunt aut in totū duplicia, aut ſimpliciter duplicia, aut ſemiduplicia, vnūquodque percurrit.ibid.nume.31.32.& 33. 813
Feſta omnis generis ſanctorum, cur celebrentur tēpore Paſchali,ſub nomine perſonæ. ibidem numero 39. 816
Feſta ſanctorum, qui immediatē cœlum aſcenderunt, celebrantur tempore Paſchali, non autem cęterorum.ibid.nu.40.817
Feſta ſanctorum veteris teſtamenti, per Græcos & Venetos coluntur.ibid.nu.41.
Feſtorū variæ & diſſimiles ſolennitates hierarchiam cœleſtem ſedibus & gratia diſtinctā deſignant libr.vij. c.j. nu.34.35.36. & 37. 814.815
Feſtiuitatum diuerſa nomina. lib. vij.cap.j.nu.18.& 19. 809
Ficulnea euangelica, & eius expoſitio.lib.v.c.iij.nu.26. 435
Fides & charitas, ſerenitatem gignunt in mente hominis.lib.vj. cap xxj nu.3. 547
Fides, eſt baptiſmatis condimentum quę ſi deficiat, & ſalus deficiet.lib.j.cap.vij.nu.13. 62
Figurę circularis dignitas,& eminentia.lib.ij.cap.j.nu.25. 89
Figuræ in diuinis, ſunt virtutum ſigna libro primo,in proœmio. nume.1. 2
Filij Eccleſię triplices. lib.vj. cap. xxvj.nu.4.5.6. 560
Flamines,qui & vnde dicti. lib.ij. c.j.num.23. 87
ad Fletum ſpiritualem duo prouocant,lib.vj.c.lxiiij. nu.3. 615
ad Fontes fit proceſſio ſeptē diebus à Paſchate.lib.vj.ca.lxxxix. nu.10. 721
Fratres ſeptem.lib.7.cap.xvj.nu.1. 841
Fratrum ſeptem dormientiū ferè trecētis annis, feſtū & hiſtoria. lib.vij. lib.vij.c.xviij.nu.1. 841
Frixorium triplex. li.vj.c. lxx.nu. 12. 627
Frons ſedes eſt pudoris lib. vj. c. lvj.nu.6. 603
Funis à campana pendens,quid ſignificet.lib.j.c.iij.nu.8. 37

G

GAbriel,quid ſignificet & eius munus.lib.iiij. cap. xxxiij. nu.17. 282
Gallus in ſummitate Eccleſiæ fixus,quid notet libro primo,ca. j.nume.22. 12
Gelaſius Papa præfationes communes dictauit primum. li. iiij. cap.xxxiij.nu.35. 284
Geneſis liber cur legatur in ſeptuageſima.lib.vj.cap.xxv.nume.2. & 3. 556.557
Gentilium ſecta.libro ſecundo, c. j.nu 2. 84
Genu flectitur etiam in priuatis orationibus. libro quinto. c. v. num.16. 459
Genu omne cur flectatur nomine Ieſu.lib.vj.ca.lxx. nume.2.& 8. 625.626
Genu vtrumque flectendum in Eccleſia. Dominis autem, alterum tārum lib.v.c.ij.nu.45.416
Genua quare non flectamus ante ſextam orationem in ſabbato primę Dominicæ quadrageſimalis. lib.vj.c.xxxviij.nu.3.580
Genua cur flectamus in quadrageſima,ſub illam collectam: Humiliate capita veſtra Deo.li.vj. c.xxviij.nu 8.9.& 10. 567.568
Geruaſij & Prothaſij feſtum, ex inſtitutione Gregorij. libr. vij. cap.xiij.nu.1. 816
Gloria, quid libro quinto, c.ij. nu.22. 408
Gloria patri.principio omniū horarum dicendum.Excepto mortuorū officio. Et quid ille verſus portendat. Et quot vicibus dicatur in nocturnis feſtiuitatum.libro quinto.ca.ij.num.17. 18.19.20.& 21. 407.408
Gloria patri,&c.cur tempore paſſionis intermittatur.lib.vj.c.lx. nu.4. 610
Gloria in excelſis,hymnus, à quo & quo loco dicatur. Et eius hymni excellentiæ.li.iiij.c.xiij. num.1.& 3. 205.206
Gloria in excelſis non cantatur quinta feria dominicæ in ramis, niſi Epiſcopo præſente. li. vj.ca.lxxv.nu.2. 648
Graduale ſequitur epiſtolā.limit. nu 2.Et quid ſignificet. ibid. & 7.& vnde dicatur.lib.4.ca. xix. nu.1.3.& 5. 226
Graduale, qua voce offerendum. ibidem.nu 4.
Gradualia qui compoſuerint. lib. iiij.c.xix.nu.10. 228
Graduarius liber,quid. Quid trophonarius.lib.6. cap.j.nu.25. & 26. 481
Græci temerè ſpiritum ſanctum à filio procedere negant. lib.iiij. cap.xxv.nu.12. 251
Græci ſacrificant ex fermentato pane,falſo ducti errore. lib.iiij. c xlj.nu.10. 312
Græci quomodo vtātur imaginibus & picturis dimidiatis. Et quo id faciant conſilio. lib.j.c. iij nu.2. 24
Græcorum error, de proceſſione ſpiritus ſancti.lib.iiij. cap.xxv. nu.11. 251
Gregorius, ieiunium inſtituit & officium quintæ feriæ quadrageſima

gesimalis.lib.vj.c.xliij. nu.5.585
Gregorius Papa,cum ministraret hostiam matronę ridenti & incredulæ, orauit pro ea. li.iiij.c. xlj.nu.28. 315
Gulielmus Durādus, origine fuit prouincialis.lib.vj. cap. xxviij. nu.5. 566
Gulielmus Durādus communem Ecclesiæ formam instituit, non singularem. lib. j. in procœmio. nu.16. pag.5

H

HÆreticorū de missę augmento,ac cæterorū sacramentorum & institutionum Ecclesiasticarum, grauis cauillatio. lib.iiij.c.j.nu.8.9.10. 166
Hebdomada proxima natiuitati, præparatio meritò nūcupatur. Et cur sex diebus ante natiuitatem dicantur laudes propriæ. lib.vj.c.xj.num.6. 515
Hebraicarum literarum interpretatio.lib.vj.c.lxxij.nu.14. 632
Hebræorum secta.lib.ij.cap.j. nume.4. 84
Herodes,tres fuere.lib.vij.c.xxvj. num.2. 850
Hierarchia quotuplex,& vnde dicatur.lib.4.cap.xxxiij. num.31. pag. 284
Hierusalem decima luna venit Christus:& cur ita.li.vj. c.lxvij. nu.12. 430
Hilarius Pictauien. quid addiderit ad hymnū. Gloria in excelsis Deo lib.iiij.c.xiij. nu.4.206
Historia,quid sit, & vnde dicatur, eiusque verbi quàm varia sit significatio amplissimè supra Authoris mentem, vide in adnotatione reiecta ad calcē procœmij.lib.j. 6
Holocaustum quid.lib.iiij. c.xxx. num.13. 267
Hœdi pellis figura, & significatio.lib.iij.c.xij.nu.4. 141
Homo,templū spirituale,interdū pollicitur.lib.j.ca.vj.nu.37. 55
Homo quorum debeat misereri. lib.j. c.vij.nu.32. 67
Homo sanctus,arcui comparatur cœlesti.lib.vj.c.xxvij.nu.9. 563
Homo vt sit templū Dei quę secū habere debeat.lib.j.c.ij.nu.7.19
Hominis magna ignorantia. lib. vj.cap.iij.nu.3. 492
Homines an erūt nudi post diem iudicij, an vero amicti. lib.vij. cap.xxxv.nu.43. 867
Hominū tria genera per Christū saluata.li.vj.ca.lxxij.nu.11. 631
Horæ tribus modis incipiuntur, eò quod tribus modis cōtingit peccare.lib.v.cap.ij.nu.8. 404
Horæ singulæ canonicę, respondent singulis actibus passionis Christi.lib.v.ca.j.nu.6. 399
Horæ septem canonicę,repręsentant septem hominis ætates. li. v.ca.j.nu.4. 398
Horarū canonicarum partes omnes.lib.v.cap.x.nu.8. 472
Horarū principia cur omittantur feria sexta dominicę in ramis. Itē aliæ multę solēnitates circa legitimū Ecclesiæ officiū.li. vj. ca.lxxj.num.7.8.9.10. 630.631
Horarū singularū initio cur præponatur, Deus in adiutorium meū intēde.li.v.c.ij.nu.7. 404
Horis quatuor diei tantum cur laudemus Deum:& non omnibus.lib.v.cap.j.num.5. 398
Horologium in Ecclesia, quid notet quid sacrariū.Quid Cocleę. Quid piscina.Quid regulę.li.j. cap.j.

cap.j.num.35.36.37.38.& 39. 14
Hostes Ecclesiæ,quatuor.lib.v.ca. iij.num.4. 428
Hostia quid. lib. iiij.cap.xxx.num. 12. 267
Hostia vnde dicatur. lib.iiij.capit. xlj.num.4. 310
Hostia rotunda cur fiat.lib.iiij.ca. xxx.num.8. 266
Hostia primò per medium frangitur.& quare id ipsum. lib. iiij.c. ij.num.5. 372
Hostia cur diuidatur in treis partes.lib.iiij.cap.lj.num.20. 376
Hostia ferè ponitur inter sacerdotem & calicem. lib.iiij.cap.xxx. num.23. 270
Hostia dicitur salutaris,rationalis, acceptabilis, & rata. Et quibus idipsum rationibus. lib.iiij.cap. xl.num.12. 307
Hostiæ fractio,quomodo fieri debeat.libr.iiij.cap.lj.num.1.2.3.8. 10.12.13.15.16. 18. & 19.371.372. 374.375.
Hostiæ fractio ad quid fiat. ibid. num.4. 372
Hostiæ tres partes, quid significent.lib.iiij.cap.lj.num.21.& 22. 376.377
Hostiæ altera dimidietas, cur iterum diuidatur. libr.iiij.capit.lj. num.6. 372
Hostiæ particula post subdiuisionem remanens in siniſtra cur conjungatur parti super patenam positæ.ibidem num. 7
Hostiæ particula, cur mittatur in sanguinem, lib. iiij.cap.lj.num. 7. 375
Hostiam puram, &c. illa pars canonis, quam variè exponatur. libro iiij.cap.xliij.num.8 .340
Hostiarum tabernaculum, quid notet.lib.j.cap.iij.num.25. 29
Hyacinthi lapidis vis. libr.iij.cap. x.num.3. 137
Hymnus vnde natus primum. Et quid.lib.v.cap.ij.num.23. 408
Hymnus cur sequatur inuitatorium.lib.v.cap.iij.num.13. 431
Hymnus, Gloria patri non cantatur post responsorium Missæ, post horarum autem, sic. libro quarto.cap.xix.num.9. 128
Hymnus,psalmus,& canticum,an & quid differant, libr.v.capit.ij. num.25. 409
Hymnus nūquam mutatur in Prima. Et quid ita libro v. capit.v. num.2. 452
Hymnum: Vexilla regis prodeunt &c.cur Ecclesia cantet dominica quinta in passione domini. lib.sexto,cap.lx,num.3. 610
Hymni, an & vbi præcedāt psalm. aut ecōtrà lib.v.c.ij.nu 24. 408
De hymnorum ortu,vsu,& authoritate,amplissimè pete ex adnotatione in libr. v. cap.ij.in fine. 425. Vbi & de psallendi ratione, multa.
Hyssopū quid notet.Et eius natura & situs.lib.j.c.vij.num.20. 63
Hugo de sancto Victore,quid responderit fratribus, simplicem sibi offerentibus hostiam. libro iiij.cap.xlj.num.29. 315

I

IAcobus maior filius Zebedæi euāgelium docuit Hispaniis,Et eius diei officium, & quando fiat.libro septimo, capitul. xvij. num.1.2.& 3. 841
Iacobus minor & Simon, fratres domini. lib. septimo.cap.xxxiij. num.1. 865
Iacobus minor, cur dictus frater domini.

Universidad de Deusto
Biblioteca

domini.lib.vij.cap.x.num.3. 831
Iacobi minoris,vita,& dignitas:& sanctitas.Eius deinde interitus, lib.vij.cap.x.num.5.& 6. 832
Iesus nomen est proprium. lib.iiij. cap.xv.num.7. 215
Iesus, vnde dictus Nazarenus,lib. ij.cap.7.num.10. 86
Ieiunare qui teneantur.lib. vj.cap. vij.num.13. 506
Ieiunandum an sit in vigiliis Apostolorum.& quorum.lib.vj.cap. vij.nu.16.17.18.& 19. 506.507
Ieiunandum an sit à tempore Paschali.lib.vj.cap.cv.num.7. 754
Ieiunandum quarta feria dominicæ in ramis. Et quam ob causam.lib.vj.cap.lxx.num.13. 627
Ieiunium quid. Et vnde dicatur. lib.vj.cap.vij.num.1.2.3. 502
Ieiunium , quódnam perfectissimum omnium.l.vj.c.x.nu.3. 511
Ieiunium primùm instituit Petrus Apostolus. Et quorsum institutum.lib.vj.c xxviij.nu.2.& 3. 565
Ieiunium aliud, quàm multiplex. & eorum particularis discussio. lib.vj.c.vij.num.6.& 7. 503
Ieiunium soluere ante horam peccatum libro sexto, capitul.vij. num 5. 506
Ieiunium, cur dimensum quadragesima diebus Et cuius exemplo. libro sexto,capit.xxxiij.numero 2.& 3. 574
Ieiunium laudabile. libro vj.capit. xlj.num 2. 584
Ieiunium spirituale , Deo placet non carnale, & sextæ feriæ officium.lib.vj.c.xxx.nu.1.& 2. 572
Ieiunium compassionis Et quotupliciter fiat ipsa compassio.libr. vj.c.vij.num.10. 504
Ieiunium,cur inchoetur in quarta feria. lib. vj.cap.xxviij.numero 13.15.16.& 17. 569
Ieiunium habet inter martyres solus Laurentius inter Confessores Martinus. libr.vij.cap.ij.numero 20.pag. 507
Ieiunium non soluunt serui prægustantes cibos.libr. sexto,cap. vij.num.21. 508
Ieiunium sequens,an possit transferri in præcedentem hebdomaden.lib.ij.cap.j.num.38. 93
Ieiunium auspicari debent clerici à quinquagesima.lib.vj.c.xxvij. numero 7. 562
Ieiunium tractum est à veteri lege.lib.sexto cap. vj.numero 12. 13.pag. 501
Ieiunij principium , interrumpit ordinem historiarum , in prima Dominica quadragesimæ libro vj.cap.xxxij.num.5. 574
Ieiunij commendatio, & vis.libro vj.cap.vij.num 5. 503
Ieiunij formam Apostoli nobis tradiderunt.libro sexto , capit. cx.num.10. 765
Ieiunia, quæ ab Ecclesia instituta. libro vj.cap.vij.num.12. 505
Ieiunia triplicia , item primitiarum lib.vj.c.vij num.10. 500
Ieiunia quatuor tẽporum , in primitiua Ecclesia , ter fiebant in anno. Hodie quater. Et cur ita. libro sexto, cap.vj.num.1.2.4.5. 6.7.8.& 9. 499.500
Ieiunia quatuor temporum , cur sic dicta.Et cur fiant. lib.viij.ca. iij.num.12. & 23. 894
Ieiuniorum instituendorum vetus mos , diuersus ab hodierno. Et eius ratio. lib. vj.cap.cxxxv.nu. 3.4.& 5.pag. 793
Ieiuniorum dies pridem institutus. mutatus est à Leone Papa. lib.vj.cap.vij.num. 1. 501
Ieiunij inest authoritas , ex tribus. libro vj.cap.vij.num 4. 502
de Ieiunio eiusque institutione & authoritate, collige fusè ex adnotatiõe in li.vj.c.xviij.in fi. 573
Idolorum immodicus vsus reprobatur,moderatus probatur.lib. j.cap.iij.num.4. 24
Idus ,& cur sic dicatur.lib.viij.cap. iij.num.17.& 18. 899
Ignis necessarius, ad omnia sacrificia.lib.iiij.cap.vj.num.5. 187
Illibata dona & munera , dicit sacerdos in benedictione. Et quæ dicantur illibata. libro quarto, cap.xxxvj.num.11. 294
Imperatorem debere esse subdiaconum.lib.ij.c.viij num.6. 105
Inclinat se sacerdos,facta turificatione, & deinde osculatur altare.Et eorum significatio mystica.lib.iiij.c.xxxij.nu.1.& 2. 276
Inclinationes sacerdotis,in Missa, quid notent. lib. iiij.ca.vij.num. 6.pag. 195
Inclinationes Christi,tredecim,in ara passionis. ibid. num. 7
Indictio,quid.lib.viij.ca.v.num.9. 906
Indumenta quatuor , secundum legem Mosaicam. lib.iij.capitu. xix.num.1. 157
Indumenta quatuor,propria legalis Pontificis : eorumque compositio , textura & forma. ibid. num. 2.& per discursum. num. 3.4.5. 157.158
Indumenta legalia , ex quo fabricata.lib.iij.cap.xix.num.17. 163
Indumentis albis vtẽdum in consecratione Ecclesiæ,etiam quocunque die celebretur. libr. iij. cap.xviij.num.3. 154
Indumentis albis , quibus diebus vtatur ecclesia. lib. iij.cap.xviij. num.2. 153
Infirmi & catechumeni , quare oleo inungãtur.li.j.c.viij.n.4.70
Innocẽtes,tertium martyrum tulstinuerũt,quòd est opere & non voluntate. Et cur illud festum celebret Ecclesia. libr.vij.capit. xlij.num.10.& 14. 874.875
Innocentium festum cur non admittat cantica lætitiæ. Et eorum officium. lib. vij.capit.xlij. num.11.12.& 13. ibid.
Innocentius tertius,quid statuerit in rem sacram. libr.iiij.cap.xiij. numero 6. 207
Innocentius papa , statuit corpus Christi , sub specie panis reseruari in quinta feria dominicæ in ramis. Et cur ibidem sanguinem.lib.vij.c.lxxv.nu.9.10. 659
Institutionũ ecclesiasticarum varius vsus,vt varius ortus.lib.j.in proœmio.num.14.15.& 17. 5
Introitus Missæ, forma variè.libr. iiij cap.v.num.3. 183
Introitus , vnde dicatur. ibidem, num.4. 184
Introitus vnde debeat adsumi.ibidem.num. 5
Introitus officiorum , variat sæpe in versu.lib.6 cap.lij.num.2.593
Introitus missæ dicendæ in quarta dominica quadragesimæ.lib. vj.cap.liij.num.6. 597
Introitus Missę significatio.Et ortus.lib.4.cap.v.num 1. 182
Introituum missæ adaptatio , à septuagesima, vsque ad Pascha. lib.vj.cap.xxiiij.num.21. 555
Inuitatorium , quid significet. Et qua voce dicatur, lib. v. cap iij. num.

Universidad de Deusto
Biblioteca

num.10.& 11. 430
Inuitatorium,cur aliquando integer aliquando imperfectè repetitur.lib.v.cap.iij.num.12. ibid.
Inuitatorium , cur non habeat locum in die Epiphaniæ.libr. vj. cap.xvj.num.9. 534
Ioannes baptista , cur dictus lucifer.lib.vij.c.xiiij.num.2. 837
Ioannes Euãgelista,quo die obierit, ibidem num. 5
Ioannes Baptista, & beata etiam Maria fuerunt in peccato originali concepti. ibid.num. 6
Ioannes Baptista, qua forma pingatur. Et qua martyres.lib.j.ca. iij.num.13.& 14. 27
Ioannes Euãgelista passus est martirium:quod est voluntate,non opere.lib.viij.c.xlij.num.6. 873
Ioannes Euangelista obiit in festo Ioannis Baptistæ lib.vij.ca.xlij. num.8.& 9. 873.874
Ioannes cur denuò repetatur in vndecima parte canonis: atque præmittatur Matthiæ & Barnabæ Apostolis.libro quarto, cap. xlvj.num.7. 349
Ioannis Baptistæ hymnum diaconus canit voce recuperata , quã prius amiserat. libro septimo, capitulo decimoquarto numer. septimo,pag. 838
Ioannis baptistæ festum duplex agit Ecclesia , & cur ita. Et eius missa. libro septimo , capitulo xiiij.num.13.8. 837.838
Ioannis vigilia , habet ieiunium. ibid.num.4. 837
Ioannis Baptistæ quadragesima. ibid num.9. 838
Ioannis Baptistæ vigilia, cur ignes accendantur , & qua significatione,Et cur ossa comburantur. & cur rota voluatur. ibid. num. 10.11.12.13. 838.839
Ioannis Baptistæ caput,vbi humatum Et vbi, quãdo, & à quo inuentum.lib.vij.c.xxvj.n.3.4. 850
Ioannis Baptistę officium ecclesiasticum in decolatione. ibidem num.5 pag. 851
Ioannis decolatio.lib.vij.cap.xxvj. num.1. 849
Ioannis Euangelistæ officium.lib. vij.cap.xlj.num.7. 873
Iob legitur Dominica vndecima post Pentecost.Et quid moneat, Et eius dici officium. libro sexto,cap.cxxv.num.1.2.& 3. 784
Iordanis, quid , misticè. libro sexto.cap.xlvij.num.3. 590
Ioseph, Christum refert. lib.vj.ca. xlvj.num.3. 589
Ioseph potius quàm Mariæ genealogia, cur computetur.libr.sexto.num.xiij.num.14. 522
Israëliticus populus tres potissimum solemnitates colebat. lib. vij.cap.j.num.16. 811
Ite Missa est periodus Missæ.quid significet , & moneat. libr. iiij. cap.lvij.num.6. 392
Iubilus, quid notet. libr. vj. capit. xiij.num.11. 521
Iudas variè appellatus est. lib. vij. cap.xxxiij.num.2. 855
Iudas an cum aliis Apostolis corpus Christi sumpserit.In vtramque partem rationes probabiles.lib.quarto.cap.xlj.nu.36. 318
Iudas, quarta feria, immane sacrilegium perpetrauit. lib.iiij.cap. xl.num.2. 305
Iudæ Christus ne dederit sacramentum,ad bonum,aut malum potius eius. lib. iiij.ca.xlj.num. 38.pag. 319

In Iudæis

In Iudæis baptizandis, quid obseruandum lib.vj.cap.xxxiij.n. 23. 691
Iudicij dies plenus erit gaudio propter dominicam,& nostram resurrectionem,lib.viij.cap.vj. num.3. 907
Iudith historia cur legatur dominica xiiij. post Penteco.Et eius dici officium quale.lib. vj.cap. cxxviij.nu.1.& 2. 787.788
Iugũ, est in quolibet statu & gradu super filios,libr.sexto.capi. xxv.nu.10. 558
Iulianus , Cenomanensis Episcopus. Et quot præterea Iuliani. lib.vij.ca.v.num.1.pag. 812
Iulianus monachus diaboloamicus apostata,& Christianorum persecutor. Cuius tumulus ad hunc diem fetorem intolerabilem emittit.libr.septimo, capi. xj.num.5.pag. 833
Iunius à maioribus dicitur li.viij. cap.iij.nu.8. 899
Iustitiæ beneficiũ.li.vj.c.x.n.2.511

L

LAmpades cur accenduntur in vesperis,maximè sub canticum Mariæ.lib.v.c.ix.nu.9.468
Lateranensis Ecclesia orationem dominicam dicit loco collectę, in Missa & horis.lib.quarto ca. xv.nu.17. 219
Laurentius post beatum Stephanum primatum obtinet inter martyres. Et cur honorificentius præ cæteris colatur,& eius dici legitur officium. li. vij.ca. xxiij.num.1.2.& 4. 845.846
Laurentius tria singularia habet priuilegia.ibi.nu.5. 846
Lectio nona, cur instituta nomine trinitatis.li.v.ca.ij.n.50. 418
Lectiones secundę in sabbatis expositio. Item tertiæ & quartæ. lib.vj.cap.lxxxj.num.4.5.6.& 8. pag. 675.676.677
Lectiones duæ,cur legantur quarta feria quatuor temporum. In missa vna tantùm.li. vj.ca.viij. num.2.& 3. 509
Lectiones duę leguntur in quarta feria quartæ Dominicę quadragesimæ.li.vj.ca.lvj.nu.11. 605
Lectiones apostolicas & euangelicas,quis primùm statuerit debere dici ante sacrificium. libr. iiij.cap.xvj.num.10. 223
Lectiones matutinales , quid significent.lib.v.c.ij.nu.43. 415
Lectiones quotuplici fine terminentur.lib.v.c.ij. nu.49. 417
Lectiones cur Romæ legantur græcè & latinè. libr. vj. capi.x. num.5. 512
Lectionum & canticorum præposterus ordo.lib.vj.ca.lxxxj. nu. 14. 680
Lectionum pluralitas quid notet. li.v.c.ij.nu.47. 417
Lectionum author cur non exprimatur in nocturnalibus, siue in diurnalibus.li.v.c ij.nu.52. 419
Lectionibus finitis dicitur Tu autem Domine,& cur ita. libr. v. cap.ij.num.46. 416
Lector vnde dictus. Et eius munus.li.ij.c.v.nu.1.2.3.& 5.101.102
Lector,quomodo instituatur.ibi. num 4. 102
Leo Papa , quid addiderit canoni Missæ lib.iiij.cap.xxxix.nume. 4. 302
Leo Papa,eodem die nonies celebrauit lib.iiij.c.j.nu.26. 171
Lepræ curatio. libr. iiij. cap.xxv. num.28. 256

Universidad de Deusto
Biblioteca

Leprosi sanatio quid significet. Et quotuplex lepra. lib.vj.cap.xx. num.1. 541
Leuita quis. lib.vij.ca. xxiij.num. 3. 846
Leuitis demandatum erat negotium ianitorum. lib.ij. cap.iiij. num.1. 101
Lex antiqua, quædam habet mystica, quædam moralia. lib.j.ca. j.num.7. 3
Lex an recipiat mutationem dist. ibi num.8.
Libare, quid. lib.iiij. cap.xxx.nume.11. 266
Libri sapientiæ, cur potissimum legantur in Augusto. Et quid septima Dominica præterea adhibeat. li.vj.c.cxxj.nu.1.&3. 780
Libri Ecclesiastici, tres sunt. libr. vj.ca.1.nu.14. 482
Libri lectionum, plures sunt quos percurrit. lib.vj.ca.j.nu. 27.28. 29.30.31.&32. 481.483
Libri Regum, leguntur post octauas Pente. Et cur ita. lib.vj. ca. cxv.nu.1.&2. 773
Libri quinam legendi per totum anni circulum, in Ecclesia. videper discursum. lib.vj.ca.j.nu. 3. 14.15.16.17.18.&19. 479.480
Libri octaui diuisio quadruplex. cap.ij.nu.1.2.3.4. 889
Lignum in quo pendet campana, quid notet. lib.primo.ca.quarto, nu.7. 37
Lineæ duæ in pallio, quid designent. lib.iij cap.xvij.nu.5. 149
Linea sacerdotis, quid notaret. li. iij c.xix.nu.8. 159
Lingua dolosa palliatorum amicorum. lib.vj.ca.cxvj.nu.1. 776
Linguæ duæ in mitra episcopi quid n rent. li.iij.c.xij.n.1. 42
Lingula à corio separata, supra pedem consurgens, quid significet. lib.iij.c.viij.nu.8. 134
Linteamina alba operiunt altare lib j.c.ij.nu.14. 21
Litania cur fiat circa fontes baptismatis. li.vj.c.lxxxiij.nu.40. 694
Litania maior à quo, & quorsum instituta. Et à quo minor. li. vj. ca.cij.nu.2.& 4. 744.745
Litaniæ siue rogationes habent processionem septiformem. Et qua id significatione. Et vnde dicta minor litania. libr. sexto. cap.cij.num.1. 745
Litaniæ qualiter fiant, quidque habeant. ibidem num. 6. 7. 9. 10.& 11. 746.747
Litaniarum Missa & eius expositio. lib.sexto.cap.cij.nu. 12. 13. 14.& 15. 748.749
Litanias priores cur legant senio res in sabbato sancto; iuniores vltimas. libr. sexto.cap.lxxxiij. num.41. 695
Loca sacra, quæ sint; quæ sancta: Et quæ religiosa. lib.primo.ca. vi.num.2.& 3. 40
Locorum venerabilium quænam sint necessitati humanæ dedicata. lib.j.c.v.nu.6. 40
Lotio manuum. quid notet. Et vnde cœperit. lib. quarto. cap.iij. nu.4.& 5. 178.179
Lotio pedum an sit mandatum potius, quàm consilium. libro sexto.cap.lxxv.nu.5. 649
Lucas cuius fuerit, & quando ad fidem nostram accesserit. lib. vij.ca.xxxij.nu.1. 814
Lucas à quo acceperit potissimùm quæ scripsit. ibid.nu.2.
Lucas Mariæ expressit simulachrum. vj.c.lxxxix.nu.3. 75
Lumen in Ecclesia, Christum denotat. lib.j.c.j.nu.40. 15
Lunæ saltus. lib.viij.ca.x.nu.5. 912
Lustrum, quid. li.viij.ca.iij.nu.29. 895

M

Machabæorum festum cur agat Ecclesia. li.vij. ca.xx. num.1.2.& infra. 843
Magi, qui: vnde dicti. lib.vj.c.xvj. nu.2. 532
Magi quę, & cur munera domino obtulerunt. li.vj.c.xvj.nu.4. 533
Maguntinensis Concilij sanctio super institutione episcopi, presbyteri diaconi, & subdiaconi. lib.iij.c.1.nu.16. 123
Malum, est triplex, à quo petimus liberari. lib.iiij.ca.xlviij.num.5. 360
Mane, in sex diuiditur. li.v.ca.iiij. nu.22. 446
Manicæ albæ, quid moneant. lib. iij.cap.iij.nu.5. 126
Manichæorum hæresis. lib.sexto. cap.lxxxj.nu.3. 675
Manipulus, quo cocilio adhibeatur. lib.tertio.cap.sexto.num.j. &5. 130.131
Manipulus, cur in sinistra generatur. ibid.num.2.& 40. 130
Manipulus, vnde sumpserit initium, ibid.num.3.
Manipuli impositio, in brachio episcopi, quid notet. lib.iiij. cap. vij.nu.4. 195
Manipulis non vtuntur diaconi & subdiaconi seruientes pontifici induenti & exuenti se à sacris vestibus li.iij.c.vj.nu.6. 131
Mansiones tres in quarum tertia columna præcessit populum. li. vj.ca lxxx.nu.5. 671
Manus oleum, quid significet. lib.iiij.c.xxx.nu.22. 270
Manus impositio super ordinandis & consecrandis, vnde duxerit initium. lib.ij.c xj.nu.10.116
Manus Episcopi cur extendantur, in benedictionibus. lib.ij.ca.ix. num.19. 110
Manus quo consilio eleuentur in orationibus. lib.quarto.cap. xv.num.18. 219
Manuum sacerdotis lotio, quid significet. lib.quarto.cap.lv. nume.1. 388
Manuum lotio sit semper ad dextrum altaris cornu. lib.iij.capi. xxviij.num.2. 261
Manuum iunctio, in confessione, quid notet. lib.quarto.cap. vij. nu.5. 195
Manus lauat sacerdos denuò, statim ab offertorio, & turificatione. Et qua de causa. Et qua significatione. li.iij.c.xxviij.nu. 1.& 3. 261.262
Manibus episcopi, aut sacerdotis lotis, minister quid agere debeat. Itē subinde Episcopi munus. lib.iiij.c.xxx.nu.1 & 2. 265
Mapula, quam quatuor ministri ferunt super episcopum, quid notet. li.iiij.c.vj.nu.11.& 12. 188
Maria virgo an fuerit assumpta, vnà cū corpore & quoto ætatis anno. l vij.c.xxiiij.n.1.2. 847
Maria primatū obtinet inter sanctos. lib.vij.cap.vj.nu. 823
Maria fuit in vtero sanctificata. ibid.nu.3.
Maria virgo iure laudanda est horis canonicis. lib. v. cap. primo.nu.8. 400
Maria ter vnxit corpus Christi. li. iiij.c.xxxj.nu.2. 274
Maria canticū promissa Dei continet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tinet. Et eius expositio. Et cur potius in Vesperis cantetur, quàm aliis horis. lib. v. cap. ix. nu. 6. 7. & 8. 468
Mariæ virginis genealogia. libr. vij. ca. x. nu. 4. 832
Mariæ officium cur sabbato fiat, & vnde hoc inductum. lib. iiij. c. j. num. 3. 32. 33. 34 & 35. 173
Mariæ quatuor principalia sunt festa. lib. vij. num. 2. 823
Marię conceptio, num approbanda & solennitas celebranda. ibidem nu. 4. 824
Mariæ purificatio, est duplex festum. ibi. nu. 5. 6.
Mariæ purificationis solennitas, vbi & quo tempore, &, cur fuerit primũ instituta ibi. n. 11. 826
Mariæ purificatio, caret octauis. ibid. nu. 17. 828
Mariæ natiuitas, cur celebretur ab Ecclesia libr. septimo, capi. xxviij. nu 1. 851
Mariæ natiuitas, antiquitùs non celebrabatur. ibid. nu. 2.
Mariæ natiuitas, non habet ieiunium institutionis. ibid. num. 3.
Mariæ virginis officium, ab Vrbano Papa institutum. li. v. ca. primo. nu. 9. 490
Mariæ & Ioseph genealogia describitur. lib. vj. c. xiij. nu. 15. 522
Martinus dicitur par Apostolis. Et qua id ratione. lib. septimo. cap. xxxvij. nu. 1. 869
Martinus, solus inter confessores habet octauas institutionis. li. vij. c. xxxvij. nu. 2. ibid.
Martyr, id est, testis. Et an habeat octauam & vigiliam. li. vij. cap. xlv. nu. 1. 881
Martyrum officium, variè agitur. lib. vij. cap. xlvj. num. 2. 3. 4. & 9. 881. 882. 883
Martyrum præmium, & eius expositio ibid. nu. 3 & 6. 882
Martyrium, est triplex. lib. septimo. c. xlij. nu. 2. 872
Martyrium præfertur virginitati. li. tertio, c. xviij. nu. 5. 154
Masculi corpus in quadraginta diebus, fœminæ verò in septuaginta diebus animatur. lib. septimo. c. vij nu. 7. 825
Matrimonium, est sacramentum voluntatis tantum. Et quo tempore nuptiæ solenniter celebrentur. lib. j. c. ix. nu. 7. 79
Matrimonium, triplex quoddam sacramentum continet. ibidem num. 12. 80
Matthęus, Iecuita fuit, & Hebręus. lib. vij c. xxx. nu. 1. 853
Matthæus, item alij Euangelistæ, quibus temporibus scripserint euangelia. ibi nu. 2.
Matutinæ laudes, quo cõsilio inductæ. Et vnde dictæ laudes. li. v. ca. quarto. nu. 1. & 2. 439. 440
Mauricij & sociorũ vita & finis. li. septimo. c. xxxj. nu. 1. 854
Mausoleum, à mausolo dictum, lib. primo. c. v. nu. 7. 41
Melchisedech panem & vinum offerens, primus illum sacrificij ritum exercuit. lib. quarto. cap. xlj. num. 5. 310
Melchisedech iustus, sacerdos altissimi. lib. ij. c. x. nu. 2. 111
Melota, quid. lib. septimo. ca. xlv. num. 8. 882
Mensa, quid notet. lib. primo, ca. secundo. nu. 8. 19
Mensis, quid. Et vnde dicatur. lib. octauo. ca quarto. nu. 1. 897
Mensis quilibet, qua die septimanæ intret. libr. octauo. capit. v. nume. 4. 902
Mensis quilibet, quot diebus cõsteт libro octauo. c. 4. nume. 13. 898
Mensis quilibet habet tres dies celebres: Calendas, Nonas, & Idus ibi. nu. 14.
Menses singuli, singulis adaptantur temporibus. lib. vj. c. cxliij. num. 3. 802
Menses duodecim annus habet. lib. viij. c. 4. nu. 2. 897
Mensium enumeratio, & etymologia. Primum de Ianuario vnde dicatur. Inde sequentibus per discursum lib. 8. c. 4. nu. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10 11. & 12. 897. 898
de Mense, vnde dicatur, & de ratione eius, vide in adnotatione in lib. viij. c. iiij. in fi. 901
Metallj duritia, quid notet. lib. j. c. iiij. nu. 5. 36
Metropolitanus, vnde nomẽ sortitus. lib. ij. c. j. nu. 20. 87
Metropolitanus an potest actus legitimos exercere ante pallij adsumptionem. lib. 3. c. xvij. nu. 11. 151
Michaël, princeps est Angelorũ, qui mittuntur. lib. 7. ca. xiij. nu. 2. 834
Michael, quomodo interpretetur & eius officium. lib. 4. c. xxxiij. nu. 8. 280
Michaelis festum cur institutũ, & cur potius ei dicatum, quàm cæteris angelis. lib. 7. c. xij. nu. 3. & 4. 834. 835
Michaelis festum, quod habeat officium. ibi. nu. 5. 835
Ministeriũ verbi Dei, est triplex. lib. 4. c. xvj. nu. 8. 222
Ministrorum officia, circa oblationem sacerdotis. lib. 4. c. xxx. nu. 14. & 19. 268. 269
Misericordiæ & miserationes Domini, magnæ & multæ. lib. iiij. c. xlvj. nu. 5. 348
Misericordiæ opera, quę lib. vj. c. xix. nu 6. 542
Missam, omnia Christi mysteria continet. lib. iiij. c. j. nu. 11. 166
Missa sicca, quæ dicatur. ibi. nu. 23. 170
Missa Dominicę duodecimę post Pente. & eius officium. lib. vj. c. xxvj. nu. 1. 785
Missa defunctorũ. lib. vij. c. xxxv. nu. 45. 868
Missa secunda natalis Domini, cur cantetur sub auroram. lib. vj. c. xiij. nu. 21. 524
Missa tertia natalis Domini, hora tertia cantanda. ibi. nu. 23. 525
Missa, quibus horis debeat celebrari. lib. iiij. c. j. nu. 20. 169
Missa, qua hora sit celebranda in quadragesima & aduentu. ibi. nu. 21. 170
Missa cur aliquando admittat vnũ solũ responsoriũ, aliquãdo solũ allelu-Ia, aliquando etiam duplex. li. vj. c. lxxxix. n. 23. 716
Missa sequitur processionẽ die Paschatis, & introitus expositio, li. vj. c. lxxxviij. nu. 4. 5. 6. & 10. 715. 716. 717
Missa feriæ quartæ post Penteco. Et eius expositio. lib. vj. c. cx. n. 4. & 5. 766
Missa quintæ feriæ Dominicæ in ramis & eius officium. lib. 6. c. lxxv. nu. 1. 3. 7. 14. 648. 646. 651
Missa absoluta, quid agendum: cũ à sacerdote, tum à populo lib. iiij. c. lix. nu. 8. & 9. 395
Missa fidelium, vnde dicatur. li. iiij. c. j. nu. 47. 175

Universidad de Deusto
Biblioteca

Missa, in quibus locis debeat celebrari. ibi. nu. 41. & 42. 174. 175
Missa quid repræsentet, & imitetur. ibi. nu. 43. & 44. 175
Missa vnde dicatur. ibi. nume. 49. 176
Missa feriæ secundæ post Pentec. & eius expositio. lib. vi. c. cviij. nu. 1. & 2. 764
Missa feriæ tertiæ post Penteco. & eius expositio. lib. vj. ca. cix. nu. 1. 2. & 3. 764. 765
Missa finitur tribus, diuersisque illis periodis. Secundum modū vide tertium. Et quid significēt illi. lib. 4. cap. lvij. num. 5. 7. & 8. 391. 392. 393
Missa quę olim instituta quoquo die, & quę hodie. lib. iiij. c. j. nu. 28. & 30. 172
Missæ diuisio. lib. 4. ca. ij. num. 56. 176
Missæ partes singulæ, quid notēt. Et quò referantur. lib. 4. c. j. nu. 40. 174
Missæ officium, quot, & quibus constet. lib. iiij. c. j. nu. 12. 167
Missæ officio quot debeant interesse, ad minus. li. iiij. c. j. nu. 37. & 39. 173. 174
Missæ introitus, Dominica quinta in passione. Epistola. lib. vj. c. lx. nu. 7. 8. 9. & 10. 612
Missæ sacramentum, summū omnium est: atque adeò institutū à Christo. lib. 4. ca. j. nu. 1. 2. & 3. 165
Missæ introitus, in prima feria primæ Dominicæ quadragesimalis. lib. v. c. xxxij. nu. 11. 576
Missæ Dominicæ septimæ post Pentecost. expositio. lib. vj. cap. xxj. nu. 4. 780
Missæ tertia pars, vbi incipiat lib. iiij. c. xlij. nu. 1. 367
Missæ tertia pars. lib. iiij. ca. xlvij. nu. 1. 355,
Missæ Aduentus, secunda dominica, introitus, atque eius interpretatio. li. vj. c. iiij. n. 4. 497
Missæ officium, in secunda Dominica, post Epiphaniam. lib. 6. c. xix. nu. 3. 541
Missæ officiū, quotuplex. libr. iiij. c. j. nu. 45. & 48. 175
Missæ celebrandæ detestabilis cōsuetudo. li. iiij. c. j. n. 24. 171
Missæ Dominicæ secundæ à Paschate, expositio. li. vi. c. xcvij. n. 5. 741
Missæ quarta pars: de cōmunione. Et qualiter ea fiat. lib. iiij. c. liiij. nu. 1. 3. & 4. 384
Missæ Aduētus, tertia Dominica, introitus. lib. vj. c. v. nu. 24. 98
Missæ tres institutæ in die natiuitatis Dominicæ. quid signent. li. vj. c. xiij. n. 23. 24. 26. & 27. 516
Missæ aduentus introitus, prima Dominica. lib. 6. ca. iij. num. 15. 494
Missæ plures, quibus diebus possint celebrari. li. iiij. c. j. n. 25. 171
Missas duas, cū vno, vel vna cum duob. sacrificiis, celebrare nō licet. lib. iij. c. j. nu. 22. 170
de Missa, eius institutione, ortu, dignitate, & partibus, nonnulla pete in annotatione in libr. iiij. c. j. in fi. 177
Mitra, quid designet. & ibi. nu. 2. & 5. 141. 142
Mitra episcopo, corona Papæ datur. lib. iij. c. xiij. nu. 1. 141
Mitra, quid significet eo nomine, quòd capiti conuenit. lib. iii. c. xiii. nu. 9. 143
Mitra circulum aureum habet: magna

magna significatione. lib. 3. ca. xij. nu. 4. 142
Mitra solenni quando vtendū: & quādo simplici. ibi. n. 6. & 7. 143
Mitrā, an, & quando, & quorsum Episcopus deponat. lib. iij. cap. xiij. nu. 10. & 11. 143. 144
Momentum, quid. lib. viij. c. vj. nu. 4. 907
Monachi, an & quando nouem lectiones dicant. lib. quinto. c. iij. nu. 33. 437
Monachi cur dominicā orationē dicant sublata voce, in diuino officio. ibi. nu. 34. 438
Monachi, cur se toto corpore, ab Occidente ad Orientem commouent. ibi. nu. 35. ibid.
Monachorum quatuor genera. li. ij. c. j. nu. 11. 86
Monachorum ordo, figurā Cherubin tenent, velatorum sex alis. libr. 5. capit. 3. numero. 36. 438
Monachorum cucula, vnde sumpta. ibi. nu. 37. 438
Mortis vmbra, quid. lib. vj. c. lij. nu. 3. 591
Mortuus à quibus sit portandus ad sepulturam. lib. vij. ca. xxxv. nu. 37. 866
Mortui cadauer lauare, quid referat. lib. 7. c. xxxv. numero 36. 865
Mortui corpᵃ, qua forma & solēnitate condatur in spelunca, & qualiter sepeliatur. lib. vij. cap. xxxv. nu. 38. & 39. aut quo habitu. nu. 40. & 41. 867
Mortui corpus non debet esse in Ecclesia, quandiu de tempore concurrenti dicitur. lib. 7. cap. xxxv. nu. 32. 864
Mortui an sciant suffragia quę corum nomine fiunt, lib. vij. c. xxxv. nu. 24. & 25. 863
Mortui an curent viuos. ibid. nu. 26.
Mortuorum officium, dicitur agenda vel exequiæ. Et quare. lib. vij. c. xxxv. nu. 1. 858
Mortuorum memoria à variis variè fit. ibi. nu. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 13. 858. 859. 860
Mortuorum anniuersarium obseruatur triplici de causa. ibid. nu. 14. 15. & 16. 860
Mortuorum officium quotidie vsurpare an indecens. ibid. nu. 18. & 19. 860. 861
Mortuorum nomine suffragia facta, quid prosint. ibi. n. 40. 861
Mortuorum officium, imitatur Christi sepulturam. ibi. nu. 27. 28. & 29. 863. 864
Mortuorū officiū vnde incipiat, & eius forma. lib. 7. c. xxxv. nu. 33. & 34. 865
Mortuis cur officium institutum. Et à quibus. j. li. vij. ca. xxxv. nu. 2. 3. & 4. 858
Mortuis an prosint suffragia hominis in peccato iacētis. li. vii. c. xxxv. nu. 22. 862
Moses quo chrismate fuerit vnctus. lib. j. c. viij. nu. 2. 69
Moses iubet finem imponi oblationibus. lib. iiii. ca. xxx. nu. 40. 174
Mulier, vel Abbatissa non potest legere euangelium in Missa. li. iiij. c. xxiiij. nu. 38. 249
Mulier ad quid caput gerat velatum in Ecclesia. lib. j. cap. j. nu. 47. 17
Mulier moriens in partu, an sit in Ecclesia sepelienda. Quid de partu. li. j. c. v. nu. 15. & 16. 43

Mulieris complexus, quo tẽpore, sit fugiendus. lib. j. cap. ix. nu. 8. 79
Mulieres cur velentur in nuptiis. lib. j. c. ix. nu. 9. 80
Mulieres cur à viris distinguantur, in Ecclesiæ conuentu. lib. j. nu. 46. 16
Mundi vespera, duplex. lib. vj. ca. xvj. nu. 14. 536
Musicorum tres species in tres partes officij diuiduntur. lib. v. c. ij. nu. 67. 424

N

NAtalis Domini festũ, eadẽ die mẽsis semper occurrit, cætera autem mutantur festa lib. vj. c. xiij. nu. 4 & 5. 519
Natalis Domini officium nocturnum & eius significatio. ibi. nu. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 16. 519. 520. 521. 522
Natalis Domini vigilia, & officium. lib. vj. c. xij. nu. 1. 516
Natali Domini, dies sensim crescunt. lib. vj. c. xiij. nu. 3. 519
Natalis Domini officium quid in summa. lib. 6. c. xiij. nu. 1. 518
Naturam mutare solus Deus potest. lib. vj. c. xx. nu. 6. 545
Neuma, quid. Et quid differat à dictione pneuma. lib. v. c. ij. nu. 32. & 33. 411
Neumæ vbi maximè sit vsu. lib. v. c. ij. nu. 35. ibid.
Neophytorum duæ hebdomadæ. lib. vj. c. lxxxix. nu. 7. 720
D. Nicolai historia vnde introductum, vt legitur in Ecclesia. li. vij. c. xxxix. nu. 1. 870
Nocherius Abbas sequentiarum author. lib. iiij. c. xxij nu. 2. 253
Nocturnum, cur oratione & benedictione non concludatur. lib. v. c. ij. nu. 56. 420
Nocturnum secundum Dominicæ denotat tres ordines sub lege Mosaica. Et quid in tertio recolamus. lib. v. c. iij. nu. 23. & 24. 434
Nocturnum tempus refert tempus tenebrarũ, scilicet ante aduentũ Christi. lib. v. c. j. n. 3. 398
Nocturna, quid lib. v. c. iij. num. 7. 429
Nocturna ferialia. & eorũ forma li. v. c. iij. n. 27. & 28. 435. 436
Nocturnorum dicta. lib. v. c. iij. n. 29. 436
Nocturnos treis aliquando, aliquando vnum tãtum dicimus. Et qui id fiat. lib. v. ca. iij. nu. 19. 431
Noë arca, Ecclesiã significat. lib. vj. c. lxxxj. nu. 11. 678
Nomen Dei Patris, quatuor modis sãctificatur. lib. iiij. c. lxviij. nu. 19. 365
Nona, quorsum instituta & eius forma. lib. v. ca. viij. nu. 1. 463
Nonæ, & cur dictæ. lib. viij. ca. iij. nu. 19. 900
Nox diémne præcedat, an contra. lib. vj. c. lxxviij. nu. 7. 668
Noctis vigiliæ, quatuor. lib. v. ca. iij nu. v. 428
Numerus aureus, vnde formetur. lib. viij. c. xj. nu. 1. & 3. 914
Numerus aureus, quid. Et cur sic dictus, & à quo inuentus. lib. viij. c. xj. nu. 1. 915
Numerus vndenarius, quid signet. lib. v. c. x. nu. 13. 474
Nuptiæ tres leguntur in Euãgelio. lib. vj. c. cxxxvij. nu. 3. 796
Nuptiæ spirituales. lib. vj. cap. xix. num. 5. 541

O

OBlatio pro defunctis, cuiusmodi sit. lib. vij. capit. xxx. nu. 9. 274
Oblationes qui recipiant. lib. iiij. ca. xxx. nu. 37. 273
Oblationum duo genera: donum quippè, &, sacrificium. lib. iiij. cap. xxx. nu. 9. 266
Obsecratio, quid. libr. v. capit. v. nu. 12. 457
Octaua significationis, quæ sit. Et quæ suppletionis. lib. vij. cap. j. nu. 45. & 47. 818. 819
Octauas institutionis, qui habeãt inter martyres & qui inter confessores. lib. vij. cap. j. nume. 48. 819
Offerre Deo, quid: & qualiter debeamus. Et in quo peccarit Cain, Deo offerendo. lib. 4. ca. xliij. nume. 11. 341
Offerre debet populus, & vnde offerendi mos. Et quæ significatio oblatorum. lib. iiij. c. xxx. nu. 31. & 34. 272. 273
Offerens manum sacerdotis osculatur. lib. iiij. cap. xxx. num. 35. 273
Offerendi antiquus mos. lib. iiij. c. xxx. nu. 5. 265
Offertorium vt cantetur, à patribus receptũ est, idque de causa. lib. iiij. c. xxvij. nu 5. & 6. 260
Offertorium, vnde nomen traxerit. ibidem, nu. 7. 261
Offertorium, vbi quandóve fiat. lib. iiij. c. xxvij nu. 3. 265
Offertorium, triplex. Et ex quo illud fieri debeat. lib. iiij. ca. xxx. num. 4. 265
Offertorij versus hodie sæpe intermittitur, idque temere. lib. 4. cap. xxvij. nu. 4. 260
Offertorio facto, quid faciat sacerdos. lib. 4. c. xxvij. nu. 8. 261
Officium, qui. lib. v. cap. lj. nu. 1. pag. 402
Officium Primitiuæ Ecclesiæ, primùm cuilibet liberum, & vagum fuit ac solutum. Tandem posteà à Hieronymo presbytero, procurante Theodosio Imperatore, & mandãte Damaso Papæ, ordine, canone & legibus est distinctum & ornatum. ibid. nu. 2. & 3.
Officium nocturnum, media nocte celebrandum, quinque de causis. lib. v. cap. iiij. nu. 2. 427
Officiũ Gregorianũ, per vniuersam Ecclesiã diuulgatũ fuit: & Ambrosianũ solùm Mediolani celebrari cõcessum, idque post multas multorum doctorum, Episcoporum conciliorum, & Imperatoris altercationes: ac tandem missas sortes. lib. v. ca. ij. num. 5. 403
Officium resurrectionis dominicæ pertinet ad timorem. lib. vj. cap. xcvj. nu. 2. 737
Officium septem dierum à Paschate. lib. 6. ca. lxxxix. num. 1. 2. 4. & 5. 719. 720
Officium nocturnum vnde auspicetur sacerdos. libr. 5. capit. iij. num. 9. 429
Officium diei sequentis, incipit à vesperis & cur ita. lib. v. cap. ix. num. 2. 465
Officium matutinum & vespertinum præferuntur aliis psalmorum num. ibid. nu. 4.
Officium dominicale, in primo nocturno. Et quid primum nocturnum referat. lib. v. cap iij. num. 18. & 19. 473

Universidad de Deusto
Biblioteca

Officium Ecclesiasticum, in quibus cõsistat li.vj.c.j.nu.23.482
Officium vespertinum in quo sit dignius matutino.lib.v. ca.iiij. numero 4. 440
Officium secundæ feriæ, primæ Dominicæ quadragesimalis.li. 6.cap.xxxiij.nu.1. 576
Officiũ diurnũ feriæ quintæ Dominicæ quadragesimalis. Et eius forma.lib.6. cap.lxxiij.nu. 1.& 3. 636.637
Officium quartæ feriæ ieiuniorũ Aduentus,lib.vj.c.viij.nu.1.509
Officium nocturnum, quare in quatuor parteis est diuisum. li. v c.iij.num.9. 429
Officium mortuorum, ad quid ca reat secundis vesperis. lib. v. cap.ix.nume.10. 468
Officium qualiter fiat septẽ diebus post pascha.lib.vj.c.lxxxix. nu.14.15.16.19.& 20. 724.725
Officij celebrandi tempus, quãdo incipiat.lib.v.cap.iij.nu.1. 426
Officij diurni intentio.lib.vj.cap. xj.nume.2. 517
Officij ratio circa lectiones,à Paschate vsque ad Trinitatem. li. vj.c.lxxxix.nu.6.& 8. 720.721
Officij Ecclesiastici compilatores.lib.v.cap.ij.nu.4. 403
Officia Ecclesiastica, nacta diligentem auscultatorem,magnã gignunt suauitatem. libr. j. in proœmio.nu.1. 1
Officia diuina,an hodie figura caret. libro primo in proœmio. numero 6. 3
Officia diurna,in psalmis non variantur:nocturna sic.Et cur ita. lib.v.cap.x.nu.11. 473
Officia cur Ecclesia inchoet à tẽpore Veris, siue renouationis. lib.vj.cap.j.nu.12. 478
Officia singula singulis,non plura vni conferenda in adnotatione in lib.ij.ca.j.in fi. 98
Olei chrismatis consecratio. libr. vj.cap.lxxiij.nu.9. 645
Oleum consecratur sexta feria Dominicæ in ramis:idque tripliciter.lib.6. capit. lxxiiij. numer.1.& 2. 639
Oleum infirmorum, quomodo cõsecretur.Et quare ibid.nu.3. 5.6.7.& 8. 640.641.642
Oleum chrismatum. ibidem, numero 4. 641
Oleũ benedictũ,salutatur.Et quoties,& quorsum.ibid.n.19. 646
Oleum catechumenorum.Et eius vsus duplex.ibid.nu.21.
Olympias, quid.lib.viij.ca.iij. numero.28. 895
Orale,siue velum,quod suo capiti episcopus imponit, quid significet.lib.iij.c.ix.nu.1. 136
Orare nos vult Christus, licet nihil sit inscius eorũ, quæ nobis conferunt. Et maximè ob rationes quinque. libro quarto, cap.xlvij numero 5. 359
Orandum est versus orientẽ, multis de causis.lib.v. cap.ij.nu.57. 420
Orandum pro omnibus fidelibus. lib.iiij.c.xxxvij.nu.3. 297
Oratio Dominica, post versus, in officio dicitur.Et quę preces sequantur illam & quorsum. lib. v.cap.iij.nu.14.& 15. 431
Oratio Dominica, est sal officiorum diuinorum lib. quinto.ca. v.nu.17. 459
Oratio Dominica in principio & fine horarum canonicarum:dicenda est.lib.v.cap.ij.nu.6.404

Oratio

Oratio Dominica, duplici ordine distincta.lib.4. cap. xlvij. nu.8. 357
Oratio nostra à Deo incipere, ab eodem terminari debet.lib.iiij. cap.xv.nu.1. 213
Oratio,vnde dicatur,& vnde originem habuerit.lib.4.cap. xiv. nume.4. 214
Oratio cur fiat hora tertia. Et quàm variè, pro loci, regionis, & processionis conditione.lib. v.cap.vj.nu.1. 460
Oratio,obsecratio, & postulatio, quid differant.ibid.nu.2. 461
Oratio & ieiunium, quam vim habeant ij.c.iiij.nu.3. 127
Oratio,cur principium à patre,finem verò à filio sortiatur. lib. iiij.ca.xv.num.6. 215
Oratio dominica dicitur in horis, submisse.Et cur ita.Et cur etiã perinde Symbolum Apostolorum. lib v.c.v.nu.10.& 11. 456
Oratio vnica,in summis festis,dicitur, Et qua idipsum ratione. lib.iiij.cap.xv.nu.16. 219
Oratio Dominica,tanquàm summa & maxima, subijcitur à sacerdote, amplectẽda à populo. lib.iiij.ca.xlvij.nume.3. 356
Oratio habẽda est breuibus.li.iiij. ca.xvj.nu.3. 213
Orationis Dominicæ expositio. lib.iiij.c.xlviij.nu.1. 399
Orationis Dominicæ septem petitiones. Et earum distributio. ibi.nu.7.& 8. 357
Orationis Dominicæ summa.lib. iiij.cap.xlvij nu.6. ibid.
Orationes cui competat dicere.li. iiij.cap.xv.nu.2. 213
Orationes pro quibus faciendæ. lib.iiij cap.xxxvj.nu 27. 296
Orationes dicuntur ad dextrum cornu altaris communione facta.lib.iiij.c.lvij.nu.3. 390
Orationes qualiter terminari debeant in exorcismis. lib.iiij. cap.xv.numero 12. 217
Orationes,cur dicantur collectæ. lib.iiij.c.xv.nu.13. ibid.
Orationes, flectamus genua, vel, humiliare capita vestra Deo, cur tantum præmittantur. lib. 4.cap.xliiij.nu.3. 225
Orationis Dominicæ vis.Et commendatio à quatuor causis.lib. iiij.cap.xlvij.nu.4. 356
Orationes dicendæ in tẽplo,quot nume.lib.4.cap.xv. numero 15. 218
Orationes cur dicãtur in singulis horis.lib.v.c.ij.nu.55. 420
Orationum verba,qualiter intelligantur.lib.iiij.c.xv.nu.5. 214
Ordines celebrantur & conferuntur sabbato post Pentecosten. lib.sexto cap.cxlij.nu.3. 768
Ordines Ecclesiastici, spiritualiter,& specialiter in Ecclesia designantur.lib.ij c.j.nu.53. 98
Ordines cõferũtur sabbato quartæ Dominicæ quadragesimalis.Et cur ita.li.vj.c.lix.n.2. 609
Ordines duo sunt in Ecclesia: ac lectionum duo modi, siue formæ.lib.v.c.ij.nu.48. 417
Ordines tres sub lege Euangelica. lib.5.cap.iij nu.25. 435
Ordines Ecclesiastici, quot.lib.ij. cap.j nu.50. 97
Ordinum quidam sacri, quidam non. Et vtrorumque enumeratio.lib.ij.cap.j.nu.51. ibid.
Organorum vsus vnde profectus, lib.iiij ca.xxxiiij.nu.10. 287
Ornamẽta violacea,quo tempore adhibean

adhibeantur. lib.tertio.c.xviij. nu.9.& 10. 156
Ornamenta varia adhibentur, in festo natiuitatis Dominicæ. li. j.ca.iij.nu.40. 33
Ornamenta altaris.à Diaconis lauanda.lib.j.ca.iij.nu.49. 35
Ornamenta quindecim pontificibus accommodata, quid moneant.lib.iij.cap.j.nu.9. 121
Ornamenta Ecclesiastica,benedicenda sunt. lib. primo. cap.viij. nu.27. 77
Ornamẽtis rubeis quãdo sit vtendum.lib.iij.ca.xviij.nu.4. 154
Ornamentis viridibus quando sit locus.lib.iij.cap.xviij.nu.7. 155
Osanna,quid significet.Et cur geminetur.lib.quarto.ca. xxxiij. nu.8.& 9. 287
Osculatur altare Sacerdos manibus ab ipso altari remotis. Et quid ita li.iiij. c.xxxix. n.7.304
Osculatur ministros Episcopus. Et qua id admonitione, idque variè.lib.iiij. cap.ix. nu.3.4.& 5. 198.199
Osculatio altaris, quotuplex, & quid significet.lib.4.cap.xxxix. nu.5. 302
Osculum altaris,quid notet.Item Euangelij, lib.4. cap. ix. nume. 1.& 2. 297
Osculum,quatuor sacramenta significat.lib.iiij.c.liij.nu.10.383
Ostiarius,vnde dictus.Et eius officiũ.li.ij.c.iiij.nu.1.& 5. 100.101
Ostiarius, idem quod ianitor.ibidem nu.2. 101
Ostiarij institutio, ex Concilio Tholetano,li.ij.c.iiij.n.4. ibid.
Oua,quid norent in ecclesia. lib.j. cap.iij.nu.43. 34
Oza percussus à Domino, quod eius arcam temerè tetigisset. Item,Bethsamitæ.libr. quarto. cap.xxij.nu.4. 277

P

PAcem petens Sacerdos,quorũ precibus innitatur,& suffragiis.li.iiij.c xlix.nu.4. & 5. 367
Pacificare & adiuuare, an idem. Item,custodire & regere.li.iiij. cap.xxxvj.nu.15. 295
Palla altaris,quid:& vnde dicatur. lib.iiij.cap.xxix.nu.7. 263
Pallam super altari disponit Diaconus Sacerdote manus abluente.lib.iiij.cap.xxix.nu.1. 261
Pallium Romanorum Põtificum, quale.li.iij.c.xvij.nu.14. 152
Pallium quorum sit proprium. Et quid significet. lib.iij. cap.xvij. nume.1.& 2. 148
Pallij duplicitas,quid signet. li.iij. c.xvij.nu.6.& 7. 150
Pallij quatuor cruces, quid significent.ibid.nu.8. ibid.
Pallij tres acus quid notent. Et quid acus aurea. ibidem, nu.9. & 10.pag. 150.151
Pallij forma & compositio lib.iij. cap.xvij nu.3. 149
Pallij circulus, est timor domini. ibidem.nu.4. 149
Pallij vsus libro tertio. capit.xvij. numero 12. 151
Pallio quibus diebus vti licet:quibus non & vbi. lib. tertio, cap. xvij.numero 13. 152
Panis in sacrificio debet esse de frumento, & vinum de vite.li. iiij.c xlj num.6. 311
Panis sacrificij, debet carere sale. Et de eius forma.lib.iiij.ca.xlj. nu.7.& 8. ibid.
Panis sacrificij, nõ debet esse fermentatus,sed azimus. li.iiij.ca. xlj.nu.9. ibid.
Panis fractio in altari. Et eius intellectus. libro quarto, capitul. xlj.num.31. 316
Panis an consecretur prius quàm vinum aut econtrà:aut simul & vnà.lib.iiij.cap.xlj.num.43.320
Panis & vini oblatio, quid signet: cum & vnum solum sacrificium sint.lib.iiij.c.xx.num.15. 267
Panem supersubstantialem quem petamus lib.iiij.c.xlviij.n.13.363
Panes sacerdotales, item propositionis.li.iiij.c.xxx.nu.6.& 7.266
Panes quinque sunt nobis necessarij.lib.iiij.capit.xlviij. numero 12.pag. 363
Pantheon, à quo tempore, & cur Romæ ædificatum. lib. vij.cap. xxxiiij.num.1. 855
de Pãtheo, quid sit à quo primùm extructum: deinstauratum,post modum cui dicatum,& iamiam cõsecratum sit.vide fusissimè in adnotatione in li.j.c.vj.in fin.59
Papa,est caput Ecclesiæ: Cardinales,cardines.libro secundo.ca.j. num.17.pag. 87
Papa non vtitur baculo pastorali: duab⁹ de causis.li.iij.c.xv.n.5.149
Papa,in septem locis,osculum accipit.lib.iiij.cap.liij.num.13. 383
Papa volens communicare, quare accedat ad sedem suam.Et quãdo cõmunicet in altari. Et quia Eucharistiam accipientes,ab eo osculum recipiant. Et de communione eiusque forma latè. libr. iiij.cap.liiij.nu.5.6.7.8.& 9. 385.386
Papę nomine cur oretur.Et ex cui⁹ institutione & pontificis etiam nomine.li.iiij.c.xxxvj.nu.16.196
Papæ ritus celebrandi quinta feria dominicæ in ramis.lib.vj.capit. lxxv.num.13. 651
Paradisus locus refrigerij. libr.iiij. cap.xlv.num.6. 347
Paradisus ad quid pingatur in Ecclesia, ad quid Infernus libro j. cap.ij.num.21. 28
Paramenta violacea quo tempore adhibeantur. & num. 10.lib.iij. cap.xviij.num.1. 156
Paramentis rubris quando sit vtendum.lib.iij.ca.xviij.nu.4. 154
Paramentis viridibus quando sit locus.lib.iij.ca.xviij.num.7. 155
Paramentis nigris quãdo sit vtendum.lib.iij.cap.xviij.num.6. 155
Parasceue. Et eius diei officium. lib.vj.cap.lxxvij. num.1.4.5.6.7. 18.& 19. 654.655.656.660
Parasceues officium, cur ordiatur à lectionibus.Et cur duæ dicantur lectiones libro sexto, capit. lxxvij.num.2.& 3. 654
Parasceues die cur potius legatur passio domini, secundum Ioannem quam secundum cæteros. ibidem.num.8. 656
Parasceues die, cur legatur euangeliũ: super pulpito nudo. Item nudis pedibus.ibidem, numero 9.10. 656.657
Parasceues festũ cur non agit Ecclesia cũ lætitia.ibid.nu.29.664
Pascha celebratur in plenilunio. Et quando.lib.sexto,cap.lxxviij. num.5.& 6. 667.668
Pascha annotatiuum, quid lib.vij. cap.j.num.38. 815
Pascha.quid Et vnde dictum lib.o vij.cap.lxxxvj.num.2. 704
Pascha cur non admittat hymnos. lib.sexto,cap.lxxvij.nu.2. 711
Pascha, cur potius à græca, quàm hebraica lingua nomẽ sortiũ, aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut potius latina.libr.sexto,cap. lxxxvj.num.3.& 4. 704
Pascha semper celebrandum die dominico.Et quorsum ibidem. libr. vj.cap.lxxxvj.num.11.12.13. 14.& infrà. 707.708
Pascha triplex fecerũt Iudæi,quod erat figura nostri Paschatis. lib. vj.c.lxxxvj.num.15. 708
Pascha vnde ortũ ducat. Et quàm varius eius vsus apud Authores, pete ex adnotatione in lib. vj.cap.lxxxj.in fine. 680
Paschate nos debem⁹ ad inuicem salutare,& osculum præbere.idque Romani põtificis exemplo. lib.vj.cap.lxxxvj.num.18. 710
Paschatis terminus & Paschatis claues. lib.viij.cap.xij.num.1.2. 4.5.6.7.8.& 11. 915.916.917.919
Paschale tempus, octauã ætatem, hoc est vitam æternã designat, libro septimo, capitulo x. numero 1. 831
Paschale tempus, quid significet. lib.vj cap.lxxxvj.num.1. 704
Paschale tempus dicitur quinquagesima li.vj.c.lxxxvj.nu.11. 707
Paschale tempus habet tantum vnum allelu-Ia in diebus profestis.lib.vj.ca.lxxxix.nu.24. 726
Paschales feriæ quot celebrandæ. lib.sexto,cap.lxxxvj.nu.10. 707
Paschalis diurnum officiũ, & processionis forma. libro vj. capit. lxxxviij.num.1.3. 714
Paschatis tempus, vnde incipit, & quomodo terminetur. lib.vj.ca. lxxxvj.num.5. 705
Paschatis solemnitas, celebertima omnium & variè pro varietate regionum.lib.sexto,cap.lxxxvj. num.6 & 9. 705.706
Paschatis die nihil comedendum, quod non sit benedictũ à sacerdote: ac signo crucis signatum. lib.vj.c.lxxxvj.num.7.& 8. 708
Paschatis festum,est aliis superius. libro septimo, capitulo primo, num.15. 811
Paschatis septimana tres tantum psalmos,& tres antiphonas habet.Et amplius libr.sexto,capit. lxxxvij. numer.3. limita tamen num.5. 710
Paschatis septem septimanæ libro vj.cap.lxxxvj.num.16. 708
Paschatis sabbatum. libr.vj.capit. lxxviij.num.1. 666
Paschatis sabbatum,officium mutuatur totum à nocte Paschæ. ibid.num.2.& 3. 666.667
Paschatis sabbatum, dicitur dies illuminata, tribus de causis.ibidem.num.4. 667
Paschatis epistola, eiusque interpretatio. Et variè. libr. vj.capit. lxxxviij.num.7.8.& 9. 716
Paschalis euangelium. Item post communio.libr.vj.cap.lxxxviij. num.11.& 12. 717.718
Paschatis sabbatũ quas lectiones habeat: & quare sine titulo & tono legãtur. Et quot sint numeri. Et primæ interpretatio. libr. vj. capit. lxxxj. num.1.2.9.10.& 11. 673.674.678.679
Paschatis diuinũ officium vnde ordiatur.lib.vj.ca.lxxxvij.nu.1.710
Paschatis vesperæ,vnde incipiant. lib.vj.cap.lxxxix.num.6. 725
Passio Domini, non recepit benedictionem,& cur ita.libr.vj.cap. lxviij.num.5. 631
Passionis Christi triplex habemus memoriale. libro quarto,capit. xlij.num.31. 357
Passionis officium cur Ecclesia aspicetur

spicetur à dominica quinta quadragesi.lib.vj.ca.lx num.1.2. 610
Passionem cantantium voces, variè mutantur.lib.vj.capit.lxviij. num.6.& 7. 624
Patena cur se signet sacerdos. libr. iiij.cap j.num.2. 369
Patenę absconsio seu velatio,quid significet. libro iiij.capitul.xxx. num.29.& 30. 271.272
Patenam ad quid osculetur sacerdos.lib.iiij cap.l.num.4. 370
Patenam tradit sacerdoti diaconus finita oratione dominica. lib.iiij.cap.j.num.1. 368
Pater quis dicatur.Et cur. Deus dicatur pater noster,quamque variè.lib.quarto,c.xlviij.nu.2. 359
Patrem, filium, & spiritum sanctum, quomodo debeamus diligere.lib.iiij.cap.xviij.num. 6
Patrum veteris testamenti adaptatio,cum psalmo primi nocturni dominicæ.libro v.capitul.iij. num.20.21.& 22. 433.434
Patriarcha,quis dicatur.lib.ij.cap. j.num.18. 87
Patriarchæ, qualiter effingantur. lib j.cap.iij.num.11. 26
Patrini qui nõ possint esse in confirmatione vel baptismo. lib. vj. cap.lxxxiiij.num.9. 699
Patrini necessarij sint ne ad baptismum:qui tanquam sponsores sunt alienæ fidei.lib. sexto, cap. lxxxi j.num 34. 693
Patrini obligantur instruere suos filios spirituales, Et quales esse debeant. Et quot requirantur. ibidem,num.35.& 36
Patrini qui non possint esse. ibidem num.38. 694
Pauimentum Ecclesiæ cur mundetur quinta feria dominicæ in ramis. Et cur detur symbolum competentibus.libro sexto, capitulo lxxvj.num.7. 653
Paulus, cur nominetur in collecta sexagesimę.li.vj.c.xxv.nu.7.560
Paulus conuersus est eodemmet anno, quo Christus passus.libr. vij.cap.iiij.num.1. 821
Pauli conuersio cur potissimum celebretur. Et ei⁹ diei officium. lib.vij.cap.iiij.num.2.& 3. 822
Pax, est quadruplex. libro quarto, cap.iij.num.4. 380
Pax, variè & multipliciter accipitur.lib.quarto,c.xxxix.nu.5.302
Pax vobis, vers. cur dicatur ab Episcopo in Missa. libro quarto, cap.xiiij.num.7. 209
Pax quę datur in Missa quid significet. Et vnde id præsignatum. Et cur non in missa pro defunctis.lib.iiij.c.liij.nu.1.4.& 8. 381
Pax dari non debet in missa defunctorum. libr.vij.capit.xxxv. num.30. 864
Peccator, hœdo comparatur.libro vj.cap.xlv.num.3. 587
Peccatum in quotuplici sit differentia.lib.iiij.cap.xij.nu.3. 204
Peccatum remittitur: & quo ad culpam & quo ad pœnam per sanguinem Christi.libr.iiij.cap. xlij.num.30. 336
Peccatum in Deum, vel in proximum, an debeamus remittere: an vero potius punire.lib.quarto,cap xlviij.num.11. 363
Peccatum negare in nobis, non possumus. lib. iij.cap.xlvj num. 346
Peccata sunt debita pœnæ.Et quotuplicia sunt debita, quæ petimus nobis remitti.lib.iiij.capit. xlvñj.num.9. 362

Peccata,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Peccata, septem modis remittuntur. lib. vj. cap. xxiiij. num. 8. 550
Pecten, discretionem significat. libro iiij. cap. iij. num. 3. 178
Pectus, quando & cur tundamus. lib. iiij. cap. vij. num 3. 194
Pectus baptizati vngitur, cum inuocatione trinitatis. lib. j. capit. vij. num. 3. 72
Pedum lotio, an sit mandatum potius, quam consilium. lib. vj. cap. lxxv. num. 6. 649
Pentecoste, quid. Et vnde dicatur. lib. vj. cap. vij. num. 1. 718
Pentecostes vigilia, cur celebretur baptismus, sicut & sabbato sancto. lib. vj. cap. cvj. num. 1. 755
Pentecostes missa: & eius expositio. ibidem, num. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. 756. 757. 758
Pentecostes festum, an habeat octauas. lib. vj. cap. vij. num. 2. 758
Pentecostes nocturnum, quot habeat lectiones, quotque psalmos. ibi. num. 3. & 4. 759
Pentecostes lectiones tres, quid significent. ibi. num. 6. 760
Pentecostes missa. Et eius expositio. ibi. num. 7. & 11. 761. 763
Pentecostes festum, cur quinquaginta diebus à Paschate celebretur. ibi. num. 6. & 10. 763
Per tres Aduentus hebdomadas accipim⁹ trium temporum partes. lib. vj. num. 5. 485
Petrus Apostolus, Missamne primus celebrauit in partibus orientalibus etiam in Antiochia: an verò Iacobus. libro quarto, cap. j. num 5. & 7. 165. 166
Petrus, quid signet, mysticè. Item quid rete. libr. vj. capit. lxxxix. num. 17. 728
Petrus, Antiochiæ fuit incathedratus. lib. vij. ca. viij. num. 1. 818
Petrus Apostolus fuit tripliciter exaltatus. ibi. num. 2. 829
Petrus Compostellanus Episcopus author est antiphonæ: Salue regina. lib. iiij cap. xxij. num. 3. 234
Petrus Apostolus, Aduentum instituit, in honorem quadruplicis Dominici aduentus. libr. vj cap. ij. num. 2. 484
Petrus & Paulus eisdem die & anno passi sunt. libro vij. capit. xv. num 1. 838
Petri festum triplex, præter prærogatiuas treis. libr. vij. cap. viij. num. 3. 833
Petri incathedratio antiquitus festum epularum Petri dicebatur. Et eius diei officium. ibid. num. 4. & 5.
Petri ad vincula festum, quomodo institutum. Et quare, eiusque diei officium. libr. septimo cap. xix. nu. 1. 2. 3. 4. & 5. 842. 843
Petri & Pauli officia, distinxit Gregorius. lib. vij. c. xv. nu. 2. 842
Petri & Pauli octauæ, quod habeant officium. ibid. num. 1
Philippi & Iacobi minoris festum cur dicatum Calendis Maiis. Et eius diei officium. libr. vij. cap. x. num. 2. & 7. 851. 852
Philacterium, quid lib. primo, cap. iij. num. 26. 29
Picturæ sanctorum, ad quid in ecclesiis variæ institutæ. Et vnde sit petitum illud ipsum exemplum. ibid. num. 17. 27
Picturarum & cortinarum vsus in ecclesia, earumque varia significatio. lib. j. c. iij. num. 1. 25
Picturarum & imaginum in Ecclesia varia est sedes. lib. primo. cap. iij. num. 5. 25

Picturarum varietas, varietatem virtutum notat. lib. primo, cap. secun. num. 22. 28
Pili vnde manent: & quo consilio rescindantur maximè viris ecclesiasticis. lib. ij. cap. j. num. 33. pag. 92
Piscis caro cur non interdicitur in ieiunio. lib. vj. capi. vij. num. 22. 508
Pneuma allelu-Ia, quid significet. lib. iiij. ca. xx. nu. 6. 230
Pœnitentes cur admittantur in Ecclesiam sexta feria dominicæ in ramis. lib. vj. capi. lxxxiij. num. 4. 5. & 6. 637. 638
Pœnitentia in tribus consistit. li. vj. cap. xxix. num. 1. 571
Pœnitentia, tria necessario requirit. lib. sexto cap. xxvij. num. 12. 564
Pœnitentię vis summa. Et quotuplex sit. libro sexto. capi. xxviij. num. 19. 579
Pœnitentiæ fructus quis. libr. vj. cap. xxxij. num. 4. 574
Pœnitentiam exprimit ordinandorum feria sexta quatuor temporum Septembris. libro sexto. capit. cxxxiij. numero 1. 792
Polyandrum quid. lib. primo. cap. v. num. 5. 41
Pontifex maximus, cur exterius cappam rubeam gerat. Et cuius concessione possit gerere chlamidem purpuream: & coccinam tunicam atque imperialia ornamenta omnia. lib. iij. cap. xix. num. 18. & 19. 163
Pontifex Romanus vtitur regno. lib iij. cap. xiij. num. 8. 143
Pontifex Romanus quot ordines clericorum possit adhibere in celebratione. lib. secundo. cap. primo, num. 49. 97
Pontifex Romanus quas oblationes tangat. lib. quarto cap. xxx. num. 38. 273
Pontifex qua de causa, aut significatione deosculetur sacerdotem iam institutum. lib. secundo, cap. x. num. 13. 113
Pontifices quando sandalia & caligas assumant. Et eorum significatio. lib. iij. cap. viij. num. 2. 3 & 4. 135
Populus in Missa salutatur septē vicibus & qua id potissimum significatione. lib. iiij. cap. xiiij. num. 9. 210
Populus cur se osculetur in Missa, mulieres non, Et quid ita. libr. iiij. cap. liij. numer. 3. 5. 6. 7. & 9. 381. 382. 383
Populus Israëliticus, treis potissimum solennitates colebat. lib. vij. cap. j. num. 26. 811
Postcommunio, cur sic dicta. Et quid. libr. iiij. capit. lvj. nume. 1. & 3. 389
Post communio, quid denotet. ibid. num. 2.
Postcommunio, quę dicatur mense Septembri, Sabbato quatuor temporum. lib. iiij. cap. lvij. nume. 4. 391
Postcommunio, quæ contineat. ibid. num. 2. 390
Potestates duæ sunt. libr. iiij. capi. xxxvj. num. 18. 296
Pransus an possit conficere. libro iiij. cap. j. nu. 27. 171
Prædicatio, sublimi loco debet fieri. lib. iiij. cap. xxvj. nu. 3. 258
Prædicatio qualis esse debeat. ibi. nume. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

numero 4.
Prædicationis vſus.vnde.libr.iiij. cap.xxvj.num.1. 258
Prædicationis officium cui competat.ibid.num.2.
Prædicationem quæ ſequantur. lib.iiij.cap.xxvj.num.5. 219
Prædicatoris officium.lib.vj.cap. xxxviij.num. 4. 581
Prædicatores pro terrenis prædicantes,nihil capiunt.lib.vj.cap. cxix.nu 2. 779
Præfatio quorſum inſtituta.& vnde dicta.lib.quarto.cap.xxxiij. num.2.& 3. 278.279
Præfationis principium, quibus literis notetur.li.iiij.ca. xxxiij. num.1. 278
Præfationis declaratio.& num.6. Et amplius.ibidem,numero.4. 7.8.9.10.11.12.13.14.& 34. 280. 28 .284
Prægnans ſi baptizetur,an partus cenſeatur baptizatus. lib.vj.ca. lxxxiij.num 24. 691
Preces dicuntur in completorio. lib.v.cap x.num.9. 472
Preces quæ dicendæ, in Prima. li. v.cap.v.num.8. 455
Prælatus iners & expers ſcientiæ, eſt quaſi campana ſine plectro. lib.j.cap.iij.num.6. 37
Prælatus quiſquam non poteſt ſe vniuerſalem appellare. libr.ſecundo.cap.j.nu.21. 88
Prælati & ſacerdotes, ſcientia & virtutibus debent eminere. li. j.in procœmio.num.3. 2
Præmium gloriæ æternę an vnum idemque ſit omnium. libr. iiij. cap.xlvj.num.6. 348
Preſbyter,quis dicatur & vnde.Et an à ſapientia, an ab ætate dicatur.lib.ij.ca.x. num.5. 112
Preſbyteratus inſtitutio. lib.ij.ca. x.num.14. 113
Preſbyteri inſtitutio quibus conſtet.ibid.nu.10. 112
Preſbyteri manus, ab Epiſcopo inunguntur,& qua forma.libr. j.cap.viij.num.14. 72
Preſbyterorum inſtitutio, vnde primum. lib. ſecundo, cap.primo.num.25. 89
Pretioſa,antiphona, an in matutinis,an potius in prima locum habeat lib.v.cap.v.nu.18. 460
Prima, principium diurni officij, quorſum inſtituta.lib.v.cap.v. num.1. 452
Proceſſio,ſiue potius ſupplicatio, ad inſtar caſtrenſis aciei inſtructa, quid notet. Atque noſtræ huius inſtitutionis collatio, cum veteris teſtamenti titulo. libr.iiij.capi. vj.numer.14.& 15. 189.190
Proceſſio,quos cantus poſcat.ibi. num.22. 193
Proceſſionis ſiue ſupplicationis ordo.ibid.nu.17. 191
Proceſſionem in ramis palmarum facit Eccleſia, in eaque ſtationes aliquot. Et eius forma.lib. vj. cap. lxvij. nume. 2. 3.& 10. 619
Proceſſiones, vnde ortum habuerint.lib.4.cap.vj.num.16. 190
Proceſſiones quatuor ſolennes. lib.iiij.ca.vj.num.20. 192
Prophetia cur præmittatur Epiſtolæ vigilia natalis Domini. lib.vj.cap xij.num.3. 517
Prophetiæ diei natalis Domini, cur præmittantur Epiſtolis.lib. vj.cap.xiij.num.20. 524

Proſtra

Proſtrationes cur fiãt in horis canonicis.Et quando libr.v. cap. v.num.14.& 15. 458
Propitiatorium, eiuſdem longitudinis & latitudinis. Et eius arca. Et quid dicatur propitiatorium.lib.iiij.cap.j. numer.15. 167
Pſalmiſta,vnde dictus, & eius officium.lib.ſecundo,cap.tertio. num.3. 100
Pſalmiſta,quam variè dicatur, & cur rara de eo mentio in ſacris canonibus.ibid.num.1.& 2.
Pſalmus frequens in quadrageſima:Qui habitat.lib.ſexto.cap. xxviij.num.11. 568
Pſalmus idem cur in diuerſis ſolennitatibus legatur. lib.v.cap. ij.num.38. 413
Pſalmus Dominus regnauit, cur dicatur dominicis & feſtiuis diebus & pſalmus Miſerere ferialibus.libr.v.capi.iiij.numer. 17. 444
Pſalmus ſextæ feriæ. ibidem. nu. 25. 448
Pſalmus:qui habitat dicitur,contra nocturnas tentationes. lib. v.cap.x.num.4. 470
Pſalmi tres in prima. Et quid ſignificent.lib.v.cap. v.nume. 4. 453
Pſalmi : Beati immaculati excellentia.ibid.num.5. ibid.
Pſalmi nouem, quare dicantur die dominica.in prima,ibidem num.6. 454
Pſalmi & Epiſtolæ Pauli, cur maxime legantur ab Epiphania, ad ſeptuageſimam vſque. lib. vj.cap.xix.num.2. 540
Pſalmi : In te Domine ſperaui, quare dicuntur tantum ſex verſus. libro v.capit. x. numero 5. 471
Pſalmi duo per dominicas noctes, ad laudes mutantur à Septuageſima vſque ad Paſcha. lib.vj.cap.xxiiij.num.20. 554
Pſalmi graduales quot & vnde dicti.lib.v.ca.ij.num.9. 415
Pſalmi quare dicantur alternatim,lib.v.cap.ij.nu.36. 412
Pſalmi dicuntur ſex,in diuinis horis ibid.num.37.
Pſalmi qui per ſingulas ferias mutantur, & cantica, quæ in illis dicuntur quomodo inter ſe cõueniant,& temporis gratię ſucceſſibus coaptentur. vide late per diſcurſum. libr.v.capit.iiij. num.23. 446
Pſalmi:Deus Deus meus, & Laudate Dominum de cœlis. cur nunquàm mutentur. ibid. nume.21
Pſalmi quinque, cur in Prima, & verſus : In manus tuas, &c. in Completorio potius, quàm in aliis horis ponuntur.lib.v. cap. x.num.12. 473
Pſalmi quinque in matutinis laudibus,quid ſignent, quos ordine ſubiicit,& examinat. libr.v. cap.quarto.num.7. 441
Pſalmi octo, qui dicuntur in laudibus, reſpondent octo ordinibus eccleſiæ. lib. v. cap.iiij.nu. 8.9.10.11.12.13.& 14. 442.443
Pſalmi duo,Deus meus, &, Deus miſereatur,cur coniungatur & combinentur.lib.v. cap. quarto.num.15. 453
Pſalmi, qui dicantur in veſperis vigilię natiuitatis Domini.lib.

 vj.cap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vj.cap.xij.num.4. 517
Psalmi duo circa fontes cantantur.libr.vj.capi. lxxxix.num.11. 722
Psalmi qui dicantur in officio feriali,mysterialiter, loco illius, Iubilate.lib.v.cap.iiij. num. 18. 445
Psalmos an debeat hymnus sequi,in Completorio.lib.v. cap. x.num.6. 471
Psalterium diuersimode portatur à diuersis.libr.v.capit. quarto, num.16. 449
Psalterij triplex vsus,& quoties à Hieronymo versum.lib.vj.cap. j.num.34. 483
Purificationis festum,sequitur festa natalia merito. Et quod Dominus fuerit in templo præsentatus duplici mysterio. libr. septimo,cap.vij.nume.9. & 10. 815.816
Purificationis processio, quid significet, & à quo instituta.nume.13. Et cur in ea ferantur cerei ardentes. ibid. num. 12. 14. & 16. 817.818
Puluinar suppositum libro euangeliorum, quid notet. libro quarto, cap. xxiiij. numero 11. 240
Puluinar Missale. quid notet. libro quarto, capit. xj.numer.9. 203

Q

QVadragesima, cur sub Ver inchoetur, & producatur ad Pascha,præter tamen rationem temporis, quo Christus ieiunauit.lib.vj.cap.xxviij.nume.6. 566
Quadragesima cur in Missa dicatur: Humiliate capita vestra Deo ibid.num.7. 567
Quadragesima, sequitur quinquagesimam,& eius commendatio. ibidem numero 1. & 2. 565
Quadragesima terminatur sabbato post Pentecosten. libr. vj. cap.cxiij.num.3. 566
Quadragesima offerimus Deo decimas,libro vj. capitu. xviij. nume.4. ibid.
Quadragesima,est decima totius anni.libro sexto,capitulo xxiij. num.7. 550
Quadragesimæ prima Dominica: quæ dicitur quintana. Et cur dicta quadragesima: eiusque introitus.lib.vj.capi.xxxij. nu.1.& 6. 574
Quadragesimæ tempore ornamenta Ecclesiæ vetantur & conteguntur: non sine magna significatione.lib.j. ca. iij.num. 34. 31
Quadragesima à natali, vsque ad purificationem, cum lætitia celebrare debemus.libr. sexto, cap.xx num.8. 546
Quadragesimale tempus,est tempus luctus.libro sexto, capitul. xxviij.num.12. 568
Quiescentes in Christo, qui dicantur.lib. iiij.cap.xlv.nume.5. 347
Quinquagesima, est multiplex. libro vj.capit.xxvij. numero 1. 561
Quinquagesima Psalmorum, est triplex.num.2. ibid.
Quinquagesima annorum, annus Iubileus.ibidem, numero 3.
Quinquagesima, quid notet. Et vnde dicatur. numero 4. & 6. 562
Quinquagesima officium matutinum.libro vj.capit.xxvij. numero 8. 563
Quinquagesimæ officium quòdnam in missa.lib.vj.c.xxvij.nu. 10. ibid.
Quotuplex benedictio,libro 6.c. xxxix.nu.2. 580

R

RAmi cur gerantur virides, Dominica sexta quadragesimali.li.vj.c.lxvij.nu.8.& 9. 619.620
Rame, cur benedicantur sexta Dominica quadragesimæ. ibi. nu.11. 620
Raphael,quid sonet Latinè,& cui officio præsit.lib. quarto, cap. xxxiij.nu.19. 282
Rationale vnde, & quò hoc nomen sortitum.libr. primo, in proœmio.nu.18. 5
Rationale hoc,in octo partes diuiditur.ibi.nu.19. 6
Rationale sexto loco adsumebat Sacerdos legalis. Et qua significatione.Simul de eius compositione.libro iij.cap.xix. numero 11. 161
Rationale, & rationabile, quid differant.lib.4.cap.xl. nume.9. 307
Rationalis loco quid hodie successerit.lib.iij.c.xix.nu.14. 162
Rebecca gratia interpretatur. li. vj.c.xxxix.nu.4. 582
Reconciliatio fit etiam,ad exemplum & terrorem inducendũ. lib.j.c.vj.nu.44. 57
Reges & Propheræ, etiam in veteri testamento vngebantur: aliter tamen, quàm hodie.lib. j.c.viij.nu.20. 74
Regum vnctio,& Principũ, quid differat ab vnctione Pontificum.lib.j.c.viij.nu.21. 75
Regnum Dei, quod petimus aduenire,quod dicatur. Et quàm varia regna.li. quarto,c.xlviij. nu.17 & 18. 364.365
Regularis Lunaris, quid lib.viij. c.viij.nu.1.& 2. 908.909
Religio,vnde nomen sortita. lib. ij.c.j.nu.13. 86
Religiosi celebraturi se calciare debent: etiam si discalciati soleant ambulare.lib.iiij.c. ij.nu. 2. 177
Religiosi collationem Completorio præmittunt. & qua id ratione aut exemplo.lib.v. ca.ix. nu.11. 469
Reliquiæ Sanctorum, vbi & quomodo condantur. lib.j. ca. vij.nu.25. 65
Reliquiæ Sanctorum,aut Christi, an necessariæ ad Ecclesiæ consecrationem. Et quid notent. lib.j.c.7.nu.23. 64
Remedia duo contra peccatum. libro sexto,capit.lxxiij.num.2. 636
Requies triplex optatur defunctis.lib.iiij.c.lij.nu.5. 380
Respõsoriũ Dominicæ primę Aduentus,& eius expositio.lib.vj. c.iij.nu.2. 491
Resurrectionis Dominicę officiũ. lib.vj.c.xcvj.nu.2. 737

Universidad de Deusto
Biblioteca

Responsio,& cum spiritu tuo,vnde orta.li.iiij.c.xiiij.nu.4. 206
Responsorium,vnde dicatur. lib. iiij.c.xix nu.6.pag.227.& lib.v. ca.ij.nu.55. 419
Responsoriũ,& allelu-Ia,dicũtur diebus septem post pascha.lib. vj.c.lxxxviij.nu.3. 740
Responsorium dominicæ primæ Aduentus, & eius expositio.li. 6.c.iij.nu.2. 491
Respõsorium primum Aduentus, habet tres versus. & cur. libro sexto.capit.iij.numero 4.5.6.& 7. 492.493
Responsorium secundum Aduẽtus.Tertium,Quartum,Quintum,Sextum,Septimũ,Octauũ & Nonũ.lib.6.ca.iij.nu.8.10.11. 12.& 14. 494
Responsorium & allelu-Ia, dicitur diebus septem post pascha. lib.vj.c.lxxxix.nu.13. 723
Responsorium horæ primæ.lib.v. c.v.nu.7. 454
Responsoria dominicarum, in Tertia, Sexta & Nona,conuenienter respondent responsoriis ferialibus.lib.v.c.viij.nu.3. 464
Resurrectionis dominicæ officiũ pertinet ad timorẽ. li. 6.c.xcvj. nu. 2. 737
Rhotomagense concilium, quid statuerit de turificatione lib.4. c.xxxj.nu.4. 275
Rogationes quo tempore fiant: & cur cantentur litaniæ. lib.6. c.cij.nũ.1. 744
Rogationũ dominica. quid moneat.lib.6.cap.cj.num.1. 2. & 3. 743.744
Romanus pontifex patri est successor, Christi vicarius.lib. vj. c.liij.nu.11. 599
Rosa aurea pontificis Maximi, quid significet.lib. vj.c. liij.nu. 8. 598
Rosa spiritualiter significat Christum & eiusdem rosæ ratio. li. vj.c.liij.nu.9.& 10. 599

S

SAbaoth,quomodo interpretetur.li.iiij.c.xxxiiij.nu.6.286
Sabbatum quatuor temporum Septembris quid moneat. lib. vij.c.cxxxiiij.nu.1.& 2. 791
Sabbatum vacans. Et vnde hoc nomen sortitum.lib.6. ca.lxvj nu.1. 616
Sabbatum vacans, in quo sit priuilegiatum.ibid.nu.2. 617
Sabbatũ quartæ Dominicæ quadragesi.quid tractet.lib.vj.cap. lix.nu.1. 608
Sabbatũ secundæ dominicæ quadrag. quid agat. Eiusque officium. lib.6.c.xlv. num. 1.2.& 5. 587
Sabbatum primæ dominicæ quadragesi.& eius officium.lib.6.c. xxxviij.nu.1.2.& 5. 580.581
Sabbatum dominicæ tertiæ quadragesi.iustitiam & misericordiam Domini ad salutem docere ostendit. Eius officium.li. vj.capit.iij.numer.1.& 4. 593. 594
Sabbatum præcedens primam quadragesimæ dominicam, non habet quicquam proprium.libro.vj. capit.xxxj.nu. 1. 571
Sabbatum in albis, quod habeat officium.lib.6.cap. xcv.nu.1.2. 4.5.& 6. 736
Sabbatum post Pentecosten, vnde Missam auspicetur. Et eius expositio, etiam mystice. libro vj.c.cxiij.nume.1.2.4.5.& 7. 768.769
Sabbati Paschatis priuilegium.lib. vj.c.lxxxv.nu.9. 703
Sabbato sancto, cur non dicatur graduale sed allelu-Ia, & tractus. Et cur eodemmet die lumen non portetur ad euangelium:sed incensum. lib.vj.c. lxxxv.nu.4. 700
Sabbato Paschatis,cur omittatur offertorium. Item post cõmunio.lib.sexto.cap.lxxxv. nu. 6. & 7. 702
Sabbato Paschatis, cur breues vesperæ,& vna cum Missa terminentur.lib.vj.ca.lxxxv.nu.8. 703
Sabbato quatuor temporum Aduentus,quatuor lectiones tantum veteris testamenti leguntur.Et quid ita.libro sexto, ca. x.nu.1.& 4. 511.512
Sabbato sancto Missa aliter & præter mortem celebratur. Et quorsum.libr.vj.cap.lxxxv.nu. 2. 699
Sacerdos accinctus, ad altare accedens,quid notet. Et eius processionis ordo, & forma. Et quorumlibet significatio,fusissimè per discursum.lib.iiij. ca. vj. numero 1.2. & 7. 8.& 9.185. 186.187.188.
Sacerdos osculatur euangeliũ:euãgelio dicto à diacono. Et qua id significatione.lib.iiij.c. xxiiij.nu.32.& 33. 246.247
Sacerdos cur turificetur, dicto euangelio.ibi.nu.34. 247
Sacerdos, qualiter se disponere debet initio Missæ.lib.iiij.c.xj. nu.1. 201
Sacerdos,initio Missæ cur ad dextram altaris partem primum deflectat.ibi.nu.2.
Sacerdos, quo consilio aut intentione osculetur humerum Episcopi, & quid in Romana Ecclesia.lib.iiij.c.lviii.n.1.& 2.393
Sacerdos, cur dicit in Missa sub fractione hostiæ, Pax Domini sit semper vobiscum.lib.iiij.ca. lj.nu.14. 374
Sacerdos cur oret voce demissa, implorato statim populi suffragio.lib.iiij.c.xxxij.nu.5.6.7.8.9. & 10. 277
Sacerdos cur tollat vocem, incipiens per omnia secula seculorum.ibid.nu.11.
Sacerdos cur manũ tollat ab altari,incipiens: per omnia secula seculorum.ibid.nu.12.
Sacerdos, quare quinque vicibus se vertat ad populum salutandũ.lib.iiij.c.xiij.nu.10. 211
Sacerdos cur semper voluat se ad dextram.lib.iiij.c.xiiij.num.11. ibid.
Sacerdos quare brachia extendat in octaua parte canonis.li. iiij. c.xliij nu.3. 338
Sacerdos,cur se inclinet,cancelatis manibus,ante pectus,in noua parte canonis.li.iiij.c. xliiij. nu.4. 343
Sacerdos mutat locum in altari. Et qualiter quæ significatione libro quarto, capit. xxij. nu.1. 234

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sacerdos quare in communione, non accipit calicem per se, sed à diacono. lib. iiij. ca. liiij. nu. 2. 384

Sacerdos quid agere, dicere, aut meditari debeat, ante corporis & sanguinis Dominici sūptionem. Quid post. lib. iiij. ca. liiij. nu. 10. & 14. 386. 387

Sacerdos non debet ferre vestes sacras nisi virtutibus ornatus fuerit. lib. iij. c. i. nu. 5. 120

Sacerdos benedicens, dicit: hæc dona, hæc munera. Et quaid significatione. Et an, & quatenus illa differant latè, Et cur dona potius quam donum dicat. lib. iiij. capit. xxxvj. num. 9. 10. 293. 294

Sacerdos ante quàm ad altare accedat, quid agere debeat. lib. iiij. c. iij. nu. 6. 179

Sacerdos conuersus ad populum omnium orationes petit quāque is orationem adsumat. Et cuius exemplo, aut præcepto. lib. iij. c. xxxij. nu. 3. 275

Sacerdos faciens cruces, manus super mensa altaris extendit & quaid significatione lib. iiij. c. xlvj. nu. 15. 351

Sacerdos populum precibus laudat. lib. iiij. c. xlvij. nu. 2. 355

Sacerdos missurus aquam in vinum, cur paucillum in terram fundat. lib. iiij. c. xxx. nume. 20. 269

Sacerdos non debet interesse secundò nubentibus. li. ij. c. j. nu 47. 96

Sacerdos Missā defunctorū celebrās, vt eius mortē incurrat, deponatur. li. vij. c. xxxv. n. 35. 865

Sacerdos sumens sanguinem, debet tenere calicem vtraq; manu. lib. iiij. c. liiij. nu. 12. 387

Sacerdos quare percutiat pectus suum in vndecima canonis parte. lib. iiij. cap. xlvj. nu. 1. 2. & 3. 347. 348

Sacerdos in Missa quare sedeat. lib. iiij. c. xviij. num. 1. & 2. 224. 225

Sacerdos cur se inclinet, dicturus: supplices, &c. lib. iiij. ca. xliij. nu. 2. 343

Sacerdos, quis & vnde dictus. Et qui olim. lib. ij. numero. 7. & 9. 112

Sacerdotis manum seu humerū dextrum osculatur diaconus. Et quare id. lib. iiij. cap. l. nu. j. 369

Sacerdoti quæ pœnitentia imponenda propter sanguinem fusum, vel hostiam sacramenti quomodolibet maculatam. Ex decreto Concilii Aurelianensi. lib. iiij. c. xlij nu. 18. 331

Sacerdote vno deficiente quouis casu, post consecrationem an alius debeat totum, vel partem supplere. lib. iiij. cap. xlj. nu. 47. 322

Sacerdotes, vicē Christi gerunt. li. ij. c. x. nu. 11. 113

Sacerdotes, mediatores ĩter Deū & hominem. libr. ij. cap. xj. nu. 14. 116

Sacerdotibus pluribus vni Episcopo concelebrantibus, an ille solus conficiat qui pronuntiat verba. libro. iiij. ca. xli. nu. 50. 324

Sacerdotibus imperitis non est detrahendum. libro primo, in

in proœmio, numero 6. 3

Sacerdotalis ordo, vnde duxerit initium. libro secundo, cap. x. numero 1. 111

Sacerdotalis ordinis dignitas & eminentia libro secundo, cap. x. numero 12. 113

Sacramentum quid, quid mysterium, Et quid mysterium differat à ministris. libro primo, ca. ix. num. 1. & 2. 78

Sacramentum, dicitur actiuè & passiuè. libro quarto, c. xlij. numero 27. 335

Sacramentum, consistit in tribus. ibidem, nu. 28.

Sacramentum corporis Christi, quomodo sit mysterium fidei. libro quarto, cap. xlij. num. 20. 332

Sacramentum corporis Christi tria habet. ibidem numero 21. 333

Sacramentum mure corrodente, quid comedatur. Item, quid incineratur, dum sacramentum crematur. libro quarto, cap. xlj. num. 32. & 33. 316. 317

Sacramēntum vnum, dignius alio, quatuor modis. lib. j. capit. ix. numero 16. 82

Sacramentum, an vnum tantum, an diuersa. lib. iiij. cap. lxij. nu. 23. & 24. 334

Sacramentum, quare sub vtraque specie sumatur. lib. iiij. ca. xliij. numero 1. 326

Sacramentum altaris, cur quotidie Ecclesia repetat. lib. quarto. c. xlj. num. 31. 337

Sacramentum dignitatis & voluntatis, quid. libro primo. cap. ix. num. 6. 79

Sacramenti fractio. Et an Christus prius fregerit, quam consecrarit: aut contra. Mere diuina, & paradoxa lib. quarto, cap. xlj. numero 15. 315

Sacramenti formæ nihil est addendum, detrahendum, transponendum aut mutandum. lib. iiij. cap. xlj. num. 46. 321

Sacramenti dignitas & excellentia. libro quarto, cap. xliij. numero 6. 344

Sacramenti diffinitio. lib. primo, cap. ix. nu. 3. 78

Sacramenta varia sunt. lib. j. cap. ix. num. 4. ibid.

Sacramenta ordinis & necessitatis, an & quando à laico præstari possint ibid. num. 5. 79

Sacramenta legalia & euangelica differunt libro quarto, cap. xlij. nu. 26. 335

Sacramenta quibus de causis sint instituta. libro primo, capit. ix. numero 17. 82

Sacramentorum, dispensatio quomodo Deo, & quomodo ministris competat. libro secundo, c. ix. num. 17. 110

Sacrificans in fermēto, an conficiat. libro quarto, cap. xlj. numero 11. 312

Sacrificium, quid. lib. iiij. cap. xxx. num. 10. 266

Sacrificium Missæ, quod primum & maximum. libro quarto, cap. j. num. 17. 168

Sacrificium factum à malo sacerdote, valet perinde, ac factum à bono. Et quid ita. libro quarto, cap. j. num. 18. ibid.

Sacrificium septem vicibus signatur in canone & qua id-

ipſum admonitione. libro iiij. c.xlvj.nu.19. 352
Sacrificium altaris, ex quo confici debeat.libro quarto,ca.xxix. num.2. 262
Sacrificium iuge, in veteri teſtamento.lib.v.c.iiij.nu.3. 440
Sacrificium laudis.li.iiij.c.xxxvij. num.4. 297
Sacrificium altaris pro quibus offerri debeat.lib.iiij.cap. xxxvj. num.14. 294
Sacrificium antiquitus quibus vaſis,& cuius generis fiebat.lib.j. cap.iij.nu.44. 34
Sacrificij faciendi vetus mos:maximè de oratione ſacerdotis inter ſacrificandum. libro iiij. cap.xxxiij.nu.5. 279
Sacrificia tria Miſſa offert.lib.iiij. c.j nu.16. 168
Sacrificia Eccleſiæ, quot.libr.iiij. cap.xxxvj.nu.12. 294
Sacrificiorum legalium diuerſa genera. libro quarto, cap.xxx. num.33. 272
Sacrificiorum antiquorum ſignificatio.libro quarto, cap.j. numero 14. 167
Sal cur prius benedicatur, quam aqua.lib.iiij.c.iiij.nu.9. 182
Sal cur miſceatur aquæ luſtrali: & quid noter.libro primo, c.vj. numero 10. 48
Salomon exorciſmi modũ inuenit.lib.ij.c.vj.nu.3. 102
Sanctus, Sanctus, Sanctus, hymnum quis primùm inſtituerit. Et quorum ſit ille hymnus. lib. iiij.cap.xxxiiij. nu.1.& 2. 285
Sanctus, Sanctus, Sanctus, cur ter cantetur,& eius explicatio.ibi. nu.3.4.5.& 7. 285.286
Sancti coronati & eorum nomina.lib.vj.c.xxxvj.nu.1. 868
Sancti & eorum reliquiæ, an debeant honorari & venerari. libro ſeptimo,c.j.nume. 2.3.& 6. 804.805.806
Sanctorum feſta quibus de cauſis Eccleſia celebret. lib.vij. cap.j. num.1. 804
Sanctorum noui teſtamenti quadruplex differentia.ibid. nu.4. 806
Sanctorum nulli, lattiã vel ſacrificium debemus.ibid.nu.5.
Sanctorũ catalogo nullus adſcribẽdus niſi per Romanum Pontificem.ibid.nu.29. 809
Sanctorum octauæ, cur celebrentur,non tamen omnium. ibid. num.42. 818
Sanctorum octauæ,varij ſunt generis.ibid.nu.44.
Sanctorum ferias quo ordine Author proſequatur. ibid. nu.49. 810
Sanctorum omnium feſtum,vnde primum : Et quibus de cauſis inſtitutum. lib.vij. cap. xxxiiij. nu.2.& 4. 856
Sanctorum omnium feſtum ieiuniũ habet inſtitutionis. Et eius diei officium. lib.vij.ca.xxxiiij. nu.5.6.& 8. 856.857
Sanctorum omnium die, quo ordine legantur lectiones. ibid. numero 7. 856
Sanctorũ ſuffragia,quorſum fiant lib.v.c.ij.nu 64. 424
Sanctorum cõmemoratio, quare fiat Dominica quinta in paſſione.lib.vj.c.lx.nu.5.& 6. 611
Sanctorum orationes nobis conferunt.ibid.c.cxxvj.nu.2. 785

Sanctos

Sanctos cur rogemus.ibid. ca.cij. numero 5. 746
Sandalia,vnde dicantur,& eorum forma.lib.iij.c.viij.nu.5. 134
Sandalia, ex corio albo fiunt interdum.ibid.nu.7.
Sandalia, eò quod capiti conueniunt,quid deſignent. li.tertio, cap.viij.nu.10. 135
Sandaliorum,apertura, & clauſura,quid ſignificent. lib. tertio, c.viij.nu.6. 134
Sandaliorum corrigiæ, quid notent.ibid.nu.9. 135
Saudaliis vri, quibus licet:& quibus prohibetur. lib.tertio,cap. viij.num.11. ibid.
Sanguis ſi profluat à naſo ſacerdotis quid agendum. lib. iiij.c. xlij.nu.19. 332
Sanguis Chriſti,pro quibus ſit effuſus.libro quarto,cap.xlij.numero 29. 336
Sanguis à Chriſto quinquies exiuit.lib.vj.c.lxx.nu.11. 627
Sarcophagus,quid.quid pyramis. lib.j.c.v.nu.9. 41
Satellitem ſtygium quatuor fugant.li.j.c.vj.nu.8. 61
Saul nobis eſt exemplo. lib.vj. ca. cxv.nu.4. 774
Scalæ ad altare.libro primo, c.ij. numero 17. 21
Scandalũ,quid.li j.c.vj.nu.43. 57
Scripturæ ſacræ quadruplici ſenſu expenduntur. lib.j. in proœmio.nu.9.& 13. 3.& 4
Scripturę, cur dicantur vetus teſtamentum. Et quare ſcriptura nouum.li.vj c j. numero 21. & 22. 481
Scrutinium, quid.lib. vj. cap. lvj. numero 2. 601
Scrutinium, qua ſolennitate fiat. Et nu.6. Et quo tẽpore, quáve hebdomada.ibid.nu.3.& 4.602
Scrutinium, cur fiat quarta feria quartæ Dominicæ quadrageſi. ibidem,nu.5. 605
Scrutinium populis annuntiandum.Et qua forma.li.vj.ca. lvj. numero 10. 605
Scrutinij cæremoniæ explicãtur. ibidem.nu.8. 604
Secreta,in quot partes diuidatur. lib.ij.c.xxvij.nu.2. 259
Sectæ hominum, tres in ſumma. lib.ij.c.j.nu.1. 83
Seculum,quid:& vnde dicatur.li. iiij.c.xv.nu.7. 215
Sedendi vſus,vnde.lib.iiij.ca. xvj. numero 9. 222
Sedes epiſcopales in ſingulis Eccleſiis quid notent. lib. primo, cap.1.nu 44. 16
Senarius numerus, perfectus, Itẽ, nouenarius. libro tertio, cap.j. numero 8. 121
Senſus corporis noſtri quinque, quibus æquiparentur. lib.j.cap. vij.nu.34 67
Senſus quinque exercẽtur, in Euchariſtię ſacramento. lib. iiij. cap.xlv.nu.20. 352
Sepeliri non debent omnes intra Eccleſiam.Et quinam.lib.j.cap. v.nu.12. 42
Sepeliri qui debeant in cœmeterio.ibidem,nu.54. 43
Sepeliendi antiquus mos. Et inde hodiernus libro primo.capit v. numero 13. 42
Septembris hiſtoria,bipartitur. li. vj.c.cxxvj.nu.4. 786
Septimana, quid & vnde dicatur lib.viij.c.v.nu.1. 901

Septima

Universidad de Deusto
Biblioteca

Septimanæ dies qualiter nominentur ab Hebræis, qualiter à Christianis. Item, qualiter à Gentilibus. lib.vij.c.j. numero 7.8.9.10. 806.807
Septuagesima, vnde dicta. vnde Sexagesima.vnde Quinquagesima. Item vnde Quadragesima. Et cur non tricesima dicatur consequenter. libro sexto, cap. xxiiij. numero 5. & 6. 356. 357
Septuagesima,quodnam officium habeat in Missa. lib.vj. ca.xxv. num.4. 557
Septuagesima, tempus est pœnitentiæ & quot de causis illa instituta.libro sexto, capit.xxiiij. num.1.& 2. 548
Septuagesima tempus iudiciale captiuitatis refert. li.vj.c.xxiij. numero 10. 552
Septuagesima finitur sabbato in albis.ibid.nu.9. 551
Septuagesima quod habeat Euangelium. Et qualiter accipiatur. libro sexto, capit.xxv.numero 8.& 11. 558.559
Septuagesimæ officium. ibidem, numero 1. 556
Septuagesimæ Epistola,& summarium.ibid.num.56. 557
Septuagesimæ inueniendę terminus.Item Pentecostes.lib.viij.c. xij.nu.9. 918
Septuagesimę tempore,cur subticeantur cantica lætitiæ. lib.vj. cap.xiiij.nu.12.13.14.15.16.& 17. 552.553.554
Septuagesimæ quinque sunt.ibid. nu.4. 549
Sepulchrum quid.lib.primo.ca.v. numero 6. 41
Sequētia seu prosa, quid,& quidnam notet.libro quarto, c.xxij. numero 1. 233
Sergius Papa.lib.quarto. capit.lij. numero 6. 380
Sermo in Ecclesia, qualis esse debeat.lib.j.c.j.nu.48. 17
Serpens cum cādela,quæ defertur ad fontium processionem,quid notet.lib.vj.c.lxxxix.nu.12.722
Seruitutis duæ species.lib.quarto. c.xxxix.nu.2. 301
Sessio ministrorum in missa, quid notet.libro quarto, c.xviij.numero 2. 225
Sethim, quid. libro primo. cap. j. nu.13. 11
Sexagesima,quorsum instituta.Et quid sonet.lib.vj.cap.xxvj. numero 1.& 2. 559
Sexagesimæ euangelium.lib.vj.c. xxv.nu.3. 560
Sexta ad quid instituta. lib.v.cap. vij.nu.1. 461
Sextilis ante iam Augustus. libro vj.c.cxxj.nu.2. 780
Signa cur fiant super eucharistia. lib.iiij.c.xliij.nu.7. 339
Signa cur fiant cum tabula, ad tenebras sextæ feriæ Dominicæ quadragesimalis.lib.vj.ca.lxxij. numero 4. 630
Signorum diuersitas.lib.iiij.c.xlij. numero 25. 335
Silentium est triplex.lib.vj.c.xiiij. numero 2. 526
Simacus Papa.libro v.cap.xiij.numero 5. 206
Simon vbi prædicarit.lib.vij.cap. xxiij.num.3. 855
Solennitas,quid, & vnde dicatur. lib.ij.c.1.nu.17. 808
Solis regulares, & vnde dicantur. lib.viij. lib.viij.cap.v.num.5. 903
Solstitia duo sunt in anno solari. Et quid solstitium & vnde dictum. lib.viij.capit.iij.num.24. 895
Sother, Papa. libro quarto, capit. x.num.6. 201
Sotheri Papæ edictum, ne mulieres contingant vasa sacra. libro iiij.cap.xxix.num.6. 263
Sonorum treis species. lib.v.capit. ij.num.66. 424
Spirituale certamen quomodo ineundum ab episcopo. lib. tertio.cap.j.num.6. 120
Spiritus sancti septem dona correspondent septem Ecclesiæ ordinibus.lib.ij.capit.j.numer.52. pag. 98
Spiritus sanctus in confirmatione, est tanquam tutor populi.libro sexto,cap.lxxxiiij.num.2. 696
Spiritus Sanctus, cur dicatur paracletus. lib. vj.cap.cvij.num.8. 761
Sponsæ annulus datur, & qua significatione.lib.j.capit.ix.num. 10. 80
Sponsus & sponsa, benedicuntur primò à parentibus deinde à sacerdote. lib.j.cap.ix.numer.14. & 15. 81
Stallus in choro ad sedēdum,quid portendat.Quid pulpitum.libr. j.cap.j.num.32. 14
Statio,quid & vnde orta. libr. vij. cap.j.num.20.& 21. 809.810
Stationum duæ species. libro vij. cap.j.num.12. 810
Stationum forma, & à quo in orbe institutæ, & quorsum. ibidem.num.23.24.
Stella, quæ Magis apparuit, quid. lib.vj.cap.xvj.num.5. 277
Stephani officium. lib.vij.cap.xlij, num.3.4.& 15. 871.873.875
Stephani protomartyris festum quo die agatur, & cur statim à natali dominico.libro septimo, cap.xxj.num.1. 844
Stephani & Ioannis Euangel. & Innocent. festum cur comitentur natiuitatem domini. lib.vij. cap.xlj.num.1. 871
Stola subsequitur cingulum. Et quid ea notet. libro tertio, cap. v.num.1. 128
Stola, cur protendatur ad genua. ibidem, num. 2.
Stola, cur collo sacerdotum, diaconorum verò humero imponatur. libr. iij.capit.v.numer.4. 129
Stola, cur ad lumbos succingatur. ibidem,num.5.
Stola, est velut quoddam orarium, sine quo non licet mysteria Ecclesiastica celebrare. ibid. num.6.
Stola,colo sacerdotis incumbens, quid notet.ibid.num.7.
Stola vti, quibus prohibitum.ibid. num.8.
Stolæ reflexio in vtrumque humerum, quid significet. libr. iij. cap.v.num.3. 128
Stupa, quæ comburitur in Ecclesia, quid significet. libro quarto,cap.vj.num.13. 189
Subdiaconatus ordo, sacer est.lib. ij.cap.viij.num.1. 104
Subdiaconus lecturus epistolam à quibus,& à quot comitetur.lib. iiij.cap.xv.num.4. 221
Subdiaconus, epistola lecta reuerentiam facit sacerdoti,quaque id significatione.lib.iiij.cap.xvj. num.1.& 3. 223.224

Universidad de Deusto
Biblioteca

Subdiaconus, librum euangelij refert, vacuo diacono. lib. quarto, cap. xxiiij. num. 51. 246
Subdiaconus, cur in missa lectiones legat: præter eius fere officium. libro ij. capitul. viij. num. 4. 105
Subdiaconus, quo amictu vtatur. ibi num. 5.
Subdiaconus, vtram manum supponat. libro euangelij. libr. iiij. cap. xviiij num. 29. 245
Subdiaconus, manus sacerdotis osculatur, lecta epistola. ibidem. num. 2. 224
Subdiaconus qualiter teneat patenam. libro iiij. capit. xxx. num. 31. 272
Subdiaconi institutio, qualiter fiat. libr. ij. capitul. viij. numer. 3. 105
Subdiaconorum ordo. libr. ij. cap. vij. num. 2. 104
Subdiaconos facere die dominica, an liceat. libro ij. capit. j. numero 37. 93
Succintorium duplex dependens ex cingulo, in sinistro latere Pontificis, quid signet. libro iij. cap. iiij. num. 2. & 4. 126. 127
Sudarium Episcopi, quid, libr. iij. cap. xvj num. 1. 147
Sudarium quod nobis conueniat, ibidem, num. 2.
Superpellicij vsus, & significatio, & vnde fiat. libro iij. capitul. j. num. 11. & 12. 122
Symbolum, quid. lib. iiij. cap. xxv. num. 5. 210
Symbolum est triplex. & vnde dicatur ibid num. 6.
Symbolum Apostolorum, cur non dicatur in missa quintæ feriæ, dominicæ in ramis. lib. vj. capit. lxxv. num. 8. 650
Symbolum Apostolorum cur dicatur in Prima & Completorio, lib. v. cap. x. num. 10. 475
Symbolum Nicenum, libro iiij. cap. xxv. num. 9. 251
Symbolum Apostolorum, immediatè sequitur euangelium, lib. iiij. cap. xxv. num. 1. 249
Symbolum, dicitur voce sublata, maxime in missa. In Prima autem & Completorio, demissa, ibid. num. 2. & 3. 250
Symbolum auspicans sacerdos, cur manus eleuet, ibidem, numero 4.
Symbolum maius quibus diebus adhibeatur, vide per discursum. libro quarto, capit. xxv. numero 13. & 14. 252. 253
Symboli cantandi in Missa vsus à Græcis profectus. lib. iiij. capit. xxv. num. 10. 251
Symboli expositio, libro quarto. capitul. xxv. numer. 15. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 27. 29. & 30. pag. 254. 255. 256. 257.
De Symbolo, quid sit: quàm variè vsurpetur: Et de tesseris collybistiris, plura pete ex adnotatione in librum iiij. capit. xxv. in fine. 257
Symeonis canticum cur cantetur in Completorio, lib. v. capitul. x. num. 7. 472
Synagoga, quid. libro primo, cap. j. num. 3. 8

T

TAbernaculum quibus constet & vnde dictum. Et ad quid in Ecclesiam versum. libro primo, capit. j. num. 6. 9
Tabernaculum veteris testamenti, ex quibus fuerit constructum. libro j. capit. j. numero 12. 11
Templi antiqui diuisio: & forma lib. iiij. cap. j. num. 13. 167
Tempus, quid. & eius partes, libro viij. cap. j. num. 4. 888
Tempus Hyemis & deuiationis repræsentat Ecclesia, à septuagesima, vsque ad Pascha, libro sexto, cap. j. num. 6. 477
Tempus Veris & renouationis, in aduentu domini. ibidem, numero 7. 477
Tempus Æstatis & reconciliationis, in tempore Paschali. ibidem numero 8.
Tempus Autumni, & peregrinationis, à Pentecoste, vsque ad aduentum. ibid. num. 9.
Tempus Pascha præcedens, quid notet. Item quid sequens, libro vj. capitul. lxxxix. numer. 18. pag. 724
Temporis status, insinuat virtutum statum, lib. quinto, cap. viij. num. 2. 463
Tempora quatuor huius mundi considerantur iuxta quatuor diei summas partes. Item, iuxta quatuor summas Christi actiones. lib. vj. capit. j. numer. 10. 478
Tentamur à tribus: Deo, homine, Satana: idque variè. libr. iiij. cap. xlviij. num. 7. 361
Tentatio Dei in hominem. lib. iiij. cap. xlviij. num. 8. ibid.
Tentatio est quadruplex. libro vj. cap. xxxij. num. 9. 575
Tentator conatur auferre nobis considerationē cœlestium præmiorum, vt facilius in eius retia irrepamus. lib. vj. cap. xxxiii. num. 1. 577
Tentator cum viribus, versutia & fraude it homine superior, qui audeat homo certamen cum eo inire. lib. vj. cap. xxxii. numer. 8. 575
Tētator, quotupliciter Dominum tentauit. libro sexto, cap. xxxiij. num. 10. ibid.
Terra, est omnium mater. libr. vj. cap. xxv. num. 9. 558
Testamentum, dicitur etiam promissio. libro quarto, capit. xlij. num. 5. 328
Testamentum duplex, vetus & nouum. Et quid testamentum. lib. sexto. cap. j. num. 20. 480
Thebæ plures. libro vij. capit. xxx. num. 2. 854
Theleſphorus Papa, instituit treis missas cantari in die natalis domini. Et quod eius fuerit institutum de prima. lib. vj. ca. xxiij. num. 17. 18. & 19. 523
Theophania, secunda apparitio. lib. vj. cap. xvj. num. 5. 513
Thesauri Ecclesiæ quo concilio edantur, in feriis celebrioribus. lib. j. cap. ij. num. 42. 33
Thobias legitur xiij. dominica post Pentecosten. Et eius diei Missa: eiusque expositio, lib. vj. capitu. cxxvij. numer. 1. 2. 3. & 4. 786. 787
Theoletani concilij decretum, de psallendi & ministrandi consuetudine. libro quinto, capit. ij. numero 69. 425
Thomæ Apostoli officium Ecclesiasticum. libro septimo, cap. xlj. num. 1. 871
Tiara siue tidaris, supremum capitis ornamentum legale: quod

Pontifex vltimò adsumebat. Et eius significatio. lib. iij. cap. xix. num. 15. 162
Thymiama, quid notet. Et à quo offerendum. libr. quinto. cap. ix. num. 5. 466
Timor quo auertimur à malo, est triplex. libro quarto, cap. xlviij. num. 6. 361
Tintinabulorum genera sex, quibus vtitur Ecclesia. libro primo. cap. iiij. num. 11. 38
Tractus quid, & quando, & cur adsumatur in Ecclesia. Et vnde. libr. iiij. cap. xxj. num. 1. & 3. 231. 232
Tractus, & allelu-Ia, quàm differant. ibid. num. 2. 232
Tractus, significat captiuitatem Babylonicam, libro quarto, ca. xxj. num. 6. ibid.
Tractus sequitur responsorium, in septuagesima. libro sexto, capit. xxv. num. 7. 558
Tractus: vinea facta est, expositio. libro vj. capi. lxxxj. num. 7. 676
Tractuum dicendorum ordo. libro iiij. capit. xxj. numer. 4. & 5. 232
Treni Hieremiæ, vnde dicantur. libro vj. capitul. lxxij. numer. 12. 632
Trenis cur inseratur alphabetum. libro vj. capitul. lxxj. numero 13. ibid.
Trinitatis festiuitas cur sequatur Paschatis & pentecostes ferias. libro vj. capitul. cxiiij. numer. 1. 770
Trinitatis Missa: eiusque diei officium, & illi⁹ expositio. ibidem, num. 4. 5. & 6. 771
Trinitatis festiuitas, variè & diuersimodè celebratur. ibidem, numero 7. 772
Tropologia, quid. libr. j. in proœmio. num. 11. 4
Tropus, quid. libro sexto, capitulo cxiiij. num. 3. 771
Tropus, quid, & vnde dictus. libro iiij. cap. v. num. 6. 184
Tubarum vsus vnde. libr. vj. capit. xj. num. 2. 513
Tubarũ vsus olim fuit loco campanarum. libro primo, capitulo iiij. num. 3. 36
Tunica talaris sacerdotis. libr. iij. cap. xix. num. 10. 139
Tunica Episcopi, quid significet. lib. iij. cap. 10. num. 1. 136
Tunicæ duæ, in veteri testamento, & earum significatio. lib. iij. cap x. num. 2. 137
Tunicam vnam super alia, cur induat Pontifex. libro tertio, cap. x. num. 4. ibid.
Thuribuli forma, & substãtia. lib. iiij. cap. x. num. 2. 200
Thuriferarius, cur ceroferarios & alios antecedat. lib. quarto. cap. vj. num. 6. 187
Thurificatio, quid designet. libro iiij. capit. iiij. num. 6. pag 112. & eod. lib. cap. x. num. 1. 200
Thurificatio altaris, quid designet. libro iiij. capit. viij. num. 1. 196
Thurificatio altaris, susceptа oblatione mystica, quid innuat. Et qualiter, & quando fieri debeat. libr. iiij. capit. xxxj. num. 1. & 3. 274. 275
Thuris grana in benedictione cerei quid significent. libr. vj. cap. lxxx. num. 9. 672
Turres Ecclesiæ, quid significent. lib. j. cap. j. num. 31. 14

Thus

Thus orationem significat. libro. iiij. cap. viij. num. 3. 197

V

VAtes, quis dicatur. lib. ij. cap. j. num. 3. 84
Velum Ecclesiæ, est triplex. Et quando tollatur. Et quando eleuetur. libro primo, capit. tertio, nume. 35. 36. & 38. 31. 32
Velum, est quintuplex. lib. ij. cap. j. num. 45. 96
Verba hæc, Credo in sanctam Ecclesiam catholicam, quomodo sint accipienda. libro sexto, capit. lxxxiij. num. 6. 687
Verba: omnis lingua confiteatur, cur intercepta fuerint in introitu missæ quartæ feriæ dominicæ in ramis. lib. vj. cap. lxx. num. 3. 625
Verborum expositio, quæ canuntur, duin crux adoratur. libr. vj. cap. lxxvij. num. 23. 661
Versus, qui notet. libr. v. capit. ij. numer. 42. 415
Versus vnde dicatur. lib. iiij. capi. xx. num 7. 230
Versus responsorij, vel gradualis quid significet. libro. iiij. capit. xix. num. 8. 227
Versus sequentiarum, cur dicantur à duobus. libr. iiij. capi. xxj. num. 7. 233
Versiculi, in diuino officio, cur dicantur. Et vnde dicantur. libr. v. capit. ij num. 40. 414
Versiculi, cur dicantur ante lectiones, in nocturnis. lib. v. cap. ij num. 41. pag. 415
Vesperæ ad quid institutæ. quid referant. Et quot psalmis constent. lib. quinto, cap. ix. num. 1. & 3. 465
Vestimentum pedum, vnde traxerit originem, lib. iij. cap. vij. num. 1. 133
Vestimenta communia Episcopis & sacerdotibus, & eorum numerus, & authoritas. libr. iij. capit. j. num. 7. & 18. 121. 123
Vestimenta Ecclesiæ distinata, ne trahantur in priuatos vsus, libro primo, capit. iij. numer. 48. 35
Vestimentorum legalium significatio, iuxta allegoriam, libr. iij. capit. xix. num. 6. 158
Vestimentorum legalium significatio, secundum tropologiam. Et primò de fœminalibus, lib. iij. cap. xix. num. 7. 159
Vestes sacræ, vnde duxerint initium, libr. iij. capi. j. num. 2. 119
Vestes episcopales. ibidem numero. 3.
Vestes Pontificis, quid signent. ibidem num. 14.
Vestium sacrarum vsus, non debet esse quotidianus, libr. iij. capit. j. numero 1. 118
Vestium varia significatio, in sacerdote euangelico. ibid. num. 17. 123
Vestium vsus varius cur inductus, præter etiam Christi morem. ibidem, nu. 14. 122
Vexilla, sunt ditionis, & potestatis signa. lib. j. cap. vj. nume. 28. pag. 52
Vexilla cur ferantur in processione. libro vj. capit. cij. numer. 8. 746
Viduam quid prohibeat velari ab Episcopo. libro 11. capit. j.

nu.46. 96
Vigiliæ,quid,vnde dictæ. Et cur sublatæ.libro.vj.capit. vij. numero.8. 503
Vinum optimum sumendum est: aliud tamen non violat sacramentum.libro iiij.cap.xlij. nu. 10. 330
Vinum,die paraſceues sumptũ cum Dominico corpore seruato à quinta feria, an consecretur, & sanguis Christi efficiatur per immissionem ipsius corporis in calicem, & per eius tactum.lib.vj.ca. lxxv.nu. 11. 650
Vinum si fuerit gelatum in calice,quid agat sacerdos. Et quid si musca vel aranea, quidve aliud ceciderit in calicem.ibi. nu.11.& 12. 330
Vino in calice prætermisso, quid agendum sacerdoti.lib.iij. cap. xlj.nu.49. 323
Vir & vxor an eodem sepulchro sint condendi.lib.j.cap.v. nu.17. 43
Virga Pontificis, quid notet.lib. iij.c.xv.nu.7. 150
Virgines quænam habeant officium.lib.vii.cap.xlvii.nume.2. 885
Virgines consecrandæ deponunt vestes veteres, & induunt nouas. Et qua id significatione. lib.ij.cap.i.nu.42. 95
Virginum officiũ.lib.viii.c.xlvii. nu.1.2.3.& 5. 884
Virginum consecratio, quo tempore fiat. Et quo loco, quóve apparatu ac ordine.lib.ij.ca. i. nu.39.40.& 43. 94.95
Virginibus cum velum imponatur.lib.ii.c.i.nu.44. 95
Virtutes quatuor, in libro sapiẽtiæ descriptæ.lib.i. cap. vii.nu. 22. 64
Vita triplex.libro vi.cap.lii.nu.6. 594
Vita æterna.lib.iiii.cap.xxv.num. 31. 217
Vita actiua & contemplatiua est in Ecclesia.libr.vi.ca.cvii.nu.5. 759
Vitia septem capitalia. Cui respõdent numero septem populi Cananæorum.lib.iiii.ca.xlviii. nu.12. 358
Visio est triplex.lib.vi.c.iii.nu.9. 493
Vnctio facta ab Episcopo in frõte,quid differt ab ea, quam facit sacerdos in ceruice cum chrismate.lib. vi.c. lxxxiiii.nu. 4. 697
Vnctio exterior,an sit necessaria ad salutem.lib.i.c.viii.nu.5.& 11. 70.& 72
Vnctio ad quid fiat in vertice. Et à quo instituta primum.lib.i.c. viii.nu.9.& 10. 71.72
Vnctio extrema an sit sacramentum:quidam desident. Et de eius forma.Et quæ ætas requiratur.lib.1.cap.viii.numero 25. 76
Vnctionis duæ species.lib.i.c.viii. nu.3. 70
Vniones in Christo treis.libr.iiii. c.x.nu.3. 198
Voluntas Dei, dupliciter intelligitur.libr.iiii.cap.xlviii.nu.14. 364
Voluntas Dei qualiter fiat,in cœlo & in terra.ibidem numero 15.

Vota quæ dicantur. libr. iiij.capi. xxxvij.num.7. 298
Votorum multiplex differentia. lib.vj.cap.vij.num.9. 504
Vrbanus Papa, quid addiderit præfationi communi. lib. iiij. cap.xxxij.num.16. 285
Vrbanus Papa secundus,officium beatæ Mariæ quotidianum instituit.libro vj.capit. ij.num.7. 486
Vriel, quomodo sonet latine. libro iiij.capit.xxxiij. numer. 20. 282
Vtensilium Ecclesiæ benedictio, quid notet.libr.j.cap.vij. num. 39. 68

Z

ZOdiaci signa.Et quid Zodiacus.lib.viij.cap iij.num. 5. 891
Zodiaci signorum explanatio. Primùm de Ariete:proximè de cæteris ordine. lib.viij.cap.iij. num. 6. 7. 8. 9.10.11.12.13.14.15. 16.&17. 891.892.893
Zona,quid. Et quid designet.libr. iij.ca.iiij.n.1.5.& 6.pag.126.127

FINIS INDICIS.

RATIONALE,
SEV ENCHIRIDION
DIVINORVM OFFICIO-
rum, Gulielmo Durando, Præsule Mimatensi, Authore.

SVMMARIVM.

1 *Officia ecclesiastica, nacta diligentem auscultatorem, magnam gignunt suauitatem.*
2 *Figuræ in diuinis, sunt virtutum signa.*
3 *Prælati & sacerdotes, scientia & virtutibus debent eminere.*
4 *Artem suam quisque diligenter curat & colit.*
5 *Sacerdotibus imperitia non est detrahendam.*
6 *Officia diuina, an hodie figura careant.*
7 *Lex antiqua, quædam habet mystica, quædam moralia.*
8 *Lex, an recipiat mutationem diffing.*
9 *Scripturæ sacræ, quadruplici sensu extenduntur, & num. 13.*
10 *Allegoria, quid.*
11 *Tropologia, quid.*
12 *Anagoge, quid.*
14 *Institutionũ Ecclesiasticarũ varius vsus, vt varius ortus. & n. 15. & 17.*
16 *Durandus communem Ecclesiæ formam instituit, non singularem.*
18 *Rationale, vnde, & quò hoc nomen sortitum.*
19 *Rationale hoc, in octo partes diuiditur.*

PROOEMIVM.

1 QVAECVNQVE in Ecclesiasticis officiis † rebus aut ornamentis consistunt, diuinis plena sunt signis atque mysteriis, ac singula sunt cœlesti dulcedine redũdantia: si tamen diligentem habeant inspectorem qui norit mel de petra sugere, oleumque de durissimo saxo. Quis tamen nouit ordinem cœli & rationes ipsius ponet in terra? Scrutator quippe maiestatis, opprimetur à gloria. Siquidem puteus altus est, & in quo aquam hauriam, non habeo: nisi porrigat ille, qui dat omnibus affluenter & non improperat: vt inter medium montium transeuntem hauriam aquam in gaudio de fontibus Saluatoris. Licet igitur non omnium quæ à maioribus tradita sunt, ratio reddi possit. ff. de legat. l. non omnium. xxiij. quæstion.

Deut. 32. Iob. 38. Prou. 25. Ioan. 4. Iacobi 1. Psal. 103. Esaiæ 12. Apoc. 3. Cãtic. 2. Exod. 25. Sapiẽ. 10. Ioan. 3.

iiij.Nabuchodonosor.in princip.quia tamen quod in his ratione caret,extirpandum est.lxviij. dist. cor episcopi. xij. distinct. omnia. Idcirco ego Gulielmus Durandi sanctæ Mimatenen. Ecclesiæ sola Dei patientia,dictus episcopus, pulsans pulsabo ad ostium, si fortè clauis Dauid aperire dignetur:vt me introducat rex in cellam vinariam, in qua mihi supernum demonstretur exemplar, quod Moysi fuit in mõte monstratum:quatenus de singulis quæ in ecclesiasticis officiis,rebus aut ornamentis consistunt,quid significent & figurẽt, eo valeam reuelante clarè & apertè disserere,& rationes disponere,qui linguas infantium facit disertas, cuius spiritus vbi vult,spirat, diuidens singulis,prout vult extrà de renuntiatio.cap. nisi ad laudem & gloriam Trinitatis. † Sanè hic sacramenta pro signis accipimus seu figuris: quæ siquidẽ figuræ non sunt virtutes,sed virtutum signa quibus tanquam scripturis vtentes docentur.Signorum autem alia sunt naturalia,alia positiua, de quo, & quid sit sacramentum,dicetur in quarta parte sub septima particula Canonis super verbo,mysterium fidei. † Sacerdotes igitur & prælati Ecclesiæ quibus datum est nosse mysteria,prout in Lucæ c.viij.habetur,& sacramentorum partitores & dispensatores existunt.xliiij. dist. dispensatio.sacramenta intelligere, & virtutibus,quæ per illa significantur,fulgere debent, vt ex eorum luce cæteri similiter illuminentur,alioquin cœci sunt & duces cęcorũ: extrà de renuncia.c. nisi iuxta illud Propheticum:Obscurentur oculi eorum,ne videant.xxxvij.distin.§.itaque.Sed(proh dolor)nisi hodie, vt plurimùm de his quæ vsu quotidiano,in ecclesiasticis contrectant rebus, & proferunt officiis, quid significent,& quare instituta sint, modicum apprehendunt:adeò vt impletum esse ad literam illud Propheticum videatur:Et erit sicut populus,sic sacerdos,Esaiæ.xxiiij.ferentes siquidem panes Propositionis ad mensam Domini,atque mysteria,qui neque intelligunt, neque videt:tantum inde nimirum iusto Dei iudicio habituri,quàtum ad iumenta panes ad vsum portantia aliorum.De qua ignorantia rationem reddituri sunt in die vindictæ,& iræ, quandoquidem ẽdri paradysi trement : quid ergo faciet virga deserti, eis enim per Prophetam dicitur:Ipsi verò non cognouerunt vias meas,quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam? Siquidem † liberalium atque quarumlibet artium professores nudè fortè,& incolorarè in illis plerũque contenta satagunt causis & rationibus vestire, fulcire atque colorare. Pictores quoque ac quilibet mechanici seu opifices,in quibuslibet operum suorũ varietatibus studeant,verisimiles rationes & causas reddere,& in promptu habere. Sed & secundum ipsas mundanas leges, turpe est patricio & causas tractanti ignorare ius,in quo versatur.ff.de origi.iur. lib.ij §. post has. Verum † licet sacerdotibus scientia sit valdè necessaria ad doctrinam,extra de hære.cùm ex iniuncto. xxxviij. dist.sedulò, non est tamen simplicibus sacerdotibus etiã à Scholasticis detrahendum.

Matt.15. *Psal. 68.* *Esaiæ 24.* *Leuit.21.* *Psal.94.*

xxxviij.dist. quamuis.iuxta illud Exod,xxij.Diis non detrahies. Vnde secundum Augustinum irridebunt, si fortè aduerterint aliquos antistites & ministros ecclesiæ vel barbarismis & solœcismis Deum inuocare,vel eadem verba,quę pronuntiant,non intelligere,perturbateque distinguere:ideo,quia talia corrigenda non sunt,sed quia sunt piè à scientibus toleranda.Quę autem sacerdotes scire debent,in se-
6 cunda Part. sub Tractatu de sacerdote dicetur. † Parrò non videtur, quòd ea quæ in ecclesiasticis fiunt rebus, atque officiis figuraliter fiant.Tum quia figuræ recesserunt,& est tẽpus hodie veritatis. Tum quia non debemus Iudaizare. extrà de sac. vnct. in fine. Sed licet reuera figuræ quarum hodie veritas apparuit, recesserint:tamẽ adhuc multiplex veritas latet,quam non videmus, propter quod vtitur Ecclesia figuris.Verbi gratia,Per vestimenta candida, intelligimus aliquo modo decorẽ animarum nostrarum, scilicet gloriam immortalitatis nostræ,quam videre non possumus manifestè.xxx.q.v.fœminæ:& in Missa à præfatione in anteà Christi passio repræsentatur, vt tenaciùs & fideliùs memoriæ teneantur.de consecratio.dist.ij.liquidò.† Notandum autem est quòd eorum quæ in lege continẽtur, alia
7 sunt moralia:alia mystica.vj. dist.his.§.ita.Moralia sunt, quæ mores informant,& sic intelligenda sunt,prout ipsa verba sonant:vt diliges Deum,honora patrem,& non occides,& huiusmodi. Mystica sunt figuralia,quæ aliud significant præter id,quòd litera sonat. Horũ autem alia sunt sacramentalia:alia ceremonialia.Sacramẽtalia sunt,de quibus ratio reddi potest.Quare ad literã sic præcepta fuerunt,vt de circuncisione,& de obseruantia sabbati & huiusmodi. Ceremonialia autem sunt,de quibus ratio reddi nõ potest,quare pręcepta fuerunt,
8 vt Non arabis in Boue & Asino, Non feres vestem lino lanaque contextam,Non seres agrum diuerso semine, & huiusmodi. † Siquidem quantum ad moralia lex non recipit mutationem, sed quantùm ad sacramentalia & ceremonialia mutata est,quò ad superficiem literę, mysticus tamen eorum intellectus mutatus non est, vnde non dici-
9 tur lex mutata, quamuis translato in nos sacerdotio sit translata,extrà de const.translato. Sciendum quoque est, quòd in diuinis Scripturis est sensus historicus,allegoricus,tropologicus, & anagogicus. Vnde secundum Boëtium, omnis diuina authoritas aut ex historiali,aut allegorico,aut ex vtroque posita intellectu.Et secundum Hiero.debemus diuinam Scripturam trifariam sentire. Primo iuxtà literã.Secundò iuxta allegoriam,id est,spiritualẽ intelligentiam.Tertiò secundum futurorum beatitudinem.Historia,est significatio vocum ad res, videlicet quando res quælibet, quomodo secundum literam gesta sit, plano sermone refertur, vt quomodo populus Israëliticus ex Aegypto saluarus,tabernaculum Domino feciſſe narratur.Et dicitur historia ab *ἱστορεω*,quod est gesticulari : inde historici,id est, gesticulatores vocantur, quasi histriones *. † Allegoria,est quando aliud

Deut.22 *Ibidem.* *Hebr. 7* *Exod.36*

Universidad de Deusto
Biblioteca

sonat in litera,& aliud in spiritu, vt quando per vnum factum, aliud intelligitur:quòd si illud sit visibile, est simpliciter ἀλληγορία:si inuisibile & cœleste,tunc dicitur ἀναγωγή. Est etiam allegoria, quando per alienum sermonem alienus status designatur:vt cum Christi præsentia vel Ecclesiæ sacramenta verbis vel mysticis rebus designãtur.Ver-
Esaiæ 11. bi gratia,vt ibi:Egredietur virga de radice Iesse, quod apertè sonat:
Exod.14 Nascetur virgo Maria de stirpe Dauid, qui fuit filius Iesse. Mysticis ergo rebus, vt populus ab Aegyptiaca seruitute per agni sanguinem liberatus significat ecclesiam passione Christi à Dæmoniaca seruitute ereptam.Et dicitur allegoria ab ἄλλος Græcè, quod est alienum, & γόρος quod est sensus:quasi alienus sensus.† τροπολογία est conuersio ad 11
mores,seu moralis locutio:ad correctionem,&morum institutionem
Eccl.6. mysticè vel apertè respiciens. Mysticè vt ibi:Omni tẽpore vestimenta tua sint candida:& oleum de capite tuo non deficiat, id est, opera tua sint munda,& charitas de mente tua numquam decidat,& ibi:O-
1.Reg.17. portet vt Dauid interficiat in nobis Goliam,id est, humilitas super-
Esaiæ 58. biam Apertè,vt ibi:Frange esurienti panem tuum,& ibi:Non diliga-
1. Ioã.4. mus lingua,vel verbo, sed opere & veritate. Dicitur autẽ τροπολογία, à τρόπος,quod est conuersio,& λόγος, quod est sermo : quasi conuersus sermo.†Ἀναγωγη,dicitur ab ἄνω,quod est sursum,& ἄγω.quod est duco: 12
quasi sursum ductio.Vnde sensus anagogicus, dicitur : qui à visibili-
Genes. 1. bus ad inuisibilia ducit:vt lux prima die facta,significat rem inuisibilem:id est,angelicam naturam in principio factam.Anagoge ergo,est sensus locutionem ad superiora siue Ecclesiam ducẽs,scilicet ad Trinitatem & ad ordines angelorum , & de præmio futuro & de futura vita,quę in cælis est,apertis,vel mysticis sermonibus disputans.Aper-
Matt. 5. tis:vt ibi:Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt.Mysticis,
Apoc.22 vt ibi:Beati qui lauant stolas suas, &c. vt illis sit potestas in ligno vitæ , & per portas intrent ciuitatem : quod patenter sonat : Beati qui mundant cogitationes suas,vt illis sit potestas videndi Deum:qui est
Ioan. 12. via,veritas & vita : & per doctrinam, id est,exemplo Patrum intrent in regnum cœlorum.Similiter Hierusalem,intelligitur historicè, ciuitas illa terrestris , quam peregrini petunt: allegoricè,Ecclesia militans:tropologicè,quęlibet fidelis anima:anagogicè,cœlestis Hierusalem siue patria. De his etiam alia exempla videri possunt in lectionibus , quæ dicuntur in sabbato sancto prout ibi in sexta Parte dicetur. In hoc autem Opere plęrunque circa idem diuersi sensus adhibẽtur,& de vno sensu ad alium transitur : quemadmodum lector sedulus liquidò poterit intueri.†Sicut enim nemo prohibetur diuersis ex 13
ceptionibus vel defensionibus vti.ff.de excep.nemo extra de rescript. c.auditis.xxiiij.q.ij.§ j.Sic etiam nec diuersis in laudem Dei expositionibus,salua fide.†Considerari autẽ oportet,quòd in diuino cultu, 14
multiplici ritus varietas reperitur. Vnaquęq; ferè nãq; ecclesia propriας habet obseruantias,& in suo sensu abundat. lxxvj. dist. vtinam, nec c

nec censetur reprehensibile vel absurdum , Deum & sanctos eius variis concentibus seu modulationibus atque diuersis obseruantiis ve-
Psal.44. nerari:cùm & ipsa Ecclesia triũphans secundum Prophetam circũdata sit varietate.Psal.xliiij.& in ipsorum ecclesiasticorum sacramento-
15 rum administratione de iure consuetudinis varietas toleretur.†Vnde secundum Aug.xj.di.ecclesiasticarum , Ecclesiasticarum institutionũ in diuino officio quasdam Scripturis accepimus:quasdã verò apostolica traditione sine scripturis confirmatas per successores , quasdam etiam, quarum tamen institutio ignoratur consuetudine roboratas,
16 approbat vsus , quibus paritus seu obseruantia debetur. Non†igitur Lectoris moueatur animus si fortassis in hoc Opusculo legerit quę in sua non nouerit Ecclesia obseruari , aut non inuenerit quicquid ibi seruatur.Non enim vniuscuiusque loci specialia , sed communes atq; vsitatiores ritus hìc prosequimur, qui communem non particularem doctrinam tradere deliberamus,nec sit nobis possibile quorũlibet locorum specialia perscrutari. Decreuimus itaque , pro animæ nostræ salute atque legentium vtilitate, secreta diuinorũ officiorũ mysteria hìc claro stylo,prout erit possibile exarare atque dirigere , & quæ viris ecclesiasticis pro quotidiani vsus intelligẽtia necessaria visa sunt enucleare , & medulitùs explicare:quemadmodũ & pro illis , qui circa iudicia versantur secularia,olim in speculo iudiciali, fideliter egis-
17 se dignoscimur , in statu dissimili constituti. † Veruntamen sedulò pensandũ est,quòd circa ipsa diuina officia plures sunt vsuales obseruantiæ , quæ nec ad moralẽ nec ad mysticum ex institutione referũtur intellectum:sed nonnullæ propter necessitatem, quædam propter congruitatem, quædam propter veteris & nouæ legis differentiam, quædam propter earum conuenientiam , & quædam propter maiorẽ ipsorum officiorum celebritatem & reuerentiam inoleuisse cognoscuntur.xij d.cap.omnia.Vnde sicut ait beatus Aug.talia diuersorum locorum diuersis moribus innumerabiliter variantur : ita vt vix aut nunquàm omninò inueniri possint causæ quas in eis cõstituendis ho-
18 mines sunt secuti. Sanè liber † iste rationalis vocabulo , describitur. Nam quemadmodum in rationali iudicij , quod legalis pontifex fe-
Exo. 30. rebat in pectore.scriptũ erat : Manifestatio & veritas,sic & hìc rationes varietatum in diuinis Officiis , & earum varietates describuntur & manifestantur : quas in scrinio pectoris sui Ecclesiarum Prælati & sacerdotes debent fideliter conseruare.xxxix. dist. §. ecce. Et sicut in illo erat lapis , in cuius splendore filij Israël Deum sibi fore propitiũ
19 agnoscebant:sic & deuotus lector ex huius lectionis splendore in diuinorum officiorum mysteriis eruditus agnoscit Deum nobis fore propitium nisi fortè eius indignationem culpæ offendiculo improuidè incurramus.Illud quoque quatuor coloribus auróque contextum erat:& hic(vt præmissum est)rationes varietatum in ecclesiasticis rebus atque officiis quatuor sensibus , videlicet historico , allegorico,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tropologico,& anagogico,ſide media colorantur.† Diſtinguitur au- 19
tem in octo partes,quas ſeriatim fauente Domino proſequemur. In quarum prima agetur de Eccleſia & eccleſiaſticis locis ,& ornamentis,& de conſecrationibus & de ſacramentis.In ſecunda , de Eccleſiæ miniſtris,& eorum officiis.In tertia,de ſacerdotalibus , & aliis indumentis.In quarta,de Miſſa & de ſingulis,quæ in ea aguntur.In quinta , de aliis diuinis officiis in genere. In ſexta ſpecialiter de ſingulis Dominicis & feriis & feſtiuitatibus ad dominum pertinentibus. In ſeptima,de feſtiuitatibus ſanctorũ, & de feſto & officio dedicationis Eccleſiæ ac mortuorum.In octaua,de computo & Calend.

ADNOTATIO.

* Hiſtriones) Preſsè & ieiunè , ac etiam penè ineptè Author verbum, hiſtoria, accipit & deducit, ἱστορεῖν enim vt Budæo placet eſt τὸ διέρχεσθαι καὶ καταμανθάνειν τινας , καὶ τοῖς ἄλλοις παραδιδόναι διηγούμενον,intercedere,& prædiſcere locos,eorúmque expoſitionem aliis cõferre,tradere,& communicare.Item, inſpicere & cognoſcere , oculis ſubiicere,viſere. tum etiam memoriæ prodere vnde τὰ ἱστορούμενα Plutarcho,pro rebus memoriæ proditis. Inde ἱστορία narratio , cognitio & diſciplina,ἱστορίτορος ſiue λογοποιὸς enarrator,expoſitor.Quintilianus enim hiſtoricum , expoſitiuũ dixit. Cæterùm quàm præpoſterè reddat verbum,ἀλληγορία tuum fuerit iudicium. Nec verò nos inſtituimus omnibus immorari nodis , eos potius ſtudioſorum arbitrio ſoluendos relinquentes : & verentes ne Author noſtris coloribus nimium anxiè ornatus,ſuíque omnino diſſimilis , moueat riſum : tanquam illa cornicula alienis induta plumis.N Doard.

LIBER PRIMVS.

ARGVMENTVM.

In hac ergo prima huius Operis Parte , de quibuſdam generalibus tractare præuidimus,videlicet,De Eccleſia & eius partibus.De altaribus.De picturis & imaginibus & ornamentis Eccleſiæ. De campanis. De cœmiterio , & aliis ſacris locis. De Eccleſiæ dedicatione. De altaris cõſe.De cõſecrationibus & vnctionibus.De ſacramẽtis Eccleſiaſticis.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia, eſt duplex.*
2 *Eccleſia,quid.Et quàm variè appelletur per diſcurſum.nu.4.*
3 *Synagoga,quid.*
5 *Eccleſia noſtra vnde formam acceperit.*
6 *Tabernaculum,quibus conſtet , & vnde dictum,& ad quid in Eccleſiã verſum.*
7 *Eccleſiæ fundamentum qualiter,& à quibus iaciendum.*
8 *Eccleſiæ caput,cur Orientem ſpectare debeat.*
9 *Eccleſiæ ſpiritualis ædificatio,qualis.*

10 *Cæmentum ex quibus componatur.Et quid eorũ vnumquodq; denotet.*
11 *Ædificantibus ſpiritualem Eccleſiam,pugnandum eſt aduerſus hoſtes; & quibus armis.*
12 *Tabernaculum veteris Teſtamenti,ex quibus fuerit conſtructum.*
13 *Sethin,quid.*
14 *Eccleſiæ forma humani corporis portionibus reſpondet.*
15 *Eccleſia ſpiritualis quibus & quot partibus conſtet.*
16 *Eccleſiæ ſpiritualis quæ ſint fundamenta.*
17 *Eccleſiæ parietes laterales quid notent.*
18 *Chorus clericorum,quid,& vnde dicatur.*
19 *Exedra,quid.*
20 *Atrium Eccleſiæ,quid denotet.*
21 *Turres Eccleſiæ quid ſignent.*
22 *Gallus in ſummitate Eccleſiæ fixus,quid notet.*
23 *Eccleſiæ ſummitas eminens & rotunda,quid ſignet.*
24 *Feneſtræ Eccleſiæ,quid ſignificent.Quid cancelli. nu.25.*
26 *Quid oſtium.*
27 *Colũnæ Eccleſiæ,quid notent.Quid pauimentum.nu.28.*
29 *Quid trabes.*
30 *Quid ligna,laquearia.nu.31.*
32 *Quid reclinatoria.*
32 *Stallus in choro ad ſedendum,quid portendat.Quid pulpitium.nu 33.*
34 *Analogium quid,& vnde dictum.*
35 *Horologium in Eccleſia,quid notet.Quid ſacrariũ.nu.36.*
37 *Quid Cochlea.Quid piſcina.nu. 38.*
39 *Quid tegulæ.*
40 *Lumen in Eccleſia,Chriſtum denotat.*
41 *Crux in medio Eccleſiæ,quid denotet,& cur in ſublime feratur.*
42 *Clauſtrum quid,vnde dictum,& eius variæ partes,varium ſortitæ officium & nu.43.*
44 *Sedes Epiſcopales,in ſingulis Eccleſiis,quid notent.*
45 *Eccleſiam cur adeamus vnà.*
46 *Mulieres cur à viris diſtinguantur in Eccleſiæ conuentu.*
47 *Mulier ad quid caput gerat velatum in Eccleſia.*
48 *Sermo in Eccleſia,qualis eſſe debeat.*
49 *Eccleſiæ immunitas pro reis ad eam confugientibus.*
50 *Corpus Chriſti ſumptum à reis,illos non defendit.*
51 *Eccleſiæ,quot de cauſis loco mutentur.*

De Eccleſia,& eius partibus.

CAP. I.

1 PRius eſt, vt de Eccleſia & eius partibus videamus. † Notandum eſt ergo , quòd Eccleſiarum alia eſt corporalis , in qua videlicet diuina officia celebrantur. Alia ſpiritualis , quæ eſt fidelium colle-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal. 67. ctio. de consecrat. distinct j. Ecclesia, siue populus per ministros conuocatus, & in vnum congregatus ab eo, qui vnanimes habitare facit in domo. Sicut enim corporalis ex congregatis lapidibus constituitur, sic & spiritualis ex diuersis hominibus congregatur. † Ἐκκλησία ergo Græcè, dicitur conuocatio Latinè: quia omnes ad se vocat: quod nomen magis propriè conuenit Ecclesiæ spirituali, quàm corporali, quoniam homines non lapides conuocantur, sæpè tamen nomen signati attribuitur signanti. Ecclesia autem materialis spiritualem designat, vt dicetur vbi de eius consecratione agetur. Rursus καθολικὴ Græcè, dicitur catholica, id est, vniuersalis. xj. dist. catholica. quia per totum mundum est constituta seu diffusa, quia vniuersi in Deum credentes, in vna debent esse congregatione: vel quia in ea est generalis doctrina ad institutionem omnium fidelium. † Συναγωγὴ quoque Græcè, congregatio dicitur, quod prius nomen Iudæorum populus tenuit: ipsorum enim propriè συναγωγὴ dici solet: quamuis etiam Ecclesia dicta sit. Apostoli tamen numquam synagôgam dixerunt, sed semper Ecclesiam, fortè dicernendi causa. † Dicitur etiam præsens Ecclesia, Syon, eò quòd ab hac peregrinatione longè posita promissionem rerum cœlestium speculatur: & ideò Sion, id est speculatio, nomen accepit. Pro futura verò patria & pace, Hierusalem vocatur: nam Hierusalem, pacis visio interpretatur. Dicitur etiam Ecclesia, domus Dei, sic dicta à Εὐθύματος quod Græcè dicitur rectum, quasi dans manere vnanimes in se. Dicitur etiam quandoque Κυριακὴ id est, Dominicalis. Quandoque Βασιλικὴ quod verbum Græcè sonat, Latinè regia seu regalis regi, scilicet Basilio: carnalium enim regum palatia sic dicta sunt, nostra autem domus orationes, domus regia dicitur, quia in ea Regi regum seruitur. Quandoque templum dicitur quasi tectum amplum, in quo regi Deo sacrificia offeruntur. xxvj. quæst. ix. sed illud. Et quãdoque Dei tabernaculum. de consecra. distinct. iiij. capit. nec quenquam quia in præsenti vita peregrina est, & in itinere ad patriam pergens, vt iam dicetur: vel dicitur tabernaculum, quasi taberna Dei prout sub Ecclesiæ dedicatione dicetur. Quare etiam dictum est tabernaculum, vel area testimonij, sub altari dicetur. Quandoque verò martyrium, quando in honorem alicuius martyris fit. Quandoque capella, prout in secũda Parte, sub Tractatu de Sacerdote dicetur. Quandoq; cœnobiũ. Quandoq; sacrificium. Quandoq; sacellum. Quandoq; domus orationis. Quandoq; monasterium. Et quandoq; oratorium. Generaliter tamen quilibet locus ad orandum statutus, oratoriũ dici potest. Rursus Ecclesia, quandoq; dicitur corpus Christi. xxvj. quæst. ij. sed & illud. Quandoq; etiam virgo vocatur iuxta illud: Aemulor enim vos, &c. Quandoq; spõsa, quam Christus desponsauit sibi in fide, de qua in Euangelio: Qui habet sponsam, sponsus est. vij j. sicut. Quandoq; mater, quia quotidie in baptismo spirituales filios Deo parit. xij. q. ij. qui abstulerit. Quandoque filia, iuxta illud Prophetæ: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. lxviij. dist. c. quorũ. Item quandoque vocatur vidua: quia propter pressuras nigrescit: & vt Rachel non consolatur. Quandoque meretrix figuratur, propter Ecclesiam de gentibus congregatam, & quia nulli claudit gremium redeunti ad se. Quandoque vocatur ciuitas, propter communionem sanctorum ciuium, murata propter munitionem Scripturarũ, quibus hæretici arcentur, habẽs lapides & ligna diuersi generis, quia diuersa sunt merita singulorum, prout iam dicetur. Quicquid autem synagô ga per legem accepit, hoc nunc Ecclesia à Christo, cuius sponsa est, per gratiam recepit. & in melius commutauit. Sanè non est noua ora tori siue Ecclesiæ institutio. Præcepit namq; Dominus Mosi in monte Synai, vt faceret tabernaculum de cortinis mirificè fabricatis: diuisum enim erat interposito velo in duas partes, cuius pars prior sancta, vbi populus sacrificabat, interior verò Sancta Sanctorum, vbi sacerdos & Leuitæ ministrabãt, dicebatur, vt dicetur in Proœmio quartæ Partis. † Quod postquàm vetustate consumptum est, iussit Dominus fieri templum, quod Salomon ædificauit opere mirifico, duas habens partes, vt in tabernaculo iij. Reg. viij. Ab vtroque verò, scilicet à tabernaculo, & à templo nostra materialis Ecclesia formam sumpsit. In cuius parte anteriori populus audit, & orat. In sanctuario verò clerus orat, prædicat, iubilat, & ministrat. Tabernaculum † autẽ, quia in itinere factum quandoq; gerit typum mundi, qui transit, & concupiscentia eius. Vnde constat, ex quatuor cortinarum coloribus: sicut & mundus compactus est ex quatuor elementis. Deus igitur in tabernaculo, Deus est in hoc mundo, velut in templo Christi sanguine rubricato: expressè verò tabernaculum typum gerit Ecclesiæ militantis, quæ non habet hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirit, ideóq; dicitur tabernaculũ: tabernacula enim militantiũ sunt. Deus enim in tabernaculo, Deus est in fidelibus suo nomine congregatis. Pars prima tabernaculi, in qua populus sacrificabat, vita est actiua, in qua populus in proximi dilectiõe laborabat: pars altera, in qua Leuitæ ministrabant, vita est contemplatiua, in qua dilectioni & contemplationi Dei religiosorum virorum syncera conuersatio vacat, tabernaculum vertitur in templũ: quia de militia curritur ad triumphum. † Est autem Ecclesia sic ædificanda. Parato namque fundamẽti loco, iuxta illud: Bene fundata est domus Domini super firmam petram, debet Episcopus vel sacerdos de eius licentia ibi aquam aspergere benedictam ad abigendas inde dæmonum phantasias, & primarium lapidẽ cui impressa sit Crux, in fundamento ponere: de consec. dist. j. c. nemo. † Debet quoq; sic fundari, vt caput rectè inspiciat versus Orientem, de quo dicetur in Proœmio quintæ Partis, videlicet versus ortũ Solis æquinoctialem ad denotandũ, quod Ecclesia quæ in terris militat, temperare se debet æquanimiter in prosperis, & in aduersis, &

2. Cor. 10 *Osee 2.* *Ioan. 2.*

Psal. 44. *Hier. 31.* *Exod. 25.* *1. Ioan.* *Hebr. 13.* *Matt. 7.* *Psal. 131.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

non versus solstitialem, vt faciunt quidam. Cæterùm si muri Hierusalem, quæ ædificatur, vt ciuitas, ædificari per Iudæos iubẽtur, secundũ Prophetã, quantò magis & nos muros Ecclesiæ nostræ ædificare debemus? Siquidem Ecclesia materialis, in qua populus ad laudandum Deum conuenit, sanctam significat † Ecclesiam, quæ in cœlis viuis ex lapidibus construitur. xxj. q. vj. sed hoc diximus. Hæc est domus Domini, firmiter ædificata, cuius fundamentũ est angularis lapis Christus: super quo fundamento positum est fundamentum Apostolorum & Prophetarum, sicut scriptum est: Fundamenta eius in mõtibus sanctis. Superædificati parietes, Iudæi sunt, & Gentiles de quatuor mũdi partibus ad Christum venientes, & qui in ipsum crediderint seu credunt, & credent. Fideles autem ad vitam prædestinati, sunt lapides in structura huius muri, qui semper vsq; in finẽ huius mundi ædificabitur. Lapis verò super lapidem ponitur, quando magistri Ecclesiæ minores in proprium studium assumunt, ad docendum & ad corrigendum & stabiliendum. In sancta verò Ecclesia habet lapides super se ad ferẽdum pro ædificio, quicumq; laborem fraternum portat. Grossiores verò lapides & politi, seu quadrati, qui ponuntur foris extrinsecùs, in quorum medio minores lapides iacent, sunt viri perfectiores, qui suis meritis & orationibus continẽt infirmiores in sancta Ecclesia. † Cæmentum autem, sine quo muri stabilitas esse non potest, sit ex calce, sabulo, & aqua. Calx, charitas feruens est, quæ sibi cõiungit sabulum, id est, terrenum opus: quia vera charitas solicitudinem maximã habet mixtam pro viduis, senibus, pupillis, debilibus, lxxxviij. distinct. desolatio: & ideò studẽt operari manibus, vt habeãt vnde eis benefaciant. Vt autem calx & terra ad ædificium muri, ne corruat, aquæ commissione conglutinantur (siquidem aqua spiritus est) sicut enim sine cæmento lapides muri non simul iunguntur ad muri stabilitatem: sic nec homines ad muri ædificium cœlestis Hierusalem possunt simul sine charitate iungi, quam Spiritus sanctus operatur. Omnes muri lapides politi sunt & quadrati, id est, sancti, mundi, qui videlicet per manus summi artificis disponuntur in Ecclesia permansuri: quorum quidam feruntur & non ferunt, vt simpliciores in Ecclesia: alij feruntur & ferunt, vt medij: alij tantùm ferunt & non feruntur, nisi à solo Christo, qui est singulare fundamentũ, vt perfecti. Omnes quidẽ vna charitas more cęmẽti cõiungit: dũ viui lapides pacis compage colligantur. Christus noster murus fuit in cõuersatione, & antemurale in passione. † Sanè Iudæis muros Hierusalem ædificantibus aderant inimici volẽtes illorũ opus impedire, ita quòd (sicut in Esdra legitur Neemiæ iiij.) adeò ab hostibus infestabãtur, quòd vna manu ponebant lapides in muro: & alia manu contra hostes pugnabant. Et nobis muros Ecclesiæ ædificantibus adsunt in circuitu inimici, scilicet vitia siue peruersi homines opera nostra impedire volentes. Vnde muros, id est, virtutes ædificando hostes impugnemus, & iuxta morem

Ephes. 2. *Psal. 76.* *Ephe. 4.* *Neem. 4* *Ephes. 6.*

rem Iudaici populi teneamus arma nostra, id est, scutũ fidei, loricam iustitiæ, galeam salutis, & gladiũ verbi Dei in manibus nostris: vt nos contra illos defendamus: & opilio siue sacerdos sit nobiscum vice Christi qui doceat nos per electionem, & muniat per orationem.

12 † Porrò ex quibus tabernaculum in veteri Testamento fieret, ostendit Dominus dicẽs in Exo. ad Mosem: Sume primitias, id est pretiosa quæq; à populo Israël: sed ab eo tantum qui vltrà obtulerit aurum & argentum & æs, iacinthum & purpuram coccúmq; bis tinctũ, id est, fœta iacinthi purpurei & coccinei coloris, & bissini, quod est genus lini Aegyptiaci molle & candidũ, pilósque caprarũ & pelles arietum rubricatas, quas Parthicas dicimus, quia Parthi sic colorati eas excogitauerunt: & pelles iacinthineas & ligna sethin. Est † autem sethin, nomen mõtis & arboris, quæ similis est albæ spinæ in foliis, & est leuissimum lignum & imputribile, & incremabile, oleúmq; ad luminaria, & aromata vnguenta & tymiama boni odoris, & lapides Omchinos, ita quòd sardonices & gemmæ sanctuarium faciant mihi, vt habitẽ in medio horum, ne sit eis labor recurrere ad mõtem hunc. Hæc

14 plenè magister in historiis prosequitur super Exo. Dispositio † autem Ecclesiæ materialis, modum humani corporis tenet. Cancellus namque siue locus vbi altare est, caput repræsentat, & Crux ex vtraque parte brachia & manus, reliqua pars ab Occidente, quicquid corpori superesse videtur. Sacrificium altaris, votum significat cordis. Sed & secũdum Richardum de sancto Victore, dispositio Ecclesiæ triplicem statum in Ecclesia saluandorũ significat, ordinem virginum, chorum continentium, corpus cõiugatorum. Strictius est enim sanctuarium, quàm chorus, & chorus quàm corpus: quia pauciores sunt virgines, quàm continentes, & isti quàm coniugati. Sanctior quoque est locus sanctuarij, quàm chorus, & chorus, quàm corpus: quia dignior est ordo virginum, quàm continentium, & illorum, quàm coniugatorum.

15 † Ad hæc Ecclesia ex quatuor parietibus consistit, id est, ex doctrina quatuor Euangelistarum longa latáque surgit in altum, id est, in alta virtutũ: longitudo cuius longanimitas est, quæ patienter aduersa tolerat, donec ad patriã perueniat, latitudo, charitas est, quæ dilatatione mentis amicos in Deo, & inimicos diligit propter Deum, altitudo verò spes est futuræ retributionis, quę prospera & aduersa cõtemnit,

16 donec videat bona Domini in terra viuentium. † Rursus in tẽplo Dei seu gratiæ est fundamentum, fides, quæ est de re non visa. Tectum, charitas, quæ operit multitudinem peccatorum. j. Petr. iiij. Ostium, obedientia, de qua Dominus inquit Marc. xix. Si vis ad vitam ingredi, serua mãdata. Pauimentum, humilitas, de qua Psal. cxviij. Adhæsit

17 pauimento anima mea. Quatuor † laterales parietes, sunt quatuor principales virtutes: iustitia, fortitudo, prudentia, & temperãtia. Hæc sunt in Apocalypsi quatuor latera ciuitatis æqualia. Fenestræ sunt, hospitalitas cum hilaritate, & misericordia, cum largitate. De hac domo

Exod. 35. *Apoc. 21*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan. 14. domo Dominus ait: Veniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus. Quædam tamen Ecclesiæ in modum Crucis formantur, ad
Matt. 16. notandum nos mundo crucifigi, seu crucifixum sequi debere, iuxta illud: Qui vult venire post me, abneget semetipsum & tollat crucem suam, & sequatur me. Nonnullæ etiam in modum circuli, rotundæ formantur, quæ significant Ecclesiam dilatatam esse per circulum orbis.
Psal. 18. Vnde illud: Et in fines orbis terræ verba eorum: seu quòd de circulo orbis, peruenimus ad circulū coronæ æternitatis. Sanè † chorus cle- 18
ricorum, est consensio cantantium, vel multitudo in sacris collecta. Dictus est autem chorus, à chorea vel corona. Olim enim in modum coronę circum aras stabant, & ita Psalmos concorditer concinebant: sed Flauianus & Theodorus alternatim psallere constituerunt, edocti ab Ignatio, qui super hoc fuit diuinitùs edoctus. Duo ergo chori psallentium, designant angelos & spiritus iustorū, quasi reciproca voluntate laudantium, & in se ad bonam operationem inuicem exhortantium. Alij chorum dixerunt à concordia, quæ in charitate consistit: quia qui charitatē non habet, conuenienter cantare non potest. Quid autem chorus iste significet, & quare in illo maiores sedent posteriores, dicetur in quarta Parte sub introitu, & sub titulo de accessu pontificis ad altare. Et nota, quia cùm vnus cantat, dicitur Græcè μονῳδία, Latinè tycinium. Cùm verò duo cantant, bicinium appellatur: cùm multi, chorus. Exedra † est absida siue volta quædam separata modi- 19
cum à templo vel palatio sic d. xiij. q. ij. præcipiendum. quia extra hæret muros, Græcè autē ἐξέδρα vocatur, & significat fideles laicos Christo & Ecclesiæ inhærentes. Criptæ siue specus subterraneæ, quæ in quibusdam fiunt Ecclesiis, sunt eremitæ, cultores siquidem secretioris vitę. † Atrium Ecclesiæ signi ficat Christum, per quem in cœlestem 20
Hierusalem patet ingressus, quod & porticus dicitur, sic dicta à porta: vel quòd sit aperta. xvij. quæst. iiij. si quis cum. & cap. si quis in atrio. Turres † Ecclesiæ, prædicatores sunt & prælati Ecclesiæ, qui sunt mu- 21
nimen & defensio eius. Vnde sponsus ad sponsam in Canticis amoris sic loquitur: Collum tuum, sicut turris Dauid ædificata cum propugnaculis Canti. iiij. Pinaculum turris, vitam vel mentem prælati, quæ ad alta tendit, repræsentat. Gallus † supra Ecclesiam positus, prædicato- 22
res designat. Gallus enim profundæ noctis peruigil, horas suo cantu diuidit, dormientes excitat, diem appropinquantem præcinit, sed prius seipsum alarum verbere ad cantandum excitat. Hæc singula mysterio non carent. Nox enim, est hoc seculum, dormientes sunt filij huius noctis in peccatis iacentes, gallus prædicatores, qui distinctè prædicant
Rom. 14. & dormientes excitant, vt abiiciant opera tenebrarum clamantes:
Ephes. 5. Væ dormientibus. Exurge qui dormis. Lucem venturam prænuntiant, dum diem iudicij & futuram gloriam prædicant, & prudenter antè, quàm aliis virtutes prædicent se à somno peccati excitantes, corpus
Cor. 9. suum castigant. iij. q. vij. §. idem testatur Apostolus. Vnde dicit: Castigo

stigo corpus meum, &c. Hi etiam, sicut & gallus contra ventum se vertunt, quando increpando & arguendo contra rebelles fortiter resistunt, ne lupo veniente fugisse arguantur, extrà de renun. nisi cùm quidem. Virga ferrea, in qua Gallus sedet, rectum repræsentat prædicantis sermonem: vt non loquatur ex spiritu hominis, sed Dei, iuxta illud: Si *1. Pet. 4.*
quis loquitur quasi sermones Dei, &c. Quòd verò virga ipsa est supra *Ioan. 19.*
Crucem seu summitatem Ecclesiæ posita, innuit sermonem Scripturarum consummatum esse & confirmatum. Vnde Dominus in passione ait: Consummatum est, & titulus eius super eum indelebiliter scri-
23 ptus est. † Conus; id est summitas templi eminens & rotunda, supra quam crux ponitur propter sui rotunditatem, significat quàm perfectè & inuiolatè catholica fides prædicanda sit & tenenda, quam nisi quisque integram inuiolatámque seruauerit, absque dubio in æternum
24 peribit. † Fenestræ Ecclesiæ vitreæ, sunt Scripturæ diuinæ, quæ ventum & pluuiam repellunt, id est nociua prohibent: & dum claritatem veri Solis, id est, Dei in Ecclesiam, id est, in corda fidelium transmittunt, inhabitantes illuminant. Hæ intus latiores sunt, quia mysticus sensus amplior est, & præcedit literalem. de consecr. dist. iiij. ca. nullus autem. Item per fenestras quinque sensus corporis significantur, qui extrà stricti esse debent, ne vanitates hauriant, & intus patere ad
25 dona spiritualia liberius capienda. Per † cancellos verò, qui sunt ante fenestras, Prophetas, vel alios Doctores obscuros intelligimus Ecclesiæ militantis, in quibus ob duo charitatis præcepta, quandoque duæ columnæ duplicantur, secundum quòd Apostoli bini ad prædicandum
26 mittuntur. † Ostium Ecclesiæ, est Christus. Vnde in Euangelio: Ego *Luc. 10.*
sum ostium dicit Dominus, Apostoli etiam portæ sunt. Dictum est au- *Ioan. 10.*
tem ostium ab obsistendo his, qui foris sunt, vel ab obsidendo hos, qui foris sunt, vel ab ostendendo aditum. Valua verò, dicitur à voluendo:
27 porta à portando, quia per eam portantur quæcunque offeruntur. † Columnæ verò Ecclesiæ, Episcopi & Doctores sunt, qui templum Dei per doctrinam sicut & Euangelistæ thronum Dei spiritualiter sustinent. Hi namque pro sonoritate diuini eloquij argenteæ columnæ dicuntur: iuxta illud in Canticis Canticorum: Columnas fecit argenteas. Vnde *Canti. 3.*
& Moses in ingressu tabernaculi posuit quinque columnas, & ante oraculum, id est, Sancta Sanctorum, iiij. quod exponetur in sexta Parte, sub tit. de tempore aduentus. Licet autem columnæ plures sint, tamen septem esse dicuntur, iuxta illud: Sapientia ædificauit sibi domum, & *Proue. 9.*
excidit columnas septem: quoniam Episcopi esse debent septiformi gratia Spiritus sancti repleti, &c. Iacob. & Ioannes (vt ait Apostolus) vi- *Galat. 2.*
debantur columnæ. Bases columnarum sunt Apostolici Episcopi vniuersalis Ecclesiæ machinam supportantes. Capita columnarum sunt mentes Episcoporum & Doctorum. Sicut enim capite membra, sic mente verba nostra diriguntur & opere: capitella quoque sunt verba
28 sacræ Scripturæ, quorum meditationi subdimur, & obseruantiæ. † Pauimentum

mentum Ecclesiæ, est fidei nostræ fundamentum. In Ecclesia verò spi-
Matt.5. rituali pauimentum sunt pauperes Christi, scilicet pauperes spiritu, qui
se in omnibus humiliant: quare propter humilitatem pauimento as-
similantur. Rursus pauimentum, quod pedibus calcatur, vulgus est:
cuius laboribus Ecclesia sustentatur. Trabes † quæ domum coniungunt, 29
sunt principes vel prædicatores seculi, qui Ecclesiæ muniunt vnitatem,
hi verbo, illi facto. † Reclinatoria in Ecclesia, signant contemplatiuos, 30
in quibus Deus sine offensa quiescit, qui per summam dignitatem &
æternæ vitæ claritatem contemplantur, auro comparantur. Vnde in
Canticis dicitur: Reclinatorium fecit aureum. Tigna † in Ecclesia 31
Cant. 3. sunt prædicatores, qui eam spiritualiter subleuant. Laqueatia etiam
siue cælaturæ sunt prædicatores: quia eam ornant vel roborant: de qui-
bus quia per vitia non putrescunt, sponsa gloriatur in eisdem Canti-
Canti. 1. cis dicens: Tigna domorum nostrarum, cedrina laquearia cypressina.
Deus enim Ecclesiam sibi construit viuis ex lapidibus, & lignis impu-
Canti. 3. tribilibus, iuxta illud: Ferculum sibi fecit rex Salomon de lignis Libani,
id est Christus de sanctis castitate candidatis. De hoc aliter sub tit. de
picturis dicetur. Cancellus, id est, caput Ecclesiæ, humilior reliquo
corpore Ecclesiæ mysticæ, significat, quanta humilitas debeat esse in
clero seu prælato, iuxta illud: Quantò maior es, humilia te in omnibus.
Cancelli verò quibus altare à choro diuiditur separationem cœlestium
Eccles. 3. significant à terrenis: De cancello seu peribulo chorum circumeunte,
dicetur sub titul. de picturis. † Stallus ad sedendum in choro, designat 32
quod aliquando corpus recreandum est, quia quod caret alterna re-
quie, durabile non est. Pulpitium † in Ecclesia, est vita perfectorum, & 33
dicitur quasi publicum, siue in loco publico constitutum. Nempe legi-
2. Par. 6. tur: Salomon fecit basim æneam, ponens eam in medio basilicæ, ste-
titque super eam, & extendens manum suam loquebatur populo Dei.
2. Esd. 8. Esdras quoque fecit gradum ligneum ad loquendum, in quo stans su-
per vniuersum populum eminebat. Analogium † etiam dicitur: quia 34
in eo verbum Dei legitur & enunciatur: ἀναγος enim Græcè, verbum,
vel ratio dicitur. Quod dicitur etiam ambo, ab ambiendò: quia intran-
tem ambit & cingit. De quo in quarta Parte sub titulo, de Euangelio di-
cetur. † Horologium, per quod horæ leguntur, id est, colliguntur, signi- 35
ficat diligentiam quam sacerdotes in dicendis canonicis Hotis debito
Psal. 18. tempore habere debent, iuxta illud: Septies in die laudem dixi tibi. † 36
Tegulæ tecti qui imbrem à domo pellunt, sunt milites, qui Ecclesiam à
Paganis & ab hostibus protegunt. † Cocleæ quarum exemplar à tem- 37
plo Salomonis sumitur, sunt viæ muris interuolutæ latenter, per quas
latenter arcanam cognitionem singulorum accipimus: quas soli qui ad
cœlestia gradiuntur, agnoscunt. De gradibus, per quos ad altare ascen-
ditur in seq. titul. dicetur. † Sacrarium siue locus, in quo sacra reponun- 38
tur, siue in quo sacerdos sacras vestes induit, vretum sacratissimæ Ma-
riæ significat: in quo Christus se sacra veste carnis induit. Sacerdos, à

loco,

loco, in quo vestes induit ad publicum procedit: quia Christus ex vtero
virginis procedens in mundum venit. Locus Episcopi in Ecclesia, altior
39 est, sicut in secunda Parte sub Tract. de Episcopo dicetur. † Prope alta-
re etiam quod Christum significat, collocatur piscina seu lauacrum, id
est, Christi misericordia, in qua manus lauantur: ad notandum, quod
in baptismo & pœnitentia, quæ per illam significatur à peccatorum
sordibus diluimur: quod à veteri Testamento tractum est. Legitur enim
Exod. quod Moses fecit labium æneum cum basi sua in tabernaculum, *Exod. 30.*
in quo Aaron sacerdos & filij lauarentur, accessuri ad altare, vt in eo *& 40.*
40 offerrent tymiama. † Lumen, quod in Ecclesia accenditur, Christum si-
gnificat iuxta illud: Ego sum lux mundi: & Ioan. erat lux vera &c. Vel
luminaria Ecclesiæ significant Apostolos & cæteros Doctores, quorum
doctrina fulget Ecclesia, vt sol & luna, de quibus Dominus ait: Vos estis
lux mundi, id est bonorum operum exempla. Vnde ipse admonens eos
ait, Luceat lux vestra coram hominibus. Illuminatur autem Ecclesia, ex
præceptis Domini, vnde ibi Exod. legitur: Præcipe filiis Aaron, vt offerãt *Exo. 27.*
oleum de arboribus oliuarum purissimum, vt ardeat lucerna semper in
tabernaculo testimonij. De quo in secũda Parte de Acolyto dicetur. Fe-
cit quoque Moses lucernas septem: quæ sunt septem dona Spiritus san-
cti, quæ in nocte huius seculi tenebras nostræ cæcitatis illustrãt quæ su-
per cãdelabra ponuntur, quia requieuit supra Christũ spiritus sapiẽtiæ &
intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, *Esai. 11.*
spiritus timoris Domini: quibus prædicauit captiuis intelligentiam. *Esai. 61.*
41 Pluralitas in Ecclesia lucernarum, pluralitatem designat in fidelibus
gratiarum. Crux † triumphalis, in plerisque locis in medio Ecclesiæ
ponitur, ad notandum quòd de medio corde Redemptorem nostrum
diligimus: qui iuxta Salomonem corpus suum media charitate con-
strauit propter filias Hierusalem, & vt omnes signum victoriæ viden-
tes, dicant: Aue salus totius seculi, arbor salutifera: & ne vnquam à no
bis dilectio Dei obliuioni tradatur, qui, vt seruum redimeret, tradidit
vnicum Filium, vt crucifixum imitemur. Crux autem in altum dirigi- *Cant. 3.*
tur, per quod Christi victoria designatur. De hoc dicetur, vbi de Eccle-
siæ consecratione agetur. Quare Ecclesia intus & non extrà ornetur,
42 sub Tractatu de Picturis, dicetur. Claustrum, sicut ait Richardus episcopus
Cremonen. in mitrali ab excubiis & custodiis Leuitarum circa
tabernaculum, vel ab atrio sacerdotum, vel à porticu Salomonis ad
templum sumpsit exordium. Præcepit enim Dominus Mosi, ne Leuitas
cum plebeia multitudine numeraret: sed constitueret eos super taber-
naculum testimonij ad portandum & custodiendum. Propter quod
Domini præceptum dum diuina peraguntur mysteria, clerici debent in
Ecclesia stare à laicis segregati. Vnde statuit Concilium Magun. extrà
de vi. & hon. cler. cap. j quòd pars illa quæ cancellis diuiditur ab altari,
psallentibus tantùm pateat clericis. Porro sicut templum triumphan-
tem designat ecclesiam, sic claustrum cœlestem significat paradisum:

vbi

vbi erit cor vnum, & idem in Dei dilectione & voluntate, vbi omnia communiter possidebuntur, quia quæ quis minus habebit in se, in alio
1.Cor.15. se gaudebit habere, quia Deus erit omnia in omnibus. Ideó que regulares vnanimiter in claustro degentes, ad seruitium Dei surgunt, & secularia relinquentes, in omnibus vitam communem ducunt. † Diuersitas 41
autem officinarum & officiorum in claustro, diuersitas est mansionum cum diuersitate præmiorum in regno: quoniam in domo Patris mei mansiones sunt multæ, dicit Dominus. de pœn. dist. iiij. c. domo. Moraliter verò claustrum, est animæ contemplatio vbi se recipit, à turba cogitationum carnalium separatur, & sola cœlestia meditatur. xlvij. distinct. cap. omnes. In hoc claustro sunt quatuor latera, scilicet, contemptus sui, contemptus mundi, amor proximi, & amor Dei. Vnumquodque autem latus suum habet ordinem columnarum. Contemptus sui, habet mentis humiliationem, carnis afflictionem, humilem sermonem, & similia. Basis omnium columnarum, est patientia. In hoc claustro diuersitas officinarum, est diuersitas virtutum.

Capitulum est cordis secretum. De hoc aliter tamen dicetur in quinta parte sub tit. de Prima. Refectorium, dilectio sanctæ meditationis. Cellarium, sacra Scriptura. Dormitorium, munda conscientia. Oratorium, vita immaculata. Ortus arborum & herbarum, congeries virtutum, puteus aquarum viuentiũ, irrigatio donorum quæ hic sitim mitigant, & in futuro penitùs extinguent. † Sedes autem episcopales, 41
quæ iuxta beati Petri dispositionem, sunt in singulis ciuitatibus antiquitùs consecratæ, prout dicetur in proœmio secundæ partis: non in memoriam cõfessorum, sed ad honorem Apostolorum ac martyrum ac præcipuè beatæ Mariæ virginis, veterum deuotio dedicauit. † Cæ- 41
terùm ideò in Ecclesiam conuenimus, vt ibi delictorum veniam postulemus, & diuinis laudibus insistamus, vt dicitur in proœmio quintæ Partis: & vt ibi bona siue mala iudicia audiamus, & Dei cognitionem discamus & accipiamus, & vt dominicum corpus ibi manducemus. † In conuentu Ecclesiæ mulieres & viri seorsum habitant, quod secundum Bædam à veteri consuetudine deriuatum accepimus, & inde fuit quod Ioseph & Maria puerum dereliquerunt: quoniam alter illum, quem secum non cernebat, cum altero esse putabat. Causa autem diuisionis est: quia caro viri & mulieris si potiùs accesserint, ad libidinem accenduntur. Vnde cùm ibi peccata deflere debeamus, necesse est eorum fomenta & delectationes carnales vitari. Masculi autem in Australi, fœminæ autem in Boreali siue in Aquilonari parte manent, vt ostendatur, firmiores sanctos debere stare contra maiores huius seculi tentationes, infirmiores verò contra minores seu mi-
1. Corin. nùs fortiores, firmiorémque sexum in apertiori loco consistere debe-
Apoc.10. re: quoniam secundum Apostolum, fidelis est Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis sustinere. Ad hoc etiam pertinet,
1.Cor.2. quia Ioannes vidit Angelum fortem, qui posuit suum pedem dextrũ super

super mare, nam & fortiora membra maioribus periculis opponuntur: secundum alios verò viri in parte anteriori, mulieres in poste-
47 riori parte manent: quia vir caput est mulieris, ideóque dux eius. † Mulier quoque velato capite esse debet in Ecclesia. xxxiij. q. v. mulier, quia non est imago Dei, & quia per illam præuaricatio inchoata est, ideóque in Ecclesia propter reuerentiam sacerdotis (qui est Christi vicarius) coram eo tanquam coram Iudice propter reatus originem, habeat caput velatum, non liberum: nec propter eandem reuerentiam habeat potestatem loquendi in Ecclesia coram eo. Olim autem viri & mulieres comam sibi nutrientes, adsistebant in Ecclesia,
48 nudo capite crinibus gloriantes, quod inhonestum erat. † Qualis lo- *Ephes.5.*
cutio in Ecclesia habenda sit, Apostolus ostendit, dicens: Loquentes vobismetipsis in Psalmis & Hymnis, & Canticis spiritualibus: vnde ibi à verbis superfluis abstinendum est, extrà de celebr. Miss. c. dolentes iuxta illud Chrysostomi: In aulam regiam ingressurus, habitu & incessu te componas. Angeli enim Domini adsunt, quia domus Dei, plena est virtutibus incorporeis. Et Dominus ad Mosem, & Angelus ad Iosue: Solue calciamẽtum de pedibus tuis: locus enim, in quo stas
49 sanctus est. † Vltimò notandum est, quod Ecclesia consecrata reos *Iosue.5.*
sanguinis ad se confugientes, qui in illa, vel contra illam non deliquerunt: defendit ne vitam perdant aut membra. xiij. q. v. reos. extrà de immu. eccle. ca. inter. Tamen legitur quod Ioab in tabernaculum *3.Reg.2*
fugit & cornu altaris apprehẽdit. Idem etiam priuilegium habet non consecrata: in qua diuina officia celebrantur. extrà de immu. Eccle c.
50 Ecclesia. Corpus † autem Christi à tabulis sumptum, eos non defendit, nec confugientes ad illud, tum quia hoc priuilegium Ecclesiæ concessum est, quare non est ad alia protrahendum, tum quia illud est cibus animę non corporis. de consecratio. dist. ij. non iste. vnde animam
51 liberat, & non corpus. † Ecclesiæ tribus de causis de loco ad locum mutantur. de consec. dist. j. tribus &. c. se uen. Primò, propter necessitatem persecutorum. Secundò, propter difficultatem locorum: putà propter aëris intemperiem. Tertiò, cùm malorum societate grauantur, & tunc cum consilio Papæ vel Episcopi. Quare Ecclesiam ingrediens, signo crucis se munit, dicetur in proœmio quintæ partis.

SVMMARIVM.

1 *Altare qui primùm extruxerint, & vnde fluxerit hodiernus vsus.*
2 *Altare, & ara, quod differant.*
3 *Altare multiplex, multiplicem officit significationem. & num. 4.*
5 *Arca Testamenti, quibus sit ornata. & nu. 16.*
6 *Constantinus Imperator constituit in Basilica arcam Testamenti, allatam Hierosolymis à Tito Imperatore.*
7 *Homo, vt sit templum Dei, quæ secum habere debeat.*
8 *Mensa quid notet.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

9 *Candelabrum exterius illuminans, quid.*
10 *Arca, vnde dicatur. Et quid notet, & quibus constet.*
11 *Altare quid. Et quid notet, fuse per discursum nu. 12. & 15.*
13 *Charitas maxima virtutum.*
14 *Linteamina alba, operiunt altare.*
17 *Scalæ ad altare.*

De Altari CAP. II.

Gene. 8 Ibidē. 12 Ibidē 33 Exod. 25 27. & 29 3. Reg. 8

ALtare in † Ecclesia propter tria fit: prout sub eius dedicatione dicetur. Sciendum autem est, quod Noë primus, deinde Isaac, & Abraham & Iacob, altaria ædificasse leguntur, quæ non aliud quàm lapides erecti intelliguntur super quos sacrificia mactabant, quæ suppositio igne cremabant. Moses etiam fecit altare de lignis Sethim, & inde altare Tymiamatis: quod vestiuit auro purissimo: prout legitur in Exodo, vbi etiam ponitur forma ipsius altaris. Salomon quoque sicut legitur Regum prope finem, altare aureum fabricauit. Ab his quidem antiquis Patribus altaria modernorum sumpserunt exordium, quæ in cornua quatuor eriguntur. quorum quædam vnius sunt lapidis, quædam ex pluribus componuntur. † Nempe altaria & aræ aliquoties indifferenter inueniuntur: interest tamen. Nam altare, quasi alta res, vel alta ara dicitur, in quo sacerdotes incensum adolebant, ara quasi area, id est, plana, vel ab ardore dicitur: quia in ea sacrificia ardebant. † Et nota quòd multiplex in scripturis legitur altare, videlicet superius & inferius, interius & exterius, quorum etiam quodlibet est duplex. Altare superius, est Deus Trinitas, de quo legitur: Non ascendes ad altare meum per gradus. Exod. xx. Est & altare superius Ecclesia triumphans, de quo dicitur: Tunc imponent super altare tuum vitulos, Psal. 50. Altare autem inferius est Ecclesia militans, de quo legitur: Si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus. Est etiam altare inferius, mensa templi, de qua dicitur: Constitui te diem solennem in condensis vsque ad cornu altaris: & in iij. Regum dicitur quod Salomon fecit altare aureum. Altare verò interius, est cor mundum, prout infrà dicetur. Est etiam altare interius fides incarnationis, de qua iubetur in Exod. Altare de terra facietis mihi. Altare autem exterius est ara Crucis. Hoc est altare holocausti, super quo cremabatur sacrificium vespertinum. Vnde in Canone Missæ dicitur: Iube hæc in sublime altare quod tuum ferri, &c. Altare etiam exterius sunt Ecclesiastica sacramenta, de quibus dictum est. Altaria tua Domine virtutum, &c. Rursus altare etiam mortificatio nostra seu cor nostrum, in quo carnales motus feruore Spiritus sancti consumuntur. † Secundò, altare etiam significat Ecclesiam spiritualem: quatuor eius cornua significant quatuor mundi plagas, per quas Ecclesia dilatatur. Tertiò, significat Christum sine quo munus nullum acceptabile Patri offertur. Vnde Ecclesia solet oratio

Exod. 20 Psal. 117 3. Reg. 8 Exod. 20 Psal. 83

orationes ad Patrem dirigere per Christum. Quartò significat corpus Domini: prout in vj. Parte sub titul. de Paraseeue dicetur. Quintò, significat mensam, in qua cum discipulis conuiuatus est Christus. Sanè legitur in Exod. quòd in arca Testamenti siue † testimonij reposita est testificatio, id est, tabulæ in quibus scriptum erat testimonium. Licet etiam quædam reposita ibi testimonia dici possunt, & hoc in testificationem quòd legem naturalem in cordibus scriptam suscitauerat in scriptis. Reposita est etiam in ea urna aurea plena manna in testificationem, quòd panem dedisset filijs Israël de cœlo: & virga Aaron: in testimonium, quia omnis potestas à Domino Deo est, & Deuteronomius, in testimoniū pacti: quo dixerat: Omnia quæ dixerit nobis Dominus, faciemus. Et ob hoc dicta est arca Testimonij vel Testamenti, ob hoc etiam dictum est tabernaculum Testimonij. Super arcam vero factum est propitiatorium, de quo dicetur in proœmio quartę Partis. In cuius rei imitationem in quibusdam Ecclesiis super altare collocatur arca seu tabernaculum in quo corpus Domini, & reliquiæ ponuntur. Præcepit etiam Dominus fieri candelabrum ductile, ex auro purissimo. Legitur in iij. Regum, quòd in arca Fœderis aliud non est, nisi duæ tabulæ lapideæ quas posuerat in ea Moses in Oreb, quando pepigit Dominus fœdus cum filiis Israël cum egrederentur de terra Aegypti. Et nota † quod tempore Syluestri Papæ Constantinus Imperator construxit Basilicam Lateranem. in qua posuit arcam Testamenti: quam Titius imperator asportauerat de Hierusalem: candelabrum aureum, cum septem infusoriis lucernis. In qua arca sunt hæc: Anuli, & vectes aurei, tabulæ testimonij, & virga Aaron, manna, panes ordeacei, vrna aurea, vestis inconsutilis, & arundo, & vestimentum sancti Ioannis Baptistæ, & forcipes cum quibus tonsus fuit sanctus Ioannes Euangelista. Sanè homo † si habet altare, mensam, candelabrum & arcam templum Dei est. Oportet siquidem eum altare habere, vbi rectè offerat, & rectè diuidat. Altare, est cor nostrum in quo debemus offerre, vnde Exod. xx. præcepit Dominus in altare offerri holocausta: quia de corde debent procedere opera igne charitatis accensa. Holocausta dicuntur ab ὅλον, quod est totum: & καῦσις, quod est incendium siue incensio. Vnde holocausta, quasi ex toto incensa. In isto igitur altari debemus rectè offerre & rectè diuidere. Rectè offerimus, quando bonum quod cogitamus ad perfectionem perducimus. Sed non rectè diuidimus, si non discretè illud faciamus. quia sæpè putat homo facere bonum, & facit malum, & sæpè ex vna parte, facit bonum, & ex alia parte facit malum: & ita ipse ædificat, & ipse destruit. Sed tunc rectè diuidimus, quando bonum quod facimus, non nobis, sed soli Deo attribuimus. Mensam quoque oportet hominem habere, vt inde panes Verbi Dei sumat. per † mensam sacram Scripturam intelligimus, de qua Psalmista: Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me, id est,

Exod. 40 Hebr. 9 Exod. 31 Exod. 5. 3. Reg. 8 Psal. 22

Universidad de Deusto
Biblioteca

dediſti mihi Scripturam contra tentationem dæmoniacam. Oportet vt hanc habeamus id eſt,in mente reponamus:vt panes verbi Dei inde ſumamus. Pro defectu huius panis dicit Hiere. Paruuli petierunt panem,& non erat qui frangeret eis.Oportet etiam eum habere candelabrum, vt bonis operibus luceat. Candelabrum † exterius illimi- 9
nans,eſt opus bonum,quod alio per bonum exemplum accendit, de
quo dicitur: Nemo accendit lucernam & ponit eam ſub modio, ſed
Tre.4 ſupra candelabrum. Lucerna iuxta verbum Domini, eſt bona intentio,quia Chriſtus dicit:Lucerna,eſt oculus tuus: oculus verò, eſt in-
Luc.11 tentio. Non debemus ergo ponere lucernam ſub modio, ſed ſupra candelabrum: quoniam ſi habemus bonam intentionem, non debemus abſcondere: ſed bonum opus aliis in lumen & exemplum
manifeſtare. † Oportet eum etiam habere arcam, quæ dicitur ab ar- 10
cendo. Arca ergo,poteſt dici diſciplina, vel regularis vita: per quam crimina à nobis arcentur. In arca autem ſunt virga, tabula & manna: cùm in regulari vita debet eſſe virga correctionis, vt caro caſtigetur, & tabula dilectionis, vt Deus diligatur. In tabulis enim
Pſal.33 ſcripta ſunt mandata, quæ pertinent ad dilectionem Dei. Debet etiam ibi eſſe manna diuinæ prælibationis,vt quàm ſuauis eſt Deus,
guſtemus & videamus,quia bona eſt negotiatio eius:iuxta illud Pro-
Prou. 31. uerb.de muliere forti: Guſtauit & vidit, quia bona eſt. Vt ergo Dei
Eccle. 23 templum ſimus, habeamus in nobis altare per oblationem, ne apparemus in conſpectu Dei vacui,iuxta illud Eccleſiaſt. Non apparebis
in conſpectu Dei tui vacuus.de conſecr.diſt.j.omnes.Menſam per re-
Marci 8 fectionem,ne deficiamus in via,quaſi ieiuni,iuxta illud Euangelij:Si dimiſero eos ieiunos,deficient in via.Candelabrum,per bonam operationem,ne ſimus otioſi, iuxta illud Eccleſiaſt. Multam malitiâ docuit otioſitas.extrà de renunt.c.niſi.§.verùm.Arcam, ne ſimus quaſi
filij Belial,id eſt, abſq; iugo indiſciplinati: diſciplina enim neceſſaria
Pſalm.2 eſt iuxta illud Pſalmi,Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, &c. De his etiam & aliis altaris ornamentis in ſeq.titul.dicetur. † Hoc altare ille ædificat, qui cor ſuum vera humilitate 11
& aliis virtutibus exornat. Vnde Gregorius:Qui virtutes ſine humilitate congregat, quaſi qui puluerem in ventum portat. † Per altare 12
enim cor noſtrum intelligitur, vt dicetur, vbi de altaris dedicatione
agetur,quod eſt in medio corporis,ſicut altare in medio Eccleſiæ,de
Leuit.6 quo altari iubetur à Domino, in Leuitic. Ignis in altari meo ſemper
ardebit. Ignis, eſt charitas, altare eſt cor mundum: ignis ſemper ar-
Cant. 8. debit in altari, quia charitas ſemper feruebit in corde noſtro. Vnde
Salomon in Canticis Canticorum: Aquæ multæ non poſſunt ex-
Pſal. 117 tinguere charitatem: quia enim ſemper ardet, extingui non po-
1.Cor.12 teſt. Vos ergo ſecundum Propheram agite diem lætitiæ in frequen-
Pſalm 75 tationibus,ſeu in condenſis vſque ad cornu altaris:quia reliquiæ cogitationum diem feſtum agent tibi.† De hac Apoſt. excellentiorem, 13
viam

viam nobis demonſtrat,excellentiorem viam dixit charitatem, quia ipſa eſt ſuper omnes virtutes,& quicunque ipſam habet, omnes virtutes habet: hoc eſt verbum abbreuiatum, quod facit Dominus ſuper terram, quod adeò breue eſt, vt dicatur: Habe charitatem, &
Matt.22 fac quicquid vis. Ex his nanque duobus mandatis tota lex pendet & Prophetæ. Vel per Altare, vniuſcuiuſque animam intelligimus, quæ ædificatur Domino ex lapidibus viuis, ſcilicet ex virtutibus variis
14 & diuerſis.† Porrò linteamina alba quibus operitur altare, carnẽ ſiue humanitatem Saluatoris deſignant, quæ multo labore candidantur:ſicut Chriſti caro ex terra, id eſt, ex Maria orta, per multas tribulationes ad reſurrectionem, & candorem, & lætitiam immortalis peruenit: de qua exteriùs ſunt Eccleſiaſtica ſacramenta. de quibus dictum eſt: Altaria tua Domine virtutum &c. † Rurſus altare, 15
Pſal.83 eſt mortificatio noſtra ſeu cor noſtrum, in quo carnales motus feruore Spiritu ſancti conſumuntur. Secundò,altare etiam ſignificat eccleſiam ſpiritualem: quatuor eius cornua ſignificant quatuor mundi plagas,per quas Eccleſia dilatatur. Tertiò, ſignificat Chriſtũ ſine quo munus nullum acceptabile Patri offertur. Vnde Eccleſia ſolet
Matt.26 orationes ad Patrem dirigere per Chriſtum. Quartò ſignificat corpus Domini:Prout in ſexta Parte ſub tit.de Paraſceue dicetur. Quintò,ſignificat menſam, in qua cum Diſcipulis conuiuatus eſt Chriſtus. 16
Exod.40 Sanè legitur Exod.quod in arca Teſtamenti † ſiue Teſtimonij repoſita eſt teſtificatio,id eſt,tabulæ,in quibus ſcriptum erat teſtimonium:licet etiam quædã repoſita ibi teſtimonia dici poſſunt,& hoc in teſtificatione, quod legem naturalem in cordibus ſcriptam ſuſcitauerat in
Hebr.9 ſcriptis.Repoſita eſt etiã vbi vrna aurea plena manna in teſtificationem quod panem dediſſet filiis Iſraël de cœlo, & virga Aaron,in te-
Rom.13 ſtimonium quòd omnis poteſtas à Domino Deo eſt, & Deuteronomius in teſtimonium pacti, quo dixerat, Omnia quę dixerit nobis
Exod.37 Dominus, faciemus. Et ob hoc dicta eſt arca Teſtimonij vel Teſtamenti.ob hoc etiam dictum eſt tabernaculum Teſtimonij. Super arcam verò factum eſt propitiatoriũ:de quo dicitur in Proœmio quartæ Partis.In cuius rei imitationem, in quibuſdam Eccleſiis ſuper altare collocatur arca,ſeu tabernaculum in templum Salomonis, & à
Pſal.83 Propheta in xv. Pſalmis continuè demonſtratur, quas beatus vir aſ- 17
Gene.28 cenſiones in corde ſuo diſpoſuit.Hanc † ſcalam vidit Iacob,ſummitas eius cœlos tangebat.lxxxviij. diſt.cap.j. Per hos gradus, competenter virtutum gradus,intelliguntur, quibus ad altare, id eſt Chriſtum aſcenditur:iuxta illud Pſalmiſt. Et ambulabunt de virtute in
Pſal.83 virtutem.de pœni.diſt.ij.dum ſanctam in principio.& Iob:Per ſingu-
Iob.33 los gradus meos pronuntiabo illum. legitur in Exod. Non aſcendes ad altare meum per gradus: ne reueletur turpitudo tua nondũ enim fortè antiqui fæmoralibus vtebãtur. In Concilio Toletano. xxvj. q. vj.quicunque.cauetur,quòd clericus cauſa doloris in alterius perni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciem altare vel imaginem exuens vestibus vel lugubri veste vel spinis accingens, vel Ecclesiæ luminaria extinguens, deponatur. Sed si Ecclesiā sua iure suo indebitè spoliatur, hoc causa mœroris facere licet: vel secundum quosdam, quemadmodum & in die Passionis Domini in signum tristitiæ altaria denudantur, quod tamen hodie Concilium reprobat Lugdunen. extrà. de offic. cord. cap. si canonici. Denique altaria, quæ per somnia, & per inanes quasi reuelationes hominum construuntur, reprobantur omnino. de consecr. dist. placet.

SVMMARIVM.

1 *Picturarum & cortinarum vsus in Ecclesia, eárumque varia significatio.*
2 *Græci quomodo vtantur imaginibus & picturis dimidiatis, & quo id faciant consilio.*
3 *Ezechias rex quo consilio serpentem æneum confregerit.*
4 *Idolorum immodicus vsus reprobatur, moderatus probatur.*
5 *Picturarum & imaginum in Ecclesia varia est sedes.*
6 *Christus qua, & quotuplici forma pingendus. & nu. 12.*
7 *Christus variè, varium quid notat.*
8 *Angeli variè effinguntur pro varia eis à Deo collata dignitate & munere.*
9 *Euangelistæ qua forma pingantur, & qua sede locentur.*
10 *Apostoli variè pro suo cuiusque munere, pinguntur. & nu. 16.*
11 *Patriarchæ, qualiter effingantur.*
13 *Ioannes Baptista qua forma pingatur, & qua martyres. nu 14.*
15 *Confessores, qua forma pingantur, qua Doctores, qua denique Virgines, vbi & varietatis subditur ratio.*
17 *Pictura Sanctorum, aliquid in Ecclesiis variè instituta, & vnde sit petitum illud ipsum exemplum.*
18 *Antiquorum instituta & sanctiones, sunt tutissimi vitæ duces.*
19 *Christus, quotuplici corona depingatur.*
20 *Corona Sanctorum, qua specie & forma effingatur.*
21 *Paradisus ad quid pingatur in Ecclesia, ad quid Infernus.*
22 *Picturarum varietas, varietatem virtutum notat.*
23 *Ecclesiæ ornatus, in quibus consistat, & in quibus altaris. nu. 24.*
25 *Hostiarum tabernaculum, quid notet.*
26 *Phylatterium, quid.*
27 *Candelabra in vtroque altaris cornu, quid notent. Quid emunctoria siue forcipes. nu. 28. & 29*
30 *Quid scuta.*
31 *Crux altari superponitur.*
32 *Altaris frons, quo pacto ornanda, & quid id ipsum notet.*
33 *Codex altari imponitur, & id quare.*
34 *Quadragesimæ tempore, ornamenta Ecclesiæ velantur & conteguntur non*

non sine magna significatione.
35 *Velum Ecclesiæ, est triplex, & quando tollatur. nu. 36. Et quando eleuetur. nu. 38.*
37 *Dominicæ sex quadragesimæ, quid denotent.*
39 *Cortinarum varius color, varium quid significat.*
40 *Ornamenta varia adhibentur in festo Natiuitatis Dominicæ.*
41 *Altare quibus ornamentis tegatur in Paschate.*
42 *Thesauri Ecclesiæ quo consilio edantur in feriis celebrioribus.*
43 *Oua, quid notent in Ecclesia.*
44 *Sacrificium antiquitus quibus vasis, & cuius generis fiebat.*
45 *Calicis nomen, vnde tractum.*
Calix aureus, quid notet, quid argenteus, quid stanneus. nu. eod.
46 *Ecclesia cur hodie vtatur & vasis & ornamentis pretiosis.*
47 *Concilij Aurelianen decretum, circa nuptiarum ornatum.*
48 *Vestimenta Ecclesiæ destinata, ne trahantur in priuatos vsus.*
49 *Ornamenta altaris, à Diaconis lauanda.*

De picturis, & cortinis, & ornamentis Ecclesiæ.

CAP. III.

1 PIcturæ † & ornamenta in Ecclesia, sunt laicorum lectiones & Scripturæ: Vnde Gregorius de consecratio. dist. iij. cap. perlatum. Aliud est picturam adorare: aliud per picturæ historiam, quid sit adorandum, addiscere: nam quod legentibus Scriptura, hoc idiotis cernentibus præstat pictura, quia in ipsa ignorantes vident quod sequi debeant, in ipsa legunt, qui literas nesciunt: Sanè Chaldæi ignem adorant, & cogunt alios idem facere alia idola comburentes. Pagani verò imagines seu icones, & idola adorāt: quod Saraceni non faciūt, qui imagines nec habere, nec videre volunt, moti ex verbo illo: Non facies tibi omnem similitudinem eorum, quæ in cœlo, vel in terra, vel in aquis, vel sub terra sunt. Exod. xx. & aliis authoritatibus, quæ statim sequuntur: nos valde super hoc increpantes, sed nos illas non adoramus, nec Deos appellamus, nec spem salutis in eis ponimus, quia hoc esset idololatriæ: sed ad memoriam & recordationem rerū olim gestarum, eos veneramur. *Exod. 20*

Vnde versus,

Effigiem Christi, qui transis, pronus honora:
Non tamen effigiem, sed quod designat, adora.
Esse Deum, ratione caret: cui contulit esse
Materiale lapis, offigiale manus.
Nec Deus est, nec homo, præsens quam cernis imago.
Sed Deus est, & homo, quem sacra figurat imago.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et alibi,

Nam Deus est quod imago docet, sed non Deus ipsa.
Hanc videas, sed mente colas, quod noscis in ipsa.

Græci † etiã vtuntur imaginibus pingentes illas, vt dicitur, solùm ab vmbilico suprà, & non inferiùs, vt omnis stultę cogitationis occasio tollatur: nullam etiam faciunt sculptilem imaginem, eò quòd legitur Exod. xx. cap. Non facies sculptile neque imagines. Item Leuit. xxvj. Non facies idolum neque sculptile. Item Deut. iiij. cap. Ne fortè decepti, faciatis vobis sculptam similitudinem. Item non facietis vobis Deos aureos & argenteos. Itẽ Propheta: Simulachra Gentium, argentum, & aurum, opera manuum hominum. Similes illis fient, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulachris suis. Item Moses ait populo Israël: Ne fortè errore deceptus adores ea, quæ creauit Dominus Deus tuus. † Hinc etiã est, quòd serpentẽ æneum, quẽ Moses erexerat, Ezechias Rex confregit, quia populus ille contra legis præceptum thuris adolebat incensum. Ex † his autẽ & similibus authoritatibus reprobatur nimius imaginum vsus. Ait enim Apostolus prima Corinth. Scimus enim, quia idolum nihil est in mundo, & nullus Deus nisi vnus. Possent namque simplices & infirmi per nimium & indiscretũ vsum facilè ad idololatriam trahi. Vnde Sapientia: Idolis nationum non erit respectus: quoniam creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animæ hominum, & in muscipulam pedibus insipientium. Moderatè verò vti picturis ad repręsentandum mala vitanda, & bona imitanda, reprehensibile non est. Vnde Dominus ad Ezechielem: Ingredere, & vide abominationes pessimas: quas isti faciunt. Et ingressus, vidit omnem similitudinem reptilium & animalium & abominationem, & vniuersa Idola domus Israël depicta in pariete. Nempe Greg. hoc exponens in Pastorali. lib. ij. cap. xx. dicit: Deum exteriorum rerum intrinsecus species attrahuntur, quasi in corde depingitur quicquid fictis imaginibus deliberando cogitatur. Rursus ad eundem Ezechielem dicitur: Sume tibi laterem, & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatem Hierusalem. Ei autẽ quod dictum est, quòd imagines sunt laicorum literę, obuiat illud Euangelij, Habent, inquit, Moysem & Prophetas, audiãt eos. De hoc etiã dicetur in iiij. Parte sub iij. particula Canonis super verbo, seruitutis, Cõciliũ Agatheñ. de consec. dist. iij. cap. placuit. inhibet picturas in Ecclesiis fieri: & quod colitur & adoratur in parietibus depingi: sed Greg. de cõsc. dist. iij. c. perlatũ. dicit, quòd picturas non licet frangere ea occasione, quod adorari non debent. Pictura nanque plus videtur mouere animum, quam scriptura. Per picturam quidem res gesta ante

Cant. 26 Cap. 4 Deut. 4 Psal. 13 Num. 21 4. Re. 18 1. Cor. 8 Sap. 14 Ezech. 8 Ezech. 4 Luc. 16

ante oculos ponitur. de consecrat. distinct. ij. ca. semel. sed per scripturam res gesta quasi per auditum, qui minus mouet animum, ad memoriam reuocatur. Hinc etiam est, quòd in Ecclesia nõ tantam reuerentiam exhibemus libris, quantam imaginibus & picturis. † Picturarum siue imaginum aliæ sunt supra Ecclesiam, vt Gallus, vel Aquila: aliæ extra Ecclesiã, scilicet foris in fronte Ecclesiæ, vt Bos, & Leo: aliæ intra, vt conæstatuæ & diuersa sculpturarum & picturarum genera, quæ vel in vestibus vel in parietibus vel in vitrealibus depingũtur, de quorum aliquibus sub Tractatu de Ecclesia dictum est, quod à tabernaculo Mosi & tempore Salomonis sumptum est. Scripsit enim Moses, scripsit & pinxit Salomon: & parietes cælaturis & picturis ornauit. † Sciendum autem est, quòd Saluatoris imago tribus modis conuenientius in Ecclesia depingitur, videlicet, aut residens in throno, aut pendens in crucis patibulo, aut vt residens in matris gremio: quia verò Ioan. Baptista Christum digito demonstrauit dicens: Ecce Agnus Dei, ideo, quidam depingebãt Christum sub specie agni. Quia tamen vmbra transiuit, & Christus verus est homo, dicit Adrianus Papa de consecrat. distinct. iij. cap. sextam: quod ipsum in forma humana depingere debemus. Non enim agnus Dei in cruce principaliter depingi debet, sed homine depicto, non obest agnum in parte inferiori, vel posteriori depingi, cùm ipse sit verus agnus, qui tollit peccata mundi. His quidem & aliis diuersis modis Saluatoris imago depingitur, propter diuersas significationes. † Nam picta in præsepio, rememorat natiuitatem. Depicta in matris gremio, puerilem ætatem. Depicta vel sculpta in cruce, passionem, & quandoque in ipsa cruce Sol & Luna quasi eclipsim patientia depinguntur. Depicta verò in scalarum ascensu, Ascensionem. Picta, vt residens in throno, seu in solio excelso, præsentem indicat maiestatem & potestatem, quasi dicat: Data est ei omnis potestas in cœlo & in terra, iuxta illud: Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, &c. id est, Dei filium super Angelos regnantẽ, iuxta illud: Qui sedes super Cherubim. Quandoque verò depingitur sicut viderunt eum Moses & Aaron: Nadab & Abiu, scilicet supra mõtem & sub pedibus eius quasi opus saphiricũ: & quasi cœlum serenum. Et quoniam, sicut ait Lucas, tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate, ideò ei quandoque circumcirca pinguntur Angeli, qui ei semper seruiunt & adsistunt: & depinguntur cum sex aliis, secundum Esa. Seraphim stabant, iuxta illud: Sex alæ vni, & sex alæ alteri & duabus velabant faciem eius, duabus pedes, & duabus volabant. † Depinguntur etiam Angeli tamquam in ætate iuuenili florentes: nũquam enim senescunt. Quandoque etiam circumpingitur Archangelus Michaël, draconem suppeditans iuxta illud Ioan. in Apoc. Factum est prælium in cœlo, Michaël cum dracone pugnabat: quæ pugna est dissidium Angelorum, confirmatio bonorum, & ruina malorum, aut in præsenti

Mat. vlt. Esaiæ 6 Exod. 24 Luc. 21 Esa. 6. Apoc. 12

Ecclesia persecutio fidelium. Quandoque etiam circumpinguntur xxiiij. seniores, secundum visionem ipsius Ioan. in vestibus albis & coronis aureis: per quos significantur veteris & nouę legis Doctores. qui sunt xij. propter fidem Trinitatis, quam annuntiant per quatuor mundi climata, aut xxiiij. propter opera & obseruantiam Euangelistarum. Si lampades adduntur, dona Spiritus sancti repræsentantur. Si mare vitreum, baptismus innuitur † Quandoque etiam circum- 9
Ezech.1 pinguntur quatuor animalia, secundum visionem Ezechielis & eiusdem Ioan. Facies hominis, & facies leonis à dextris, & facies bouis à
Ioan.9 sinistris, & facies aquilæ desuper ipsorum quatuor. Hi sunt quatuor Euangelistæ. Vnde pinguntur cum libris in pedibus: quia quæ verbis & scriptura docuerunt, mente & opere compleuerunt. Matthæus figuram sortitur humanam. Marcus figuram tenet leonis: hi ponuntur à dextris, quia Christi natiuitas & resurrectio fuerunt omnium læ-
Psal. 29 titia generalis. Vnde in Psal. Et ad matutinum lætitia. Lucas verò vitulus est, eò quòd à Zacharia sacerdote inchoauit, & Christi passionẽ & hostiam specialius pertractauit. Vitulus enim, est animal Sacerdotum sacrificiis aptum. Comparatur etiam vitulo propter duo cornua, quasi duo continens Testamenta, & propter quatuor pedum vngulas, quasi quatuor Euangelistarum sententias. Per hunc quoque figuratur Christus, qui fuit pro nobis vitulus immolatus: ideóq; ponitur à sinistris: quia mors Christi fuit Apostolis tristis. De hoc & qualiter beatus Marcus depingi debet, in septima Parte sub titulo de Euãgelistis dicetur. Ioannes autem figuratur aquila, quoniam ad excelsa peruo-
Ioan.1 lat, cum ait: In principio erat verbum. Hoc quoque significat Chri-
Psal. 102 stum, cuius iuuentus, vt aquila renouatur: quia resurgens à mortuis, floret, & in cœlum ingreditur: hic tamen non iuxta, sed super se depingitur: quoniam ascensionem designat & verbum apud Deum pronuntiat. Sed cùm quodlibet ipsorum animalium haberet quatuor facies, & quatuor alas, qualiter possent depingi, dicetur in septima Parte sub titu. de Euangelistis: vbi etiam latiùs de hoc agetur. Quandoq; † etiam circumpinguntur vel potius subpinguntur Apostoli qui fue- 10
Num.6 runt testes eius verbo & opere vsque ad vltimum terræ. Et pinguntur criniti, quasi Nazarei, id est, sancti, Lex enim fuit Nazaræorum: vt à tempore suæ separationis à communi vita hominum nouacula non transiret super caput eorum. Pinguntur etiam quandoque sub forma duodecim ouium: quia tanquam bidentes occisi sunt propter Dominum. Sed & duodecim tribus Israël, quandoque sub forma duodecim ouium pinguntur. Quandoque tamen plures, vel pauciores oues circa sedem maiestatis pinguntur: sed tunc aliud figurant, iuxta illud
Cap. 25 Matth. xx. in fine: Cùm venerit Filius hominis in maiestate sua, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, statuens oues à dextris & hœdos à sinistris, qualiter Bartholomæus & Andræas Apostoli depingi debent in septima Parte sub eorum festis dicetur. † Et aduerte, 11
quia

quia Patriarchæ & Prophetæ pinguntur cum rotulis in manibus: quidam verò Apostoli cum libris, & quidam cum rotulis. Nempe quia ante Christi aduentum fides figuratiuè ostẽdebatur: & quòd ad multa in se implicita erat. Ad quod ostendendum Patriarchæ & Prophetæ pinguntur cum rotulis, per quas quasi quædam imperfecta cognitio designatur, quia verò Apostoli à Christo perfectè edocti sunt: ideò libris per quos designatur congruè perfecta cognitio, vti possunt. Sed quia quidam illorum, quod didicerũt ad doctrinam aliorum scriptis redegerunt, ideò illi congruè tanquam Doctores cum libris in manibus depinguntur, sicut Paulus, Euangelistæ, Petrus, Iacobus, & Iudas. Alij verò qui nihil stabile seu ab Ecclesia approbatum scripserunt, non cum libris sed cum rotulis in signum suæ prædicationis pinguntur. Vnde Apostolus ad Ephesios, & extrà de hære. cùm ex *Ephes. 4*
iniuncto. Dominus quosdam dedit Apostolos, quosdam Prophetas, alios Euangelistas, alios Pastores, & Doctores in opus ministerij. Sed
12 † & diuina maiestas depingitur quandoq; cum libro clauso in manibus: quia nemo inuentus est dignus aperire illum, nisi Leo de tribu *Apoc.4*
Iuda: & quandoq; cũ libro aperto, vt in illo quisq; legat, quòd ipse est *Ioan.14*
lux mundi, & via, veritas ac vita, & liber vitæ. Quare autem Paulus ad dextram & Petrus ad sinistram saluatoris depinguntur: dicetur in vij.
13 parte sub titulo de euangelistis. † Ioan. verò Baptista quãdoq; depin-
14 gitur, vt eremita, Martyres cum † aculeis, vt Laurentius in craticula, Stephanus cum lapidibus, & quandoq; cum palmis, quæ victoria si- *Psal.40*
gnant. iuxta illud: iustus vt palma florebit, vt sicut palma viret, sic eorum memoria seruetur. Hinc est, quòd qui de Hierosolymis veniunt palmã in manibus ferunt, in signũ quòd illi regi militarunt, qui Hierosolymis cum palmis honorificè receptus est, & postmodum ibidem cum diabolo pugnans victor extitit, & cœli palatium cum angelis triumphans introiuit. ver. Iusti vt palma florebunt, & sicut stellæ ful-
15 gebunt. Confessores † pinguntur cum suis insigniis, vt Episcopi mitrati, Abbates capuciali: & quandoq; cum liliis, quæ castitatem designant, Doctores cum libris in manibus, virgines (secundũ Euange-
16 lium) cum lampadibus. † Paulus cum libro & ense: cum libro, quia Doctor siue propter conuersionem suam: cum ense, quia miles. Vnde
17 versus: Mucro, furor Pauli, liber, est conuersio Sauli. Generaliter † autem sanctorum Patrum imagines quandoque in parietibus Ecclesiæ, quandoq; in posteriori altaris tabula, quãdoque in vestibus sacris & aliis variis locis pinguntur, vt illorũ actus & sanctitatem iugiter non *Cap.12*
indiscreta vel inutilia meditemur. Vnde in Exod. diuina voce præcipitur, vt in Aaron pectore rationale iudicij vittis ligantibus imprimatur, quatenus sacerdorale cor nequaquam fluxæ cogitationes possideant: sed ratio sola constringat: in quo etiam rationali vigilante secundum Greg. duodecim Patriarcharum nomina describi iubentur.
18 Nempè † adscriptos Patres, semper in pectore ferre, est Antiquorum

vitam

Universidad de Deusto
Biblioteca

vitam sine intermissione cogitare. Tunc autem Sacerdos irreprehensibiliter graditur, cùm exempla Patrum præcedentium indesinenter intuetur, cùm Sanctorum vestigia sine cessatione considerat, & illicitas cogitationes deprimit, ne extra rationis limitem operis pedem teneat. † Considerandum quoque est quòd Iesus semper coronatus de- 19
pingitur, quasi dicat, Egredimini filiæ Hierusalem, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua. Fuit enim Christus coronatus tripliciter. Primò à matre, corona misericordiæ in die conceptionis: quæ corona duplex est propter naturalia & gratuita, ideóque & diadema vocatur, quod est duplex corona. Secundò, à nouerca corona miseriæ, in die Passionis. Tertiò, à Patre corona gloriæ, in die Resurrectionis: vnde: Gloria & honore coronasti eum Domine. Demùm coronabitur à familia corona potentiæ, in die vltimæ reuelationis. Veniet enim cum senatoribus terræ, iudicans orbem terræ in æquitate. Sic & omnes Sancti pinguntur coronati, quasi dicat: Filiæ Hierusalem, venite, & videte martyres cum coronis aureis, quibus coronauit eos Dominus: & in libro Sapientiæ, Iusti accipient re- *Sap.5.*
gnum decoris, & diadema speciei de manu Domini. † Corona autem 20
huiusmodi depingitur in forma scuti rotundi: quia sancti Dei protectione diuina fruuntur. Vnde cantant gratulabund.: Domine vt scuto bonæ voluntatis coronasti nos. Veruntamen Christi corona per Crucis figuram à Sanctorum coronis distinguitur: quia per Crucis vexillum sibi carnis glorificationem: & nobis meruit à captiuitate liberationem, & vitæ fruitionem. Cùm verò aliquis Prælatus aut Sanctus viuens pingitur, non in formam scuti rotundi sed quadrati, corona ipsa depingitur, vt quatuor cardinalibus virtutibus vigere monstretur, prout in Legenda beati Gregor. habetur. Rursus † quandoque in eccle- 21
siis paradisus depingitur, vt aspicientes ad delectationem præmiorum alliciat: & quandoque infernus, vt eos formidine pœnarum à vitiis deterreat: quandoque flores & arbores cum fructibus ad repræsentandum fructus bonorum operum ex virtutum radicibus prodeuntium. † Picturarum autem varietas, virtutum varietatem designat. 22
Alij enim datur per Spiritum sermo sapientiæ: alij scientiæ, &c. virtu- *1.Cor.12*
tes verò in mulieris specie depinguntur, quia mulcent & nutriunt. Rursus, per cælaturas quæ & laquearia nominantur, quæ sunt ad decorem domus, simpliciores Christi famuli intelliguntur, qui Ecclesiam non doctrina, sed solis virtutibus ornant. Cæterùm sculpturæ prominentes de parietibus, egredientes esse videntur: quia cum virtutes fidelibus in tantam consuetudinem deueniunt, vt eis naturaliter insitæ videantur, multifariis earum operationibus exercentur. Synagóga verò qualiter depingitur, dicetur in quarta Parte sub tit. de Reuerentia. Qualiter pallium Romanorum Pontificum pingatur, in tertia Parte sub titul. de pallio dicetur. Annus verò & duodecim signa & menses qualiter depingãtur, dicetur in princi. octauæ Partis vbi & de mẽse agitur.

Sed

Sed & diuersæ historiæ tam noui, quàm veteris Testamenti pro voluntate pictorum depinguntur: nam pictoribus atque Poëtis quælibet 23
audendi semper fuit æqua potestas. Porrò † ornamenta Ecclesiæ in tribus consistunt, id est in ornatu Ecclesiæ, chori & altaris. Ornatus Ecclesiæ, consistit in cortinis & auleis, & palleis sericis, & purpureis, & similibus. Ornatus chori in dorsalibus, tapetis substratoriis & bancalibus. Dorsalia, sunt panni in choro pendentes à dorso clericorum. Substratoria, quæ pedibus substernuntur. Tapeta, etiam sunt panni, qui pedibus substernuntur, quasi stratio pedum, & præcipuè pedibus Episcoporum, qui mundana pedibus calcare debent. Bancalia sunt panni, 24
qui super sedes vel bancas in choro ponuntur. Altaris † verò ornatus, consistit in capsis, in palleis, in phylatteriis, in candelabris, in crucibus, 25
in aurifrisio, in vexillis, in codicibus, in velaminibus & in cortinis. Et † not. quòd capsa in qua hostiæ consecratæ seruantur, significat corpus Virginis gloriosæ, de qua dicitur in Psalm. Surge Domine in requiem, &c. quæ quandoque est de ligno, quandoque de ebore candido, quandoque de argento, quandoque de auro, & quandoque de crystallo. & secundum varias suas proprietates varias ipsius corporis Christi exprimit dignitates. Rursus capsa ipsa continens hostias cõsecratas siue non consecratas, memoriam designat humanam: debet namque homo iugiter recordari acceptorum beneficiorum Dei tam temporalium, quæ *Exod. 16*
per hostias non consecratas, quàm spiritualium, quæ per consecr. designantur. Quod figuratum est in vrna, in qua Deus iussit manna reponi: quod licet temporale esset, præfigurabat tamen istud nostrum sacrificium spirituale, præcipiens vt esset in memoriale sempiternum in futuras generationes: sicut legitur in Exod. Capsæ autem positæ super altare, *Cant.16.*
quod est Christus, sunt Apostoli & Martyres: palleæ & vestes sunt Con- *Isa.45.*
fessores & Virgines vel omnes Sancti, de quibus ait Dominus ad Prophetam: His sicut vestimento vestieris, & de hoc dictum est in tit. præ- 26
cedent. aliud autem est phylatterium, aliud phylatteria. † Phylatterium, est chartula in qua decem præcepta legis describuntur: huiusmodi chartulam solebant Pharisæi ante se in signum religionis portare. Vnde in *Mat.23*
Euangelio: Dilatant phylatteria sua, &c. & sic sumitur xxvj. q. v. non oportet. & dicitur phylatterium à φυλάττειν quod est custodire, & θώραξ quod est lex. Phylatteria verò, est vasculum de argento, vel auro, vel chrystallo, vel ebore & huiusmodi, in quo Sanctorum cineres vel reliquiæ reconduntur. Cùm enim Elindius fideles cinericios vocaret, propter eo quod cineres ipsos seruabant, contra eius decisionem statutum fuit in ecclesia, vt honorificè & in pretiosis vasculis seruarentur: quod nomen est comprehensum à φυλάττειν, quod est seruare: & τέρον, quod est extremitas: quia ibi aliquid de extremitate corporis Sanctorum, putà dens vel digitus, vel aliquid tale seruatur. Super altare etiam in quibusdam Ecclesiis collocatur tabernaculum, de quo sub tit. de Altari dictum 27
est. † In cornibus altaris duo sunt candelabra constituta, ad significandum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum gaudium duorum populorum de Christi natiuitate lætantium,
quæ candelabra mediante Cruci faculas ferunt accensas: angelus enim
Luc. 22 inquit pastoribus: Annuntio vobis gaudium magnum, quod erit omni
populo: quia natus est vobis hodie Saluator mundi. Hic est verus Isaac,
Gen. 18 qui risus interpretatur. Lumen enim candelabri fides est populi: nam ad
Esa. 49 Iudaicum populum inquit Propheta: Surge, illuminare Hierusalem,
quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Ad popu-
Ephes. 5 lum verò Gentilem dicit Apostolus: Eratis aliquando tenebræ, nunc
Num. 24 autem lux in Domino. Nam & in ortu Christi noua stella Magis appa-
Matth. 2 ruit, secundum vatic nium Balaam, Orietur, inquit, stella ex Iacob, & 28
consurget virga ex Israël. De hoc etiam dictum est in tit. de Altari. †
Emunctoria siue forcipes ad emungendum lychnum, sunt verba diui-
na, quibus literas legis amputamus & lucentem spiritum reuelamus,
Luc. 26 iuxta illud, Vetustissima veterum comederis, & nouis superuenientibus
veteris adiicietis. Vasa in quibus emuncti lichni extinguuntur sunt cor-
da Fidelium, quæ obseruantiam legalem ad literam admittunt. † Rur- 29
sus forcipes, quorum gemino dente componitur ignis, sunt Prædicato-
res, qui nos consonis vtriusque Testamenti pagimis instruunt, & mori-
bus componentes ad charitatem accendunt. † Scuta verò, id est, vasa 30
æqualis amplitudinis, in fundo & in ore ad calefaciendum facta, sunt
illi Doctores qui thesaurum cordis non celant, sed ex eo proferunt noua
Matth. 5 & vetera. Lucernam quoque non ponunt sub modio, sed super cande-
labrum, vt hi, qui sunt in domo Domini lumen & calorem accipiant
Ephes. 2 super se. Crux † quoque super altare ponēda est, & eam inde tollit baiu- 31
1. Pet. 2 lus Crucis, in quo recolitur: quia Crucem de Christi humeris sublatam
Esa. 28 tulit Simon Cyrenæus. Inter duo candelabra Crux in altari media col-
locatur: quoniam inter duos populos Christus in Ecclesia mediator exi-
stit. Ipse enim est lapis angularis, qui fecit vtraque vnum, ad quem pa-
stores à Iudæa, & Magi ab Oriente venerunt. De hoc aliter dicetur in
Prooemio iiij. Partis sub tit. de ac. sacr. ad alta. Rursus † altaris frons, au- 32
rifrisio ornatur, iuxta illud Exod. xxv. & xxviij. ca. Construes mihi alta-
re: faciésque illi coronam per gyrum seu circuitum, altam quatuor di-
gitis. Nempe altare quandoque significat cor hominis, in quo sacrifi-
cium veræ fidei per contritionem offerri debet: & tunc aurifrisium con-
ceptum bonæ operationis significat: quo frontem nostram ornare de-
bemus, vt cæteris luceamus. Quandoque altare significat Christum: &
tunc per aurifrisium congruè ornamentum charitatis designatur. Sicut
enim aurum præeminet omnibus metallis: sic & charitas cæteris virtu-
tibus. xcvj. dist. duo. vnde Apostolus ad Corint. j. Maior horum est chari-
1. Cor. 9 tas. Florentem enim nostram sic aurifrisio charitatis debemus ornare:
vt parati simus pro Christo animas ponere. Vexilla etiam super altare e-
riguntur: vt triumphus Christi iugiter in Ecclesia memoretur: per quem
& nos de inimico triumphare speramus. † Codex etiam Euāgelicus su- 33
per illud adaptatur, eò quòd Euangelium, ab ipso scilicet Christo, sit edi-
tum: &

tum: & ipse perhibeat testimonium, qui quare exterius ornetur dicetur
in iij. parte sub tit. de Lega. Indu. Denique vasa & vtensilia in domo Do-
mini à Mose & Salo. originē habuerunt: quæ in veteri Testamento plu-
ra & diuersa fuerunt, prout in Exod. legitur diuersa habentia significata:
34 de quibus hic breuitatis causa non agimus. † Sanè omnia quæ ad orna-
tum pertinent tempore Quadragesimæ, remoueri vel contegi debent,
quod fit secūdum aliquos in Dominica de passione: quia extunc diuini-
tas fuit absconsa & velata in Christo: dimisit enim se capi & flagellari,
vt homo tanquam non habens in se virtutem diuinitatis. Vnde in Euan-
gelio huius diei dicitur: Iesus autem absconditus se & exiuit de tēplo: tunc *Ioan. 8*
ergo cooperiuntur Cruces, id est, virtus suæ diuinitatis. Alij hoc faciunt
à prima Dominica Quadragesimæ, quia extunc Ecclesia incipit de eius
Passione agere. Vnde eo tempore Crux per Ecclesiam non nisi cooper-
ta portari debet, & secundum morem quorundam locorum duo tan-
tum velamina seu cortinæ tunc retinentur: quorum vnum ponitur per
circuitum chori, aliud suspenditur inter altare & chorum, ne appareant
quæ sunt intra Sancta Sanctorum, quòd Sanctuarium & Crux tunc ve-
lantur, significat literam legis, id est, eius carnalem obseruantiam, siue
quòd in veteri Testamento ante Christi passionem intelligentia sacra- *Luc. 8*
rum scripturarum velata, operta & obscura erat. Et qui tempore illo
fuerunt, velamen, id est, obscuram scientiam, ante oculos habuerunt: si-
gnificat etiam rumpheam illam, quæ fuit ante ianuam paradisi: & quo-
niā huiusmodi carnalis obseruantia & obscuritas & rumphea in Chri-
sti Passione sublata sunt, ideò cortinæ vel velamina huiusmodi in Pa-
rasceue remouentur. Sed & quia in veteri Testamento fuerunt anima-
lia ruminantia, & vngulas scindentia, vt boues asantes, id est, Scriptura-
rum mysteria discernentes, & spiritualiter intelligentes, ideo in Qua-
dragesima post velum ingrediuntur Sacerdotes pauci: quibus datum est
35 nosse mysterium regni Dei. † Circa hoc autem notandum est, quòd tri-
plex genus veli suspenditur in Ecclesia, videlicet, quod sacra operit,
quòd Sacrarium à clero diuidit, & quod clerum à populo secernit. Pri-
mum, est nota nostræ legis. Secundum, nota nostræ dignitatis: quia
indigni sumus, imò impotentes cœlestia intueri. Tertium, est coërtio
nostræ voluptatis carnalis. Primum, videlicet cortinæ quæ ab vtroque
altaris latere extenduntur, Sacerdote secretum intrante, prout in iiij.
parte, sub tit. de secreta, dicetur: significatum est in hoc, quòd sicut le-
gitur Exod. xxxiiij. Moses posuit velamen super faciem suam: quia fi-
lij Israël claritatem vultus eius sustinere non poterant, & sicut dicit
Apostolus, hoc velamen adhuc hodie est super corda Iudæorum. Se-
cundum, videlicet cortina quæ in quadragesima in officio missæ an-
te altare extenditur significatum est in hoc, quod velum infra taber-
naculum erat suspensum, quod diuidebat sancta sanctorum à sanctis *2. Cor. 3*
vt dicetur in prooemio quartæ partis: per quod arca populo velaba-
tur, & erat miro opere contextum, & pulchra varietate distinctum:

quod

quod in passione Domini scissum est: & illius exemplo hodie cortinæ varia pulchritudine texuntur. De præmisso velo, & quales debent esse cortinæ habetur Exod. xxvj. & xxxvj. cap. Tertium inde tunc habuit originem, quia in primitiua ecclesia peribolus, id est, paries, qui circuit chorum non eleuabatur, nisi vsque ad appodiationem, quod adhuc in quibusdam ecclesiis obseruatur: quod ideò fiebat, vt populus videns clerum psallentem, inde bonum sumeret exemplum. Veruntamen hoc tempore quasi communiter suspenditur, siue interponitur velum aut murus inter clerum & populum, ne mutuo se conspicere possint: quasi ipso facto dicatur: Auerte † oculos tuos, ne videant vanitatem, &c. In parasceue verò omne tollitur velum: quia in passione Domini velum templi scissum est: & per eam reuelata est nobis regis spiritualis intelligentia, quæ anteà latebat, vt præmissum est, & aperta est Regni cœlestis ianua, & est data nobis fortitudo, vt vinci, nisi velimus, à carnali concupiscentia, nequeamus. Veruntamen velum, quod diuidit Sanctuarium à clero, retrahitur vel eleuatur in vespera cuiuslibet Sabbati quadragesimæ, quando officium diei dominicę inchoatur, vt clerus possit in Sanctuarium intueri, quia dominica recolit resurrectionem: Hoc †etiam ideo fit in sex diebus dominicis, quia nulla fuit ætas, in qua non fuerit gaudium æternum. Gaudium quidem figuratum quod cœlo velatur, quod per velum illud significatur: inde est quod diebus dominicis non ieiunamus, & hoc propter gloriam dominicæ resurrectionis. Nam prima dominica, significat gaudium, quod habuerunt primi parentes in paradiso ante peccatum. Secunda dominica figurat gaudium, quod pauci habuerunt in arca Noë aliis omnibus diluuio submersis. Tertia, quod habuerunt filij Israël, aliis sub Ioseph fame afflictis. Quarta, quod habuerũt sub Salomone, in pace viuentes. Quinta, quod habuerunt redeuntes de captiuitate Babylonis. Sexta, quod discipuli habuerunt à resurrectione vsque ad ascensionem: quando cum eis præsentialiter fuit sponsus. In festiuitatibus † etiam nouem lectionum quadragesimæ velum ipsum eleuatur vel retrahitur. Sed hoc non habetur de primaria institutione ecclesiæ, quia tunc nullum festum celebratur in quadragesima solenniter. Sed si aliquod festum occurrebat, quacunque die occurreret, in sabbato, & in dominica, de eo commemoratio fiebat, prout in canone Martini Papæ habetur xxiij. quæst. iij. non oportet. el j. & c. non licet & in Bucardo libr. xiij. & hoc totum propter temporis illius tristitiam. Posteà vsus in contrarium obtinuit, vt videlicet festum ix. lectionum in suo die soleuniter celebretur, & nihilominus ieiunetur. † Rursus cortinæ in festiuitatibus extenduntur in ecclesiis propter ornatũ, vt per visibiles ornatus ad inuisibiles moueamur: quæ sunt quandoque variis coloribus coloratæ, vt præmissum est vt ex diuersitate colorum ipsorum notetur, quod homo, qui est Dei templum, ornatus esse debet varietate seu diuersitate virtutum. Cortina alba, signat vitæ

Matt. 27

Psal. 118
Matt. 27

munditiam,

munditiam, rubea, charitatem, viridis, contemplationem, nigra, carnis mortificationem, liuida, tribulationem. Adhuc super cortinas cãdidas suspenduntur quandoque panni varij coloris, ad notandum quòd cor nostrum purgatum esse debet à vitiis, & in eo debent esse cortinæ virtutum, & varietates bonorum operum. † Porrò in festo natiuitatis Domini quędam ecclesiæ nullos suspendunt pannos, quędam viles, & quædam bonos. Quæ nullos suspendunt, nostrum figurant ruborem. Etsi enim maximum sit nobis gaudium de nato Saluatore, non tamen esse debemus sine rubore pro eo, quòd tantum fuit nostrum peccatum, quòd Dei filius seipsum propter nos exinaniuit formam serui accipiens, & propterea etiam in ipsius obitu nõ † cum lætitia solennizamus, sed acerrimum ieiunium facimus, cùm tamen in aliorum sanctorum obitu læti solennizemus, & aliquantulum lautiùs in cibo & potu nobis indulgeamus, prout in vj. parte sub parasceue dicetur. Rubor quippè nobis est, quòd Dominus mortuus est propter peccata nostra, sancti verò non propter peccata nostra, sed propter Christum passi sunt. Qui viles suspendunt, figurant quòd Dominus seruilem induit formam, & quòd vilibus pannis eo die inuolutus fuit. Qui bonos, gaudium de Rege nato habitum attendunt, & quales esse debeamus in receptione tãti hospitis ostendunt. † In quibusdam ecclesiis altare in paschate pretiosis ornatur palliis, & superponũtur velamina trium colorum, rubeum, subalbum, & nigrum: quę tria tempora designant. Prima lectione & responsorio finitis remouetur velamen nigrum, quod tempus ante legem significat. Secunda lectione & responsorio finitis remouetur subalbum, quod tempus sub lege designat. Tertia finita, remouetur rubeum, quod tempus gratiæ significat, in quo per Christi passionem ad sancta sanctorum, & ad æternam gloriam nobis aditus patet. De pannis verò & vestimentis altaris, in tractatu de altari, dictũ est. † In præcipuis festiuitatibus thesauri ecclesiæ in publicum educũtur, propter tria. Primò propter considerationem cautelæ, vt videlicet appareat quod cautus fuerit in seruando, qui illum seruare tenetur. Secundò, propter solennitatis veneration em. Tertiò, propter oblationis memoriam, videlicet in memoriam illorum, qui prius ea ecclesiæ obtulerunt. Quod autem Ecclesia intus & non extrà, festiuè ornatur, mysterialiter innuit quod omnis gloria eius abintùs est. extrà de sac. vnc. licet enim exteriùs despicabilis sit, in anima tamen, quæ sedes Dei est, radiat, iuxta illud: Nigra sum, sed formosa, &c. & Dominus per Prophetam: Etenim hæreditas in præcla. est mi. Propheta etiam considerans hoc ait: Domine dilexi decorem domus tuæ, quam spiritualiter fides, spes, & charitas exornant. Ecclesia quoque materialis, & etiam spiritualis mundari debet, de quo, in vij. parte sub titu. de Pascha & de v. feria cœnæ dicetur. In nonnullis ecclesiis duo ona struthionum, & huiusmodi quæ admirationẽ inducunt, & quæ rãrò videntur, consueuerunt suspendi:

Philip. 2

Cant. 1

Luc. 22

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt per hoc populus ad ecclesiam trahatur & magis afficiatur. † Rursus 43
aiunt quidam, quod struthio tanquam auis obliuiosa derelinquit in
fabulo oua sua. demum quædam stella visa recordatur, & redit ad illa
aspectu suo fouens ea. oua ergo in ecclesiis suspenduntur ad notan-
dum, quod si homo propter peccatum à Deo derelictus sit, tandem
diuino lumine illustratus, recordatus delictorum suorum pœnitue-
rit, & ad ipsum redierit per aspectum lumine illius fouetur: per quem
etiam modo dicitur in Luc. quòd respexit Dominus Petrum postquã
Psalm.25 negauit Christum. l. distinct. fidelior. suspenduntur etiam, vt in illis v-
nusquisque contempletur quòd homo facile Deum obliuiscitur, nisi
per stellam, id est, Spiritus sancti gratiam influentem illustratur ad
eum redire per bona opera recordetur. † Sanè in primitiua Ecclesia 44
sacrificium fiebat in vasis ligneis, & vestibus communibus, tunc enim
erant lignei calices, & aurei sacerdotes: nunc verò econtrà est Sed Se-
uerinus Papa, instituit quòd in vitreis fieret: quia verò illa fragilia
erant, ideò Vrbanus Papa, & etiam concilium Remen. de consec. dist.
j. vt calix. & de celebr. miss. c. fina. statuit quòd in argenteis vel aureis
vasis sacrificetur, vel propter paupertatem in stanneis qui non erugi-
nantur: non tamen in ligneis, vel ex auricalco. Non ergo debet esse
de vitro propter periculum effusionis: non de ligno, quia cùm sit po-
rosum, & spongiosum corpus sanguinem absorberet: non de ære vel
auricalco, quoniam ob viri virtutem ærugitum vel vomitum prouo-
caret. † Et nota quòd calicis nomen à veteri & no. Testamento origi- 45
nem traxit. Hier. xij. Calix aureus Babylon inebrians omnem terram.
& Dauid. Calix in domo Domini vini meri plenus musto. & alibi: Ca-
licem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Item in euan-
gelio: Potestis bibere calicem illum, quem ego bibiturus sum? Item,
Accipiens calicem gratias egit. Calix autem aureus significat thesau-
ros sapientiæ in Christo absconditos, argenteus, munditia culpæ, stã-
neus innuit similitudinem culpæ & pœnæ. Stannum enim est medium
inter argentum & plumbũ, & caro Christi licet non fuerit plumbum,
id est peccatrix, fuit tamen carni similis peccatrici: & licet non fuerit
argentum, id est, passibilis propter suam culpam, fuit tamen passibilis
propter nostram culpam, quia languores nostros ipse tulit & do. n. ip-
se por. De calice & patena dicetur sub titu. de cõsec. & vnctionibus. † 46
Nempè si quis tenui religione tentus dicat quòd Dominus præcepit
Mosi vt cuncta vasa tabernaculi in omnes vsus & ceremonias ex ære
faceret, vt legitur Exod. xxvij. & xxviij c. quodque huiusmodi pretio-
sa vasa & ornamenta poterant venundari, & dari pauperibus, si milis
est Iudæ, & mulieri vnguentariæ contrarius: hoc enim agimus, non
quòd Deo minus vilia ornamẽta delectent, quam aurea, sed quia cùm
homines id quod diligũt, Deo libenter offerunt: per diuinam latriam
suam vincunt auaritiam. Prætereà hæc diuinæ pietatis officia morta-
lia sunt, & futuræ gloriæ significatiua. Vnde etiam in veteri lege ex
auro

auro & hyacintho purpura cocco distincto & bysso retorta, & aliis
pretiosis super humerale fieri præcipitur, vt quanta Sacerdos virtutũ
diuersitate clarescere debeat, demonstretur: & altare & propitiato-
rium ac candelabrum, & alia vasa & ornamenta altaris ex auro fieri
& argento. Exod. xxv. & xxx. & xxxviij. cap. tabernaculum quoque ex
diuersis pretiosis fieri præceptum est, prout dictum est sub tit. de ec-
clesia. Legalis enim pontifex aliis diuersis pretiosis vtebatur orna-
mentis, prout dicetur in tertia parte, sub titu. de legalibus indumen-
tis. De hoc etiam sub titu. de ecclesiæ dedicatione, prope principium
47 dicetur. † Porrò prohibitum est in concilio Aurelia. ca. dist. ad nuptia-
rum, ne diuina mysteria præstentur ad nuptianum ornatum: ne im-
proborum tactu vel pompa secularis luxuriæ polluãtur, quo nimirum
ostenditur, quòd ex veste cuiuscunque personæ fieri non debet casu-
48 la, vel aliquis alius sacris mysteriis depurandus ornatus. † Stephanus
quoque Papa statuit ca. dist. vestimenta. ne vestimẽtis ecclesiæ in aliis
vsibus quis fruatur, quodque nisi à sacratis hominibus tangantur, ne
vltio quæ Balthasar regem Babyloniæ percussit, super hoc transgre-
49 dientes veniat. † Clemens etiam Papa statuit. ca. dist. nemo. ne mortui
sepeliantur, vel inuoluantur seu operiantur vel etiam feretrum cum
palla, id est, pannis altaris, aut cum mappa, qua calix inuoluitur, seu
50 cum qua sacerdos manus post consecrationem tergit. Quando † vero
pallæ, id est, corporalia, & vela, id est, ornamenta altaris seu cortinæ
super altare pendentes sordidatæ fuerint, diaconi cum ministris hu-
1 milibus illa lauent intra sacrarium & non extra. Pro velis autem la-
uandis, quæ ad cultum altaris pertinent, noua peluis habeatur. Pallæ
verò, id est, corporalia in alia pelui lauentur. Vela quoque ianuarum,
id est, cortinæ quæ extenduntur in ecclesiis in festis & quadragesima,
in alia pelui lauentur. Hinc est, quòd statutum est in concilio Ilerd.
de consec. dist. iiij. omnis quod ad corporale lauandum & ad pallas al-
taris propria habeantur vasa foris, in quibus nihil aliud lauetur. Sed
secundum eodem Clemente ca. dist. altaria si altaris palla, id est, vesti-
menta altaris vel cathedræ in qua in qua solet sacerdos sacris vesti-
bus indutus, vel candelabrum, vel velum, id est, pannus vel cortina
super altare pendens fuerint vetustate consumpta, crementur: & ci-
neres, vel in baptisterio vel in pariete, aut in fossis pauimentorum,
vbi non fit transitus iactentur. Et not. quòd Ecclesiastica ornamenta
benedicuntur, vt dicetur, sub tit. de consecrationibus & vnctionibus.

SVMMARIVM.

1 *Campanæ, quid & vbi inuentæ primùm.*
2 *Campana ad quid pulsetur, & benedicatur.*
3 *Tubarum vsus, olim fuit loco campanarum.*
4 *Campanæ prædicatores signant.*
5 *Metalli duritia, quid notet.*

6 *Prælatus iners & expers scientia, est quasi campana sine plectro.*
7 *Lignum in quo pendent campanæ quid notet.*
8 *Funis à campana pendens, quid significet.*
9 *Campanæ ad diuina officia, quoties interdiu pulsentur, & quoties noctu. num. 10.*
11 *Tintinabulorum genera sex, quibus vtitur ecclesia.*
12 *Campanæ quot diebus quadragesimæ sit otium.*
13 *Campanæ cur pulsentur, quoquam moriente. Et quare in supplicationibus. num. 14.*
15 *Campanæ cur pulsentur concitata tempestate.*

De campanis. CAP. IIII.

CAmpanæ sunt † vasa ænea, in Nola ciuitate Campaniæ, primò 1
inuenta: maiora itaque vasa Campanæ à Campania regione, minora verò Nolæ, à Nola ciuitate dicuntur. Pulsatur † autã & benedicitur campana, vt per illius tactum & sonitum fideles inuicẽ inuitentur ad præmium, & crescat in eis deuotio fidei: fruges, mentes & corpora credentium seruentur, procul pellantur hostiles exercitus, & omnes insidiæ inimici, fragor grandinum, procella turbinum, impetus tempestatum & fulgurum temperentur infestaque tonitrua, & ventorum flamina suspendantur, spiritus procellarum & aëreæ potestates prosternantur, & vt hoc audientes confugiant ad sanctæ matris ecclesiæ gremium, ante sanctæ Crucis vexillum, cui flectitur omne genu, &c. sicut hæc singula in benedictionibus campanæ habentur. Sciendum † 2
autem est, quòd campanæ quarum sonoritate conuenit populus ad ecclesiam ad audiendum, & clerus ad annuntiandum mane misericordiam Domini, & virtutem eius per noctem, extrà de hominibus Ioan. 1. distinct. ius militare. significant tubas argenteas, quibus in veteri lege populus ad sacrificandum accersebatur, de quibus dicitur in vj. part. sub Pentecost. quemadmodum enim vigiles in castris tubis, sic & Ecclesiarum ministri campanarum sonitu se excitant, vt contra insidiantem diabolum pernoctent: signa igitur nostra ænea sonoriora sunt tubis veteris legis, quia tunc notus erat Deus in Iudæa tantùm, nunc verò in omni terra. Sunt etiam durabiliora, significant enim prædicationem noui Testamenti fore amplius duraturam tubis & sacrificiis veteris legis, quia vsque ad mundi finem. Siquidem † campanæ prædicatores significant qui fideles ad simili- 4
tudinem campanæ ad fidem vocare debent, quod significatum est in eo quòd Dominus præcepit Mosi, vt faceret vestem summo pontifici habentem lxxij. tintinnabula, quæ sonarent cum Pontifex in sancta sanctorum ingrederetur. xliij. distinct. fit rector. Ipsum ergo vas, os prædicatoris designat, iuxta illud Apostoli: Factus sum velut æs sonans, siue cymbalum tinniens. Duritia † metalli fortitudinem 5
designat in mente prædicatoris, vnde Dominus: Dedi frontem tuam duriorem

duriorem frontibus eorum: Plectrum seu ferrum quod interius ex vtraque parte feriens sonum reddit, doctoris linguam, quæ scientia
6 ornatur, & quæ vtrunq; testamentum resonare facit figurat. † Prælatus ergo absq; scientia prædicationis, erit quasi campana sine plectro: iuxta illud Greg. Sacerdos si prædicationis est inscius, quã clamoris vocem daturus est, præco mutus, est etiam quasi canis mutus, latrare nõ valens. Ipsa verò percussio denotat quòd prædicator primùm debet per correctionẽ in se vitia ferire, & postmodum ad aliena exprobranda accedere, ne contra doctrinã Apo. aliis prædicans ipse reprobus inueniatur. iij. q. vij. quod testatur Psa. Peccatori autẽ dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentũ meum per os tuum? Sanè namque actionis exemplo plerũq; accendit, quos eruditione sermonis mouere nequit. vij. quæst. j §. quod verò. Vinculũ verò quo plectrum vasi coniungitur seu ligatur, est moderatio, qua lin-
7 gua temperatur, qui ad tractum cordis, id est, authoritate scripturæ linguam mouet prædicatoris: Lignum † in quo campana pendet, lignum dominicæ crucis significat, quòd ideò quãdoque à superioribus cõtinetur, quia Crux ab antiquis Patribus nuntiatur. Instrumẽta quibus ipsum lignum alligatum seu affixum est, oracula sunt Prophetarum. Ligatura verò ferrea, qua campana ligno coniungitur, charitatẽ denotat, per quam prædicator indissolubiliter cruci affixus gloriatur dicens, Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini no. Cauilla ligno affixa, qua mediãte campana pulsatur, rectã prædicatoris mentem significat: quæ diuinis mandatis inhærens, illa fidelium auribus
8 per frequẽtem pulsationem inculcat. † Funis autem ab illa pendens, qua cãpana pulsatur, est humilitas seu vita prædicatoris: funis etiam ipse vitæ nostrę mensuram ostendit. Ad hæc, cùm funis initiũ habeat à ligno, in quo cãpana pendet, per quod crux dominica intelligitur, rectè sacrã Scripturam à ligno sanctæ crucis descendẽtem, designat: sicut etiam funis ex tribus est funiculis: ita & Scriptura ex trinitate consistit, scilicet ex historia, ex allegoria & ex moralitate: funis ergo descendens à ligno in manu sacerdotis, est Scriptura à mysterio Crucis descendẽs in ore prædicatoris. Rursus ideò funis, vsq; ad manus quibus continetur, extenditur, quia Scriptura vsq; ad opera transire debet. Funis quoque eleuatio & depressio in pulsando, denotat quod sacra Scriptura aliquãdo loquitur de altis, aliquando de inferioribus seu quod prædicator aliquãdo propter aliquos alta dicit. viij. quęst. j. oportet. xliij. distinctio. §. fin. quandoque propter alios cõdescendit, iuxta illud Apostoli: siue extendimus propter Deum, siue condescẽdimus propter vos. Adhæc sacerdos deorsum funẽ trahit, dũ ad actiuam vitam à contemplatione descendit: ipse verò sursum trahitur, dum Scriptura docente in contẽplatione erigitur. Deorsum etiã trahit, dum Scripturam ad literã, quæ occidit, intelligitur: sursum trahitur, dum spiritualiter eam exponit. Rursus secundum Gregor. deor-

sum trahitur,& sursum trahitur,dum in ea se metitur, quãtum videlicet in imis iaceat. & quantũ ad bona faciẽda proficiat. Sed & quãdo ex tractu funis campana resonat, populus ad expositionem sacræ Scripturæ adunatur,prædicator auditur.& populus in vnitate fidei & charitatis vnitur.Sacerdos itaque, qui se recognoscit prædicationis debitorem,non se subtrahat à mouendis signis,quoniam & filij Aaron clangebant tubis. Funem ergo mouet, qui fratres aut populum ex officio conuocat. Anulus in fune chordæ per quem in plerisque locis chorda trahitur, est corona præmij seu perseuerantia in finem, vel est ipsa diuina Scriptura. Porro Sauinianus Papa statuit vt horæ diei,per Ecclesias pulsentur.Et†nota,quòd ad diuina officia per duo- 9
decim dici horas campanæ communiter duodecies pulsantur, videlicet in prima hora semel, & in vltima similiter semel, quia ab vno Deo omnia, & idem vnus erit omnia in omnibus. In tertia, pulsatur ter pro secunda,tertia quarta horis quæ sub illis cantantur.Similiter & vj. ter pro tribus, videlicet pro v. vi. vij. horis. Similiter in ix ter pro tribus.Ad vesperas verò,quæ est ix.hora, non solùm semel sed multipliciter: quia in tempore gratiæ multiplicata est prædicatio Apostolorum. Item in nocte ad matutinum sæpè, quia sæpè exclamandum est:Exurge qui dormis,& exurge à mortuis. † Communiter tamen ter pulsatur in nocturnis.Primò,cum squilla, quæ significat Paulum acutè prædicantem.Secunda pulsatio, significat Barnabam sibi associatũ.Tertia innuit,quod Iudæis repellentibus verbum Dei,Apostoli conuerterunt se ad Gentes,quas in fide Trinitatis quatuor Euangeliorum imbuerunt disciplinis: vnde & quidam quater 10
pulsant.†Et not.sex esse genera tintinnabulorum,quibus in Ecclesia 11
pulsatur,scilicet squilla,cymbalum, nola, nolula seu dupla campana, & signum squilla pulsatur in triclinio, id est in refectorio. Cymbalũ in clausstro.Nola in choro.Nolula seu dupla campana, in horologio. Campana in campanali. Signum in turri. Quodlibet tamen horum potest generaliter tintinnabulũ nuncupari. Variis ergo designantur vocabulis, quia prædicatores per illa designati ad multa necessarij sunt.† Sanè in tota septuagesima sub qua quadragesima continetur 12
in diebus profestis non debet compulsari,nec depulsari, sed simpulsari,id est simpliciter pulsari ad horas diei vel matutinas. In Ecclesiis tamen bene ordinatis bis pulsatur ad primam:primò ad inuocandũ, secundò ad inchoandum:in tertia ter, secũdùm numerum horarum quæ sub illo pulsantur,vt præmissum est:vna ad inuocandum,alia ad congregandum,tertia ad inchoandum.Similiter fit in vj. & ix. & eædem campanæ,& eodem ordine pulsantur ad matutinas simpliciter. Ad missam verò & ad vesperas,duabus duntaxat campanis pulsatur In minoribus verò Ecclesiis simpliciter tantùm pulsandum est,iuxta præmissa.& hoc in feriis In dominicis verò & in solennibus diebus, prout in aliis temporibus compulsatur.Quia enim prędicatores,qui

per

per campanas figurantur,tempore gratiæ celebriùs abundant, & opportunè & importunè instant:idcirco in festis,quæ ad gratiam pertinent,campanæ tumultuosiùs tinniũt & prolixius cõcrepant, vt dormientes & ebriosos excitent, ne dormiant vltra modum. Quid autẽ significet compulsatio,quando cantatur:Te Deũ laudamus. in quin- 13
ta parte sub titulo de nocturnis dicetur. † Verùm aliquo morìente campanæ debẽt pulsari, vt populus hoc audiẽs oret pro illo:pro muliere quidem bis,pro eo quòd ipsa inuenit asperitatem. Primò enim fecit hominem alienum à Deo,quare secunda dies non habuit benedictionẽ Pro viro verò ter pulsatur, quia primò inuenta est in homine Trinitas.Primò enim formatus est Adam de terra,deinde mulier ex Adam,posteà homo creatus est ab vtroque : & ita est ibi Trinitas. Si autẽ clericus sit,tot vicibus simpulsatur, quot ordines habuit ipse. Ad vltimum verò compulsari debet cum omnibus campanis, vt ita sciat populus pro quo sit orandum Debet etiam compulsari,quando ducimus ad Ecclesiam, & quãdo de Ecclesia ad tumulũ deportatur.
14 † Cæterùm campanæ in processionibus pulsantur, vt dæmones timentes fugiant, prout in quarta parte sub titulo de accessio.Pontifi. ad alta dicetur.Timent enim auditis tubis Ecclesiæ militantis, scilicet campanis,sicut aliquis tyrannus timet audiens in terra sua tubas
15 alicuius potentis regis inimici sui. † Et hęc etiam est causa quare Ecclesia videns concitari tempestatem, campanas pulsat, scilicet vt dæmones tubas æterni regis,id est,campanas audiẽtes,territi fugiãt, & à tempestatis concitatione quiescãt, & vt ad campanæ pulsationẽ fideles admoneantur,& prouocentur pro instanti periculo orationi insistere. Silẽt autem cãpanæ triduo ante Pascha, vt dicetur in sexta parte sub quinta feria cœnæ. Rursus campanæ tempore interdicti silent,quia sæpè ob delictum subditorum, impeditur lingua prædicatorum,iuxta illud Prophetæ:Linguam tuam adhærere faciam palato tuo,quia domus,id est,populus exasperans, id est inobediens est. extrà de renunt.cap.nisi.§.propter.Habet etiam Ecclesia organa,de quibus in quarta parte sub titul.de sanctis,dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Locorum venerabilium quæ nam sint necessitati humanæ dedicata.*
2 *Loca sacra quæ sint,quæ sancta,& quæ religiosa.nu.3.*
4 *Cœmeterium,quid,& vnde dictum.*
5 *Polyandrum,quid.*
6 *Sepulchrum quid.*
7 *Mausoleum,à Mausolo dictum.*
8 *Dormitorium vnde dictum,vnde tumulus,vnde ergastulum.*
9 *Sarcophagus,quid:quid Pyramis.*
10 *Bustum,quid.*
11 *Cœmeterium vnde duxerit initium.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

12 *Sepeliri non debent omnes intra ecclesiam, & quinam.*
13 *Sepeliendi antiquitus mos, & inde hodiernus.*
14 *Sepelire qui debeant in cœmeterio.*
15 *Mulier moriens in partu, an sit in Ecclesia sepelienda. Quid de partu. num.16.*
17 *Vir & vxor an eodem sepulchro sint condendi.*

De cœmeterio, & aliis locis sacris, & religiosis.

CAPVT V.

NVnc de cœmeterio & aliis locis sacris ac religiosis dicamus. Sanè venerabilium locorum alia sunt humanæ necessitati deputata, alia orationi dedicata. † Loca humanę necessitati deputata sunt 1
zenodochium, zenostocium, quod idem est, vasochonium, ieronochonium, orphanotrophium, & belphotrophium. Sancti etenim patres & religiosi principes huiusmodi instituerunt loca, in quibus pauperes, peregrini, senes, orphani, & infantes, eremitæ, infirmi, imbecilles, & iamcij reciperentur & fouerentur. Et not. quod γήρων Græcè, dicitur senex Latinè. Locorum autem orationi dicatorum alia sunt sacra, alia sunt sancta, alia religiosa. Sacra † sunt quæ per manus Pontificum ritè dedicata & Deo sanctificata sunt, quæ variis nominibus appellantur, prout sub titu. de Ecclesia præmissum est. Sancta sunt loca immunitatis siue priuilegia seruitoribus & ministris Ecclesiarum deputata, de quibus videlicet sub interminatione certæ pœnæ, vel à iure, vel per speciale priuilegium interdicitur, ne quis illa violare præsumat, sicut sunt atria Ecclesiarum. xxxvij. q. iiij. si quis in atrio. & in quibusdam locis claustra, intra quæ sunt domus canonicorũ, in quibus reis cuiuscunq; sceleris cõfugientibus si se ibi receperint securitas præstatur, & secundum statuta regalia. institut. de rerum diuisione. § sanctæ portæ. & theatra ciuitatũ. Religiosa † sunt, 2
vbi cadauer hominis integrum, vel etiam caput tantùm sepelitur, quia nemo potest duas sepulturas habere. Corpus verò vel aliquod aliud membrum absque capite sepultum, non facit locum religiosum. ff. de religio. & sum. fu. cùm in diuersis. Sed & secundùm legalia instituta cadauer Iudæi, vel Gentilis, vel infantis nondum baptizati, locum in quo sepultum est, facit religiosum: secundum religionem tamẽ Christianam & canonicam doctrinam, solùm Christiani cadauer locum facit religiosum. Et not. quòd quicquid est sacrum, est religiosum, & non econtrà. Cæterùm locus iste, locus religiosus diuersimodè appellatur, videlicet cœmeterium, polyandrium, siue andropolis, quod idem est. Item sepulchrũ Mausoleum, quod etiam idem est, dormitorium, tumulus, monumentum, ergastulum, sarcophagus, pyramis, bustum, vrna, & spelunca. † Cœmeterium dicitur à 3
cimen,

cimen, quod est dulce, & sterion, quod est statio: ibi enim dulciter defunctorum ossa quiescunt, & Saluatoris aduentum expectant. Vel quia ibi sunt cimices, id est, vermes vltra modum fœtentes. * πολυάνδριον † dicitur, quasi pollutum antrum, propter cadauera hominũ ibi sepultorum. Vel πολυανδρεῖον interpretatur multitudo virorum, πολὺ quod est pluralitas, & ἀνδρὸς, quod est viri: & secundùm hoc propriè dicitur cœmeterium propter multitudinem hominũ ibi sepultorum. 6
Similiter, & andropolis, quod idem est. † Sepulchrum dicitur, quasi sine pulsu, quia qui ibi sepelitur, pulsu caret, vel est locus, vbi ossa 7
conduntur. Mausoleum, dictum † est à quodam, qui dictus est Mausolus, qui fuit diues & potens, & ab Artemesia eius vxore valde dilectus: adeò quòd eo defuncto ipsa gloriosum cõstruxit ei sepulchrum, quod vocauit Mausoleum, à nomine viri sui. Et inde igitur mos inoleuit, vt quælibet pretiosa sepultura, Mausoleum nuncuparetur. 8
xcvj. distinct. bene quidem. prope princip. † Dormitorium, dicitur à dormiendo, quia ibi corpora sanctorum quiescunt, qui in Domino moriuntur. Tumulus dicitur, quasi tumens tellus: quoniam homine in terra sepulto, terra aliquantulum eleuatur. Monumentum dicitur, quia mouet mentem cuiuslibet inspicientis, vt recordetur, quòd cinis est, & in cinerem reuertetur. Ergastulum dicitur ab ἔργον, quod est fructus, rus: vel ab ἐργασία, quod est opificium, opera, labor, lucrum, & sterion, quod est statio, ibi enim requiescunt corpora eorum, qui in Domino moriuntur: vnde Beati mortui qui in Domino 9
moriuntur: amodo iam dicit illis spiritus, &c. † Σαρκοφάγος, dicitur à σάρξ, σαρκὸς, quod est caro, & φάγειν, quod est comedere: quia ibi caro comeditur, id est consumitur. Pyramis dicitur à πῦρ, quod est, ignis: quia corpora igne cremata & incinerata ibi recondebantur, vel quia sicut ignis à lato incipit, & tendit in acutum, sic & pyramis, & est genus altissimæ sepulturæ: tale est Romæ, in quo fuerunt cineres Iulij Cæsaris collocati. Et corrupto vocabulo vulgariter vocatur acus sancti Petri, * quæ tamen Iulia dici deberet. Similem pyramidem fieri fecit Cæsar iuxta Turonum prope ripam Ligeris, & recluſit ibi cineres 10
cuiusdam militis amici sui interfecti. Bustum † verò, à nomine contenti, nomen traxit, continentis locus, videlicet in quo busta siue humana corpora sepeliebantur. Vrna dicta est eo, quòd antiquitus moris fuit humana corpora Rogo comburere, & cineres in terreis vrnis collocatos seruare. Spelunca quandoque dicitur duplex, vt iam dicetur. † Cœmeterium initium habuisse dicitur ab Abraham, qui emit 11
agrum ab Ebron, in quo erat duplex spelunca, vbi ipse sepultus est & Sarra, & Isaac, & Iacob, & Adam, & Eua: propterea enim emit vt sibi & suis sepultura esset. Duplex spelunca ideò ibi erat, quoniam duo ibi sepeliebantur contiguè: scilicet vir & vxor, vel in vna viri, & in altera mulieres: vel vnicuique illic sepeliendo duplex spelunca in modum cathedræ fiebat: vnde dicit Hier. quòd treș patriarchæ sepulti

sunt in ciuitate Ebron in spelunca duplici, cum tribus vxoribus suis. Sepeliebantur autem quasi sedentes : & superior pars spelunceæ, quæ truncum capiebat à natibus suprà dicebatur vna spelunca : pars verò inferior, quæ capiebat pedes, crura, & femora, dicebatur alia spelunca. † Sanè non debent passim omnes intra Ecclesiam sepeliri: videtur 13
enim quòd locus sepulturæ non prosit. extrà de sepulturis sacris. Lucifer namque de cœlo fuit prostratus, & Adam de paradiso eiectus, & quæ loca his meliora sunt. Item Ioab in tabernaculo interfectus est, & Iob in sterquilinio triumphauit. Imo obesse videtur si quis indignus peccator in Ecclesia sepeliatur. xiij. quęst. cùm gratia. Legitur enim in dialogo beati Gregorij, libro quarto. cap. lvj. quòd cùm quidam flagitiosus in Ecclesia beati Faustini Brixiensis sepultus fuisset, eadem nocte beatus Faustinus apparuit custodi eiusdem Ecclesiæ dicens : Dic episcopo, vt proiiciat hinc carnes fœtentes, quas hîc posuit, alioquin ipso die triginta morientur. Custos verò timuit hæc dicere Episcopo & Episc. die tricesimo subitò mortuus est. Legitur etiá ibidem. c. lvij. de quodam alio qui sepultus fuit in Ecclesia, quòd cadauer eius posteà inuētum fuit extra Ecclesiam, & linteamina remanserunt in loco suo. & August. inquit. xij. q. ij. & ca. seq. Quos peccata grauiora deprimunt, si in locis sacris sepelire se faciunt restat vt de sua præsumptione iudicētur: quia eos sacra loca non liberant, sed culpa temeritatis accusat. Nullū ergo corpus debet in Ecclesia aut prope altare, vbi corpus Domini & sanguis conficitur, sepeliri, nisi corpora sanctorum patrum, qui dicuntur patroni : id est defensores, qui meritis suis totam defendunt patriam, & Episcopi, Abbates, & digni presbyteri & laici summæ sanctitatis xiij. q. ij. præcipiendum. & c. nullus. sed cuncti debent circa Ecclesiam sepeliri, putà in atrio, aut in porticu, aut exedris, siue voltis Ecclesiæ exterius adhærētibus, aut in cœmeterio: vt in c. præcipimus & in eo c. non æstimemus. Dicunt enim quidam, quòd locus triginta pedum circa Ecclesiā debet ad hoc consecrari: alij verò solùm circuitionem quam facit Episcopus dedicans Ecclesiam, ad hoc sufficere dicunt. Augustinus dicit in libro de Cura pro mortuis agenda, in fine, quòd sepelire apud martyrum memorias, in hoc defuncto prodest, vt commendans eum etiam in martyrum patrocinio affectus pro illo supplicationis augeatur. † Antiqui- 14
tùs solebant homines in propriis domibus sepeliri, sed propter cadauerum fœtorem statutū fuit, vt extra ciuitatem sepelirentur: & quendam locum communem sanctificatum ad hoc deputabant. Nobiles verò sepeliebantur super montes, & in medio mōtium, & in radicibus eorum, & in propriis. Cæterùm si quis in obsidione interficiatur, nec possit cœmeterium haberi, sepeliatur in loco, vbi potest. Si verò negotiator vel peregrinus moriatur in æquore, & fuerit terra vicina sepeliatur ibi: quòd si portus remotus sit, in aliqua insula propinqua sepeliatur. Si autem terram non videant, fiat ei domuncula de lignis, si

haberi

haberi possunt & proiiciatur in mare. † In cœmeterio autem Christianorum, nonnisi Christianus baptizatus sepeliri debet. de hoc in c. ex parte. de sepul. nec tamen omnis, quoniam nullus ex maleficio interfectus, si maleficium sit mortale peccatum, vt si sit interfectus in adulterio vel latrocinio, vel in ludis Gentilium, extrà de tornea. cap. & nullus. & laici summæ sanctitatis. xiij. q. ij. Et idcò vbi quis inuenitur mortuus, ibi sepeliatur propter dubium causæ mortis eius. Si verò quis subitò moriatur in ludis consuetis, vt in ludo pilæ, sepeliri potest in cœmeterio, quia nemini nocere intendebat. Sed quia mundialibus occupabatur, aiunt quidam quòd sepeliri debet sine Psalmis, & sine cæteris mortuorum exequiis. Sed & si quis impetens alium in rixa vel tumultu, impœnitens moriatur, nec sacerdotem petiit, non debet sepeliri in cœmeterio. vt quidam dicunt, sicut nec is qui manu propria mortem sibi conscinit. xxiij q. v. si non licet. & ca. cùm homo. de pœ. dist. iij. Iudas. secùs si vim ad tutelam sui, vel suorum repellebat, & aliàs in pœnitentia remanebat. Si verò non propter aliquam manifestam causam, sed solo Dei iudicio quis subitò moritur, potest in cœmeterio sepeliri. Iustus enim in quacūque hora moritur, saluatur, præsertim si dabat operam alicui rei licitæ. Defensori iustitiæ, & pugnanti in prælio iusto occisis, cœmeterium, & officium liberè conceduntur: interfecti tamen in Ecclesia non portentur, ne pauimentum sanguine polluatur. Sed si aliquis rediens de lupanari vel de aliquo loco, vbi fornicatus sit, in via occidatur, vel aliquo casu consistens moriatur, non sepeliatur in communi cœmeterio & hoc si legitimè probari potest eum fornicatum fuisse, nec constat eum posteà confessum, vel contritum fuisse de 15
pœn. dist. v. c. j. aliôquin sepeliri debet. Rursus † mulier moriens in partu, non debet in Ecclesia poni, vt quidam dicunt, ne pauimentum Ecclesiæ sanguine polluatur, sed extra Ecclesiam ei dicatur obsequium, & in cœmeterio sepeliatur : quod non placet, aliôquin pœna sibi verteretur in culpā. v. dist. baptizari. Vnde licitè in Ecclesiam fertur, ita tamen quod Ecclesia à maculis corporis ne polluatur, diligen- 16
ter caueatur. † Partus tamen de ventre ipsius extractus mortuus, & non baptizatus extra cœmeterium sepeliatur. Sunt tamen quidam, qui dicunt, quod partus viscerum esse censetur de consecr. dist. iiij. si quicquid. Sanè † vir & vxor in eodem sepulchro ponēdi sunt. xiij. q. ij. 17
vnaquæq;. extrà de sepul. de vxore, exemplo Abrahæ & Sarræ, vbi specialem nō elegerint sepulturam: vnde & Tobias præcepit filio, vt cùm mater ipsius compleuisset dies suos, locaret eam in eodem sepulchro cum eod. xiij. q. ij. Ebron. Item quilibet in sepulchro parentum tumulandus est, nisi ex deuotione alibi elegerit sepeliri. ead. q. soror. xiij. q. ij. c. fi. Cæterùm in concilio Magun. de consecr. dist. vlt. c. fin. statutum est, quòd suspensi, qui pro suis peccatis pœnam extremam persoluunt, ex quo confessi sunt vel confiteri de siderauerūt, & communicauerunt, in cœmeteriis sepeltri possunt, & oblationes & missæ fieri

pro eis.

pro eis dist. vlti. c. fi Qualiter humanum corpus sepeliendum sit, dicetur in vij. parte, sub tit. de offic. mortuorum.

ANNOTATIO.

* Fœtentes.) Verbi etymologiam vnde duxerit Author, non satis cõstat. Sed fortè id criminis irrepsit Typographi aut insciti, aut certè negligentia. Κοιμητήριον enim ductũ est à κοιμάω, quod Latinè sonat sopio, dormio, obdormio. Inde etiam κοίμησις dormitio, & κοιμητήριον dormitoriũ. Athenæus enim scribit domum in qua hospites dormiebant, hoc nomine appellatam. Non absurdè igitur locum sepulturæ destinatum, Cœmeterium appellamus: ibi enim mortui dormire dicuntur. Religiosum illum locum Veteres dicebant. N. Doard.

ANNOTATIO.

* Petri.) Vide num potiùs arcula, in qua corpus conditur: Græcis σαρκόφαγος, quasi carnem vorans. Vnde Serapim dictum putat Varro ex sententia August. de Ciui. Dei, lib. 18. cap. 5. qui cùm Rex esset Argiuorum, Apis dictus est. Nauibus enim is transuectus in Aegyptum, cùm ibi mortuus fuisset, factus est omnium maximus Aegyptiorum Deus, non quidem in vita, sed post mortem: quia non viuum, sed mortuum demum ipsum venerari cœperunt. Inde Serapis appellatus est, ab arca videlicet, in qua positus & sepultus. Est enim σορὸς, μνῆμα, τύμβος, monumentum, arca, loculus, conditorium, quasi soroſapis, vel Sorapis, deinde vna litera, vt ferè fit, mutata, Serapis. Sarcophagus itaque dicitur, quasi carnem consumens: alias τάφος appellatur. Quod item prætexuit de pyramide, potiùs pyra legendum: ἀπὸ τοῦ πυρὸς, hoc est igne. N. Doard.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ dedicatio, vnde initium duxerit.*
2 *Ecclesias & altaria solus Pontifex potest dedicare.*
3 *Ecclesia non debet dedicari, nisi dotata priùs, idque ex iustè acquisitis: & quæ impediant eius dedicationem. 4.*
1 *Ecclesia consecratur, quinque de causis.*
6 *Ecclesiæ consecrandæ forma, & quid eorum quodque signet. num. 12. 13. 15. 18. 19. 20. 25. 26.*
7 *Anima, templum Dei.*
8 *Ecclesiæ consecratio, duo efficit.*
9 *Aquæ lustralis, quæ Ecclesia consecratur, qua & quanta sit vis, & quæ eius significatio.*
10 *Sal cur misceatur aquæ lustrali, & quid notet.*
11 *Aspersio trina aquæ lustralis, in Ecclesiæ consecratione, quid notet, & quorsum fiat.*
14 *Episcopi trina percussio ad ianuam Ecclesiæ, in eius consecratione, quid notet. & num. 16.*

21 *Alpha*

21 *Alphabetum baculo pastorali scriptum in modum Crucis, tria no. & num. 22. 23. 24.*
27 *Cruces in Ecclesia duodecim depictæ, quid signent. & num. 29.*
28 *Vexilla, sunt ditionis & potestatis signa.*
30 *Ecclesia dicitur consecrari in sanguine alicuius.*
31 *Ecclesia semel consecrata, an debeat vel possit iterum consecrari. & num. 36.*
32 *Altare semel consecratum, an iterum sit consecrandum, & quo casu. & num. 34.*
33 *Altari maiore consecrato, an alia inferiora censeantur consecrata.*
35 *Calix consecratus si deauretur, an sit consecrandus iterum.*
37 *Homo, templum spirituale, interdum polluitur.*
38 *Ecclesia, materiale templum, si polluta, reconcilianda est, & quomodo.*
39 *Ecclesia reconcilianda est, propter adulterium in ea commissum, aut alium congressum, aliàs etiam licitum.*
40 *Ecclesia reconcilianda est, propter homicidium in ea patratum, ac etiam sanguinis effusionem violentam.*
41 *Ecclesia an sit reconcilianda, propter furtum in ea admissum, aut rapinam, vel quid simile.*
42 *Ecclesia, quæ habet sepultum infidelem, vel publicè excommunicatum, reconcilianda est.*
43 *Scandalum, quid.*
44 *Reconciliatio fit etiam, ad exemplum & terrorem inducendum.*
45 *Cœmeterium, quibus casibus sit reconciliandum.*
46 *Cœmeterij vel Ecclesiæ parte vna violata, an omne censeatur violatum: & sic in qualibet parte reconciliationem desiderare.*

De Ecclesiæ dedicatione. CAP. VI.

QVia de Ecclesia & altari, in superioribus mentio facta est, consequens est, vt aliqua de illorum dedicatione subiiciamus, dicemes primò, vnde consecratio Ecclesiæ ortum habuit. Secundò, per quos. Tertiò, quare. Quartò, qualiter Ecclesia dedicetur, & quid significet tam ipsa dedicatio, quàm singula, quæ in ea aguntur: de officio
1 verò festi dedicationis Ecclesiæ, in vij. parte dicetur. Primò igitur † dicendum est, vnde dedicatio Ecclesiæ initium habuit. Super quo noquòd Moses Domino præcipiente fecit templum & sacrauit illud cum mensa & altari eius, & æreis vasis, & vtensilibus ad diuinum cultum explendum: & non solùm diuinis precibus ea sacrauit, verumetiam sancti olei vnctione Domino iubente liniuit. de consecr. distinct. j. §. j. Legitur enim Dominum præcepisse ipsi Mosi, vt chrisma conficeret, quo vngeret tabernaculum in dedicatione, & arcam testamenti. Salomon quoque, filius Dauid, iubente Domino perfecit templum cum altari, & reliqua ad diuinum cultum peragendum consecrauit, sicut in libr. Regr. habetur. iij. Reg. cap. vj. Nabuchodonosor etiam Rex

vocauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

vocauit omnes satrapas optimates, & tyrannos ad dedicationem statuæ aureæ quam fecerat. Iudæi ergo sicut legitur in Bucardo in liij. cap.j. Iudæi. loca in quibus Domino sacrificabant, diuinis habebant supplicationibus consecrata, nec in aliis, quam Deo dedicatis locis munera Domino offerebant. Si igitur illi, qui vmbræ legis deseruiebant, hoc faciebant, quantò magis nos quibus veritas patefacta est, gratia & veritas per Iesum Christum data est, templa Domino ædificare, & prout melius possumus ornare, atque ea diuinis precibus & sanctis vnctionibus cum altaribus, & vasis, vestibus quoque, & reliquis ad diuinum cultum implendum vtensilibus, deuote & solemniter ex in-
* stitutione Fœlicis * Papæ iij. sacrare debemus? Rursum cum in Syria in ciuitate Baruth, Iudæi quandam imaginem crucifixi pedibus conculcarent, & latus eius perforarent, mox inde sanguis & aqua exiuit. Iudæi autem hoc viso, mirati sunt, & infirmi eorum hoc sanguine delíniti, ab omnibus infirmitatibus suis liberati sunt, propter quod omnes Christi fide susceptà baptizati sunt, & Synagogas eorum in Ecclesias consecrauerunt. Et inde mox inoleuit, vt ecclesię consecrentur, cum prius tantùm altaria consecrarentur, propter hoc etiam miraculum ordinauit Ecclesia fieri memoriam dominicæ passionis. v. Calend. Decembris, & eadem ratione consecrata est Ecclesia in honorem Salua-
* toris, vbi quædam ampulla, cum illo sanguine reseruatur, & solemne festum tunc agitur. † Secundò notandum quod solus Pontifex potest Ecclesias & altaria dedicare. xxvj. q. v. ministrare. de consecr. distinct. j. nemo. extra de consecr. Eccles. quòd in dubiis. quoniam gerit imaginem & figuram summi Pontificis Christi spiritualiter dedicantis, sine quo nihil possumus in Ecclesia stabilire. Vnde ipse ait: Sine me nihil potestis facere. & Psal. Nisi Dominus ædificauerit domum. vnde concilium Carthag. cxvj. q. vj. cap. iij. prohibet hoc facere sacerdotem, nec potest hoc alicui inferioris ordinis demandari. extra eo. aqua. Sane Ecclesiæ † sacri edocent Canones de consecr. dist. j. nemo, extra de consecr. Eccles. vel alta. cum simil. dedicanda non est, nisi prius dotata sit, & ex lícite acquisitis. j. q. j. non est putanda. Legitur enim, quòd dum quidam Episcopus Ecclesiam de vsuris & rapinis constructam, consecraret, vidit post altare Diabolum stantem in cathedra, in habitu pontificali, qui dixit episcopo, Cessa Ecclesiam consecrare. ad meam enim iurisdictionem pertinet, cum sit ex vsuris & rapinis facta. Episcopo vero & clero territis, & inde fugientibus Diabolus continuò ipsam Ecclesiam cum grandi strepitu destruxit. † Rursus ecclesia, quæ pro quæ- *
stu cupiditatis constructa est, ead. distin. si quis basilicam. cõsecranda non est, & cui dos sufficiens assignata non est, extra eo. sicut & in qua Paganus vel infidelis sepultus est. ead. distinct. Ecclesia. j. & ij. donec inde fuerit eiectus, & ecclesia, abrasis prius parietibus, vel tignis reconciliata. Idem etiam est de excommunicato. extra de sepul. sacris. Si vero mulier prægnans illic sepulta sit ea non eiecta poterit consecrari licet

licet partus baptizatus non sit. ff. de vent. inspic. §. j. ff. de stat. homi. qui in vtero. de consec. dist. iiij. si ad matris, & c. seq. Quanquam quidam aliter scripserint sapientes, potest etiam consecrari diebus Dominicis & priuatis extra eod. ca. ij & plures Episcopi, & plura altaria possunt simul ab eodem in vna Ecclesia consecrari extra eod. cum suis. Tertiò
5 dicendum † est quare Ecclesia dedicatur. & quidem propter v. causas. Primò, vt Diabolus & eius potestas inde penitùs expellatur, vnde refert Gregor. in Dialog. libr. iij. cap. xxj. quòd cum quædam ecclesia Arrianorum fidelibus reddita consecraretur, & reliquiæ sancti Sebastiani & beatæ Agathæ illuc delatæ fuissent, populus ibi congregatus porcum repentè inter pedes huc illuc discurrere senserunt. qui fores ecclesiæ repetens à nullo videri potuit, omnésque in admiratione commouit. Quod idcirco Dominus ostendit, vt cunctis patefieret, quòd de loco eodem immundus habitator exiret. Sequenti autem nocte magnus in eiusdem ecclesiæ tectis strepitus factus est, ac si in eis aliquis errando discurreret. Secunda verò nocte, grauior sonus increpuit. Tertia quoque nocte, tantus strepitus insonuit, ac si omnis illa ecclesia fundamentis fuisset euersa: statímque recessit, nec vlterius apud illam antiqui hostis inquietudo apparuit. Secundò, vt ad eam confugientes, saluentur, prout legitur in Canone Greg. xxiij. quæst. v. reus. Et ob hoc Ioab in tabernaculum fugit, & altaris cornua apprehendit. Tertiò, vt Nota.
ibi orationes exaudiantur. Vnde in oratione ad missam dicitur. Concede, vt omnes, qui huc deprecaturi conueniunt, ex quacunque tribulatione, consolationis tuæ beneficia consequantur. Sic etiam orauit Salomon in templi dedicatione, prout legitur iij. Regum. viij. ca. Quartò vt ibi Deo laudes soluantur, prout sub tit. de ecclesia dictum est. Quintò, vt ibi sacramenta ecclesiastica ministrentur. Vnde ipsa ecclesia dicitur tabernaculum, quasi taberna Dei, in qua sacramenta diuina con-
6 tinentur & ministrantur. † Quartò, dicendum est qualiter ecclesia consecratur. Et quidem omnibus de ecclesia eiectis, solo Diacono ibi remanente recluso, Episcopus cum clero ante fores ecclesiæ aquam non sine sale benedicit: interim intrinsecus ardent duodecim luminaria ante duodecim cruces in ecclesiæ parietibus depictas. Postmodum verò clero & populo insequente circumeundo ecclesiam exterius cum fasciculo hysopi parietes cum aqua benedicta aspergit, & qualibet vice ad ianuam ecclesiæ veniens percutit superliminare cum baculo pastorali, dicens: Attollite portas principes vestras, &c. Diaconus deintus respondet: Quis est iste rex gloriæ? Cui pontifex: Dominus fortis, &c. Tertia verò vice, reserato ostio, ingreditur pontifex ecclesiam, cum paucis ex ministris, clero & populo foris manente, dicens: Pax huic domui, & dicit litanias. Deinde in pauimento ecclesiæ fiat crux de cinere & sabulo, vbi literis Græcis & Latinis totum describitur alphabetum. Et iterum aliam aquam sanctificat cum sale, & cinere, & vino, & altare consecrat. Deinde duodecim cruces in parietibus depictas chrismate

Universidad de Deusto
Biblioteca

chrismate inungit. † Sanè quæcunque hîc visibiliter fiunt, Deus per 7
inuisibilem virtutem in anima operatur, quæ veri Dei templum est, vbi fides facit fundamentum, spes eligit, charitas consumat, ipsa enim ecclesia catholica ex viuis multis lapidibus adunata, Dei templum est: quia multa templa, vnum templum, quorum vnus est verus Deus & vna fides. Domus igitur dedicanda, est anima sanctificanda. † Et est 8
notandum, quòd consecratio duo efficit, nam ipsam ecclesiam materialem Deo appropriat, & nostram, scilicet tam Ecclesiæ, quàm fidelis animæ desponsationem insinuat. Domus namque non consecrata, est sicut puella viro alicui destinata, non tamen dotata, nec matrimoniali commercio in vnione carnis vnita. Sed in consecratione dotatur, & transit in propriam Iesu Christi sponsam, quam sacrilegium est per adulterium vlterius violari. Definit enim lupanar esse dæmonum: vt patet in consecratione illius templi, quod anteà *πανδοκιον* vocabatur. * 9
Primo itaque † dicendum est de aquæ benedictione, super quo dicit Dominus: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non intrabit in regnum cœlorum. Aqua enim, quæ lauandis corporibus idonea est, tantam diuinitus virtutem accipere meruit, quod sicut corpora lauat à sordibus, ita & animas mundat à peccatis. Manifestum quidem est quòd hæc aqua, cuius aspersione Ecclesia consecratur, baptismum significat, quia quodammodo ipsa ecclesia baptizatur: ipsa verò ecclesia illam vtique ecclesiam designat, quæ in ea continetur, scilicet fidelium multitudinem, vnde etiam ecclesia vocatur, eo quòd ecclesiam contineat; continens, videlicet pro contento. † Quærendum est 10
autem quare huic aquæ sal admisceatur, cùm Saluator noster de baptismo loquens, nullam de sale fecerit mentionem, non enim dicit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua salsa, vel sale mista, vel aliquid huiusmodi, sed dicit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, &c. Et idipsum de oleo & chrismate quæri potest. Sed notandum, quòd sal, in diuino eloquio sæpè pro sapientia ponitur, iuxta illud: Sermo vester sit sale conditus. Et Dominus inquit discipulis suis: Habete sal in vobis, & pacem inter vos. Itémque: Vos estis sal terræ, quod si sal infatuatum fuerit, in quo condietur? iij. q. vij. §. item in Euangelio. Hinc etiam est, quòd secundum legem nulla hostia sine sale offerebatur, sed in omni sacrificio ponebatur: ex quibus omnibus conuincitur, quòd sal pro sapientia ponitur: est enim sapientia, condimentum omnium virtutum, sicut sal omnium ciborum. Hinc ergo est, quòd nullus baptizatur priùs, quàm sale cibetur, etiam infantes, vt quod actu habere non possint, habeant saltem significatione sacramenti, nec sine sale benedicitur aqua. De alterius aquæ benedictione in sequenti tractatu dicetur. † Trina autem interius & exterius cum hysopo & aqua bene- 11
dicta aspersio, trinam baptizandi immersionem significat. Et fit propter tria. Primò propter dæmonum expulsionem. Nam aqua benedicta propriè de sui virtute habet dæmones expellere. Vnde in exorcismo eius

eius dicitur: Vt fiat aqua exorcizata ad effugandum omnem potestatem inimici, & ipsum inimicum eradicare, &c. Secundò, propter ipsius ecclesiæ purgationem, & expiationem: omnia namque terrena propter peccatum corrupta sunt & fœdata. Hinc etiam, quòd in lege omnia penè mundabantur per aquam. Tertiò propter remouendam omnem maledictionem, & introducendam benedictionem. Terra enim ab initio cum fructu suo maledictionem accepit, eo quòd ex eius fructu deceptio facta fuit. Aqua verò nulli maledictioni subiacuit. Hinc est quòd Dominus piscem comedit, sed carnem non legitur nominatim comedisse, nisi de agno paschali, & hoc propter legis præceptum, in exemplum, scilicet abstinendi aliquando à licitis, aliquando eadem comedendi. Rursus aspersio in circuitu facta, signat quòd Dominus curam suorum habēs, mittit angelum suum in circuitu timen- 12
tium se. † Tria verò responsoria, quæ interim decantantur, est hilaritas, trium ordinum fidem suscipientium, scilicet Noë, Daniel, & Iob. Et quoniam ad hanc inuocationem gratia fidei, spei & charitatis infunditur, ideò ad pedem & ad medium, & ad partem parietis superiorem aspergitur. De interiori etiam aspersione iam dicetur. De virtute 13
hysopi in sequent. tit. dicetur. † Triplex verò circuitus quem Episcopus aspergendo facit, triplicem circuitum, quem Christus fecit propter ecclesiæ sanctificationem, designat. Primus fuit quo venit de cœlo in mundum. Secundus, quo de mundo descendit in lymbum. Tertius, quo de lymbo rediens, & resurgens, ascendit in cœlum. Triplex quoque circuitus ostendit, quòd ecclesia illa ad honorem Trinitatis dedicatur. Ostendit etiam triplicem statum saluandorum de ecclesia, qui sunt, virgines, continentes, & coniugati: quod etiam dispositio ipsius ecclesiæ materialis ostendit, prout sub titu. de ecclesia dictum 14
est. † Porrò trina ad superliminare ostij percussio signat triplex ius, quod Christus habet in Ecclesia sua propter quod sibi debet aperiri. Est enim sub sua creatione, redemptione, & glorificationis promissione. Nam pontifex Christum, virga eius potestatem figurat. Rursus per triplicem percussionem ianuæ cum virga pastorali, prædicatio Euangelica intelligitur. Quid enim est virga pastoralis, nisi sermo diuinus. iuxta illud Esa. xj. Percutiet terram virga, id est, sermone oris sui, &c. Virga igitur ianuas percutere, est aures audientium prædicationis voce pulsare. Aures enim portæ sunt, per quas ad corda audientium sanctæ prædicationis verba introducimus: vnde Psalm. Qui exaltas me de portis, vt annuntiem omnes laudes tuas in portis filiæ Syon. Quid enim sunt portę filiæ Syon, nisi aures & auditus fidelium: Tertiò triplex cum virga percussio, & ianuarum apertio, significat quòd per prædicationem pastorum, infideles venient ad fidei confessum. Per illam enim portæ iustitiæ aperiuntur, & illas ingressi fidem confitentur: vnde Psalmista: Aperite mihi portas iustitiæ, & ingressus in eas confitebor Domino: hæc porta Domini, iusti intrabunt per

eam. Percutit igitur Episcopus in superliminari, scilicet orationis, dicens: Supplico vos principes, id est, dæmones seu potiùs homines, tollite, id est, auferte, portas, id est ignorantias vestras, scilicet à cordibus vestris. † Interrogatio verò Diaconi inclusi respondentis in persona populi: Quis est iste rex gloriæ? est ignorantia populi nescientis, quis est iste, qui debet intrare. † Apertio ostij, euacuatio est peccatis: rectè ergo episcopus ter percutit, quia numerus iste notissimus & sacratissimus est: & in omni dedicatione Episcopus ter ianuas percutere debet, quia sine inuocatione Trinitatis, nullum fit in ecclesia sacramentum. Trina † verò proclamatio: Attollite portas, &c. significat triplicem potestatem Christi, videlicet quam habet in cœlo, & in mundo, & in inferno. Vnde in hymno ascentionis dicitur: Vt trina rerum machina cœlestium, terrestrium, & infernorum condita flectant genu, iam subdita. Consequenter ostio † aperto intrat Episcopus, ad notandum, quòd si debitè vtatur officio suo, nil ei resistere potest, iuxta illud: Domine quis resistet potentatui tuo? Ingreditur autem cum duobus, vel tribus, vt in ore duorum vel trium testium stet omne consecrationis verbum. Vel quòd paucis præsentibus Dominus se transfigurans pro ecclesia orauit. Et ingrediens dicit: Pax huic domui & omnibus habitantibus in ea. quia Christus mundum ingrediens, pacem inter Deum & hominem fecit. Venit enim vt nos Deo Patri reconciliaret. Post † hoc cùm dicitur litania, prostratus orat pro sanctificatione domus. Nam & Christus humiliatus ante passionem pro discipulis ei credituris omnibus, orabat dicens: Pater sanctifica eos in nomine tuo. Postquã verò surrexit, orat sine salutatione. quoniam non dicit Dominus vobiscum. cùm ecclesia nondum sit quæ baptizata, & quia catechumeni tantùm non sunt digni, vt eis fiat applausus, cùm nondum sint sanctificati, est tamen pro eis orandum. Clerus † orans & litaniam concinens, Apostolos repræsentat, qui pro ecclesiæ & animarum sanctificatione ad Deum intercedebant. In pauimento ecclesiæ scribitur alphabetum hoc modo: Fit enim Crux de cinere & sabulo, ex transuerso ecclesiæ, super quam Crucem puluis scribitur alphabetum in modum Crucis, literis Græcis & Latinis, non autem Hebraicis, quia Iudæi recesserunt à fide, & scribitur cum baculo pastorali. Sanè alphabetum † super Crucem scriptum tria repræsentat. Primò quidẽ, scriptura, ex Græcis & Latinis literis in modum crucis facta, repræsentat coniunctionem seu vnionem in fide vtriusque populi, Iudæi videlicet & Gentilis, per Crucem Christi factam: iuxta illud Iacob: Cãcellatis manibus filiis benedixit. Ipsa verò Crux siue versus ex transuerso ecclesiæ directus, videlicet vnus à sinistro angulo Orientis in dextrum Occidentis: & alter à dextro Orientis in sinistrum Occidentis, significat, quòd populus ille, qui priùs erat dexter, factus est sinister, & qui erat in capite, factus est in cauda & econuersò: & hoc propter Crucis virtutem. Christus enim ab Oriente transiens,

transiens, reliquit Iudæos in sinistra, quia infideles, & venit ad Gentiles, quibus licet in Occidente fuissent, dat esse in dextera, & tandem à Gentilibus in dextera Orientis positis, visitauit Iudæos in sinistro angulo Occidentis, quos constat deteriores esse quam priùs inuenerit Gentiles. Ideò autem in obliquum & in modum Crucis, & non in directum hæ literæ scribuntur, quia ad hanc sanctam intelligentiã pertingere non valet, qui Crucis mysterium non recipit, Christi passione non se credit esse seruandum: in maliuolam animam non introibit sapientia, & vbi Christus fundamentum non est, superædificari non
22 potest. j. quæstio. j. cùm Paulus. † Secundò, scriptura alphabeti repræsentat paginam vtriusque Testamenti. quòd per Crucem Christi adimpletum est. In passione namque eius velum templi scissum est: quia tunc Scripturæ apertæ sunt, & reuelata sunt sancta sanctorum. Vnde ipse moriens dixit: Consummatum est. In his quidem paucis literis omnis scientia continetur, & tunc Crux ex transuersio ducitur: quia vnum Testamentum in alio continetur. Rota enim erat in Rota. Ter-
23 tiò repræsentat † articulos fidei. Ecclesiæ enim pauimentum est nobus rudes atque neophyti in vtroque populo in ecclesia erudiuntur, qui se debent puluerem vel cinerem reputare. Iuxta illud quod dicit Abraham Genesis xviij. Loquar ad Dominum meum, cùm sim puluis & cinis. Scriptura ergo alphabeti in pauimento, est simplex doctrina
24 fidei in corde humano. Sambuca † seu baculus, quo alphabetum scribitur, monstrat Apostolorum doctrinam, vel doctorum mysterium, quo facta est conuersio Gentilium, & perfidia Iudæorum. Consequenter Christus ad altare accedens incipit, stans: Deus in adiutorium meum intende, quia tunc demum incipit, quod est in hoc officio principale, & dicitur versus: Gloria Patri, &c. quia hæc benedictio † fit ad
25 exhibendam gloriam Trinitati: non tamen dicitur allelu-Ia, prout in sequen. titu. dicetur. & cõsecrat altare, in qua quidem consecratione alia aqua benedicitur, prout in sequen titu. dicetur. ex qua postquàm altare septies aspersum fuerit, aspergitur etiam ter interius tota ecclesia sicut priùs absque aliqua differentia maiorum lapidum vel minorum: quoniam apud Deum non est acceptio personarum. extrà de Iudæis. nouit. §. j. de ſta. mo. ea. quę in princip. Ideò interiùs, ad notandum, quòd exterior ablutio sine interiore nil prodest. extrà de sa. vnc. ca. j. Ideò ter quoniam, vt præmissum est, aspersio illa significat aspersionem & mundationem baptismi, quæ datur beneficio Trinitatis, iuxta illud: Ite docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti. quia enim ecclesia non potest in aqua
26 immergi, sicut immergitur baptizandus, ideò ter aspergitur aqua, quasi loco trinæ immersionis. † Rursus aspergitur procedendo ab Oriente in Occidentẽ, & per medium semel in formã Crucis, quia Christus totam Iudæam & omnes Gentes baptizare præcepit, in nomine

Universidad de Deusto
Biblioteca

Trinitatis,cui baptismo tribuit efficaciam in ministerio passionis,incipiens à Iudæis,de quibus ortus est:& residuum aquę ad basim altaris funditur,prout in sequenti titulo dicetur. Quidam tamen aliam aquam non benedicunt, sed cum priùs benedicta totum officium im-
Psal. 66. & 9. & 67. plent.Interim autem cantat chorus psalmum illum:Exurgat Deus,& dissipentur inimici eius,&c.& illum : Qui habitat in adiu.&c.in quibus fit mentio de Ecclesia & eius consecratione,vt patet ibi:Qui habitare facit vnius moris in Domo.Episcopus verò dicit:Domus mea, domus orationis vocabitur,quia eius officium est facere, vt Ecclesia domus Dei sit,nõ negotiationis.j.quęst.iij.ex multis.Sanè† chrismate altari , xij. Cruces in parietibus Ecclesiæ depictę chrismantur.Depinguntur autem ipsæ cruces,primò propter dæmonum terrorem,vt scilicet dæmones , qui inde expulsi sunt videntes signum Crucis reuertantur , & illud ingredi non præsumant. Secundò,propter triumphi ostensionem. Cruces namque sunt vexilla Christi & signa triumphi sui. Meritò ergo,vt ostẽdatur,quòd locus ille Christi domino subiugatus est , ibidem Cruces depinguntur. Nam† & apud imperialẽ magnificentiam obseruatur,vt aliqua ciuitate sibi tradita,imperiale vexillum in ea erigatur.Et in eiusmodi figuratione dicitur, Gen.xxviij. quod Iacob lapidem,quem supposuerat capiti suo,erexit in titulum videlicet in titulum præconialem,memorialem, & triumphalẽ. Tertiò,vt earum† inspectores,Christi passionem,qua suam Ecclesiã consecrauit,& passionis fidem ad memoriam reducant, vnde in cantico Pone me vt signaculum super brachium , &c. Duodecim verò luminaria ante Cruces ipsas posita significant xij.Apostolos,qui per fidem Crucifixi totum mundum illuminauerunt,& quorum doctrina tenebras sustulit:vnde dicit Ber.Tota prophetia vera est in fide Crucifixi & Apost. Nil me iudico scire inter vos , nisi Iesum Christum & hunc
1.Cor.1. crucifixum. Cruces igitur per quatuor Ecclesiæ parietes illuminantur,& Chrismate inunguntur:quoniam Apost.Crucis mysterium predicantes fide passionis Christi quatuor mundi climata illuminauerunt,ad cognitionem inflammauerunt,ad amorem vnxerunt,ad conscientiæ nitorem quod per oleum , & ad bonæ famæ odorem , quod per balsamum designatur.Ad hæc post chrismationem altaris, ipsum altare & Ecclesia ornantur,lampades accenduntur , Missa dicitur , qua pontifex aliis vestibus vtitur,quã fuerit in aspersione vsus,prout in sequenti dicetur. † Postremò notandum est, quod Ecclesia dicitur in sanguine alicuius consecrari , vnde secundum Pelagium & Nicolaum pap.in martyrio Apostolorum Petri & Pauli Ecclesia Romana consecrata est.xxj.distinct.quamuis.xvj.distin.sacro.Consecratur itaq; Ecclesia,vt præmissum est,& altaria, prout in tit. seq. & cœmeterium & alia,prout sub tit.de consec.dicitur.Et quanquàm legatur in vete. Testa. templum ter fuisse consecratum , primò in Septembri.de consecr. distinct.1.cap.1.secundò in Martio sub Dario.argumen.j. quæst.j.prophetizauit.Tertio in Decembri,sub Iuda Machabæo.de consecr. distinct.j.solennitates.†Ecclesia tamen semel consecrata , non est iterum reconsecranda.eod.distinct.Ecclesiis.de sacra.non ite.cap.j.& ij. de aposta.cap.j.nisi fuerit execrata,quod contingit tripliciter.Primò si fuerint combusta,ita quòd parietes omnes(vel eorum maior pars) fuerint decrustati.vt d.c.Ecclesiis.ff.de contrahenda emptione. l.demum.Leuit.ca.xiiij.prope finem.si enim solummodò tectum , vt aliqua eius pars parietibus integris manentibus , vel saltem in modica parte destructis cõbusta fuerit , reconsecranda non est.extrà de consecr. Eccle. vt alta.ligneis. Secundò , si tota Ecclesia aut maior eius pars simul funditùs corruerit,& ex toto,siue ex aliis fuerit lapidibus reparata.eod.distinct.de fabrica.Consecratio etenim Ecclesiæ maximè in exteriori vnctione,& in lapidum coniunctione & dispositione consistit.vt in dicto ca.Ecclesiis.Si verò non simul, sed successiuè parietes omnes ruerint , & reparati fuerint , eadem censetur Ecclesia: ideóque non reconsecranda,sed duntaxat cũ aqua exorcizata & missæ solennitate est reconciliãda.de consecra.dist.j. de fabricat.& c.si motum.ff.de leg. j. quod in rerum. quanquàm eam reconsecrandam quidam scripserint sapientes. Tertiò recõsecranda est Ecclesia, si dubium sit vtrum aliquando fuerit consecrata,eo quòd super hoc nulla scriptura, vel pictura,aut sculptura , nullusq; etiã vnicus testis de visu,vel etiam de auditu,qui (vt quidã dicunt) sufficeret.extrà de consecr.dist.j.Ecclesiæ.& cap.solennitat.xxiij.quæst.ij.sanè.xxij.q. v.hoc videtur.de consec.di. iiij. paruulos. † Altare quoque semel consecratum reconsecrandum non est, nisi illud execrari contingat. de cõsec. dist.j.si motum.extrà eod.cap. j. & cap. quod in dubiis. Quod fit primò,si mensa,id est superior tabula in qua fit principaliter cõsecratio, mota,vel in sui forma mutata vel enormiter , putà vltra medietatem fracta sit. Enormitas tamen huiusmodi iure valet ad Episcopi arbitrium referri. Idem quoq; maximè est , si tota altaris structura mota & reparata fuerit.Ecclesia tamẽ propter altaris vel structuræ motionem vel fractionẽ,reconsecranda nõ est extrà eo.c.j.quia alia est alta cta,altare nõ læditur,Ecclesia ipsa reparata solũ, & nõ altare recõsecratur:quãuis tũc decẽs sit illud aqua exorcizata lauari.de cõse.d.j.si motũ Cõsecrato† tamẽ maiori altari,nihilomin⁹ alia minora altaria Ecclesiæ cõsecranda sunt:extrà eo c.cũ sis.quãuis quidã dixerint sufficere in illius consecratione alia digito demõstrari.arg.ff. de acqui. poss.quod in eo.§.si venditionem.C.de natur.lib.authen.item si quis. Si verò altare† modicam exterius patiatur læsionem , non ob hoc est reconsecrandum.extrà eo.c.j. Secundò recõsecratur altare, si altaris sigillum,id est paruus lapis,cum quo sepulchrum siue foramẽ in quo reliquiæ reconduntur,clauditur, seu sigillatur, motum aut fractũ sit. extrà eod.lignis.Et fit foramen ipsum quandoq; in summitate stipi-

Nota.

Nota.

tis,& quandoq; aliud sigillum non apponitur, sed principalis mensa superposita loco sigilli habetur. Quandoque verò fit in parte posteriori,& quandoque in anteriori: in quo etiam foramine in testimonium consecrationis cautè includi solent literæ consecrationis episcopi,continentes nomen eius,& aliorum episcoporum in consecratione præsentium,& in cuius sancti honorem consecratur altare, & etiam ipsa Ecclesia,quando simul consecratur vtrunq;,annum quoq; & diem consecrationis.Tertiò consecratur altare, si iunctura qua sigillū foramini, vel etiam qua mensa stipiti, vbi aliud sigillum, quòd mensa ipsa non est mota adhæret, vel aliquis ex lapidibus ipsius iuncturæ seu stipitis, mensam vel sigillū tangens, motus vel fractus sit. In coniunctione etenim sigilli & foraminis atque mensæ, & stipitis seu structuræ inferioris, præcipuè consecratio intelligitur. Quartò reconsecratur altare,si ei vel coniunctioni mensæ, & structuræ inferioris tantum fiat augmentum, quòd pristinā formam amittat:quoniam forma dat esse rei. arg.x.q.ij.hoc ius.xxxij.q. ij.quod vnde est. ff.de oper.no.nunt.l.j.§.si quis ædificium.Propter modicū tamen additamentū, non execratur, sed tunc sacrum trahit ad se non sacrum extrà eo.quod in dubiis.limita,dum tamen cōiunctio mensæ & structuræ inferioris,non multùm immutetur. Quintò altare sicut & Ecclesia propter dubium reconsecratur. e. di. Ecclesia. Sextò altare vitricum si lapis de ligno in quo insertus est, qui quodammodo sigilli repræsentat,remoueatur, & in eodem vel in alio ligno iterum reponatur, nonnulli reconsecrandū, alij verò solummodò reconciliandū antumant. Quanuis autē illud sæpe iussu episcopi de loco ad locum transferatur,& per viam portetur(propter quod portabile,vel viaticum appellatur.ea.dist.concedimus. extrà de pri.)in his non tamē omnibus hæc reconsecratur aut recōciliatur. † Quid si calix cōsecratus, deauratur,nunquid est reconsecrandus?Et videtur q̄ sic.quoniā nouus calix esse videtur:nouū enim opus videtur facere,qui pristinā operis faciem innouat.ff.de ope.no.nunt.l.j.§. opus nouū. & reficit,qui rei iam factæ remediū facit.ff.de iti.act.pri.l.iiij.§.pe.ff.de vsuf.l.vsufructuarius.extrà de Iudæis.ca.consuluit. Siquidem cōsecratio in superficie consistit.Et hinc est q̄ Ecclesiam,muris decrustatis, reconsecrandam esse prædixi.†Contrarium tamen verum est,quia nec propter murorum dealbationem,aut propter picturam, aut propter modicum additamentum,Ecclesia reconsecranda est, vt iam dixi. Cùm enim propter hoc calicis forma non mutetur,idem calix manet, quare reconsecrandus nō est,sicut & Ecclesia reparata:quoniam eadem manet, id est,consecrandam nō esse præmissum est. Si verò forma prior immutaretur,secùs esset,quoniam forma dat esse rei,vt dixi: honestum tamen est,quòd tam propter pollutarum manuum contactum,quàm etiam propter prophanæ materiæ appositionem calix aqua exorcizata,lauetur priùs,quàm ibi sacrosanctū corpus & sanguis Domini immoletur.de conse.dist.j.si motum.Præmisso de consecratione,aliqua de reconciliatione dicamus. † Circa quod notandum est templum
37 spirituale,quod est homo:quandoque polluitur.xxxij.q.iiij. in eo. & q.non solùm.Vnde in Leuiti. xx. Vir qui fluxum seminis patitur, immundus erit.xliiij.dist fit.rector. prope fi. & idem in muliere fluxum sanguinis mēstrui,vel alterius patiēte,vt ibidem,in eodem, & dist. v. ad eius.Et ideò ibi pollutus Ecclesiam ingredi prohibebatur, donec aqua lauaretur & purificaretur.& Numeri xix.c.Qui cadauer mortui
38 tetigerit,immundus est.Vnde aspergatur aqua, & hic mūdabitur,&c. & Propheta:Asperges me Domine hysopo,& mun.†Materiale etiam templum,quod est Ecclesia testāte Papa Greg & Leui.c.xv.polluitur. Vnde propheta:Polluerunt templum sanctum tuum,&c.Et hoc similiter hodie aqua lauatur,& recōciliatur,extrà eo.c.proposuisti.& ca. consuluisti.& cā. vlt.& fi. Fit enim reconciliatio cum missæ celebratione,& aquæ cum vino, sale, & cinere solenniter benedictæ asperfione.ea dist.de fabrica.& ca.proposuisti.Nempè per salem discretionem.per vinum, diuinitas, per cinerem, passionis Christi memoria: per vinum aquæ immistum,vnio deitatis & humanitatis significatur. Hæc ergo simul ponuntur ad notandum,quòd populus, discreta memoria passionis Christi mundatus, Christo adunatur. Fit etiam per episcopum tantùm si sit Ecclesia consecrata.Et quanquam ipse alteri coëpiscopo possit simul totum, scilicet aquæ benedictionē & reconciliationem,vel solùm aquæ benedictionē, vel etiam tantùm reconciliationem,aqua priùs per ipsum benedicta, cōmittere:simplici tamen sacerdoti neutrum committi valet.extrà eodem.c. aqua. & cap. consuluisti:nisi fortè hoc ex priuilegio sibi comperat speciali.Si verò Ecclesia consecrata non sit, debet statim secundum constitutionem Grego.ix extrà eo.c.fi.aqua exorcizata lauari,quam lotionē quidam fieri posse astruunt, iussu tamen episcopi,per simplicem sacerdotem, cùm fieri habeat cum aqua exorcizata, quæ fieri potest per quēlibet sacerdotē.Nonnulli verò eximiæ authoritatis petiti,scripserunt quòd tutius est hoc dūtaxat per episcopū fieri nec per eum sacerdoti posse committi:nam canones de cons.d si motū.&c.de fabrica.aquā exorcizatam vocant, aquam cum vino & cinere solenniter benedictam. quod quidem verum est de Ecclesia,non consecrandum, tamen Deo dedicata.extrà de immun. Eccle. Ecclesia. Secùs enim est in simplici oratorio,quod nec sacer nec religiosus locus est,vtpote qđ vnusquisque pro velle,vt placet ordinat,saltem ad orandū de cons. d.vnicuiq; extrà de sen.c.fin.licet fortè non sine diœcesani licētia, ad celebrandum.& pro velle ad aliū vsum deputat locum ipsum.in aurhen. col.v. vt nullus fabri.ora.do.§.j.in aut.col.ix.de Eccle. ti.§.si verò. Est autē
39 Ecclesia reconcilianda in præmisso casu. Item † propter adulterium ibi commissum,& propter fornicationem.ea. d. si motum.& generaliter

Nota. Ostenditur quomodo fiat reconciliatio.

liter cuiuſcunq; ſemine.extrà de adul.ca.ſignificaſti.ſcilicet maris & fœminæ,clerici,vel laici,hæretici vel pagani,naturaliter,ſine innaturaliter,ſtudioſè,& peccandi libidine,ibi emiſſo, fuerit polluta:etiã ſi vir vbi vxorem cognoſcat,quoniam licet talis concubitus ſit aliàs legitimus & conceſſus, non tamen quodlibet tempore, ſiue loco. extrà eod. cap. fin. Quanquàm multi de hoc contrarium ſentiant ſapientes:ſecus autem eſſe dicimus, ſi quis fortè ibi in ſomnis polluatur,nam tunc animus magis pertuliſſe, quàm feciſſe dolendus eſt. xxj. d. quoniam & non in cuiuſcunque animalis ſemine ibi emiſſo, cùm ratione careat, neque peccat. vj.d. teſtamentum.† Reconciliatur etiam Eccleſia propter homicidium.ff.ſi quad. pau.fe. dicatur.li. xv. quæſt.j. §. ex eo.ſiue cum ſanguinis effuſione, ſiue ſine, ibi quocunque modo ſtudioſè commiſſum,& etiam citra homicidium propter quamlibet violentiam & iniurioſam humani ſanguinis effuſionem.ea.di.ſi mortem. ſiue ex vulnere, ſiue abſque vulnere, ex naſo vel ore:nam in vete.Teſta.Leui.xiiij. & xv. cap prohibitum fuit ſanguinem in templum fundi & ſemen emitti, & talia agentem & patiẽtem,illud ingredi.Si autem abſque violentia vel iniuria ex naſo, vel ore,cicatrice,vel imminutione,aut etiam ex hemorroidis, vel menſtruis, vel aliter naturaliter in Eccleſia fluxerit, aut fortè ludo, aut caſu fortuito eliciatur.ea.d.Eccleſiis.extrà eo.cap. ſi aut ſi quodcunque animal ibi occiditur,vel ſi quis ſubitò per ſe ibi moritur, aut lapide,vel ligno cadente, aut fulgure, occiditur. propter hæc quidem & ſimilia non reconciliatur. Nec etiam ſi alibi vulneratur, ad Eccleſiam confugiens illic ſanguine multo effuſo moritur, quoniam tunc non fuit homicidium in Eccleſia perpetratum. xv. quæſt. j.§. itaque. Si verò econuersò in Eccleſia vulneratus, extrà moritur, vel etiam extrà ſanguis ex vulnere fluxerit, ſecus eſt: etiam ſi intra Eccleſiam ex vulnere ſanguis minimè fluxerit, quoniam ictus vulnerum attenduntur.ff.ad legem Aquil. l. item Mela. §. ſed ſi plures. ff. ad legem Cor.de ſic.vltimum extrà de cler.pereu. cap.ij. Sed & ſi ſupra tectum Eccleſiæ ſanguis effunditur,aut ſemen humanum emittitur,quia per hoc extra eccleſiam committitur nõ reconciliatur.† Cæterũ ſi furtum aut rapina in Eccleſia cõmittitur,de conſuetudine,quæ in talibus attẽditur,reconciliatur.extrà de cele.miſ. pernitioſis. Idemq; in qualibet violentia ſine ſanguinis effuſione,ibi cõmiſſa, fieri debere quidam affirmant: cùm illa fornicationi æquiparetur in iure.xvij.q.iiij.ſicut qui Eccleſia.vt ſi ad eam confugiens, inde per violẽtiam extrahatur. xvij.q.iiij.re. extrà de immu.Eccl.inter.Vel ibi effractio cõmittatur, vel etiam præter ſanguinis effuſionẽ, rixa tumultuosè agatur, vel ſi quis fracto oſſe vel liuore ſecuto, abſque ſanguine, ibi grauiter verberetur,vel ad mortem, vel ad mutilationẽ ibi præſentialiter condẽnatus, inde extrahatur, vt ad locũ executionis ducatur. extrà de reſi. do.c.decet.& de immu.Eccleſ.cùm in Eccleſia.& de ap.c.qua fronte. Sed

Sed cùm caſus iſti non ſint in iure expreſſi, neceſſe non eſt Eccleſiam per epiſcopum ſolenniter reconciliari.Honeſtũ tamen fore putamus, & ſacerdotem cum aqua exorcitata epiſcopi iuſſu lauari. Idemque dicẽdum videtur,ſi Eccleſia diu abſque tecto & ianuis,plena foret ſtramine,aliiſque ſpurcitiis,animalibus,& naturali hominũ vſui,quaſi diuerſorij locus paſſim patuerit:nec eſſet fortè malum eam in tali caſu ſolenniter per epiſcopum reconciliari.Si autem aliquis extra Eccleſiã occiſus,mox intra Eccleſiã infertur occiſor vel alius morituru fore non credens, corpori adhuc calido plagã infligit ex qua ſanguis fluit, reconcilianda eſt,tum propter horrorem & abominationẽ, tum propter violentiam,& peccandi voluntatem: quamuis enim homo mortuus non ſit homo,humanus tamen ſanguis eius per violentiam eſt ibi effuſus.Nam & ipſi cadaueri violentia,horror,& iniuria irrogantur.ff. de ſepul.vio.l.ij.§. non prope.& §. aduerſarius. & l.ſepulc. ff.de re. ne. corpora. extrà de Iudæis ſi ſit Iudæus. Secus autem eſt ſi naturaliter mortuus in corporis obſequium & honorẽ in Eccleſia demembretur
42 vel euiſceretur,vt fortè pars ibi, & pars alibi ſepeliatur.† Reconciliatur etiam Eccleſia, in qua infidelis, vel etiam publicè excõmunicatus ſepultus eſt,& tunc parietes ſunt abradendi.de conſe.d.j. Eccleſia.j.& ij.Sanè in præmiſſis caſibus,in quibus Eccleſia reconciliatur, requiritur vt factum reconciliationem inducens,publicum ſaltem per famam
43 exiſtat extrà de adul.ſignificaſti. & de accu.§.inquiſitionis.† Scandalum enim, eſt horror atque abominatio de turpitudine & peccato, atque violentia, in ſacro loco ſiue in Eccleſia commiſſis, vbi delictorum venia poſtulatur,vbi eſſe debet tutela refugij, vbi immolatur ſalutaris hoſtia pro peccatis.Leu.xiiij.c.vbi etiã confugientes ſaluantur, & Deo laudes exoluuntur,recõciliationem inducunt. & etiam propoſitum,vt voluntas mortaliter ibi peccantis.extra eo.cõſuluiſti.extra de ſen.excom.cum voluntate.xvij.q.§.ſi ergo. Si verò occultum ſit, reconciliari neceſſe non eſt,quoniam Eccleſia cum ſancta ſit, coinquinari non poteſt.extrà de coha.cle. & mul. c. veſtra.xv.q.vlt.c.ſi.xxiiij. q.j. §.j. imò ipſius loci ſanctitas infamiam loci abolet,quamuis quidam in hoc contrarium ſentiant,vt ſaltem occultè,ita vt delinquentes non probentur,
44 ſit reconcilianda. Fit enim † reconciliatio ad exemplum & terrorem, vt videlicet videntes Eccleſiam, quæ in nullo peccauit,propter peccatum alterius lauari & purificari, exiſtiment quantum propter ſuorum delictorum expiationem ſit laborandum.ff.ad leg. Iul.repe.l.j. Cœmeterium quoque, in quo † paganus,vel infidelis, aut excommunicatus
45 ſepultus eſt, reconciliandum eſt.extrà eo.c.conſuluiſti.de conſe. d.j.& ij.extrà de ſepul.Sactis oſſibus tamẽ ſepultis, ſi ab oſſibus fidelium diſcerni poterunt,inde priùs abiectis. Recõciliatur etiam in præmiſſis caſibus,in quibus Eccleſia reconciliatur. Cœmeterium enim eiſdem priuilegiis, quibus & Eccleſia gaudet, prout ſub tit.de ſacr. vnc. dicetur: nam ex quo benedictum eſt,ſacer locus eſt.ff. de re.diui.l.ſacra.in fi.&

reconciliatur per Episcopum, sicut Ecclesia per aspersionem aquæ solenniter,cum vino & cinere benedicto. extrà eo. c. consuluisti. † Illud autem notandum est, quòd in quacunq; parte Ecclesiæ vel cœmeterij violentia vel pollutio committatur, vtrumque & etiam quælibet ipsorum partes propter connexitatem violatæ intelliguntur.extrà de cõsti. c.transmissa.Hoc hodie in parte correctum est per Dominum Bonifacium.de consec.Eccl.c j.in vj. Etsi enim consecrationes Ecclesiæ, altaris,& cœmeterij sint diuersæ,omnium tamen vna & eadem est immunitas.xvij.q.iiij sicut antiquitùs.& c.mirror.quæ non est ad alterum eorum tantum, vel ad alterius angulum restringenda,quod verum est,si Ecclesia vel cœmeterium sunt coniuncta. Si enim vnum à reliquo distet,bene potest vnum sine reliquo violari. Si igitur altero eorum violato siue polluto, etiam aliud violatum & pollutum est,pari ratione altero tantum eorum reconciliato, vtrumque intelligitur reconciliatum. arg.extrà eo.c.consuluisti. extrà eo. de immuni. Eccl. in rubrica. quoniam nihil tam naturale est,quàm vnũquodque eo genere dissolui,quo ligatum est,& par est ius ligandi atque soluendi.ff. de reg.iur. nihil.extrà eo.c.j.& sic violato vel polluto cœmeterio,sufficit Ecclesiam reconciliari. Nonnulli tamen simpliciter asserũt per vnius violationem,non quaquam alterum violari,& per consequens quodlibet eorum debere specialiter reconciliari. Quibus tamen pontificalis libri obuiat authoritas,in qua specialis forma reconciliationis cœmeterij habetur. Denique si Ecclesia, vel cœmeterium, aut aliud quodcumque per Episcopũ excommunicatũ consecretur,seu benedicatur, tali reconciliatione non egent:quoniã sacramenta à talibus in forma Ecclesiæ,collata vera sunt.ix.q.j.ordinationes.j.q.j.c.multi prope finem.extrà de sacram. non iteranda.c.j.& ij. & de coha. cler.& mul.c. vestra,vt dicetur in proœmio tertiæ partis. Verùm,cùm (sicut præmissum est) excommunicatus vel excommunicati cœmeterium & Ecclesiam prophanent, multò quidem magis exteriora sacramenta & benedictiones, quæ per manus & os excommunicati transeunt & proficiscuntur, quantùm ad eorum merita pertinentia,contaminari, & coram Deo fœtere videntur.j.q.j. §. quod autem sacramenta,& c.seq.& c.odit Deus.& c.illi offerunt.extrà de schis. ma.c.j.ideò honestum est, quòd reconcilientur priùs, quàm fideles talibus sacramentis vtantur,prout sacrorum canonum lectio edocet euidenter.lx.xj.d.si qui sunt. Ait enim Dominus per prophetam: Maledicam benedictionibus vestris.de consec.dist.j.altaria.j.& ij.

ANNOTATIO.

* Felicis.) Hanc etiam institutionem sanxit Felix Papa IIII.in epistola ad Episcopos per diuersas prouincias constitutos. c. j. hisce verbis: Solẽnitates verò dedicarionum Ecclesiarum & Sacerdotum per singulos annos solenniter sunt celebrandæ, ipso Domino exemplum dante, qui ad festum dedicationis templi,omnibus id faciendi dans formam, cum re-

cum reliquis populis eandem festiuitatem celebraturus, sicut scriptum est Ioã.x.Facta sunt Encænia in Hierosolymis,& hyems erat,& ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. Quòd autem octo dierum encænia sint celebranda, in lib.iij. Reg. viij. peracta dedicatione templi,reperies. N. Doard.

ANNOTATIO.

* Vocabatur.) πανθεῖον templũ Romę, primò à M. Agrippa extructum & instauratum cuius cognomen fuit ex laminis argẽteis, quas sustulit Constantinus nepos Heraclij, veniens ad vrbem.illud autem Iouí Vltori dicatum:eóque nomine Syracusana capita, in eo posita. Quod postmodum Bonifacius Pontifex maximus quartus à Gregorio,dono accipiens à Phoca Cæsare, in templum omnium Deorum conuertit, vt verbi etymo.responderet,πᾶν & θεὸς.Ibi thermæ Agrippinæ ab ipso Agrippa dictæ. Prope thermas situm est πανθεῖον,templum antiquissimum, & inter vrbis vetusta templa longè nobilissimum, nunc dum etiam ferè integrum in ipsius templi pronao Augusti & Agrippæ simulachra fuere:Martis quoq; & Veneris. In Veneris simulachri auridræ opus,Hercules insuper,ad cuius simulachrum Pœni humanis victimis quotannis olim sactificabãt. In templum hoc multis gradibus (sicut & in cætera) ascendebatur:à veteribus enim templa in sublimi extruebantur, & vnico tantum aditu. Porticum huic templo adiecit Agrippa,opus summa admiratione dignum:quæ à quibusdam περίστυλον appellatur, ἀπὸ τῆς περὶ κύκλῳ τῶν στύλων, id est, ornamentum ac vestibulum.Hodie illud ipsum dicatum S.Mariæ Rotundæ. N. Doard.

SVMMARIVM.

1 *Altare,quibus de causis consecretur.& nu.2.3.& vnde duxerit ortum.*
4 *Altaris consecratio qua forma fiat.& num.5.21.29.35.37.*
6 *Allelu-ia,cur omittatur inter consecrationem altaris, aut Ecclesiæ: consecratione verò facta,adhibetur.*
7 *Aquæ benedictio,quos requirat,& quid notet.num.9.10.11.*
8 *Satellitem fugium quatuor fugant.*
12 *Baptisma ac consecratio Ecclesiæ,quibus mysticis conficiantur,quæ omnia necessariò adhibentur.*
13 *Fides,est baptismatis condimentum:quæ si deficiat,& salus deficiet.*
14 *Cruces quatuor,quas facit Pontifex in altaris cosecratione,quid notẽt.*
15 *Circuitus septenarius Pontificis,circa altare consecrandum, quid denotet.& nu.16.19.*
17 *Christi septem viæ.*
18 *Aspersiones septem altaris,quid notent.21.*
20 *Hysopum,quid notet,& eius natura & situs.*
22 *Virtutes quatuor,in libro Sapientiæ descriptæ.*

23 *Reliquiæ ſanctorum aut Chriſti, an neceſſariæ ad Eccleſiæ conſecrationem, & quid notet.*
24 *Arca fœderis.*
25 *Reliquiæ ſanctorum, vbi & quomodo condantur.*
26 *Dei notitia, confirmatio & perfectio eſt omnium bonorum.*
27 *Chriſtus lapis angularis, & abſciſſus.*
28 *Altare, debet eſſe lapideum.*
30 *Chriſtus fuit vnctus oleo inuiſibili, & oleum, quid ſignificet.*
31 *Cruces quinque ex oleo. quid notent.*
32 *Homo quorum debeat miſereri.*
33 *Balſami odor, & ſignificatio.*
34 *Senſus corporis noſtri quinque quibus æquiparentur.*
36 *Crucem cum incenſo facere, quid.*
38 *Altaris vltima benedictio, quid ſignificet.*
39 *Vtenſilium Eccleſiæ benedictio quid notet.*

De altaris conſecratione.

CAP. VII.

NOn † ſolùm Eccleſia, verumetiam altare conſecratur. de conſe. diſt. j. c. altaria. j. & ij. hoc propter tria. Primò ad ſacramentum Deo ibi offerendum. Ge. viij. ædificauit Noë altare Domino, & tollens de cunctis volucribus & pecoribus mundis, obtulit ſuper altare. Hoc autem ſacramentum eſt corpus & ſanguis Chriſti, quod in memoriam paſſionis Dominicæ immolatur, iuxta illud: Hoc facite in meam commemorationem. Secundò, ad † nomen Dei ibi inuocãdum, vnde Geneſ. xij. ædificauit Abraham altare Deo, qui apparuit ei, & inuocauit ibi nomen Domini. Hæc autem inuocatio, quæ fit ſupra altare propriè dicitur Miſſa. † Tertiò ad cantandum. Eccleſ. xlvij. Dedit illi contra inimicos patientiam, & ſtare fecit contra altare cantores, & ſono eorum fecit dulces modulos. Sanè hoc † modo & ordine conſecratio altaris fit: in primis namque põtifex incipit: Deus in adiutorium meum intẽde. poſtmodum benedicit aquam, deinde in quatuor cornibus altaris cõfigurat quatuor Cruces cum aqua benedicta. Conſequenter circuit altare ſepties, & ſepties menſam altaris, cùm aſperſorio de hyſopo aqua benedicta aſpergit. Eccleſia quoq; iterum aſpergitur, & aquæ reſiduũ ad baſim altaris fũditur: deinde in quatuor angulis ſepulchri, in quo reliquiæ recõdi debent, quatuor cũ chriſmate fiunt Cruces, & ponuntur reliquiæ in capſella cum tribus granis thuris, & ſic recõduntur in ſepulchro. Deinde ſupponitur eius tabula cum ſigno Crucis facta in medio confirmata: poſtmodùm lapis (qui menſa dicitur) ſuper altare adaptatur, & adaptatus vngitur cum oleo, in quinq; locis & eodẽ modo inungitur poſteà chriſmate, ſicut de oleo dictum eſt. Confirmatur etiam altare in fronte Crucis chriſmatis & adoletur incenſum in quinq; locis. Poſt hoc altare tegitur & mundis pannis

5 pannis induitur, & demum ſuper altare ſacrificium celebratur. Nunc ſeriatim ſingula præmiſſa proſequamur. † Primò igitur notandum eſt, quòd altare chriſmatis vnctione & benedictione interueniente, conſecratur, & lapideũ totum, ſolum. de conſt. diſt. j. altaria. j. & ij. Vnde pon-
6 tifex ſtans incipit: Deus in adiut. meum intend. quia ipſe Domin⁹ ait: Sine me nihil poteſtis facere. Et † quia dedicatio, ſignificat baptizandos, qui percepta fide ad pugnam ſe prẽparant, & qui adhuc ſunt inter ſuſpiria & certamina huius conſtituti, ideò non dicitur allelu-Ia, qui enim baptizati non ſunt, laudibus angelorum digni non ſunt: vnde Tho. pe. & in plateis eius allelu-Ia cantabitur. Poſt completam verò Eccleſiæ vel altaris conſecrationem, cantatur allelu-Ia: quoniã excluſa dæmonum phantaſia Deus ibi laudabitur. Nam & Chriſtus ad atam Crucis accedens ad æternitatis gloriam manifeſtandã mortem ſoluit,
7 ſed allelu-Ia duntaxat poſt reſurrectionem cantauit. † Secundò circa aquæ benedictionem notandum eſt, quod huiuſmodi aquæ exorcizatio fit ad effugandum inde inimicum. In qua benedictione quatuor
8 neceſſaria ſunt, videlicet aqua, vinum, ſal & cinis. Et hoc propter tria. † Primò, quoniam quatuor ſunt, quæ inimicum expellunt. Primum, eſt lacrymarum effuſio, quæ per aquam. Secundum, eſt ſpiritualis exultatio, quę per vinum. Tertium naturalis diſcretio, quę per ſal. Quartum, profunda humilitas, quæ per cinerẽ ſignificatur. Aqua igitur, eſt pœnitentia, vinum, mentis exultatio, ſal, ſapientia ſicut in præcedenti tit. probatum eſt, cinis pœnitentiæ humilitas. Vnde: de Niniuitis dicitur, quia rex ipſe ſurrexit de ſolio ſuo, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere. Hinc & Dauid inquit: Quia cinerem tanquã panem manducabam, &c. Hinc & Abraham: Loquar inquit ad Dominum meum, cùm ſim
9 puluis & cinis. Secundò † modo, aqua eſt populus ſeu humanitas: quia aquæ multæ populi multi: vinum deitas, ſal doctrina diuinæ legis, quæ eſt ſal fœderis, cinis, quia cõſignat memoriam dominicæ paſſionis. Vinum aquæ miſtum, Chriſtus Deus & homo. Per fidem enim dominicæ paſſionis, quę per doctrinam diuinæ legis habetur. Populus, per aquam
10 ſignatus per fidei vnionem coniungitur capiti ſuo Deo & homini. † Tertio modo poteſt dici, quòd hæc aqua benedicta Spiritum ſanctum ſignificat, ſine cuius flatione, nihil vnquam ſanctificatur, & ſine cuius gratia, non fit remiſſio peccatorũ. Quod Spiritus ſanctus aqua vocetur ipſa veritas oſtendit dicens: Qui credit in me, flumina de ventre eius
11 fluent aquæ viuæ. quod Euangeliſta exponens dixit: Hoc autem dixit de Spiritu ſancto quem accepturi erant, credentes in eum. Et † noꝛdinem ſacramenti, exterius aqua interius ſpiritu eccleſia conſecratur. Hoc eſt enim quod Dominus ait: Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, &c. Ecce aqua: ecce ſpiritus. In baptiſmatis enim ſacramento, nec aqua ſine Spiritu, nec ſpiritus eſt ſine aqua: quod quidem ipſe ſpiritus ſanctificabat, qui in prima mundi creatione ferebatur ſuper aquas. Hac ergo aqua & ipſum altare & totum interius templum,

quando

quando illud simul & altare dedicantur, aspergitur. † Licet igitur Spi- 15
ritus & aqua ad baptismi & consecrationis Ecclesiæ perfectionem
sufficerent, tamen sancti Patres, qui hoc constituerunt, voluerunt no-
bis satisfacere, non solum in his, quæ ad virtutem, verumetiam in his
quæ ad sanctificationem pertinent sacramenti: ideó sue adposuerunt
salem, vinum, oleum, cinerem & chrisma. Non enim chrisma vel oleum
habuit Philippus quando Eunuchum baptizauit. Act. viij cap. Alterum
ergo horum deesse non debet & simul commisceri debent, quia popu-
lus Dei (qui est ecclesia) sine his simul iunctis neque sanctificatur ne-
que à peccatis soluitur. De hoc etiam tangetur sub tit. de consecr. De
aqua quidem manifestum est, quia nisi quis renatus fuerit, &c. † De sa-
le etiam quia sine fidei condimento, quod in sale significatur, nemo
vnquam saluari poterit, quantumcunque aqua baptismatis aspergatur.
De vino quoque, per quod spiritualis diuinæ legis intelligentia desi-
gnatur. Vnde Dominus in nuptiis aquam in vinum conuertit. Si quis
vero aspersus non fuerit, id est quicunque de eo non biberit, vel pro-
pinantibus non crediderit, ad vitę æternę beatitudinem non peruenie-
Cineris etiam aspersio, per quam pœnitentiæ humiliras intelligitur
tam necessaria est, vt sine ea non fiat in adultis remissio peccatorum:
per ipsam enim venitur ad baptismum, & ipsa est singulare refugium
peccatoribus post baptismum. Vnde & non immerito baptismus voca-
tur dicente Domino in Euangelio de Ioan. Quia venit in vniuersam re-
gionem Galilææ prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem
peccatorum. & nota quatuor genera esse aquæ benedictæ, de qua in
quarta parte dicetur, sub tit. de aquæ benedictæ aspersione. His † om-
nibus permissis pontifex quatuor cruces cum aqua ipsa, in quatuor
cornibus altaris. & vnam in medio facit. Quatuor cruces repræsentat
quadruplicem charitatem, quam hi, ad altare accedunt, habere de-
bent, scilicet vt diligant Deum, seipsos, amicos & inimicos. De quibus
quatuor cornibus charitatis dicitur Gen. xxvij. Dilataberis ad Orien-
tem & Occidentem, Septentrionem, & Meridiem: & ideo quatuor cru-
ces in quatuor cornibus fiunt ad designandum quòd Christus per Cru-
cem quatuor mundi partes saluauit. Secundò sunt, ad designandũ quòd
quatuor modis crucem Domini portare debemus, scilicet in corde, per
meditationem, in ore, per confessionem, in corpore, per carnis morti-
ficationem, in facie, per assiduam impressionem. Crux in medio altaris
significat passionem, quam Christus in medio terræ subiit per quam
operatus est salutem in medio terræ, id est, in Hierusalem. † Deinde
septies altare Pontifex circuit. Primò ad significandum, quòd ipse de-
beret pro omnibus curam impendere, & vigilantiam habere, quæ per cir-
cuitum designatur. Vnde tunc cantatur. Inuenerunt me vigiles, quæ cir-
cumibant ciuitatẽ. debet enim sollicitè vigilare super greges sibi com-
missos: nam (vt ait Gilbertus) ridiculosa res est speculator cæcus, præcur-
sor claudus, Prælatus negligens, Doctor insipidus, & præco mutus.

Secun

Secundò † septenus circuitus circa altare, significat septem meditatio-
nes quas circa septem plicem virtutem humilitatis Christi habere debe-
mus, & per ipsas circuire frequenter. Prima virtus est, quòd de diuite
factus est pauper. Secunda, quòd in præsepio positus est. Tertia, quòd
parentibus subditus. Quarta, quòd sub manu serui caput inclinauit.
Quinta, quòd discipulum furem & proditorem sustinuit. Sexta, quòd
17 ante iniquum iudicem mansuetus stetit. Septima, quod pro crucifigen-
tibus clementer orauit. † Tertiò per septem circuitus septem viæ Chri-
sti significantur. Prima fuit, de cœlo in vterum. Secunda, de vtero in
præsepium. Tertia, de præsepio in mundum. Quarta, de mundo in pati-
bulum. Quinta, de patibulo in sepulchrum. Sexta, de sepulchro in lym-
18 bum. Septima, de lymbo in cœlum. Consequenter Episcopus aspergit
altare. † Quid autem altare in templo significet Apostolus dicit: Tem-
plum enim Dei, sanctum est, quod estis vos. Si ergo templum Dei su-
mus, altare habemus. Altare nostrum, est cor nostrum: hoc enim est
cor in homine, quod altare in templo. In hoc altari fit sacrificium lau-
dis, & iubilationis iuxta illud Psalmistæ: Sacrificium Deo spiritus, &c.
In hoc altari fit commemoratio corporis & sanguinis Christi. Hinc
preces ad cœlum ascendunt: quia ad cor respexit Deus. iiij. quæst. v. si
quod. Hoc igitur altare, aqua aspergitur, quando corda hominum per
euangelicam prædicationem à peccatis mundantur. Nam prædicatio,
aqua est, iuxta illud: Omnes sitientes venite ad aquas. Hac igitur a-
qua, id est prædicatione Euangelica, & sancti Spiritus sanctificatione,
& altare cordis, & totus homo mundatur & sanctificatur. Consecratur
etiam altare cordis, per conceptum timoris, vt inuitetur ad bonum, &
19 per effectum amoris, vt confirmetur in melius: nam initium sapientiæ,
timor Domini. † Septies autem altare aspergitur aqua, ad notandum,
quòd in baptismo septem dona Spiritus sancti tribuuntur. Per hoc e-
tiam figuratur, quod habere debemus memoriam Dominicæ passio-
nis. Septem namque aquæ aspersiones, sunt septem sanguinis Christi
effusiones. Prima fuit in circunci sione. Secunda, in oratione, quando
sudor eius fuit, sicut guttæ sanguinis. Tertia, in corporis flagellatione,
Quarta, in capitis coronatione. Quinta, in manuum perforatione. Sex-
ta, in pedum cruci affixione. Septima, in lateris apertione. Quidam
verò ter aspergunt: quia in sanctæ Trinitatis nomine baptizatur, vel
20 quia ecclesia à peccatis cogitationis, locutionis, & operis emundatur,
vnde & tunc, Miserere mei dicitur. † Fiunt insuper huiusmodi asper-
siones, & cum aspersorio de hysopo facto, per quam herbam quia hu-
milis est, Christi humilitas congruè designatur: quoniam prædictæ
sanguinis effusiones factæ fuerunt cum hysopo humilitatis Christi, &
inextinguibilis charitatis, quo aspersa ecclesia catholica mundatur.
Hæc etiam herba naturaliter crescit in petra: & humilitas naturæ cre-
uit in Christo petra. Nam iuxta Apostolum: Petra autem erat Chri-
stus. Calidæ etiam naturæ est: & Christi humilitas corda frigida ad

exercenda

Universidad de Deusto
Biblioteca

exercenda opera charitatis accendit. Item eius radices saxa penetrant, & humilitas duritias abstinenti confringit. Valet ad pectus, & contra tumorem: & hic tumorem superbiæ sanat. Item illa nascitur & radicatur in terra. Vnde super ea tota fidelium multitudo intelligi possit, præcipuè tamen illi, per hysopum figurantur, qui in Christi fide radicati & fundati, ab eius amore euelli & separari non possunt. Per quos quid melius, quàm Episcopos & presbyteros intelligere possumus, qui quantò maiorem in ecclesia obtinent dignitatem, tantò firmiùs Christi fidei inhærere debent? Per hos siquidem aspergitur aqua, per hos & ab his baptizantur Christi fideles: his datum est perficere baptismatis sacramenta. † Dum verò altare a qua aspergitur Episcopus cantat: Domus mea, domus orationis est, &c. Et iterum: Narrabo nomen tuum fratribus meis. Et quia sine Deo nullum opus perficitur in consummatione, orat, vt exaudiantur ingredientes ibi beneficia petituri. Consequenter quando ecclesia simul & altare consecrantur, tota ecclesia aqua illa aspergitur, prout in præcedenti tit. tactum fuit: quo facto Pontifex ad altare cum Psal. accedit, & residuum aquæ infunditur ad basim altaris, sicut in veteri Testament. residuum sanguinis fundebatur in crepidinem, quod idem est, quod basis: per quod significatur quod residuum quod excedit vires humanas in tanto sacramento, Deo commendatur, qui est summus sacerdos, cuius est aliorum sacerdotum supplere defectum: Sepulchrum verò siue foramen, in quo reliquiæ recondi debent, significat vrnam auream plenam manna, quæ in arca testimonij posita erat prout sub tit. de altari dictum est. Siquidem sepulchrum huiusmodi, quod à quibusdam confessio nuncupatur est cor nostrum, quod quatuor crucibus de chrismate factis consecratur: quia quatuor sunt virtutes † in libro Sapientiæ descriptæ, scilicet prudentia, fortitudo, temperantia, & iustitia, quibus cor nostrum quasi inungitur, dum ad suscipienda secretorum cœlestium mysteria per donum sancti Spiritus præparatur. Fit autem sepulchrum hoc quandoque ex superiori parte altaris, & quandoque ex latere anteriori. Sane sine sanctorum reliquiis, aut vbi illi haberi non possunt, sine consopore Christi non fit consecratio altaris fixi, de consecr. distinctio. j. fabri. & c. placuit. sed viatici vel portatilis, sic ead. distinct. concedimus. Reliquiæ siquidem sunt exempla vtriusque Testam. authores passionum martyrum, & vita confessorum, quæ nobis sunt ad imitationem recta. Hæc in capsa recondimus, cùm ad imitandum ea in corde retinemus: quod si audimus & intelligimus, & opera non facimus, magis est ad damnationem, quàm ad salutem, quia non auditores legis, iusti sunt apud Deum, sed factores tantùm. Vnde Apostolus dicit: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Solennis verò reliquiarum deportatio fit ad imitationem eius, quod sicut legitur in Exod. xxv. † In arca testamenti erant duo circuli aurei, totum lignum penetrantes. xxv. distinct. §. ecce. & per eos vectes de lignis Sethim deaurati immittebantur,

tur, quibus arca ferebatur. Et priùs quàm pontifex intret in eccle. suã circumit eam cum reliquiis, vt sint illius ecclesiæ protectores. Legitur quoque iij. Reg. viij. cap. quòd in templi dedicatione congregati sunt omnes maiores natu Israël, cum principibus tribuum, & duces familiarum ad Regem Salomonem in Hierusalem, vt deferrent arcã fœderis Domini, veneruntque cuncti senes de Israël. Sacerdotes autem tulerunt arcam fœderis Domini in locum suum, & in oraculum templi in sancta sanctorum super alas cherubim. Siquidem cherubim extendebant alas super locum arcæ, & protegebant illam vectes eius. Rex autẽ Salomon & omnis multitudo Israël, quæ ad eũ conuenerat, gradiebatur cũ illo ante arcã. In cuius quidẽ rei testimonium, prælati, magnates, & Apostoli prouinciæ, hodie cõueniunt ad dedicationem ecclesiarum & sequũtur processionaliter consecrantẽ, & reliquiæ per sacerdotes sub papilione seu vmbraculo solenniter deportantur. Deinde Pontifex priùs quàm ecclesiam cum illis ingrediatur, sermonem facit ad populum. Nam & Salomon arca deportata conuertit faciem suam, & benedixit omni Ecclesiæ Israël, & pro orantibus in ecclesia orauit. Omnis enim ecclesia Israël stabat, & ait Salomon, Benedictus
25 Dominus Deus Israël, &c. prout legitur ibidem. † Recõduntur autem reliquiæ sanctorum cũ tribus granis thuris in capsula, quia exempla sanctorum cum fide Trinitatis, id est Patris, & Filij, & Spiritus sancti, debemus in memoria retinere. Nã debemus credere vnũ Deũ, vnam fidem, & vnum baptisma, quia iustus ex fide viuit: sine qua, sicut dixit Apostolus, impossibile est placere Deo. Supponitur & aptatur ipsi sepulchro quædã tabula signo crucis ex chrismate roborata. Siquidem per chrisma intelligitur Spiritus sancti donũ, quo tabula, id est charitas superungitur: quia cor nostrum ad obseruanda secreta cœlestia Spiritus sancti gratia roboratur. Tabula ergo hoc signo, roborata, reliquiis supponitur: quia per exempla sanctorum charitas accenditur, quæ operit multitudinem peccatorum, sicut in tabula reliquias operit: vnde Apostolus, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Hæc autem tabula, siue lapis, continet siue dicitur sigillum sepulchri, sicut ait Alexander Papa iij. extra de consec. eccle. vel alta. c. j. Posteà verò lapis, qui mensa altaris dicitur, super altare adaptatur, per quem, perfectionem & soliditatem notitiæ Dei possumus intelligere, quæ non propter duritiam, sed propter soliditatem fidei lapidea esse debet. de consec. dist. j. altaria. sicut
26 Dominus ait Petro, Tu es Petrus, & super hanc petram, scilicet hanc fidei firmitatem, ædificabo Ecclesiam meã. l. dist. fidelior. † Sicut enim mensa confirmatio & perfectio altaris est: ita notitia Dei confirmatio & perfectio est omnium bonorum. Vnde dicitur in sapientia ad Deum: Noscere enim te confirmata iustitia est, & noscere iustitiam tuam, & virtutem tuam, radix est immortalitatis. Et dominus per
27 Hierm. In hoc glorietur, qui gloriatur scire, & noscere me. † Vel per

ipsum lapidem, Christus intelligitur, de quo dicit Apostolus: Ipso summo angulari lapide Christo Iesu, per lapidem quidem, Christi humanitas designatur. De quo in Daniele legitur, quod lapis abscissus est de monte sine manibus: quia Christus de beata Virgine (quæ propter eminentiam virtutum mons dicitur) sine virili semine mirabiliter est natus: & factus in montem magnum, totum repleuit orbem terrarum, de quo etiam per Psalmistam dicitur: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: quoniã Christus quem ędificantes, id est Iudæi reprobauerunt, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. Hic factus est in caput anguli, quia sicut ait Apostol. Exaltauit illum Deus, & dedit illi, &c. vel per lapidem charitas intelligitur, vt præmissum est, qui debet esse magnus, & latus, quoniam latum est mandatum charitatis, quod etiam ad inimicos extenditur, iuxta præceptum Domini: Diligite inquit inimicos vestros. Non † ergo vnguntur altaria nisi lapidea, quia Christus per altare significatus est lapis excrescens in montem, vt dictum est. Ipse mons pinguis oleo lætitiæ præ consortibus vnctus. Verumtamen Exod. legitur Dominum præcepisse fieri altaria de lignis Sethim, sunt imputrescibilia, & altare laterum, ligneum est. Salomon quoque fecit altare aureum, prout legitur iij. Regum. viij. c. sed illa facta in figura. Et in comitatu prouinciæ in castro sanctæ Mariæ de Magdalo est altare terreum, quod ibi fecerunt Maria Magdalena, & Martha & Maria Iacobi, & Maria Salome. Post hoc aspersio altari, & cum aqua baptizato, restat vt oleo & chrismate liniatur. Episcopus enim superinfundit oleum & chrisma & cantat: Erexit Iacob lapidem in titulum fundens oleum desuper. Illa enim ecclesia fuit titulus aliarum: quia de Syon exiuit lex, & verbum Domini de Hierusalem. † Faciens primò super illo quinque cruces ex oleo infirmorum, secundum ordinem Romanum: secundum quasdam verò alias ecclesias de vtroque oleo, vnam in medio, & quatuor in cornibus, posteà modo totidem chrismate. Sanè per oleum Spiritus sancti gratia intelligitur, de quo dicit. Esa. prophera: Cõputrescet iugum à facie olei, quia sicut episcopus oleum infundit super altare, ita Christus, qui est summus Pontifex infundit gratiam super altare nostrum, quod est cor nostrũ: quia ipse est distributor omnium gratiarum per Spiritũ sanctũ, sicut dicit Apost. Alij datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, alij fides, alij gratia sanitatum, &c. Et sicut per oleum episcopus purificat mensam altaris, ita & Spiritus sanctus purificat cor nostrum ab omnibus vitiis & peccatis. † Christus quoque oleo fuit vnctus, non quidem visibili, sed visibili, id est gratia spiritus sancti. Vnde Dauid: Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis, id est plus, quàm omnes sanctos, qui fuerunt participes gratiæ eius, id est Christi: vnde vnctio expressius conuenit Christo quam aliis, quia præ omnibus aliis vnxit eum Deus ad habendum plenitudinem bonorum, ideoque inter

tatur vnctus. Vnctio quoque ex oleo, misericordiam significat, intrà illud Euangelij: Vnge oleo caput tuũ, & faciem tuam laua. quia sicut oleum in liquoribus, ita misericordia in bonis operibus superior est: quemcunque enim liquorem oleo superinfundas, illud semper desuper natat. De misericordia verò scriptũ est: Suauis Dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius, & misericordia superexaltat iudicium. Hoc igitur oleo liniatur altare cordis nostri, vt semper misericordiæ memores, aspersionis aquę & regenerationis & 31 baptismi affectum non amittamus. † Quinque cruces de oleo significant, quod memoriam quinque plagarum Christi, quas pro nobis in cruce sustinuit, semper habere debemus. Ipse namque quinque plagas sustinuit, scilicet in manibus, in pedibus, & in latere. Designant e- 32 tiam quinque passiones misericordiæ, quæ nobis sunt necessariæ. † Necesse enim est, vt homo misereatur Christo, passioni eius compatiendo: vnde Iob in persona Christi: Miseremini mei, miseremini mei, &c. Oportet etiam, vt homo misereatur proximo, cuius mala videt, vnde in Ecclesiastico: Miseratio hominis circa proximum suum. Et sibiipsi. Et Hoc tripliciter, scilicet pro commissis, plangendo illa. Vnde Hie. Nullus est, qui agat pœnitentiã super peccato suo, dicens: Quid feci? Pro omissis, vnde Esa. Væ mihi, qui tacui, id est, quia non sum locutus. quasi dicat: Quia omisi bonũ quod facere potui, & pro bonis minus purè factis. vnde Luc. Cùm bona omnia fecerimus, dicamus q; serui inutiles sumus, &c. quasi dicat: Bona fecimus, non bene, nõ purè, & ideò inutiliter fecimus: sicut faciẽs eleemosynã ad vnã gloriã, bonũ facit, sed nõ bene, nõ purè. De hac triplici miseratione dicitur Eccl. Miserere animę tuę placens Deo: quia vera cõpassio mentis, debet esse, cũ exhibitione operis, ideò bis fiũt Cruces. Primò de oleo, postmodũ de chrismate: vnde Psal. Beatus qui miseretur, & cõmodat. qui mente miseretur, & cõmodat opere. Et quoniã nõ sufficit habere cõpassionẽ in mẽte, cũ boni operis exhibitione, absq; odore bonę famæ, iuxta illud Euãgelij: Sic luceãt opera vestra, vt glorificetur Deus. & ideo fiunt Cruces de chrismate, quod constat ex balsamo, & oleo. 33 † Balsamũ quidẽ, propter bonũ odorem, significat bonã famã: oleum propter claritatem, nitorẽ conscientiæ, quam habere debemus, iuxta illud Apostoli: Gloria nostra hæc est testimonium conscięti ę nostræ. extrà de sac. vnct. c. j. Tunc autẽ balsamũ oleo rectè coniungitur, quã- 34 do bonus odor misericordiæ additur. † Rursus per quinq; Cruces de oleo & chrismate, quinq; sensus corporis nostri intelliguntur, qui duplicantur, & in denariũ surgũt: quia quãdoq; in sensibus corporis benę vtẽdo, & nosmetipsos custodimus & alios exẽplo, & doctrina nostra in bono opere confirmamus: vnde ille bonus negotiator gloriabatur, dicens: Ecce alia quinq; superlucratus sum. Dum autẽ fiunt illę præmissæ inunctiones, cantatur: Vnxit te Deus, Deus tuus. quod de Christo dictũ est. Ter ergo altare inũgitur, bis oleo, tertiò chrismate,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoniam Ecclesia fide,spe,charitate , quæ maior est cæteris , insignitur:& dũ chrisma infunditur,cantatur:Ecce odor filij mei,sicut odor agri pleni.Hic ager est Ecclesia,quæ floribus vernat,virtutibus splendet,operibus flagrat,& ibi sunt rosę martyrũ,lilia virginũ,violę confessorum,& viror incipientiũ.Post vnctionẽ adoletur incensum,quod deuotionem orationis significat.Qui enim habet septẽ dona Spiritus sancti,assimilatus est Deo:deuotã potest illi offerre orationem,cuius habet similitudinẽ.†In quinq; locis adoletur,videlicet in quatuor angulis,& in medio : quia sic quinq; sensus corporis exercere debemus vt fama boni operis nostri vsq; ad proximos extẽdatur. De qua dicit Apost.Christi bonus odor sumus in omni loco.extrà de sacr.vnct.c.j. Et in Euangelio:Sic luceat lux vestra , &c. Adhæc incensi frequentatio,est cõtinua Christi sacerdotis atq; Pontificis pro nobis apud Deũ Patrem interpellatio.† Crucẽ cum incenso facere ,est eius passionem Patri ostendere,& ipsum pro nobis interpellare.Incensum copiosè in medio,& in angulis cõburere , est orationes per Hyerosolymam & in vniuersali Ecclesia multiplicare. † Consequenter altare , cum ligno Crucis confirmatur dicendo:Confirma hoc Deus,&c.quæ confirmatio ex chrismate à Pontifice,in fronte lapidis facta, significat confirmationem,quæ quotidie fit à Spiritu sancto per charitatem,in altaribus cordis,vt nulla tribulatio cor nostrũ à charitate Dei valeat separare: vnde dicit Apost. Quis separabit nos à charitate Christi ? tribulatio an angustia,&c.Et subiũgit : Gloria Patri, & laus Trinitati cãtetur. Vltima altaris benedictio,signat illã finalem benedictionem,quando dicetur:Venite benedicti Patris mei,&c.Deinde altare linteo cãdido extergitur,ad notandum , quòd cor nostrũ castitate vitæ mũdare debemus.Deinde benedicũtur vasa, vestes , & linteamina diuino cultui deputanda Nam & Moses per quadraginta dies edoctus est à Domino facere linteamina , & ornamenta in templo necessaria. † Nemp vtensilia benedicere,est opera nostra ad Deum referre.Post hoc altare albis & mundis pannis vestitur.de quo sub tit.de altari dictum est. Postremò ornatur Ecclesia,& accenduntur luminaria,tũc enim opera iustorum splendescunt,tunc fulgebunt iusti , & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Et inde super altare hoc ordine consecrato, Missa celebratur,& sacrificium altissimo offertur. Istud videlicet , de quo Propheta ait:Sacrificium Deo spiritus contribulatus,cor contritũ,&c.prout dicetur in proœmio quartę partis.Non enim debet fieri consecratio,sine Missa.secundùm Gelasium Papam. de cõsecrat.dist. j. omnes.quia tunc reuelatur sacramentum , quod etiam Angelis ab initio fuit absconditum.Et attende , quoniam in asperſione Basilicæ Pontifex lineis duntaxat,& minoribus vtitur indumentis,sed in missa,vestibus ornatur pontificalibus,& pretiosis,recolens,quòd legalis Pontifex in lineis sanctuarium expiabat , & post lotus in pontificalibus holocaustũ arietum offerebat.Sed quia in eiusdem lineis hircum emittebat,post expiationem , ideò etiam in consecratione fontium & immersione catechuminorum , vbi peccata eorum transferuntur, quidam vtuntur simplicibus,& lineis indumentis.

SVMMARIVM.

1 *Chrisma confici præcepit Dominus.*
2 *Moses quo chrismate fuerit vnctus.*
3 *Vnctionis duæ species.*
4 *Infirmi & catechumeni quare oleo inungantur.*
5 *Vnctio exterior,an sit necessaria ad salutem. & nu.11.*
6 *Christiani omnes ante baptismum,bis oleo vnguntur. Et varia vnctio, varium quid notat.& nu.8.*
7 *Christus,vnde dictus,vnde itidem Christiani.*
9 *Vnctio ad quid fiat in vertice,& à quo insti tuta primùm.nu.10.*
12 *Arnaldistarum falsa opinio de baptismo.*
13 *Pectus baptizati vngitur,cum inuocatione Trinitatis.*
14 *Presbyteri manus,ab Episcopo inunguntur,& qua forma.*
15 *Episcoporum vnctio,vnde duxerat initium,& qualiter vngantur.*
16 *Episcopus,quod testimonium habere debeat.*
17 *Episcopi caput,cur balsamo vngatur,cur itidem manus, numer.18. Cur pollex nu.19.*
20 *Reges & Prophetæ,etiam in veteri Testamento vngebãtur, aliter tamẽ quàm hodie.*
21 *Regum vnctio,& Principum,quid differat ab vnctione Pontificum.*
22 *Episcopi die suæ consecrationis equos albos equitant , & quid idipsum notet.*
23 *Corpora bonorum,dicuntur equi.*
24 *Calicis & patinæ consecratio.*
25 *Vnctio extrema , an sit sacramentum , quidam dissident,& de eius forma,& quæ ætas requiratur.*
26 *Cœmeterium,ad quid benedicatur.*
27 *Ornamenta Ecclesiastica,benedicenda sunt.*

De Consecrationibus & Vnctionibus.

CAP. VIII.

1 LEgitur † Dominum præcepisse Mosi , vt conficeret chrisma ,quo vnguento vngeret tabernaculum in dedicatione,& arcam testamenti,mensamque cum vasis,& quo similiter sacerdotes & reges inungerentur.de consec.distinct.j.§. j. Moses tamen†non legitur fuisse vnctus , nisi vnctione spirituali , sicut & Christus. Voluit itaque Christus non vnctione materiali inungi,vt ex illa consequantur spirituales , & ideò pia mater Ecclesia diuersas exhibet vnctiones. De quibus hîc aliqua perstringamus dicentes. Primò , quid huiusmodi significent vnctiones. Secundò,ex quibus fiant.Tertiò,de vnctione

baptizandorum. Quartò, de vnctione baptizatorum, quæ per episcopum fit in fronte. Quintò, de vnctione ordinandorum. Sextò, de vnctione consecrandorum Episcoporum & principum. Septimò de vnctione Ecclesiæ, altaris, calicis, & aliorum ministeriorum Ecclesiasticorum. Octauò, de extrema vnctione. Nonò, de consecratione & benedictione cœmeterij, vestium, & aliorum ornamentorum Ecclesiasticorum. Decimò, de consecratione & benedictione virginum. † Circa primum igitur notandum est quòd duæ sunt species vnctionis. extrà de sac. vnct. cap. j Exterior, quæ materialis siue corporalis, & visibilis est. Et interior quæ spiritualis & inuisibilis est: exteriori visibiliter vngitur corpus. De prima Iacobus Apostolus ait: Infirmatur quis ex vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orēt super eū vngētes, cum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmū. De secunda Iacobus apostolus ait: Et vos vnctionē, id est vnctio, quā ab eo accepistis, maneat in vobis, vt nō necesse habeatis, vt aliquis doceat vos: sed sicut vnctio eius docet vos de omnib⁹, Vnctio exterior, signū est interioris. Interior verò, nō solùm est signū, id est, significatū, sed etiā sacramentū, quia si dignè sumitur, vel agit, vel auget, absq; dubio, quod designat, putà salutē, iuxta illud: Super illos manus imponent, & bene habebunt. Circa secundū sciendū quòd exhibendo exteriorem, & visibilem vnctionē, duplex oleum benedicitur. extrà de sac. vnct. c. j. videlicet oleū sanctū vel catechuminorū, quo catechumini vnguntur, & oleum infirmorū, de quo infirmi vngūtur. De qua vnctiōe loquitur dicta authoritas Iacobi: Infirmatur quis ex vobis, &c. Qualiter aūt fiūt benedictiones vtriusq; olei, & chrismatis in vij. parte sub quinta feria cœnæ Domini dicetur. † Sed quæritur quare infirmi & catechumini, oleo inunguntur? Respōdeo vt ex visibilibus inuisibilia faciliùs capiantur: sicut enim oleum fugando infirmitatē, recreat artus fessorum, & de sui natura lumen præstat, sic credendum est, quòd vnctio olei consecrati, quod est signū fidei, peccata fugando sanitatem animæ confert, & lumen ei præstat. Siquidem oleū visibile in signo, oleū inuisibile in sacramēto, & oleū spirituale intus est. De oleo infirmorum, authoritatem accepimus ab Apostolis. De oleo catechuminorum ab Apostolicis viris. † Et licet Deus possit oleum spirituale sine corporali tribuere, quia tamen Apostoli pro infirmis, Apostolici viri pro catechuminis hac arte vsi sunt, non sine peccato omitti potest, quod eorū authoritas consecrauit, prout sub tit. de altari, dictum est: sicut & antiquitùs iusti sine circuncisione placuere Deo, sed postquàm eis præceptū fuit, vt circuncciderentur, hoc omittentes peccato subiiciebantur. xxxv. dist. ab exordio. Tertiò, dicendū est de vnctione baptizandorū. Et quidē in nouo Testamēto. extrà de sac. vnct. nō solùm reges & sacerdotes vngūtur, sicut iam dicetur, verum etiā, quia Christus in sanguine suo, fecit nos Deo nostro regnū & sacerdotes, id est, regales sacerdotes iuxta quod Petrus Apostolus ait:

6 ait: Vos estis genus electum, id est, electi ex generibus hominū: regale sacerdotium, id est, bene vos regentes. Omnes Christiani bis † ante baptismū inungūtur, scilicet oleo benedicto. Primò in pectore, deinde inter scapulas, & bis post baptismū, scilicet chrismate sacro, primò, in vertice, deinde per Episcopū in frōte, & secundū Aug. ij. di. ecclesiasticarū primę tres vnctiōes introductę sunt potiùs vsu, quā per aliquam scripturā. In pectore quidē in quo est locus cordis, baptizādus vngitur oleo. Primò, vt per Spiritus sancti bonū, abiiciat errorem, & ignorantiā, & suscipiat fidē rectam, quia iustus ex fide viuit: & corde creditur ad iustitiā. Inter scapulas verò, vt per Spiritus sancti gratiā excutiat negligentiā, & torporem, & exerceat bonā operationē, quia fides sine operibus mortua est vt per fidei sacramentum sit mūditia cogitationum. In pectore, vt per operis exercitiū sit fortitudo laborum. In scapulis, quatenùs fides per dilectionē, secundum Apostolum operetur. Oleum igitur à corde ad scapulas transfertur quādo fides, quę mēte cōcipitur, opere perficitur: quia iuxta hoc fides est facere quod dicis. In vertice verò baptizat⁹ chrismate à sacerdote inūgitur, vt sit paratus omni poscēti, de fide reddere rationem: quia per caput, nens intelligitur, iuxta quod legitur: Oculi, id est, intellectus sapientis in capite, id est, in mente eius, cuius scilicet mentis superior pars, et ratio, & inferior sensualitas. Vnde bene per verticē, quæ est superior pars capitis, intelligitur ratio, quæ est superior pars mentis. De hoc etiā in vj. parte sub Sabbato sancto, vbi agitur de cōfirmatione, rior pars dicetur. Ideò autem ante baptismum vngitur oleo benedicto, & post baptismum chrismate sacro, quia chrisma solùm cōperit Christiano.
7 Christus † enim, à chrismate dicitur, vel potiùs à Christo dicitur chrisma, non secundum nominis formam, seu secundum fidei rationem. Christo Christiani dicuntur, tanquam vncti diriuēntur ab vncto, scilicet à Christo, vt omnes concurrant in odorem vnguenti illius, scilicet Christi, cuius nomen oleum est effusum: sed secundum vim nomins, Christiani à chrismate dicūtur, secundū Isidor. de hoc dicetur in prœmio secundæ partis. Rursus secundum August. de consec. d.
8 iiij. prima vnctio † ex oleo, ostendit nos ad auditum plenæ fidei præparatos, & ad bonum Christi odorem vocatos, & renūtiandum Diabolo: esse commonitos. Secunda vnctio, in pectore & inter scapulas fit, secundum Rabanum, ead. dist. Deinde vt per fidem vndiq; muniamur, & ad bona opera perficiendā per Dei gratiā roboremur. Nempè per pectus, fidei virtus, per scapulas verò, in quibus onus portatur, hominis obur, & operatio rectè intelligitur, iuxta illud xxvj. q. vj. alligant onera importabilia & imponunt humeris hominum, &c. Vngitur ergo in pectore & inter scapulas, vt mente, & actu opera Diaboli postponat, & vt sit capax ad intelligendū verbum Dei, & robustus ad
9 portandum iugum ipsius, & onus legis. Vnctio † verò, quæ fit in vertice, id est in summitate capitis, super cerebrum, fit secundùm ipsum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ead.d. Postquàm. & dist.v. nouissimè. vt cœlestis regni particeps fiat inunctus, & quia baptizati anima capiti,id est,Christo despõsatur:& propterea fit cum chrismate oleo, & balsamo confecto, vt sciamus quod Spiritus sanctus ei datur, qui inuisibiliter operatur : oleũ nãq; fessa mẽbra fouet,& lumen præstat, vt præmissum est. Balsamus verò redolere facit.Siquidem fessa sunt animæ membra, quando pœnitet se contra Deum egisse,Spiritus sanctus venit ad illã,illuminans eius intelligentiam,& demonstrans ei peccata sibi esse dimissa,vel dimittenda,& præstans illi bona opera,quæ in aliis bonum inspirant odorem,quod per fragrantem balsamum designatur.Item,quia sedes superbiæ quæ semper iuxta ipsius nominis consonantiã,superiora aperit,in vertice esse videtur:ideò ritè fit ibi hæc vnctio sub forma Crucis,& sub nomine humilitatis.Hanc vnctionem† Syluester Papa fieri instituit per presbyteros propter occasionem mortis. Vnde credibile est,quòd ante eius tempus vtraq; vnctio,scilicet & verticis,& frontis Episcopo reseruabatur. Cùm enim gremium dilataretur Ecclesiæ nec omnibus Episcopi valerent per confirmationem occurrere, ideò ne sine chrismatis vnctione perirẽt,instituit,vt à sacerdotibus in vertice supra cerebrum,vbi est sedes sapientiæ, vngerentur,ad robur & augmẽtum gratiæ.Vnde si posteà decesserint, dicit Richardus in Mtrali, quòd pro rata gratiæ augmentum consequentur & gloriæ. Veruntamen † & sine vnctione,credimus solo baptismo saluari, & sine manus impositione, Spiritum sanctum dari cui Deus dare voluerit prout in actibus Apostolorum legitur.† Arnaldistæ tamen perfidi hæretici asserunt,quòd nunquam per baptismum aquæ, homines Spiritum sanctum accipiunt, nec Samaritani baptizati , illum receperũt donec manus impositionem acceperũt.Sanè vtraq; vnctio fit , secundum Rabanum,de consec.dist.iiij posteà in modum Crucis , vt eò tempore Diabolus in vase suo ptristinę cognoscens signum suæ interemptionis,id est,sanctæ Crucis,qua intereptus est , iam sibi deinceps illud sciat alienum,id est à se alienatum.† Fit quoq; secundum eam ea.dist.deinde.vnctio in pectore cum inuocatione Trinitatis,vt iuxta reliquiæ latentis inimici,in eo.resideant, sed in fide sanctæ Trinitatis mens eius conforterur,& suscipiat & habeat intelligentiã mandatorum Dei.Quisquis ergo fidelis bis inungitur priùs oleo, postea similiter bis chrismate.Primò,in baptismo,in vertice. Secundò post baptismũ,in frõte, scilicet in cõfirmatione: quia etiã Spiritus sanctus bis fuit Apostolis datus , vt dicetur in vj. parte , sub Sabbato sancto. Quarto loco dicendum esset,de vnctione,quæ fit per Episcopum in fronte baptizati , sed de hoc dicerur in vj.parte sub Sabbato sancto. †Quinto loco,circa vnctionem ordinandorum,notandum est,quòd manus presbyteri ab Episcopo inunguntur , vt cognoscat ho sacramento se per Spiritũ sanctũ susciperе virtutẽ & gratiã cõsecrãdi.Vnde Episcopus ea inungens dicit : Consecrare & sanctificare igneris Domi

Domine manus istas per istam vnctionem, & nostrã benedictionẽ, vt quæcũque consecrauerint,consecrentur, & quæcunque benedixerint, benedicantur in nomine Domini.xvj.q.j.§. hoc inde.& extrà. de sac. vnct.c.j.Ideóq; viri deuoti osculãtur manus sacerdotũ,statim post ordinationem eorum,credentes per hoc orationũ illorũ & bonorũ participes fieri.Et vngũtur oleo sacro,quòd opera misericordiæ pro viribus ad omnes debeant exercere.Per manus enim opera,per oleũ misericordia designatur.Vnde Samaritanus ille appropiãs vulnerato,vinũ superinfundit:& oleũ vulneribus eius.Vngutur etiã oleo,vt humicia pietatis,non aridè & curuè retinendum.j.q.j.sicut vrgeri.Vtrumq; enim,videlicet gratia curationis & charitas dilectionis per oleum designatur. Rursus ideò impositio manus cũ oleo super caput ordinandi fit,quia per manus opus,per digitos,dona Spiritus sancti,& per caput mens intelligitur.Manus ergo imponitur,quia donis Spiritus sancti imbutus, ad opera Christi mittitur. † Sextò circa Episcoporum & principũ vnctionẽ sciendum est, quòd Episcoporũ vnctio à veteri Testamẽto sumpsit originẽ,extra de sac.vnct.c.j.Nam Le.xx.dicitur:Põifex,super cuius caput fusum est vnctionis oleũ, & cuius manus sunt in sacerdotio consecratæ.Sanè Episcopus vngitur chrismate,quod(sicut præmissum est) cõficitur ex oleo & balsamo,& vngitur illo tam in corpore,quam in corde,vt interius nitorem conscientiæ,quantum ad Deum,quod per oleum exterius habeat odorem famæ quò ad proximum,quod per balsamũ designatur. De nitore conscientiæ dicit Apostolus : Gloria nostra,hæc est testimonium conscientiæ nostræ. Nam omnis gloria filiæ regis abintus, scilicet procedit De odore bonæ famæ idem Apostolus ait: Christi bonus odor,id est,exemplum & imitatio sumus in omni loco,& aliis sumus odor vitæ in vitam.xxiij.q.iij. c.Nabuchodonosor. in princ.quasi diceret:Sumus exẽplum dilectionis,& bonæ opinionis ducentis in vitam æternam : aliis odor mortis in mortem,id est, inuidiæ & malæ opinionis ducentis in mortẽ æternam.† Debet enim Episcopus in se bonum habere testimonium & ab his quæ sunt intus,& ab his quę sunt foris,vt cortina,id est fidelis,cortinam,id est, infidelem trahat,scilicet ad fidem:& qui audit , scilicet addiscendo,& credendo,dicat:Veni, scilicet prædicãdo:& de hoc vnguento,caput & manus Episcopi consecrantur : per caput enim mens intelligitur,iuxta illud Euangelij:Vnge, id est humilia caput tuum,& faciem tuam,id est,conscientiam laua, scilicet lachrymis. Per Manus opera designantur, iuxta illud in Canticis : Manus meæ , id est bona opera distillauerunt myrrham,id est dederunt aliis bonum exẽplum. † Caput igitur vngitur balsamo charitatis. Primò , vt Episcopus diligat Deum,ex toto corde,& ex tota mente & tota anima sua:& etiam Christi exemplo proximum suum , sicut, id est ad id, quod seipsum. Oleum enim in capite,est charitas in mẽte,secundùm Greg.Secundò,

caput vngitur propter authoritatem,& dignitatem,quoniam non solùm Episcopus, sed etiam Rex consecratur. Tertiò, vt ostendatur illius,scilicet Christi (tanquam eius vicarius) repræsentare personam, de quo dicitur per prophetam:Sicut vnguentum in capite,&c. Caput enim viri, est Christus : caput Christi, Deus, qui de se dicit : Spiritus Domini super me, eò quòd vnxit me & Euangelizare pauperibus misit me. Christus enim caput nostrum, vnctus est oleo inuisibili, ipse pro vniuersa interpellat Ecclesia, Episcopus pro sibi commissa. † Manus verò vnguntur, propter ministerium & officium:manus quidem, quæ opera designant,vnguntur oleo,id est chrismate pietatis,& misericordiæ.Primò,vt Episcopus operetur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei, nemini claudantur, omnibus aperiantur, iuxta illud : Manus aperuit inopi,& brachium extendit ad pauperem. Manus arida, manus auara, manus tenacitate contracta, aperiri non potest.Vnguntur igitur,vt sanentur & aperiantur, & vt indigentibus eleemosynas largiantur. Secundò, vt ostendatur accipere potestatem benedicendi,& consecrandi.Vnde cùm eas consecrator inungit.Consecrare (inquit) & sanctificare (inquit) Domine digneris manus istas &c.vt suprà. Tertiò, vt mundæ sint ad offerendum hostias pro peccatis. Et nota, quòd licet manus Episcopi inunctæ fuerint oleo, cum à presbyterum ordinaretur, iterum chrismate inunguntur cùm in Episcopum consecratur. extrà de sac. vnct. c. vno. Siquidem per manus opera,per oleum Spiritus sancti,vel gratię copia,per balsamum,quod oleo admiscetur in chrismate, odor bonæ famæ designatur. Eccles. xxiiij Quasi balsamum non mistum odor meus. Quia ergo in operibus Episcoporum & aliorum superiorum, plus quàm in aliis inferioribus munus Spiritus sancti apparere,& odor famę sentiri debent,iuxta illud ij.ad Corinth.ij.Christi bonus odor,sumus Deo.nam & in cœlesti hierarchia superiores Angeli, inferioribus bonis, & gratia eminent. lxxxviij.distinctio.ad hoc idcirco in eorum cõsecratione manus aliàs oleo inunctæ,chrismate rationabiliter inunguntur. † Pollex etiã chrismate confirmatur, vt pollicis impositio cunctis proficiat ad salutem.Nempè in veteri Testamento, non solùm vngebatur sacerdos, † verumetiam Rex & Propheta, sicut in libris Regum habetur. Vnde Dominus præcepit Heliæ:Vade & reuertere in domum tuam, per desertum in Damascum,cúmque perueneris illuc,vnges Azel in Regem super Syriam,& Iehu filium Nausi vnges Regem,super Israël. Heliæum autem, filium Iaphat,qui est de Abel, vnges prophetam pro te. Samuel quoque vnxit Dauid in regẽ.Sed postquàm Iesus Nazarenus, quem vnxit Deus Spiritu sancto,sicut in Actib. Apostolorum legitur, vnctus est oleo præ consortibus suis,qui secundum Apostolum,est caput Ecclesiæ, quæ est corpus ipsius Principis : vnctio à capite ad brachium est translata, vt princeps à tempore Christi non vngatur in capite,sed in brachio siue in humero vel in armo, in quibus principatus congruè

congruè designatur,iuxta quod legitur : Factus est principatus super humerum eius,&c. Ad quod etiam signandum,Samuel fecit poni armum ante Saul, cui dederat locum in capite mensæ ante eos qui fuerant inuitati.In capite verò pontificis sacramentalis,est delinitio obseruata,quia personam capitis, scilicet Christi,qui est caput Ecclesiæ
21 in pontificali officio repræsentat. Differt † autem inter pontificis & principis vnctionem:quia caput pontificis chrismate cõsecratur,brachium verò principis oleo delinitur,vt ostendatur,quãta sit differentia inter authoritatem põtificis,& principis potestatem.Et nota,quòd sicut in euangelio legitur,quidam paterfamiliàs vocauit seruos suos, & dedit illis decem mnas. Siquidem vocatio serui,est canonica electio episcopi, quæ fit secundùm vocationem Domini vocãtis Aaron. extrà de elect.c.transmissa.Mna datur ei,quando is,qui sibi mnas imposuit dat ei textum euangelij, dicens:Vade,prædica.& ipse cùm primò ingreditur ciuitatem suam,portat euangelium in pectore suo iuxta morem quarundam Ecclesiarum,ostendẽs quasi negotiator mnam suam. In quibusdam etiam Ecclesiis cùm archiepiscopus dat illi virgam,dicit:Vade,prædica.& ille statim benedicit populum,in quo de-
22 signatur,quòd Moses cum virga missus est in Aegyptũ. Rursus † episcopi in die suæ consecrationis, consueuerunt equitare equos, albis pannis coopertos,repræsentantes illud, quod legitur in Apocal.decimono : Exercitus,qui sunt in cœlo sequuntur illum,in equis albis. Siquidem exercitus,qui sunt in cœlo, sunt boni, & iusti viri,& prælati,qui quotidie sequuntur pro cœlestibus Deũ in omnibus bonis opequærunt.Vnde Apostolus,Nostra conuersatio in cœlis est. Hi exercibus, qui ideò dicuntur esse in cœlo, quia sola cœlestia diligunt & tus,id est boni & iusti viri,& prælati, sequuntur Iesum,quãdo scilicet expugnant in se vitia, per correctionem, & in proximis per admonitionem.Vnde Iacobus:Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vitæ suæ liberabit animam suam à morte,&c.Isti exercitus sunt in equis
23 albis,& in corporibus castis.Corpora bonorum † dicuntur equi,quia sicut equi diriguntur secũdum voluntatem sessoris, ita iustorum corpora reguntur secundum voluntatẽ Christi.Isti equi debent esse albi, siue albis operti,id est corpora iustorum,& prælatorũ,debent esse casta & munda.Si enim casta non fuerint, Christũ sequi non poterũt.Et petrus:Christus passus est pro nobis,vobis relinquẽs exẽplũ,vt sequamini vestigia eius,&c. Sed & clerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ ex confessione Constãtini Imperatoris xcvj dist.Constãtinus.equitãt equos decoratos linteaminibus candidissimi coloris. Qua die debeat Episcopus consecrãri,dicetur in secũda parte sub tit.de episcopo. Septimo loco, dicendũ est de vnctione altaris,calicis,& aliorum ministeriorum Ecclesiæ quæ secundum morem dum dedicantur, inunguntur. extrà de sac.vnct.c.vno.non solùm ex mandato legis diuinæ : sed etiam, quòd

Mosis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Moſes tabernaculum, & omnia vaſa miniſterij ſanguine aſperſit, & omnia penè in ſanguine mundabantur: verumetiam exemplo beati Syluestri, qui quando conſecrabat altare, illud chriſmate perungebat. Præcepit enim Dominus Moſi, vt faceret oleum vnctionis, de quo vngeret tabernaculum teſtimonij, menſam, arcam teſtamenti, candelabrum, & ſupellectilia, Exod. xxx. & xl. c. & alia, vt præmiſſum eſt. Quæ vnctiones fiunt in rebus inunctis, & vt maior reuerentia exhibeatur, & maior eis gratia infundatur. De his vnctionibus in ſuis locis dictũ eſt & dicetur. Verùm vnctionis ſacramentũ aliud quidem efficit & figurat tam in nouo quàm in veteri Teſtamento. extrà de ſac. vnc. Vnde non iudaizat eccleſia, cum vnctionis celebrat ſacramentum, ſicut aliqui Antiqui mẽtiũtur, qui neque Scripturas, neque Dei nouere virtutem. De vnctionibus eccleſiæ & altaris, in ſuis titulis dictũ eſt. † Pacina ſiquidem cõſecratur & inungitur ad miniſtrationẽ corporis Chriſti, qui in ara Crucis pro omnium ſalute immolari elegit. Nã & omnipotens Deus conſperſam ſimilaginem in patenis aureis, & argenteis ad altare ſuum deferri iuſſit. Calix quoque cõſecratur & inungitur, vt gratia Spiritus ſancti perficiatur nouum ſepulchrum corporis & ſanguinis Chriſti, & ipſe dignetur illum ſua virtute perfundere, qui ſacrificem Melchiſedech famuli ſui perfudit. Octauò, de extrema † vnctione, quæ ſcilicet ex inſtitutione Felicis Papæ quarti, & ex præcepto Iacobi Apoſtoli datur laborantibus in extremis, dicendum eſt. De qua dicunt quidam quòd illa non eſt ita propriè ſacramentum ſicut chriſmatio, quæ fit in fronte vel alia, quia (ſicut aſſerunt) iterari poteſt cùm fit oratio ſuper hominem, quod in ſacramentis non contingit: ſic conſe. diſt. iiij. oſtenditur. & no. de conſe. diſt v. c. j. Sanè hæc vnctio non per ſolum ſacerdotem fieri poteſt, ſi plures adeſſe non poſſunt. extrà de ver. ſign. quæſuit. per quam quidem venialia remittuntur, iuxta illud Iacobi: Infirmatur quis ex vobis, vt ſuprà. Fit autem vnctio hæc in diuerſis partibus corporis ſiue membris propter cauſas, quæ ex orationibus, quæ tunc dicuntur, colliguntur, & ſpecialiter in illis, in quibus quinque ſenſus hominis vrgent, vt quicquid per illos infirmus deliquit, per huius vnctionis virtutem aboleatur. De quibuſdam ordinariè legitur, quòd inungendus debet eſſe ad minus xviij. annorum: & quòd ægrotans, ſemel duntaxat debet in anno inungi: licet pluries ægrotet, & quòd nullus inungendus eſt, niſi qui priùs compos mentis exiſtens, verbis aut ſignis illud poſtulauerit. xxvj. q. vlt. iis qui & c. ſeq. extrà de ſen excom. c. à nobis. Et quòd nõ debẽt ſcapulç inungi: quia in baptiſmo fuerunt inunctæ, & amodò miniſterio carent: & quòd confirmatus non debet inungi in fronte, ſed in temporibus, nec preſbyteri manus vngebãtur interiùs, ſed exterius, putà in ordinatione eius interius inunctæ fuerunt. Et quòd ab epiſcopo ſemel inunctus, non debet propter eius reuerẽtiam vlteriùs per preſbyterum inungi. extra de tempo. ordina. cum in diſtribuendis. de conſec. diſt. ij. c. fi. Et quòd

quòd ſi æger inunctus conualeſcit loca inuncta lauentur, & aqua lotionis in ignem proiiciatur. Si vero decedat, non lauetur corpus propter recentem vnctionem. Quòd ſi æger in extremis laborat, citò vngatur, ne inunctus decedat. v. diſt. baptizati. Quidam etiam pœnitentes & morituri, cilicium induunt, & ſternuntur in cinere, vt dicetur in ſexta parte, ſub quarta feria in capite ieiuniorum. Nonò cœmeterium,
26 † quod eiſdem gaudet priuilegiis cum Eccleſia, conſecratur & benedicitur xviij. q. iiij. ſicut Dominus contumax. & c. ſeq. extra de conſecr. eccle. conſuluiſti. & de immu. eccleſ. in rub. & c. cum eccleſia. ſicut Dominus benedixit per manus ſeruorum ſuorum Abraham, Iſaac & Iacob, terram filiis Ebron cauſa ſepulturæ comparatam. Benedicitur autem vt vlterius deſinat illis immundorum ſpirituum habitatio eſſe, & fidelium corpora ibi vſque ad diem iudicij requieſcant in pace, niſi paganorum vel infidelium, vel etiam excommunicatorum corpora ibi fuerint inhumata, donec inde fuerint eiecta de conſecr. diſt. j. eccleſiam.
27 & cap. ij. extra de ſepult. ſac. Illud † etiam notandum, quòd pallæ altaris, veſtimenta ſacerdotalia, & huiuſmodi eccleſiaſtica ornamẽta benedicenda ſunt: legimus enim de conſecr. diſtin. j. §. j. Moſem ex præcepto Domini tabernaculum diuinis precibus ſacraſſe cum menſa, & altari, & vaſis, & vtenſilibus ad diuinum cultum explendum. Si ergo Iudæi, qui legis & futurorum vmbræ ſeruiebant, hoc agebant. Heb. viij. & x. cap. quanto magis nos, quibus veritas per Chriſtum patefacta eſt, hoc agere debemus, & per epiſcopus ſacratos, & non per coepiſcopos. lviij. diſt. quamuis. Vnde legitur Exod. penult. Cuncta vaſa miniſterij benedixit Moſes: & ſi ſacræ veſti peria vel filum adiungatur, non ideo benedictionem iterari debere iuris teſtimonio comprobatur. argu. inſtit. de re. diui. §. cum ex aliena. & §. qui tamen. extra de conſecr. Eccle. quod in dubiis. Quare autem res huiuſmodi & ſimiles benedicantur, ex earum benedictionibus colligitur euidenter. De veſtibus vero ſacris, dicetur in proœmio tertiæ partis. Et attende, quia benedictio ſeu conſecratio Eccleſiæ & veſtium ornamentorum eccleſiaſticorum, non fit eo quod illæ ſunt gratiæ ſuſceptiua, cum ſint inanimata, ſed hoc noſcitur introductum, quia ſicut & homines, ſic & illa per benedictionem & conſecrationem diuino cultui habilitantur, & idonea & maioris reuerentiæ efficiuntur. Perſonis vero per vnctionem & benedictionem maior gratia infunditur. Quidam autem in ornamentorum benedictione manus ſuſpendunt, de quo dicetur in ſecunda parte. ſub tit. de diacono. Decimò eſſet de conſecratione virginum dicendum, ſed de hoc in proœmio ſecundæ partis agetur.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum, quid, quid myſterium: & quid myſterium differat à miniſterio. num. 2.*
3 *Sacramenti diffinitio.*

4 *Sacramenta variæ sunt.*
5 *Sacramenta ordinis & necessitatis, an, & quãdo à laico præstari possint.*
6 *Sacramentum dignitatis & voluntatis, quid.*
7 *Matrimonium, est sacramentum voluntatis tantùm, & quo tempore nuptiæ solenniter celebrentur.*
8 *Mulieris complexus, quo tempore sit fugiendus.*
9 *Mulieres cur velentur in nuptiis.*
10 *Sponsæ annulus datur, & qua significatione.*
11 *Amoris summa vis.*
12 *Matrimonium, triplex quoddam sacramentum continet.*
13 *Bigamus ineptus est ad clericatum. Et quid ita.*
14 *Sponsus & sponsa, benedicuntur primò à parentibus, deinde à sacerdote. num. 15.*
16 *Sacramentum vnum, dignus alio quatuor modis.*
17 *Sacramenta, quibus de causis sint instituta.*

De Ecclesiasticis sacramentis.

CAP. IX.

CIrca Ecclesiastica † sacramenta notandum est, quòd secundũ Gregor. j. quæst. j. multi. Sacramentum est in aliqua celebratione, cùm res gesta ita sit, vt aliquid significatæ rei accipiamus, quod sanctæ & dignè accipiendum est. Mysterium verò est, quod occulte & inuisibiliter operatur Spiritus sanctus, ita quòd operando sanctificat & sanctificando benedicit. † Mysterium enim est in sacramentis, mysterium dicitur in ornamentis. Sed & secundum Augustũ de consecrat. dist. ij. sacrificium, & c. signum sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma. Item sacrificium visibile, inuisibile sacramentum. Item idem signum, est res præter speciem, quam ingerit sensibus, aliquid aliud ex se faciens, in cognitionem venire. Dicitur † etiam sacramentum, sacræ rei signum, vel sacrum secretum. De hoc etiam in quadã parte sub sexta particula canonis dicetur super verbo: Mysterium fidei, & sub tit. de oblatione. Sanè, quædam † sunt sacramenta necessitatis tantùm, quædam dignitatis, & necessitatis, quædam ordinis & necessitatis, quædam dignitatis, & voluntatis, quædam verò voluntatis tantùm. Sacramentum necessitatis tantùm, est baptismus, qui summa necessitate à quocunque (dum tamen in forma ecclesiæ) collatus proficit ad salutem. de sum. tri. c. j. §. pe. xxij dist. §. verum. Et dicitur necessitatis, quia sine eo nemo saluari potest, si ex contemptu desideratur. De hoc sacramento in sexta parte sub sabbato sancto dicetur. Sacramentum dignitatis & necessitatis, est confirmatio dignitatis, quæ à solo episcopo confertur. extrà de confirma. quanto. de sac. vnct. cap. necessitatis. quia ex contemptu illud dimittens non saluatur, vt in prædicto cap. quanto. de hoc etiam sub dicto sabbato dicetur. Sacramentum

verò ordinis & necessitatis, sunt pœnitentia, eucharistia, & extrema vnctio: ordinis, quia tantùm à rite ornatis secundum claues ecclesiæ
5 dari debent, † nisi in necessitate, in qua quis potest etiam laico confiteri. Necessitatis, quoniam ex contemptu illa dimittens saluari non potest. De pœnitentia vide in sexta parte, sub tit. de quinta feria cœnæ Domini, vt diximus in repertorio nostro, sub titul. de pœn. & re De eucharistia in quarta parte sub canone dicetur. De extrema vnctione, in
6 præcedenti titul. dictum est. Sacramentum † verò dignitatis, & voluntatis, est ordo dignitatis quia à solis episcopis confertur, vel quia nonnisi dignus, & dignè ad illud assumendus est. extrà de sum. Trin. c. j. in fine. Voluntatis, quia sine illo quis saluari potest. extrà de episc. qui re. epis. c. j. & j. q. j. §. sed notandum. & §. ecce cum. De hoc dicetur in proœ-
7 mio secundæ partis. Sacramentum voluntatis † tantùm est matrimonium & dicitur voluntatis, quia sine illo quis saluari potest. Non enim expedit homini ad regna cœlorum tendere volenti nubere. xxiij. q. iiij. tunc saluabitur. Circa quod notandum est, quòd secundum canones. xxiij. q. iiij. non oportet. extrà de feriis. capellanus. solennitas nuptiarum facienda non est à septuagesima, quod est tempus tristitiæ, vsque in octauam Paschæ: nec tribus hebdomadis ante festum sancti Ioannis. Sed secundum consuetudinem Ecclesiæ generalis matrimonium publicè contrahitur in Ecclesia à crastina dominicæ in albis, videlicet ab octaua die Paschæ vsque ad primum diem rogationum. Et in prima die rogationum, in mane clauditur hæc solennitas, & durat prohibitio vsque ad octauam diem post Pentecosten inclusiuè: & sic loquitur Clemens Papa in sua epistola decretali. extrà de fer. capellanus. A prima quoque dominica aduentus vsque ad Epiphaniam non debent nuptiæ celebrari, vt in prædicto cap. non oportet. xxxiij. q. iiij. nec etiam fierent vsque ad octauam Epiphaniæ, nisi quia Dominus nuptias cum sui præsentia cum etiam miraculo decorauit. Vnde tunc cantatur: Hodie cœlesti sponso iuncta est Ecclesia. Quidam tamẽ dicunt sanctius esse, quod hæc prohibitio vsque ad octauã ipsius festi extendatur, sicut & officium conuersionis aquæ in vinum, fit in nuptiis. In præmissis ergo temporibus matrimonia non contrahuntur, quoniam ipsa tempora sunt oratio-
8 ni deputata. † Et ideò debet tunc homo à lecto vxoris sequestrari. Generaliter enim tempore quo abstinetur à nuptiis, abstinẽdum est etiam à coniugali amplexu. xxxiij. q. iiij. per totum. nisi fortè ob fragilitatem humanitatis vir ab vxore poscat coniugale debitum, vel ecõuersò, quoniam poscenti soluendum est, quia secundum Apostolum, vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier, & econuerso. extrà de conuers. coniu. quoddam. Licet autem solennitas nuptiarum præmissis temporibus interdicta sit, quocunque tamen tempore matrimonium legitimè per verba de præsenti contractum est, tenet. Quod verò statutũ fuit in canon. xxxiij. q. iiij. non oportet. quod tribus septimanis præcedentibus festum beati Ioannis Baptistæ nuptiæ non celebrarentur, ideò factum

fuit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuit,vt liberiùs orationi vacetur. Instituerát enim ecclesia priùs duas quadrageſimas, præter maiorem: vnam ante natale Domini, quæ communiter vocatur Sancti Martini, & durabat vſque ad natale. Aliam ſcilicet quadraginta dierum ante feſtum beati Ioannis Baptiſtę, in quibus vacandum erat orationibus, eleemoſynis, & ieiuniis. Sed propter hominum fragilitatem, illæ duæ ad vnam ſunt redactæ: & iterum illa diuiſa eſt in tres hebdomadas aduentus, & tres ante natiuitatem ſancti Ioannis in quibus eſt ieiunandum & à nuptiis eſt abſtinendum. Porrò † ſecundum beatum Iſidorum, eadem quæſtione, fœminæ dum maritantur, ideò velantur, vt nouerint ſe ſemper viris
Gene.24 ſuis ſubditas. Et quia Rebecca videns Iſaac ſe velauit. Item ideò nubentes poſt benedictionem vitta vno inuicem vinculo copulantur, ne compagem, id eſt fidem vnitatis coniugalis diſrumpant. Eadem verò vitta candida purpureóque colore permiſcetur: quia candor, eſt munditia vitæ, purpura ad ſanguinis poſteritatem adhibetur: vt hoc ſignet & continentia & lex continendi ab vtriſque ad tempus admoneatur. poſt hoc ad reddendum debitum non negetur. † Item quòd in primo annulus à ſpõſo ſponſæ datur, ſit nimirum propter naturæ dilectionis ſignum & propter id magis, vt pignore. id eſt, ſigno eorum cordi ingitur. Vnde & in quarto digito ideò anulus inſeritur, quia in eo ven quædam (vt fertur) ſanguinis ad cor vſque perueniat. Item Prothasi quidam ſapiẽs primùm ob amoris ſignum ferreum annulum fecit, & in ibi adamantem incluſit, & inde ſubarrare ſponſas inſtituit: quia ſicut ferrum † omnia domat, ſic amor omnia vincit, quoniam nihil a
Cant.8 moris furore vehementius. in auth. de nupt. Et ſicut adamas eſt infrangibilis, ſic & amor eſt inſeparabilis. Fortis eſt enim, vt mors dilectio Ideóque in digito anulari in quem vena procedit à corde, illum portare inſtituit. Poſtmodum verò pro ferreis, ſunt aurei conſtituti, & pro adamante gemmis ornati, quia ſicut aurum cætera metalla, ſic amor vniuerſa bona præcellit. Et ſicut aurum gemma decoratur: ſic coniugalis amor cæteris virtutibus adornatur. Nuptiæ autem ſecundum Ambr. ead. q. nec illud. dictæ ſunt à nubendo. Illæ enim quæ nubunt, caput propter verecundiam obnubere, non loqui ſolent. Vnde & Re-
Gene.24 becca viſo Iſaac, cui deſponſari debebat, caput obnubere cœpit. xxxij. quæſt. ij. honorat. in fin. Verecundia namque debet præcedere nuptias quò ipſum coniugium plus verecundia commendet, & magis expetita debet videri à viro, quam ipſa virum expetiiſſe. Sed ſecundum Hieron. ead. quæſt. connubia. Connubia legitima, peccato carent: non tamen tempore illo quo actus coniugales geruntur: præſentia Spiritus ſancti datur etiam, ſi propheta eſſe videatur, qui officio generationis obſequitur. † Notandum etiam eſt quòd triplex ſpirituale ſacramentum in carnali matrimonio conſummato deſignatur. Primum ſacramentum eſt vnio ſpiritualis animæ ad Deum, & per fidem, dilectionem charitatem ſiue vnio voluntatis: ſcilicet charitas, quæ conſiſtit in ſpiritu inter

inter Deum & iuſtam animam. extrà de biga. debitum. vnde Apoſto- *1. Cor. 5.*
lus: Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cum illo. Hoc ſacramentum ſignificatur per coniunctionem animorum, habitam in prima deſponſatione carnalis matrimonij. Secundum, eſt vnio humanæ naturæ ad Deum, quę facta eſt in vtero virginali, per incarnationem Verbi Dei, ſiue naturæ conformitas, quę conſiſtit in carne inter Chriſtum & ſanctam eccleſiam. de conſec. diſt. ij. in Chriſto Patre. Ad quod pertinet illud: Verbum caro factum eſt, &c. Hoc ſacramentum deſignatur in *Ioan. 1*
matrimonio carnali per coniunctionem corporum conſummato, non quòd ipſa coniunctio, in qua Spiritus ſanctus nõ adeſt, illud deſignet: ſed per ipſum actum conſummatum ſignificatur. Tertium ſacramentum, eſt eccleſiæ vnitas, ex omnibus Gentibus collecta, & vni viro, ſcilicet Chriſto ſubiecta. xxvj. diſt. acutius. Hoc ſacramentum ſignificatur in eo, qui vnicam tantùm, & virginem habuit vxorem, facto poſt-
13 modum clerico & ordinato. Vbi † verò quis ad bigamiam ſiue ad ſecundum matrimonium tranſit, iam ab vnitate recedit: quia carnem ſuam in plures diuidit, & ſic huius tertij ſacramenti ſignificatio in eo non cadit, quare promoueri non poteſt: nam promotus vnitatem ſignificare non poteſt. Præterea à per ſecundum matrimonium recepit à priori cõiunctione matrimonij. Eccleſia verò, ex quo ſe Chriſto conIunxit, nunquam ab eo diſceſſit, nec ab ea Chriſtus. Digamus ergo talem vnitatem ſignificare non poteſt. Vnde meritò propter huius ſacramenti defectum, promoueri non poteſt. extrà de ſe. nu. c. j. & c. vir.
14 & xxxj. q. j. de his. Illud etiam † nota, quòd ſicut ſtatutum eſt in concilio Cartha. xxv. diſtin. ſponſus. & xxiij. diſt. ſponſa. Sponſus & ſponſa benedicendi à parentibus, vel à paranymphis, offerantur Eccleſiæ ſacerdoti. Accepta autem benedictione eadem nocte pro reuerentia be-
15 nedictionis in virginitate permaneant. Cæterùm † nuptiæ benedicendæ ſunt à ſacerdote, cũ precibus & oblationibus ex inſtitutione Euariſti Papæ. xxx. q. v. c. j. Verumtamen vir & mulier ad digamiam tranſiens matrimonium contrahendo, non debet à preſbyteris benedici. extrà de ſec. nup. c. j &c. vij xxj. q. j de his qui. quia cum alia vice benedicti ſint, eorum benedictio iterari non debet. Nõ ergo debent nuptiæ benedici, niſi vbi virgo cum virgine contrahit, propter rationem quæ ponitur in proœmio ſecundæ partis: imo preſbyter qui benedictionem cũ ſecunda vxore celebrauerit, & officio & beneficio ſuſpenſus, eſt ad ſedem apoſtolicam mittendus, quod quidem ad exhortationem continentiæ noſcitur introductum, ſecũdum quorundam locorum conſuetudinem, ſi quis contrahat cum ſecunda virgine, benedictio iteratur: & hoc ſi dominus Papa ſciat & tolerat: alioquin non valet. Dicunt etiam quidam quod ſi alicui virgines contrahentes non fuerint benedicti, facti digami iterum contrahendo poterunt benedici: ſed & ſi contrahentes fuerint benedicti, licet ſe non cognouerint carnaliter, non ideò iterum contrahentes benedicentur. De benedi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctione virginum dicetur in procœmio secundæ partis. † Notandum tamen autem est, quòd vnum sacramentum dignius est alio, quatuor modis scilicet: Ratione efficaciæ, vt baptismus. Ratione sanctitatis, vt eucharistia. de consec. dist. ij. nihil. Ratione significationis, vt coniugium. Quidem tamen non approbant istum modum. Et ratione conferentis, vt confirmatio & ordo. Sed † quæritur, quare instituta sunt sacramenta, quia sine illis potuisset Deus humano generi vitam æternam & gratiam donasse. Respondeo propter tria. Primò, propter humiliationem, vt dum homo ex Dei præcepto se rebus insensibilibus, & inferioribus reuerenter subiicit, ex hac obedientia magis apud Deum mereatur. Secundò, propter eruditionem: vt per id, quod foris in specie visibili cernitur, ad inuisibilem virtutem, quæ interius est agnoscenda, mens erudiatur. Tertiò, propter exercitationem, quia cùm homo ociosus esse non debeat, præponitur ei vtilis & salubris exercitatio in sacramentis, qua vanam & noxiam declinet occupationem, iuxta illud: Semper aliquid boni operi facito, vt diabolus inueniat te occupatum. de consecr. dist. v. nunquam. Non ergo debent omitti, prout in præcedenti titul. dictum est.

LIBER SECVNDVS.

SVMMARIVM.

1 *Secta hominum tres in summa.*
2 *Gentilium secta.*
3 *Vates, quis dicatur.*
4 *Hebræorum secta.*
5 *Christianorum nomen, vbi primum inuentum.*
6 *Christi nomina, & eorumdem interpretatio & num. 8.*
7 *Christi nomina, quædam dicuntur de ipso relatiuè, quædam non.*
9 *Deus, verb. attribuitur Trinitati, æqualiter.*
10 *Iesus, vnde dictus Nazarenus.*
11 *Clericales, qui dicantur, & vnde. & num. 26.*
12 *Monachorum quatuor genera.*
13 *Religio, vnde nomen sortita.*
14 *Ecclesiasticarum personarum duo genera, & vnde ortum habuerint. num. 15.*
16 *Episcopalis ordo, quadripartitus est.*
17 *Papa, est caput Ecclesiæ, Cardinales, cardines.*
18 *Patriacha, qui dicatur.*
19 *Archiepiscopus, quis, & vnde dictus.*
20 *Metropolitanus, vnde nomen sortitus.*
21 *Prælatus quisquam non potest se vniuersalem appellare.*
22 *Episcopatuum & graduum diuersitas, vnde fluxerit.*
23 *Flamines qui, & vnde dicti.*
24 *Episcopos & præpositos Dominus elegit: quis autem diaconos.*

25 *Presbyterorum institutio, vnde primùm.*
26 *Corona clericorum, cur instituta, item, vnde originem duxerit. num. 31.*
27 *Clerici cur patentibus auribus incedant.*
28 *Coronæ clericorum forma.*
29 *Figura circularis dignitas, & eminentia.*
30 *Clerici, sunt sacerdotes & reges.*
32 *Pili vnde manant, & quo consilio rescindantur, maximè viris Ecclesiasticis.*
33 *Clerici ad quid instituantur, & quare in quatuor temporibus. num. 34.*
35 *Clerici cur maxime ordinentur diebus Sabbatorum.*
36 *Dominica die celebrantur ministeria sacerdotalium benedictionum.*
37 *Subdiaconos facere die dominica, an liceat.*
38 *Ieiunium sequens an possit transferri in præcedentem hebdomadem.*
39 *Virginum consecratio, quo tempore fiat, & quo loco, quoue apparatu, ac ordine num. 40. 43.*
41 *Episcopus consecrandus virgines ter compellat eodem verbo.*
42 *Virgines consecrandæ deponunt vestes veteres, & induunt nouas, & qua id significatione.*
44 *Virginibus cur velum imponatur.*
45 *Velum, est quintuplex.*
46 *Viduam quid prohibeat velari ab Episcopo.*
47 *Sacerdos non debet interesse secundò nubentibus.*
48 *Diaconissarum institutio antiquitus.*
49 *Pontifex Rom. quot ordines clericorum possit adhibere in celebratione.*
50 *Ordines ecclesiastici quot.*
51 *Ordinum quidam sacri, quidam non, & vtrorumque enumerat.*
52 *Spiritus sancti septem dona, correspondent septem Ecclesiæ ordinibus.*
53 *Ordines Ecclesiastici spiritualiter, & specialiter in Ecclesia designãtur.*

ARGVMENTVM.

De Ministris, & ordinibus Ecclesiasticis & de eorum officiis.

CAP. I.

1 IN hac secunda parte de ministris & ordinibus Ecclesiasticis eorumque officiis tractare præuidimus, præmittentes † quòd tres sunt sectæ famosæ: videlicet, Gentilium, Hebræorum, & Christianorum. Prima, est erroris. Secunda, veritatis. Tertia, veritatis & salutis. In prima naufragamur. In secunda, à periculo eripimur. In tertia, saluamur. Prima secta, dicitur à secando, quia secat, id est, separat nos à Deo. Secunda & tertia à sectando, & tenendo, quoniam illuminant, saluant & liberant. Christianorum personæ tam seculares, quàm Ecclesiasticæ, de aliis duabus sectis sumptæ sunt, Hebræa videlicet & Gentili. Sicut enim apud nos duo sunt genera personarũ, scilicet laicales & ecclesiasticæ. xij. quæstione j. duo. sic & apud Gentiles & Hebræos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bræos. Apud † Gentiles quidem, seculares personæ erant, hæc nempe monarcha, scilicet Imperator Romanus, patricij, qui & senatores dicebantur, ad quorum arbitrium vniuersa ordinabantur, reges, duces, comites, præsides, præfecti, suffecti, tribuni militum, tribuni plebis, prætores, centuriones, decutiones, quaterniones, daumuiri, quæstores, ædiles, & aulæ ianitores. Inter poëtas verò erant aduocati, carminum relatores, carminum scriptores, cœmedi, tragœdi, & historiographi. † Vates autem, qui à vi mentis dictus est, modò sacerdotem, modò prophetam, modo poëtam significat, secundum Isidorum in ritu templorum erant apud Gentiles, archiflamines, protoflamines, flamines, & sacerdotes, vt iam dicetur. Erant quoque apud eos virorum & mulierum religiosi conuentus. Apud † Hebræos quoque eadem erat diuersitas personarum, aliæ namque erant seculares, aliæ diuino cultui, videlicet in templo dedicatæ. In templo erant summus sacerdos, vt Melchisedech, minores sacerdotes, Leuitæ, Nathinæi, leminum extinctores, exorcistę, ianitores, & edititij seu cantores. Super populum verò legendum, erat dux populi Moses, & sub eo, quos constituerat ad consilium Ietro soceri sui: erant etiam Chiliarchæ, Acontarchæ, Pentacontarchæ, & Decacontarchæ, id est millenarij, centenarij, quinquagenarij, & decani. χιλιὰς enim interpretatur mille, & ἀρχων, princeps: inde, χιλίαρχος qui præest mille hominibus, inde & Acontarcha, qui super centum potestatem habebat. Pentacontarcha dicitur, qui præest quinquaginta, πέντε enim quinque sonat. Decanus, qui decem. Δέκα enim decem sonat. Apud Christianos quoque similis diuersitas reperitur. Et nota, quòd Christiani à Christo dicti sunt. Christus verò à chrismate: de quo dictum est in parte prima huius tit. de consecratio. † Nomen Christianorum primum in Antiochia inuentum est. Anteà enim omnes vocabantur discipuli, vel fratres, de-

Act. 2 nec Apostoli in Antiochia concilium fecerunt. ij. quæst. iiij. ad mensam. Et dicuntur Christiani orthodoxi, id est, rectè gloriantes, &

Psal. 44 credunt viuentes. Nam ὀρθῶς Græcè, dicitur rectè Latinè, & δόξα gloria. Dicitur ergo Christus à chrismate, quasi vnctus. Ipse autem vn-

Cant. 1. ctus est æternaliter à Deo præ consortibus suis, prout legitur in Act.

Psal. 104 bus Apostolorum, & hoc nomen est oleo effusum. Hinc est, quòd in veteri Testamento sacerdotes, & reges, Christi nuncupabantur, quia vncti erant vnctione temporali, iuxta illud: Nolite tangere Christos meos. Hoc †autem nomen, Christus, non est proprium nomen Saluatoris, sed est communis nuncupatio potestatis. Est enim commune nomen dignitatis. Sed hoc nomen Iesus: proprium est vocabulum

Luc. 1 personæ Saluatoris, quo ab angelo Gabriele in conceptione vocatur

Matth. 2 est, Euangelista testante: vocabis (inquit) nomen eius Iesum. & ab hu-

Matth. 9 minibus in circunciſione. Et nota, quòd Iesus, Hebraicè dicitur Messias, Græcè Christus: vel σωτὴρ vel σωφὴς Latinè vnctus, vt præmissum est, vel Saluator, eò quòd ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

eorum. Potestatē enim habet dimittendi peccata, sicut ipse dicit: vel Saluatoris, quia ipse nobis salutē dedit. Si enim præcepta eius seruauerimus, vitam æternam possidebimus. Hoc autem nomē Iesus, Porphyrius philosophus Greca, & Latina lingua peritus, scribebat Latinè Iesus, Græcè verò per h, quam Græci pro i longa, sonāt. Vnde & quidam proferunt gyſus: Latini verò per e longuā. Rectius ergo videtur sic esse pingendum, Yhs, per Græcam abbreuiationem quam Hiesus per Latinam aspirationem. Sed & hoc nomen Christus, cùm sit Græcum, Græca scribitur abbreuiatione sic, Xps. Nā Græci ponūt x, pro chi. p. verò pro r. & c. pro s. Si autem scribitur per s, à Latina termina tione finitur: ergo si longo schemate scribitur, sic per aspirationem

7 pingatur, Christus. Circa † nomina autem Christi notādum est, quòd quædam ex ipsis dicūtur de Christo reuelatiuè, seu quasi relatiuè, vt pastor, sponsus & mediator: quædam non relatiuè vt homo: quædam translatiuè, vt agnus, ouis, vitulus, serpens, aries, leo vermis: & quædam cùm institutione relatiua, sunt & prærogatiua priuilegij appropriata, vt Christus. Iesus autem, est propriè propriū nomen eius; vt præmissum est. Vocatur etiam Christus, α & ω, id est principium & finis, & Hebraicè Emanuel, quod est nobiscum Deus, interpretatum. Nobiscum enim est per præsentiam maiestatis per participationem veritatis, & per vinculum charitatis, & per adimpletionem veritatis.

8 Vocatur præterea, via, veritas, & vita. Via in exemplo, vel præcepto: † Veritas, in promissione. Vita, in præmio. Sabaoth verò, id est Deus exercituum. Adonay, quod est Domine, Ἀθάνατος, id est, immortalis. Κύριος, id est Dominus, Θεός, id est, Deus, παντοκράτωρ id est, optimus pater disponens vel perfectus. Οὐσιος, id est, vnius essentiæ, nomina sunt Dei, non tantùm personæ Christi. de consecratio. distinctio. ij. ego. Vocatur præterea Christus, secundùm Esaiam, admirabilis, consiliarius, Deus fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis. Admirabilis in incarnatione. Cōsiliarius, in integra rerum cogitatione: Deus in rerum creatione. Fortis in rerum dispositione. Pater futuri seculi, in meritorum retributione. Princeps pacis dicitur, vel quia fuit mediator Dei & hominum, vel etiam hominum & angelorum; vel quia confert illis pacem, quæ exuperat omnem sensum, cuius pacis non erit finis. Vocatur etiā Christus ineffabili nomine τετραγράμματον, id est, quatuor literarum, quæ sunt ioth, he, vau, heth: quæ sunt apud nos prima quæstione v. he. est ergo nomen Ieue, quod dicitur ineffabile. non quia non valeat fari, sed quia non est Deus hoc nomine, nisi in arduis inuocandus, vel quia eius sententia sufficienter nequeat explicari. Cuius interpretatio est talis: ioth principium, he, iste, vau, passionis: beth, vitæ, quasi iste est principium vitæ passionis. Genitiuus, more Græcorum ponitur pro ablatiuo passionis, pro passione, id est, per passionem. Quomodo autem vita nostra ab ipsius morte dependeat, non possumus intueri. De hoc dicetur in

Apoc. 1. *Esai. 7.* *Matt. 1.* *Ioan. 3.* *Esa. 9.* *Phil. 4.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tertia parte sub titu.de indumentis legalibus. Hoc † autem nomen 9
Deus appropriatur Patri & Filio & Spiritui sancto,prout in symbolo
Athanasij legitur.Quanuis etiam quandoq; ad alias personas extendatur iuxta illud : Diis non detrahes. extrà de hær.cum ex iniuncto.
Exod.22 ij.quæst.j.ex sacerdotibus Et alibi:Applica illud ad Deos. Et Apostolus:Nam etsi sunt qui dicantur dij , siue in cœlo , siue in terra , nobis
1.Cor. 8 tantùm vnus Deus Pater,ex quo omnia.& idem:Si nostrum euange-
2.Cor.4 lium est opertum in his , qui pereunt , est opertum , in quibus Deus 10
huius seculi excæcauit mẽtes infideliũ.† Rursus:Iesus dictus est Nazarenus,à quodam vico Galilææ.Deus dictus est propter vnicã cum
parte substantiam.Dominus verò dicitur propter seruientem creaturam.Deus & homo dicitur, quia verbum & caro. Verbũ dicitur,quia
Pater per eum omnia condidit,siue iussit. Imago dicitur propter parem similitudinem Patris.Siquidem apud Christianos seculares personæ,laici dicuntur:λαὸς enim Græcè , dicitur populus , Latinè. Cle- 11
ricales † sunt qui in Ecclesia deseruiunt , vel ipsam regunt , à κλῆρος
quod est sors,prout iam dicetur.Hi autẽ subdiuidũtur in monachos
id est in singulariter degentes.xvj. q. si cupis. Nam , μόνος Græcè ,
citur singularis Latinè:& alios religiosos.Sunt † autẽ quatuor genera
monachorũ.Alij sunt cœnobitę,qui videlicet in cõi monasterij regu-
la & vita obedientiæ maiorũ deseruiunt.Alij sunt anachoritæ,qui vi-
delicet ædificant solitudines,& quamuis in communi vita positi,pri-
uatæ tamen contemplationi vacant:alij sunt eremitæ , qui videlicet
solitariè in desertis degũt.Alij sunt gyrouagi, id est vagabũdi & cir-
cuncelliones.xxiij.q.v.c.j.† Religio verò dicta est, quia per eam vni
Deo religamur ad diuinũ cultum vinculo seruiendi,& in clericos se-
culares,qui vsurpato nomine seculares dicunt.extrà de offic.or. licet
ad differentiam regulariũ,qui proprio carent,quod non contingit in
istis.Nam & secundum Aug.ij.q.j.legi.Bonus non monachus,vix bo-
num clericum facit. Sed Ecclesiasticarum personarum duo sunt ge-
nera.† Nam aliud est dignitatis. Aliud ordinis. Dignitatis , vt Papa,
patriarcha,primas,archiepiscopus,siue metropolitanus , quod idem
est,episcopus,archidiaconus,& archipresbyter , & præpositus. Qua-
uis omnes qui præsunt , præpositi generaliter ritè vocentur. extrà de
verborũ significatio.quamuis.In choro verò personæ sunt decanus,
subdecanus,cantor siue præcentor, succẽtor, thesaurarius siue sacri-
sta,archiacola,& huiusmodi. Dignitates autem vt & ordines à lege
originẽ & exẽplum traxerunt , iuxta illud : Constitues eos principes
super omnem terram, quanquàm quidam dicant dignitates à genti-
litate sumpsisse initium.Ordinis autẽ personæ sunt,sacerdos , diaco-
nus,& cæteri,quos inferius prosequimur. † Qualiter à veteri ritu tã
Gentilium quàm Hebrẽorum ad cultum præsentis Ecclesiæ trãslatio
personarũ facta sit, & qualiter ab illis personæ dignitatũ in Ecclesia
originem habuerint,breuiter videamus. Et quidem Dominus Papa,

qui pater vel custos patrum est , vicẽ gerit summi Pontificis. Roma- *Psal.44*
nus Imperator monarchæ similitudinem gerit.Senatoria & patricio-
rum dignitas, manet in Ecclesia in quatuor patriarchis, & in Ecclesia
Romana in cardinalibus.lxxxvj.d.Cõstantinus. Primates, qui tribus
archiepiscopis præesse habent,regem exprimunt , qui tribus ducibus
præest.Metropolitani seu archiepiscopi , ducibus comparantur , qui
pluribus comitibus præsunt,sicut illi pluribus episcopis.Pelagius ta-
men Papa dicit vj.q. iij. scitote. quòd vna prouincia habet regem &
metropolitanum. Episcopi comitum similitudinem gerunt. Coëpi-
scopi,quorum potestas sublata est.lxviij.d.quãuis. & cap. coëpiscopi
præsidum & præfectorum.Præpositi verò,tribunos militum imitan-
tur. Archipresbyteri tribunos plebis. Cancellarij , Prætores. Archi-
diaconi,Centuriones.Decani,Decuriones. Presbyteri , Curati aduo-
catos. Personæ quoque ordinum ab illis originem habuerunt. Nam
presbyteri, vices gerunt ædilium. Diaconi , quaterniorum. Subdia-
coni,Duumuirorum.Exorcistæ quæstores imitantur. Ostiarij , aulæ
ianitores. Lectores , carminum relatores. Acolyti , carminum scri- 16
ptores.† Sanè Episcopalis ordo secundum Isidorum.xxj.d.cleros.qui
tripartitus est,videlicet in Patriarchis.Archiepiscopis, Metropolita- 17
nis , atque Episcopis. † Apostolica autem fides sicut ait Anacletus
Papa.xxij.d.sacro.caput & cardo est aliarũ , quoniã sicut ostium car-
dine regitur,sic illius authoritate oẽs Ecclesiæ reguntur:& inde dicti
sunt Cardinales, per quos tota Ecclesia sicut ostium per cardinẽ gu-
bernatur.Illius autem prælatus Papa,id est pater patrum, vocatur &
vniuersalis:quia vniuersæ Ecclesiæ principatur:& Apostolicus , quia
principis Apostolorũ vice fungitur:& summus Pontifex,quia caput
est omniũ Pontificum,à quo illi tanquã à capite membra,descendũt,
& de cuius plenitudine omnes accipiunt , quos ipse vocat in partem
sollicitudinis,non in plenitudinẽ potestatis extrà de vsu pal.c.ad ho-
norem.Hic est Melchisedec,cuius sacerdotium non est cęteris com- 18
paratum.Patriarcha verò,† Græca lingua, summus patrum interpre-
tatur,quia primum,id est Apostolicũ retinet locum.xxj. d.clericos.&
ideò quia summo honore fungitur.tali nomine cẽsetur,sicut Roma-
nus,Constantinopolitanus,Antiochenus , Alexandrinus , Hierosoly-
mitanus.Dicitur etiã Patriarcha,quasi pater arcæ,id est Ecclesiæ, vel 19
patrũ,princeps. ἀρχὼν enim Græcè , Princeps interpretatur La-
tinè.Hic est Moses,qui Aaron in Pontificem oleo consecrauit. † Ar-
chiepiscopus,Græcè vocabulo dicitur, eò q̃ sit summus seu princeps 20
Episcoporũ.Tenet enim vicẽ Apostolicã, & præsidet tã metropolita-
nis, quã cæteris Episcopis. † Metropolitani seu metropolitæ, à men-
sura ciuitatum vocantur,singulis enim prouinciis præeminent , quo-
rum authoritati & doctrinæ cæteri sacerdotes subiecti sunt,sine qui-
bus nihil reliquis Episcopis agere licet.Sollicitudò enim totius pro-
uinciæ eis cõmissa est. Vnde Pelagius Papa ait.v.q.iij.scitote.Scitote

Universidad de Deusto
Biblioteca

certam esse prouinciam, quæ habet decem aut vndecim ciuitates & vnum Regem,& totidem minores Potestates sub se,& vnum Metropolitanum,aliosq; suffraganeos decem vel vndecim iudices Episcopos.Ad quorum iudicium omnes causæ Episcoporum & reliquorum sacerdotum ac ciuitatũ referantur. Omnes autem superius designati ordines Episcoporum & superiorũ vno eodemq; vocabulo,Episcopi nominãtur Sed priuato nomine quidam vtuntur, propter distinctionem potestatis quam singulariter acceperunt. Episcopatus vocabulum,vnde dictum sit,sub titul.de Episcopo dicetur. Porrò secundum Anacletum Papam.xcix. d. prouinciæ. Primates & Patriarchæ diuersorum nominum, sed eiusdem formę atq; officij sunt. Et ideò quidã Primates vsurpant sibi nomẽ Patriarchæ,vt Aquilegien.& Grandẽ. Primatia autem dicta est,à primitiis conuersionis ad fidem. † In concilio quoque Africano. eadem.d. j. statutum est, ne primæ sedis Episcopus princeps sacerdotum aut summus sacerdos,aut aliquid huiusmodi,sed tantùm primæ sedis Episcopus appelletur. Pelagius etiam Papa statuit ead.d.nullus,vt nullus Patriarcharũ vniuersitatis vocabulo,vnquam vratur,nec aliquis in suis Epistolis vniuersalem nominet illum,quia si vnus Patriarcha vniuersalis dicitur, patriarcharum nomen cæteris derogatur & subtrahitur.Ad hæc summorum Pontificum,præsulum atq; reliquorum sacerdotũ institutio in veteri Testamento sumpsit exordium,& in nouo est plenius consummata. xvj. d. §.j.Summi namq; atq; minores sacerdotes à Deo per Mosem instituti sunt,vt perpetuus esset cultus tabernaculi per successores eorum à filiis Israël.Dauid autem ad ministeria domus Dei amplius ianitores instituit,& cantores:Salomon exorcistas inuenit, sicut sub tit. de sacerdote dicetur.Hæc omnia Ecclesia in nouo Testamẽto imitata est, vt iam dictum est.Habet enim ianitores, quos ostiarios appellamus, pro cãtoribus verò lectores simul & cãtores instituit, exorcistas etiã nomine & officio antiquo manente recepit, pro filiis Aaron. Omnes infra summum Pontificem sacerdotium administrantes, consecrati sunt,inter quos quædam † discretio est exorta, vt alij appellẽtur simpliciter sacerdotes,alij archipresbyteri, alij Episcopi, alij Archiepiscopi seu Metropolitani, alij Primates, alij Patriarchæ, alij summi Pontifices, vt præmissum est.Quæ discretio maximè à Gẽtilibus introducta est,qui suos flamines,alios archiflamines,alios protoflamines,id est primates appellabant.hi in capite pileum habebant,in quo erat breuis virga,qua à carnibus sacrificiorum aues arcebant.Pileum autẽ ipsum desuper aliquid lanę habebat quod cùm per æstum ferre non possent, filum tantum in capite ferre cœperunt.Vnde à filo,quo † vtebantur,flamines dicti sunt,quasi filamines.Verũ festiuis diebus filo deposito pro sacerdotij eminentia pileum imponebant.Maiorum quoq; & minorũ sacerdotũ discretio in nouo Testamẽto ab ipso Christo sumpsit exordiũ,qui Apostolos pro mai-

maioribus,Discipulos pro minoribus sacerdotes instituit.Petrum verò in summum sacerdotem elegit.Apostoli etiã eandem formã secuti in singulis ciuitatibus Episcopos & presbyteros ordinauerunt prout sub tit.de sacerdote dicetur. Leuitas verò ab Apostolis legimus ordinatos.Vnde Cypria.ait xciij.d.Dominus. Meminisse debent diaconi, quoniam Episcopos† & præpositos Dominus elegit.Diaconos autem post Ascensionem Domini in cœlum Apostoli sibi constituerunt : subdiaconos & acolythos tempore procedente Ecclesia sibi constituit.Et sicut canon Clementis Papæ testatur lxxxj.d.in quibus beatus Petrus Episcopos,Primates vel Patriarchas in illis ciuitatibus poni præcepit, in quibus olim apud Ethnicos siue Gentiles erant flamines eorũ, atq; primæ legis doctores. In quibus verò olim apud eos erant eorum archiflamines, quos minores reputabant quàm dictos Primates eorum, Archiepiscopos instituti præcepit, & in singulis reliquis ciuitatibus singulos Episcopos. † Anacletus quoque Papa ea d. Episcopi. instituit, presbyteros per castella & villas poni & ordinari. Cæterum in Leuit. legitur voce superna ad Mosem dictum esse:Loquere ad Aarõ,Homo de semine tuo, per familias qui habuerit maculam non offerat panes Deo suo,nec accedat ad ministerium eius, si cæcus fuerit, si claudus,si paruo,vel grãdi,vel torto naso,si fracto pede,si mãcus,si gibbus,si lippus,si albuginẽ habẽs in oculo, si iugẽ scabiẽ, si impetiginẽ in corpore,si ponderosus,si lãguidus:quia indignũ est dare Deo,quod dedignatur homo.lxxj.d. hinc etenim.& c.seq. in quo instruimur quales à clericatu sint repellendi. † Dicuntur autẽ clerici à κλῆρος Græcè, quod est, sors seu hæreditas Latinè,quasi sint de sorte Domini,vel quasi Dominus eorũ sors sit,iuxta illud Prophetę:Dominus pars hæreditatis meę, &c.xij.q.j.clericus.& c.qui extrà de præben. cùm secundũ.Ex quo patet,quòd nihil extra Deũ habere debent,sed solùm decimas,primitias & oblationes, quæ sunt hæreditates Domini, accipiant, siue quasi sint sorte electi In veteri namque Testamẽto,& apud Gẽtiles & clerici, & sacerdotes sorte & libris eligebantur, & in nouo Testamẽto Matthias sorte electus est. Primus autẽ clericus factus est Petrus. Iginius Papa decimus à beato Petro composuit clerum, & distribuit gradus. Circa coronam clericorum,tria attendenda sunt, scilicet cãpitis abrasio,capillorum detruncatio, formæ circulatio. Ad capitis abrasionẽ tria sequuntur,scilicet mũditiæ conseruatio,deformatio & denudatio:munditiæ conseruatio,quia ex capillis sordes in capite aggregãtur.Deformatio, quia capilli ad ornatũ sunt,significat ergo tõsura mundã & nõ formabilem vitã, id est quòd clerici debent habere munditiã mentis interius,& non formabilẽ vitam, id est non exquisitũ habitũ exterius, secũdũ Dionysiũ in Ecclesiastica Hiera chia Rasura quoq; & tonsura capillorum,est depositio omnium temporalium.Clerici enim victu & vestitu contenti, omnia cõmunia habere debent.xij.q.j. clericus, & c. dilectissimis.Vnde iuxta Apostolum:Cõmam non nutriant. sed caput

desuper in modum sphæræ radant.xxiij.d.prohibitæ.Denudatio autẽ ipsa superioris partis capitis,nullum debere esse medium inter nos & Deum demonstrat, vt reuelata facie gloriam Domini liberè contemplemur. † Rursus radimus caput relictis inferius in modũ coronæ capillis : quia caput mentem signat,capilli verò seculares cogitationes. Sicut ergo caput mundatur superius à capillis , ita mens nostra dum superiora, id est cœlestia cogitat, à secularibus cogitationibus mundari debet. Sed pars inferior capillos habet, quia non est prohibitum aliquando de secularibus cogitare,sine quibus vita præsens duci non potest.j.q j siquis obiecerit.Circa detruncationem capillorum notandum est,quia illa significat,quòd clerici omnes superfluas cogitationes debent à mente abscindere. † Abtonso igitur capite & patentibus auribus,incedere debent, ne capilli crescendo aures operiant , & oculos impediant.xxiij.dist.non liceat.quoniam prouidẽdum est,ne seculares cogitationes aures & mentis oculos impediendo,nos ad secularia trahant. Vnde capillos super aures tondeamus, vt quinque capitis sensus expeditos ad Dei seruitiũ habeamus. Benè igitur ad Ezechielem dicitur : Sacerdotes caput suum nõ radent,neque comã nutriant, sed tondentes attondeãt capita sua. Siquidem vt ait Gre. in Pastorali lib.ij.c.xviij. Capilli in capite exteriores , sunt cogitationes in mente. Qui dum super cerebrum insensibiliter oriuntur, curas vitæ præsentis exprimunt. Quæ quia ex negligentis sensu importunè aliquando prodeunt,quasi non nobis sentientibus procedunt. Quia ergo sacerdotes qui sunt sacri fidelium duces,sollicitudines exteriores habere possunt, nec tamen eis vehementer incumbere debent rectè caput radere , vt comam prohibentur nutrire , vt cogitationes cordis de vita subditorum, nec à se funditùs amputent , nec rursus ad crescendum nimis relaxent. Et bene subditur : Tondentes attondeant capita sua,vt videlicet curæ temporalis sollicitudines , & quantum necesse est,prouideãtamen rescindantur citiùs , ne immoderatiùs excrescant. Dum ergo per administrationem exteriorum, prouidentia corporum, vita protegitur , & rursum per moderatam cordis intentionem non impeditur capilli in capite sacerdotis reseruantur,vt cutem cooperiant,& resecãtur, ne oculos claudant. Circa formæ circulationem seu coronã sciendum est, quòd fit propter multa † Primò,in signum quòd Christus noster seipsum in ara Crucis oblaturus , spineam coronam portauit. Vnde & nos,qui per eandem passionem saluari desideramus, Dominicæ passionis signum,id est formam spineæ coronæ quam ipse vt spinas peccatorum nostrorum auferret in passione portauit in capite, in veteribus nostris portamus , vt sicut ille pro nobis , sic & nos pro illo irrisiones & opprobria paratos esse libenter sufferre monstremus. Secundò,circulus capillorum,virtutem æqualitatis vndique rationi consentientem designat. Tunc enim temporales res bene cogitantur, si conueniant rationi. † Tertiò , circularis figura sit , quia hæc figura non habet

Exec.44

Exec.44

figura circularis Coronæ.

habet principium,neque finem.Per quod datur intelligi , quòd clerici sunt ministri Dei , qui non habuit principium neque habebit finem. Quartò,hæc figura nullum habet angulũ,per quod significatur, quòd clerici non debent habere sordem in vita, quoniam vbi angulus , ibi sordes,vt dicit Bernardus.Et quòd debent habere veritatem in doctrina, quoniam veritas angulos non amat , vt dicit Hiero. Quintò , quia hæc figura,omnium figurarum est pulcherrima.Vnde in hac Deus cœlestes creaturas fecit,per quod significatur,quòd clerici debent habere pulchritudinem interius in mente,& exterius in conuersatione.Sextò, quia hæc figura est omnium simplicissima. Nam secundùm August. nulla figura ex vna linea tantùm consistit,nisi sola circularis,quę vnica linea clauditur: per quod significatur , quòd clerici debent habere simplicitatem columbinam , iuxta illud:Estote simplices sicut columbæ.vj.q.j.ex merito. † Septimò corona clericos esse specialiter regnũ Dei demonstrat. Ipsi namque secundum Hier.xij.q j.duo sunt.sunt reges & sacerdotes , id est regales sacerdotes : & sunt reges , id est se & alios in virtutibus regentes, & ita in Deo regnum habent. † Sanè rasura capitis clericorum fit , sicut ait Beda in historia Anglorum , in memoriam eius , quia cum beatus Petrus in Antiochia prædicaret, abraserunt summitatem capitis eius in contumeliam nominis Christiani & Dominicæ passionis , quod quidem hodie toti clero in honorem traditur.Fuerunt tamen,qui dicerent quòd tonsuræ Ecclesiasticæ vsus à Nazareis,qui omnia veteris legis custodiunt,exortus est.xxiij.q.iij.versic.Nazarei. Hi enim priùs crine seruato, denuò post magnæ vitæ continentiam,caput radebant , & capillos in igne sacrificij mittebant,vt perfectionem deuotionis sub Domino consecrarent. Quorum exẽplo ab Apostolis introductum est, vt & Nazarei ac sancti Dei crine prætonso innouentur : quamuis olim Christiani à Iudæis quasi in opprobrium Nazarei vocarentur.pro eo,quòd Saluator noster à vsus tonsuræ à lege occasionẽ traxit. Sacerdos namque legis tyaram, id est pileum ex byſſo in modũ mediæ sphæræ in capite, Rex verò coronam gestabat,pars verò capitis rasa tyaram:circulus primum designat coronam,ad notandum, quòd instituit eos Deus genus electum, in regalem sacerdotem.Rursus lex coronam quatuor digitorũ, super mensam,& desuper aureolam fieri iubebat. Cæterùm ad Ezechielem Dominus dicit:Sume gladium acutum, & educ per caput tuum & barbam.Longitudo nãque capillorum,multitudinem significat peccatorum.† Hinc igitur clerici barbas sibi radere informãtur.Ratio nãque pillorum barbæ , qui ex superfluis stomachi prouenire dicuntur humoribus,designat, quòd vitia & peccata, quę in nobis superflua sunt, resecare debemus. Radimus enim barbas vt per innocentiam & humilitatem puri videamur,& Angelis qui semper in iuuenili ætate floreant,coæquemur. In ieiuniis tamen quandoque capillos crescere permittimus,

Nota bene.

Matth. 5

1. Petr. 2

Ezech. 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

mittimus, quia cogitationes quæ contra Deum non sunt, vt est Ecclesiam ædificare, agrum colere, & similia, quæ tempore abstinentiæ fieri solent, prohiberi non debent. Concilium Carthaginense, statuit. extrà de vita & honestare cleric. clerici. xxxiij. distinct. si quid. vt clerici neque comam nutriant, neque barbam. † Ordinantur autem clerici, vt Deo seruiant, nec de cætero seruiant mundo, nec gloriæ mundi. Debent ergo offerre corpora sua, hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem. Vnde Apostolus ad Roma. Confundantur omnes qui gloriantur in stultitia, id est in gloria mundi, quæ non est vera gloria, sed imago gloriæ. Quare autem ordinandis manus imponatur, dicetur in tractatu de diacono. † Ordinatur in quatuor temporibus ideo quia sacerdotes & alij clerici locum in Ecclesia obtinent, quem Leuitæ in populo Israël obtinuerunt, quos sicut in libro Numerorum legitur, Dominus pro primogenitis recepit, & eos in Aegypto dum primogenita Aegyptiorum interficerentur, custodiuit: primogenita verò, quasi quædam primitiæ sunt. Vnde quasi primitias Domino offerimus, cum aliquem ad sacros ordines consecramus. Conuenienter igitur est, vt in primitiis temporum, scilicet in quatuor temporibus primitias hominum offeramus. Rursus, ideo in quatuor temporibus vt quatuor virtutibus exornentur, & sub quatuor Euangeliis seruiat Christo, & ecclesiæ moneantur. In vere, vt virtutibus floreant. In æstate, vt fructus afferãt. In autumno, vt fructus bonorum operum maturent. In hyeme, vt collectos conseruent in horreo, & eis fruantur in Domino. Et vide in sexta parte sub sabbato post Dominicam xvij. Ideo autem † potius in Sabbatis quatuor temporum quam in quartis vel sextis feriis fiunt ordinationes, quia illa dies Spiritui sancto cõsecrata est, cuius dona in ordinibus recipiuntur. Præceptum enim est à priori populo, Sabbatum celebrare, ad hoc vt esset figura sanctificationis Spiritus sancti. Vnde in Exod. Requies Sabbati sanctificata est Domino. Et iterum: Custodite Sabbatum meum, sanctũ est enim mihi quia erit signum inter me & vos in generationibus vestris. Præterea nunquam legimus in Gene. sanctificationem fieri per omnes priores dies, sed de Sabbato solo dictum est: Sanctificauit Deus diem Sabbati. Fiunt etiam Sabbato in signum quod ordinandi debent habere Sabbatum temporis, vt tandem transeant ad Sabbatum æternitatis. Ordinatio autem quæ fit in Sabbato, sequentis diei est. Figurat enim sacerdotes ordinatos, esse ministros diuersorum Dominicorum sacramentorum. Ideóque fit hora nona, quia iam illud tempus ad Dominicum diem scilicet resurrectionis intelligitur pertinere. lxxv. distinct. quia partibus. extra de tempo. ord. litteras. Ordinandi enim ad Christi similitudinem Sabbato resurrexisse intelliguntur. † Congruit igitur in hac die, scilicet Dominica celebrantur ministeria sacerdotalium benedictionum, in qua sunt collata chrismata gratiarum, in ea Dominus resurrexit, in ea Apostolis insufflauit dicens: Accipite Spiritum

Rom. 12

Num. 3

Exod. 16

Exod. 31 & 35.

Gene. 2

Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittentur eis. In hac promissus Spiritus sanctus aduenit. Recte ergo ad eam benedictiones sacerdotales dirigimus, vt cum Apostolis hilariter cantare possimus, Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, scilicet ordinatorum. Fiunt etiam ordinationes in Sabbato mediante hebdomade quadragesimæ qua cantatur: Sitientes. lxxxv. d. c. fin. lxxiij. c. principali. xvj. q. j. in parochiis. & etiam in Sabbato sancto, veruntamen vsque ad tempora Simplicij Papæ, Romani Pontifices dicuntur semper in Decembri ordines celebrasse, vt dicetur in sexta parte sub sabbato post decimam septimam dominicam. Vnde & tunc officia plena inueniuntur. quod in aliis non contingit. In sabbato verò post Pentecost. ordines sacri non conferuntur, quia in sequenti tunc septimana
37 recepta Spiritus sancti gratia celebrantur. † Solus autem Romanus Pontifex potest subdiaconos facere in diebus dominicis, extrà de tẽp. ordin. cap j. Alij prælati possunt in diebus dominicis solùm minores conferre, & virgines consecrare. Si autem ob vrgentem necessitatem in die dominica ordinatio fiat, quia fortè perfici non potuit in sabbato. debet hoc fieri ieiunio continuato, tam ab ordinando quàm ab ordinatore: quia tunc propter cõtinuationem ieiunij fingitur vna dies.
38 extrà de tempor. ordin. cap. litteris lxxv. dist. quod patribus, & c. seq. † Cæterùm in quibusdam locis habentes festa suarum ecclesiarum in sabbatis quatuor temporum transferre dicuntur ieiunium in præcedentem septimanam ob honorem suarum festiuitatum, sed dicimus nec hoc eis licere, nec tunc posse ordines celebrari. Melius igitur esse festiuitates ipsas transferri. De hoc dicetur in sexta parte sub quarta feria tertiæ hebdomadæ aduentus. Qua die & hora fiat Episcoporum consecratio, sub titul. de episcopo dicetur. Illud etiam considerandum est, quòd sacerdotes & diaconi, tantùm nominantur ab Apostolo in epistola: eo quòd ipsi præcipuè in ministerio altaris necessarij sunt. Cæteri verò ordines postea adiecti sunt pro vtilitate ministerij, quia propter multitudinem credentium ritè per illos non poterat adimpleri. Vnde & secundum Ambr. illorum ordinatio præcipuè circa altaria celebratur, & pro eis episcopus ante altare prosternitur. Alij verò nequaquam ad altare ordinantur, eò quòd nec ad altaris ministeria statuuntur, sed alia officia implent, cantando, siue legendo, siue alia seruitia faciendo, omnes tamen quærunt faciem prælati, id est. præsentiam domini, vt valeant in primogenitis hæreditare, ad instar Iacob qui sibi fratris primogenita vendicauit. Et attende, quòd in quibusdam ecclesiis immediatè post collationem cuiuslibet ordinis, cantatur responsorium vel tractus, prout apparet in libro Pontificali, per nos edito: & bene ad denotandum, quòd ordinati in lectione iam lecta instructi ad sollicitudinem & laborem, quæ per responsorium & tractum significantur, vocantur. Quia verò de virginum consecratione mentio facta est, videndum est primò, quibus diebus benedicantur.

Marc. 16
Ioan. 20
Act. 2.

Secundo,

Secundò, quid significent, quæ in earum benedictione aguntur. † Benedicuntur autem in dominicis diebus, & in diebus epiphaniarum, & in albis Paschalibus, & in festis Apostolorum, vt Spiritus sanctus super eas simplices, vt colũbas, descendere videatur, & vt per Apostolos per mortem virginitatis ecclesiæ prius tradiderũt, quasi per paranymphos sponsæ Domino consecrentur. Sequitur videre, quid significent, quæ in earum benedictione aguntur, & licet omnis anima Deo desponsetur per fidem vnde Osee: Sponsabo te mihi in fide. Virgines tamen specialiùs *Osee 2* Christo desponsari dicuntur, quia earum caro carni Christi familiarius se cõformat, pro eo quòd illa licut nec caro Christi corruptionem non sensit. Et inde est, quòd virgines sequuntur agnum, quocunque ierit. *Apoc. 13* Apoca. † Sanè virgines benedicendæ sub papilione, vel aliquo alio loco stant, inclusiuéque archipresbytero vel alio ante Euangelium alta voce cantante: Prudentes virgines &c. cum cereis ardentibus in manibus, nudis capitibus exeunt obuiam episcopo & ecclesiam ingrediuntur. Si quidem cereos accensos ferunt in manibus, iuxta illud Luc. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, vt ostendant se imitari prudentes virgines, quæ ornauerunt lampades suas *Matth. 5* & exierunt obuiam sponso. Sponsus namque earum est Christus, quem Pontifex eius vicarius repræsentat. Lucernas quidem ardentes in manibus tenere est per bona opera exemplum proximis monstrare, iuxta *Matth. 5* illud Saluatoris: Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, &c. Egressus verò earum de papilione, & ingressus in ecclesiam, designat quòd per susciendam benedictionem & à Christo desponsationem, de ergastulo & ærumnis, ac tenebris præsentis vitæ atque fallaciis, ad cœlestis regni libertatem, gaudium ac claritatem, & ad superni regis thalamum transducuntur. Vnde ecclesia: Veni electa mea, & ponam te in thronum meum. Nudis capitibus obuiam veniunt, & Pontifex cantando dicit illis: Venite, & ipsæ similiter cantando respondent, & nunc sequitur ad repræsentandum, quòd in Canticis legitur. Surge amica mea, sponsa mea, ostende mihi faciem *Cantic. 2* tuam, & sonet vox tua in auribus meis. Rursus denudatio capitum, depositionem & abrenuntiationem mundanorum congruè designat. Nudato etiam capite, ecclesiam ingrediuntur, ad notandum quòd velut formosæ & sponso placidæ in ipsius sponsi tabernaculum introducun- *Cantic. 1* tur, iuxta illud in Canticis: Nigra sum, sed formosa: & introduxit me Rex in tabernaculum suum. † Ter autem dicitur eis: Venite ad notandum quòd ad hoc tripliciter debemus venire, scilicet, per abdicationem proprietatis, per votum castitatis, & per sponsionem obedientiæ. Debent quidem venire. Primò per abdicationem proprietatis de conseruatione mundana, de seruitute Ægyptiaca, de carcere, de la- *Psal. 140* queis & de retibus: vnde Psalm. Cadent in retiaculo eius peccatores. *Sapiẽ. 14* Et Sapi. Creaturæ Dei factæ sunt in tentationem animæ hominum, & in muscipulam pedibus insipientum. Secundò debent venire per votum castitatis,

castitatis, tanquam prodeuntes à delectatione carnali & immunditia, & loco toxicato, de quo si quid anima sumit, & per pœnitentiam non reiicit, moritur morte æterna. Tertiò, per sponsionem obedientiæ de propria voluntate, sicut de corruptione & elibano accenso & de Babylonica fornace. Et ideò cum pueris, qui erant in fornace illa dicunt: Et nunc sequimur in toto corde & timemus te, & quærimus faciem tuam. In Dan. parum ante Psal. Benedi. De quolibet autem istorum exeun- *Dan. 3* dum est, firmo cordis proposito, solenniori voto, & totius vitæ perseuerantia. Et hæ sunt quasi tres dietæ. Exod. viam trium dierum ibi- *Exod. 3* mus in solitudine. Quas tres dietas præmissæ tres vocationes, tripliciter factæ designant. Quia verò post susceptum tam laudabile propositum, restant insidiæ & tentationes dæmonum, atque acerrima con- 42 seruantiæ difficultas, quæ muliebris infirmitas sufficienter per se sustinere non posset: ideò diuinum auxilium, & sanctorum suffragia per litaniam quæ subiicitur, implorantur. † Consequenter deponunt vestes veteres, & induunt nouas benedictas, ad notandum quod in hoc propositio vetus homo exuitur, & nouus induitur: qui sicut legitur Ephes. *Ephes. 4* creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Et debent esse vestes mundæ & candidæ, ad significandum, quòd quia Dei filio desponsantur, de- *2. Cor. 10* bent de cætero se mundas & sanctas absque macula præseruare vel conseruare. Iuxta illud Apostoli: Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Hoc enim candor seu munditia vestis ostendit. Vnde Ecclesiastes: Omni tempore vestimenta tua sint candida. Et *Eccles. 9* hoc est sumptum à beata Cæcilia, quæ exteriùs veste fulgebat, intùs castitate nitebat: & ab Angelis, qui in Christi resurrectione visi sunt in vestibus albis, Vel si sit niger habitus, significat carnis mortificationem. Quia enim Christus sponsus suus mortuus est pro ipsis, debent & ipsæ *Galat. 5* commori pro illo. Vnde Apost. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Et Rom. Si complantati facti sumus similitudini mortis Christi, simul & resurrectionis erimus. Rur- *Rom. 6* 43 sus nigredo habitus, est contemptus viridis amplexus. † Subsequenter induræ vestibus benedictis versus episcopum veniunt, quasi ad ipsum actu dicant: Regnum mundi & omnem ornatum seculi contempsi- 44 mus, propter amorem Domini nostri Iesu Christi, &c. † Vela quoque super scapulas & pectora dependentia ex institutione Sotheris Papæ cum signo crucis earum capitibus imponuntur. Primò, ad significandum quod pro Christo debent mundum humiliter corde, & opere contemnere, & sensus velare, ac memoria passionis Christi munire, ne ad mundana lasciuiendo exeant, vel illa ad illarum sensus intrent. *Galat. 5* Iuxta illud Apostoli: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Secundo, velantur, quia non sunt imago Dei. xxxiij. quæstion. v. mulierem, Tertiò, vt ostendantur subiectæ. Quartò, ne illicitè cunctis viris appareant. Quintò, ne species earum, occasio inspectoribus sit peccandi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal. 91 peccandi, quia Psalm. ait: Domine delectasti me in factura tua, & creaturæ Dei factæ sunt in tentationem, vt præmissum est. Velum ergo, est signum pudoris, & futuri honoris. Deinde, quia Christo desponsantur,

Apoc. 1. qui est α, & ω, id est, principium, & finis, ideò datur eis annulus, qui est rotundus principio & fine carens. Et ponitur in quarto digito ex quo vena quædam sanguinis ad cor protenditur, vt sciant se sponsum suum Christum toto corde debere diligere, & ei inseparabiliter adhærere. Postremò verò coronæ capitibus earum imponuntur, iuxta illud Ecclesiast. Veni sponsa Christi, & accipe coronam &c. ad notandum, quòd quando virgo per consecrationem summo regi desponsatur, regina

Prouer. 1 efficitur, id est, se & alios in virtutibus regens. Vnde Prouer. Vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. In qua coronatione Pontifex cantat illud Canticum lætitiæ: Veni electa mea, &c. tanquam exlestis sponsi paranymphus. Et hinc est, quòd illarum amici & cõsanguinei in hac consecratione lætantur. Leo Papa primus instituit in concilio Calcedoñ quod ipse celebrauit, solas virgines debere velari. † Quia verò in præmissis de velo mentio facta est, ideò notandum quòd velum aliud est conuersionis, aliud consecrationis, aliud professionis, aliud ordinationis, aliud prælationis. Velum conuersionis, aliud de seculari vita ad religionem transiens, assumit, & tunc si per annum integrum velatas steterit, vlterius exire non poterit. extrà de regu. vidua &c. statuimus. Velum consecrationis, à solis episcopis solis virginibus, & solùm in festiuis & dominicis diebus datur. Vrgente tamen necessitate, sicut & baptismus, omnibus dari posset xx. q. j. deuotis. Non datur etiam nisi in xxv. anno illud recipienti, nisi fortè dispensatiuè. xxvij. dist. placuit. Velum autem professionis suscipitur à virgine, quando continentiam profitetur, non tamen ante xij. annum. cap. q. j. & q. ij. puella. quoniam nec ante illud tempus benedicitur. extrà de regul. cùm virum. Datur velum huiusmodi cum benedictione solenni, & cum litania. extrà ea parte. Hoc velum nullus Episcopus dat viduis vel corruptis, vt in capit. deuotis. in fin. sed ipsummet de altari (vt dicunt quidam) assumunt. xxviij. quæst. j. vidua. extrà de regul. virum. † Sanè, virgo & non vidua, ideò ab episcopo velatur, quia virgo in hac desponsatione

2. Cor. 10 typum gerit Ecclesiæ, quæ pura & virgo vni nupsit viro, id est Christo. Et in signum huius rei, velatur ab episcopo, quia à Christo recipitur in coniugium. In cuius persona dictum est: Annulo suo subarrauit me Dominus. Sed vidua non gerit in tali facto typum ecclesiæ, sicut virgo: cùm non sit integra mente & corpore sicut illa. Vnde non sic coniungitur Christo, vt repræsentet ecclesiæ coniunctionem, quare non velatur. † Prætereà sacerdos prohibetur secundis nuptiis interesse, & super secundò nubentes benedictionem infundere. extrà de secundis nuptiis. capitul. j. prout dictum est in prima parte sub tit. de sacramentis. Sed hæc vidua, quasi secundò nubit, primò homini, postea in professione Christo: ideóq; ei quasi celebranti secundas nuptias non porrigitur

porrigitur velum consecrationis, nec etiam professionis, sed ipsa illud suscipit de altari. Aiunt tamen quidam, quòd licet non ab episcopo, potest tamen à sacerdote velo professionis vel conuersionis velari. extrà de reg. vidua. xx. q. j. deuotum extrà quod met. cau. c. j. à quo seu à cuius ministro habitum seu vestem religiosam assumit. xx. q. j. vidua. extrà de cler. vel vo. consuluit. In libro tamē pontificali secundum ordinem Romanum, habetur benedictio viduæ continentiam profitentis, & veli ejus. Nam & Dominus Sareptanam viduā per Heliam propherā consolatus est. Et vidimus in vrbe episcopum Hostien.

48 inter virgines benedicere duas viduas moniales. † Velum ordinationis enim diaconissæ in quadragesimo anno dabatur, vt posset legere Euāgelium in nocturnis. xxj. q. j sanctimoniales. xxvij. q. j. diaconissa. in concilio Laudicen. xxxij. dist. c. fin. statutum est vt mulieres quæ apud Græcos presbyteræ appellantur, apud nos verò viduæ, aut seniores vniuitæ aut matricufiæ appellantur in ecclesia, tanquam ordina-

49 tas constitui non debere. † Velum prælationis olim abbatissis in xl. anno dabatur. xx. q. ij. iuuẽculas. xxxj. q. quomodo. Illud autem scien-dum est, quòd sacrosancta mater ecclesia gradus & ordines habet distinctos. Et Romanus Pontifex celebriter missarum solennia agens, sex habet secum ordines clericorum, scilicet episcopos, presbyteros, diaconos, subdiaconos, acolithos & cantores: ipso numero sacramen. perfectionem huiusmodi officij manifestans. Senarius nāque numerus perfectus est, vt in procœmio tertiæ partis dicetur. Sed & sex ordines ministrorum fuisse in veteri Testa. legimus, videlicet pontifices, sacerdotes, Leuitas, Nathineos, ianitores, & psalleres, quos ex minori parte distinxit Artaxerxes in epistola quam Esdræ scribæ direxerit, dicens: Notum facimus de sacerdotibus vniuersis, & Leuitis, & can-

50 toribus, & ianitoribus, & Nathineis, & ministris domus Dei, vt eis vectigal. tributum, & annona nullatenus imponatur. † Ordines verò ecclesiasticos Syluester Papa enumerat. xxiij. d. à subdiacono. & j. q. vij. clericus dicens: Pontifici presbyter, presbytero diaconus diacono subdiaconus, subdiacono acolythus, acolytho exorcista, exorcistę lector, lectori ostiarius, ostiario abbas, abbati monachus, in omni loco obse-

1 quium repræsentent. Beatus quoque Isidorus. xxj. di. cletos. ita dicit: Generaliter clerici nuncupantur omnes, qui in ecclesia Christo deseruiũt, quorum gradus & nomina hæc sunt: Ostiarius, psalmista, lector, exorcista, &c. mentionem enim faciens post alia de cantore inquit: Et hi omnes gaudent priuilegio clericali. Veruntamen quidam perfidi hæretici sacramentum ordinis confitentes, falsò mentiuntur, quòd ecclesia Christi non habebat personas, quas exorcistas, ceroferarios, lectores, vel diaconos appellaret. sed solum exorcistas dęmonum, qui aduersabantur Paulo: nec ea quæ Christus fecit, vel Apostolus dixit

51 pro tam vilibus significationibus, quæ infrà sequuntur, fecit & dixit, sed altiora & pretiosiora quæ Romana nescit Ecclesia, demõstrauit. †

Horum autem ordinum quidam sunt non sacri,& quidam sacri.Non sacri seu minores ordines sunt hi:Cantoratus, psalmistatus,ostiariatus,lectoratus,exorcistatus,acolythatus.Sacri verò seu maiores sunt isti: Subdiaconatus, diaconatus, presbyteratus, Episcopalis ordo.† Communiter autem asseritur septem ordines fore,quorum ostiarius est primus & sacerdos vltimus, propter septiformem Spiritus sancti gratiam, cuius munere sua officia prosequuntur. Si autem velis ad singulos ordines singula dona referre,à timore incipiens,illum ostiario deputabis,& exinde singula singulis referens, sapientiam presbytero adaptabis Esa.iiij.Hæ sunt septem mulieres, in quibus Spiritus sanctus habet hospitium, & vnaquæque illarum, suum parat conuiuium. † Rursus spiritualiter * ostiarius est, quicunque spiritualiter alios in Ecclesiam introducit,id est,qui fidem prædicando docet. Lector est,quilibet mores docendo,exorcista orando, acolythus illuminando, subdiaconus humilitatem monstrando:diaconus alios exhortando,sacerdos seipsum hostiam sanctam Deo offerendo, Episcopus sacramenta ministrando. De quolibet tamen seriatim specialiter prosequamur.

ANNOTATIO.

* Spiritualiter.)Potest etiam legi,aut certè addi,specialiter,quòd singula officia singulis,non plura vni conferantur. N. Doard.

SVMMARIVM.

1 *Cantoris munus,& eius diffinitio.*
2 *Dauid cantores instituit.*
3 *Cantores vocibus consonis cantare debent.*
4 *Cantandi vsus,quorsum institutus.*
5 *Cantoris nomine qui intelligantur.*
6 *Cantores baculos gestant.*

De Cantore. CAP. II.

NOnnulli cæcitate ignorantiæ ducti, cantoratum de minoribus esse autumant ordinibus,pro eo quòd(vt iam præmissum est) in †quibusdam canonibus inter minores ordines fit mentio de cantore. Falluntur tamen,quoniam nomen est officij,& non ordo.Qui autem in veteri Testamento cantores dicti sunt,hodie lectores vel Psalmistæ vocantur.Cantor itaque vocatur qui vocem modulatur in cantu.xv. d.c.cleros.cuius duo sunt in arte musica genera,præcentor scilicet & succentor.Præcentor vocem præmittit in cantu:succentor, canendo subsequenter respondet.Concentor verò dicitur,qui consonat. Vnde qui non consonat,non concinit,nec concentor erit.Sanè†Dauid propheratum eximius cultum Dei volens solennius ampliare, cantores instituit, qui coram arca fœderis Domini musicis instrumentis & modulatis vocibus decantarent, inter quos præcipui fuerunt Heman, Asaph, & Aethan:sed omnium primus Heman, cuius vicem nunc in Ecclesia primicerius obtinet:vel precentor, qui cantoribus est præfatus, vnde legitur in Paralipomenon : Isti sunt quos constituit Dauid super cantores domus Domini, stantes iuxta ordinem suum in ministerio : de filiis Caphat Hemam cantor filius Iohel ; & à dextris suis 3 Asaph filius Barachiæ, ad sinistram ante Aethan, filius Cusi. † Porrò debent cantores cantare consonis vocibus & suaui modulatione cõcinere,quatenus animos audientium ad deuotionem Dei valeant excitare.Verùm secundum Grec.xcj.dist. in sancta, plerunque in sacro ministerio dum blanda vox quæritur,congrua vita negligitur:& cantor Deum moribus simulat,cùm vocibus populum delectat.Et Augu. lib.Conf.Cum me magis mouet cantus,quàm res quę canitur,pœnaliter peccasse confiteor,& tunc me audisse cantantem. Ideoque in Ecclesia Romana altaris ministri cantare non debent, solumque Euangelicæ lectionis officium intra missarum solennia exoluant. Et Apo. ait:Cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino:& Hie. xcij. dist.c.j. Non audiant(inquit)adolescentuli,audiant hi,quibus est officium in Ecclesia psallendi : Deo non vocem tantùm, sed corde esse cantandum:nec in tragœdorum modum guttur & fauces medicamine liniendæ sunt, vt in Ecclesia theatrales moduli & cantica audiantur.Cantantes igitur in corde & in charitate,cantent in choro, quoniam magis deuotione cordis, quàm iubilatione vocis cantandum est.xxxviij.dist.edulio.non tenentes in manibus cymbala vel aliquid 4 huiusmodi prout in veteri Testamento fiebat. † Cæterum, propter carnales,non propter spirituales, cantandi vsus in Ecclesia institutus est,vt qui verbis non cõpunguntur,suauitate modulaminis mouean-tur.Vnde Aug.in lib. Confes. Consuetudinem canendi probat Ecclesia,vt per oblectamenta aurium infirmior animus ad effectum pietatis assurgat.Antiqui ptidie, quo cantandum erat, cibis aliis abstinebant, propter causam vocis,præter quàm leguminibus, psallentibus 5 aptis.Vnde & cantores,vulgo fabarij dicti sunt.† Cantores autẽ sunt, qui Dei laudatores, repræsentans prædicatores, alios ad Dei laudes excitantes. Eorum namque symphonia plebem admonet in vnitate cultus vniusDei perseuerare.Per cantoris quoq; officium,pater familias intelligitur, qui de thesauro suo noua & vetera profert. Nec est 6 prætereundũ,quòd cantores † tenent baculos,in choro,ad repræsentandum illud,quod in lege præcipiebatur,vt videlicet edẽtes agnum, baculos in manibus haberent,significantes, quòd qui ad patriam festinant,esu cœlestis agni baculis,id est,Scripturarum sententiis,indigent contra dæmones. Per baculos enim cantorum, sententias Scripturarum vel doctrinas prædicatorum intelligimus. Vnde cũ legitur euangelium,deponuntur:quia per euangelicam prędicationem legales depositimus obseruantias.De choro dictum est in prima parte sub tractatu de Ecclesia. de cantu verò in fine proœmij quintæ partis dicetur.

Ephe. 5

Paral. 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Psalmista quàm variè dicatur, & cur rara de eo mentio in sacris canonibus num. 2.*
3 *Palmista, vnde dictus, & eius officium.*

De Psalmista. CAP. III.

PSalmistatus† quãdoque tonsoratus vocatur, sicut constitutio Inn. iij. extrà de reg. iu. cùm inter. euidenter ostendit: quãdoque etiam clericatus. Vnde in alia eiusdem Inn. epistola. extrà de æta. & quali. c. cum contingat dicitur, quod Abbas benedictus sacerdos, potest in suo monasterio clericalem dare tonsuram, per quam ordo clericalis confertur, qui ordo sic collatus psalmistatus vocatur. In canone quoque Leonis Papæ xxxij. dist. seriatim sic inter cætera continetur: Seriatim & apertè prosequamur, quòd sancta Romana Ecclesia in gradibus clericorum ait: Clericos, ostiarios, lectores, &c. at nomine Clericorum, psalmistas ibi intelligi indubitatum est. Vocatur etiam quandoque cantoratus. Vnde in Tholetan. concil. xxij. dist. si psalmista. legitur: Psalmista, id est cantor, potest absque conscientia episcopi, sola iussione presbyteri, officium suscipere cantandi, dicente sibi presbytero: Vide, vt quod ore cantas, corde credas, & quod corde credis, operibus comprobes. Sanè, quòd in † plerisque sacris canonibus, & præcipuè xciij. à diacono. lxxvij. dist. c. j. & ij. & iij. facta de aliis ordinibus mentione, nihil de hoc ordine tangitur, ex eo contingit, quoniam alij omnes cum solennitate, & à solis episcopis dantur, iste verò etiam à sacerdote conferri potest. Ideóque hunc non ordinem, sed officium fore plurimi asseuerant, quanquàm in eo episcopo collato quis clericale priuilegium assequatur. xxj. dist. clericos in prin. † Dictus est autem Psalmista à psalmis dicendis, siue ab officio canendi, prout sub lectore dicetur. Ad ipsum namque pertinet (secundum Isidorum xxv. dist. perlectis.) officium canendi. dicere benedictiones, id est, benedicamus Domino. laudes, id est, allelu-ia vel Christus vincit, vel Christus regnat, &c. sacrificium, offertorium, responsorium, id est officium missæ, & quicquid ad canendi peritiam spectat.

SVMMARIVM.

1 *Ostiarius, vnde dictus, & eius officium. & num. 3.*
2 *Ostiarius, idem quod ianitor.*
3 *Leuitis demandatum erat negotium ianitorum.*
4 *Ostiarij institutio, ex Concilio Tholetano.*

De Ostiario. CAP. IIII.

OStiarij† (secundũ Isidorum. xxj. d. cleros) dicti sunt eò quòd officio templi præsint. Ipsi enim claues Ecclesiæ tenentes, omnia introitus extrà quòque custodiunt, atque inter bonos & malos habentes iudicium, fideles recipiunt, infideles respuunt, & excommunicatos repellunt.† Ostiarij idem sunt, quòd ianitores, qui in vet. Test. ad custodiã templi electi sunt, ne ingrederetur in illud immundum in omni re, id est, aliquid in omnibus rebus. Stabant enim (prout legitur in Paralipomen.) in quatuor templi partibus, videlicet in Oriẽte, in Occidẽte, Aquilone, & Austro: portas templi singulas ita obseruantes, vt nec in puncto discederent à ministerio. Leuitæ † enim, quibus numerus ianitorum creditus erat, eis cibos parabant. Hi autem imitantur ædituos, qui apud Gentiles erant, & idem custodiebãt. Sanè iuxta† decretum Tholetani concilij. xxiij. d. ostiarius. ostiarius, cùm ordinatur postquã ab archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conuersari, ad suggestionem archidiaconi tradat ei episcopus claues Ecclesiæ de altari dicẽs: Sic age, sic viue, quasi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ his clauibus recluduntur. Clauium ergo traditio, & verba præmissa sunt huius sacramenti sustantialia, cætera sunt solennitatis. Hoc† officium implemus, dum per fidem in Ecclesiam aliquem introduximus, vel docemus. Christus hoc officium impleuit, quãdo dixit: Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, &c. Et quando ementes & vẽdentes de templo eiecit. xvj. q. vij. sed hæc diximus. quod in Ecclesia spiritualiter agit. Vnde in Euangelio dicit: Ego sum ostium.

1 Par. 9.

Psal. 23
Ioan. 10

SVMMARIVM.

1 *Lector, vnde dictus, & eius munus & num. 2. 3. 5.*
4 *Lector, quomodo instituatur.*

De Lectore. CAP. V.

LEctor† (secũdùm Isidorum. xxj. d. cleros.) à legendo, psalmista à psalmis canendis, vocati sunt. Lector enim prædicat, id est, legit siue recitat populis, quid sequantur. Psalmista verò, canit, vt excitet ad compunctionem animos audientium, licet quidam lectores ita miserabiliter pronuncient, scilicet altè, & per vocem sonoram, vt quosdam ad luctum lamentationemque compellant. Lectores etiam pronuntiatores vocantur, pro eo, quòd palàm siue à longè pronuntiant. Tanta enim & tam clara debet esse eorum vox, vt quamuis longè positorum aures impleat. Ad† lectores quoque pertinet lectiones & legendas in matutinis pronuntiare, & ea, quæ prophetæ vaticinati sunt, & Apostoli dixerunt, populis prædicare, id est, legere. Ad hoc enim ordinantur, vt libros Dei distinctè, & apertè ad intelligendum legant, sicut in vete. Test. accipimus Esdram fecisse. Ad† eius quoque pertinet officium panem, & omnes nouos fructus benedicere. Lectores autem idem sunt, quod carminum relatores, qui erant apud Gentiles. Martinus Papa xxij. d. lectores. statuit vt nulli liceat

Universidad de Deusto
Biblioteca

in populo psallere, aut legere, nisi qui ab episcopo fuerint ordinati lectores. Sanè, iuxta † decretū Theol. concil. xxiij. d. lector. lector cùm ordinatur, facit de illo verbum episcopus ad plebem indicans eius fidem, ac vitam atque ingenium. Post hoc spectante plebe, tradit ei codicem, in quo lecturus est dicens: Accipe, & esto relator verbum Dei habiturus, si fideliter & vtiliter impleueris officium, partem cum eis, qui verbi Dei ministrauerint. Codicis ergo traditio, & verba præmissa sunt de substantia huius ordinis, cætera, sunt solennitatis. Hoc officium † implemus dum malè viuentes in Ecclesia, corrigimus, & alios quem bonis moribus instruimus, Christus hoc officium impleuit, quando in medio seniorum librum Esaiæ prophetæ aperiens, legit distinctè ad intelligendū, dicens: Spiritus Domini super me, eò quod vnxit me, &c. extrà de sac. vnct. c. vno.

Esai. 41
Luca 4

SVMMARIVM.

1 *Exorcista, quis dicatur?*
2 *Exorcistæ officium. & nu. 6.*
3 *Salomon exorcismi modos inuenit.*
4 *Exorcistæ qualis sit institutio.*
5 *Energumeni qui, & vnde dicti.*

De Exorcista. CAP. VI.

Ἐξορκιστὴς (secundùm Isid. xxj. d. cleros.) Græcè, Latinè, adiurans siue increpans vocatur. Inuocat enim super † catechumenos seu super eos qui habent spiritum immundum, nomen Domini Iesu, adiurans per illud, vt egrediatur ab eis, de quo in vj. parte, sub sabbatho sancto dicetur. Decet igitur, vt mundum habeat spiritum, qui debet immundis spiritibus imperare. † Ad eum itaque pertinet exorcismos memoriter retinere, manus super energuminos & catechumenos exorcizādo imponere. xxv. dist. perlectis. Et secundū concilium Cartaginense & de cōsec. distin. v. energumeni. ipsis energumenis in domo Dei adsistentibus victum quotidianum opportuno tempore ministrare. † Refert Iosephus regem Salomonem modum ἐξορκιστικὸν id est, adiurationis adinuenisse, quibus immundi spiritus ab homine obsesso per Eleazarum exorcistā pellebantur: ita vt reuerti vlteriùs non auderent. Huic officio mācipati, ἐξορκισταὶ vocati sunt, de quibus in euangelio legitur: Si ego in Beelzebub eiicio dęmonia, filij vestri exorcistæ, videlicet, in quo eiiciunt? Et imitantur quæstores, qui erāt apud Gentiles. † Sanè, iuxta decretum Tholetani concilij. xxiij. dist. exorcistæ. exorcista, cùm ordinatur, accipiat de manu episcopi librū, in quo scripti sunt exorcismi, siue adiurationes, dicēte sibi episcopo: Accipe & commenda memoriæ, & habeto potestatem imponendi manus

manus super energumenum, siue baptizatum, siue catechumenum. Libri ergo acceptio & verba præmissa, sunt de substantia huius ordinis: cætera, sunt solennitatis. Energumeni, † sunt qui à dæmonibus obsessi sunt, vel lunatici, siue morbum caducum patientes, sic dicti ab ἔργον, quod est labor, & μανὰ, quod est defectus: & νοῦς, quod est mens: * quia secundum defectum mentis in defectu lunæ maximè patiūtur. * Catechumeni dicuntur in fidei articulis ante baptismum instructi. Hoc † officium implemus dum per nostras orationes vitium diaboli de homine expellimus. Christus hoc officium exercuit, quando de Maria Magdalena septem dæmonia eiecit.

Mar. 16
Luc. 7

ANNOTATIO.

*Patiuntur] At rectius, iuxta natiuam ἐτυμολογίαν, ἐνεργούμενοι, id est, obsessi à dæmonibus.

SVMMARIVM.

1 *Acolythi qui, & vnde initium duxerint.*
2 *Acolythorum officium. & nu. 5.*
3 *Acolythi, imitantur carminum scriptores, vel emunctores.*
4 *Acolythorum institutio.*

De Acolytho. CAP. VII.

Ἀκόλουθοι Græcè, Latinè ceroferarij, vel accensores luminum nūcupantur. Hi ab Aaron & filiis eius ministerij sui sumpserunt exemplum, iuxta illud Exod. Præcipè filiis Aaron, vt offerant oleum de arboribus oliuarum, purissimum, pilóq; contusum, vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij, & collocabunt eam Aaron & filij eius, vt vsque mane luceat coram Domino. Quod ergo tunc sacerdotes agebant, hoc nunc acolythi faciunt in ministerio lucernarum, quoniam præparant luminaria in sacrario. Multa quippè nō solùm in nouo, verum etiam in veteri Testamento legi Mosaicę superaddita legimus & mutata. extrà de consanguinitate & affinitate. non debet. Vnde Dauid in libr. Paralipomenon dixisse perhibetur: Non erit officium Leuitarum, vt portent vltrà tabernaculum & omnia vasa eius ad ministrandum. Acolythi autem, secundùm † Isidorum lxxxj. dist. cleros. xxiij. dist. acolythus cereos ferunt accensos, dum legitur euangelium, aut offertur sacrificium; non vt tenebras aëris, sed cordis illuminent, cùm sol fortè eodem tempore rutilet: & vt proximis opera lucis ostendant, atque ad signum lætitiæ demonstrandū, vt sub typo luminis corporalis, illa lux ostendatur, de qua in euangelio legitur: Erat lux vera, quæ illuminat omnē hominem venientem in hunc mundum. Ipsi etiam præparant pro eucharistia suggesta, id

Exod. 2
Paral. 2
Ioan. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

est vinum & aquam seu vasa in quibus ponitur aqua & vinum. xxv. distin. perlectis. Acolythi † imitantur carminum scriptores, qui erant 3
apud Gentiles seu verius emunctores, siue luminum extinctores: qui
lucernas emungebant, & luminaria concinabant, vt Nadab & Abiu.
† Sanè iuxta decretum concilij Tholetani. xxj. distinctio. acolythus. 4
acolythus dum ordinatur ab episcopo, quidem doceatur, qualiter in
officio suo agere debet, sed ab archidiacono accipiat ceroferarium,
id est, cādelabrum cum cereo: vt sciat se ad accēdenda Ecclesiæ lu-
minaria, id est cæreos, dum euangelium legitur mancipari: accipiat
& vrceolum vacuum ad suggerendum, id est, ad ministrandum vinū
in eucharistiā, id est, in calicem, in quo est eucharistia sanguis Chri-
sti. Præmissa igitur verba, & vtensilia sunt huiusmodi ordinis substā-
tialia: cætera, sunt de solennitate. † Hoc officium implemus, dum
ignem verbi cœlestis, quo fratres ad cognoscendum Deum illumi-
nentur & inflammentur, prædicando ministramus, vt dum lucē bon.
Ioan. 8. operis aliis ministramus. Dominus autem hoc officium se habere
testatur, cùm dicit: Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambu-
lat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.

SVMMARIVM.

1 *Subdiaconatus ordo, sacer est.*
2 *Subdiaconorum ordo.*
3 *Subdiaconi institutio, qualiter fiat.*
4 *Subdiaconus, cur in missa Lectiones legat, præter eius ferè officium.*
5 *Subdiaconus, quo amictu vtatur.*
6 *Imperatorem debere esse subdiaconum.*

De Subdiacono. CAP. VIII.

PRæmisimus de non sacris & minoribus ordinibus. Nunc de sa-
cris & maioribus, qui antonomasticè sacri dicuntur, subiiciamus
1. Esd. 8. & primò de subdiacono. † Ordo enim subdiaconatus sacer hodie se-
cundum Innocentium tertium reputatur. extrà de ætatis & qualita-
tis ordinibus & à multis. Siquidē subdiaconi, Nathineorū vices in Ec
clesia repręsentant. De quibus in Esdra legitur, quòd Dauid dederat
Nathineos ad ministeria Leuitarū. Vnde Græcè, ὑποδιάκονοι dicūtur:
quia officiis & præceptis Leuitarū subiacent, & eis ministrāt, ex quo-
rum ordine fuit ille Nathanael, quem Dominus in euangelio com-
mendauit dicens: Ecce verè Israēl in quo dolus non est. Nathinei au-
tem Hebraicè, dicuntur Latinè in humilitate Domino seruientes,
vel Deo oblati. † Subdiaconi debent secundùm Isidorum. xxv. distin-
ctione, perlectis, oblationes in templo Domini, à fidelibus suscipere,
& Leuitis superponendas altaribus deferre, calicem & patenam ad
altare Christi deferre, Leuitis tradere, eisque ministrare, vrceolum
quoque cum vino & aqua, manile, & manutergium tenere, episcopo,
presbytero, & Leuitis pro lauandis ante altare manibus, aquam præ-
bere, corporalia, & substratoria lauare, de quibus rectè placuit Patri-
bus xxxj. distinctio. lex, & c. omnino. vt qui mystica sacramēta contre-
ctant, legem continenti e debeant obseruare, sicut scriptum est in pro-
pheta: Mundamini, qui fertis vasa Domini. Tenent autē locum duum- *Esa. 62*
3 uirorum, qui erant apud Gentiles. Sanè iuxta † decretum cōcilij Tho-
letani. xxiij. distinct. subdiaconus. subdiaconus cùm ordinatur, quia
manus impositionem consecratoriam non accipit, patenam de manu
episcopi vacuam, & calicem vacuum accipiat, dicente sibi episcopo:
Vide cuius ministerium tibi traditur. De manu verò archidiaconi
pro eo, quòd in eius adiutorium consecratur, accipiat vrceum, scilicet
cum vino & aqua: manile, id est, bacille, & manutergium. Præmissa
igitur verba & vtensilia, sunt huiusmodi sacramenti substantialia, cæ-
4 tera sunt de solennitate. † Quæritur autem, quare subdiaconus legit *quæstio.*
lectiones ad missam, cùm non reperiatur hoc sibi competere, vel ex
nomine, vel ministerio sibi concesso? Respondeo: In primitiua Eccle-
sia diaconus non legebat euangelium, quia hoc statutum non erat.
Postquàm verò illud statutum fuit, præceptum est etiam, vt subdiaco-
nus, qui diacono subest, epistolam siue lectionem legat. Subdiaconus
5 † autem vtitur amictu albo & balteo sicut & ostiarius: lector, exorci-
sta & acolythus, & insuper tunica & sudario, tunicam strictam portat,
vt se iustitia, quasi lorica induat, sudario, vt sordes à vasis extergat, de
quo in parte sequenti sub titul. de tunica & manipulo dicetur. Hoc
officio congruè & dignè vtitur, qui tantæ munditiæ est, quòd ipsius
exemplo & consilio cæteri à sordibus criminum lauentur. Christus
hoc officium exercuit, quando in Cana Galilææ de aqua vinum fecit, *Ioan. 2*
& quando cœna facta mittens aquam in peluim, pedes Discipulorum *Ioan. 13*
lauit. Canon † Adriani Papæ lxiij. distinct. Valentinianus. in fine. vide-
tur innuere, quòd Imperator debet ordinem subdiaconatus habere,
vbi dicitur: Adiutor & defensor tuus, vt meum ordinem decet, semper
existam: sed non est ita, gerit tamen illud officium, quoniam in die or-
dinationis suæ, receptus primò in canonicum, à canonicis sancti Pe-
tri, ministrat Domino Papæ in missa in officio subdiaconatus parando
calicem & huiusmodi faciendo. Quidam etiam dicunt, vt no. ff. de re-
rum diu l. sancta. quòd fit presbyter, iuxta illud: Cuius merito quis
nos sacerdotes appellat. Imperator etiam pontifex dictus est, prout in
tractatu de episcopo dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Diaconi qui, & vnde dicantur.*
2 *Diaconi, Leuitarum subsunt imperio, & eorum officium, fusè.*
3 *Diaconus, quibus diebus dalmaticam portet.*

4 *Diaconorum officium, inter ieiunia.*
5 *Diaconus, cingitur planeta.*
6 *Diaconi duplex officium & num. 10. 11. 12. 13.*
7 *Diaconus, induens casulam, quid notet.*
8 *Diaconus casulam induens ieiuniorum tempore, gladium vibrat contra hostem.*
9 *Diaconatus ordo, vnde initium duxerit.*
14 *Diaconus, qualiter instituatur.*
15 *Episcopi manus impositio, super ordinandis, quid significet.*
16 *Manus Episcopi cur extendantur, in benedictionibus.*
17 *Sacramentorum dispensatio, quomodo Deo, & quomodo ministris competat.*
18 *Diaconus, qua significatione dalmatica vtatur.*
19 *Diaconorum institutio, quibus constet.*

De Diacono. CAP. IX.

Διακονοί, † Græcè dicuntur, Hebraicè Leuitæ, Latinè verò, ministri, siue assumpti, siue offerentes, secundum Isidorum. xxxj dist. lex. xxj. dist. cleros. Diaconorum quidam ordo in libr. Numerorum *Num. 3* tribu Leui filij Iacob, sumpsisse legitur exordium, & inde Leuitæ, id est, adsumptio vocabantur, quoniam adsumpti † sunt ad auxilium sacerdotum vt Eleazar & Ithamar. Dominus enim ad Mosem locutus *Num. 3* est, dicens: Applica tribum Leui & fac eam stare in conspectu Aaron sacerdotis, & ministrent ei, vt excubent & obseruent, quicquid ad cultum pertinet multitudinis, coram tabernaculo testimonij, & custodiant vasa tabernaculi, seruientes in ministerio. Sicut enim in sacerdote consecratio, ita in diacono ministerij dispensatio habetur, vt *Num. 4* iam dicetur. A quinquagesimo autem anno iussi sunt Leuitæ vasa custodire: & à xxv. annis & suprà iussi sunt in tabernaculo deseruire, tamquam ætatis ad onera portanda robustæ, qui possent arcam fœderis, mensam propositionis, & vasa tabernaculi deportare. Quod & in nouo Testamento recolitur, cum diaconibus supra sinistrum humerum stola imponitur, & in diebus ieiuniorum super eundem humerum casula complicatur, quia quicquid laboris in hac vita sufferimus tanquam in sinistra portamus, donec à sinistra transeamus in dextram, in qua requiem habeamus. Hinc etiam diaconi Cardinales mensam Lateranensis altaris humeris suis in die cœnæ ad sacrarium deportant, & in sabbato sancto ad altare deportant. Ipsi quoque semper summum pontificem velut arcam fœderis deportant. Non † ergo diaconus dalmaticam, nec subdiaconus tunicellam in diebus ieiuniorum, in officio missæ portant propter rationem in ij. parte sub tit. de diacono & sexta parte sub tit. de septuagesima scriptam, sed casulas seu planetas super humerum sinistrum complicatas gestant, non replicatas à dextris & à sinistris, sicut facit sacerdos, sed ab interiori parte,

parte, super brachia eleuatas. Subdiaconus tamen epistolam lecturus, illam deponit, qua lecta, eam resumit: & diaconus euangelium lecturus, illam exuit, & eam decenter plicatam super sinistrum humerum imponit, & sub brachio dextro ligat, ita quòd ab humero sinistro ad latus dextrum ad modum stolæ descendat, sicque circuncinctus eam tenet, donec dicatur illa vltima oratio, post communionem: tunc enim illam induit, sicut priùs. Missa verò finita tam subdiaconus, 4 quam diaconus illam deponit. Sanè hæc † diuino plena sunt mysterio. Planetas verò replicatas his temporibus portant. Primò, propter iam suprà positam rationem. Secundò, eas portant ad ostendendum, quòd ipsi ad tantam perfectionem in illis tenentur, ad quantam sacerdos in aliis diebus, ad notandum, quòd ex charitate, quæ per planetam significatur, ministrant, & non ex timore, prout in veteri lege fiebat, quæ erat lex timoris, & non amoris, sicut noua, præsertim tempore ieiuniorum, quod sine charitate factum, meritorium non est. Ferunt autem illas ab anteriori parte eleuatas, vt liberiùs valeant ministrare, & ad ostendendum quòd ipsi iuxta Apostolum, quæ retro *Philip. 3* sunt obliuiscentes, ad interiora feruntur. Portant etiam illas super brachia eleuatas, ad significandum, quòd opere debent charitatem ostendere, quam gerunt in mente: per manus enim & brachia charitas congruè designatur. Non autem replicatas à dextris, & à sinistris, prout facit sacerdos, ad insinuandum dissimilitudinem potestatis, & officiorum suorum. Subdiaconus tamen, epistolam lecturus, tamquam officio suo functurus, illam deponit. Ipse namque ex officio suo veterem legem repræsentat. Vnde & epistolæ quandoque de veteri lege sumuntur, sub qua non ex amore, vt præmissum est, sed ex timore seruiebat. Quia ergo illud durauit, quandiu lex durauit, ideò ad hoc designat. Diaconus verò euangelium legens eam non deponit, sed iuxta modum stolæ suo officio competentis, illam sibi coaptat: quia eius officium est, doctrinam euangelicam, quæ est lex amoris, prædicare, & hoc ex amore qui facit iugum Domini suaue, quod iugum, ex quo omnia mundana premuntur, per stolam super sinistrum humerum si- 5 gnificatur. Cingitur autem planeta, id est † charitate ab humero sinistro in latus dextrum, vt sit ei suaue iugum Domini, in prosperis, & in aduersis, quæ per leuam & dexteram designatur, tamquam armatus in humeris contra aduersa, & succinctus in altari contra mundi suadicandi populo, vnde lecturus euãgelium, dicit populo, Dominus vo- 6 uia seu prospera. Rursus † diaconus duplex gerit officiũ, scilicet præbiscum, & ministrandi sacerdoti. Nempe propter prædicandi officium, casulam super humerum portat, quia prædicator in præsenti vita opera populi portare debet, quod à legali sacerdote tractũ est, qui dum sacrificabat summitates balthei super humerum reflectebat. Pro eo verò, quòd sacerdoti ministrat, & quia propter instãtes necessitates

ire atque

ire atque redire habet, dexteram habere debet expeditam & liberam. Vnde in Toletano concilio xxv. d. vnum. ita legitur: Vnum orarium oportet Leuitam gestare in sinistro humero, propter quod orat, id est, pro eo, quod prædicat. Præterea subdiaconus & diaconus lecturi deponunt casulas, quasi profitentes non esse vestem propriam, sed ob reuerẽtiam temporis recipere commodatam. Denique circa finem missæ diaconus planetam induit, ad notandum: quòd non sufficit opus ex charitate inchoare, nisi & in charitate perficiatur. † Tertiò, etiam dicit 7
potest. quòd diaconus casulam induens, inducit, se esse prędicatorem, qui in dilectione feruear, & vitæ contẽplatiuæ inhiet, dum verò se illa præcingit, & humero duplicatã imponit, opus prædicationis, orationis, & lectionis intromittit, & proximo in necessitatibus subuenit, quã reflectit in dexteram, cum omnia refert ad summũ bonum. Et sic dum casulam induit, Mariã, dum præcingit repræsentat in ministerio Martham. Quartò, dum diaconus † ieiuniorum tempore casulã super hu- 8
merum replicat, quasi gladium contra hostem vibrat, vt dicetur in
proœmio tertiæ partis. † In nouo verò Testamento ordo iste ab Apo- 9
stolis sumpsit initium, qui septem viros boni testimonij plenos Spiritu sancto diaconos elegerunt, vt iam dicetur. Vnde & sancti Patres decreuerunt. xciij. di. diaconi. & c. seq. vt in matrice Ecclesia septem dia-
Act. 6 coni, circa altare Pontifici in celebratione missæ adsistant. Hi in Apo-
Apoc. 10 calypsi, dicuntur septem angeli, tuba canentes, quia illorum est alta-
Apoca. 1 mysteria de superna inspiratione foris resonare. Hi sunt septem can-
Apoc. 10 delabra aurea, qui Christi lucem euangelij aliis ostendere debent. Hi dicuntur septem tonitrua, quia terribiliter comminari debent, quod omnis arbor, qui nõ facit fructum bonum. &c. extra de deci. quamuis. in fi. xciij. di. diaconi. & c. seq. Hi præconis more Ecclesiam admonent, 10
ad orandum & genua flectendum. † Ad eos quidem pertinet adsistere sacerdotibus, & ministrare in omnibus, quæ aguntur in sacramentis Christi in baptismo, scilicet chrismate, in patena, & in calice, oblationes, id est, hostias inferre, & disponere in altari, componere etiam id est, ornare mensam Domini in altari, atque vestire, crucem ferre, putà in processionibus, & prædicare, id est, legere Euangelium, & Apostolum, id est, epistolam, putà, subdiacono deficiente. xxv. dist. perlectis, extrà de deci. quamuis. in fi. Nam sicut lectoribus vetus Testamentũ, ita diaconis nouum prædicare, id est, legere, præceptum est. Sicut enim Dominus donec Euangelium prædicauit, minister fuit, iuxta illud, Non veni ministrari, sed ministrare. ita nulli magis cõuenit Euangelium legere, quàm diacono, qui minister interpretatur. Vnde cùm ordinatur, ideò stolam per quam Christi iugum significatur, accipit, quia euangelium in quo de ipso iugo continetur, lecturus est. Ad ipsum † quoque pertinet officium precum, id est, dicere litanias, & 11
recitatio nominum eorum, qui ordinandi, vel etiam baptizandi sunt. Ipse prænonet aures adhibere ad Deum, cùm dicit: Humiliate capita vestra

vestra Deo, vel humiliate vos ad benedictionem. Ipse hortatur clamare, dicẽdo: Κύριε ἐλέησον, in rogationibus: ipse donat pacem scilicet subdiaconus, vel salutem cùm dicit: Dominus vobiscum. & annuntiat festiuitates. Hæc siquidem & alia plura ad eius pertinent officium. quæ
12 in canonibus Hier. xxiij. distinct. diaconi. & c. legimus. plenius continentur. Debent † etiam, tanquam oculi episcopi, cuncta circumlustrare, & episcopo referre. xxij. distin. diaconi ecclesiæ. & c. seq. vsque ad §. compagis. non tamen debent baptizare, nec Dominicum corpus dispensare, nisi in necessitate, scilicet episcopo vel presbytero absentibus,
13 & iubentibus, nec possunt calicem benedicere. Non † debent etiam inter sacerdotes vel coram eis, vel supra ipsos, nisi eorum iussu sedere, possunt tamen in conuentu presbyterum rogari prædicare. Diaconi,
14 tenent loca quaternionum, quia apud Gentiles extant. Sanè † sicut in canone. xxiij. dist. diaconus legitur. Diaconus cùm ordinatur, solus episcopus, qui eum benedicit, manus suas super caput illius imponit, quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium, id est, ad diaconatum consecratur, id est, ordinatur. In Actibus tamen Apostolorum, ita legitur: Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum, & orantes imposuerunt manus super eos. In quo ostenditur, non solùm episcopum, verumetiam presbyteros tunc adstãtes debere manum super diaconum, dum ordinatur, imponere. Nunquid enim plus potest precari solus episcopus, quàm plures apostoli? Imponentes enim manus, non dant sanctum Spiritum, sed orant, vt super eos veniat. Cùm igitur vsus omnium bonorum non sit in vno, sed in pluribus, meritò plures manus imponunt, vt vnusquisque Dominum deprecetur, vt partem de Spiritu suo tribuat ordinando ad instar Mosi, de cuius spiritu, Dominus dedit
15 septuaginta viris. Ideò † autem fit manus impositio super ordinandos: quia per manum, opera, per digitos, spiritus sancti dona, per caput verò mentem intelligimus. Rectè ergo manus imponitur: quia donis Spiritus sancti in mente imbuti ad opera Christi mittuntur. De manus impositione sub tit. de episcopo dicetur. Sed cùm diacono manus imponatur. extrà de sacra. non ite. c. fin. quæritur, quare quando posteà presbyter, ei manus imponitur iteratò? Respondeo, quia per consecrationem transit de opere ad opus, id est, de ministerio ad Dei immolationem, quod sicut nec illud, nisi gratia Dei adiuti, agere non valemus. Suspensio verò manuum fit, dum oratio super caput effunduntur ordinandi.
16 extrà de sacr. non ite. ca. fin. Et nota † quoniam tunc & super confirmatos in frontibus, & cum sal, & aqua, pallæ altaris, vestes sacerdotales & huiusmodi benedicuntur, ideò hæc manuum suspensio fit, quia virtus quædam manibus consecratis inest, quæ quasi suscitatur, dum benedictio cum huiusmodi manuum suspensione super res effunditur benedicendas. Vnde Apostolus monẽs discipulum Timotheum, inquit: Mo- *2. Tim. 1*
neo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum. Vt sicut corde per effectum: sic corpore per suspen-

sionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

sionem manuum, deuotio excitetur. Non enim solùm in rebus animatis, verumetiam in rebus inanimatis virtus consistit. Vnde nonnulli asserunt, quòd virtute templi, si quis illud ex deuotione ingreditur, venialia in eo delentur. Rursus suspensio huiusmodi in prolatione exorcismorum, potissimè fit: quasi sacerdos ipso corporis actu, fugando diabolo virtute consecrationis manuum comminetur. Tertiò, potest † dici, quòd dispensatio sacramentorum soli Deo principaliter, ministris verò ecclesiæ ministerialiter competit: ipsi enim nihil ad se, sed à principali habent agente. Quia ergo in sacramentorum dispensatione vestium, vel aquæ & huiusmodi benedictione, seu consecratione, aliqua spiritualis sanctificatio confertur: quem ministri de suis meritis non consisi, debent ab ipso Deo, corde & opere postulare, congruum est, hæc per eleuationem seu suspensionem manuum, per quas opera intelliguntur, exprimi. Vnde in Tre. Leuemus corda nostra cum manibus. † Diaconus dalmatica vtitur, vt discat occultam rationem sublimium indagare. Vnde in quibusdam ecclesiis ea, non nisi in festis vtitur, quia discipuli sublimia non intellexerunt nisi postquam Dominus est glorificatus. Et vtitur ea sine alba, tempore oblationis & lotionis tantum, sicut statuit Zozimus Papa. xciij. dist. diaconus sedeat. Ad hæc diacono † cum ordinatur, traditur sub certis verbis, stola, & codex euangelij quæ res & verba sunt huius sacramẽti substantia: cætera sunt de solennitate. Ideò autem stolam accipit, quia Euãgelium, quod per Christi iugum figuratur, lecturus est. Hoc officio vtitur, qui corpus & sanguinem Christi discretè dispensat, & qui ad orandum & vigilandum sui exemplo alios hortatur. Christus verò hoc officium exercuit, quando post cœnam sacramentum corporis & sanguinis sui propriis manibus discipulis dispensauit. & iterum, quando Apostolos hortatus est ad orandum dicens: Vigilate & orate, &c. & quando Euangelium prædicauit.

Tren. 3 17 18

Matt. 26

Matth. 4

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotalis ordo, vnde duxerit initium.*
2 *Melchisedech iustus sacerdos altissimi.*
4 *Dauid vigintiquatuor sacerdotes instituit.*
4 *Christus sacerdotes instituit.*
6 *Presbyter, quis dicatur, & vnde. num. 6. & an à sapientia, an ab ætate dicatur.*
7 *Sacerdos quis, & vnde dictus, & qui olim num. 5.*
8 *Capella initium vnde, & inde capellani.*
10 *Presbyteri institutio, quibus constet.*
11 *Sacerdotes, vicem Christi gerunt.*
12 *Sacerdotalis ordinis dignitas & eminentia.*
13 *Pontifex qua de causa, aut significatione deosculetur sacerdotem iam institutum.*
14 *Presbyteratus institutio.*

De Sacer

De Sacerdote. CAP. X.

1 SAcerdotalis ordinis institutio, à veteri lege † exordium sumpsit. Dominus namque legitur præcepisse Mosi: Applica (inquit) fratrem tuum Aaron, ad te cum filiis suis, de medio filiorum Israël, vt sacerdotio mihi fungatur. Vnxit ergo Moses Aaron in maiorem sacerdotem, filios verò illius, in minores. Vnde propheta inquit: Moses & Aaron in sacerdotibus eius, id est, primi & summi inter sacerdotes fuerunt. Ipse tamen Moses prior fuit, quàm Aaron, ordine, & etiam maior administratione. xxij. distinct. sacro in gloss. Hinc est, quòd Moses illum instruebat, & tanquam minorem redarguebat, de pœnit. distin. iij inter hoc, sed quò ad consecrationem sacerdotalem pares fuerunt. Moses autem non offerebat hostias, sed solùm vota pro populo xxxvj. dist. si quis vult. lxxviij. dist. decreuit. Ante legem etiam sacerdotes fuisse leguntur. Vnde Melchisedech † iustus, sacerdos Dei altissimi legitur extitisse, cui decimas ex omnibus spoliis, Abraham tanquam sacerdoti persoluit. Erant autem multi minores sacerdotes, quos Cananeos communiter appellabant, & vnus erat summus sacerdos, quem vocabant specialiter Azabarcum. Sed † & Dauid xxiiij. summos sacerdotes instituit, sexdecim de Eleazar, & octo de Ithamar: quibus tamen omnibus vnum præfecit, quem statuit principem sacerdotum, & singulis per sortem vicis suæ diuisit hebdomadas, quarum octaua peruenit Abiæ: de cuius genere Zachatias pater Ioannes Baptistæ descendit. † In nouo quoque Testamento, Christus maiores & minores sacerdotes instituit, videlicet xij. Apostolos, & septuaginta duos discipulos, per Apostolos electos, quos præmittebat binos in omnem ciuitatem & locum quo erat ipse venturus. xxj. dist. in nouo. Sicut enim Deus per Mosem summos pontifices regendis populis in lege præfecit, & ad eorum sortis elegit. Nam in Eleazaro & Ithamar filiis Aaron paternæ transfunditur plenitudinis abundantia, vt ad ostias salutares & frequentioris officij sacramenta, ministerium sufficeret sacerdotum. Et sicut in Eremo per lxx. virorum prudentium mentes Mosi spiritum propagauit, quibus ille vsus in populo innumerabiles multitudines facilè gubernaret: sic & Christus Apostolis suis discipulos addidit, quibus illi totum orbem sanctis prædicationibus repleuerunt sicut hæc & alia in pontificali subordinatione sacerdotis habetur. Apostolorum itaque vices, maiores obtinent sacerdotes, id est, episcopi, qui dicuntur summi. j. quæst. vij. accusatio. de consecr. dist. v. manus. & ca. de his. discipulorum verò minores, id est, presbyteri. Petrum autem quasi in summum sacerdotem elegit, ei præ omnibus claues regni cœlorum tradens, & ipsum præ cæteris ponens caput & fidei fundamentum, inquiés, Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. xxj. distinct in nouo. Iuxta illud prophetæ: Pro patribus tuis, nati sunt tibi

Exod. 40 *Psal. 98* *Genes. 4* 2 *Luc. 1* *Marci 3* *Luc. 10* *Leuit. 8* *Num. 2* *Matt. 16* *Psal. 44* *Nume. 2*

filij

filij &c. lxviij. dist. quorum. Apostoli verò episcopos, presbyteros, &
Sapien. 4 Leuitas ordinauerunt, sicut in proœmio huius partis dictum est. Sacerdotes ergo sunt successores lxx. virorum: quibus Dominus Mosi spiritum propagauit, & lxx. discipulorum, sicut episcopi sunt vicarij Mosi & Apostolorum. † Cæterùm secundum Isidorum xxj. dist. cleros. ς πρεσβύτερος Græcè, Latinè senior interpretatur, non modò pro ætate, vel decrepita senectute, sed propter honorem & dignitatem quam acceperunt. Senectus enim venerabilis est, & cani sunt sensus hominis.
Nume. 2 extrà de transfat. quantò. ij. quæst. vj. anterior. Vnde & Dominus inquit ad Mosem: Congrega mihi lxx. viros de senioribus Israël, quos tu nosti quòd senes sint, populi, & magistri. Presbyter ergo secundum
Proue. 2 Hiero. xciij. distin. legimus. ad fin. nomen est ætatis, episcopus verò dignitatis. Porrò sicut in libro Numerorum legitur: Mosi præcipitur, vt
Dani. 13 eligat presbyteros. id est seniores. lxxxviij. dist. porrò. vnde in Proverb. dicitur: Gloria senum, est canicies. Hæc verò canicies, sapientiam designat, de qua scriptum est. Canicies hominum, prudentia est. Cumque non gentis, & eo amplius annis ab Adam, vsque ad Abraham vixisse homines legamus, nullus alius primus appellatus est πρεσβύτερος id est, senior, nisi Abraham, qui multo paucioribus annis vixisse comperitur. Non ergo propter decrepitam ætatem, sed propter sapientiam presbyteri nominantur. Hinc est, quòd illi duo iudices, qui falsò iudicauerunt Susannam, presbyteri vocati sunt: qui autem presbyteri nuncupantur olim principes populi, vt Chore, Datham, & Abiron, vel magistratus, aut magistri templi, vt Nicodemus, Gamaliel, dicebantur. Dicitur † autem presbyter, quasi alius viuendi præbens iter, vel præbens beatum iter, videlicet populo de exilio mundi ad patriam paradisi. De presbytero etiam sub tit. de episcopo dicetur. Sacerdos verò antistes dictus est, qui antè stat, & supra se nullum in ecclesia habet. xxj. dist. cleros. Dicitur quoque sacerdos à sacrificando: quia consecrat & sanctificat. Vnde etiam dicitur sacerdos, quasi sacra dans, vel sacer dux, vt ait Beda. & Greg. in Bast. lib. 2. 18. cap. Sacerdos etiam dicitur iustitiæ cultor, iuxta illud: Cuius meritò quis nos sacerdotes appellat. ff. de iust. & iur. l. j. † In plerisque locis sacerdotes, capellani vocantur. Nam antiquitus reges Franciæ ad bella procedentes, capam beati Martini secum portabant, quæ sub quodam tentorio seruabatur, quod ab ipsa capa dictum est capella. & clerici in quorum custodia ipsa capella erat inde capellani dicebãtur & consequẽter ab illis ad cunctos sacerdotes nomen illud in quibusdam regionibus est transfusum. Sunt etiã qui dicunt, quòd antiquitùs in expeditionibus in tentorio fiebant domũculæ de pellibus caprarum, superiectæ, in quibus missæ celebrantur, & inde capellæ nomen tractum est. Sacerdotes † verò Gentilium, flamines dicebãtur, sicut in proœmio huius partis dictum est Presbyteri vices gerunt Ædilium, qui apud Gẽtiles fuisse noscuntur. † Sanè secundum canonicã traditionẽ presbyter cum ordinatur, Episcopo cum benedicẽte, & manum

& manum benedictoriam supra caput eius tenente, & omnes presbyteri, qui presentes sunt, manus suas iuxta manus episcopi, teneant supra caput illius, Spiritum sanctum inuocantes: quæ manus impositio operum sancti Spiritus exercitationem significat. Nã per caput, mens accipitur, per digitos sancti Spiritus dona, per manus opera figuramus. Quare autem fit manus impositio, cum facta fuerit, cùm in diaconum ordinaretur dictum est sub tit. de diacono. Vnguntur etiã manus presbyteri, oleo, in sui ordinatione, de qua in prima parte sub tit.
11 de vnc. dictum est † Sacerdotes vicem gerunt Christi, dum pro peccatis obsecrant, & per pœnitentiam reconciliant peccatores. Mediatores enim sunt inter Deum & homines, prout in seq. tit. plenius ostendetur. Hi stolam super vtrunque humerum accipiunt, vt ex hoc se per arma iustitiæ esse munitos intelligãt, prout in sex. parte sub tit. de stola dicetur. Accipiunt quoque de manu Põtificis calicem cum vino, & patenam cum hostia quatenus his instrumẽtis potestatem se accepisse cognoscãt, placabiles hostias, & corpus, & sanguinem Christi offerendi. Vnde Episcopus hæc tribuens, dicit: Accipite potestatem offerre sacrificium Deo missamque celebrandi, tã pro viuis, quam pro de-
12 functis in nomine Domini. † Hoc ordine nullus in Ecclesia celsior est. Episcopis tamen quædam superaddita est potestas, sicut in proximo titu. dicetur, & in huius partis proœmio tactum est: ne si eadem potestas passim penes omnes sit, obedientia soluatur, & scandalum gene-
13 retur. lxxxix. dist. ad hæc. † Non autem vacat à mysterio, quod ordinator ordinatum in sacerdotem communicans osculatur, diaconus verò vel subdiaconus ordinati, communicantes osculantur manum ordinatoris. Ratio diuersitatis est primò, vt per hoc ordinũ notetur distinctio, prout in iiij. parte sub tit. de communicatione sacramenti dicetur. Secundò, quia Pontifex osculando sacerdotem denotat, quòd ille ad æqualitatem ordinis recipitur, quantum ad sacramentum eucharistię consecrandum, quod est sacramentum amoris, qui per osculum significatur. Diaconus verò & subdiaconus, non recipiuntur ad talem æqualitatem, sed ad imitationẽ bonæ operationis, quæ ex charitate procedit, quod secundum Gregor. per manus osculum designatur. † Sanè ei qui in presbyterum ordinatur, traduntur sub certis ver-
14 bis stola & casula, calix cum patena. & etiam inũgitur, quæ res & verba sunt de huiusmodi sacramenti substantia. Cætera verò præcedentia & sequentia, de solennitate sunt. Porrò sicut ait beatus Aug. xxviij. dist. de ipsis. sacerdotes scire debent librum sacramentorum huc missale, lectionarium, antiphonarium, baptisterum, computum, canones pœnitentiales, psalterium, homilias, per circulum anni diebus dominicis & festiuis aptas: è quibus omnibus si vnũ defuerit, sacerdotis nomen vix in eo constabit. Magnus etiam Dionysius ea dist. omnes. inquit: Substantia summi sacerdotis sunt, eloquia diuinitùs tradita, id est vera disciplina, seu scientia diuinarum Scripturarũ. Et Propheta:

Osee. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quia tu scientiã repulisti,& ego te repellam,ne sacerdotio mihi fungaris. Non debent enim discere, qui ex officio alios debent docere. xxvij.dist.ecce.j.c.vij.conuenientibus. De præmissis verò libris & homiliis,in proœmio vj.partis dicetur. Item, qui sint canones pœnitentiales,& vtrum sacerdos pœnitentias in illis diffinitas, valeat moderari,& quæ sacerdotes scire oportet,diximus in aureo repertorio nostro,sub tit.de pœ.& re. De computo,in finali parte dicemus. Hoc officium Christus exercuit quando post cœnam panem & vinum in corpus & sanguinem sub diuina virtute conuertit dicens Apost. Accipite & comedite: hoc est corpus meum,&c. Excellentius quoque hoc officio vsus est, cum pro peccatis humani generis seipsum in ara Crucis obtulit Patri,idem Episcopus,sacerdos,& hostia : & adhuc gloriosius implet,dum sedens ad dexteram Patris interpellat pro nobis.

Matt.26
Rom.8

SVMMARIVM.

1 *Episcopus quis,& vnde dictus.*
2 *Episcopi sedes in ecclesia,& eius significatio.*
3 *Episcoporum varia nomina.& nu.4.*
6 *Episcopus qua die,& hora consecratur. & num. 12. & qua solemnitas id fiat.num.7.11.*
8 *Episcopi consecrandi capiti cur liber imponatur.*
9 *Episcopi consecrationi cur tres episcopi debeant interesse.*
10 *Manus impositio super ordinandis & consecrandis,vnde duxerit initium.*
13 *Episcopi & presbyteri,qui differant.*
14 *Sacerdotes mediatores inter Deum & hominem.*
15 *Episcopus & sacerdos,an intelligantur nomine presbyteri.*
16 *Episcopus & presbyter, antiquitùs ijdem erant.*

De Episcopo. CAP. XI.

PRopter ea,quæ specialiter† officio Episcopali incumbunt. Episcopatus inter ordines in sacris canonibus connumeratur.xxj.dist.eros,in prin.extrà de purga.cano.quo.& de conse.eccl.vel alta.c.pe. Episcopi autem nomen plus sonat oneris, quàm honoris. Nam ἐπίσκοπος Græcè,superintendens interpretatur Latinè,speculatoris officium gerens.xxj.dist. cleros. Nam præpositus in Ecclesia speculator dicitur. *Psalm.10* est.Iuxta quod Dominus inquit Prophetę:Fili hominis speculatorem dedi te domui Israël, vt plebi sibi commissæ non negligenter incumbat,sed vitam & mores eorum,& cuncta diligenter prospiciat.† Quia ergo Episcopus speculator est,ideo ex institutione Clementis prima cathedra siue locus eius in Ecclesia altior est, vt superintendat & populum custodiat,omnesque conspiciat, & illum cuncti, sicut vinitori altior locus est pro vinea custodienda : ob hoc inquit Apostolus, Qui episcopatum desiderat,bonum opus desiderat. viij.q.j.qui episcopatum.Non dixit honorem,sed opus : quoniam Episcopus non tam, vt præsit,

præsit, quàm vt prosit, eligitur. Rursus faldistorium Episcopi, spiritualem iurisdictionem annexam Pontificali dignitati designat : quoniam exercere diffiniendo non debet,nisi pro tribunali sedens, quod probatur ex verbis Domini,dicentis in euangelio : Super cathedram Mosi sederunt Scribæ & Pharisæi:quæ dixerint,facite,&c. xix.dist.secundum.iij.q.vij.§.fi. Per scabellum verò temporalis potestas significatur, quæ subiecta debet esse spirituali, sicut probat Gelasius Papa, extrà de maior.& obed.solitæ.xcvj. dist.duo.& c.seq. & Inn. iij.in sua Epistola decretali. Et à spirituali per disciplinam correctionis conculcatur, quando à vero exorbitat per peccatum. extrà de iudic. nouit.lxiij.dist.Valentinianus.Vnde Psal. Donec ponam inimicos tuos,
3 scabellum pedum tuorum. † Pontifex verò princeps sacerdotum est, quasi pons & via sequentium factus xx.distin.cleros.ipse & summus sacerdos & pontifex maximus nuncupatur, vt præmissum est. Ipse namque efficit sacerdotes atque Leuitas : ipse officia & Ecclesiasticos ordines distribuit,& disponit,& præordinator est in cũctis:ipse quod vnusquisque facere debeat, ostendit. Antea autem Pontifices & Reges erant,prout tactum est in prima parte sub titu.de consec. Maiorum enim hæc erat consuetudo, vt Rex & sacerdos Pontifex esset.
4 Vnde & Romani Imperatores Pontifices dicebantur.† Dicitur etiam præsul,quoniam in concilio præsidet.extrà de temp.ord. quod transla-
5 tionem.† Dicitur etiam antistes,quia ante alios stãs,præeminet pastor lupis. Ordo Episcopalis vnde processit, dictum est in proœmio
6 huius partis. † Sanè consecratio Episcopalis (in qua Spiritus sanctus dignè sumentibus adest) datur semper in die dominica, & hora tertia fit.lxxv dist.c.j.quoniam ipsi Episcopi vicem Apostolorum obtinent, quibus in die Pente. & hora tertia Spiritus sanctus datus est:non tamen potest quis in Episcopum consecrari die illa,qua in presbyterum
7 ordinatur,sed & iuxta canonum statuta.lxxviij.dist.si fortè.† Episcopus cùm ordinatur, cõprouinciales Episcopi conuenire debent cum metropolitano, & duo Episcopi ponant, & teneant Euãgeliorum codicem super caput & ceruicem eius,siue super humeros, vno super eũ
8 fundente benedictionem, reliqui verò omnes Episcopi qui adsunt, manibus suis caput eius tangant.xxiij.dist. Episcopis. Siquidem † tenetur liber super caput eius. Primo, vt Dominus firmet Euangelium in corde ipsius. Secundò, vt per hoc intelligat, cui labori & honori subiiciatur,quia omne, quod hic eminet,id est omnis prælatus, plus mœroribus afficitur,quam honoribus gaudeat.xxij.dist.verum. Tertiò,ad notandum, quòd pondus Euangelicæ prædicationis, eum cirCunquaque ferre pigere non debet.Quartò,ad monendum illum, vt magis solito iugo subiaceat & obediat Euangelio. † Trium autem
9 Episcoporum ad minus computato metropolitano præsentia requiritur ratione,& exemplo.Ratione,ne tantum beneficium videatur fur-

tiuè præstitum, vt pro illo pariter preces ad Deum effundãt. Et exemplo, quia & Iacobus frater Domini à Petro, Iacobo, & Ioanne Apostolis ordinatus est Episcopus Ieroſolymitanus. lxvj. dist. porrò. † Manus verò impositio sumpsit exordium ab Isaac, cui dum Iacob benedixit, imposuit sibi manum. Gene. xxvij. & Moses Iosue, cùm eum populo præfecit. Num. xxvij. & Dominus Apostolis, cum eos principes mundi constituit. Sed & ipsi Apostoli per manus impositionem, Spiritum sanctum dederunt. Act. xix. De manus impositione, dictum est sub tit. de diacono. † Cæterum, circa Episcopi ordinationem sciendum est, quòd ipse Sabbato hora vespertina examinatur de moribus, & statu præteritæ vitæ, vbi ter benedictio petitur, vt sancta Trinitas in ordinatione præesse monstretur. Manè verò sequenti examinatur de futura conuersatione, & fidei & primitiuæ Ecclesiæ institutione, propter suspectos in fide, moribus & conditione: & vngitur caput eius & manus, de quo dictum est in prima parte, sub titu. consec. &c. Deinde vnguntur manus eius, & datur ei mitra in capite, in signum quòd benedictionem omnium Gentium dedit illi, & testamentum suum confirmauit super caput eius. Dantur etiam ei baculus & annulus, de quibus in sequenti parte dicetur. Singula autem, cum propriis verbis traduntur & fiunt. Quæ verba & capitis & manuum vnctio, & pollicum confirmatio baculi, & annuli atque euangelij traditio, sunt eius substantia sacramenti. Cętera, solennitatis sunt. De Euangelio, & baculi traditione, & quare consecratus equum album seu albis coopertum equitat, dictum est in prædicto tit. de consecra. † Consecratur autem Episcopus inter Epistolam & Euangelium. extrà de elect. quòd sicut nec potest die suæ consecrationis ordines celebrare, quia ipse tunc non celebrat, sed concelebrat principaliter celebranti. Papa tamen qui ante hymnum angelicum consecratur, hæc posset, quia ipse missarum solennia perficit consecratus. Differt autē † inter Episcopos & sacerdotes: quia licet sex sint, quę communiter ad omnes pertinent sacerdotes, videlicet catechizare, baptizare, prędicare, cōficere, soluere, ac ligare: tamen ad Pontificē noue specialiter spectant, scilicet ecclesiasticos ordinare, virgines benedicere, Pontifices cōsecrare, manus imponere, basilicas dedicare, degradandos deponere synodos celebrare, chrisma conficere, vestes ac vasa sacrare. Sunt & alia quæ ad officium Episcopale pertinent putà in fronte chrismare, benedictionem solennem ante pacem dare, & similia. xxv. dis. perlectis. lxviij. di. quamuis. veruntamen & maiores & minores sacerdotes communiter in quibusdam vicem gerunt summi Pontificis, id est, Christi, dum videlicet pro peccatis obsecrant, & per pœnitentiam reconciliant peccatores. Vnde Apost. Deus erat in Christo, mundum sibi reconcilians, & posuit in nobis verbum reconciliationis, obsecramus ergo pro Christo reconciliamini Deo. Mediatores † enim sunt sacerdotes inter Deum & homines, dum & præcepta Dei populo deferunt prædicãdo, & vota Deo

Deo porrigunt supplicãdo. Quocirca tales debent existere, vt & Deo grati & hominibus sint accepti. Nã, vt ait Alexander Papa. j. q. j. Christi sacerdos, quantò digniores fuerint, tãtò facilius in necessitatibus populi, pro quibus clamant, exaudiuntur. Et sicut Apost. dicit: Mediator non est vnius, & discordes reconciliare non potest, qui simùl vtriusque societatis & amicitiæ vinculo non est cõcors. Si enim is qui displicet ad intercedendũ mittitur, irati animus ad detetiora prouocatur. xlix. dist. §. j. Episcopus † quoq; & sacerdos, nomine Presbyteri intelliguntur, sicut patet ex his, quæ ad Titum Apost. scripsit, qui eũdem & Episcopum & presbyterum nominauit. Quòd autem idē sit Episcopus & presbyter, multis modis cõprobatur. Presbyteri, à filiis Aaron in veteri Testamento sumpserunt exordium: Episcopi verò ab ipso Aaron. Qui verò vocabantur sacerdotes, nunc presbyteri dicũtur, qui tunc principes sacerdotum, nunc Episcopi nominãtur. Hodie autē ideò diuersa sunt vocabula, vt Episcopus non dicatur presbyter, vel ecõtrà: quoniã antiquitus quãdo pietati studebãt presbyteri, in omni loco ordinabantur, & apud Iudæos qui populo præerãt, presbyteri dicebantur, hoc nomē honoris accipientes. Vocabãtur etiã Episcopi ab illo opere quod implere videbãtur, eò q; cõsiderare habebãt quęcũq; ad pietatis cultũ fuerant cõstituta. † Hinc etiã Hieto. sic ait. xcv. dis. olim. Olim idē presbyter, qui & Episcopus, & antè quàm diaboli instinctu studia siue dissentiões in religione fierẽt, & dicerentur populis: Ego sum Pauli, & ego sum Apollinis, & ego Cephę: cõmuni presbyterorũ consilio Ecclesiæ gubernabantur. Postquã autem vnusquisque eos, quos baptizauerat, suos esse putabat, non Christi, in toto orbe decretum est, vt vnus de presbyteris superponeretur. Episcopi verò nouerint se magis consuetudine, quàm dispensatione dominicæ veritatis presbyteris esse maiores. Augustinus verò ij. q. vij. quanquam. dicit, quòd quanquam secundum vocabula, quæ vsus obtinuit, Episcopus sit presbytero maior: Augustinus tamē minor Hieronymo est. Hoc officium Christus exercuit, quando manus super capita discipulorum leuans, eis benedixit dicens: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c.

Gal. 3

Titum.

15

16

ANNOTATIO.

*Dictus est.) Ἐπίσκοπῶ ἐπισκοπέω, pro ἐπισκέπτομαι, id est cõsidero, viso ęgrotum, item, recenseo. Inde Ἐπίσκοποι dicti, quorũ inspectio in præsidiis Christi, & summa cura. Ambrosius autem de dignitate Sacerdotali, cap. 6 Episcopum dici putat, quasi Superinspectorẽ, ideóq; & in solio eum in Ecclesia ditiore residere, vt sicut ipse cunctos respicit, ita & cunctorum oculi ipsum respiciant. Speculator item dictus teste Augustl. lib. j. de Ciuit. Dei. cap. 11. quasi populorum, quibus præpositus est, obseruator, custos & præfectus: qui speculetur & prospiciat populorum subditorum mores & vitam. Quod confirmat illud Ezech. 33. Ille quidem in suo peccato morietur, sanguinem autē eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

de manu Speculatoris requiram. Qua etiam significatione vsurpauit idem verbũ Cice. ad Attic. lib. 7. Vult enim Pompeius me esse, quem tota hæc Campania & Maritima ora habent ἐπίσκοπον. N. Doard.

LIBER TERTIVS.

SVMMARIVM.

1 *Vestium sacrarum vsus non debet esse quotidianus.*
2 *Vestes sacræ vnde duxerint initium.*
3 *Vestes Episcopales.*
4 *Vestes Pontificis, quid signent.*
5 *Sacerdos non debet ferre vestes sacras, nisi virtutibus ornatus fuerit.*
6 *Spirituale certamen quomodo ineundum ab Episcopo.*
7 *Vestimenta communia Episcopis & sacerdotibus, & eorum numerus & authoritas. & nu. 18.*
8 *Senarius numerus perfectus. Item nouenarius.*
9 *Ornamentum quindecim, Pontificibus accommodata, quid moneant.*
10 *Superpellicij vsus, & significatio. & nu. 11. & vnde fit. nu. 12.*
13 *Cappa, siue pluuiale & eius forma atque significatio.*
14 *Vestium vsus varius cur inductus, præter etiam Christi morem.*
15 *Clerici, vestimentis lineis cur vtantur.*
16 *Maguntinen. Concilij sanctio super institutione Episcopi, presbyteri, diaconi, & subdiaconi.*
17 *Vestium varia significatio, in sacerdote Euangelico.*

ARGVMENTVM.

De indumentis, seu ornamentis Ecclesiæ Sacerdotum atque Pontificum, & aliorum Ministrorum.

CAP. I.

IN quotidiano† vsu nõ est vestibus sacris vtendũ, ad notandũ, quòd sicut mutationem habitus secundũ literam facimus, ita & secundũ spiritum agamus. Non ergo cum vestibus cõmunis vitæ vsu pollutis in sancta sanctorum ingrediamur, sed cum conscientia munda, & vestibus mundis & sacris Dei sacramenta tractemus. de consec. d. j. cap. j. Vnde Stephanus Papa, de consec. d. j. de vestiment. statuit sacris vestibus non nisi in Ecclesiasticis, & Deo dignis officiis vti. & Ezec. Non sanctificabant populum in vestibus suis. Habet ergo religio diuina alium habitum in Ecclesiasticis officiis, alium in communi vsu, vt edocto populo Christiano exemplum præbeat bonæ conuersationis quatenus loti, prius sordes, noui Christo fiant homines. Exuit enim tunc sacerdos veterem hominem, cum actibus suis, & induit nouum, qui secundum Deum creatus est. Per vestes quoque, quibus in sacris

Ezec. 34

vtimur tantùm, non omnia sacramenta fore populo reuelanda intelligimus. xlij. d. in mandatis. §. fi. xj. q. iij. nolite. Et nota, quod tempore Ludouici Imperatoris filij Caroli magni, Episcopi & clerici cingula auro texta, exquisitas vestes & alia secularia ornamenta deposuerunt. † Sacræ autem vestes à veteri lege videntur assumptæ. Præcepit enim Dominus Mosi, vt faceret Aaron sacerdoti, & filiis eius, vestes sanctas, in gloriam & decorem, vt loti & sacris vestibus induti, fungerentur officio in sacris. Exod. xxvij. xxxj. xxxv. & xl. cap. Docuit enim Dominus Mosem per quadraginta dies facere pontificalia, sacerdotalia vestimenta sacerdotibus & Leuitis suis: ornamenta quoque & linteamina. sed & Maria texuit & fecit illa in vsum ministerij tabernaculi fœderis. Et Eccle. xlvij. dedit celebrationibus decus, &c. Quædam tamen ab Apostolis sumuntur, sed eam illæ, quàm istæ virtutes designant mysterium Incarnationis. † Sanè Pontifex celebraturus eruit vestes quotidianas, & induit mundas & sacras. Et primò, sandalia calciat, vt sit memor dominicæ Incarnationis. Secundò, sibi imponit amictum, vt motus & cogitatus, fauces & linguam cohibeat, vt fiat cor mundum, Spiritum rectum percipiens in visceribus innouatum. Tertiò, albam talarem, vt habeat munditiam carnis perseuerantem. Quartò, cingulum, vt impetus luxuriæ refrænet. Quintò, stolam, in signum obedientię. Sextò, tunicam iacinthinam, id est, cœlestem conuersationem. Septimò, superinduit dalmaticam, id est, sanctam religionem, & carnis mortificationem. Octauò, chirothecas, vt declinet vanam gloriam. Nonò, annulum, vt diligat sponsam, id est Ecclesiam, sicut se. Decimò, casulam, id est charitatem. Vndecimò, sudarium, vt quicquid fragilitate, vel ignorantia peccat, pœnitentia tergat. Duodecimò pallium superponit, vt ostendat se imitatorem Christi, qui langores nostros tulit. Decimotertiò, mitram, vt sic agat quòd coronã mereatur percipere æternam. Decimoquartò, baculum, id est authoritatem potestatis, & doctrinæ. Et posteà, tapeta calcat, vt terram despicere & amare cœlestia discat. Omnibus autem præmissis, vestibus induitur à ministris, quia ei, vt vestes induat spirituales; Angeli suffragantur, vel quia vicarius est Christi, cui Angeli ministrant, & omnia seruiunt. Rursus Põtifex versus Aquilonem sum spiciens, quamuis versus Orientem seu versus altare si sit magis accommodum, respicere possit, tanquam aduocatus & pugil cũ hoste pugnaturus antiquo, vestibus sacris, quasi armis induitur, iuxta Apostolũ, vt iam dicetur. Primò, sandalia † pro ocreis habet, ne quid macula, vel pulueris affectionũ inhæreat. Secundò amictus pro galea, caput cõtegit. Tertiò, alba, pro lorica totum corpus cooperit. Quartò, cingulum pro arcu, subcingulum, pro pharetra assumit: & est subcingulum illud, quod dependet à cingulo quo stola Pontificis cum ipso cingulo colligatur. Quintò, stola collum circundans, quasi hastã cõtra hostem vibrans. Sextò manipulo pro claua vtitur. Septimò, casula,

Psal 50

Esaia 8

Universidad de Deusto
Biblioteca

sula,quasi clypeo tegitur:manus libro,pro gladio armatur.De singu-
2.Cor.10 lis etiam aliter dicetur infrà Hæc itaque sunt arma, quibus Pontifex vel sacerdos armari debet contra spirituales nequitias pugnaturus.Nã vt inquit Apostolus:Arma militię nostrę nõ sunt carnalia:sed ad destructionem munitionum potentia.Et in alia Epistola ad Ephe vij.c.Induite vos,inquit,armatura Dei,vt possitis stare aduersus insidias Diaboli.State ergo succincti lũbos vestros in veritate, & induti lorica iustitiæ, & calciati pedes in præparatione Euangelij pacis, in omnibus sumẽtes scutum fidei,in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam salutis assumere, & gladium spiritus, quod est verbum Dei. Hæc quidẽ armatura, est præmissa, septuplex vestis sacerdotalis, significatiua septemplicis virtutis sacerdotis, & repræsentatiua Christi vestium,quibus indutus fuit tempore Passionis,prout infrà dicetur.† Prouideat ergo diligenter Episcopus, & attendat studiosè sacerdos, vt signum sine significato non ferat,id est, vt vestem sine virtute,non portet:ne fortè similis sit sepulchro fornicato, intùs verò omni spurcitia pleno. Quisquis enim sacerdos indumentis ornatur & honestis moribus non induitur,quantò venerabilior apparet hominibus, tantò redditur indignior apud Deum. Pontificalem itatq; gloriam non iam honor commendat vestiũ, sed splendor animarum:quoniam & illa,quæ quondam carnalibus blandiebantur obtutibus ea potiùs,quæ in ipsis erant intelligenda,poscebant,vt quicquid illa velamina in fulgore auri, in nitore gemmarum
Ephe.5 & in multimodi operis varietate signabant,hoc iam in moribus actibúsque clarescat,cùm & apud Veteres reuerentia ipsa significationũ species obtineret, & apud nos certiora sunt experimenta rerũ quàm ænigmata figurarum, prout hæc & alia in pontificali, vbi igitur de Episcopi consecratione.leguntur. † Sic itaque munitus ad certamen contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus, & pro sedandain subditos iudicis ira ad altare procedit, & per confessionem Diaboli renuntiat dominio, & seipsum accusat. Populus verò quasi pro suo priuilegio oraturus,in profestis diebus terræ prosternitur.Dum autem ille orationes & alia recitat, quasi totis viribus contra Diabolum pugnat. Dum diaconus in iciuniis ante Euangelium casulam super humerum replicat,quasi gladium contra hostem vibrat. Dum Epistola legitur voce præconis,Imperatoris edicta dantur.Cantus, sunt tubicinæ,præcentores,chorum regentes, sunt duceutes exercitum, ad pugnam instrnentes, quibus lacessentibus alij subueniunt. Cantus autem sequentiæ,est plausus seu laus victoriæ. Dum Euangelium legitur, hostis quasi gladio vulneratur, aut exercitus post victoriam dispersus adunatur. Episcopus prædicans, est Imperator, victores laudans.Oblationes sunt spolia,quæ victoribus diuiduntur. Cantus offertorij,est triumphus,qui debetur Imperatori.Pax autem in fine datur populo, vt qui ex hoste prostrato insinuetur. Et deinde populus,

data ei licentia per,Ite, missa est, cum gaudio de victoria & pace obtenta ad propria redit. Celebraturus itaque missam Episcopus, aut presbyter indumentis suo ordini congruẽtibus se exornet, & vestium cultui, actionis quoque conueniant ornamenta : ad distinct. rationis.
7 † Circa quod notandum est, quòd sex sunt indumenta sacerdotibus & Episcopis communia. quia & sex sunt, in quibus communis presbyterorum & Episcoporum potestas consistit. Nouem verò sunt ornamenta Pontificibus specialia, quia & nouem sunt, in quibus specialis Episcoporum potestas consistit.Per hunc ergo communium & specialium indumentorum numerum communitas & specialitas potestatum inter Episcopos & sacerdotes significatur, de quo in parte præcedenti dictum est, sub titul. de Episcopo. Hoc etenim tam in nouo, quàm in veteri Testamento legitur constitutum, vt Pontifices præter communes vestes habeãt speciales,sed ibi quatuor erant communes, & quatuor speciales,prout dicetur sub titul.de legalibus indument.& sic quidem ratio mystica postulabat. Nam illæ datæ sunt carnalibus, & mundanis, quoniam quaternarius numerus conuenit carni, propter quatuor humores,& mundo,propter quatuor elementa.Hæc au-
8 tem spiritualibus & perfectis data sunt.Nam † senarius numerus qui perfectus est,quia redditur ex suis partibus aggregatis,perfectis conuenit. Vnde sexto die perfecit Deus cœlum, & terram,& omnem ornatum eorum,sed & cum in plenitudine temporis sexta venisset ætate, sexto die sub hora sexta redemit genus humanum. Senarius ergo numerus perfectus est, quia suo ordine numeratus perficitur. Nam cùm vnum,duo,& tres dicuntur,senarius numerus impletur,vel quia in tribus partibus diuiditur,id est in sexta,tertia & dimidia : videlicet in vno,duobus, & tribus Nouenarius etiam spiritualibus conuenit, quia nouem sunt ordines Angelorum, qui secundùm Prophetam per
9 nouem gemmarum species designantur. † Quindecim ergo sunt ornamenta Pontificis, quindecim virtutum gradus, ipso numero designantia,quos per quindecim cantica graduum Psal. distinxit. Vestes enim sacerdotales virtutes significant, quibus debent sacerdotes ornari,secundùm illud Propheticum:Sacerdotes tui induantur iustitia, *Psal.131*
& sancti tui exultent.Quæ talares dicuntur,quia talus,est finis corporis:per quod ostenditur quòd non sufficit opus bonum inchoare, nisi studeatur perseueranti fine compleri,prout sub tit.de tunica dicetur.
Sic ergo noster Pontifex plura,quam octo induit vestimenta,quamuis *Matth.5*
Aaron non nisi octo habuisse legatur quibus moderna succedunt, quod ideo est, quoniam oportet iustitiam nostram magis abundare, quam Scribarum & Pharisæorum, vt intrare possimus in regnum cœlorum.Potest etiam dici,quòd noster Pontifex octo habet à capite,vsque ad pedes, exceptis vestimentis pedum & manuum, scilicet amictum,albam, cingulum,& stolam,duas tunicas,casulã,& pallium. Ve- *Matt.27*
stimentum enim pedum potiùs pertinet ad nostros quàm ad Aaron,

quia nostris dictum est : Euntes docete omnes Gentes , &c. Denique præter præmissas vestes sacris ordinibus & ministris deputatas , est & alia quædam vestis linea, quæ superpellicium dicitur,quo quibuslibet seruitiis altaris & sacrorum vacantes super vestes communes vti debent,prout in seq.tit.dicetur.† Superpellicium autem primò , propter
Eccles. 9 sui candorem,mũditiam seu puritatem castitatis designat, iuxta illud: Omni tempore vestimenta , id est opera tua sint candida , & munda. Propter nomen verò suum carnis mortificationem figurat.† Secundò,
Genes.3 dictum est superpellicium, eò quòd antiquitùs super tunicas pellicias de pellibus mortuorum animalium factas induebatur, quod adhuc in quibusdam Ecclesiis obseruatur,repræsentantes quòd Adam post peccatum talibus vestitus est pelliciis. Tertiò , denotat innocentiam , & ideo ante omnes alias vestes sacras sæpè induitur:quia diuino cultui deputati , innocentia vitæ cunctis virtutum actibus superpollere de-
Psal. 24. bent, iuxta illud Psal. Innocentes & recti adhæserunt mihi. Quartò,
Iacob 4 propter sui latitudinem,cõgruè charitatem designat.Vnde super pro-
1. Petr.4 phanas & communes vestes induitur , ad notandum , quòd charitas operit multitudinem peccatorum. Quintò, propter sui formam, quia in modum Crucis formatur.passionem Domini figurat:quódque illud gerentes crucifigi debent cum vitiis,& cõcupiscentiis. † Fiunt autem superpellicia,in quibusdam locis de chrismalibus lineis,quæ ponuntur super infantulos baptizatos,exemplo Mosi,qui de purpura & byssо,& aliis à populo,in tabernaculo, oblatis,fecit vestes, quibus Aaron & filij eius induerentur, quando ministrabant in sanctuario. Exod xxviii. c.† Est etiam & alia vestis,quæ pluuiale vel cappa vocatur,quæ creditur à legali tunica mutuata. Vnde sicut illa tintinabulis , sic ista fimbriis infigitur:quæ sunt labores,& huius mundi sollicitudines.Habet etiam caputium,quod est supernum gaudium.Prolixa est vsque ad pedes, per quod perseuerantia vsque in finem significatur. In anteriori parte aperta est ad denotandum, quòd sanctè conuersantibus vita patet æterna,seu quòd eorum vita patere debet aliis in exẽplum.ij.q.iij. non sunt. in fi. Rursus per cappam gloriosa corporum immortalitas intelligitur.Vnde illam nõ nisi in maioribus festiuitatibus induimus, aspicientes in futuram resurrectionem quando electi deposita carne binas stolas accipient, videlicet requiem animarum & gloriam corporum.Quæ cappa rectè interius patula est , nisi & sola necessaria fibula inconsuta , quia corpora spiritualia facta nullis animam obtundent angustiis. Fimbriis etiam subornantur , quia tunc nostræ nihil deerit imperfectioni , sed quod nunc ex parte cognoscimus tunc cognoscemns sicut & cogniti sumus.† Quidam autem hæretici garriunt
1.Cor.2 nusquam reperiri in nouo Testamẽto,quòd Christus vel discipuli eius præmissis vestibus induerentur, reprehendẽtes nos temerè,quia à talibus ornamur,quoniam sicut Ioan.ait:Dominus surgẽs de cœna posuit vestimenta sua,& posteà alia numquam accepit,nisi sua.Nos verò (vt di-

(vt dicunt) plura alia,quam vestimus,reuestimus in Missa,in qua cœnam ipsam imitamur & Dominus ab his , qui volunt ambulare in stolis,nos cauere præcepit, dicens:Cauete à Scribis,qui volunt ambulare in stolis.Dicunt enim,quòd hoc facimus, vt iustiores & excellentiores *Ioan.13* populis appareamus:contra illud,Vos estis qui iustificatis vos,coram *Marc. 12* hominibus : Deus autem nouit corda vestra,quia quod hominibus al- *Luc.16* tum est,abominatio est apud Deũ.Error autem iste ex præmissis apertissimè confutatur.Legitur quoque Exod.xlij.& xliiij.Dum ingredientur sanctuarium meum, & accedent ad mensam meam, vt mihi ministrent,& audiant cæremonias meas,vestibus lineis induentur nec ascẽdet super eos quicquam laneum.Cum egredientur atrium exterius ad populum,exuent se vestimentis suis, in quibus ministrauerunt: & non
15 sanctificabunt populum in vestimentis suis.Et † no.quòd ostiarij, lectores,exorcistæ,& acolythi,vestibus albis vtuntur,videlicet superpelicio,amictu,& alba,& baltheo, vt Angelos Dei ministros per castitatis mũditiam imitentur,& eis in carne gloriosa effecta spirituali,quasi in albis vestibus socientur. Inde est, quòd potius lineis vestibus vtuntur:quia sicut linum multo labore ad candorem perducitur,sic neces-
16 se est,per multas tribulationes ad regni gloriam peruenire. † In concilio Maguntiñ.ij.q.j. Episcopus, presbyter statutum est,quòd episcopus in ordinatione sua recipiat orarium, baculũ & annulum : presbyter orarium & planetam:diaconus orarium & dalmaticam, subdiaconus patenam & crucem , & cum degradantur,ea perdant.Et in concilio Thole.dist. xciij. diaconus in conuentu statutum est , quòd diaco-
17 nus tempore oblationis tantùm , scilicet quando legit Euangelium, vtatur alba,id est dalmatica.† Notandũ quoque est,quòd vestes Euangelici sacerdotis aliud designant in capite,scilicet in Christo,aliúdque figurant in membris , quamquam & caput & membra sacerdotis nomine nuncupantur : ad caput dicit Psalmographus : Tu es sacerdos in *Psal. 109* æternum secundum ordinem Melchisedech. Ad membra verò dicit *1.Pet.2.* Apost.Vos estis genus electum.regale sacerdotium. Exponenda ergo sunt eorum mysteria.Primò secundum quod membris,consequenter secundum quòd capiti , scilicet Christo conueniunt prout in quolibet capitulo distinguetur. De ornamentis autem,& pallis & vestibus Ec-
18 clesiæ vel altaris , in prima parte dictum est : vbi agitur de picturis. † Porrò sex indumenta sacerdotibus & episcopis communia sunt hęc: Amictus, alba , zona seu singulum , stola , manipulus, planeta. Nouem verò pontificibus specialia sunt hæc : Caligæ, sandalia , succinctorium, tunica, dalmatica , chirotheca , mitra , annulus, baculus pastoralis , de quibus omnibus singulatim prosequimur : & etiam de subdario & pallio & de coloribus , quibus ecclesia in ecclesiasticis vtitur indumentis, & de legalibus indumentis,siue veteris Testamenti.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Amictus vsus, & significatio, & num. 3.*
2 *Amictus inuolutio circa collum, & pectus quid significet.*

De Amictu. CAP. II.

PRimò de sex ornamentis episcopis & sacerdotibus communibus, est secundum præmissa dicendum. Lotis † itaque manibus episcopus seu sacerdos celebraturus assumit amictum, quo caput tegitur, quem pontifex loco ephot, siue superhumeralis & rationalis habet: & nunc etiam superhumerale vocari potest, significans salutem, quæ per fidem tribuitur. De hoc Aposto. ad Ephe. vj. Galeam salutis assumite. Significat etiam castitatem cordis, & corporis, quia & renes & pectus ambit, & tegit, & omnibus sacris vestibus supponitur, sed omnibus supereminet, quia castitas etiam debet esse intus in pectore, & foris nitere opere. Vnde in renibus stringitur quia ibi præcipue luxuria dominatur. Per amictum quoque superhumeros quia circumquaque diffunditur, operum fortitudo designatur. Humeri namque fortes sunt, ad opera peragenda: iuxta illud Patriarchæ Iacob: suppossuit humerum, ad portandum, & factus est tributis seruiens. Duo funiculi siue duæ chordulæ, quibus amictus ante pectus ligatur, significant intentionem & finem, quibus informandum est opus, ne fiat in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & veritatis. Sacerdos igitur non debet otiosus existere, sed bonis operibus insudare, secundum illud Apostoli ad Timot. Labora sicut bonus miles Iesu Christi. Laudanda tamen quorundam locorum habet consuetudo vt linea camisia alba; aut superpellicium super communes vestes induantur priùs quàm amictus imponatur, per quod fides, quæ primò adesse debet, significatur. Porrò amictus super os platenæ reuoluitur, de quo sub tit. de planeta dicetur. † Amictu quoque collum stringitur per quod vocis castigatio intelligitur, quoniam per collum in quo vox est, visus loquendi exprimitur. Stringitur ergo collum, ne inde ad linguã meudacium transire possit. Leuiter tamen cum eo pectus & fauces stringuntur, prout sub tit. de cingulo dicetur. Illo etiam caput operimus, ne circumquaque liberè prospiciendo, illicita cogitemus. Pectus seu cor eo tegitur, quia animus sacerdotis ad ea, quæ incumbunt debet totus esse intentus, nec debet tunc ad vanitates, vel ad aliqua mundana liberè meditanda dissolui. Porrò amictus † quo sacerdos caput obnubilat, secundum quod capiti, scilicet Christo, conuenit significat id, quod in Apoc. describitur, videlicet Angelũ Dei descendisse de cœlo amictum nube. Et in Esa. Ecce Dominus ascendit super nubem candidam. Veniens etiam ad Saluatorem mundi, Dei filius, Angelus magni consilij, amictus est nube, dum diuinitatem abscondit in carne. Nam caput viri Christus, caput Christi, Deus. extrà de sac. vnc. c. vno. Hoc ergo

Ezod. 28
Gene 49
1. Cor. 5
2. Tim. 2
Apoc. 10
Esa. 19

ergo carnis latibulum significat sacerdotis Amictus, quod per illam syndonem expressius significatur, qua summus Pontifex caput obducit, de qua sub tit. de succinctorio dicetur, & pulchrè quidem quod per calciamentum pedum, hoc ipsum per amictum capitis designatur, quia diuinitas in carne latuit, & per carnem innotuit. Nam cum notus esset in Iudæa Deus, & in Israël magnum nomen eius, in Idumæam extendit calceamentum suum, & ante conspectum Gentium reuelauit iustitiam suam. Amictus etiam, repræsentat operimentum, quo Iudæi velabant faciem Christi dicentes, Matth. xxvj. Prophetiza nobis Christe, quis est, qui te percussit.

1. Cor. 3
Psal. 75
Psal. 59
Psal. 97

SVMMARIVM.

1 *Alba subsequitur amictum, & quid ea significet. & num. 6.*
2 *Byssus, quid.*
3 *Albæ compositio, & forma, cùm in veteri, tum nouo Testamento. & num. 4.*
5 *Manicæ albæ quid moneant.*

De alba. CAP. III.

1 POst amictum camisiam siue albam sacerdos induit, † quæ membris corporis conuenienter apta, nihil superfluum aut dissolutum in vita sacerdotis, aut in eius membris esse debere demonstrat: hæc ob speciem candoris munditiam demonstrat, secundum quod legitur: Omni tempore vestimenta tua sint candida. Fit autem de byssso vel lino, propter quod scriptum est: Byssinum sunt iustificationes sanctorum. Est † autem byssus, linum Ægyptiacum. Sicut enim linum vel byssus candorem, quem ex natura non habet, multis tusionibus attritum, acquirit per artem: sed & hominis caro, munditiam quam non obtinet per naturam, per exercitia bonorum operum, multis castigationibus macerata sortitur per gratiam. Sacerdos ergo, secundum Apostolum castiget corpus suum, & in seruitutem redigat, ne fortè cum 3 aliis prædicauerit, ipse reprobus fiat. † Habet autem alba caputium, quod est professio castitatis. Habet etiam ligulam quæ significat linguam sacerdotalem, quæ ligat contumaces, & absoluit pœnitentes. Rursus hæc vestis, quæ in veteri sacerdotio linea, vel *ποδήρης* Græcè, seu Latinè tunica talaris dicebatur, stricta fuisse describitur, propter spiritum seruitutis Iudæorum in timore. In nouo verò larga est, propter spiritum adoptionis in libertate, qua nos Christus liberauit. Quod autem aurifrisium & grammata, diuersis in locis, ac variis operibus ad decorem habet, illud insinuat, quod Propheta dicit in Psalmo: Astitit regina à dextris tuis, in vestitu deaurato, circumdata varietate. Rursus † alba cingulo stringitur, vt omnis voluptas carnalis adstricta intelligatur, dicente Domino: Sint lumbi vestri præcincti. Manicæ quoque

1. Cor. 9
Ecclc. 9
Apoc. 19
1. Rom. 8
Galat. 4
Psal. 44
Luca 12

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoque tam † albæ quam etiam tunicellæ conuenienter debent esse 5
strictæ non nimis laxæ, vt labantur, & brachia nudentur: habentes in
summitatibus aurifrisia, ad designandum aureos torques, qui brachia
nuda beati Martini missam celebrantis miraculosè & decenter ope-
ruerunt, prout in sexta parte, sub eius festo dicetur. Per † albam etiam 6
qua corpus à sursum vsque ad deorsum tegitur, spes quæ ex gratia pro-
uenit ecclesiæ desursum, & ex meritis ecclesiæ deorsum figuratur. De
hac Apostolus ad Rom. viij. Spe salui facti sumus. Quia verò vsque ad
talos descendit, perseuerantiam designat, prout tactum est prope finem
in proœmio huius partis. Porrò secundum quod capiti, scilicet Christo
conuenit alba, quæ est lineum vestimentum, longissimè distans à tuni-
cis pelliceis, quæ ex mortuis animalibus fiunt, quibus Adam vestitus
Gene. 3 est, post peccatum nouitatem vitæ significat, quam Christus & habuit,
Ephes. 4 & docuit & tribuit in baptismo, de qua dicit Apostolus: Exuite vete-
rem hominem, cum actibus suis, & induite nouum, qui secundum
Matt. 17 Deum creatus est. Nam in transfiguratione resplenduit facies eius, si-
cut sol, & vestimenta eius facta sunt alba, sicut nix. Semper enim vesti-
menta munda fuerunt, & candida: quia peccatum non fecit, nec inuen-
1. Petr. 2 tus est dolus in ore eius. Hæc etiam vestis repræsentat albam vestem,
in qua Herodes illusit Christo. Lucæ xxiij.

SVMMARIVM.

1 *Zona quid, & quid significet. & num. 5 6.*
2 *Succinctorium duplex dependens & cingulum in sinistro latere Pontificis, quid signent. & num. 4.*
3 *Oratio & ieiunium, quam vim habeant.*

De Zona seu Cingulo.
CAP. IIII.

DEbet † autem alba circa lumbos sacerdotis pontificis zona seu 1
cingulo, quod in lege & apud Græcos ζωνὴ siue baltheum di-
cebatur, præcingi, ne defluendo, incessum impediat: vt castitas sacer-
Luc. 12 dotis per albam significata, nullis incentiuorum stimulis dissoluatur.
Cingulum namque, continentiam significat. Vnde: Sint lumbi vestri
Iob. 40 præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. In lumbis quidem
luxuria dominatur, sicut Dominus loquens de diabolo, manifestat.
Virtus eius in lumbis eius, & fortitudo eius in vmbilico ventris illius.
de pœnitent. distinctione secunda, si enim inquit, ad finem. Sanè in si-
nistro latere † Pontificis cingulo duplex dependet succinctorium, quia 2
duo sunt, quibus castitas roboratur, & sine quibus difficile † conserua-
tur: scilicet oratio & ieiunium. Vnde Dominus ait: Hoc genus dæmo-
niorum non eiicitur, nisi in oratione & ieiunio. Marci nono capitol.

Debent

Debent ergo lumbi per cõtinentiam præcingi, & per abstinentiam suc- Ephes.
cingi. Vnde Apostol⁹, itate succincti lumbos vestros in veritate. Verum
succinctorium, quod alias περίζωμα, vel succingulum vocatur, inter in-
dumenta legalia fuisse, non legitur: quia etsi legales sacerdotes accincti
tempore semper sacrificij abstinere deberent, alio tamen tempore licitè vacabãt amplexibus. Hodie autem additur cingulum, quia moderni
ministri iugem habere debent continentiam. Et ideò non solùm cingi,
4 sed etiam succingi debent. † Ideò autem duplex est succinctorium, &
duplex castitas denotatur, videlicet mentis, quæ per cingulum, & corpo-
ris, quæ per succingulum, significatur. A parte dextra dependet, quia
potior est castitas mentis, quàm corporis, & dextra pars potior est,
quam sinistra. Vnde Gregor. Lumbis præcingitur nunc, cùm carnis lu- 3. Reg. 17
5 xuriam per carnis continentiam coarctamus. Cingulum † quoque 3. Reg. 18
conuenienter temperantiam designat: de succingulo etiam dictum est Matt. 26
in proœmio huius partis. Et auerte, quòd pectus & fauces leniter cum
amictu stringuntur: quia motus in nostra potestate non sunt. Helias
priùs clausit cœlum, quod petiit, quòd non plueret, quàm animũ: quan-
do desiderabat vindictam de morte prophetarum: lingua etiam in hu- Apoca. 1
rum ad vocem ancillæ magistrum suum negauit. Sed renes fortiter Ephes. 3
cingulo stringuntur, vt castigetur corpus, & in seruitutem redigatur, &
impetus luxuriæ refrænetur. Porrò secundum quòd capiti, Christo con- Esaiæ 2
uenit zona sacerdoralis, significat illud quod Ioann. Apostolus ait: Psal. 10
Conuersus vidi similem Filio hominis præcinctum ad mamillas zona Psal. 144
aurea. Per zonam auream, perfecta Christi charitas designatur: quam Act. 1
dicit Apostolus superuenientem scientiæ charitatem Christi, seruen- Tob. 4
tem in corde, radiantem in opere: cuius succinctorium illud significat, Matth. 7
quod Esaias de Christo loquens prædixit: Erit iustitia, cingulum lum- Psal. 53
borum eius, & fides cinctorium renum eius. Nam iustus Dominus iu- Ioan. 19
stitiam dilexit, æquitatem vidit vultus eius, & fidelis Dominus in ver-
bis suis: & sanctus in omnibus operibus suis. Duæ summitates ipsius,
duæ sunt partes naturales iustitiæ: quam Christus fecit & docuit: scili-
6 cet quod tibi non vis fieri, alteri non feceris, sed quæcunque vultis, vt
faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Cingulum † ergo, iu-
stitiam significat, cuius duo sunt brachia sese constringentia: scilicet
declinare à malo, & operari bonum. Repræsentat etiam flagellum, quo
Pilatus cæcidit Iesum.

SVMMARIVM.

1 *Stola subsequitur cingulum, & quid ea notet.*
2 *Stola cur protendatur ad genua.*
3 *Stola reflectio, in vtrunque humerum, quid significet.*
4 *Stola cur collo sacerdotum, diaconorum verò humero imponitur.*
5 *Stola cur ad lumbos succingatur.*

6 *Stolæ*

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 *Stola est velut quoddam oratorium, sine quo non licet mysteria Ecclesiastica celebrare.*
7 *Stola collo sacerdotis incumbens, quod notet.*
8 *Stola vti quibus prohibitum.*

De Stola. CAP. X.

POst cingulum † sacerdos orarium siue stolam, quæ leue Domini iugum significat. xxiij. distinctione Ecclesiastica siue quæ est iugum præceptorum Domini, super collum sibi imponit, vt iugum Domini se suscepisse demonstret. Quam cum osculo sibi imponit, & deponit, ad notandum assensum & desiderium, quo se subiicit huic iugo. Illa autem à collo per anteriora descendens, dextrum & sinistrum latus adornant: quia per alma iustitiæ à dextris & à sinistris, id est, in prosperis, & in aduersis sacerdos debet esse munitus: quatenùs nec aduersis frangatur, nec prosperis eleuetur. Vnde & cùm sacerdos in ordinatione stolam accipit, dicit illi episcopus: Accipe iugum Dei: iugum enim eius suaue est, & onus eius leue: suaue in prosperis, leue in aduersis. Stola † quippe vsque ad genua quæ curuantur, protenditur, vt nos mites corde, & humiles insinuet. Significat enim patientiam, de qua scriptum est. Patientia vobis necessaria est, vt reportetis promissiones. Et iterum: In patientia vestra possideatis animas vestras. Hinc est ergo, quod stola cum zona seu cingulo à dextris & sinistris, quibusdam nexibus colligatur, quia virtutibus sociantur & iuuantur, ne aliquo moueantur tentationis impulsu: & ad designandum, quòd tam in prosperis, quàm in aduersis debet Christi iugum patienter ferri, faciente glutino charitatis. Sed quibusdam verò pontificibus additur præmissis verbis, Stola innocentiæ induat te Dominus. quod stolam respicit primitiuam, quæ fuit innocentiæ significatiua. Rursus, † stola ab humero sinistro sacerdotis, in dextrum, dum ordinatur, reflectitur: quia cùm obedientia incipiat ab actiua per dilectionem proximi, transit in contemplatiuam vitam per dilectionem Dei. Longitudo autem stolæ perseueranciam significat. Duo brachia stolæ dependentia, significant prudentiam, & temperantiam. Vnde Aposto. ad Titum iij. Sobriè, iustè, & piè viuamus, &c. Sed secundum decretum Bracharensis concil. xxiij. distinct. Ecclesiastica. debet sacerdos de vno eodèmque orario ceruicem parare, & vtrunque humerum imprimens signum Crucis in suo pectore præparare, vt qui imperturbatus præcipitur inter prospera, & aduersa consistere, virtutum semper ornamento vtroque circunseptus appareat humero. Si quis autem aliter egerit excommunicationi debitæ subiacebit, nisi fortè quis dixerit hoc decretum per contrariam generalis Ecclesiæ consuetudinem abrogatum Nam non vbique partes stolæ reducuntur ante pectus in modum crucis. Crucem autem gerit in pectore,

1 Matt. 11
2 2. Cor. 6
3 Hebr. 10
4 Luca 11

pectore, dum Christi passionem cuius minister est, imitatur in mente. Orarium itaque iugum simul & onus est, iugum sacerdotibus, onus diaconis. Vnde † fit vt sacerdotibus circa collum, & diaconis super sinistum humerum ponatur. Sicut enim iugum collo portatur: sic & humeris onera feruntur. Lege in Leuitico, & videbis solos Leuitas ferendis oneribus destinatos. In diaconis etiam stola iugum significat: prout in parte secunda dictum est, vbi de diacono agitur. Adhuc stola sinistro humero diaconi imponitur, quia decet temporalia spiritualibus deseruire, vel quia dextram diaconi oportet esse liberam, vt expeditius ad ministerium sacerdotis discurrat, de quo etiam ibi dictum est. Ad † lumbos stola succingitur, vt sit fortis & expeditior compugnax libidinum. Quandoque tamen solùm super sinistrum brachium pars anterior stolæ complicatur, quod tractum est à legalibus sacerdotibus, qui dum sacrificabant, summitates balthei super humerum reflectebant. In episcopo verò vel sacerdote, ab vtraque parte æqualiter dependent anteriùs: quia Christus, cuius typum gerunt, qui æquanimiter se habuit in prosperis & in aduersis (quæ per læuam & dextram significantur) habitatores terræ ad cœlestia ducere desiderabat, quos semper ante oculos mentis suggerebat. † Dictum est autem orarium, quia quanuis sine aliis indumentis sacerdotibus baptizare, consignare, & alia plura orando facere liceat, sine orario tamen nisi magna necessitate cogente, nihil horum facere licet. In concilio Tribur. in Bucardo. libr. vj. capit. presbyteri. legitur vt presbyteri non vadant, nisi stola oraria induti. Notandum autem est, quod antiquitùs stola erat vestis candida, pertingens vsque ad vestigia, qua Patriarchæ vtebantur ante legem: primogeniti cùm benedictionem patris acciperent, induebant, & Domino victimas, vt pontifices offerebant. Sed postquàm alba cœpit portari, mutata est in torquem. Per primam stolam innocentia intelligitur, quæ fuit in primo homine. Sed cum eam perdidit propter peccatum, oportuit eam recuperare per vitulum saginatum. Quia igitur supereſt, vt qui per inobedientiam cecidimus, per obedientiam resurgamus, rectè pro veste innocentiæ recuperanda, subimus torquem obedientiæ. Nam per stolam, qua nunc vtimur, obedientiam accipimus euangelij crucifixi. Porrò † secundùm quod capiti scilicet Christo conuenit stola, quæ super amictum collo sacerdotis incumbit, obedientiam & seruitutem significat, quàm Dominus omnium propter suorum salutem subiit. Nam cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Exinaniuit enim semetipsum formam serui accipiens, factus obediens, vsque ad mortem: mortem autem Crucis. Causam quippè mortalitatis nec traxit origine, nec commisit opere. Stola signat ligaturam, qua Iesus ligatus fuit ad columnam. † Satutum est in canonibus. xxiij. distinctione. non oportet. & duobus sequen. ne subdiaconi, lectores, & psalmistæ orariis siue stolis vtantur.

4 Num. 3
5
6
7
8 Philipp. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Manipulus, quo consilio adhibeatur. & num. 5.*
2 *Manipulus, cur in sinistra geratur. & nu. 4.*
3 *Manipulus, vnde sumpserit initium.*
6 *Manipulis non vtuntur diaconi & subdiaconi, seruientes Pontifici induenti se à sacris vestibus.*

De Manipulo. CAP. VI.

Psal.111

QVia verò mentibus bene compositis, & Diuino cultui mancipatis, sæpè subripit acidia, quæ † quodam torpore reddit animum dormientem: Psalm. dormitauit anima mea præ tædio. ideò sinistra manu ministri ad altaris ministerium accedentis, quædam apponitur manipula, quæ vel fanum, vel manipulus, vel sudarium appellatur, quatenus sudorem mentis abstergat, & soporem cordis excutiat, bonis operibus inuigilet, depulso tædio, vel torpore. Per manipulum enim bona opera vel vigilantia designantur, de qua Dominus ait: Vigilate, quia nescitis, qua hora filius hominis venturus sit. Vnde sponsa dicit in Canticis: Ego dormio, & cor meum vigilat. Per sudarium etiam pœnitentia designatur, qua labes quotidiani excessus, & tædium mundanæ conuersationis extergitur de quo dicitur: Dormitauit anima mea præ tædio. Tædet enim animam peccatorum, conscientiæ, & infirmitatis torpore. Significat etiam futurorum bonorum retributionem. Vnde in quibusdam locis, quoties in festis, albis vtuntur, manipulos portant: ex eo, quòd in illa vita vnusquisque propriam mercedem accipiet. Et venientes venient cum exultatione portantes manipulos suos. Item quia manipulus pœnitentiam designat: inde est, quòd sudarium subdiaconi magis fauore sacerdotis formatur: quia vbi maior excessus, maior exigitur pœnitentiæ fructus. De sudario etiam infrà dicetur. Sanè ministri † manipulum de brachio sinistro ferunt, ad notandum, quòd stricti debent esse ad terrena, sed ad cœlestia expediti. Antiqui autem non erant adstricti ad terrena, sed ad cœlestia expediti. Antiqui autem non erant adstricti ad hoc, quia Deo etiam pro temporalibus seruiebant, & ad significandum nos in hac vita, quæ per sinistrum significatur, pati tædium superflui humoris id est, delectationis, & alia superflua mentis. Ad hoc manipulus in sinistra, fidem in hac vita designat. † Manipuli vsus sumptus est non ab Aaron, sed ab antiquis Patribus: quia (sicut legitur in Martyrologio Bedæ) Arsenius sudarium semper ferebat in manu, vel manu, ad tergendum effluentiam lacrymarum. Habebant quoque sancti Patres, dum sacra tractabant, & sacramenta conficiebant, mapellas, id est, paruas mappas, & mantilia in manibus, nunc pro tergendis manibus, & nunc pro operiendis, & nunc pro reuerenter tractandis sacramentis. Porrò secundum quòd † capiti, scilicet Christo

Matt.14
Cant.5
Psal. 118
1.Cor.4
Psal.125

Christo conuenit, quod sacerdos manipulum portat in læua designat, quòd Christus brauium obtinebat in via. Per manipulum enim præmium designatur, iuxta quod legitur: Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Per læuam, vita præsens accipitur, iuxta illud, Læua eius sub capite meo, & dextra ipsius amplexabitur me. Christus autem simul fruebatur, & merebatur: fruebatur in patria, & merebatur in via. Nam simul & brauium comprehendebat, & stadium percurrebat: quia simul erat in patria, & in via: nemo inquit ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis, qui est in cælo. Manipulus † etiam repræsentat funem, quo Iesus comprehensus à Iudæis ligatus fuit. Vnde Ioan. xviij. Comprehenderunt & ligauerunt eum. Manipulus tamen post indutam planetam consueuit Romano pontifici immitti, quod etiam à pluribus obseruatur, de quo in quarta sub titu. de confessione dicetur. † Notandum autem, quòd diaconus & subdiaconus pontifici induenti & exuenti se à sacris vestibus, siue manipulis seruiunt. Primò, vt expeditiùs & liberiùs administrent. Secundò, ad notandum, quòd in tali obsequio non deber fructum quærere temporalem, qui quandoque per manipulum significatur, iuxta illud Psalm. Venientes autem, &c. Rursus, dum pontifex se induit vel exuit, diaconus stat à dextris, & subdiaconus à sinistris: quia diaconus ex ordine suo ad fortiora, & perfectiora, quæ per dextam significantur, assumitur, quàm subdiaconus.

Pſal. 125
Can.2
Ioan.3
Pſal. 125

SVMMARIVM.

1 *Casula quid, vnde dicatur, & quid notet.*
2 *Charitas legis est implementum.*
3 *Casula tripliciter plicatur, & quid idipsum notet. & nu. 4.*
5 *Casula vndique clausa, integráque quid notet.*

De Casula seu Planeta. CAPVT VII.

1 POstremò, super omnes † vestes induitur casula, quæ quasi parua casa dicitur: & à Græcis πλανήτα vocatur, ἀπὸ τῆς πλάνης, hoc est, errore: quoniam errabundus eius limbus super brachia eleuatur, significans charitatem sine qua sacerdos est, sicut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Sicut enim charitas operit multitudinem peccatorum, & omnia legis & prophetarum mandata continet, dicente Apostolo: Plenitudo legis est charitas: sic & hęc vestis cuncta plana & alia 2 omnia indumenta intra se claudit & continet. De † charitate dicit Apostolus: Adhuc excellentiorem viam vobis ostendam. Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et iterum: Si fidem habeam, vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. de consecr. dist. iiij. solent. hæc

1.Cor.13
1.Pet.3
Rom.13
1.Cor.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

siquidem est vestis nuptialis, de quo Dominus inquit in euangelio: *Matt.22* Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? Sine hac autem nunquam sacerdos debet suum officium exercere: quia semper decet eum in vinculo charitatis permanere. Per hoc autem, quòd amictus super os planetæ reuoluitur, innuitur, quòd bonum o- *1.Tim. 1* pus debet ad charitatem referri. Nam finis præcepti, est charitas, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta: quòd verò casula in extensione manuum in anteriorem & posteriorem partem diuiditur, signat duo brachia charitatis, ad Deum scilicet & ad proximum. Dili- *Matt.26* ges (inquit) Deum tuum, &c In his duobus mandatis tota lex pendet, & prophetæ. Rursus latitudo planetæ latitudinem significat charita- tis, quæ etiam vsque ad inimicos extenditur, vnde: Latum mandatum *Psal. 118* tuum nimis. Duæ † quoque plicaturæ, sinistræ, videlicet & dextræ, † sunt duo præcepta charitatis, scilicet amor Dei & proximi. Duplica- tur etiam ante pectus, per quod cor & inter humeros, per quos opera exprimuntur: & in eis vestimentum duplex in ipsum efficitur, quia ic debemus bona opera foris ostendere proximis, vt eadem intùs in cor- de coram Domino integra seruemus. Charitatem enim debemus ha- bere corde, & opere, & intus, & foris. Rursus ante pectus duplicatur: quoniam per charitatem bona voluntas & sancta cogitatio genera- tur. Duplicatur etiam inter humeros, quia per illam aduersa à proxi- mis, & ab aduersariis supportantur. Ad brachia autem eleuatur, dum bona opera charitatis operantur. Ad dextrum, dum operamur bonum *Gala.6* ad domesticos fidei. Ad sinistrum, dum extenditur etiam ad inimi- cos. Adhuc † triplicatur, in brachiis, in dextro quidem, cùm fidelibus monachis, clericis, & laicis subuenimus: in sinistro, dum infidelibus scilicet malis Christianis, Iudæis & Paganis necessaria ministramus. *Psal. 121* Per casulam quoque rectè opera iustitiæ designantur, iuxta illud: Sa- cerdotes tui induantur iustitia. Sanè sacerdos suum agens officium *Gala. 4* non debet casulam exuere, quia præcipiente Domino Leui. xxj. c. non *Psal.13* licet ei egredi de sanctis, scilicet rebus vel præceptis. Porrò, secun- *Ioan.1* dùm quod capiti, scilicet Christo conuenit casula, magni sacerdotis est Ecclesia vniuersalis, de qua dicit Apostolus: Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Hoc est illud Aaron vestimentum, in oram descendit vnguentum, sed à capite descendit in barbam, & à barba descendit in oram, quoniam de plenitudine spiritus eius nos omnes accepimus, primò Apost. deinde cæteri. Quòd autem casula vnica † & integra, & vndique clausa est, significat vnitatem & integritatem; veruntamen in extensione manuum in anteriorem, & posteriorem partem quodammodo diuiditur designans antiquam Ecclesiam, quæ passionem Christi præcessit: & nouam, quæ Christi passionem subsequitur. Nam & qui præibant, & qui sequebantur cla- *Matt. 21* mabant dicentes: Osanna filio Dauid: benedictus, qui venit in no- *Ioan 19* mine Domini. Hæc etiam vestis repræsentat purpureum vestimen-

tum, quo milites circundederunt Iesum.

SVMMARIVM.

1 *Vestimentum pedum, vnde traxerit originem.*
2 *Pontifices, quando sandalia & caligas adsumant, & eorum significatio. num. 3. 4.*
3 *Calceamentum episcopi, quo inuitet quóve prohibeat. & nu. 4.*
5 *Sandalia, vnde dicantur & eorum forma.*
6 *Sandaliorum apertura & clausura, quid significent.*
7 *Sandalia, ex corio albo fiunt interdum.*
8 *Ligula à corio separata super pede consurgens, quid significet.*
9 *Sandaliorum corrigiæ, quid notent.*
10 *Sandalia eò quod capite conueniunt, quid designent.*
11 *Sandaliis vti, quibus licet, & quibus prohibetur.*

De Caligis, & Sandaliis. CAP. VIII.

SVperiùs de sex ornamentis, tam sacerdotibus, quàm episcopis communibus dictum est: nunc autem de nouem pontificum spiri- tualibus dicendum restat, & priùs de caligis & sandaliis videamus.
1 Vestimentum † autem pedum non habuit originem ab Aaron, qui dū *Matt.28* taxat in Iudæa conuersabatur, ideóque necesse non habuit, sed ab *Eph. 6* Apostolis quibus dictum est: Euntes, docete omnes Gentes. Nisi for- tè quis dixerit quòd caligæ sandalia in locum fœminalium succe-
2 dunt. Celebraturi † igitur pontifices, pedes interea, dū dicuntur quin- que psalmi in præparatione euangelij pacis, caligis & sandaliis cal- ciātur: quorum pulchritudinē admirabatur Propheta, dicens: Quàm specioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Vn- *Eph. 6* de Apostolus ad Ephesios: Calciati pedes calciamentis virtutum. Et *Mar. 6* in euangelio legitur Dominum misisse Discipulos suos sandaliis cal- *Eph. 6* ciatos, calciatos vtique in præparatione euangelii pacis. Si enim cal- *Luc. 10* ciati non essent, quomodo, super serpentes & scorpiones calcare po-
3 tuissent? Cogitent † igitur episcopi, cur ita calciati sunt: imitentur eo- rum exempla, quorum imitantur calciamenta. Siquidem per pedes conuenienter affectus intelligūtur. Debent namque habere affectus & desideria calciata ne puluere terrenorum seu temporalium macu-
4 lentur. † Per huiusmodi quoque calciamentum prohibitio pedum congruè intelligitur, ne videlicet ad illicita festinent. Quia verò af- fectus faciliùs inficiuntur, & maculātur tempore prosperitatis, quod per dextrum, quàm tempore aduersitatis, quod per sinistrum intelli- gitur, ideò, vt maiori periculo citius occurrendum ostendatur, à de- xtro pede pontifex incipit calciari. Prius tamen, quàm sandalia pedi- bus imponantur, caligis induuntur, vsque ad genua protensis, ibique constrictis: quia prædicator pedibus suis rectos debet facere gressus *Mat.5* suos, & genua debilia roborare. Nam qui fecerit & docuerit, hic

Universidad de Deusto
Biblioteca

magnus vocabitur in regno cœlorum. Caligæ quoque iacinthini, id est, aërei seu cœlestis coloris, denotant, quòd cœlestes debet habere pedes, id est, affectus, & firmos, ne claudicet, sed dicat: Confortamini
Esa.35 pusillanimes. Et consequenter† sandalia pedibus imponuntur, quę sic vocantur ab herba, vel sandalico colore, quo depinguntur. Habent autem desubtus integram soleam, desuper verò corium fenestratum:
Matt.10 quia gressus prædicatoris & subtus debent esse muniti, ne polluantur terrenis, iuxta illud Dominicum: Excutite puluerem de pedibus ve-
Psal. 118 stris. & sursum aperti, quatenùs ad cognoscenda mysteria seu cœlestia reuelentur, iuxta illud propheticum: Reuela oculos meos & cõsi-
mirabilia de lege tua. In hoc quoq; quòd desuper aperta sunt, quòd corda semper ad Deum erecta habere, & oculos mentis ad ea, quæ sursum sunt, aperire debemus, significatur. Quòd etiam subtus soli-
Gen.27 da sunt, significat, quòd mentẽ in terrenis obtusam habere debemus, nec debemus quærere benedictionẽ Esau, quæ in terris est, sed Iacob, 8
quę est in cœlis. Rursus, quòd sandalia in quibusdã locis aperta, & in quibusdam integra seu clausa sunt, designat quòd euangelica prædicatio nec omnibus reuelari, nec omnibus abscondi debet: iuxta illud
Luc. viij. Vobis datum est, nosse mysterium regni Dei: cæteris autem in parabolis. Matt. vij. Nolite sanctum dare canibus, neque margaritas spargere ante porcos. ij. quæst. iij. nolite. Sandalia† quoque interiùs quandoque ex corio albo fiunt: quia necesse est intentionẽ can-
didam, & conscientiam puram coram Deo habere, & exterius nigrum apparet: quia prædicatorum vita propter tribulationes huius mundi nigra & despecta secularibus videtur. Quandoque etiam ru-
beum, ad votum martyrij designandum, & quandoque diuersis coloribus variatum, quo virtutum varietas, quibus ornatus esse debet, significatur. Ligula† verò à corio separata, super pedem consurgens, 9
linguas eorum qui prædicatori bonum perhibent testimonium, significat: qui tamen quodammodo à spiritualium conuersatione separati sunt. Secundò ligula ipsa, spiritualium lingua est, quæ prædicatorem in opus prædicationis introduxit. Tertiò, etiam ipsius prædicatoris linguam designat: linea verò ab ipsa lingua, vsq; ad finem sandalij, per medium eius procedens, euangelicam perfectionẽ designat: ligneæ verò ab vtroque latere procedentes, quæ in fine sandalij ad ipsam lineam mediam referuntur, ibiq́ue terminatur, legem figurant propheticam: quæ in euangelio recapitulantur & in eo determinantur. Superior quoque pars sandaliorũ, per quam pes introducitur, variis consuitur funiculis, ne duo eius cornua defluant, seu abinuicem separentur, seu abinuicem disiungantur: ad notandum, quòd prædicator seipsum variis alligare debet virtutibus, aut Scripturæ sententiis, ne ipsius intrinseca ab his, quæ exterius lucent, coram altissimo disiungantur. Ipsa quoque sandaliorum ligatura, significat, quòd prælatus, qui huc illúcque discurrere habet, gressus men-

9 mentis firmare debet, cùm turbis versatur. Quia verò† corrigiæ huc atque illuc manibus ducuntur, vt sandalia firmẽtur, & ligentur, significat, quòd prædicator sic firmo gressu incedere debet, vt nulli onerosus existat, & ne in via ministranda deficiat. Nam frustra velociter currit, qui prius, quàm ad metam perueniat deficit. de pœn. distinct. iij. incassum. Mysticè enim sandalia, cursum prædicatoris significant. Quandoque tamen sandalia non ligantur, quia Christi incarnatio aliquando humanis sensibus aperta est, vt est pannis inuolui, & in præsepio poni. Aliquando verò corrigiæ sandaliis supererogantur, quia
Luce 10 scriptum est: Quodcunque supererogaueris, ego cum rediero reddã tibi. Potest etiam dici, quòd caligæ significant illam lotionẽ, de qua Dominus ait: Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet. Sed quia
Ioan.13 non sufficit munditia cordis, absque patientia persecutionis, ideo sequuntur centones rubei, qui martyrium figurant. Qui autem in cordis munditiam & in voluntate (si opus fuerit,) habuerit patientiam,
10 securus accedet ad prædicationem, quia sandalia nil aliud designant apostolica. Porrò secundùm† quòd capiti, scilicet Christo conueniunt sandalia, aliud designant: Pontifex enim in altaris officio, capitis sui, scilicet Christi, cuius est membrum, repræsentans personam, dum pedibus assumit sandalia illud incarnationis dominicæ calciamentum
Psal.59 insinuat, de quo Dominus ait in Psal. In Indumæam extendam calciamentum meum, id est, in gentibus notam faciam incarnationem meam. Venit enim ad nos calciata diuinitas, vt pro nobis Dei Filius
Ioan.1 sacerdotio fungeretur. Per ligulas autem, quibus pedibus ipsa sandalia constringuntur, illud idem accepimus, quod per calciamenti corrigiam Ioan. Baptist. significauit, cùm ait: Cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere: vnionem videlicet ineffabilem, & copulam carnalem insolubilem, quibus verbis diuinitas nostræ se carni coniunxit. Sanè mediantibus caligis pedes sandaliis coniunguntur, quoniam anima mediante carne, diuinitati est vnita. Sicut enim pes corpus sustentat, ita diuinitas mundum gubernat. Vnde Psal. Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Verùm secundùm decretum Greg. xciij. distinct. §. compagis. & duobus cap. sequen. Dia-
11 coni† non debent vti compagis, id est, sandaliis, neque manipulis id est, calciamentis episcopalibus, absque indulgentia sedis Apostolicæ speciali. Olim enim vtebantur, quia eorum erat discurrere per comitatũ. Hodie ergo nec ipsi, nec sacerdotes vtuntur: sed episcopi solùm, vt per varietatem sandaliorum, notetur varietas officiorum. Præterea, episcopi habent per plebes discurrere: sacerdotes verò Domini hostias immolare. Clerici autem Romanæ Ecclesiæ ex concessione Constantini Imperatoris vti possent calciamentis cum vdonibus, id est candido linteamine. xcvj. distinct. Constantinus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Orale, siue velum, quod suo capiti episcopus imponit, quid significet.*
2 *Crux ante pectus Pontificis maximi posita, quid designet.*

De Succinctorio & Orali.

CAP. IX.

DE succinctorio nil aliud dicimus, quàm quòd sub zona & cingulo, in proœmio huius partis dictum est. Sanè Rom. †pontifex, post albam & cingulum, assumit orale, quãdam videlicet syndonem, quod capiti quasi in modum veli imponit, & replicat super humeros & ante pectus legalis pontificis ordinem sequens, qui post lineam strictam & zonam induebat ephot, id est, superhumerale, cuius loco modò tenet amictus. † Assumit etiam Crucem quandam, catenulis insertam, quam à collo suspensam, sibi statuit ante pectus. Quoniam & legalis, pontifex laminam auream gerebat in fronte, pro qua pontifex iste Crucem gerit in pectore: & sic signo Crucis aurea lamina cessit. Nam mysterium, quod in quatuor literis auri lamina continebat, in quatuor partib⁹ forma Crucis explicuit, iuxta quod inquit Apostolus: Vt comprehendatis cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo & longitudo, quæ sublimitas & profundum. Sacramẽtum ergo, quod ille tunc per laminã præferebat in fronte, hoc iste iam reconditius mente. Nam corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, & secundùm Hiero. auro legis, sanguis euangelij pretiosior est. Crucem quoque statuit sibi ante pectus, ad designandum, quod ait Apostolus: Glorificate & portate Deum in corpore vestro. Imponendo autem sibi & deponendo, Crucem illam osculatur, ad demonstrandum, quòd Christi passionem, quæ per illam significatur, credit & confitetur, ad quam repræsentandam in officio missæ se parat.

Ephes. 3
Rom. 10
1. Cor

SVMMARIVM.

1 *Tunica Episcopi, quid significet.*
2 *Tunica dua, in veteri Testamento, & earum significatio.*
3 *Iacinthi lapidis vis.*
4 *Tunicam vnam super alia, cur induat Pontifex.*

De Tunica. CAP. X.

POst appositam stolam, pontifex † induit tunicam, quæ alibi subtile, in lege vero ποδήρης, id est, talaris dicebatur, significantem perseuerantiam: vnde Ioseph inter fratres suos talarem vestem describitur habuisse. Cùm enim cæteræ virtutes in stadio currant, perseuerantia tantum brauium accipit: quoniam qui

Gen. 37

perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. de pœn. distinct. ij. Apostolus. & cap. multi. Vnde præcipitur: Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Rursus ideò post albam tunicam induitur: quia sicut per albam castigatio corporis, ita per tunicam virtutes intimæ intelliguntur, quas semper debet habere perfectus. Porrò tunica non cingitur, quoniam sub formam iter non impeditur, sic & virtutes per illam designatæ liberum iter ad contemplationem Dei præbent:
2 sed alba cingitur, prout sub cingulo dictum est. In † vet. Test. erant duæ tunicæ, videlicet byssina & iacinthina. Exod. xxxix. cap & hodie etiam quidam pontifices duabus vtuntur, ad notandum, quòd proprium est eorum habere scientiam duorum Testamentorum, vt sciãt de thesauro Domini proferre noua & verera, siue vt se ostendant diaconos & sacerdotes. Præterea vnaquæque earum typum proprium gerit: quoniam alba, quæ byssina siue linea est, castitatem significat, vt sub tit. de alba dictum est. Prima etiam tunica, serica est, quæ originem traduxit ex vermibus, qui sine coitu creantur, castitatem & humilitatem domonstrat. Secunda tunica, quæ iacinthina esse debet, si-
3 cut & olim erat coloris lapidis † iacinthi, qui ætheris serenitatem imitatur, sanctos significat cœlestia cogitantes, & imitantes, siue cœlestem cogitationem & cõuersationem. Sicut enim lapis ille colorem cum aëre mutat: nam in sereno aëre, serenus, & in obscuro, pallidus est, sic specialiter decet episcopum gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. Si autem illa alterius coloris fuerit, sic & alterius signi-
4 ficationis. Cæterùm † pontifex vnam tunicam sub alia induit, ad detegendum, quod sicut coõperta tunica à populo non videtur: sed tantum à clericis scitur: & ratio sublimium, & virtutes, quas præfectus semper habere debet, quæ per illam significantur, patere non debent omnibus, sed maioribus & præfectis. Porrò, secundum quod capiti, id est, Christo conuenit hęc vestis, quæ in veteri sacerdotio iacinthini erat coloris, & habebat pro fimbriis mala punica, cum tintinabulis aureis, ab inferiori parte dependentia, vt pontifex totus vocalis incederet, prout dicetur sub titul. de legalibus indumentis, cœlestem Christi doctrinam insinuat: cuius notitiam habuerunt omnes, quibus dicitur per prophetam: In montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion. Præcipuè tamen hanc tunicam habuit euangelicæ textrix doctrinæ sapientia Dei, Iesus Christus, & dedit illam Apostolis suis. Omnia (inquit) quæ audiui à Patre meo, nota feci vobis. Hoc ergo significauit illa tunica Domini, quam milites scindere noluerunt, eò quòd esset incõsutilis desuper, contexta per totum xvj. quæstio. vij. sicut Domini damnum fore magnum existimantes. In quo significatum est, quàm damnosi sint, qui doctrinam euangelicam hæresibus scindere moliuntur. Subdiaconus quoque vtitur tunica, de qua in sequenti tractatu dicetur.

Apoca. 2
Matt. 3
Rom. 3
Ioan. 15
Ioan. 19

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Dalmatica Episcopi, vnde ortum habuerit, & vnde dicta. num. 2.*
3 *Dalmatica, quales habeat manicas, & quid notent.*
4 *Episcopus cur plura ornamenta habeat, quàm simplex sacerdos.*
5 *Dalmaticæ forma, & compositio. & num. 6. 7. & eius significatio. ibid. & num. 8.*
9 *Dalmatica cur intermittatur aduentus Dominici tempore à diacono, à subdiacono verò tunica.*

De Dalmatica. CAP. XI.

POntifex immediatè super tunicam dalmaticam vestit, secundùm † institutionem Syluestri Papæ, quæ ab inconsutili Dominici tunica, & apostolorum collobio creditur mutuata. Est autem κολόβιον vestis sine manicis, prout in cucula monachali adparet: sed Syluester Papa in dalmaticam vertit, latas manicas addendo, & in sacrificiis altaris portandam instituit. in xciij. d. diaconi ita. † Dicta est autem dalmatica, eò quòd in Dalmacia, & pòst omnia alia indumenta sacerdotalia sint reperta. Hæc sui forma significat largitatem, eò quòd latas habet manicas & protensas. Vnde, secundùm Apostolum, oportet episcopum non esse turpis lucri cupidum, sed hospitalem. xlvij. distinct. lxxxviij. distinct. consequens. Non ergo manum habeat ad dandum collectam, & ad recipiendum porrectam: sed illud efficiat, quòd Propheta suadet: Frange esurienti panem tuum, & egenos vagósque introduc in domum tuam, &c. Et ob hoc fortè diaconi specialiter vtũtur dalmaticis, quia principaliter electi sunt ab Apostolis, vt mensis ex officio ministrent. † Cæterum, dalmatica diaconi ampliores habet manicas, quam tunicella subdiaconi, quæ alicubi subtile vocatur, quia ipse ampliorem debet habere charitatem, quam subdiaconus, propter maius donum. Pontificis etiam dalmatica latiores habet manicas, quam diaconi ad notandum quòd ipse magis est expeditus, nihil habeas, quod ipsius manus restringat: quia pro cœlestibus omnia debet largiri. Charitas enim extendi debet etiam vsque ad inimicos. Nempe tunicella subdiaconi, dalmatica diaconi, & casula presbyteri, succedunt in locum tunicæ iacinthinæ: quæ erat coloris cœlestis, id est aërei: ad notandum, quòd omnes ministri altaris cœlestem debent habere conuersationem, licet secundum maius & minus, quod notat latitudo vel strictura manicarum dalmaticæ & tunicellæ, vt præmissum est. † Quia igitur sacerdos maximè debet esse ad cœlestia expeditus, ideo hæc ornamenta non gerit, nec alio brachia stringens. Episcopus autem simul vtitur, & dalmatica, & tunicella, & omnium ornamentis, vt ostendat se perfectè omnes habere ordines, tanquam qui eos aliis confert. Minores sacerdotes eos non con-

Titum. 1

Esa. 58

conferunt, & ideo illa non portant quibus sufficit vnum, quod cœlestem significet conuersationem. Præterea, pontifex in ornamentis atque in officio magis expresse gerit similitudinem Saluatoris, quam simplex sacerdos, & magis sibi conueniunt ornamentorum significata: ideóque pluribus vtitur ornamentis. † Debet autem dalmatica habere duas lineas coccineas hincinde, ante & retro à summo vsque ad deorsum, vt Pontifex ostendatur habere feruorem charitatis ad Deum & proximum in prosperis & aduersis, iuxta veteris & noui Testamenti præceptũ quod est, Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo: & proximum tuum, sicut te ipsum. Vnde. Ioan. Charissimi non mandatum nouum scribo vobis, sed mandatum vetus, quod ab initio habuistis. Et iterum, mandatum nouum scribo vobis, &c. Quandoque lineæ purpureæ sunt significantes fidem sanguinis Christi in vtroque populo necessariam. in finistro quoque latere dalmatica fimbrias solet habere, sollicitudines actiuæ vitæ significantes, quas Episcopus pro subditis suis debet habere, iuxta quod dicit Apostolus: Præter illa, quæ extrinsecus sunt, instantia mea, quotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum. Per dextrum verò latus, quod fimbriis caret, notatur contemplatio cœlestium sine sollicitudinibus, & quie- 6 ta à multiplicitate perturbationum. † Adhuc quædã dalmaticæ quindecim habent fimbrias, ante & retro, quia quindecim Psalmi in veteri Testamento quasi quindecim armi gradus exeũt de tramite charitatis, & quindecim similiter in nouo Testamento excrescunt de opere charitatis. Verbi gratia: Charitas, patiens & benigna est, &c. vsque, Charitas nũquam excidit. aliqui verò habent. xxviij. ante & totidem retro, vbi septiformis Spiritus est, octies repetitur, qui replet octo maneries laudantium Deum: scilicet reges & populos, principes & iudices, iuuenes & virgines, seniores & iuniores. † Rursus in dalmatica varietas est sine scissura: quia licet varia religionis opera apud Deum agantur, tamen in votis non discrepant. Item aperta est à latere 7 lancea perforatus est, vestigia imitetur. † Adhuc dalmatica formam crucis præfert, vnde per eam Christi passio figuratur: ideóque in missæ officio portatur, vbi Christi passio repræsentatur. Significat etiam dalmatica sanctam religionem, & carnis mortificationem, atq; sublimium rationem. Alba dalmatica, sanctam & immaculatam significat vitam, rubea martyrium. Alba verò opere polymitico variata, notat mũditiam, & virtutum varietatem: & est auri frisio adornata, iuxta illud: Astitit regina à dextris tuis, in vestitu deaurato circũdata varietate. † Porrò, secundũ quòd capiti, scilicet Christo conuenit dalmatica, 8 sui formam latam & largam Christi misericordiam significat: quam ipse præ cæteris & docuit & impendit. Estote, inquit, misericordes: sicut & Pater vester misericors est. Beati namq; misericordes, quoniam ipsi misericordiã consequentur. Hic est ergo Samaritanus iste proximus

Ioan. 2

Psal. 44

Luc. 6
Matt. 5
Luc. 10

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus noſter,qui fecit nobiſcum miſericordiam,ſuperinfundens vulne-
Luc.1 ribus noſtris vinum & oleum. Nam per viſcera miſericordiæ Domini
Tit 3. Dei noſtri, viſitauit nos oriens ex alto : qui non ex operibus iuſtitiæ
Matth.9 noſtræ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos
nos fecit. Pro peccatoribus venit, vt de peccatis veniam indulgeret.
Miſericordiam, inquit, volo, & non ſacrificium. Legitur in canone
Greg.xxiij.diſt.communis,quòd in primitiua Eccleſia non licebat epi-
ſcopo vel diacono vti dalmatica abſque indulgentia ſedis Apoſtolicę
ſpeciali. † Sanè dalmaticæ tempore aduentus Domini, à diaconis in-
termittuntur : quoniam quando aliqua claritas ſacri ordinis ad tem-
pus intermittitur, clariùs reſplendet & auidiùs ſumitur, quando reſu-
mitur in animis deuotorum : quia quod rarum eſt, magis appetitur.
xciij.diſt.legimus. ad fi. Rurſus in aduentu diaconus non vtitur dal-
matica, nec ſubdiaconus tunica : quia lex,quam ſubdiaconus ſignifi-
cat, ante incarnationem Domini Euangelij ornatu carebat, & charta-
tas Euangelij,quam diaconus ſignificat, nondum apparuerat:vel quia
nondum venerat,qui veſtem innocentię & immortalitatis nos indue-
re debebat, ideò veſtes lætitiæ dimittuntur. Vtuntur autem tunc ca-
ſulis, de quo in ſecunda parte ſub tit. de diacono dictum eſt. In iciu-
niis tamen Pentec. poteſt diaconus dalmatica vti.

SVMMARIVM.

1 *Chiroteca quo conſilio vtatur Epiſcopus,& eius ſignificatio.*
2 *Chiroteca cur manus interdum velentur, interdum ſpolientur.*
3 *Chiroteca quid notent.*
4 *Hœdi pellis figura,& ſignificatio.*

De Chiroteca. CAP. XII.

QVia † plerique bonum opus,quod faciunt,inani fauore corrum-
punt : ideò ſtatim poſt indutam dalmaticam, Pontifex iuxta ri-
tum Apoſtolorum,manus operit chirotecis,vt neſciat ſiniſtra ſua,quid
faciat eius dextra. Per chirotecam ergo cautela congruè deſignatur,
quæ ſic facit opus in publico, quòd intentionem continet in occulto.
Nam etſi Dominus dixerit:Luceat lux veſtra coram hominibus,vt vi-
deant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis
eſt,ad quod etiam deſignãdum chiroteca circulum deſuper habet au-
Matth.5 reum:ipſe tamen præcipit:Attendite,ne iuſtitiam veſtrã faciatis co-
hominibus,vt videamini ab eis:alioquin mercedẽ non habebitis apud
Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.† Manus ergo quandoque velantur
chirotecis & quandoque denudantur : quia bona opera interdum ad
vitandum vanam gloriã occultantur, & interdum ad ædificandũ pro-
ximos propalantur. Sunt † autem inconſutiles,quoniã actiones Pon-
tificis fidei rectę debẽt eſſe cõcordes.Per chirotecas quoq; in manibus
exempla

exempla ſanctorum quæ in operibus habenda ſunt, intelliguntur : quæ
ópera ab omni inquinamento mundata ſunt, ne modicum fermenti, 1. Cor. 5
totam maſſam corrumpat. Per ipſas verò chirotecas albas caſtitas, &
immunditia denotatur,vt manus, id eſt, operationes ſint mundæ & ab
omni ſorde immunes. Porrò ſecundum quod capiti, ſcilicet Chriſto,
conueniunt chirotecæ ſunt hœdorum pelliculæ : quas manibus Iacob
Rebecca circundedit, vt piloſæ manus ſimilitudinem maioris fratris
4 exprimerent.Sanè, pellis hœdi eſt † ſimilitudo peccati, quam Rebecca Gene.27
mater, id eſt, Spiritus ſancti gratia, manibus viri Iacob, id eſt operibus
Chriſti circundedit,vt ſimilitudinem maioris,id eſt prioris Adę ſecun-
dus exprimeret. Chriſtus enim ſimilitudinem peccati ſine peccato ſuſ-
cepit,vt incarnationis myſterium diabolo celaretur. Nam ad ſimilitu-
dinem peccatorum eſuriit & ſitiuit,doluit & expauit,dormiuit & labo- Matt.4
rauit. Vnde cùm ieiunaſſet xl.diebus & xl. noctibus, ac poſteà eſuriſſet
accedens ad illum diabolus, eum ad ſimilitudinem prioris Adæ tenta-
re tentauit.Sed qui primum vicerat,eiſdem modis victus eſt à ſecundo.

SVMMARIVM.

1 *Mitra Epiſcopo,corona Papæ datur.*
2 *Mitra quid deſignet.& num.5.*
3 *Singulæ duæ, in mitra Epiſcopi quid notent.*
4 *Mitra circulum aureum habet,& magna ſignificatione.*
6 *Mitra ſolenni quando vtendum, & quando ſimplici.num.7.*
8 *Pontifex Romanus vtitur regno.*
9 *Mitra quid ſignificet eo nomine, quòd capiti conuenit.*
10 *Mitram,an,& quando,& quorſum Epiſcopus deponat. & num.11.*

De Mitra. CAP. XIII.

1 POſtquàm Epiſcopus planetam induit, † mitra loco cidaris ſeu tiaræ
ſeu infulæ capiti eius imponitur,iuxta illud:Gloria & honore coro-
naſti eum Domine.Sed & Papa coronam, frigium lorum, ſuperhume-
rale,chlamidem purpuream, & tunicam iacinthinam habet ex conceſ-
2 ſione Conſtantini Imperatoris.xcvj.diſt. Conſtantinus. † Mitra autem
ſcientiam vtriuſque Teſtamenti deſignat. Duo namque illius cornua,
duo ſunt teſtamenta,anterius,nouum, poſterius,vetus: quæ duo Epiſ-
copus memoriter debet ſcire. xxiij. quæſt.prima Epiſcopus, & illis tan-
quam duplici cornu, fidei inimicos ferire. Videri debet quidem ſubdi-
tis Epiſcopus cornutus, ſicut & Moſes de monte Synai deſcendens, &
duas tabulas teſtimonij tenens apparebat cornutus Aaron, & filiis Iſ-
raël ex conſortio ſermonis Dei, prout legitur Exod. xxxiiij. cap. Qui- Exod.34
dam autem hæretici mitram & eius cornua,& Epiſcopum illam feren-
tem,condemnant, inducentes in fomentum ſui erroris, quod Ioan.ait
in Apo

Apoc. 13 in Apoca. Vidi aliam bestiam ascendentem de terra, & habebat cornua duo similia agno. & loquebatur sicut draco. Duæ verò fimbriæ posteriùs dependentes, spiritus & litera sunt. † Per duas quoque fimbrias seu lingulas, notatur quòd paratus esse debet tam in mystico, quàm in historico sacræ scripturæ intellectu: in quarum summitatibus sunt fimbriæ rubei coloris, denotantes eius promptitudinem ad fidei & sacræ Scripturæ defensionem, etiam vsque ad sanguinis effusionem. xxv. q.j. sunt quidam. Quæ super scapulas pendent, ad notandum, quod id quod prædicat ore, ostendere debet opere: quia enim scapulis nulla pars altior est ad opus, siue ad onus ferendum, ideò rectè per eas opus intelligitur. † Circulus aureus, qui posteriorē & anteriorem mitræ partem complectitur: indicat, quòd omnis scriba doctus in regno cœlorum, de thesauro suo noua & vetera proferre debet. Matth. xiij. Caueat ergo diligenter Episcopus, ne priùs velit esse magister, quàm nouerit esse discipulus. x. distinct. miserum. extrà de elect. c. cùm magistrum. de renunc. post translationem. & ca. nisi. ne si cæcus cæcum duxerit, ambo

Osee 4 in foueam cadant, Scriptum est enim per Prophetam: Tu scientiam repulisti, & ego te repellam, ne sacerdotio fungaris mihi. xxxviij. dist. omnes. & in prædicto cap. nisi. Non incompetenter etiam mitra, quæ in altum de sui forma producitur, altitudinem scientiæ designat. Debet enim Episcopus sic subditos scientia excellere, vt ipsius comparatione cæteri meritò grex dicantur. xxv. dist. §. nunc autem. j. q. j. vilissimus. & q. viij. conuenientibus. Duæ pendulæ ex posteriori parte, duplicem de-

Exod. 40 signant memoriam. Prima, est actuum diuinorum, ne celebrando eam contemnens, puniatur. Vnde & in veteri Testamento sacrificium oblaturus ambiebatur tintinabulis: vt per eorum sonitum reciperetur agnus, vel repelleretur indignus ab Angelo, ad custodiam templi posto. xliij. dist. cap. j. Secunda est peccatorum suorum, vt de illis compungatur. de pœn. distinct. iij. Iudas. † Mitra etiam, quia quandoque linea est, & alba, castitatis candorem munditiámque significat. Vnde hoc ornamentum multùm capiti necessarium erat, in quo quinque sensus corporis vigent, quibus corruptis facilè castitas violatur. Sunt etiam nonnulli dicentes, quòd mitra Pontificis spineam coronam significat. & inde est, quòd diaconus in officio missæ in quo Pontifex Christum in passione figurat, mitram illi imponit, & deponit: quia ipse ex officio suo habet Euangelium legere, in quo Christus spinis legitur coronatus. Duo cornua, sunt duo charitatis præcepta. Pontifex igitur mitram accipit, intelligens quòd quinque sensus à mundi illecebris custodire debet, vt duorum Testamentorum præcepta seruet, & duo charitatis præcepta impleat vt coronam percipere mereatur æternam. Cæteri verò sacerdotes & clerici generaliter caput contegunt nullo ornamento, licet in festis sint in toto alio corpore subordinati: tum quia nondum est plenum gaudium nostrum. Gaudemus enim non in re presentium, sed in spe futurorum: tum quia ad hoc tendimus, vt Deum nuda

6 nuda facie contemplemur. † Sanè mitra aurifrisiata vtendum est, à Pascha vsque ad aduentum, & à natiuitate Domini vsque ad septuagesimam in omnibus festis duplicibus, & nouem lectionum totius anni, nisi in festo Innocentium, prout dicetur sub tit. de coloribus. & in Dominicis prædictorum temporum, & generaliter quandocunque, Gloria in excelsis, & Te Deum laudamus, dicuntur. Cùm enim illa dicantur in festiuis diebus, in quibus virtutem & gaudium generale, vt speciale capitis vel membrorum ad memoriam reducimus, vt dicetur in proœmio septimæ partis. meritò tunc mitra aurifrisiata vtimur, quia aurum & gemmarum nitor gaudium repræsentant. In diebus verò ieiuniorum, non est ea vtendum, vt sequitur: quia cum dies illi ordinati sint ad delenda peccata, quæ tunc sunt ad memoriàm reducenda, non sunt tunc agenda vel ferenda, quæ non gaudium, sed quæ potiùs humilitatem & afflictionem designant. In † aliis verò temporibus regulariter 7 non aurifrisiata sed simplici vtendum est, videlicet ab aduentu vsque ad Natiuitatem: nisi quia Dominus Papa vtitur aurifrisiata in Dominica, Gaudete. & à septuagesima, vsque ad Pascha, & in dominica: Lætare Ierusalem. prout dicetur sub tit. de coloribus, & etiam in quinta feria cœnæ Domini, in officio missæ tantùm, & in sabbato sancto in officio missæ. Item festis trium lectionum illius temporis, & in omnibus vigiliis in quibus ieiunium celebratur, & quatuor temporibus, & in rogationibus. Dominus tamen Papa vtitur in festo sancti Marci, in missa 8 tantùm. Item in officio defunctorum. † Illud quoque notandum est, quod Romanus pontifex in signum imperij vtitur regno, id est, corona Imperiali, & in signum Pontificis, vtitur mitra. Sed mitra semper vtitur, & vbique, regno verò non semper, nec vbique: quia pontificis auctoritas & prior est & dignior & diffusior Imperiali potestate. Sacerdotium enim in populo Dei regnum præcessit, cùm Aaron primus pontifex Saulem primum regem præcesserit, & Noë Nembroth: quia sicut *Exod. 40* *Genes. 8* legitur principium regni Nembroth extitit Babylon. vj. distin. quis ita. Noë verò ædificauit altare Domino, & holocausta obtulit super illud. Regno quidem non vtitur nisi certis diebus & locis: nunquam intra 9 ecclesiam, sed extra. † Porrò secundum quòd capiti, id est Christo conuenit mitra Pontificis, illud significat, quod propheta loquens de filio, dicit ad Patrem: Gloria & honore coronasti eum Domine, & constit. &c. Hoc est itaque nomen, quod est super omne nomen: vt in no- *Psal. 20* mine Iesu, omne genu flectatur, cœlestium terrestrium, &c. Nam *Philip. 2* & in aurea lamina frontis Pontificalis sculptum erat nomen Domini τετραγράμματον, cuius mysterium declarabimus in tit. de legat. indumentis. Per mitram ergo capitis Christi summam illam glorificentiam intelligimus, quæ propter diuinitatem debetur humanitati: Nam pro- 10 pter pedem adoratur scabellum. Adorare (inquit) scabellum pedum *Psal. 98* eius, quoniam sanctum est. † Et nota quòd sicut ait Zacharias Papa. de consecrat. distinct. j. nullus. Episcopus ad altare oraturus accedens,

seu

1.Cor.3 seu altari assistens, vel orationes ad Deum effundens, mitram deponit & baculum: quia Apostolus prohibet viros capite velato in ecclesia orare, vt reuelata facie gloriam Domini contemplentur. Quando verò ad populum se conuertit, vt illi prædicet insignia comminationis suæ, resumit. vnde & Moses causam populi apud Deum precibus, causam verò Dei, ad populum gladiis allegabat. xlv. distinct. disciplina. ad finem. † Vltimo nota, quòd quidam Episcopi solenniter benedicunt, in missa & altari, thurificantes deposita mitra. Alij verò cum mitra in capite. Primi ea ratione mouentur, quia solenniter benedicendo vice Dei funguntur, & Deus per eorum ministerium benedicit Numer. vj. in fine vbi dicitur: Inuocabunt nomen meum super filios Israël, & ego benedicam eis. Altaris verò thurificatio, significat orationes. Apoca. viij. Ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum. Quia ergo in orationibus causam plebis ad Deum agit: ideò cum reuerentia, mitra videlicet deposita, illud agere debet. Secundi verò attendunt, quod benedictio & thurificatio non sunt essentialia ad consecrationem corporis Christi, sed ad solennitatem pertinent, & ideò ea cum mitra agunt, vt per hoc à simplicibus sacerdotibus discernantur. Quamuis enim plus habeat Episcopus, quàm simplex sacerdos in his, quæ ad solennitatem pertinent, vt in ornamentis & aliis, non tamen in his, quæ ad consecrationem ipsam spectant. Sed hæc ratio minus sufficiens videtur: quoniam secundum hoc mitra in Missa non deponeretur, nisi quando verba, ad quorum prolationem fit specierum transsubstantiatio, proferuntur.

SVMMARIVM.

1 *Annulus, est fidei sacramentum, & eius vsus vnde aduectus. num. 2.*
3 *Annulo literæ antiquitùs sigillabantur, & qua significatione.*
4 *Annulus aureus, & rotundus, quid significet.*

De Annulo. CAP. XIIII.

ANnulus est fidei sacramentum, † quo Christus sponsam suam, sanctam Ecclesiam subarrauit, vt ipsa de se dicere valeat: Annulo suo subarrauit me Dominus meus Iesus Christus. cuius custodes & pedagógi sunt Episcopi & prælati, annulos pro signo in testimonium huius rei ferentes, de quibus sponsa dicit in Canticis: Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem. Hinc annulum dedit pater filio reuertenti: secundum illud Euangelij: Date annulum in manu eius. Exquo in Euangelio annuli vsus creditur acceptus. Annulus † ergo Pontificis, integritatem significat fidei, vt videlicet Ecclesiam Dei sponsam fidei creditam, sicut se diligat, & sobriam, & castam, cœlesti sponso custodiat, iuxta illud: Despondi enim vos vni viro, id est, Christo. & se meminerit non Dominum sed pastorem. vj. quæstione j. sicut alterius. De hoc sponso

Cantic.3
Luca 25

2.Cor.10

sponso & sponsa Ioannes Euangelista dicit, Qui habet sponsam sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat, & audit eum gaudio, gaudet propter vocem sponsi. Episcopus ergo vicarius & amicus sponsi, quòd si vicarius est, & ipse quodammodo sponsus est. † Rursus Antiqui literas annulo sigillabant. Vnde Episcopus annulum portat: quoniam Scripturæ mysteria & Ecclesiæ sacramenta perfidis sigillare, & humilibus reuelare debet. Porrò, secundùm quòd capiti, scilicet Christo cõuenit annulus digiti, donum significat sancti Spiritus. Digitus enim articularis atque distinctus Spiritum sanctum insinuat, secundum illud: Digitus Dei est hic. & alibi: Si ego in digito Dei eiicio dæmonia, filij vestri in quo eiiciunt? † Annulus autem aureus & rotundus, perfectionem donorum eius significat, quam sine mensura Christus accepit: quoniam in eo plenitudo diuinitatis corporaliter habitat. Iam qui desursum venit, super omnes est: cui Deus non dedit spiritum ad mensuram, dicens: Super quem videris Spiritum sanctum & descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat. Nam requiescet super eum spiritus sapientiæ & intellectus. Ipse verò de plenitudine sua, secundum differentes donationes distribuit: alij (secundùm Apostolum) dans sermonem scientiæ, alij gratiam sanitatum, alij operationem virtutum, &c. Quod & visibilis Pontifex imitatur, alios in Ecclesia, constituens sacerdotes, alios diaconos, alios subdiaconos, & huiusmodi. Non igitur ab re in Episcopi digito gemmatus fulget annulus: per cuius mysterium dantur fulgida christmata gratiarum: de annulo sponsę satis dictum est in prima parte sub titulo de Ecclesiæ sacramentis.

Ioan.2

Exod.8
Luc.2

Coloſ.1

SVMMARIVM.

1 *Baculus pastoralis, quid significet, & vnde habuerit ortum. 2.*
3 *Baculus Pastoralis, cur sit curuus, & qua significatione, & de eius varia forma & compositione.*
4 *Baculus pastoralis, est acutus in calce, in mediò rectus, in apice retortus, & qua significatione.*
5 *Papa non vtitur baculo pastorali, duabus de causis & num. 6.*
6 *Virga Pontificis, quid notet.*

De Baculo pastorali. CAP. XV.

1 BAculus † Pastoralis correctionem pastoralem significat, propter quod à consecratore dicitur consecrato: Accipe baculum pastoralis officij, vt sis in corrigendis vitiis piè sæuiens. De quo dicit Apostolus: In virga veniam ad vos. Virga igitur Pastoralis, potestas intelligitur sacerdotalis, quam Christus ei contulit, quando Apostolos

2.Cor.4

ad prædicandum misit, præcipiens eis, vt baculos tollerent. Et Moses cum virga missus est in Aegyptum. De hoc in prima parte dictum est in titulo de consecrationibus. Baculus † ergo à lege & Euangelio sumitur, quia & virga pastoralis & sambuca, & pedum & ferula nuncupatur. *Exod.4* Moses enim ex mandato Domini virgam habuit, quæ terribilia fecit in cœlo & in mari: quia cibum de cœlo, potum de petra produxit, & gregem ad terram fluentem lacte & melle manauit. Adhuc, per baculum doctrinæ authoritas intelligitur. Hac enim infirmi sustentantur, inquieti corripiuntur, errantes ad pœnitentiam trahuntur. Vnde & pedum vocatur, quod est lignum recurvum, quo pastores pedes retrahunt animalium. † Sanè quandoque baculus ex osse, & ligno conficitur, quę chrystalina, & deaurata sphærula coniunguntur: os superius recuruatur, lignum inferius ferro acuitur, mocrcè tamen reconditur. Siquidem os, est duritia legis, lignum, mansuetudo Euangelij: quæ duo coniuncta, sunt sphærula diuinitatis Iesu Christi. Vel os, scueritas, lignum, Pontificis est lenitas, quas iungit iudicio per charitatem. Nam scueritas vel misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur. xlv. distinctio. disciplina. Ad quod significandum, ferrum obtunditur, quia iudicium misericordia temperatur: baculus recuruatur, cùm pœnitentes ad pœnitentiam reuocantur. Aliquando in curuatura caput formatur: quoniam ad Deum conuersis vita æterna promittitur. Quandoque etiam in curuatura scribitur: Cum iratus fueris, misericordię recordaberis, ne ob culpam gregis ira turbet in pastore oculum rationis. vj. quæstio. j. ex merito. Aliquando in sphærula, scribitur homo vt Pontifex se hominem memoretur, & de potestate collata non eleuetur. Aliquando iuxta ferrum scribitur, Parce. vt in disciplina subditis parcat, & misericordi misericordia misericordiam consequatur. † Quòd verò baculus e acutus in fine, rectus in medio, & retortus in summo, designat, quòd Pontifex debet pungere pigros, regere debiles sui rectitudine, & coligere vagos xlvij. distinctione. §. necesse. xlviij. distinctio. disciplina. & cap. omnis. vnde versus. Collige, sustenta, stimula, vaga, morbida, lenta. Et reddendo singula singulis, versus iste continet omnia præmissa. vel sic: Attrahe per primum, medio rege, punge per vnum. † Romanus autem Pontifex, pastorali virga non vtitur: tum propter historiam, tum propter mysticam rationem extrà de sac. vnc. c. vnico. in fin. Historia est, quoniam beatus Petrus Apostolus Martialem discipulum suum, quem Dominus inter discipulos constituit, cum dixit: Nisi efficiamini, sicut paruulus iste non intrabitis, &c. misit cum quibusdam aliis ad prædicandum Germanis. Qui in via ad vigintidictas defuncto Fronto, collega eius, rediit ad nuntiandum hoc Pe- *Matt. 18* tro. Cui Petrus: Accipe hunc baculum & tangens illum dic: Surge in nomine Domini & prædica. Ille verò in quadragesimo die à tempore mortis illius, tetigit eum, & surrexit, & prædicauit: & ita Petrus bacu-

baculum à se remouit: & subditis dedit, nec recuperauit. Innocentius verò Papa tertius, scripsit in Ecclesiæ Speculo, quòd beatus Petrus misit baculum suum Euchario, primo Treuerorum Episcopo, quem vnà cùm Valerio & Materno ad prædicandum Euangelium genti Teutonicæ destinauit: cui successit in Episcopatum Maternus, qui per baculum Petri de morte fuerat suscitatus: quem baculum vsque hodie cum magna veneratione Treuereñ. Ecclesia seruat: & ideò Papa in illa diœcesi vtitur baculo, & non alibi. † Mystica verò est ratio, quia baculus in summitate, est curuus, quasi ad attrahendum, quod in Romano Pontifice necesse non est. quia nullus ab eo finaliter diuertere potest. Præterea per baculum designatur coërtio, quam quia cæteri Pontifices ab homine recipiunt, ideò à suis superioribus baculos recipiunt & habent. Romanus verò Pontifex, quia potestatem à solo Deo accipit, baculum non habet. † Porrò secundùm quòd capiti, scilicet Christo conuenit virga Pontificis, potestatem Christi significat, de qua Psalmista: Virga recta, siue directionis, virga regni tui: quia dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propter quod alibi dicit: Reges eos in virga ferrea. Duritia ferri, vigorem significat æquitatis, quia Christus tanquam vas figuli peccatores confringet. Verùm potestas Christi non solùm est virga, sed baculus: quia non solùm corripit, sed etiam sustentat. Vnde Psal. Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. *Psal.44* *Psalm.2* *Psal.22*

SVMMARIVM.

1 *Sudarium Episcopi quid.*
2 *Sudarium quod nobis conueniat.*

De Sudario. CAP. XVI.

1 EXpeditis nouem specialibus Pontificum ornamentis aliqua de quibusdam aliis. Et primo de Sudario † videamus, quod est lineus pannus, quem ministrans Episcopo semper paratum habet, quo ille sudorem & omnem superfluum corporis tergat humorem: significans studium quo humanas contagiones in hac vita extergimus, per exempla Sanctorum Patrum, quibus ad patientiam corroboramur. Sicut enim sudor est in corpore; sic etiam tædium est in anima, quandoque ex conscientia peccatorum premens conscientiæ fron-
2 tem. Habeamus † igitur Sudarium ex lino multis tusionibus castigato, & mundato per quod mundanos extergamus affectus, & eriam cum Dauid & Iob tristitiam abiiciendo, nos tergamus. In quibusdam Ecclesiis diaconus Sudarium habens, illud in dextro cornu altaris deponit: vt si fortè quicquam sordidum accesserit, illo tergatur: & Sudarium sacerdotis mundissimum maneat. Manipuli quoque penè eadem est significatio, prout ibi dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Pallium, quorum sit proprium, & quid significet. num. 2.*
3 *Pallij forma & compositio.*
4 *Pallij circulus, est timor Domini.*
5 *Lineæ duæ in pallio, quid designent.*
6 *Pallij duplicitas, quid signet. & num. 7.*
8 *Pallij quatuor Cuces, quid significent.*
9 *Pallij tres acus quid notent, & quid acus aurea. nu. 10.*
11 *Metropolitanus an possit actus legitimos exercere ante pallij adsumptionem.*
12 *Pallij vsus.*
13 *Pallio quibus diebus vti licet quibus non, & vbi.*
14 *Pallium Romanorum Pontificum, quale.*

De Pallio. CAP. XVII.

CONsequenter aliqua de pallio subiiciamus, quod Patriarcharum, Primatum & Metropolitanorum † est proprium, vt per illud à cæteris Episcopis discernantur: quod priuilegiatam obtinent dignitatem: quare sub præmissis à communibus vel specialibus ornamentis minimè continentur. Si quidem per pallium, simul vtrunque & superhumerale & rationale legalis Pontificis intelligimus. Quia enim superhumerale per vtrunque Pontificis humerum iacet, superhumerale siue ἐπωμὶς dicitur: quia verò inde descendens in ipso Pontificis pectore iungitur: rationale vocatur. Habebat enim superhumerale & rationale quę catenulis aureis simul iungebantur. Sunt tamen, qui dicunt quòd rationali nullum hodie ornamentum succedit, de quo sub tit. de legendu. dicetur. Alij dicunt, quòd pallium pro aurea lamina institutum est, quanuis probabilius videatur, quòd aurifrisia mitræ vicem lamnæ gerant. † Sanè pallium, quo maiores vtuntur, significat disciplinam, qua seipsos ad exemplum subditorum, & etiam ipsos subditos
Prou. 1 regere & constringere debent. Per hanc acquiritur torques aureus, quam legitimè certantes accipiunt. de qua dicit Salomon in Parabolis: Audi, fili mi, disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris
2. Cor. 9 tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Sicut autem torques seu brauium non dabatur, nisi legitimè certanti, iuxta illud Apostoli: Multi quidem currunt, sed vnus accipit brauium. ita & ad honorem pallij nemo ascensurus est, nisi qui in singulis bonorum gradibus legitimè priùs desudauerit. Nam & officia secularia, non deferunt principalem locum ingressus in vestibulum actionis. lix. distinct. si officia. sed examinatis per plurimos gradus, & is gradus exteros antecellat quem labor prolixior & stipendia longiora fecerunt anteire. C. de offic. ma. offi. nemo. ff. de mu. & hon. gradatim. Super cuncta indumenta fertur, vt cæteri hoc videntes, ad legitimum certamen hortentur. Pontifex verò pallium, dum sibi imponitur & detrahi

detrahitur osculum, ad notandum summum legitimè certandi desi-
3 derium, & brauium promerendi. † Est autem pallium de candida lana contextũ, habẽs circulum, humeros cõstringentem, & duas lineas ab vtraq; parte, videlicet antè & retrò pendẽtes: à sinistris est duplex, à dextris simplex: habẽt quatuor Cruces purpureas, scilicet antè, & retrò, à dextris & à sinistris. Infigũtur in pallio tres acus, & quædã sunt, quæ per Metropolitanum sine pallio agi non possunt, quo etiam, nisi certis diebus vti non valet; quia omnia moralibus sunt imbuta mysteriis & diuinis grauida sacramentis. Nam (vt Scriptura testatur) in *Eccle. 1* thesauris sapientiæ significatio disciplinę, in lana quippe asperitas, in candore benignitas designatur. Nam Ecclesiastica disciplina contra rebelles & obstinatos seueritatem exercet: sed erga pœnitẽtes & humiles exhibet pietatẽ. Propter quod de lana nõ cuiuslibet animalis, sed ouis duntaxat efficitur, quæ est animal mansuetũ, vnde Propheta: *Esa. 53* Tanquam ouis ad occisionẽ ductus est, & sicut agnus coram tondente se, non aperuit os suum. Hinc est quòd illius semiuiui vulneribus, *Luc. 10* quem Samaritanus duxit in stabulum, & vinum adhibetur, & oleum: vt per vinum moderentur vulnera, & per oleum foueantur: quatenus qui sanãdis vulneribus præest, in vino morsum seueritatis adhibeat; in oleo molliciem pietatis. Hoc nimirum & per arcam tabernaculi designatur. xlv. distinctio. disciplina, in qua cum tabulis virga continetur & manna, quoniam in mente rectoris cum Scripturæ scientia virga debet esse directionis, & manna dulcedinis, vt seueritas immoderatè non sæuiat, & pietas plusquàm expedit non indulgeat. Itẽ; fit de vili materia, scilicet lana, vt habeat pretium, non à se, sed ab eo, quod significatur in se, vt non oculis sed menti spectabile sit, vt non
4 ad ornandum, sed ad significandum indui intelligatur. † Circulus pallij per quem humeri constringuntur, est timor Domini, per quem opera exercentur, ne vel ad illicita defluant, vel ad superflua relaxentur, quoniam disciplina sinistram cohibet ab illicitis; formidine pœnæ: dextram verò temperat à superfluis iustitiæ amore. Beatus *Prou. 28* ergo vir, qui semper est pauidus. Nam iuxta sententiam Salomo- *Eccles. 1* nis: Timor Domini peccatum repellit. Qui verò sine timore existit; iustificari non poterit. Ideò enim circulus pallij sub collo humeros constringit, ad notandum, quòd illum ferens, debet esse idem
5 opere & sermone. † Duas verò lineas, quarum vna post dorsum, & altera progreditur ante pectus, huius vitæ curas & sollicitudines significare putamus, quibus & cor & humeri Pontificis sic sæpissimè grauantur & impediuntur, vt à proprio statu eum auertant, & vana quædam & transitoria cogitare & portare compellant. Hinc, quòd pallium antè & retrò à dextris, & sinistris ante pectus, & super humeros frequenter aptatur, vt his posthabitis in seipsum sæpè redire intelligatur. Actiuam quoque & contemplatiuam vitam significãti quas ita debet exercere prælatus, vt exemplo Mosi nunc in mon-

tem ascendat, & ibi philosophetur cum Domino: & nunc ad castra descendat, & ibi necessitatibus prouideat populorum, prouisurus attentius, vt cùm sæpè se dederit aliis, interdum se sibi restituat: quatenùs & cum Martha circa frequens ministerium satagat: & cũ Maria verba audiat Saluatoris. extrà de renun. nisi. ad fin. lxxxviij. distinctione decreuit. Vtraque tamen linea grauat inferius: quia corpus, *Sapiẽ.10* quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrenâ inhabitatio sensum multa cogitantem. † Pallium duplex est in sinistra, sicut & rationale, sed simplex in dextra: quia vita præsens, quæ per sinistrâ accipitur, multis est subiecta molestiis, & in ea duplicitate carere non possumus: quia nunc prosperis extollimur, nunc aduersis frangimur, nunc terrena petimus, nunc cœlestibus adhæremus, nunc carni, nunc menti seruimus, sed vita futura, quæ per dextram significatur, in vna *Luc.10* semper est collecta quiete, quod veritas ipsa designauit cum intulit: Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima. Porrò vnum est necessarium: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. † Rursus pallium duplex est in sinistra, quatenus ad tollendas vitæ præsentis molestias prælatus fortis existat: simplex in dextra, quatenùs ad obtinendam vitæ futuræ quielem toto suspiret affectu, *Psal.25* iuxta verbum Psalmistæ dicentis: Vnam petij à Domino: hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Illic enim nulla est duplicitas, siue ruga: sed prosperitas sine aduersitate, gaudiũ sine tristitia, & fœlicitas sine miseria. † Quatuor Cruces purpureæ, sunt quatuor virtutes politicæ, scilicet iustitia, fortitudo, temperantia, & prudentia: quæ nisi in Crucis Christi sanguine purpurétur, falsum sibi nomen virtutis vsurpãt: & ad veram beatitudinis gloriam non perducunt. *Matth.5* Vnde Dominus inquit Apostolis: Nisi abundauerit iustitia vestra, plusquàm Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Hæc est purpura regis tincta canalibus, quam Salomon commemorat in Canticis canticorum. Is ergo qui *Cantic.7* pallij gloria decoratur, si cupit esse, quod dicitur in anteriori parte debet habere iustitiam, vt reddat vnicuique, quod suum est: prudentiam in posteriori, vt caueat, quod cuique nociuum est: fortitudinem à sinistris, vt cum aduersa non deprimant, temperantiam à dextris, vt cum prospera non extollant † Tres autem acus in pallio infigunturi scilicet ante pectus, & super sinistrum humerum, & post tergum: non ad pungendum, id est non propter huius vitæ punctiones, sed ad planetam palliumque iungendum sunt inuentæ. Vnde quædam ansulæ antiquitus in planetis positæ erant: quibus acus inserebantur, & pallium simul cum planeta firmabant, ne à suo loco palliũ mouereretur. Possumus tamen per tres acus, fidem, spem, & charitatem intelligere: sine quibus pallium ab Episcopo ritè teneri non potest. Rursus tres acus, compassionem proximi, administrationem officij, distinctionemque iudicij significant: quarum prima pungit animam per dolorem,

rem, secunda per laborem, tertia per terrorem. Prima pungebat Apostolum, cùm dicebat: Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? quis scandalizatur, & ego nõ vror? extrà de renunt. nisi. Secunda, cum aiebat: *2.Cor.2* præter illa, quæ extrinsecùs sunt, instantia mea quotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum. Tertia pungebat Iob dicentem: Si iustus vix saluabitur, impius & peccator, vbi apparebunt? Super dextrum *2.Pet.4* humerum nõ infigitur acus, quoniam in æterna quiete nullus est afflictionis aculeus, nullus stimulus punctionis. Absterget enim Deus *Apoc.21* omnem lacrymam ab oculis Sanctorum, mors vltrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltrà, quæ prioa abierunt. 10 † Acus verò aurea esse debet: sed inferius est acuta, & superius rotunda, lapidem cõtinens pretiosum, quia nimirum bonus pastor propter curam ouium in terris affligitur sed in cœlis coronabitur, vbi illam pretiosam margaritam habebit, de qua Dominus inquit in euãgelio. Simile est regnum cœlorum homini negotiatori quærenti bo- *Matt.13* nas margaritas, inuenta vna pretiosa margarita, vendidit omnia sua 11 & comparauit eam. In pallio & cum ipso conferatur pontificalis officij plenitudo. † Hinc est quòd antè, quàm metropolitanus pallio decoretur, non debet concilium conuocare, chrisma conficere, clericos in sua prouincia ordinare, pontifices consecrare, vel Ecclesias dedicare, nec se archiepiscopum nominare. extrà de elect. quòd sicut. in fi. de post. bonæ. ij. ad fin. Aiunt tamen quidam, quòd extra prouinciam suam inuitatus posset ordines tanquam simplex episcopus sine pallio celebrare. Sunt etiam, qui dicunt, quòd episcopus etiam si sit talis, quòd pallio vtatur, non potest dare licentiam alicui no archiepiscopo vtendi pallio, in diœcesi sua, nisi dictus episcopus palliatus exemptus existat: nec etiam archiepiscopus in prouincia sua, nisi fortè inuitatus priuilegium habeat, quòd possit vti pallio extra suam prouinciam si fuerit inuitatus. Sed hæc potiùs iuris, & rigoris sunt quàm 11 curialitatis: neque subtiliter intuenti aliud videtur in episcopo palliato exempto, quàm in non exempto. † Sed vnus metropolitanus non potest cum alterius pallio celebrare: neque pari ratione sæpeliri, sed cum proprio tantùm. extra de vsu pallij. ad hoc. Palliatus tamen ad aliam Ecclesiam translatus, cum pallio secundo loco sibi concesso sæpelitur. Item palliatus ad aliam translatus Ecclesiam, nõ potest ibi, vti pallio in prima Ecclesia obtento, quia non solùm datur contemplatione personæ, verũetiam loci. extrà de postu. bonæ. ij. ad fi. Hinc est, quòd non potest vti eo extra prouinciam sibi decretam. extrà de vsu pallij. cùm nuper. & c. ex tuarum. Sed & si quis renũtiet archiepiscopatui, nequit vlterius pallio vti. extra de renunt. ca. ad supplicationem. Nec etiam potest quis pallio, nisi intra ecclesiam & in diuinis officiis vti. Vnde si fortè processionaliter, vel ad prædicandum, vel aliquod huiusmodi cum Ecclesiam exire contigerit, cùm pallio non exbit. extrà eod. c. j. dist. pallium. & cap. semper. Siquidem regulariter

vsus pallij † interdicitur, nisi in sollennibus diebus, & qui in cuiuscũ- 13
que Ecclesiæ priuilegiis continetur. extrà c. penul. & vlt. putà in festi-
uitatibus natalis Domini, sancti Stephani, sancti Ioan. Circunciſio-
nis, epiphaniæ, ramis palmarum, cœnæ Domini, sabbati sancti, in tri-
bus diebus Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, sancti Io. Bapti-
stæ, omnium Apostolorum, in quatuor festiuitatibus beatæ Mariæ, &
sancti Michaëlis, & omnium sanctorum, sancti Martini, qui par est
Apostolis, in festiuitatibus principalibus Ecclesiæ pallio decoratæ, in
dedicationibus Ecclesiarum, consecrationibus episcoporum, ordina-
tionibus clericorum, & anniuersario consecrationis palliati. de cõse-
dist. 1. c. potrò. Quidam etiam addunt dies dominicas, quę ad resurre-
ctionem pertinent, quod tamen in vsu non est. Posset etiã dici, quòd
vbicunq; in sua prouincia corpus alicuius sancti quieſcit, metropoli-
tanus in festo eiusdẽ sancti, & etiã in principali festo cuiusliber loci
suæ prouinciæ, ad locum illum declinans poterit pallio & sandaliis
vti. In exequiis verò defunctorum, vel in benedictionibus nubentiũ
vti non licet, nisi hoc in priuilegio contineatur expressum. extra eo. c.
fi. Episcopus Hosti. qui Papam consecrat, pallio vtitur ex institutiõe
Marci papæ, & etiam quidam episcopi ex priuilegio speciali, vt Ani-
cen. & quinque Eccien. extrà de præsum. cùm in iuuentute. Postremò 14
sciendum est, quòd Rom. † pontifices, qui beatum Sylueſtrum præce-
serunt, depinguntur tãquam gerentes lineas pallij circa humeros in-
uolutas, nam legalis sacerdos dum sacrificabat, summitates balthei,
super humeros reflectebat, in quo significatur quòd illorum iurisdi-
ctio & potestas per pallium significata, inuoluta, & implicata non li-
bera fuit. Ipse verò & eius successores liberam & explicatam habue-
runt, quare lineæ ipsæ in eis explicatæ & extensæ, antè & retro depẽ-
dentes depinguntur. Potest etiam dici, quòd lineæ ipsæ quæ (vt præ-
missum est) sollicitudines & curas significant: ideò à tempore Sylue-
stri Papæ explicatæ dependent, propter concessa sibi & successoribus
temporalia, quæ absq; sollicitudine & cura nequeunt possideri. xcvj.
dist. Constantinus. Denique Bruno dixit, quòd summus pontifex prę-
ter præmissa ornamenta, & regnum portat, & purpura vtitur, prou
sub tit. de mitra dictum est, non pro significatione, sed quia Cõstan
tinus imperator olim beato Sylueſtro omnia Ro. imperij insignia tr
didit in prædicto. c. Cõstãtinus. Vnde & in magnis processionibus
mnis ille apparatus Ro. Pontifici exhibetur, quæ quondam Imper
toribus fieri solebat, & cũ diademate imperiali Papa ipse coronatu

SVMMARIVM.

1 *Coloribus quot, & quibus vtatur Ecclesia.*
2 *Indumentis albis, quibus diebus vtatur Ecclesia.*
3 *Indumentis albis vtendum in consecratione Ecclesiæ, etiam quocunq;*
die celebretur.

4 *Paramentis rubeis, quando sit vtendum.*
5 *Martyrium præfertur virginitati.*
6 *Paramentis nigris quando sit vtendum.*
7 *Paramentis viridibus quando sit locus.*
8 *Colores mixti omnes, ad quatuor genera referuntur.*
9 *Paramenta violacea, quo tempore adhibeantur. & num. 10.*

De quatuor coloribus, quibus Ecclesia in ecclesiasticis vtitur indumentis.

CAP. XVIII.

1 QVatuor † sunt principales colores, quibus secundum proprieta-
tes dierum, sacras vestes Ecclesia distinguit: albus, rubeus, niger,
& viridis. Nam & in legalibus indumentis quatuor colores fuisse le-
guntur: byssus, purpura, iacinthus, & coccus, de quibus in 5. c. titul. di-
cetur Ecclesia etiam Rom. violaceo & croceo colore vtitur, vt infra
2 dicetur. Albis † indumentis vtendum est in festiuitatibus sanctorum
confessorum, virginum, qui martyres non sunt, propter integritatem
& innocentiam. Nam candidi facti sunt Nazarei eius. Tre. iiij. Et am- *Iob. 38*
bulabunt mecum in albis: virgines enim sunt, & sequuntur agnum,
quocumque ierit. Apocal. iij. Propter eandem causam, vtendum est al-
bis in solennitatibus angelorum, de quorum nitore Dominus loqui-
tur ad luciferum: Vbi eras, cùm me laudarent astra matutina? Item in
omnibus festis Dei, sanctæ genitricis Mariæ, in festo omnium san-
ctorum: quidam tamen tunc rubeis vtuntur, vt infra dicetur, in prin-
cipali festo sancti Ioannis euangelistæ, in conuersione sancti Pauli, in
Cathedra Petri. De his etiam infrà dicetur, item à vigilia natiuitatis
Domini, vsque ad octauam Epiphaniæ inclusiuè, vt dicetur in procę-
mio septimæ partis, exceptis festiuitatibus martyrum intermediis. In
natiuitate Saluatoris, & etiam præcursoris: quoniam vterque natus
est mundus, id est, carens originali peccato. Ascendit enim Dominus *Esaiæ 19*
nubem leuem, id est, assumpsit carnem à peccatis immunem, & intra-
uit Aegyptum, id est, venit in mundum, iuxta illud quòd angelus in-
quit ad Virginem: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissi- *Luc. 1*
mi obumbrabit tibi, &c. Ioannes autem etsi fuerit in peccato conce- *Hiere. 1*
ptus, fuit tamen in vtero sanctificatus, secundum illud propheticum: *Luc. 2*
Antequam exires de vulua, sanctificaui te. Et angelus inquit ad Zacha- *Matth. 2*
riam: Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. Item in
Epiphania propter splendorem stellæ, quæ Magos duxit, secundum *Esa. 60*
illud propheticum: Ambulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in *Luc. 2.*
splendore ortus tui. In ὑπαπάντῃ propter puritatem Mariæ, quæ iuxta *Ioan. 3*
canticum Symeonis obtulit lumen ad reuelationem Gentium, &c. In
cœna Domini, propter cõfectionẽ chrismatis, quod ad mundationem

animæ consecratur. Nam & euangelica lectio munditiam principaliter in illa solennitate commendat: qui lotus est, inquit non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Et iterum si non lauero te, non habebis partem mecum. Item in sabbato sancto in officio missæ vsque
Marc.16 ad octauam ascensionis incluſiue quandocumque officium de tempo-
Mar. 16 re agitur, præter dies rogationum. & præterquam in festis martyrum intermediis, prout infra dicetur. In resurrectione, propter angelum testem resurrectionis nuntium qui apparuit stola candida coopertus, de quo dicit Matthæus, quòd erat aspectus eius, sicut fulgur, & vestimenta eius sicut nix: & quia pueri tunc renati albas habent vestes. In ascen-
Act.1 sione propter nubem lucidam, in qua Christus ascendit. Nam & duo viri astiterunt, iuxta illum in vestibus albis, qui & dixerunt. Viri Galilæi, quid hic statis, &c. † Illud autem notandum est, quod licet in consecratione pontificis talibus sit indumentis vtendum, qualia secundum Dei proprietatem conueniunt, in dedicatione tamen Ecclesiæ semper est vtendum albis quocumque dierum dedicatio celebretur: quoniam in consecratione pontificis cantatur missa de die: sed in dedicatione basilicæ, de dedicatione missa cantatur. Nam & Ecclesia virgineo no-
1. Cor.10 mine nuncupatur, iuxta illud Apostoli: Despondi enim vos vni viro,
Cantic.4 virginem castam exhibere Christo. De qua sponsus ait in Cãticis: To-
Eccle.9 ta pulchra es amica mea & macula non est in te: veni de libano, &c. Ipse tamen, qui consecratur debet esse albis ornatus: ad notandum, quod omni tempore vestimenta eius debent esse candida, id est vita eius immaculata. Item, per octauas prædictorum festorum, octauas habentium vtendum est colore albo, quando de ipsius agitur octaua. Rubeis autem † vtendum est indumentis in solennitatibus Apostolorum, euãgelistarum, & martyrum, propter sanguinem passionis, quem pro Christo fuderunt. Nam ipsi sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, &c. Apoc. vij. Præter, quam in festo Innocentium, vt iam dicetur. Item in festo Crucis, in qua Christus sanguinem fudit pro nobis.
Esa. 61 Vnde propheta: Quare rubeum est indumentum tuum, sicut calcantium in torculari. Sed secundum alios, melius est tunc albis vti, quoniam non passionis, sed inuentionis vel exaltationis est festum. Item
Act.2 à vigilia pentecostes in missa, vsque ad sabbatum post ipsum festum
Tren.1 incluſiue, & hæc propter Spiritus sancti feruorem, qui super Apostolos in igneis linguis apparuit. Nam apparuerunt illis dispertitæ linguæ tamquam ignis, &c. Vnde propheta: De cœlo misit ignem in ossibus meis. Licet autem in Apostolorum Petri & Pauli martyrio rubeis vtendũ, in cõuersione tamẽ Pauli & in cathedra Petri vtendũ est albis, sicut & licet in natiuitate sancti Io. Baptistæ sit albis vtendũ in decollatione tamen ipsius vtendum est rubeis. Cùm autem illius festiuitas † celebratur, qui simul est martyr & virgo, martyrium virginitati præfertur: quia signum est perfectissimæ charitatis, iuxta quod veritas
Ioan.15 ait: Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam suã ponat

ponat pro amicis suis. Quapropter & in omni commemoratione sanctorum quidã rubeis indumentis vtuntur, alij verò, vt ecclesia Romana candidis, cùm non tamen in eadem, sed de eadem solennitate dicat ecclesia, quòd sancti secundum Apocal. Io. Stabunt in conspectu *Apoca. 7* agni amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum. Hinc sponsa dicit in Canticis: Dilectus meus candidus, & rubicundus electus ex mi- *Cant. 5* libus, cãdidus in confessoribus, & in virginibus, rubicundus in martyribus, ac Apostolis. Hi siquidem & illi sunt flores rosarum, & lilia cõ- *Cantic.2* uallium. Rursus, qui in festo omnium sanctorum rubeis vtuntur, ex eo mouentur, quia festum illud primò in honorem martyrum tantùm institutum fuit. Sed responderi potest, quòd imò etiam in honorem beatæ Virginis, & hodie ex institutione Greg. vij. festat ecclesia die illa, etiam pro cõfessoribus, & virginibus, prout in vij. parte sub isto festo dicetur. Item per octauas præmissorũ festorũ octauas habentium,
6 vtendum est colore rubeo quando agitur de octaua. † Nigris vtendum est, feria sexta in parasceue, & in diebus afflictionis & abstinentiæ pro peccatis, & etiam in rogationibus, sicut sub illo tractatu, in sexta parte dicetur, & in processionibus, quas Romanus Pontifex nudis pedibus facit, & in missis pro defunctis, & ab aduentu vsque ad vigiliam natiuitatis, & à septuagesima vsque ad sabbatũ paschæ. Sponsa quippè dicit in Canticis: Nigra sum sed formosa, filia Hierusalem *Cantic. 1* sicut tabernacula Cedar: sicut pellis Salomonis, nolite me cõsiderare, quòd fusca sim: quia decolorauit me sol. In festo autem sanctorũ Innocentium quidam nigris, alij verò rubeis indumentis vtendum esse *Hiere. 3* contenduntː illi propter tristitiam, quia vox in Rhama audita est, plo- *& 31* ratus, & vlulatus multus, Rachel plorans filios suos, &c. Nã & propter *Matth.2* eandẽ causam cãtica lætitiæ subticẽtur, & sine aurifrisio mitra defer- *Apoc.6* tur: isti, propter martyrium, quod principaliter commemorans, inquit Ecclesia: Sub throno Dei sancti omnes clamant: Vindica sanguinem nostrum, cui effusus est Domine Deus noster. Sicut & in Lætare Hierusalem, propter lætitiam, quam aurea rosa designat, Roma. pontifex portat mitram aurifrisio insignitam: sed propter abstinentiam, nigris vtitur indumentis. Sed ecclesia Ro. tunc vtitur violaceo colore, quan-
7 do illud occurrit extra dominicam, sed in octaua rubeo. † Restat ergo, quòd in diebus ferialibus & communibus viridibus sit indumentis vtendum: quia viridis color medius est inter albedinem & nigredinem, & ruborem: & specialiter inter octauam Epiphaniæ, & inter septuagesimam, & inter Pentecosten & aduentum, quando dominicale agitur officium, hic color exprimitur, vbi dicitur: Cipri cũ nardo, nar- *Cantic.3*
8 dus & crocus. Ad hos † quatuor colores cæteri referuntur, scilicet ad rubeum colorem coccineus, ad nigrum violaceus, qui aliter coccus vocatur, ad album byssinus, ad viridem croceus. quamquam nonnulli rosas ad martyres, crocum ad confessores, & liliũ ad virgines referãt.
9 De coloribus etiã in fine sequentis tractatus dicetur. Violaceo † autẽ

colore

colore vti,in diebus, quibus est vsus nigri coloris, non est inconueniens.Vnde ecclesia Ro. vtitur colore violaceo à prima dominica aduentus vsque ad missam vigiliæ natiuitatis Domini inclusiuè,& à septuagesima vsque ad officium vigiliæ paschæ exclusiuè. Quandoque in prædictis temporibus officium de tempore agitur, exceptis quinta feria cœnæ Domini, & sexta feria in parasceue.In festiuitatibus verò sanctorum, quæ in septuagesima & in aduentu occurrunt, non est nigris vel violaceis vtendum. Et est intelligendum, quòd in sabbato sancto in toto officio, quod agitur ante missam,vtendum est violaceo colore, hoc excepto quòd diaconus,qui benedicit cereum dalmatica, & subdiaconus ministrans indutus tunicella, albis vtuntur:quia benedictio illa sicut & missa ad resurrectionem pertinet. Sed benedictione cerei expleta, diaconus remota dalmatica,assumit planetam violacei coloris,& tenet eam vsque dum inchoatur officium missæ:subdiaconus verò non mutat vestes.Quidam etiam in dominica ramis palmarum vtuntur albis in processione,& in ramorũ benedictione, dum legitur Euangelium, & dum cantatur:Gloria laus, propter lætitiam festiuitatis Christo sanctæ,quæ in præmissis commemoratur:sed Ecclesia Romana tunc semper vtitur violaceo colore,& in processione quæ fit in purificatione, ante missam, pro eo, quòd officium illud est de anxia expectatione Simeonis,& sapit vetus Testamentũ.Vtitur etiam ecclesia Romana † violaceo colore in quatuor tẽporibus septembris & in vigiliis sanctorum : in quibus est ieiunium quando missa est de vigilia Et in diebus rogationum, & in missa,quæ dicitur in die sancti Marci.de officio litaniæ,cùm enim ieiunamus,carnem nostram crucifigentes,maceramus,vt sic facta liuida Christi liuoribus confirmetur, cuius liuore sanati sumus. Ad quod designandum tunc colore violaceo vtimur,qui pallidus & quasi liuidus est. Cæterùm,velamina trium colorum ponuntur in altari,in festo paschali,prout dictum est in parte prima sub tractatu de picturis,&c.

SVMMARIVM.

1 *Indumenta quatuor, secundum legem Mosaicam.*
2 *Indumenta quatuor,propria legalis Pontificis,eorúmque compositio,textura & forma:& per discursum.num.3.4. & 5.*
6 *Vestimentorum legalium significatio,iuxta allegoriam.*
7 *Vestimentorum legalium significatio, secundum tropologiam : primò de fœminalibus.*
8 *Linea sacerdotis,quid notaret.*
9 *Baltheus sacerdotis,quid signaret.*
10 *Tunica talaris sacerdotis.*
11 *Ephod superhumerale sacerdotis,& eius compositio,atque significatio.*
12 *Rationale sexto loco adsumebat sacerdos legalis, & qua significatione, simul de eius compositione.*

13 *Charitas*

13 *Charitas summa virtutum.*
14 *Rationalis loco,quid hodie successit.*
15 *Tiara siue cidaris, supremum capitis ornamentum legale,quod pontifex vltimò adsumebat, & eius significatio.*
16 *Domini nomen est, τετραγράμματον.*
17 *Indumenta legalia,ex quo fabricata.*
18 *Pontifex Maximus, cur exteriùs cappam rubeam gerat, & cuius concessione possit gerere chlamydem purpuream, & coccineam tunicam atque imperialia ornamenta omnia.num.19.*

De indumentis legalibus, seu veteris Testamenti.

CAP. XIX.

QVoniam minùs plenè rem significatam,humana fragilitas apprehendit,si penitùs rem significantem ignoret, idcircò de indumentis legalibus ad huius cæcitatis ignorantiam propellendam, primò secundum historiam,secundò secundum allegoriam,tertiò verò, secun-
1 dum tropologiam aliqua dicemus.† Primò igitur secundum historiam notandum est, quòd quatuor erant indumenta secundum Mosaicam legem, tam minoribus sacerdotibus quam principi sacerdotum communia,de quibus legitur Exod.xxviij.c. Primum dicebatur manascas, quòd Græcè περισώματα vel περισκελῆ. Latinè verò fœminalia linea dici potest, de byssò retorta contextum quo vtebantur, pro eo quod legitur in Exod.xx.c.in fine: Non ascendes ad altare meum,per gradus, ne reueletur turpitudo tua, & Ezech. xliij. Fœminalia linea erunt in lumbis eorum. Secundum carhemone, siue linea,quod nos subuculam vel albam, sed Moses abaneth appellauit. Hebræi verò discedentes à Babyloniis,emissaneam vocauerunt,erátque byssinum & duplex.Tertium baltheus,id est,zona,vel cingulum circa latus, quasi digitis quatuor sic reticulatus vt quasi pellis viperea videretur,contextum de byssо,cocco,purpura,& iacintho:per quę quatuor elementa significantur. Quartum est tiara,quod Hebræi,namphie,nos autem infulam vel mi-
2 tram appellamus à cidari pontificali in plurimum differens: quasi formam rotundæ cassidis repræsentans. Super hæc quatuor communia† quatuor propriis indumentis pontifex vtebatur. Primum erat tunica iacinthina, quam Hebræus dicit vethit : Græcè dicitur ποδήρης Latinè talaris, quæ habebat pro fimbriis malogranata cum octuaginta tintinabulis aureis interscalari modo disposita, vt audiretur sonus cùm
3 pontifex ingrederetur sanctuarium ne fortè moreretur. Secundum† erat,Ephod,id est,superhumerale, de quatuor prædictis coloribus,auróque contextum, sine manicis, admodum collobij,habens aperturam in pectore quandam, ad magnitudinem palmi, in qua κεγχὶς eiusdem mensuræ inserebatur. In cuius parte superiori videlicet super humeros infibulati erant auro duo lapides onichini, quibus duodecim nomina filiorum

filiorum Israël erant insculpta: sex in vno & sex in altero. Quod autem Samuel & Dauid induti leguntur Ephod, illud erat lineum & propriè quidem Ephotar, dicebatur † Tertium Hebraicè dicebatur heen, Græcè λογίον Latinè verò rationale vocatur, quod pontifex ferebat in pectore. Dictum est autem rationale iudicij, quia ibi erant lapides, in quorum splendore sibi Deum esse propitium cognoscebant. Erat autem rationale quadrangulum duplex in modum vnius palmi: de quatuor prædictis coloribus, auróque contextum habens duodecim lapides per quatuor ordines. In primò sardium topazium & smaragdum. In secundo, carbunculum, saphirum & iaspidem. In tertio ligurium, achatem, & amestitum. In quarto chrysolitum, onichinum, & berillum: in quibus erant scripta duodecim nomina filiorum Israël, in singulis singula, iuxta ordinem suæ natiuitatis. Erant etiam in eo scripta hæc duo nomina Purin & Thiamin, id est, veritas & disciplina. Inserebatur autem λογίον superhumerali à parte superiori, per duos annulos, & duas catenulas aureas, immissas duobus vncinis, qui sub duobus prædictis onichinis & superhumerali continebantur infixi: ab inferiori verò parte per duos annulos aureos, cum duabus iunctu ris siue catenis iacinthinis colligabatur Ephod. † Quartum & vltimum erat capitis ornamentum, videlicet, tiara seu cidaris in acutum procedens, habens circulum aureum, cum malo grauatis & floribus, ex qua supra frontem pendebat aurea lamina, quam petalum dicunt, ad modum lunæ dimidiæ, in qua scriptum erat, Anoth adonay, id est, sanctum nomẽ Domini τετραγράμματον, id est, quatuor literarum, vt infra dicetur. Ne verò cum mouebatur pontifex, moueretur & lamina, ligabatur vitta seu iunctura iacinthina perspicua, quæ summitates posterius diffundebat. Noster ergo pontifex pro fœminalibus habet sandalia, pro linea, alba, pro baltheo, cingulum, pro ποδήρης, tunicam, pro Ephod, amictum vel stolam, pro λογίον pallium, pro cidari seu tiara, mitram, pro lamina, crucem, & quædam ex his diuersam habeut formam ab illis secundum eandem figuram. Secundò, dicamus, de typo † dictorum legalium indumentorum secundum allegoriam. Sanè, his vestibus ornatus pontifex totius orbis præferebat imaginem. Fœminalia namque byssina, terram congruè figurabant: quia byssus de terra procedit. Est enim byssus linum Ægyptiacum. Balthei cum vittis & vasculis, circunuolutione Oceani designabant. Tunica iacinthina ipso colore aëra præferebat. Per tintinnabula, sonitus tonitruorum. Per malogranata, coruscationes fulgurum signabantur. Quatuor minoris sacerdotis, & quatuor summi pontificis indumenta, quatuor microcosmi, & quatuor macrocosmi, partes ipso numero designabant, id est quatuor humeros & quatuor elementa. Ephod, sui varietate cœlum sydereum ostendebat. Quod autem aurum erat intextum coloribus, figurabat quòd calor vitalis penetrat vniuersa: duo lapides onichini, solem & lunam, vel duo hemisphæria designabant. In rationali verò xij. gemmæ pectorales xij. signa in zodiaco præter-

ferebant. Rationale quidem erat in medio, quia ratione plena sunt vniuersa terrena, cœlestibúsque hærent: imò ratio terrenorum, & temporum caloris, & frigoris, & duplex inter vtrunque temperies, de cœli cursu & ratione descendit: Per annulos, catenulas, & vncinos, elementorum, humorum, & temporum colligamenta significabantur. Cidaris, cœlum empyræum, lamina superposita, Deum præfigurabat omnibus præsidentem. Hanc quidem allegoriam libri Sapientiæ confirmat auctoritas dicens: In veste enim ponderis quam habebat, totus erat orbis terrarum, & parentum magnaliæ, in quatuor lapidum ordinibus exaratæ sculptæ, & magnificentia tua in diademate capitis illius erat scripta. Sapiẽ. 18

7 Tertiò subiicienda † est expositio indumentorum legalium, secundum tropologiam. His siquidem indumentis legalis sacerdos hoc ordine induebatur. Lotis namque priùs manibus, & pedibus priùs inducbat manastasin, id est, fœminalia, significans quòd sacerdos mundatis operibus, & affectibus, lachrymis pœnitentiæ, debet assumere continentiam, vt offerat hostiam immaculatam, sanctam, Deo placentem, Rom. xij. Noster tamen pontifex, quia iugem debet habere continentiam non induit in sacrificio fœminalia, sed sandalia: ac si dicatur: Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Ioan. xiij. Psal. 14

Per manus enim opera designantur, secundum illud: Benedictus Dominus Deus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Per pedes, significantur affectus, secundum illud: Excutite pulueres de pedibus vestris. Et est notandum, quòd ipsemet sacerdos sibi fœminalia induebat, per quæ virginalis continentia significabatur, quam quoniam res est consilij non præcepti. xxviij. quæst. j. sicut enim. xxxiij. quæst. v. qui sitit. ideò ipsemet sibi imponebat, iuxta illud Apostoli ad Corint. De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do. Et Dominus in Euangelio: Qui potest capere, capiat. Hoc indumentum alternatim induebant sacerdotes, quorum ad iugem continentiam non ita tenebantur, sicut ministri noui Test. ideóque secundum quosdam huic indumento nullum hodie respondet. Secundò 8 induebat † cathemonen, id est, lineam, significans, quod sacerdos debet induere innocentiam, vt quod sibi non vult fieri, alij ne faciat. Linum enim propter candorem significat innocentiam secundum illud: 9 Omni tempore vestimenta tua sint candida. † Tertiò cingebat se baltheo, significans castitatem, quo circa lumbos debet accingi vt restringat carnis concupiscentiam. Vnde veritas ait: Sint lumbi vestri præcincti, &c. Baltheum autem, quod contextum erat ex quatuor (prout superiùs dictum est) significabat, quòd omnes motus surgentes ex quatuor humoribus siue ex quatuor elementis debet refrænare. Salomon: Et cingulum tradidit Cananeo. Esa. Erit iustitia, cingulum lumborum eius. Per iustitiam enim refrænantur huiusmodi motus bestiales. Pendebant autem vsque ad pedes, quia vsque ad finem vitæ debebat esse 10 mũdus. † Quartò induebat tunicam ποδήρη id est, talarem, significans, quòd

Ecclesi. 9

Luc. 12

Prouer. 31

Esai. 9

quòd pontifex debet induere perſeuerantiam, quia qui perſeuerauerit
vſque in fin. hic ſaluus erat. Per talum enim, id eſt, per extremitatem,
Matt. 10 perſeuerantia deſignatur ſecundùm illud: Ipſa conteret caput tuum, &
Geneſ.3 tu in ſi.ca. eius. Dependebant autem pro fimbriis malogranata [& cum
tintinabulis aureis. Per malogranatum intelligitur operatio. Per tinti-
nabulum aureum, accipitur prædicatio. Quæ duo debent in ſacerdote
coniungi, ne ſine illis ingrediens ſanctuarium, in conſpectu Domini
moriatur. Cœpit enim Ieſus facere, & docere, ſacerdotibus relinquens
exemplum, vt ſequantur veſtigia eius, qui peccatum non fecit, vt ſit
honeſtas in conuerſatione: nec inuentus eſt dolus in ore eius, vt ſit
Act. 1 veritas in prædicatione. Per tintinabula quoque intelligitur vox præ-
1. Petr. 2 dicatoris, ne videlicet ſacerdos per ſilentium iudicium ſuperni inſpe-
ctoris offendat. Per malogranata, exemplum bonæ vitæ vel voluntas
martyrij: quia huiuſmodi granis reficiuntur infirmi. Sacerdos enim
ſecundùm Gregorium. xliij. diſtinctione, ſit rector. ingrediens mori-
tur, vel egrediens moritur, ſi de eo ſonitus non audiatur: quia iram
circa ſe occulti iudicis exigit, ſi ſine prædicationis ſonitu incedit. Apti
ergo tintinabula veſtimenti illius deſcribuntur inſerta. Per veſtimen-
Pſal.131 ta etenim ſacerdotis quid aliud, quam recta opera recipere debemus
iuxta illud Prophetæ: Sacerdotes tui induantur iuſtitiam. Veſtimen-
tis itaque illius tintinabula inhærent, vt vitæ viam cùm linguæ ſonan-
tu ipſa quoque ſacerdotis opera clament. Iterum tintinabulis malum
punicum coniungitur. Quid per mala punica niſi fidei vnitas deſigna-
tur? Nam ſicut in malo punico vno, exterius cortice, multa interius
grana videntur, ſic innumeros ſanctæ Eccleſiæ populos vnitas fidei
Luc.21 contegit, quos intus diuerſitas meritorum tenet. Quintò induebat E-
phod, id eſt ſuperhumerale, ſignificans † quòd pontifex debet indue-
Gen.49 re patientiam, vt in patientia ſua poſſideat animam ſuam. Humeri
enim onera portamus, ſecundum illud: Superpoſuit humerum ſuum
ad ſupportandum, & factus eſt tributis ſeruiens. Habebat autem duas
horas coniunctas in vtroque latere ſummitatum, ſignificans quòd pon-
tifex debet habere arma iuſtitiæ à dextris, & à ſiniſtris, vt non erigen-
3. Cor.6 tur proſperis, nec deprimatur aduerſis. Habebat & duos lapides ony-
chinos inſertos humeris, in quibus ſculpta erant xij nomina filiorum
Iſraël, ſex in vno, & ſex in alio. Per duos onichinos, ſignificantur ve-
ritas, & ſynceritas: veritas per claritatem, ſynceritas, per ſoliditatem. Per
filios Iſraël, ſignificantur ſancta deſideria, & iuſta opera, ſecundum
Geneſ.2 illud: Maledictus homo, qui non reliquerit ſemen in Iſraël. Per ſena-
rium ſignificatur perfectio, eò quòd Dominus ſexto die perfecit cœ-
lum & terram & omnem ornatum eorum: quod ergo ſex nomina filio-
rum Iſraël ſculpta erant ſex in vno lapide, & ſex in alio, ſignificabat,
Cor.5 quòd deſideria ſacerdotis, & opera confici debent non in fermento
malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis, vt ſyncera-
tas informet intentionem, & veritas finem. Gregor. ait in Paſtorali. xiij.
c. quòd

ca. quòd ſuperhumerale ex auro, iacintho, purpura, coccoque bis tin-
cto & byſſo retorta fieri præcipitur, vt quanta ſacerdos clareſcere vir-
tutum diuerſitate debeat demonſtretur. In ſacerdotis quippè habitu,
ante omnia aurum fulget vt in eo intellectus ſapientiæ principaliter
eniteat. Cui iacinthus aëreo colore ſplendens, adiungitur, vt omne
per quod intelligendo penetrat, non ad fauores infirmos, ſed ad a-
morem cœleſtium ſurgat: ne dum ſuis incautis laudibus capitur, ip-
ſo etiam veritatis intellectu euacuetur. Auro quidem, & iacintho
purpura permiſcetur, vt ſacerdotale cor cum ſumma quæ prædicat
ſperet, in ſemetipſo ſuggeſtiones vitiorum reprimat, eiſque velut ex
regia poteſtate contradicat: auro autem, iacintho, byſſo, ac purpura,
bis tinctus coccus adiungitur, vt ante interni iudicis oculos, omnium
virtutum bona ex charitate decorentur, & cuncta quæ coram homi-
nibus rutilant, hæc in conſpectu oculis iudicis flamma intimi amoris
accendat, quæ ſcilicet charitas, quia Deum ſimul & proximum dili-
git, quaſi ex duplici tinctura, fulgeſcit. Sed cùm mens ad charitatis
præcepta tendit, reſtat, vt per abſtinentiam caro macereturur. Vnde in
tincto cocco, torta byſſus adiungitur. De terra enim byſſus nitenti
ſpecie oritur. Et quid per byſſum, niſi candens decore munditiæ cor-
poralis caſtitas deſignatur, quæ videlicet torta pulchritudini ſuper-
humeralis innectitur: quia tunc caſtimonia ad perfectum munditiæ
candorem ducitur, cùm per abſtinentiam caro fatigatur. Cumque in-
ter virtutes cæteras etiam afflictæ carnis meritum proficit, quaſi in
diuerſa ſuper humeralis ſpecie byſſus torta candeſcit. Sextò indue-
12 bat † λογιον, id eſt, rationale, ſignificans, quòd pontifex debet induere
diſcretionem, per quam diſcernat inter lucem & tenebras, inter dex-
tram & ſiniſtram: quia non eſt conuentio lucis ad tenebras, neque 2. Cor.4
Chriſti ad Belial. de pœ. diſtinct. j. §. hoc idem. erat autem rationale
quadrangulum ſignificans, quòd debet diſcernere inter quatuor, ſci-
licet inter verum & falſum, ne deuiet in credendis: inter bonum &
malum, ne deuiet in agendis. Erat & duplex quia debet diſcernere
pro duobus, pro ſe videlicet, & populo, ne ſi cæcus cæcum duxerit,
ambo in foueam cadant. Habebat & quatuor ordines lapidum, ſigni-
ficans quòd pontifex debet habere quatuor virtutes principales: ſci-
licet iuſtitiam, fortitudinem, prudentiam, & temperantiam. In ſingu-
lis autem ordinibus habebat tres lapides, ſignificans quòd Pontifex
in primo, debet habere fidem, ſpem, & charitatem, in ſecundo, mode-
ſtiam, manſuetudinem, & benignitatem, in tertio, pacem & miſeri-
cordiam & largitatem, in quarto vigilantiam, ſollicitudinem & lon-
ganimitatem. Per lapides enim figurantur virtutes, ſecundum illud:
Si quis autem ſuperædificat ſuper fundamentum hoc, aurum & ar- 1. Cor.3
gentum, & lapides pretioſos. Habebat & duas catenulas auri puriſſi-
mi, ſibiinuicem cohærentes, quæ duobus inſerebantur vncinis, ſigni-
13 ficans † quòd Pontifex debet habere duos † charitatis affectus ad

Deum, scilicet & ad proximum, de quibus præcipitur: Diliges Deum
Matt.22 tuum, ex toto corde tuo, & proximum tuum, sicut teipsum. Sicut enim aurum præeminet vniuersis metallis, ita charitas præcellit vniuersas virtutes, de qua dicit Apostolus: Maior horum est charitas.
1.Cor.13 Duo vicini, sunt intentio & finis, quibus catenulæ inseruntur, vt tam Deum, quàm proximum diligat ex corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. tam Deum, quàm proximum ligat, propter beatitu-
1.Tim.1 dinem: Deum propter seipsum diligat, & proximum propter Deum. Portabat autem Aaron rationale iudicij, in quo descripta erant xij. nomina patriarcharum, prout dictum est in prima parte sub titu. de pictutis quod secundum Greg. in Pastorali. libr. in cap xij. bene rationale iudicij vocatur, quia rector debet subtili semper examine bona malaque discernere, & quæ vel quibus, quando, & qualiter constituat
Exod.8 studiosè cogitare: nihilque proprium querere, sed sua commoda propinquorum bona deputare. Vnde in Exod. scriptum est: Pones autem in rationali iudicij doctrinam & veritatem, quæ erunt in pectore Aaron quando ingreditur coram Domino, & gestabit iudicium filiorum Israël, & in pectore suo in conspectu Domini semper. Sacerdotem quippè iudicium filiorum Israël in pectore suo coram conspectu Domini gestare, est subiectorum causas pro sola interni iudicis intentione discutere. † Quidam autem dixerunt, quòd rationali nullum respondet hodie ornamentum: quoniam non habemus copiam lapidum pretiosorum, sed ad instar illius defert pontifex in consecratione sua textum euangelij ante pectus coram toto populo. Ibi enim scriptum erat: Doctrina, & veritas, & episcopus debet habere in corde veritatem euangelij, & in ore doctrinam, quantùm ad manifestationem: & hæc potest esse causa quare in quibusdam Ecclesiis posset Codicis Euangelici, ex auro & argento, & lapidibus pretiosis ornamentur. Est etiam & alia ratio, quia in illo rutilat aurum sapientiæ, argentum eloquentiæ, & miraculorum lapides pretiosi. xxxix. distinctos hinc etiam. Hæ sunt sponsæ murenulæ aureæ, argento vermiculatæ,
Cant.1 Septimum & supremum capitis ornamentum erat cidaris vel tiara, quàm vltimò pontifex assumebat, significans humilitatem, de qua Dominus ait Luc. xviij: Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Hanc autem gestabat in capite, significàs quòd pontifex debet gerere humilitatem in mente, exemplo capitis nostri
Matt.11 dicentis: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Per caput enim, mens intelligitur secundum illud: Vnge caput tuum, & faciem
Matth.5 tuam laua. Rursus tiara in minoribus sacerdotibus, significat continentiam quinque sensuum, in maioribus verò contemplationem: dicuntur enim esse contemplatiui. De cidari dependebat à fronte lamina aurea, significans sapientiam, vel figurabat signum crucis, quod fit in officio confirmationis, in qua scriptum erat: nomen † Domini τετραγράμματον, id est, quatuor literarum, quæ sunt: he, ioth, etb, & vau, id est,

id est, principium vitæ passionis iste, prout dictum est in proœmio secundæ partis: ac si apertius diceretur: Ille, cuius pontifex iste gerit personam, scilicet Christus est principium, id est, author vitæ: passionis, id est, vitæ restauratæ per passionem, quia mortem nostram mo-
17 riendo destruxit, & vitam nostram resurgendo, reparauit. † Erant autem hæc indumenta pro maiori parte contexta opere πολυμίτῳ, id est, Psal.44
vario propter varietatem virtutis de qua dicit Psalmographus: Astitit regina à dextris tuis, in vestitu deaurato, circundata varietate. & ex quatuor pretiosis coloribus scilicet purpura, cocco, bysso & iacintho. Per purpuram regiæ dignitatis, significatur pontificalis potestas, quæ per viam regiam debet incedere, ne declinet ad dextram, vel deuiet ad sinistram, ne liget dignos, aut soluat indignos. Per purpuram quoque aqua significatur, quia in conchis marinis habitant vermes, qui eam egerunt. Per coccum coloris ignei, significatur pontificalis doctrina, quæ sicut ignis lucere debet, & vrere, propter quod & bis tinctus fuisse narratur. Lucere quidem debet per promissionem, vt Matt.19
omnis, qui reliquerit domum, patrem, & matrem, &c. centuplum accipiet & vitam æternam possidebit. Vrere debet per communicatio- Matth.3
nem, vt omnis arbor quę non fecerit fructum bonum, excidetur, & in
18 ignem mittetur. † Hinc est quòd summus pontifex cappa rubea exteriùs semper apparet indutus, cùm interius sit indutus candida veste: quia etiam interius candere debet per innocentiam, & charitatem: & exterius rubere per compassionem, vt videlicet ostendat se semper paratam ponere animam pro ouibus suis, quia personam ge- Esa.63
rit illius, qui pro nobis vniuersis rubrum fecit indumentum suum. Ex
19 concessione verò † Constantini Imperatoris, xcvj. distinct. Constantinus. ferre potest chlamydem purpuream atque tunicam coccineam & omnia imperialia indumenta, scilicet sceptra, signa & ornamenta. Crux quocunque ierit, eum præcedit, ad significandum, magis ei Gal.6
quàm cuiquam alteri conuenire, iuxta illud Apostoli: Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini, &c. vt se crucifixum imitari debere cognoscat. Rursus coccus bis tinctus in veste pontificali est charitas, quæ quasi bis tingitur, dum dilectione Dei & proximi colora- 1.Tim.3
tur. Per byssum verò candoris eximij, significatur præclaritas famæ, quæ debet esse retorta, vt pontifex bonum habeat testimonium, secundùm Apostolum & ab his, quæ sunt intus, & ab his, quæ sunt foris. Per iacinthum, qui est coloris aëris, significa- 2.Cor.1.
tur serenitas conscientiæ, quam intra se pontifex debet habere, secundum quod dicit Apostolus: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.

LIBER QVARTVS.

SVMMARIVM.

2 Missa sacramentum, summum omnium est, atque adeò institutum à Christo.num.2.3.
4 Apostoli & pontifices Missam à Deo primùm institutam, ampliauerunt.
5 Petrus apostolus, Missamne primus celebrarit in partibus Orientibus, etiam in Antiochia, an verò Iacobus. & num. 7.
6 Celestinus Papa, Missæ introitum addidit.
8 Hæreticorum de Missæ augmento, ac cæterorum sacramentorum & institutionum Ecclesiasticorum, grauis cauillatio. & nu.9. & responsio.num.10. remissiuè.
11 Missa, omnia Christi mysteria continet.
12 Missæ officium, quot, & quibus constet.
13 Templi antiqui diuisio, & forma.
14 Sacrificiorum antiquorum significatio.
15 Propitiatorium, eiusdem longitudinis & latitudinis, cuius arca, & quid dicatur propitiatorium.
16 Sacrificia tria Missa offert.
17 Sacrificium Missæ, quod primum, & maximum.
18 Sacrificium factum à malo sacerdote, valet perinde, ac factum à bono, & quid ita.
19 Arnaldistæ sunt in ea hæresi, vt putent malos ministros non posse ministrare sacramenta, falsò id quidem & temerè.
20 Missa, quibus bonis debeat celebrari.
21 Missa, qua hora sit celebranda in quadragesima & aduentu.
22 Missas duas, cum vno, vel vnam cum duobus sacrificijs, celebrare non licet.
23 Missa sicca, quæ dicatur.
24 Missæ celebrandæ detestabilis consuetudo.
25 Missa plures, quibus diebus possint celebrari.
26 Leo Papa, eodem die nouies celebrauit.
27 Prænsus an possit conficere.
28 Missa quæ olim instituta quoquo die, & quæ hodie.num.30.
29 Angeli quota feria creati.
31 Mariæ officium, cur Sabbato fiat, & vnde hoc inductum. & nu. 32. 33. 34. 35.
36 Ecclesia, cur triplici lingua vtatur, in Missæ officio.
37 Missæ officio quot debeant interesse, ad minùs. & num. 39.
38 Angeli orantibus præsunt.
40 Missæ partes singulæ, quid notent, & quò referantur.
41 Missa in quibus locis debeat celebrari & num. 42.
43 Missa quid repræsentet, & imitetur.num.44.

45 Missæ officium, quotuplex. & nu.48.
46 Catechumenorum missa quæ sit.
47 Missa fidelium, vnde dicatur.
49 Missa vnde dicatur.
50 Missæ diuisio.

SVMMARIVM.

De Missa, & singulis, quæ in Missa aguntur.

CAP. I.

INter cuncta Ecclesiæ sacramenta, illud constat esse præcipuum, quod in Missæ officio † supra mensam * sacratissimi celebratur altaris, illud Ecclesiæ repræsentans conuiuium, in quo filio reuertenti pater occidit vitulum saginatum, panem vitæ, & vinum quod miscuit sapientia, proponens. Hoc † autem officium ipse Christus instituit, cùm nouum condidit Testamentum, disponens hæredibus suis regnum, sicut Pater suus sibi disposuit, vt super mensam eius edant, & bibant in regno, quod Ecclesia consecrauit. Cœnantibus enim illis, accepit Iesus panem, & gratias agens, benedixit ac fregit, deditque discipulis suis dicens: Accipite & comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Hac igitur institutione formati cœperunt Apostoli sacrosanctũ frequentare mysterium, propter causam, quam Christus expresserat, & formam seruantes in verbis, & materiam tenentes in rebus, sicut Apostolus Corinthiis protestatur dicens: Ego accepi à Domino, quod & tradidi vobis: quoniam Dominus Iesus, in qua nocte, &c. Igitur missæ officium cæteris diuinis officiis dignius & solennius est, ideò de illo priùs, quàm de aliis officiis est in hac iiij. parte dicendum, in qua aliquibꝰ additis & detractis speculũ Innocẽtij Papę iij. prosequamur. †Sanè (vt pręmissũ est) Missã instituit Dominus Iesus sacerdos, secundùm ordinem Melchisedech, quando panem & vinum in corpus & sanguinem suum transmutauit, dicens: Hoc est corpus meum: hic est sanguis meus, subiungens: Hoc facite in meam commemorationem. † Apostoli autem hanc Missam adauxerunt, dicentes in Missa non solùm verba præmissa, verumetiam dominicam orationem supperaddentes. Vnde † beatus Petrus sic Missam primus dicitur celebrasse in partibus Oriẽtalibus, vbi post Domini passionem quatuor annis cathedram tenuit sacerdotalẽ. Deinde verò accepit cathedrã Antiochiæ, vbi tres orationes ad Missam adiecit. In primordio ergo nascentis Ecclesiæ Missa aliter dicebatur, quàm modò, sicut in sexta parte sub tit. de parasceue dicetur. sequenti verò tempore epistola tantùm & Euangelio recitatis Missa celebratur. Subsequẽter † Cælestinus papa instituit introitũ ad Missã cantari, prout sub introitu dicetur

1 Luc. 15
4 Sapien.
2 Luc. 22
Matt. 26
1. Cor. 11
3 Matt. 26
34
6

Universidad de Deusto
Biblioteca

cetur. Cętera diuersis tēporibus ab aliis Papis & à Gelasio, Cælestino & Gregorio, & aliis diuersis tēporibus leguntur adiecta, prout Christianę religionis cultu crescente visa sunt decentiùs conuenire. De hoc dicetur in proœmio Sextę partis, in canone de cōse. d. j. Iacobus. legitur ℣ Iacobus † frater Domini, Episcopus Hierosolymitanus, & Basilius episcopus Cęsariēsis addiderūt nobis in Scripturis ordinem celebrādi Missam. Item iste Iacobus Alphæi dicitur primus Missam inter Apostolos celebrasse. Nā propter excellentiam sanctitatis eius, Apostoli hunc sibi fecerunt honorem, vt post Domini ascensionem primus inter eos Missam Hierosolymis celebraret etiam priùs, quàm esset in Episcopū ordinatus. Vel fortè ideò dicitur primus celebrasse, quia primus in pontificalibus eam dixisse perhibetur, & sic Petrus postmodùm primus Missam in Antiochia celebrauit, & Marcus in Alexandria. † Quidam autem perfidi hæretici, reprehendunt nos, quia Euangelia per particulas lacerata in Missa legimus, & quia pri-
Apo. vl. mitiuæ Missæ, videlicet vltra dominicam orationem, aliquid superaddimus Scriptum enim est: Si quis apposuerit ad hoc, apponet super illum Deus plagas scriptas in libro isto. Et quia super nouum Testamentum & præcepta Apostolorum & alias institutiones & nouam doctrinam doctorum instituimus, & seruamus contra illud, quod Christus ait: Bene irritum fecistis mandatum Dei, vt vestram traditionem seruetis. Et alibi: Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur: & Apostolus: Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. xij. d. de his. Item fundamentum aliud nemo potest
Matt. 15 ponere præter id, quod positum est, quod est Christus. Dicunt † etiam,
Hebr. 13 quòd Ecclesia Christi nec Missam nec matutinas cantauit, nec Chri-
1. Cor. 3 stus nec Apostoli eam instituerunt, nec in tempore Apostolorum cātata fuit, nec nomen Missæ tunc in mundo audiebatur, nec scriptum inueniebatur, sed id, quod Missa repræsentat ab Euangelistis cœna vocatur, nec in Ecclesia in principio, nec Apostoli cùm musicali organo, nec alta, nec dulci voce eam cantabant, reprehendentes nos, quia hæc agimus, & quia nocturnos & alias canonicas horas dici-
Amos 8 mus, falsò contra nos inducentes illud Amos prophetæ: Conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cātica vestra in planctum. Et
Ezec. 33 illud propheticum: Audiunt sermones tuos, & non faciunt eos: quia in canticum oris sui vertunt eos, & auaritiam sequitur cor eorum, & est illis quasi carmen musicum, cum suaui dulciq; sono canitur. Illorum † tamen error apertissimè confutatur, ex his, quæ in proœmio. v. partis dicētur. Rursus in primitiua Ecclesia diuina mysteria Hebraicè celebrantur, sed tempore Adriani primi Imperatoris, Græcè in Orientali Ecclesia Christianorum primò celebrari cœperunt. Portò † Missæ officium tam prouida reperitur ordinatione dispositum, vt quæ per Christum & in Christum, ex quo de cœlo descendit, vsque dum in cœlum ascendit, gesta sunt, magna ex parte contineat, & eatam

tam verbis, quàm signis admirabili quadā specie repræsentet. Ipsum
12 † autem officium, in iiij. consistit, videlicet in personis, in operibus, in verbis, & in rebus. Personarum tres sunt ordines, scilicet, Celebrātes, Ministrantes, & circunstantes. Operum quoq; tres sunt species: videlicet, Gestus, Actus, & Motus. Verborum etiam tres sunt diuersitates, scilicet, Orationes, Modulationes, & Lectiones. Rerum similiter tres sunt maneries, scilicet, Ornamenta, Instrumenta, & Elementa. Si-
13 quidem hæc omnia plena sunt diuinis mysteriis, sicut in proœmio libri dictum fuit. † Sanè olim templum erat in duas partes interposito velo diuisum. Pars prior vocabatur sancta, interior verò sancta *Hebr. 9*
sanctorum. Quicquid ergo in officio missæ ante secretā agitur, quasi in æde priori est: quod autem in secreta agitur, intra sancta sanctorum est. Erant igitur intra sancta sanctorum ara incensi, arca testamenti, & tabula super arcam, prout in prima parte sub tit. de Ecclesia & de altari dictum est: & in Exod. habetur. & supra tabulam duo cherubim gloriæ mutuo vultu sese respicientia. Huc intrabat solus Pontifex semel in anno, habens nomina Patrum in rationali & superhumerali scripta, ferens sanguinem, & carbones, quos omnes cum thymiamate in thuribulo orans ponebat, donec fumus eum obumbraret. Deinde tabulam & aram sanguine aspergebat. Pòst exibat ad populum & vestes lauabat. Nō enim iudicabatur mundus ante vesperā
14 post immolationem vituli ruffi. Hæc olim † signa fuerunt, sed recesserunt, postquàm significata venerunt. Siquidem prior ędes, significat præsentem Ecclesiam, sancta sanctorum, cœlum, pontifex, Christum, sanguis, passionem, carbones, charitatem Christi, thuribulū carnem ipsius, thus crematum, preces odoriferas, ara, cohortes cœli, arca, Christum secundùm humanitatem, tabula, Deum Patrem, duo cherubim, Testamenta, quæ sese adinuicem respiciunt, quia concordant: vestis, quæ lauatur, hominem, vespera hominis, vestē significat. Cōferas ergo, quæ olim fiebāt, & quæ Christus egit, & respice quomodo minister Ecclesiæ illa in officio missæ repræsentat, & agit. Quid etiā hæc significent, sub canone Missæ in principio cuiuslibet particulæ illius tangetur. Per arcam quoque, Christi humilitas intelligitur, à
15 qua nobis per ipsius misericordiam omne bonū aduenit. Et † not. ℣ sicut in Exod. cap. xxv. & xxxvij. Factum est super arcam propitiatorium aureum, id est, tabula aurea, eiusdem longitudinis & latitudinis, cuius & arca, vt eam tegere sufficeret. Et hoc dicebatur oraculū, quia Dominus de loco illo responsa dabat orantibus. Dicebatur etiā propitiatorium, quia exinde loquens Dominus propitiabatur populo, vel quia die propitiationis videbant gloriam Domini semper ibi descendere. Et inde tabernaculum siue locus super posteriori parte altaris collocatus, in quo Christus propitiatio nostra, id est, hostia consecrata seruatur hodie propitiatorium nūcupatur, &c. Ex vtraq; verò parte oraculi, scilicet, in duobus angulis anterioribus positi

sunt duo cherubim aurei, qui sunt (secundum Iosephum) duo animalia volatilia, habentia figuram, quæ à nullo hominum est inspecta. hæc dicit Moses se in Dei sede conspexisse figurata. Vnus cherubim alterum inspiciebat, versis tamen vultibus in propitiatorium, duabúsque aliis ex opposito expansis, & mutuò se tangentibus velabant oraculum siue tegebant propitiatorium. Siquidem per propi-
1. Ioan.2 tiatoriũ incarnatus Dominus figuratur, de quo Ioan. Ipse est propitiator pro peccatis nostris. Duo cherubim duo sunt Testamenta, scilicet nouum & vetus. Dum ergo illa non discrepant, sed mysterium incarnationis Christi concorditer narrant, illud prophetando, istud asseuerando, in propitiatorium vultum suæ intentionis dirigunt, & se mutuò respiciunt.† Rursus tria sunt Ecclesiæ sacrificia, quæ in ve-
Psal.50 teri Testamento per propitiatorium, thuribulum, & altare significata sunt videlicet, Sacrificium Pœnitentiæ, Iustitiæ, & Eucharistiæ. De primo: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, &c. De secundo: Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ. De tertio: Tibi sacrificabo hostiam laudis. Super altare, scilicet corporis, caro mactatur per contritionẽ, intra thuribulũ, scilicet cordis, thus adoletur per deuotionẽ: ad propitiatorium, scilicet, Dei Patris sanguis infertur pro redemptione. Hæc quidem tria sacrificia sacerdos offert in Missa. Primum in confessione, secundum, in præfatione, tertium, in actione. Nam hæc tria
Matth.5 sunt quæ secundum prophetam Deus respicit in homine, & requirit ab homine: Diligere misericordiã, facere iudicium, & sollicitè ambulare cum Deo. Diligat ergo misericordiam, qui vult offerre sacrificium pœnitentiæ. Faciat iudicium, qui vult offerre sacrificium iustitiæ. Cum Deo sollicitus ambulet, qui vult offerre sacrificium Eucharistiæ. Hinc est, quod ait beatus † Bernardus: Fratres mei immolantes hostiam laudis iungamus verbum verbis, sensum sensui, affe-
Psal.50 ctum affectui, exaltationem exaltationi, maturitatẽ maturitati, hu-
Psal.49 militatem humilitati, libertatem libertati. Celebraturus ergo Missã
Rom.12 offerat altissimo sacrificium illud, de quo Psalmista ait: Sacrificium
Coloss.3 Deo spiritus contribulatus. & alibi: Immola Deo sacrificium laudis. Et Apostolus: Exhibete corpora vestra, hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, vt sit rationabile obsequium vestrum, mortificantes in altari cordis membra vestra, quæ sunt super terram: videlicet, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quatenus mundo corde, & casto corpore, sacrificetis Deo vosmet ipsos. † In sacramento autem corporis Christi secundùm Augustin. de consecrat distinctio. ij. vtrum. nil à bono magis, nil à malo minus perficitur sacerdote, dummodo ille cum cæteris in arca consistat, & formam obseruet traditam à columba, quia non in merito sacerdotis: sed in verbo conficitur creatoris. Aurum enim æquè verum est in arca furis, sicut in thesauro regis. j. quæstio. j. §. ex his. Vnde & Cayphas Pontifex persecutor vnius & verissimi sacerdotis, quamuis ipse verax

verax non esset: quod dedit tamen consilium, verum fuit: sed non suum dedit, sed Dei, id est, in forma Ecclesiæ, j. quæstio. j. Dominus. & cap. dictum. Non ergo sacerdotis iniquitas impedit effectum sacramenti, sicut nec medici infirmitas, virtutem impedit medicinę. Quam- *Rom.14.*
uis igitur opus operãs aliquando sit immundum, opus tamen operatum, semper est mundum. Et sicut omnia sunt munda mundis: sic om- *Corint.2*
nia sunt immunda immundis. prima quæstione, prima, omnia. & capit. multi. Malus ergo cùm vitam accipit, mortem incurrit. sic econ- *Corint. 2*
trà bonus, cùm mortem sustinet, vitam acquirit. Nam qui manducat *Malac. 2*
indignè, iudicium sibi manducat. Quod verò de talibus propheta ait: Maledicam benedictionibus vestris. & Gregor. Benedictio eorum vertitur in maledictionem, & oratio in peccatum. de præcisis ab Ecclesia non toleratis, seu notoriis intelligitur, quorum benedictio deber, quantum ad episcopos, maledicto reputari: quoniam secundum Augustinum prima quæstione prima quòd quidem mali in quantum in eis est, dicuntur sacramenta polluere, cum tamen illa permaneant impolluta, sunt enim bonis ad præmium, reprobis ad iudicium. Vnde Aug. j. q. j. si fuerit spiritualis virtus Sacramenti, vt lux pura ab illumi-
19 nandis excipitur ad salutem, sed per immundos ministros quasi per canale transiens non coinquinatur. † Arnaldistæ tamen perfidi hæretici, dicunt nusquam legi, quod immundis, & luxuriosis ministris Christus sponsam suam Ecclesiam traderet custodiendam, vel potestatem sacrorum mysteriorum peragere, vel claues regni, vel potestatem ligandi vel soluendi, quia illi soli (vt ait Grego.) & iusti in hac carne positi potestatem habẽt ligandi atque soluendi, sicut Apostoli, qui vitam vel fidem illorum cum eorum doctrina tenent. Vnde vt dicunt, à talibus sacramenta præstita nec valent nec proficiunt ad salutẽ. Le- *Leuit. 15*
gitur enim in libro Numeri: Quicquid tetigerit immundus, immun- *Mat.7.*
dum faciet. & Christus, Non potest arbor mala fructus bonos facere *Psal. 44*
& Dauid: peccatori autẽ dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, *Rom.14*
& assumis testimonia mea, per os tuum. Et Apostolus: Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum. Et Grego. in Pastorali. lib. j capit. x. & xcix. distin §. j. dum is, qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora pronocatur. Item ibidem. lib iij cap. xij. Necesse est, vt munda debeat esse manus, quæ diluere sordes curat, ne tacta quæque ipsa sordida deterius inquinet.
20 † Celebratur autem Missa hora tertia, sexta, & nona. In tertia, quia secundum Marcum, hora illa Christus crucem ascendit, & linguis Iudæorum crucifixus est clamantium, Crucifige. Et quia illa hora Spiritus sanctus super Apostolos in linguis igneis descendit. de consec. distinct. j. nocte. In sexta, quia illa hora, secũdum Matthæum, verè crucifixus & immolatus est. Et in nona, quia illa hora in cruce pendens emisit Spiritum. Telesphorus Papa de consec. distinct. j. nocte statuit, vt Missa ante horam tertiam non dicatur, quod de publicis & popu-

laribus missis intelligendum est, quia sicut ait Aug. de consec. distin. j. & hęc non deberent in publico fieri, ne populus à publicis, quæ hora tertia dicuntur, retrahatur. Cantatur autem diebus dominicis & festiuis, hora tertia. in profestis, hora sexta in quadragesima, hora nona de consecrat. distinct. j. solent. & §. in ieiuniis. & etiam ex institutione Pelagij Papæ & aliorum, in diebus ieiuniorum, non tamen omnium. In sabbatis verò ieiuniorum quatuor temporum sero potest celebrari, propter ordines sacros, qui ad dominicam sequētem pertinere noscuntur. Sed quia missa in ieiunio dici debet, ideo ne minus ieiunent, post vesperas inchoatur. & sic vsque ad noctem ieiunium protelatur. lxxv. distinct. quòd à partibus, lxvj. distin dilectionis. De quo in sexta parte sub sabbato paschali dicetur. Quòd verò Missa quādoque summo mane cantatur, ex consuetudine non ex ordine est. Leo tamen Papa de consec. dist j. necesse. diluculò, siue prima diei parte ad missam intrabat: nescio an necessitate, an ratione, an sola vsus Apostolica potestate. Vel de peculiari missa intelligendum est. Qui autem necessitate præueniunt tertiam, aut offerunt post sextam, aut nonam, amore diuino, ne videlicet eis dies absque sacrificio prætereat, excusari possunt cum discipulis qui euellebant spicas in Sabbato. de consec. dist. v. discipulos. & cum Dauid, qui comedebat panes propositionis. de consec. dist. ij. tribus. Vel quia in missa fit memoria passionis, mortis, sepulturæ, resurrectionis & ascensionis, ideò cantatur tot variis horis. In tertia, in memoriam passionis & ascensionis, post sextam in memoriam mortis, post nonā, in memoriā sepulturæ, in mane, in memoriam fortè resurrectionis. Asserunt etiam quidam, Dominum in meditulio horarum crucifixum, & ideò, nunc hanc, nunc illā horam positam. Vnde ecclesia inter vnam horam, & alteram celebrat missam. In die autem † natalis Domini, prima missa de nocte cantatur, prout sub ipso festo dicetur. Cæterùm, si quadragesima occurrunt duo officia, quos dies duplices vocamus, missa de festo dicitur in tertia, & absque genuflectione: officium verò de ieiunio dicitur in nona, & cum genuflectione. Tempore etiam aduentus, debet missa in sanctorum festiuitatibus hora tertia celebrari. Verùm, nullus debet eadem die plures missas regulariter celebrare. de cōsec dist. j. sufficit. extrà de cele mis. te reuertēte. quia Christus solus passus fuit: & valdè fœlix est, qui etiā vnam dignè potest celebrare. † Nec potest quis duas missas cum vno, vel vnam cum duobus sacrificiis celebrare. ea. dist. tribus. sub vno tamen canone, possunt plures hostiæ confici. Nā & presbyter debet semper hostiā pro infirmis habere paratam. ea di. presbyter. † Potest quoque sacerdos vnam missam cum sacrificio, & aliam siccam celebrare. Missa sicca dicitur, quoniam si sacerdos non potest cōficere, quia fortè iam celebrauit, vel ob aliam causam, potest accepta stola Epistolam & Euangeliū legere, & dicere orationem dominicam, & dare benedictionem: quinimò si ex deuotione, non ex superstitione velit totū officium

Matt. 12
1. Reg. 2

officium missæ sine sacrificio dicere, accipiat omnes vestes sacerdotales & missam suo ordine celebret, vsque ad finem offerendæ: dimittens secreta, quæ ad sacrificium pertinent. Præfationem verò dicere potest: licet in eadem videantur Angeli inuocari ad consecrationem corporis & sanguinis Christi. De canone verò nihil dicat: sed orationem dominicam non prætermittat, & quæ ibi sequuntur sub silentio dicenda non dicat: calicem vel hostiam non habeat, nec de his, quæ super calicem seu eucharistiam dicuntur, vel fiunt: aliquid dicat, vel faciat. Potest etiam dicere: Pax Domini sit semper, &c. & exinde missæ officium suo ordine peragat. Melius est tamen alia omittere. Verùm † quidam incipiunt missam de die, celebrātes illam suo ordine vsque ad offerendam: postea incipiunt aliam missam & eam cantant vsque ad eundem locum, & idem faciunt pluries, si volunt, & incœpta missa viuorum, incipiunt quandoque missam mortuorum, eam prosequentes vsque ad eundem locum, & exinde procedentes, dicunt tot secretelas, quot missas inceperunt, semel tantùm canonem dicentes, & consecrantes & in fine tot orationes dicunt, quot officia missæ incepe- 25
runt. Sed hoc tanquā detestabile reprobamus. Potest tamē † sacerdos quandoque plures missas vna die celebrare. extrà de celebra. miss. c. iij. Primò in festo natalis Domini sicut in septima parte sub illo festo dicetur. Secundò, vbi necessitas exigit, putà si quis moriatur, vt ibi, & de conse. dist. j sufficit. Concilium tamen Carthagineñ. ea. dist. sacramenta dicit quòd si Episcopus, vel alius post tertiam obierit, commemoratio solis orationibus facienda est sine missa. Tertiò, causa honestatis, vt si aliqua magna persona superueniens velit missam audire. extrà eo. c. j. & ij. Quartò, secundum quosdam, causa vtilitatis, putà propter peregrinos, propter hospites, propter commeātes, propter infirmos, propter spōsos & propter raritatē clericorum, & propter pauperratem ecclesiarum sacerdotes proprios non habentium. Quintò, vt dicit Richardus episcopus Crem. in Mitrali. cùm duæ festiuitates occurrunt, possunt etiam tres celebrari: tum quia hoc sit licitè in natali, tum quia Christi passio tripartita est. Passus enim est linguis insultantium, manibus verberantium, & clauis crucifigentium. Ipse etiam est à Patriarchis, gestibus immolatus, à prophetis, verbis sacrificatus, à Patre & à seipso, realiter oblatus. Sextò, pari ratione, si in 26
die ieiunij occurrit aliquod solenne festum, potest vnam de festo, & aliam de ieiunio celebrare, si alius presbyter non adsit. † Legitur etiā quòd Leo Papa sæpè septies, & aliquando nouies in eadem die missam celebrauit. Sacerdos tamen aliam missam in eadem die celebraturus in vltima tātùm perfusionem sumat: quoniam si in prima sumeretur, ieiunus non esset, & sic alia missa impediretur. eod. tit. ex parte. aliàs autem quoties celebrat, toties corpus Christi, etiam perfusio- 27
nem sumat, de conſ. dist. ij. comperimus. & c. tribus. Sed nūquid † praefusus conficit? Respondeo sic, licet hoc facere non debeat. Non enim

ieiunium

ieiunium est de substantia, prout in canone innuit August. in d.c. liquidò, aliàs Dominus non confecisset: magister tamen Hug. dicit cõtra. Sanè priscis temporibus † hæresibus pullulantibus, & Trinitatem impugnantibus, ex institutione Alcuini magistri Caroli, rogatu Bonifacij archiepiscopi Maguntini statuentis, prima feria, missa de Trinitate dicebatur. Secunda feria, de Sapientia. Tertia feria, de Spiritu sancto. Quarta de charitate. Quinta feria, de Angelis. Sexta, de cruce. Septima, de beata Virgine. Causa verò illa cessante, illud cessauit, & dominicali officio ordinato statutum fuit, quòd prima feria suum haberet officium, scilicet de Trinitate, secunda de Angelis: quia tunc primò creati sunt in bonis gratuitis: tunn enim lux diuisa fuit à tenebris id est, boni Angeli, à malis, quia tunc ceciderunt mali: boni verò confirmati sunt. † In prima verò feria, creati fuerunt Angeli in bonis naturalibus. Cantatur etiam in secunda feria pro defunctis, vt illis adhibeamus suffragia Angelorum. Et quia, vt dicunt quidam, in prima feria refrigerium habent illi, qui sunt in purgatorio, & statim in secunda feria redeunt ad pœnas & laborem, ideò, vt eorum subueniatur † laboribus, missa pro illis in secunda feria, celebratur. In tertia feria, pro peccatis. In quarta pro pace. In quinta, pro tribulatione, vel in tertia feria debet repeti introitus missæ de dominica. Institutum etiam fuit vt in quarta feria ieiunaretur: & illa similiter die debet missa de dominica dici, nisi festiuitas impediat. In quinta feria debet similiter repeti officium dominicæ, introitus, Epistola & Euangelium: quia dies Iouis dicitur cognata Dominicæ dici, prout dicetur sub titulo de accessu Pontificis ad altare. In sexta feria, de cruce: illa enim dies appropriatur Christo & cruci, quia ipse in ea mori & crucifigi voluit, pro salute generis humani. † In septima feria de beata Virgine, quod initium habuit, quoniam olim in quadam ecclesia ciuitatis Constantinopolis erat imago beatæ Virginis, coram qua dependebat velum, quod totam velabat imaginem: sed hoc velum in sexta feria post vesperas recedebat ab imagine nullo mouente, solo Dei miraculo, quasi deferretur in cœlum, vt ad plenum posset imago à populo prospici. Celebratis verò vesperis, in sabbato, descendebat ipsum velum ante eandem iconem, seu imaginem, & ibi manebat vsque ad sextam feriam. Hoc viso miraculo, sancitum est, vt semper illa feria de beata Virgine cantaretur. Alia † etiam ratio est, quia Domino crucifixo & mortuo, & Discipulis fugientibus, & de resurrectione desperantibus in ea sola tota fides in sabbato illo remansit. de consecratione distinct. iij. sabbato. Sciebat enim, quomodo portauerat eum sine labore, & pepererat sine dolore, & ideò certa erat, quòd filius Dei esset, & à mortuis tertia die resurgere debebat. Et hæc est ratio, quare dies sabbati magis, quàm alia dies beatæ Matiæ appropriatur. Tertia † ratio est: quia dies sabbati est ianua, & introitus ad dominicam diem. Vnde cùm sumus in sabbato, sumus iuxta dominicam.

nicam. Dies autem dominica est dies requiei & significat vitam æternam. Vnde cùm sumus in gratia Domini nostri, sumus quasi in ianua paradisi. Quia igitur ipsa est nobis porta ad regnum cœlorum, quod per diem Dominicam figuratur, ideò de illa solennisamus in septi-
34 ma feria, quæ diem dominicam præcedit. † Quartò, vt solennitas
35 matris, solennitati filij continuetur. Quintò, vt festiuitas agatur in die, in qua Deus ab omni opere requieuit. Notandum est etiam quòd
36 in missæ officio, vbi Christi passio † repræsentatur, tribus linguarum generibus vtimur, scilicet Græca, Hebræa, & Latina, ad significandum, quòd his tribus linguis scriptus est titulus crucis Christi. Ioann. xix. & ad designandum, quòd omnis lingua, quæ per hanc triplicem, intelligitur Deum laudare & confiteri debet: quia Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei Patris. Licet enim multa sint genera linguarum, istæ tamen principales sunt. Hebræa, propter legem, & quia aliarum mater. Græca, propter sapientiam. Latina, propter nobilitatem, & dominium Romani Imperij. Verba Latina sunt Epistolæ, Euangelia, orationes, & cantus. Græca sunt Κύριε ἐλέησον, Χρίστε ἐλέησον, & ὕμνοι. Hebraica sunt allelu-Ia, amen, sabaoth, & osanna. Vnde & in missa Romani pontificis in præcipuis solennitatibus legitur Euangelium, & Epistola, non solùm in Latino, verumetiam in Græco, ad designandum coniunctionem vtriusque populi sub vna fide:
37 siue quòd ecclesia constat non solùm ex Latinis, verumetiam ex Græcis, & vide in sexta parte sub tit. de paraseeue. Sed † quæritur, vtrùm sacerdos minus, quàm duobus præsentibus debet celebrare missam? Et videtur quòd non. Statuit namque Sother Papa. de consecr. dist. j. quoque vt nullus missarum solennia celebrare præsumat, nisi duobus præsentibus, sibíque respondentibus ipse tertius habeatur. Cùm enim ipse presbyter dicat: Dominus vobiscum, & in secreta dicit: Orate pro me, conuenit vt ipsius saluationi à pluribus respondeatur. Verùm
38 aliud est necessitatis articulus, in quo potest vno solo præsente celebrare, & aliud religionis contemptus. † Piè quoque credendum est, & authoritatibus comprobatur, quòd Angeli Dei comites assistunt orantibus, iuxta illud propheticum: In conspectu Angelorum psallam tibi. *Psal. 137*
Et Angelus ad Tobiam: Quando orabas cum lachrymis, ego obtuli orationem tuam Domino. Sed in canone missæ continetur: Supplices te rogamus omnipotens Deus, iube hæc præferri per manus sancti Angeli tui, in sublime altare tuum. Præterea quilibet homo habet suum proprium Angelum ad custodiam. Vnde Dominus in Euange- *Matt. 18*
lio loquens de paruulis ait: Angeli eorum semper vident faciem Patris. Illos igitur habemus in oratione participes, quos habebimus in glorificatione consortes. Solus tamen presbyter, non potest diuinum officium absque ministri suffragio celebrare, prout in constitutione Alexandri cauetur. Extrà de filiis presbyt. proposuit Canon quoque Tholetan. concilij xij. quæst. j. illud. statuit, vt vbi temporis vel loci

sine

sine clerici copia suffragatur, habeat quisque Deo sacrificans post se vicini solaminis adiutorem, vt si aliquo casu ille, qui ad officia impleturus accedit, turbatus vel ad terram illisus fuerit, à tergo semper habeat, qui eius vicem intrepidè assequatur. Siquidem copia temporis suffragatur, si non sit guerra loci, si ecclesia sit diues cleri. si sit sibi copia clericorum. † Generaliter autem dicendum est, quòd illa est legitima Missa in qua sunt sacerdotes respondens, offerens atque communicans, sicut ipsa precum compositio euidenti ratione demonstrat. † Introitus ad chorum prophetarum respicit, quoniam secundum Augustin. Moses minister fuit veter. Testament. prophetæ, ministri noui. Κύριε ἐλέησον, ad eos respicit Prophetas, qui circa Domini aduentum erant, de quibus fuerunt Zacharias, & Ioannes Baptista filius eius. Gloria in excelsis, ad cœlum respicit, angelorum gaudium natiuitatis Domini pastoribus annuntiandum. Prima collecta, respicit ad hoc, quod Dominus circa annum xij. agebat, scilicet quando ascendens Hierosolymam sedebat inter doctores audiens & interrogans. Epistola ad Ioannis prædicationem pertinet. Responsorium, ad beneuolentiam Apostolorum respicit, scilicet quomodo à Domino vocati, secuti sunt eum. Allelu-Ia, ad lætitiam mentis eorum pertinet, quam habebat de promissionibus eius, vel de miraculis, quæ per eum vel per nomen eius fiebant. Euangelium, respicit tempus à sua prædicatione, vsque ad prædictum tempus. Quod verò deinceps in missæ officio agitur, ad illud respicit tempus, quod est à dominica, quando pueri Hebræorum obuiauerunt ei, vsque ad diem Ascensionis eius siue Pentecosten. Oratio verò secreta vsque: Nobis quoque peccatoribus. designat illam orationem quam Iesus in monte Oliueti exercebat. Quod autem posteà agitur, significat tempus illud, quo Dominus in sepulchro iacuit. Quando verò panis in vinum mittitur, animam Dei ad corpus redire demonstratur. Salutatio sequens, significat salutationes posteà Discipulis à Christo factas. Fractio oblatæ, signat fractionem panis factam à Domino Discipulis in Emaü. Hæc plenius in suis locis dicentur. De missa pro mortuis & ipsorum officio in vij. parte dicetur. Adhuc † missa non nisi in sacratis Deo locis, id est, in tabernaculis diuinis precibus à pontificibus delibutis, absque magna necessitate dici debet. Non ergo in prophanis domibus absque episcopi licentia, quia sanctius est missam non cantare, vel non audire, quàm in locis, in quibus hoc fieri non oportet. de consecr. dist. j. clericos. & c. seq. Vnde scriptum est, de consec dist j. sic. & c. iij. concedimus. & c. vnicuique. Vide, ne offeras holocausta tua in omni loco. quem videris: sed in omni loco, quem elegerit Domin' Deus tuus De hoc dicetur in proc. v. partis potest autem esse necessitas, vt dicatur in naui, vel in exercitu, sub papilione, siue sub dio, si illud haberi non possit: sed tunc cum tabula seu altari viatico. eadem distinct. ca. fin. Presbyter autem non debet missam celebrare sine licentia Episcopi, in altari, in quo episcopus ea die celebrauit. eadem distinct. concedimus. extrà de priuileg. in his.

42 Sixtus † tamen Papa, statuit missam nonnisi super altari celebrari. Felix Papa primus, statuit sacrè memorias martyrum missas celebrari. Bonifacius Papa, secundus, statuit, vt in missæ celebratione clerici à laicis sint diuisi. Martinus Papa, statuit missam alta voce cantari.

43 Viglius Papa statuit eam in Ecclesiæ Orientali parte dici. Illud † quoque notandum est, quòd in missa repræsentatur pugna, & victoria sacerdotis contra hostem antiquum: processus ad hanc pugnã ponetur sub titul. de accessor. pontific. ad altar. in fine. Arma verò & pugna sa-

44 cerdotis posita sunt in proœmio tertiæ partis. † Rursus missa quasi quoddam iudicium imitatur. Vnde & canon actio vocatur. de consecr. distinct. j. necesse. Est enim actio, causa in iudicium deducta. de verbo. significat. forus. In missa quidem causa nostra agitur: orator iste, est præcorium, Deus, iudex, diabolus accusator, ministri testes, sacerdos aduocatus, & defensor. Hic est Moses qui causam populi ad Dominum allegabat, cuius patrocinio delatoris fallacia confutatur, & nostra innocentia comprobatur & absoluitur, & iudicis ira placatur, & per misericordiam culpa remittitur. xlv. distinct. disciplina. extrà de re iudicat. cum vterini. Cæterùm missa, dicitur mysterium, quòd profer-

45 tur, & sacrificium, quod offertur. Missæ autem † officium in duas principaliter diuiditur partes, videlicet in missam catechumenorum, &

46 missam fidelium. Missa catechumenorum est, ab introitu vsque post offertorium: quæ missa † ab emittendo dicitur, quoniam quando sacerdos incipit consecrare eucharistiam, catechumeni foris de Ecclesia mittuntur. Vnde antiquitùs perlecto Euangelio, diaconus supra pulpitum acclamare solebat: Si quis catechumenus adest, exeat foras, prout dicetur in sexta parte sub quarta feria quartæ dominicæ quadragesimæ. Quod ideò fiebat, quoniam catechumeni licet sint in fide instructi, nondum tamen sunt renati siue baptizati, & ideò nondum sunt de corpore Ecclesiæ, sicut nec Iudæi nec Gentiles: quare sacris altaris mysteriis interesse non debent, quæ nonnisi baptizatis fidelibus committuntur, nec thesauri Ecclesiæ sunt inimicis ostendendi. Vnde de

47 quibusdam qui catechumenorum, & nondum renatorum typum seu figuram gerebant, scriptum est: Iesus autem non credebat se illis, sciens quid in homine esset. Hinc etiam in canone Carthaginen. concilij de consecratione distinctione prima, episcopus. dicitur, quòd nec Gentilis nec hæreticus, nec Iudæus prohibeatur Ecclesiam ingredi, & audire verbum Dei, vsque in finem missæ catechumenorum nec etiam incestuosi, trigesima quinta distinctione tertia. de incest. & ca. sequent.

48 Missa † verò fidelium, est ab offertorio vsque ad postcommunionem: & dicitur missa illa à dimittendo, quia ea expleta, ad propria quisque fidelis dimittitur. Missa ergo aliquando † est nomen collectiuum, quia quandoque missa vocatur, quod est ab introitu, vsque ad offertorium, quandoque, quod est ab introitu, vsque ad, Ite, missa est, &

hoc

hoc verius, quia tunc hostia mittitur. Quandoque, quod vsitatius est, dicitur missa totum officium ab introitu vsque ad, Ite, missa est, siue inuocatio nominis Dei, quæ fit à sacerdote super altari, quasi transmissa, eò quod populus fidelis per mysticum sacerdotis, qui vice mediatoris inter Deum & homines, id est, Christi, fungitur, preces, supplicationes, ac vota altissimo transmittit. Quandoque tamen officium quod sub silentio dicitur: quandoque solum verba illa quibus dominicum conficitur corpus. Aliquando † missa est nomen proprium, quia significat Christum qui missus est à Patre in hunc mundum, significat etiam Angelum qui mittitur, vt per eius manus hostia offeratur in sublime altare Domini. Ipsum ergo sacrificium, id est, hostia, vocatur missa, quasi transmissa prius siquidem à Patre nobis, vt scilicet esset nobiscum, postea à nobis Patri, vt intercedat, & si pro nobis apud ipsum. Item transmissa primò nobis à Patre diuino, qui per incarnationem Christi Filij sui, qui fuit missus cœlestis, & posteà Patri à nobis per passionem eius, similiter in sacramento transmissa nobis primò à patre, per sanctificationem, qua nobiscum esse incipit, postea Patri à nobis per oblationem, qua pro nobis apud Patrem intercedit: hæc enim missio seu legatio sola sufficiens & idonea est, ad soluendas inter Deum & homines inimicitias, & offensas. Cum ergo diaconus in fine missæ dicit: Ite missa est, idem est, ac si dicat: Redite ad propria, vel sequimini Christum, quia missa siue oblata est hostia salutaris pro nobis ad Deum Patrem placandum. Potest † etiam & aliter missa diuidi in quatuor partes, secundum Apostolum, primæ ad Timotheum secundo, habetur etiam in canone concil. Tholet. scilicet in obsecrationes, orationes, postulationes, & laudes, siue gratiarum actiones, quorum verborum expositio in quinta parte, sub tertia ponetur. Pars prima, protenditur ab introitu vsque ad offertorium: & dicitur obsecrationes, id est, prædicationes, quæ scilicet fiunt priùs, quàm species incipiant benedici. Secunda, vsque ad finem dominicæ orationis ibi, videlicet, Libera nos quæsumus Domine, &c. Tertia, vsque ad communionem, videlicet secundum Augustinum, orationes, quas episcopus dicit post communionem. Quarta, vsque in finem, scilicet secundum Augustinum, quando post Ite missa vel, benedicamus Domino, populus respondit: Deo gratias, secundum alios verò prima pars, protenditur ab introitu vsque ad, Te igitur, secunda, vsque ad, Oremus præceptis salutati &c. tertia vsque ad collectas, quarta vsque ad, Ite missa. Rursus quia quinque fuerunt sanguinis Christi effusiones, ideò missæ officium ab offertorio in anteà, in quinque subdiuiditur partes, vt ibi dicetur, &c. Sed & quia in sola Cruce etiam inquinaria fuit sanguinis effusio, ideò & solus canon subdiuiditur in quinque partes. Prima, vsque. Qui pridie, secunda vsque ad, Memento. Tertia, vsque ad præceptis: Quarta vsque ad embolismum, Quinta, ad collectas, &c.

ANNO

ANNOTATIO.

* Mensam.) Sacrificium vnum est in nouo Testamento, quod Hebraicè Missa appellatur, Græci λειτουργίαν, Latini sacram Oblationem appellant. Est autem Missa (vt Iodocus Clichtoueus diffinit) diuinum officium, ab Ecclesia & primorum Patrum institutione in sacro altari fieri solitum, in quo sanctæ Eucharistiæ secundum ritum legitimum consentio fit & oblatio. Huius partes essentiales sunt, consecratio corporis, & sanguinis Christi (Veteres benedictionem mysticam appellarunt) oblatio: hæ à Christo ipso sunt institutæ. Accidentales Cæremoniæ sunt, quibus consecratio ipsa & oblatio ritè perficiunt: vt orationes, benedictiones, gratiarum actiones, oscula, manuum expansiones, eleuationes, complicationes, genuflexiones, signacula Crucis, communio, memoriæ sanctorum, salutationes, responsiones, oblationes, & si quæ sunt similes. Harum quædam à conciliis ecclesiæ sunt traditæ. Isidorus ordinem Missæ & Orationum, quibus Deo oblata sacrificia consecrantur, primo à beato Petro constitutum esse, eiusdemque celebrationem vno eodemque modo, vniuersum orbem peragere adfirmat: quippè qui primam Missam Antiochiæ celebrauerit. N. Doard.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus celebratus, quare præmittat psalmos, & qui sint illi.*
2 *Religiosi, celebraturi se calciare debent, etiam si discalciati soleant ambulare.*

De quinque Psalmis, quos pontifex celebraturus dicit.

CAP. II.

1 CElebraturus † pontifex missarum solennia, quosdam psalmos & orationes, ex institutione Cælestini primi, præmittit, quos interim dum caligis & sandaliis ornatur, dicit secundum exhortationem Psalmistæ dicentis: Præoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus. Hi psalmi sunt quinque, videlicet, Quàm dilecta tabernacula tua, Benedixisti, Inclina, Credidi, & De profundis. vt quicquid in mundum quinque sensuum transgressione commisit, quinque psalmorum oratione detergat. Quædam enim continentur in quolibet ipsorum, quæ rectè conueniunt celebraturis altaris mysterium & eucharistiæ sacramentum. Orationes verò, quas dicit, manifestè pertinent ad impetrandum cordis & corporis munditiam, & munimen. Rursus ideò dicit: Quàm dilecta taber. & alios psalmos, vt in Christo cuius typum gerit virtutum plenitudo notetur. Et nota † quod religiosus secundum ordines suæ professionis discalciatus incedens missam celebraturus, se calciat, ex præcepto Apo. dicentes ad Eph. vj. State calciati pedes in præparatione euangelij pacis. Nempe

Psal. 94

per calciamenta, quæ fiunt de pellibus animalium mortuorum, & calcant terram, & sunt clausa desubter, & aperta desuper: significatur, quod sacerdos debet esse mortuus mundo, & debet cor habere clausum ad terrena: & ipsa tanquam lubrica calcare, & vilipendere, & apertum ad respiciendum, & desiderandum cœlestia.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus celebraturus, caput pectit, & quo id consilio, aut exemplo numero 2.*
3 *Pecten, discretionem significat.*
4 *Lotio manuum, quid notet, & vnde cœperit num. 5.*
6 *Sacerdos antè, quàm ad altare accedat, quid agere debeat.*

De Capitis Compositione, & Manuum lotione.

CAPVT III.

CAligis † & sandaliis impositis pontifex & sacerdos caput pectinat, manus & faciem lauat. Nam & legalis sacerdos sacrificaturus, lotis prius manibus & pedibus induebat manastasim, cuius loco hodie sandalia habentur, prout dictum est in tertia parte sub titul. de legalibus indumentis. Pectinat † igitur caput, & faciem lauat, primò exemplo Mariæ quæ futuram Christi passionem figurans, vnxit oleo caput eius: etenim in missæ officio Christi passio repræsentatur. Secundò ex mandato Christi dicentis Luc. iij. Tu autem cùm ieiunas vnge caput tuum ac faciem tuam laua: per hoc significans quòd in sanctis operibus nostris omnem fictionem & simulationem à nobis amouere debemus. Tertiò pectinatur caput: nam per capillos, superfluæ cogitationes, & cura terrenæ sollicitudinis, per caput mens & intentio, quæ cunctis animæ actibus, sicut caput cæteris membris supereminet significantur. Congruè igitur pectine capilli complanantur, & ordinantur, & euulsi separantur, ad notandum, quòd tunc specialiter mores componere & superfluas cogitationes à se repellere debet, iuxta illud propheticum: Auferte malum cogitationum vestrarum, atque mens ipsius præuia discretione separari, quietari, & purgari à terrenis sollicitudinibus, & virtutibus ornari debet. Pecten enim propter † ordinatam in incisionibus diuisionem, discretionem significat, qua intentio animæ adornatur, sicut capilli capitis pectine adornantur. Manus † quoque lauat propter reuerentiam tanti sacramenti, quatenus ad illud pertractandum mundissimus accedat: vnde Gregor. in Pastora. li. j. ca. ij. Necesse est, vt munda studeat esse manu, qui diluere sordes curat. Corporaliter igitur lauat manus, vt spiritualiter mundet actus, iuxta illud Psal. Lauabo inter innocentes manus meas, &c. ne quasi illotis manibus ad mensam peruenire videatur, non quòd lutum manuum diuina sacramenta contaminet, sed si quis indigne

Matth. 5

Psal. 25

indignè manducat, & bibit, iudicium sibi manducat & bibit. Vnde in euangelio Matthæi: Non lotis manibus manducare, non coinquinat hominem: quæ vero de ore procedunt, & de corde exeunt, videlicet cogitationes malæ, homicidia, & adulteria, & huiusmodi, hæc sunt, quæ inquinant hominem. Sollicitè ergo satagendum est, vt non tam exteriora manuum, quam interiora mentium inquinamenta purgentur. † Manuum autem lotio à lege sumpsit exordium, vt præmissum est. Legitur enim Exod. xxx. & xxxviij. & xl. cap. quòd Moses fecit labium æneum de speculis mulierum, in quo lauabant se sacerdotes in ingressu tabernaculi testimonij, quando accessuri erant ad altare. Siquidem in labio æneo sonoro, significatur confessio, in altari aureo, mentis amaritudo, in speculis mulierum vitæ sanctorum consideratio. † Sacerdos ergo prius, quàm ad altare veniat, per confessionem, huc lachrymis pœnitentiæ se abluat, per mentis amaritudinem se purget, per considerationem vitæ sanctorum se informet. De primo dicitur: Mundamini, qui fertis vasa Domini. De secundo: Expurgate vetus ferm. &c. De tertio: Habentes impositam nubem, deponamus omne pondus, & circunstans nos peccatum, vt sit in numero innocentium audacter dicentium: Iudica me, Domine, quoniam ego in innocentia. &c. & infrà: Lauabo inter innocentes manus meas, & circun. alt. tuum. Deinde manus lotas manutergio tergit: quia post lachrymas contritionis peccata abhorrere, & abolere, per opera satisfactionis debet. Linum quidem per laborem ad candorem perducitur, & pœnitentes per satisfactionem ad perpetuam glorificationem perducuntur. Crinium igitur, manuum, & faciei ornamenta, non sunt voluptatis oblectamenta, sed in figuram à Domino sacerdotibus legis iuncta.

Esa. 4
1. Cor. 6
Heb. 15
Psalm. 15

SVMMARIVM.

1 *Aspersio aquæ benedictæ, quid significet, & quis eam instituerit nu. 2. & quo consilio num. 5.*
4 *Aqua cur benedicatur qualibet die dominica.*
5 *Aquæ aspersio, variè fit.*
6 *Thurificatio, quid designet.*
7 *Christus fuit lanceatus, in latere læuo.*
8 *Aqua benedicenda, cur sale condiatur: & forma benedictionis.*
9 *Sal cur prius benedicatur, quàm aqua.*
10 *Aquæ benedictæ genera quatuor.*

De Aquæ benedictæ Consecratione & Aspersione.

CAP. IIII.

1 SAcerdos in dominicis diebus celebraturus, alba † & stola paratus, priùs, quàm planetam induat, vt liberius vacare possit, aquam ex

1. Cor. 2
Matt. 15

institutione Alexandri Papæ primi benedicit: altare, Ecclesiam, & populum, aqua benedicta conspergit, vt omnis spirituum immundorum spurcitia tam de habitaculo, quàm de cordibus fidelium propellatur.

Hebr.9 Hæc enim virtus aquæ exorcizatæ inest, & etiam, quia omnis Christianorum populus baptismatis sacramento renatus, ita ministerio aquæ lota renatorum corpora diluit, sicut sanguis agni à prisco populo, ad repellendum percussorem, in postibus ponebatur: vnde in canone Alexandri ita legitur: Aquam † sale aspersam populis benedicimus, vt ea cuncti aspersi sanctificentur & purificentur, quod & omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus: nam si cinis vitulę aspersus populum sanctificabat, atque mundabat, scilicet à venialibus, multò magis aqua sale aspersa, diuinisque precibus sacrata, populum sanctificat atque mundat à venialibus: & si sale aspersa per Eliseum

3.Reg.2 sterilitas aquæ sanata est, quantò magis diuinis precibus sacratus sal, sterilitatem rerum aufert humanarum, & coinquinatos sanctificat, & purgat, & cætera bona multiplicat, & insidias diaboli auertit, & à phantasmatis versutiis homines defendit? Rursus tunc sacerdos iustus tabernaculum aspergit dum Dei misericordiam petit, Cyprianus † quoque Papa, ait, quòd ideò homines aqua benedicta aspergitur, quia valet ad sanctificationem: vnde Scriptura per Ezechielem dicit: Aspergam super vos aquam mundam & mundabimini ab omnibus immunditiis vestris, & dabo vobis cor nouum, & spiritum

Num.29 nouum in vobis. Item Num. qui tetigerit cadauer hominis siue humanæ animæ morticinium, id est à morte cadens, & propter hoc octo diebus fuerit immundus, aspergatur ex hac aqua die tertia & septima, & sic mundabitur à peccato. Si enim aspersus die tertia non fuerit, septima non poterit emundari. Item, qui ex hac commistione aspersus non fuerit, polluet tabernaculum, id est, tanquam pollutus non intrabit cum aliis tabernaculum, id est, seipsum, qui est pars tabernaculi Domini, id est, Ecclesia: & peribit ex Israël. Item, qui aqua expiationis non est aspersus, immundus erit, & manebit spurcitia eius super eum. Et iterum: Purificabis Læuitas circunspergens eos aqua purificationis. Et iterum: Aqua aspersionis purificatio est, ex quibus apparet aspersionem aquæ instar salutaris lauacri obtinere. Quidam tamen præmissa referunt ad aquam baptismi. Aqua igitur in †memoriam baptismi omni dominica benedicitur, vt dicetur in vj. parte sub ascensione: præterquam in pascha, Pente. quia in sabbatis dominicas illas præcedentibus benedictis fontibus ante chrismatis infusionem aquæ recipi, & ad spargendum nos, & domos, reseruatur sicut in canone cautum habetur: ex aqua ergo benedicta nos & loca in significationem baptismi aspergimus. Nec aspergimur, vt rebaptizemur, sed vt gratiam diuini nominis cum memoria baptismatis inuocemus: & licet in dictis duabus dominicis aspergatur altare, non tamen tunc cantatur antiphona: Asperges me Domine, &c. quia tunc potiùs lugendum

lugendum nobis est, cùm recolimus nos esse à Christo mundatos; per suæ supplicium passionis, iuxta illud: Memoria memor ero, & tabe. in me anima mea. In dominicis ergo diebus, ante missam, & manis altare tantum, & totus populus aspergunturs: quamuis in nocturnis & vesperis omnia altaria vel saltem præcipua thurificentur.

5 †Circa quod considerandum, quòd huiusmodi aspersio alia ratione fit super populum & super altaria, quia enim concluſit Deus omnes Galat. 2
sub peccato, saltem veniali, quia septies in die cadit iustus: idcirco Prou.24
ipse populus Ecclesiam ingrediens, diuinis insistere intendens, ipsa aqua sanctificata aspergitur, quæ videlicet ad quotidiana delenda: sicut & cinis vitulæ in veteri Testament. secundum quòd, qui immundus erat, prohibebatur Ecclesiã ingredi: donec aqua lauaretur. Altare enim aspergitur propter reuerentiam sacramenti, quod ibidem consecrandum est, vt inde omnium malignorum spirituum præsentia arceatur: & quemadmodum Christus per altare, quod esse debet lapideum, significatur, secundum illud Apostoli: Petra autem erat 1.Cor. 10
Christus. & fides nostra de vno Christo & non de pluribus est, idcirco vt signum signato respondeat, vnico altari aspersio vniuersus aspergitur populus: quia ipse solus est, qui tollit peccata mundi. Thurificatio verò quandoque † repræsentat diffusionem diuersarum gra-
6 tiarum spiritualium: & quoniam gratia non solùm in capite, verùm etiam in aliis subiectis capiti inuenitur, ideò conuenienter post primum, secundariò alia altaria, quæ per diuersi gradus sanctorum intelliguntur, thurificari solet. Rursus thus in thuribulo, cor igne orationis accunsum significat: quia verò solum oratio nostra ad Deum & Christum mediatorem nostrum debet principaliter applicari, ideò & altare & crucifixus thurificari solent. In paschali autem tempore ad aspergendum cantamus: Vidi aquam quod sumitur de Ezechiele Ezec.47
cap. xlvij. Cui Dominus ciuitatem ostendit ædificatam super mon- Matth.5
tem vergẽtem ad Austrum, in qua erat mirabile templum: ciuitas Ecclesia est de qua dicitur: Non potest abscondi ciuitas supra montem posita: templum, est corpus Christi, de quo dicitur: Soluite tem- Ioan.2
7 plum hoc, & post triduum reædifi. illud. Aqua de templo egrediens, fons est baptismi de latere Christi procedẽs. Sed † cùm fuerit in lęuo, lanceatus, cur hic dicitur à latere dextro? Respondeo, duo sunt latera Christi, scilicet, dextrum & læuum. Dextrum, est diuinitas, & læuum humanitas. A latere igitur dextro, exiuit aqua: quia de diuina Christi natura Spiritus sãcti aqua inuisibilis procedit: de aqua inuisibili, quę de latere læuo, id est, humanitate lanceata perfluxit saluandi virtutẽ tribuit. Rectè igitur hæc in processione paschali cantamus in laudem fluminis huius, cuius inundatione per mortem Christi reuiximus. Verùm post octauam Pente. cantatur in dominicis ad aspergendum antiphona: Asperges me Domine &c. quæ à pascha, vsque tunc inter- Psal.50
mittitur: quia de fide passionis, & humilitate baptismi Propheta præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

4. Reg. 2 dixit. Porrò aqua† cum benedicitur, sal admiscetur, quod ab Eliszeo sumpsit exordium: & fit hoc ad notandum, quòd populus per aquam intellectus vt sanctificari possit per sacerdotis officiũ verbo Dei imbuitur, quod per salem significatur. Fit ter crux super aquam, & salem: quia docetur populus sanctæ Trinitati gratias pro sua eruditione atque redemptione referre. Per aquam quoque, confessio, per salem, amaritudo significatur. Ex aqua mista geminus partus procedit, scilicet diuisio seu separatio delictorum, & ortus virtutum ac bonorũ operum. Sed† quare priùs benedicitur sal, quàm aqua: Respondeo, Per sal intelligitur amaritudo pœnitentiæ, per aquam baptismus: quia ergo cordis contritio debet præcedere absolutionem, & pœnitentia baptismum, ideò prius benedicitur sal, quàm aqua. Et nota quatuor esse genera aquæ benedictæ.† Prima, in qua fit iudicium purgationis, quę in vsu non est. Secunda aqua, quæ sanctificat in dedicatione Ecclesię & altaris, de quibus in prima parte dictum est, sub tit. de consecr. Eccles. & alta. Tertia est, quia in Ecclesia aspergimur, de qua hic agitur. Quarta, aqua baptismi, de qua dicetur in vj. part. sub sabbato sancto: & hac solebant homines aspergi prius, quàm chrismarentur, & adhuc fit in quibusdam locis; sed hodie interdictum est. Putabant enim se iterum à peccatis huius aquæ aspersione mundari, cum tamen constet nullum bis baptizati posse. Quia verò maius dignum, trahit ad se minus dignum, ideò si aqua non benedicta admisceatur benedicto, efficitur benedicta.

SVMMARIVM.

1 *Introitus Missæ significatio, & ortus.*
2 *Damasi Papæ institutio, circa Missæ introitum.*
3 *Introitus Missæ forma, variè.*
4 *Introitus, vnde dicatur.*
5 *Introitus, vnde debeat adsumi.*
6 *Tropus quid, & vnde dictus. nu. 7.*

De Officio seu Introitu Missæ.

CAP. V.

IN introitu prima pars missæ incipit. Sciendum† est autem, quòd 1 sancti Patres & Prophetæ ante Christi aduentum, suspirãtes & præconisantes præmiserunt desideria, opera, laudes, & preces, quæ singula figurantur in missa. Introitus namq;, scilicet ipsa antiphona, vaticinia prophetarum & sanctorum Patrum desiderium cum præconiis filij Dei aduentum, & incarnationem Dei expectantium exprimit: In cuius rei signum in prima dominica aduentus cantat Ecclesia introPsal. 24 tum: Ad te leuaui. Chorus igitur psallentium clericorum, qui significat chorum prophetarum, & multitudinem sanctorum, Christi aduentum expectantium, animã suã dilatat & introitum in iubilo cantat: quo

quoniã prophetę, patriarchę, reges, & sacerdotes omnesq; fideles aduentum Christi cũ desiderio expectabant, clamantes & implorantes: Emitte agnum Domine, dominatorem terræ, &c. Item, veni Domine, & noli tardare, &c. Hinc etiam ille Simeon iustus & senex benedixit, dicens: Nunc dimittis seruum tuum Domine, &c. Quia viderunt oculi mei. & Euangelista: Multi reges & prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt &c. Ex eorum ergo persona cantatur introitus, per quos Christus introiuit in mundum, iuxta illud: Et cum introduxit primogenitum in orbem terræ, & adorent eum omnes angeli. Sequitur versiculus psalmisticus siue Psal. qui versionem ad 2 operationem notat. Dicitur etiam versus quia per eum reuertimur ad introitum significans opera & vaticinia. Consequenter † ex institutione Damasi Papæ, dicitur, Gloria Patri &c. quod significat laudem: quia post operationem danda est gloria. Dicitur etiam Gloria, vt ostendatur Patrem & Filium, & Spiritum sanctum habere æqualem gloriam, & coæternam maiestatem in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum, id est, in præterito, præsenti, & futuro tẽpore. Interpositio autem gloriæ inter primam cantationem introitus, & ipsius repetitionem, designat captationem beneuolentiæ. Vt enim quod expectabant facilius obtinerent, ad totam Trinitatẽ cordis & vocis glorificationem clamabant, dicentes: Ostende nobis Domine misericordiam tuã: & salu. tu. da no. qui sedes super cherubim: appare coram Effra. B & Ma. quorum tãdem clamorem Spiritus sanctus exaudiẽs, vnxit eum oleo lætitiæ præ cõsortibus suis, & ad euangelizandum pauperibus destinauit: sicut ipse Dei filius per prophetam testatur, dicens: Spiritus Domini super me: propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me. Deinde antiphona ipsa seu introitus repetitur: vt desiderium antiquorum Patrũ seu iteratio, & multiplicatio suspiriorum, & clamoris ipsorum euidentiùs exprimatur. Vnde propheta: Manda, remãda, expecta, expecta, modicum ibi, & modicum ibi: si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit. Hoc autem desiderium Antiquorum non semper re3 præsentat introitus intellectu literæ, sed iubilo cantilenæ. Verum in diebus † festis bis introitus cantatur in laudem diuinæ & humanæ naturæ, quæ in persona Filij sunt vnitæ. In quibusdam verò Ecclesiis, & præcipuis festiuitatibus triplicatur in laudem & honorem Trinitatis, quasi ei tripudiemus, in cuius memoriam missam cantamus, & dicitur semel cum Gloria Patri, ad laudem incarnationis. Quandoque autem inchoatur voce demissa, ad notandum humilitatem: subsequenter alta voce repetitur, quæ vocis exaltatio significat exRom. 13 citationem à somno peccati, quam vox suppressa demonstrat, iuxta illud Apostoli: Hora est iam nos de somno surgere. Potest etiam & aliter dici, prout de inuitatorio, in sexta parte sub tit. de nocturnis dicetur: semper tamen integrè repetitur, vt perfectio lætitię denotetur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quædam verò Ecclesiæ dicũt introitum primò perfectè, quia Ecclesia Deum laude perfecta laudat, secundò imperfectè, quia imperfecta est omnis laus vitæ. Teriò perfectè, quia perfecta est laus patriæ. Dicitur autem introitus eò, quòd dum ille † canitur, sacerdos ministraturus ad altare intrat: seu quia per illam antiphonam ad officium intratur? qui etiam vocatur officium, quasi efficium, prout dicetur in proœmio quintæ partis. Cælestinus Papa statuit, vt psal. Dauid centũ quinquaginta ad introitum missæ ante sacrificium cum antiphona canerentur, quod anteà nõ fiebat, sed Epistola Pauli tantùm, & euangelium legebantur, & postà missa celebrabatur. De † illis ergo psalmis excerpti sunt omnes introitus regulares, gradualia, offertoria, & communiones: quæ cum modulatione primò cœperunt ad missam in Ecclesia Roma. cantari. Greg. enim introitum missæ cum cantu ordinauit, & vnum versum de illo psalmo, qui cantabatur retinuit. Irregulares verò introitus sunt, qui secundum varietates solennitatum instituti sunt, vt, Puer natus est nobis, &c. & Spiritus Domini repleuit, &c. & ibi sunt versus præter, quàm illi, Viri Galilæi: & Nunc scio verè, quia misit, &c. & alij quidam secundum aliquas Ecclesias. Et est notandum, quòd quando introitus de psalmo sumitur, si primus versus psalmi sit introitus, aliquis de sequentibus versibus eiusdem psalmi, erit versus illius introitus, sicut patet in introitu tertiæ feriæ primæ hebdomadæ quadragesimæ, quæ incipit: Domine refugium: versus est enim: Priùs, quàm montes fierent. Si verò non primus versus psalmi: sed si aliquis alius de sequentibus sit introitus, tunc primus versus psalmi, erit versus ipsius introitus, vt ecce in natali est introitus: Dominus dixit ad me, &c. versus verò est: Quare fremuerunt Gentes. & in festo innocentium introitus est: Ex ore infantium, &c. versus est: Domine, Dominus noster, &c. & sic de aliis, quod fit, ad significandum vnionem, & connexitatem capitis & membrorum. Rursus versus quandoque est duplex, quandoque est vnus, quandoque dimidius, de quo dicetur in sexta parte sub sabbato tertiæ hebdomadæ quadragesimæ. Cum autẽ introitus cãtatur, non sedetur quoniam ad opus & præconium Christi introitus refertur, vt prædestinati ad verum cultum Dei vocentur. In quibusdam Ecclesiis tropi dicuntur, pro psalmis ex institutione Greg. Papæ ad maius gaudium de Christi aduentu repræsentandũ. Est autẽ † prope tropus, quidam versiculus, qui in præcipuis festiuitatibus cantatur immediate ante introitum, quasi quoddam præambulum, & continuatio ipsius introitus: vt verbi gratia, In festo natiuitatis ante introitum illum. Puer natus est, &c. præcedit tropus iste: Ecce adest, de quo prophetæ cecinerunt dicentes: Puer natus est, &c. Habuit autem tropus originem à lege. Legitur enim Numer. x. quòd dum eleuaretur arca, cantabatur: Exurge Domine. cum vero deportabatur, cãtabatur, Reuertere Domine, ad multitudinẽ exercitus, & dicitur † tro- † pus

pus, à τρέπειν, quòd est conuersio, quoniam quædam ibi solent fieri conuersiones, ad introitum, vnde quandoque prius dicitur versus, & postea ὕστερον. Et inde etiam tropus dicitur, zona, quæ conuertitur ab vmbilico, eum circumeundo. Potest † etiam aliter dici, quoniam introitus est laus Ecclesiæ, de Iudæis conuersis. Vnde tria continet, videlicet antiphonam, versum & gloriam: & hæc propter tres ordines fidelium qui fuerant Hebraicæ linguæ, scilicet Patriarchæ, prophetæ & Apostoli. Introitus sine antiphona est patriarcharum, versus prophetarum, Gloria verò Apostolorum, antiphonæ repetitio, est prædicationis identitas & confirmatio, quasi quod longe prius patriarcha gestibus figurauit, propheta prædixit, Apostolus euangelizauit. Ad quam etiam conuersionem notandum quòd solennes tropi aliqui inseruntur, qui sunt laudes ad introitum cõuertibiles. Nam τρίπος Græcè, dicitur conuersio Latine, vt præmissum est.

† tropus

2 † tropus

3 † tropus

4 † tropus

5 † tropus

6 † tropus

7 † tropus

8 † tropus

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos accinctus ad altare accedens, quid notet, & eius processionis ordo & forma. nu. 2. 7. 8. 9. & quorumlibet significatio, fusissime per discursum. num. 3.*
4 *Altaris ministri quid significent.*
5 *Ignis necessarius, ad omnia sacrificia.*
6 *Thuriferarius, cur cereferarios & alios antecedat.*
10 *Diaconi duo Pontificem deducentes, quid significent.*
12 *Mapula, quam quatuor ministri ferunt super Episcopum, quid notet: & num. 12.*
13 *Stupa, quæ comburitur in ecclesia, quid significet.*
14 *Processio, siue potius supplicatio, ad instar castrensis aciei instructa, quid notet. Atque nostra huius institutionis collatio, cum veteris testamenti ritu nu. 15.*
16 *Processiones, vnde ortum habuerint.*
17 *Processionis siue supplicationis ordo.*
18 *Crux est vexillum triumphi & gloria.*
19 *Campanæ pulsatio quid notet.*
20 *Processiones quatuor solennes.*
21 *Dominicæ diei obseruatio, antiquitus nihilominus religiosa, quàm hodie.*
22 *Processio, quos cantus poscat.*
23 *Christus, post resurrectionem suam, matri primo apparuit: quod falsò tamen Magdalenæ tribuitur.*

De accessu sacerdotis ac Pontificis ad altare, & de processione.

CAP. VI.

1 CVm introitus canitur, Pontifex seu sacerdos † paratus & sacris indumentis ornatus, de sacra æde egreditur, & ad altare accedit,

significans, quòd Christus expectatio gentium, carne sacrosanctâ assumpta, ex virginis carne incorrupta de secreto habitaculo cœlorum
Psal. 18 egressus est in mundum, vel de secreta æde, videlicet de virginali utero egressus est, tanquam sponsus de talamo suo. Porrò episcopus siue sacerdos egrediens procedit inter duos: videlicet inter vnum presbyterum, & diaconum, quem antecedit subdiaconus euangelij codicem clausum gerens, Illum præcedunt duo ceroferarij, quos etiam præcedit ferens turibulum cum incenso. Demum episcopus vel sacerdos ad altare perueniens, mitram deponit: confessionem facit: codicem aperit, & osculatur apertum. Sacerdos itaque seu episcopus, illum magnum repræsentat sacerdotem, scilicet Christum de quo ait Apostolus: Christus assistens pontifex futurorum bonorum &c. Sacerdos &
Hebr. 9 *Luc. 10* leuita illum deducentes legem & prophetiam designant, secundum illud quod ipse Dominus proposuit in parabola sauciati: quia sacerdos quidam descendit eadem via: & viso illo præteriit: similiter & leuita.
Mat. 2 *Deut. 8* Moses quoque & Helias, in figura legis & prophetiæ apparuerunt in monte cum Christo loquentes, Sacerdos ergo & leuita deducunt episcopum: quia lex & prophetia Christum annunciauerunt, & promiserunt. Vnde Moses inquit: prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris: ipsum tanquam me audietis. Item Esaias: Ecce veniet propheta magnus, & ipse renouabit Hierusalem. ¶ Vel episcopus † seu sacerdos inter duos existens, significat Christum inter duo testamenta. Ipse enim à duobus testamentis mundo per prophetas & Apostolos prædicatur. Quia verò ille in mundum venturus: præmisit prophetas, sapientes, & scribas: in locum scribarum præmittit pontifex seu sacerdos subdiaconum portantem scripturas qui sapiens sit dominica disponere vasa. Quandoque verò archidiaconus & sacerdos pontificem deducunt, quem immediatè diaconus & subdiaconus antecedunt qui significant Apostolos, & discipulos: quos Christus misit ante faciem tuam: & adhuc quotidie mittuntur prædicatores, & prælati Ecclesiæ præparare viam Domino spiritualiter ante faciem suam.
Luc. 1 Adhuc subdiaconus antecedens significat Ioannem baptistam, qui præcessit in spiritu & virtute Heliæ præparare Domino plebem perfectam: & fert ante pontificem codicem euangelij: quia Ioan. Ante
Matt. 3. Christum prædicationem euangelicam inchoauit, dicens: pœnitentiam agite appropinquabit enim regnum cœlorum. Diaconus verò repræsentat prophetas, qui annunciauerunt futuram ex euangelio vitam. Cæterùm episcopus ideò sequitur euangelium, ad notandum quòd debet semper illud intueri & in mente habere: & ante illum portatur, quia per doctrinam euangelij ad Christum vitam via præparatur. ¶ Potest etiam dici, quòd per subdiaconum librum † ferentem & per diaconum, euangelij præconem sanctos noui testamenti. per librum verò euangelij, nouum intelligimus testam. per ceroferarios verò & turiferarium sanctos: qui præcesserunt nouum testamentum, &

per duo

5 per duo candelabra cum cereis ardentibus, legem & prophetiam, quæ Christum mundi lucem nunciabant, commemoramus. Sine † igne enim non debet sacrificari extrà de celebr. missa. cap. fi. iuxta illud Leuiti. vj. cap. Ignis in altari meo semper ardebit. Quid lumen huiusmodi significet, & de candelabris, dictum est in prima parte sub titu. de pictu ris. Cerei feruntur super candelabra, quæ fundamentum designant, vt super fundamentum luceat coram hominibus lux prædicatorum. Pulchrè ergo candelabra diaconus & subdiaconus ante euangelium præcedunt: quia lex & prophetæ legem gratiæ præcesserunt. In quibusdam Ecclesiis sunt tres cerei, quorum medius significat illum, qui ait: vbicumque fuerint duo vel tres, &c. In aliis septem, quia
6 gratia septiformis tota Ecclesia illuminatur. De hoc aliàs sub euange- *Matt. 18*
lio dicetur. ¶ † Turiferarius verò ceroferarios & alios antecedit, ad notandum quòd turis significatio sanctis vtriusque testamenti communis est. Per turibulum autem, cor humanum competenter notatur: quod debet esse apertum superius ad suscipiendum & clausum inferius, ad retinendum: habens ignem charitatis & tus deuotionis siue suauissimæ orationis: seu bonorum exemplorum sursum tendentium quod per fumum inde resultantem notatur. Sicut enim tus in igne turibuli suauiter redolet, & sursum ascendit. ita opus bonum vel oratio ex charitate, vltra omnia timiamata fragrat. ¶ Adhuc turibulum cum incenso, corpus Christi suauitatis odore plenum: carbones spiritum sanctum: tus boni operis odorem designant. De hoc etiam dicetur in quinta parte sub titul. de laudibus matutinis, & infrà sub titul. de tu-
7 rificatione. ¶ † Postquam ad altare ventum est, cerei qui præcesserant ponuntur, vt ostendatur doctores fuisse ante natiuitatem, & post illuminantes. Candelabra verò manibus per acolytos tenentur, donec κύριε ἐλέησον, incipiatur, ad notandum, quòd doctor opere debet exercere, quod docet quódque non debet rudem populum deserere, donec sciat profiteri: Domine miserere. Illo verò incepto, deponuntur quandoque in pauimento: tum quia post acta bona opera humiliare, & esse puluerem recognoscere nos debemus: tum quia doctores in bono opere & in prædicatione se terram esse cognoscere debent. Sed dum officium inchoatur, subleuari debent: quia quisque & præcipuè prælatus se erigere per bona opera debet: vt cæteri hoc viuentes glorificent patrem, qui in cœlis est. Adhuc pontifex ad altare perueniens
8 mitram deponit, prout dictum est in tertia parte sub titu. de mitra, *Matt. 5*
deinde confessionem dicit. ¶ † Intereà verò dum confessio fit, subdiaconus tenet librum euangeliorum clausum ante faciem eius, à parte sinistra. Stat quidem ad sinistram, quoniam ipse tenet in aliquibus locum prophetarum, quos sæpe in Ecclesia legis: tenet librum ante oculos pontificis, vt ille iugem memoriam habeat euangelicæ prædicationis, qui, qui clausus tenetur: quoniam lex euangelica clausa in prophetis mysticè continetur. Confessione autem facta sacerdos

librum

Universidad de Deusto
Biblioteca

librum aperit & osculatur: prout sub titul. de osculo altaris dicetur.

Nota * ¶ † Sanè secundum Innocent. Papam.iij.Romanus pontifex dum stationalis solennitas celebratur, cum sex ordinibus clericorum: de quibus in procœmio secundæ partis dictum est: à sacrario siue à loco vbi se induit & parauit, processionaliter progreditur ad altare designans,

Ioan.16 quod Christus exiuit à patre, & venit in mundum. Hîc enim proces-

Matt. 11 sionis ordo, generationis Christi seriem repræsentat, quam Matthæus euangelista describit: in qua sex inueniuntur ordines personarum, à quibus secundum carnem Christus originem traxit, & in mundum processit: videlicet Patriarchæ, Prophetæ, Reges, Principes, Pastores, & Duces. Abraham, Patriarcha. Dauid, Propheta. Salomon, Rex. Salomon princeps. Iudas, Pastor. Zorobabel Dux. ¶ † Duo diaconi te

Pontificem deducentes, significant Abraham & Dauid: quibus incarnationis Christi facta est repromissio. Nam illi promissum est: in semine tuo benedicentur omnes gentes: isti verò pollicitum est: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam propter quòd euangelista figuraliter hos duos in generatione Christi præmisit inquiens:

Psal.78 Liber

Matt. 1 generationis Domini nostri Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham.

1.Reg.7 Isti sunt duæ columnæ, quas vetus ille pontifex in vestibulo templi posuit ante ostium: quas ambit funiculus duodecim cubitorum, id est, quos fides duodecim Apostolorum amplectitur: de quarum medio Christi ostium credentibus aperitur. ¶ † Quatuor autem ministri su

per pontificem mapulam ferunt in summitatibus quatuor baculorum colligatam, & inde ipsi ministri mapularij nuncupentur: mapula illa, quæ diuersis figurata est imaginibus sacram designat scripturam quæ multis & variis est insignita mysteriis. Hæc quatuor baculis super pontificem portatur extensa, quia sacra scriptura quatuor modis super Christum fertur, expositа videlicet historicè, allegoricè, anagogicè, & tropologicè: prout dictum est in procœmio primi libri. Hic est fluuius paradisi, quia quatuor in capita diuisus progreditur. hæc est mensa propositionis, quæ quatuor pedibus eleuata subsistit. Super pontificem ergo portatur extensa, vt is venisse monstretur, quem lex scripserat & prophetæ. Nam ipsemet Christus incipiens à Mose & prophetis interpretabatur in omnibus scripturis, quæ de ipso erant: propter quòd dicitur alibi: si crederetis Mosi crederetis & mihi. de me enim ille scripsit. † Quatuor ministri mapulam ferentes quatuor sunt euangelistæ sacram scripturam declarantes & fideles exaltantes. Hinc est quòd in summitatibus baculorum, eorum imagines collocantur: & præferuntur duo luminaria cum incenso, quia lex & prophetæ cum psalmis Christi pronuntiauerunt aduentum Christo attestante qui ait: Necesse est impleri omnia illa, quæ in lege Mo-

Gen.2 Exod.25 Luc. 24 Ioan.5

Luc. 24 sis, & prophetis, & psalmis de me scripta sunt. In maioribus autem solennitatibus septem candelabra, corã pontifice deferuntur: per quod illud ostenditur, quod Ioannes in Apoc. describit: Conuersus (inquit) vidi

vidi septem candelabra aurea, & in medio illorum similem filio hominis, vestitum podere: vt ille, per hoc aduenisse monstretur super quem requieuit spiritus gratiæ septiformis, secundum illud Esai. vaticinium. Egredietur virga de radice Iesse: & flos de radice eius ascendet & requiescet super eum spiritus Domini &c. ¶ In quibusdam etiam basili-

13 cis circa medium † chori manipulus stupæ appenditur: cui Pontifex transiens, ignem apponit, vt in conspectu populi citò incineretur: per hoc secundum aduentum commemorans, in quo Christus viuos & mortuos, & seculum per ignem iudicabit. Nam ignis in conspectu eius semper ardebit. Leuitic. vj. & in circuitu eius tempestas valida, Psalm. xlix. ne videlicet quis malè securus existat: quoniam qui in primo aduentu blanditur, pro secundo exterret: qui enim iudicandus venit in primo, iudicaturus veniet in secundo. Hoc etiam fit, vt Pontifex ignem apponens, consideret, quòd ipse debet in cinerem redigi, & ornatus eius in fauillam conuerti: & quòd quem admodum stupa facilè comburitur: sic etiam facilè & quasi in momento præsens transit mundus, & concupiscentia eius: quia (secundum Iacobum Apostolum) vita nostra, vapor est, & ad modicum parens, ne fortè qui gloriosus incedit, in temporali gloria delectetur: nam omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Cum autem iam pontifex appropinquat altari, primicerius stolæ cantorum accedens, dextrum ipsius humerum coram adstantibus osculatur: quia cum Christus nasceretur in mundo, Angelus ille cum quo facta est cœlestis militiæ multitudo laudantium Deum, natiuitatem eius pastoribus patefecit: de quo dicit propheta: Puer natus est nobis: & filius datus est nobis: & factus est principatus super humerum eius. ¶ Porrò tres sacerdotes, qui Pontifici venienti, coram altari reuerenter occurrunt, & inclinantes os eius osculantur: & pectus: significant illos tres Magos qui venerunt Hierosolymam, dicentes: Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum, & procidentes adorauerunt eum & appertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, tus, & myrrham. Pergeminum quidem osculum geminam in Christo confitentur naturam diuinam, scilicet & humanam: diuinam, quasi latentem in pectore: humanam quasi patentem in ore: quas etiam per oblata munera Magi mystícè figurarunt. Osculum enim signum est reuerentiæ, vt sub tit. de pacis

14 oscul. dicetur: ¶ Disponitur autem ista † processio, velut castrorum acies ordinata. Nam maiores & fortiores quasi custodes exercitus præueniunt, & sequuntur: minores autem quasi debiliores in medio colliguntur: præcedunt enim Episcopi, & presbyteri subsequuntur, Pontifex, & diaconi: in medio colliguntur subdiaconi & acolyti: cantores verò quasi tubicines, exercitum præcedunt, vt eum ad prælia contra dæmones excitent & inuitent: de quo prælio Apostolus dicit, Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem: sed aduersus spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Vnde buscinate in neomœnia tuba, in

Apoc. 1 Esai. 2

1. Ioan. 2 Iacob. 4 Esai. 40

Luc. 2 Esai. 9

Matth. 2

Cant. 6

Ephes. 6 Psal. 80

die

die insignis solennitatis vestræ. ¶ † Præmisimus de processione summi Pontificis inde etiam occasione sumpta & de aliis processionibus aliqua subiiciamus. Circa quod generaliter notandum est, quòd sicut in Missa legatio Christi pro nobis in mundum figuratur, & in processionibus nostris reuersio nostra ad patriam nostram denotatur, quarum solennitas egressum populi de Ægypto pene in omnibus imitatur: sicut enim populus ille per Mosem ereptus est de manibus Pharaonis: sic populus Dei per Christum liberatur de ore leonis, Et sicut tabulæ testamenti de monte Synai acceptæ sunt à Mose, & coram populo portatæ Exod. xxxiiij. & xxxv. cap. sic liber euangelij sumitur de altari & portatur. Illos verò columna ignis præcedebat: & nos lumen candelæ præcedit. Ante turmas illorum signa ferebantur: ante nos cruces & vexilla portantur. Ibi, prodigia fiebant, & apud nos miracula non cessant. Illic, Leuitæ tabernaculum fœderis portabant & nostri diaconi & subdiaconi planaria & capsas ferunt. Ibi, arca Domini, à sacerdotibus portabatur: & apud nos scrinium aut feretrum, cum reliquiis à presbyteris deportantur. Apud illos, Aaron sumamus sacerdos sequebatur ornatus: & apud nos, Episcopus infulatus. Apud eos, Moses cum virga: apud nos rex cum sceptro, vel Episcopus cum sanbuca. Ibi, clangor tubarum: hîc strepitus campanarum. Ibi, populus armatur: hîc clerus sacris vestibus & populus virtutibus adornatur. Ibi populus aspergebatur sanguine: hic, aqua benedicta, cum, sale. Illis obuiebat Amalech sanguinem sitiens: nobis turba dæmonum nostræ vitæ semper insidians. Illis suus Iosue victor extitit & noster Iesus victoriam nobis obtinuit. Cùm autem ad aliquam Ecclesiam processionaliter tendimus, tunc quasi ad terram promissionis accedimus. Cùm verò Ecclesiam cantantes intramus, quasi gaudentes ad patriam peruenimus. Cùm circa Ecclesiam feretrum cum campanarum pulsatione portamus: quasi cum arca cum sono tubarum & cum clangore populi Hiericho circuimus. Hiericho corruit & destruitur cum in nobis concupiscentia vincitur, Cum vero de choro ad aliquod altare imus, ibique stationem facimus, significat quod animæ ad Christum tendunt & continetur in consortiis Angelorum. ¶ Secundo, etiam Dauid † & Salomon nos ad processiones informauerunt cum Dauid arcam Dei in tabernaculum & Salomon in templum cum hymnis & canticis portauerunt, & sub alis cherubin locauerunt. Sicut Christi humanitas ascendens cœlum ingreditur: & ab Angelis perenniter adoratur: quem fidelis anima comitatur. ¶ Tertiò, etiam in processionibus memoramus, quod Christus de sinu patris venit in mundum de præsepe ad templum, & de Bethania in Hierusalem, & de Hierusalem in montem, optantes, vt de mundo reuertamur ad patriam: & de vna Ecclesia ad aliam scilicet de militante ad triumphantem: sequentes crucem, id est vestigia crucifixi: & nos vitiis & concupiscentiis crucifigentes. Sequentes etiam vestigia sanctorum, præcepta Euangeliorum,

Nota.

liorum, & induti vestes sacras, scilicet loricam iustitiæ cingulum continentiæ, scutum fidei, & galeam salutis æternæ. Deinde sacerdos celebraturus quasi contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus pugnaturus, sacris vestibus quasi armis induitur: prout dictum est in procœmio tertiæ partis. ¶ In † nonnullis autem Ecclesiis sic processio ordinatur, præcedunt namque septem acolyti cum luminariis, significantes omnes qui per septiformen spiritussancti gratiam, lumen scientiæ fidelibus ministrauerunt: illos sequuntur septem subdiaconi, cum planariis, significantes illos, qui per eandem gratiam plenitudinem diuinitatis in Christo habitaturam corporaliter docuerunt. Et post eos septem diaconi repræsentantes vniuersaliter omnes: qui per eandem gratiam spiritualem intelligentiam, videlicet Euangelicam de Christo habuerunt. Et post eos xij. priores, figurantes omnes, qui fide sanctæ trinitatis vel trium, vel quatuor virtutum operibus coruscarunt: quos comitantur tres acolyti, cum turibulis & incenso, significantes tres Magos, qui Christo munera obtulerunt. Deinde sequitur vnus subdiaconus codicem Euangelij baiulans, qui significat legem: qui ideò Pontificem præcedit, quia lex continens in se passionis Euangelicæ sacramentum, præcessit Christi aduentum: & portat illum clausum: ad notandum, quòd illud fuit in lege obscurum: prius, quàm agnus septimi libri sigilla aperiret. Deinde Pontifex à duobus quasi in curru vehitur, quem turba comitatur orando, in quo designatur, quòd populus sequitur Christum in cœlum: in quo comitatu decem sunt ordines, scilicet ostiarij, lectores, exorcistæ, acolyti, subdiaconi, diaconi, presbyteri, cantores, laici, mares, & mulieres: quia currus Dei decem milibus multiplex milibus dicitur, ad insinuandum eorum perfectionem. Sed diaconos, subdiaconos, & acolytos præsertim secum paratos adducunt: iuxta illud: Ecce ego mitto ad vos prophetas, sapientes & scribas. Prophetæ sunt diaconi, sapientes, subdiaconi, scribæ acolyti. His siquidem Christi vicarius, & ipse Christus in publicum deducitur in modum adolescentularum tympanistriarum. Cùm autem prodeunt cantores in duo chori susçipiunt gratulando cantantes introitum, cum Gloria in excelsis: nempè cantores siue clerici in albis exultantes: Angeli sunt qui Christum ascendentem: cum gloria & laudibus in altissimis acceperunt. Duo chori, qui laudes concinunt, sunt duo populi, Iudaicus videlicet & Gentilis: qui Christi venienti cum laudibus occurrunt. Ipsa verò processio, est via ad cœlestem patriam. Aqua benedicta præcedens, munditia vitæ est. Luminaria, misericordiæ opera: iuxta illud: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, &c. Siquidem Pontifex, seu sacerdos quasi medius collocatur inter clerum & crucem præcedentem, & populum subsequentem, tanquam mediatoris Dei & hominum vices gerens. Præterea maiores in choro & in processiõe posteriores sunt: quia salus fit descendenti. Vnde Zachæus, princeps publicanorum, quia pusillus erat,

Ephes. 6

17

Nota. Processionis ordo.

Apost. 5

Psal. 64

Matt. 24

Psal. 67

Luc. 12

Nota.

Luc. 19

erat,cum ascendisset arborem sycomorum: vt videret Iesum transeuntem: ait ei Iesus, Zachæe descende: quia hodie oportet me manere in domo tua: at ille descendit,& excepit illum gaudens in domum suam.

Matt.23 Iudæi verò in sublimi stantes erant, & maiores eorum primas cathedras in synagogis habebant. ¶ Crux † ergo, quasi regale vexillum & triumphale signum in processionibus præmittitur. Primò, vt fugiant, qui oderunt eum, à facie eius. Psalm. lxvij. Est enim signum victoriæ Christi. Iuxta illud: Vexilla regis prodeunt, & c. quo dæmones victi sunt: vnde illo viso timent & fugiunt. Et propter hoc in quibusdam locis tempestatibus aëris opponitur, vt dæmones fugiant: & ab aëris concitatione desistant. Nempe sanctæ crucis mysterium, est nostrum signum & vexillum. Vnde Esai.ij. Statim signum populorum: ipsum gentes deprecabuntur: & erit sepulchrum eius gloriosum ¶ Secundò crucis vexillum præmittitur: quia sicut ait Apostolus ad Galat. Absit nobis gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi per quem mundus nobis, & nos mundo crucifigi debemus. De hoc etiam sub titul. de Euangelio dicetur. Quandoque etiam vexilla præmittuntur: vt dicetur in sexta parte sub titu. de rogationibus ¶ † Sanè, vt præmissum est, dum fit processio campanæ pulsantur. Nam sicut rex terrenus in exercitu suo legalia habet insignia, scilicet tubas,& vexilla: sic & rex æternus Christus, in ecclesia sua militanti campanas pro tubis & cruces pro vexillis habet: de quo in parte prima sub titu. de campanis dictum est. Adhuc campanarum strepitus prophetas qui Christi aduentum prænuntiarunt figurat panni, & alia substernuntur in loco, vnde transire & ad cantandum processio stare debet, Iuxta illud Thobiæ penult. Plateæ tuæ sternuntur auro mundo,& candido & in viis eius cantabitur allelu-Ia. ¶ † Illud autem sciendum est, quòd quatuor sunt solennes processiones, scilicet in purificatione beatæ virginis Mariæ, in Ramis palmarum: in Pascha, de quibus in suis locis dicetur: & quarta quæ fit in ascensione Domini, ad repræsentationem illius vltimæ processionis, quam discipuli post Dominum in die ascensionis eius in ecclesia obseruabat diem dominicam solennem, vt & modo: & fiebat in ea processio in memoriam Resurrectionis: & obseruabat etiam quintam feriam: & fiebat in ea processio in memoriam dominicæ Ascensionis: sed multiplicatis sanctorum festiuitatibus, sublata est solennitas quintæ feriæ: & eius processio, per Agapitum Papam in Dominicam translata est: vt à populo tunc ad Ecclesiam conueniente simul & solenniter valeat celebrari: vt propter hoc dies Iouis dicitur vulgariter cogna-

Gal.5

Matt.28 Luc.1

ta dici dominicæ: quia videlicet antiquitus par solennitas fuit vtrique. In diebus igitur dominicis processionem facientes. Resurrectionem dominicam memoramus vt processionem per discipulos post Dominum

Dominum factam repræsentamus non quòd illi eam in dominica die fecerunt, vt præmissum est, Nempè egrediendo & regrediendo ad eum, quasi ad Hierusalem redimus ad Hierusalem, prout illi fecerunt,& sequimur crucem, sicut illi Crucifixum, & licet illi sine Iesu redierunt: nos tamen cum cruce redimus, pro eo quòd ipse dixit. Vobiscum sum vsque ad consummationem seculi: quæ processio antequàm tertia dicatur, facienda est, prout in sexta parte sub Ascensione dicetur. ¶ † Non est etiam prætermittendum quòd in Dominicalibus processionibus de nouo duntaxat testamento cantare & virginem salutare aliquid, quod ad eius laudem propriè pertineat cantare debemus: ex quo etiam consuetudo inoleuit, vt in claustris oratorium virginis construatur: quam in statione primò ex pristina consuetudine salutamus. Licet † enim dicatur, quòd Christus resurgens prius Magdalenæ apparuerit: verius tamen creditur, quòd matri suæ ante omnes apparuerit: sed Euangelistas hoc dicere non pertinuit, quorum officium fuit testes Resurrectionis inducere, nec decuit ad testimonium pro filio matrem inducere. Si enim verba extranearum fœminarum visa sunt incredulis deliramenta: quomodo non magis matrem pro filij amore crederent delirasse. & sic Romana sentire videtur Ecclesia, quæ in prima die post Resurrectionem scilicet in Pascha, apud beatam Mariam maiorem celebrat stationem quasi præponens Hierusalem, id est virginem, quæ vidit pacem præ alijs in principio lætitiæ suæ: quocirca sicut prima die ad misericordiam suam apud sanctam Mariam maiorem præcurrimus: sic & ad eius honorem in Dominicalibus processionibus prima statio deputatur, vt eam laudibus extollentes, & ab eius oratorium festinantes cum sponso dicere videamur: Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem turis: mons quidem, est ipsa casta virgo, ad quam filius resurgens vadit apparendo, & nos adorando. Sed non est necesse, quòd si dicatur: quia nunquam disparuit, & quod semel, melius est, &c. Sed ideo sic ponitur propter rudes, & sensibus tantùm, & non intellectu præditos. Postremò notandum est, quòd in quibusdam Ecclesijs post processionem omnes clerici ante crucifixum veniunt inclinantes illi, & dicentes: Aue Rex noster, benedictus: sed & qui pluuialia aut alias solennes vestes portarunt, ante altare illas deponunt: primò ad repræsentandum, quòd filij Hebræorum sternebant vestimenta sua in via ante Christum in processione sibi Hierusalem venienti facta. Secundò, ad ostendendum, quòd diuino vacaturi officio, omnia mundana à mentibus abijcere debent.

Pſal.86

Canti.4

SVMMARIVM.

1 *Confessio cur ante Missam à sacerdote ineunda. & num.2.*
2 *Pectus quando, & cur tundamus.*

4 *Manipuli impositio in brachio Episcopi, quid notet.*
5 *Manuum iunctio in confessione quid notet.*
6 *Inclinationes sacerdotis in missa, quid notent.*
7 *Inclinationes Christi, tredecim, in ara passionis.*

De confessione facienda in missa.

CAP. VII.

PRius, quàm † sacerdos vel Episcopus gradus altaris ascendat, & antè, quàm sacrum ordinetur officium, ad seipsum reuertens inclinat se ante altare, significans Christi exinanitionem, qui inclinauit cœlos & descendit: Psal. decimoseptimo, cum se formam serui accepiens exinaniuit: & considerans quòd sicut dicit Salomon: iustus in principio sermonis accusator est sui. confisus etiam de illa prophetica consolatione, Dixi confitebor. & tu re. &c de pœ. di. j. dixi. de peccatis suis cum adstantibus generaliter confitetur: Psal. illum præmittens ex institutione Cælestini Papæ. j. q. j. rite ad hoc conuenientem: Iudica me Deus, &c. vt diseretus à gente non sancta, & ab homine liberatus iniquo ad altare dignus introeat. Petit enim liberari à tentatione, & illuminari à gratia: vt patet in ipso Psal. Petit etiam à Deo vt det ei quod offerat, scilicet filium suum, quem nisi ei daret, prout Abrahæ dedit, non haberet quid offerret. † Fit ergo confessio, vt purior sit, & sine macula ingrediatur. In quo notandum est: quia non (vt quidam minus prouidè faciunt in specie) ne cauterizentur conscientiæ auditorum: sed in genere confitenda sunt peccata, quoniam ista confessio non est occulta, sed manifesta & nota, quòd cum in templo Salomonis dedicato sacerdotes dicerent: Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius: nebula impleuit domum domini & obumbrauit facies sacerdotum: ita quòd se inuicem videre non poterant. Et ait Salomon: Dixit dominus, quòd habitare in nebula dixit, id est, opere demonstrauit: quoniam in nocte Synai apparuit in nebula: Israël in nube processit, & ante Moysen in cauerna positum transiuit in nebulam. ¶ † Percutimus autem pectus, cum peccata confitemur: exemplo publicani, qui pectus suum percutiebat dicens: Domine propitius esto mihi peccatori. In tunsione quidem pectoris tria sunt: ictus, sonus, & tactus, per quæ significatur triplex quę sunt in vera pœnitentia necessaria, videlicet cordis cõtritio, oris confessio, & operis satisfactio: quia in tribus peccamus: scilicet, corde, ore, & opere. Deinde pro circunstantibus orat: indulgentiam peccatorum implorans: nam Christus de secreto patris in mundum veniens, & de vtero virginali procedens, patribus suspiria multiplicantibus pro nobis passurus Hierusalem introiuit: in montem se inclinauit: causam suam contra hominem dolosum, & iniquum Deo committens,

Prou. 18
Psalm. 31
Psalm. 25
Gene. 22
4. Reg. 8
Luc. 18

mittens, & patri confessionem fecit, dicens: Confiteor tibi pater cœli &c. ipse quoque nobis indulgẽs proprio corpore peccata nostra portauit. ¶ Sanè pontifici † facturo confessionem subdiaconus manipulum coram altari immittit. Primò ad notandum quod concessa temporalia per manum alienam: puta subdiaconi vel alterius, & non per propriam recipere & administrare debet. ¶ Secundo ad designandũ, quod non sufficit oris confessio: nisi & boni operis fructus per populum significatus, sequatur. ¶ Tertiò, vt videns se in inferioris militerij ornamento ornati animo humiliter. ¶ Rursus, ideò pontifex post acceptam casulam, & non ante manipulum recipit: quia Christus, cuius typum gerit, non prius manipulos operum, qui per manipulum ipsum designantur, obtulit, quam cœlestem haberet conseruatio, qui per casulam figuratur: prout in parte tertia, sub dalmatica dictum est. Sacerdos vero ecotra, ante indutam casulam manipulum sumit: quoniam cœlestem conuersationem adipisci nequit: nisi prius sanctorum operum manipulos portet. ¶ Adhuc Pontifex postquam ad altare peruenit, manipulum recipit, ad notandum, quod tunc demum bonorum operum effectiuum præmium percipiemus, cùm ad æterni tribunal iudicis perueniemus ¶ † Sacerdos autem, dum facit confessionem, & etiam sæpe in Missæ officio manus iungit, quæ manuum iunctiones deuotionem significãt, Et quia illa in aliquo est maior, in aliquo est minor, ideo certus manuum iunctionum non est numerus determinatus. ¶ Rursus, sacerdotis manuum iunctio, significat omnium bonorum à Deo fluentium in ipso vnitatem & coniunctionem: Et quia infinita bona infinitis & indeterminatis modis possunt à deo procedere: ideò manuum iunctionum sacerdotis numerus determinatus non est. ¶ Inclinationes † vero sacerdotis in officio Missæ secundum morem quarundam Ecclesiarum sub certo numero peristringuntur: quoniam regulariter octo vicibus profundè coram altari, & tredecim vicibus mediocriter super altare inclinat. ¶ Octo profundas inclinationes ante altare, facit ad referendas gratias ipsi Christo, de octo principalibus quæ egit ante sui immolationem, quam sacerdos; officio figurat altaris. ¶ Primũ fuit admirabilis incarnatio. ¶ Secundum, fuit discipulorum gratuita vocatio. ¶ Tertiũ, dæmonis in tentationibus superatio. ¶ Quartum, miraculorũ operatio. ¶ Quintum, infirmorum sanatio. ¶ Sextum mortuorum resuscitatio. ¶ Septimum, omnium quæstionum, & propositorum per suam sapiẽtiam determinatio. ¶ Octauum, salutaris populorum instructio: & quæcunque ante sui immolationem egit ad hæc octo secundum Bern. reduci videntur. ¶ Tredecim vero inclinationes mediocriter facit. super altare: quia Christus tredecim fecit in ara crucis, sumendo aram crucis, pro toto tẽpore suæ passionis, quòd incedit in hora captionis. ¶ Primum fuit inde † proditoris discreta redargutio: dicẽtis: Iuda, osculo filium hominis tradis? ¶ Secundum fuit ipsius captionis sui impræbitio: di-

Matth. 2
Luc. 22
Ioan. 18

Universidad de Deusto
Biblioteca

centis eis: Quem quæritis? qui responderunt: Iesum Nazarenum: quibus respondit: Ego sum. ¶ Tertium falsis testibus, & regibus mansueta responsio. ¶ Quartum, sputorum & verborum sine murmuratione toleratio. Quintum in his, quæ vidit & audiuit nulla sibi vel alijs data perturbatio. ¶ Sextum discipuli eum ter negantis culpæ condonatio. ¶ Alia verò, septem enumerat Ambrosius ab eo, in ligno crucis facta dicens: Actor pietatis in cruce pendens officia diuidebat: persecutionem Apostolis, pacem discipulis, corpus Iudeis, spiritum patri, paranymphum virgini, paradisum latroni, & internum peccatori. ¶ Oscula quoque sub certo numero fiunt, prout dicetur in quarta particula canonis.

SVMMARIVM.

1 *Turificatio altaris, quid designet.*
2 *Christus omnes non exaudit.*
3 *Tus, orationem significat.*

De incenso benedicendo, & in turibulum mittendo.

CAP. VIII.

1 POst factam confessionem, & datam absolutionem † Pontifex vel sacerdos priùs quàm dicat: Deus tu conuersus &c. insensum cum benedictione in turibulo apponit se præsentans; quòd legalis sacerdos ferens sanguinem & carbones cum timiamate in turibulo orans ponebat, vt fumus eum obumbraret: prout dictum est in proœmio huius partis. Per hoc etiam illud insinuans, quòd Angelus venit, & ante altare stetit habens turibulum aureum in manu sua: quod impleuit de igne altaris, & data sunt ei incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum. ¶ Sanè Angelus, est Cristus, turibulum aureum, corpus immaculatum: altare Ecclesia: ignis, charitas: incensum, oratio: secundum illud propheticum: Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. *Psal. 140* Venit ergo Angelus, id est, Christus: qui stetit ante altare, id est, in conspectu Ecclesiæ, habens turibulum aureum, id est, corpus immaculatum: plenum igne, id est, charitate & data sunt ei, scilicet à fidelibus incensa multa, id est, orationes, vt daret, id est, repræsentaret eas patri de orationibus sanctorũ. ¶ Et † nota, quia non dicit orationes: Christus enim non omnes orationes exaudit: sed dicit de orationibus: de illis videlicet quæ pertinent ad salutem. vnde cum Paulus ter Dominũ rogasset vt ab eo stimulum carnis auferret, *2. Cor. 2* respondit ei Dominus: Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Episcopus ergo vel sacerdos tus in turibulo apponit: quia Christus orationes inspirat animo, vt per ipsum offeratur incensum in odorem suauitatis: sacerdos autem minister incensum repræsentat Episcopo, vel diaconus sacerdoti: quia lex illud pretiosum timiama confecit, quod in odorẽ suauitatis altissimo offerret: de quo Dominus

Dominus subdit in Exodo xxx. cap. Talẽ confectionẽ non faciẽtis in vsus vestros: quia sanctum est domino: & homo quicunque fecerit simile, vt odore illius perfruatur peribit de populis suis. Et ex hoc verbo fuerunt qui dicerent, quòd si oblato ture & benedicto, supra altare turibulum descendit ab altari ad clericos vel laicos, tũc aliud intus sine benedictione apponendum est: & omnibus tam clericis, quàm laicis offerendum, tanquam illud spectet ad *κατρικὸν*, istud ad *Ἀκλικὸν*, Melius tamen secundum spiritum, quam secundum literam, intelligitur: nam litera occidit: spiritus viuificat: & propter præmissam etiam causam odor turis benedicti non datur in Ecclesia sponso *2. Cor. 3* & sponsæ. Per † concremationem vel consecrationem verò turis significatur, quòd sacerdos orationem feruentem & deuotam debet habere. Tus enim virtutem habet ascendendi, ex fumi leuitate: consolidandi sui qualitate: constringendi ex glutinitate: confortandi ex aromaticitate: sic dum oratio ascendit in Dei memoriam, animam consolidat, quantum ad culpam præteritam, impetrando medelam: & constringit, quo ad committendi licentiam: confortat quo ad præsentem impetrando tutelam: de quo etiam dictum est sub tit. de accessu pon. ad al. & dicetur sub tit. de turificatione. ¶ Nauicula verò, in qua incensum reponitur, designat, quòd per orationem, quam incen- *Prou. 31* sum significat. de huius mundi mari magno, & spacioso, ad cælestem patriam satagamus nauigare. Vnde in Prou. Facta est quasi nauis institoris portans de longe panem suum. Potest etiam dici, per turibulum, cor hominis: per ignem, feruor deuotionis: per incensum, orationes efferuntur: quæ per Angelum ad Deum perfer unur, signat vascula quibus ignis recipitur, sunt filij, qui corda patrum pietate, & fluentia imitantur: & flammam cœlestis sacrificij, quam in proximorum mentibus aspiciunt, in suis ascendere satagunt. ¶ Instrumenta verò, quibus ignis ad altare portatur, sunt prædicatores, qui exemplis sanctorum charitatis ignem portant, & in corda fidelium transfertur. quæ corda patrum in filios conuertunt. Turibulum autem *Lucæ 1* quid significet: dicetur sub titulo de turificatione.

SVMMARIVM.

1 *Osculum altaris quid notet. Item Euangelij nu. 2*
3 *Osculatur ministros Episcopus. Et qua id admonitione. Idque variè, numero 4. & 5.*

De osculo altaris, & libri.

CAP. IX.

1 POst impositum in turibulo incensum sacerdos seu Episcopus dicto: † Deus tu conuersus &c. sactum osculatur altare, vt notetur

Cant. 91 pacificatio cum Iudæis:& ad designandum,quod Christus ad nos veniens sanctam sibi copulauit Ecclesiam,iuxta illud: Epitalamicum osculetur mè osculo oris sui. In osculo siquidem, os ori sui coniungitur:& in Christo non solum humanitas, est vnita diuinitati: verum etiam sponsa copulata est sponso: iuxta illud propheticum: Quasi sponsam decorauit me corona, & quasi sponsam, ornauit me monilibus. ¶ Rursus,quando propheralis versus introitus à cantore incipitur,sacerdos ad altare ascendens illud osculatur:quia prophetarum testimonio Christus venit in mundum:& ad passionem altaris Quoties autē in officio Missæ osculetur altare, & in qua parte eius oscula fiant:& quare manibus super illud depositis:& quare signo crucis in locis osculandis prius impresso, dicetur sub quarta particula canonis. In hoc autem loco altare significat populum iudaicum. ¶ Codex† verò Euangelij siue euangelium,populum gentilem, qui per Euangelium credidit: ideò ergo Episcopus vel sacerdos euangeliū, & altare osculatur:quia Christus vtique dedit pacem, quando lapis angularis factus fecit vtraque vnum. Potest etiam dici,quòd subdiaconus librum Euangelij,qui clausus portabatur,offert Episcopo, vel sacerdoti: ille verò ad altare peruenirens, illum aperit, ad insinuandum illud,quod in apocalyp. describitur,quòd nemo dignus est aperire librum, qui intus erat scriptus: & foris sigillis septem signatus:nisi leo de tribu Iuda,clauis Dauid: qui librum aperuit, & sectis lapidibus. Per sectionem lapidum in altari, diuisionem filiorum reprobat Ecclesia: ne videlicet per errores & schismata diuidantur. Liber ergo aperitur, cùm Episcopus ad altare peruenit: quoniam vbi Christus primitiuam Apostolorum congregauit Ecclesiam: docens & prædicans scripturæ mysteria reuelauit, dicens: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: cæteris autem in parabolis. Vnde post resurrectionem aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Rectius igitur facit Episcopus cum ipsemet aperit librum Euangeliorum: licet & Christus per ministros suos patefecerit mysteria scripturarum. Libro verò aperto illum osculatur à parte sinistra ad designandum, quod prædicatores reconciliauerunt & obtulerunt gentes Christo: quibus ipse per se non prædicauit:licet & ipse per se pacem in Euangelio prædicauerit dicens: Pacem meam do vobis, &c. Quia verò ipse etiam in cruce pendens pacem fecit,ideò mox transiturus ac dextrum cornu altaris, signat se signo crucis:quia vt ait Apostolus ad Ephes. Christus pax nostra vtraque fecit vnum:duos ac diuersos parietes, id est, populos copulans. Post hoc codex Euangelij super altare clausus ponitur, quòd quantum ad hoc significat Hierusalem,prout sub euangelio dicetur. ¶ Deinde† Romanus Pontifex (& etiam alij quidam) conuersus osculatur

Ephes. 2. *Apoc. 5* *Exod. 20* *Luc. 8* *Luc. 24* *Ioan. 14* *Ephe. 2*

latur diaconum: vt ostendat pacem illam in aduentu Christi venisse, quam prophetæ promiserant. vnde Dauid orietur in diebus eius iustitia,& abundantia pacis,donec, &c. Et alius propheta: Pax erit in terra nostra, cum venerit. Et ideò Christo nascente, vox intonuit Angelorum: Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. ¶ Osculum enim quandoque pacem significat: prout dicetur sub ti. de osculo pacis. Diaconus verò statim se inclinans osculatur pectus eius: designans quòd inspiratione diuina prophetæ pacem prædixere futuram. Nam & Ioannes super pectus Domini recumbens Euangelij fluenta de ipso sacro dominici pectoris fonte potauit. xciij. distinct. legimus. In† nonnullis verò Ecclesiis Episcopus primùm osculatur ministros, posteà altare: deinde Euangelium, quoniam Christus primùm reconciliauit sibi Apostolos: posteà Iudæos: deinde Gentiles. In quibusdam etiam locis offert osculum pacis cātoribus: quasi retrorsum implens illud: pacem meam do vobis: pacem relinquo vobis. Dat quidem præsentibus: relinquit absentibus: nec ante osculum pacis cantores dicunt, Gloria patri: quia fides trinitatis non antè claruit, quàm se Dominus inclinauit, & nos reconciliauit, & trinitatem per Apostolos prædicari mandauit. Et ideò osculo dato Episcopus innuit eis vt dicant: Gloria patri & filio & spiritui sancto: sicut erat in principio,& nunc & semper & in secula seculorum Amen. Ecce quid cantor annunciat: scilicet quòd corda patrum conuertantur in filios. Abraham tres vidit, & vnū adorauit. Sic oportet nos filio eius credere,trinitatem in vnitate. ¶ Post datam ergo pacem cantor dat sanctæ Trinitati gloriam, quasi diceret referimus gloriam Deo patri & filio & spiritui sancto: quia pacem quā prophetauit per sanctos suos prophetas, nobis in nouissimis temporibus dignatus est ostendere. Quādo verò dicit: sicut erat in principio: diaconi ad altare procedunt: & iterum reuertuntur ad Episcopum: in quo figuratur, quòd ideò Apostoli se morti tradiderunt, vt Christi corpori adunarentur. Prius autem steterunt cum Episcopo ante altare inclinati: sed cum versus ipse incipitur, se erigunt, quòd chorus sanctorum martyrum ante nouissimam tribulationem in conualle lacrymarum maneret. Posteà verò martyrio coronati erecti stabunt liberati, & secuti ante Dominum semper. Osculo autem dato, rursus diaconi Pontificem orant, quasi dicant: Domine doce nos orare. In quibusdam† etiam Ecclesiis diaconi bini & bini latera altaris intrinsecus siue alternatim osculātur: eò quòd dominus Apostolos binos misit ad prædicandum, dicēs eis: In quamcunque domum intraueritis, dicite: pax huic domui: qui reuersi sunt ad Christum sicut diaconi reuertuntur ad Episcopum.

Psal. 71 *Luc. 2* *Ioan. 13* *Ioan. 14* *Luc. 1* *Luc. 10*

SVMMARIVM.

1 *Turificatio quid significet, & nu. 4.*

2 *Turibuli forma, & substantia.*
4 *Vniones in Christo treis.*
5 *Altare cur incen'etur.*
9 *Soluer, Papa.*

De turificatione. CAP. X.

POst datum † osculum, Episcopus seu sacerdos accipiens de manu diaconi turibulum sacrum insensat altare: quia Christus, corpus assumens, de genere prophetarum, factus ex semine Dauid, secundum carnem suis orationibus fouet Ecclesiam secundum quod orat in Euangelio. Pater sancte ego pro eis rogo: & non pro eis tantum: sed pro illis, qui credituri sunt per verbum eorum. Quòd autem diaconus poste turibulum accipit, vt insenset Episcopum vel sacerdotem, mortaliter instruit, quòd si dignè volumus insensum orationis offerre, turibulum incarnationis debemus tenere: nam sine fide mediatoris, homines Deo placere non possunt: sed iuxta verbum promissionis ipsius, si quid petierint in oratione, credentes, accipient. ¶ Per turibulum enim verbum accipitur incarnatum. Nam sicut † in turibulo pars superior, & inferior tribus catenulis vniuntur: ita in Christo tres sunt † vniones quibus diuinitas & humanitas vniuntur: vnio carnis ad animam: vnio humanitatis ad carnem, vnio diuinitatis ad animam. Quidam enim quartam vnionem assignant, videlicet diuinitatis ad compositum simul ex anima, & carne: vnde & quædam turibula quatuor catenulas habẽt. De hoc etiam turibulo Moses inquit speciali ter ad Aaron: Tolle turibulum, & hausto igne de altari, mitte incensum desuper. Est & alia in turibulo consideratio, prout in tit. de accessu. pon. ad al. tactũ est ¶ Rursus † ideò turificato altari Episcopus vel sacerdos turificatur, ad significandum quòd sicut Christus est altare & hostia: sic est Pontifex & sacerdos: cui est orationis sacrificiũ offerendũ: quia vero adorantur nõ solũ inquantũ Deus: sed etiã inquantũ homo: ideo in quibusdã ecclesiis põtifice turificato, altare à diacono circũcirca turificatur: vnde psalmus: Circũdabo altare tuũ domine Sanè turibulũ aureũ, significat sapientiã: quia omnes thesauri sapientiæ Dei in eo fuerunt absconditi. Vnde stetit Angelus iuxta altare, habens thuribulum aureum, & data sunt illi incensa, id est, Christus resurgens carnẽ habuit in potestate. Argentũ significat Christi carnẽ ab omni labe mundam & mundicia renitentẽ, cupreũ fragilem, & mortalem, ferreum resurgentis fortitudinem. Si quatuor habet catenulas, demonstrat eum ex quatuor elementis constare, vel quatuor virtutibus, scilicet iustitia, prudẽtia, fortitudine, & temperãtia decorari. Quinta, quæ partes diuidit, animam designat, quæ se in morte à carne illo triduo separauit. Si verò tres habet catenulas, figurat animam, carnem, & verbum in vna conuenire persona. Quarta quæ partes separat, potestas est, qua animam suam posuit pro ouibus suis. Si vna tantum catenula sustentatur, designat quòd solus de Virgine generatur, quódque solus est inter mortuos liber. Circulus, cui hæc omnia innectuntur, est deitas quæ nullo termino clauditur, à qua hæc omnia continentur, & operantur. Prærer mysticam † etiam rationem ob hoc incensatur altare, vt omnis ab eo nequitia dæmonum propellatur. Fumus enim incensi valere creditur ad dæmones effugandos. Vnde cum Tobias interrogasset Angelum quot remedia haberent ea, quæ de pisce iusserat obseruari: Respondit: Cordis eius particulam, si super carbones ponas, fumus eius omne dæmoniorum genus extricat. Sother † Papa xxiij. distinct. sacratas. statuit ne moniales incensum circa altaria ferant.

Rom.1
Ioan.17
Num.16
Psal.25
Cor.2
Apoc.8

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos qualiter se disponere debet initio missæ.*
2 *Sacerdos initio missæ, cur ad dextram altaris partem primùm deflectat.*
3 *Episcopi & superiores missam auspicantur, remoti ab altari, ad dextrum latus vergentes, & quibus id de causis. nu. 4. 5. 6. 7.*
8 *Anacletus Papa, item, Lucius, statuerunt ministros plures Episcopos celebranti, & quibus causis ducti.*
9 *Pulmnal missale, quid notet.*

Qualiter Episcopus vel Sacerdos, & Ministri ad altare stare debent. CAP. XI.

1 THurificatione † peracta, Episcopus vel sacerdos ad dextram altaris partem se transfert: ibi vnà cum ministris planè officium, & κυριάκωσαν, dicit, qui transitus de medio altaris in dextram partem, significat Christi transitum de passione per resurrectionem ad vitam æternam. Item à læua transiens in dextram imitatur Christum ingredientem mundum: læuam enim tetigit Christus, quãdo temporalem assumpsit vitam: ad dexteram iuit, quando carnem assumptam ad Dei dexteram eleuauit. Rursus per hoc, quòd † accedens ad altare priùs dexteram illius partem petit, innuit quòd Emanuel in lege promissus priùs venit ad Iudæos quàm ad Gentiles. Iudæi enim tunc propter legem in dextra parte fuerunt: Gẽtiles verò quasi in sinistra, quia idola colebant. Sacerdos ergo sacris vestibus ornatus, Christum carne nostræ humanitatis vestitum significat: veniens ad altare, Christum de cœlis venisse ad populum, vt eum saluaret designat. deinde in dextram transiens designat quòd Christus in mundũ veniẽs, venit ad Iudæos, de quibus voluit nasci. Beata enim Maria, Iudæa fuit, de hoc transitu dicetur sub ti-

de mutatione sacerdotis & ordine. Et nota, quòd licet Domino Papæ celebranti, vel missam audienti, legatur à capellanis suis introitus & χριστὸς ἐλεησον. Gloria in excelsis, & Credo, & Sanctus, & Agnus Dei: non tamen graduale vel allelu-Ia, vel tractus, vel offertorium, vel post communio, pro eo, quòd illa instructoria sunt & introductoria quibut ipse non eget. Illud autem notandum est, quòd sacerdos stat erectus ante altare, ad notandum, quòd Christus venit suos regere inuisibili doctrina: & respicit versus Orientem, quia Christus non suam, sed Patris volũtatem quæsiuit: nec respicit retrorsum, tum quia Christus semper Patris faciem intuetur, iuxta illud: Scio vnde venio, & quo vado, tum quia nemo mittens manum ad aratrum & respiciens retro ap. est r. Dei. extrà de voto. magnæ. imò ad populum dorsum vertit, præsentans, quod Dominus ait ad Mosem: Videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris. Exod. xxxiij. capitul. † Episcopi tamen & puperiores, celebrantes non ante altare, sed remoti ab illo ad dextrum eius latus vsque post dictum offertorium manent: quod fit primò ad repræsentandum quòd ex latere Christi, qui per altare significatur, initium nostræ redemptionis fuit. † Secundò fit hoc, non solùm ad maiorem solennitatẽ, vt per hoc à minoribus sacerdotibus decernantur: verumetiam fit hoc, quia ipsi in missa repræsentant non solùm Christi dignitatem & excellentiam, aut eius oblationem: verumetiam humilitatem & obedientiam in ipsa sui oblatione & consecratione. Siquidem Christus quantum ad sui dignitatem, est Patri æqualis, & sedet à dextris Dei Patris, prout in symbolo legitur: quod repræsentat prælatus, stans ante oblationem, ad dextrum latus altaris. In sui verò oblatione, Christus pro nobis factus est hostia: & ideò prælatus eius vices gerens, ex tunc ipsi altati, quod aram Crucis insinuat, debet totaliter inhærere. † Tertiò, quoniã prælatorum actus esse debent incitamento subditis ad doctrinam, ideò vsque tunc manet altari separatus, & ex tunc ad manus lauandum & thurificandum & sacrificandum ad altare accedit, vt ostendat quęcumque in missa precedunt solennitates, & laudes esse, de consecr. distinct. ij. panis est. Sed tunc deinde ad essentialia seu substantialia peragenda accedit. Quarò, in † hoc repræsentat, quòd legalis pontifex intrans in sancta sanctorum, carbones ferebat, & sanguinem, prout tactum est in proœmio huius partis. † Quintò fit hoc ad repræsentandum quod ait Propheta: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Sacerdos quidem Christum repræsentans, sedet à dextris altaris Deum Patrem in hoc loco significantis, donec ad consecrandum hostiam accedat, per quam facta sunt tartara, & inimici dæmones deuicti, & quasi scabellum pedum positi. Ministri verò, scilicet diaconus, & subdiaconus, retro illum ad altare stantes, qui tamen inueniendo præcesserunt, signantes martyres, qui in veteri Testamento fuerunt post Domini natiuitatem dignè colendi

Ioan. 8
Luc. 9
Exod. 33
Psal. 109

nantur, & ad quamcumque altaris partem ille transierit, ipsum retrostantes sequuntur: vt ostendat impletum esse, quod Dominus admonuit, dicens: Qui mihi ministrat, me sequatur: & vbi ego sum, &c. Intendentes: semper atque sollicitè in illum, ad notandum, quòd fideles, quamuis adhuc in hac vita positi, tamen æternitati Christi semper intendunt. In quibusdam etiam ecclesiis illo se vertente ad populum, illi similiter se vertunt: & illo se conuertente ad altare, se similiter conuertunt. Nam Christus ab oratione ad prædicationem: aliquando verò conuersò, dum viueret, se conuertit, quod designat versio ad populum & conuersio ad altare. In quo quidem imitandus est à prædicationibus qui per ministros ipsos congruè designantur. Anacletus † Papa de consec. distin. j. episcopus. statuit quòd episcopus Deo sacrificans, secum testes habeat diaconos, qui oculi eius dicuntur, & subdiaconos, reliquósque ministros, qui sacris iuduti vestibus in frõte, id est, antè & à tergo: & presbyter à regione, id est, à parte dextra, læuáque, contrito corde, humiliato spiritu, ac prono stent vultu, custodientes eum à maliuolis hominibus, & consensum præstantes sacrificio. Et secundum Lucium Papam de consecra. distin. j. iubemus. eum non deserant, quia propter maliuolos oportet illum habere bonũ testimonium ab his, qui foris sunt. Statutum est etiam, vt celebrans missam habeat à tergo vicini solaminis adiutorem, prout dictum est in proœmio huius partis. Et ideò in quibusdam Ecclesiis aliqui diaconi stant post episcopum, quasi orantes, vt eum sequantur vsque ad mortem & cum eo transeant, ad vitam æternam. Maior tamen pars in dextera parte moratur altaris & minor in sinistra, quia vtrumque petit Ecclesia, scilicet & temporalem benedictionem, & ęternam, vt ibi sic transeamus per bona temporalia, vt non amittamus æterna. Cæterùm, dicti ministri retrò stantes inclinati ante facies suas, vsque in finem dominicę orationis perseuerant: significantes illos Apostolos, qui in passione Domini magna tribulatione oppressi, nõ audebant se erigere, vt Christi Discipulos se esse confiterentur. Stabant tamen in facie fidei: sed postea eriguntur, sicut dicetur sub ij. particula canonis super verbo: Nobis quoque signantes etiam chorum sanctorum martyrum in conualle lachrymarum ante nouissimam tribulationem manentium, postea eriguntur: quia illi postea martyrio coronati stant erecti, id est ab omni tribulatione liberati. Adhuc stantes facie inclinati, signant muliores, quæ de cœnaculo ad monumentum vultibus declinatis, currebant in Christi amore ardentes. Sanè sacerdos † minister inter motas puluina! molle missali supponit, ad notandum, quòd deuotum & molle cor & quod facile diuinam impressionem recipiat, supponi debet iugo Domini & cœlestium præceptorum, iuxta illud sapienris: Suscipiat verba mea cor tuum, &c. vt in eo Spiritus Domini requiescat. De hoc etiam sub Euangelio dicetur.

Ioan. 12

SVM

SVMMARIVM.

1 *Κύριε ἐλέησον, quid significet, & cur nouies dicatur, nu. 2.*
2 *Peccatum, in quotuplici sit differentia.*

De Κύριε ἐλέησον. CAP. XII.

TRanslatio in dexteram altaris partē episcopo seu sacerdote, de-
de quia tempus plenitudinis & annus benignitatis aduenit, hoc
Psal.91 prædictum fuit à Psal. Tu exurgens Domine miſereberis Sion: quia ve-
nit tempus miserendi eius, congruè Chorus laudet & inuocat Tri-
tatem triplicando *Κύριε ἐλέησον*. Ideò autem post introitum, dicitur *Κύ-*
ριε ἐλέησον. quia ante omnem orationem sacerdotum necesse est miseri-
cordiam Domini implorare. Siquidem *Κύριε ἐλέησον*, Græcè interpre-
tur Domine miserere. Nam *Κύριε*, sonat Domine: *ἐλέησον*, miserere, &
Psal. 33 de *χριστὲ ἐλέησον*, id est, Christe, miserere. Vnde propheta: Miserere no-
bis: te enim expectamus. Dicitur † autem nouies: primò, vt ordo hu-
manus ex hominibus reparatus, nouem associetur ordinibus angelo-
rum. Secundò vt Ecclesia perueniat ad societatem nouē ordinum an-
gelorum, Tertiò, contra nouem genera peccatorum. Est † enim pecca-
tum originale, veniale, & mortale. Item peccatum cogitationis, locu-
tionis, & perpetrationis. Item peccatū fragilitatis, simplicitatis & ma-
lignitatis: fragilitatis per impotentiam, simplicitatis, per ignorantiam,
malignitatis, per inuidiam. Hoc est peccatum in Patrem, peccatum in
Filium, peccatum in Spiritum sanctum. Adhuc ideò dicitur ter ad Pa-
trem, *Κύριε ἐλέησον*, ad Filium autem, ter. *χριστὲ ἐλέησον*. & ter ad Spiritum
sanctum, *Κύριε ἐλέησον*, sed ad Patrem & Spiritum sanctum sub eodem
tantùm vocabulo: quia Pater & Spiritus sanctus sunt eiusdem tantum
naturæ: ad Filium verò sub alio, quia filius etsi sit eiusdem naturæ cum
illis est, tamen & alterius, vt geminæ gigas substantiæ. Propterea, ibi
dicit ter quantùm ad Patrem, ter quantùm ad Filium, ter quantùm ad
Spiritum sanctum, vt notetur Pater in Filio, & Filius in Patre, & Spi-
tus sanctus in vtroq;. De hoc dicetur in quinta parte sub tit. de prima
sed in medio mutatur *Κύριε* in *χριστὲ*, vt notet duas esse naturas in Chri-
sto. Rursus *Κύριε ἐλέησον*. ter triplicatum significat preces Patrum veteris
Testamenti multiplicatas: ad hoc vt gratia summæ Trinitatis per ad-
uentū Christi eos consociaret nouem agminibus angelorum. Est † au-
tem magna istorum verborum efficacia. Legitur enim quòd dum be-
tus Basilius *Κύριε ἐλέησον*, clamasset, portæ Ticinæ siue Papiē. Ecclesiæ
sunt apertę. Rursus beatus Geminianus *Κύριε ἐλ.* clamante, quinque re-
ges conuersi dicūtur in fugam, vnde fortè significat aliud, quā Domi-
ne, miserere. quod tamen nos ignoramus. In quibusdam ecclesiis de-
tim post vltimum *Κύριε ἐλ.* subiiciunt *ἡμᾶς*, quod verbum Græcum in
nat Latinè nobis. Et sensus est, *Κύριε ἐλέησον ἡμᾶς*. id est, potentia diuina

miserere nobis. Beatus Gregor. instituit *Κύριε ἐλ.* nouies, & à clero tan-
tum publicè in missa cantari: quod priùs apud Græcos simul à clero,
& populo cantabatur. Syluester verò Papa illud de Græcis assumpsit.

SVMMARIVM.

1 *Gloria in excelsis, hymnus, à quo, & quo loco dicatur, & eius hymni excellentia. num. 3.*
2 *Christus dissoluit triplicem inimicitiam, quæ interceſſerat ante suum aduentum.*
4 *Hilarius Pictauien. quid addiderit ad hymnum, Gloria in excelsis.*
5 *Simacus Papa.*
6 *Innocentius tertius, quid statuerit in rem sacram.*
7 *Bethleemitani Episcopi priuilegium.*

De Gloria in excelsis. CAP. XIII.

1 DIcto *Κύριε ἐλ.* mox sacerdos vel pontifex ex institutione Theles-
phori Papæ incohat † hymnum: Gloria in excelsis Deo, quem
angeli auditi sunt decantare, sicut legitur in Euangelio Lucæ: qui an-
gelorum hymnus perhibet testimonium temporali Christi natiuitati.
Sanè sacerdos primus & solus illum inchoando pronuntiat, qui ange-
lum magni consilij repræsentat. Nam ortum Saluatoris solus angelus,
cuius personam ipse gerit, primò nuntiauit, vnde Lucæ: Ecce euange- *Luc.2*
lizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia hodie na-
tus est, &c. & illum incohando stat ante medium altaris, in hoc com-
memorans, quòd dum medium silentium tenerent omnia, natus est in
medio, id est, pro hominibus Messias, quem prophetæ prædixerant: *Sapiē. 18*
repræsentans etiam, quòd angelus Christi natiuitatem pastoribus an-
nuntians sterit in medio eorū & incipiens eleuat manus propter cau-
sas scriptas in sequent. tit. ad fin. Item incipiens vertit se ad Orientem:
tum quia angelus ab Oriente venit in Bethleem, tum quia ad Orien-
tem Dominum adorare solemus. Tertiò inchoans stat ante medium
altaris, ad notandum, quòd Christus mediator fuit inter nos & Deum.
x. distin. quoniam per cuius mediationem Deo pacificati sumus. Cho- *Luc.2*
rus verò concinendo respondens, gerit personam multitudinis, de qua
in euangelio sequitur, Subitò fac. est cum angelo multitudo cœ. mi.
lau. de. & di. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ
volunt. &c. de consec. dist. j. nocte. Hymnus autem iste non tantùm est *Luc.15*
angelorum, sed etiam hominum congratulantium: ex eo quòd mulier
illa quæ dragmam perdiderat decimam, iam lucernam accenderat, vt
dragmam perditam inueniret, & pastor dimissis nonagintanouem
ouibus in deserto iam venerat, vt quæreret centesimam ouem amis-
sam. Ante natiuitatem enim Christi tres erant inimicitiarū † parietes:

primus

primus inter Deum & homines. Secundus, inter angelum & hominem. Tertius, inter hominem & hominem. Homo namque per inobedientiam creatorem offenderat, & per suum casum restaurationem angelorum impediuerat, atque per varios ritus se ab homine separauerat. Iudæus namque cæremonias excolebat, Gentilis idololatriá exercebat, sed veniens pax nostra, fecit vtraque vnum, & huiusmodi partes destruxit. Abstulit enim peccatum, & reconciliauit hominem Deo, reparauit casum, & reconciliauit hominem angelo, destruxit varios ritus, & reconciliauit hominem homini. Restaurauit ergo, secundum Apostolum, quæ in cœlis, & quæ in terris sunt, & ob hoc illa cœlestis milicia multitudo psallebat: Gloria in excelsis Deo, id est, angelis, quæ nunquam peccauerũt, nec discordiam cum Deo habuerunt. Et in terra pax à Christo facta hominibus, videlicet Iudæis, & Gentilibus bonæ voluntatis, qui vsque ad Christi natiuitatem propter peccata sua cum Deo & cum angelis discordiam habuerunt. Hinc etiam est, quòd angelus loquitur, & congaudet pastoribus, quia pax est inter angelos & homines reformata: nascitur Deus homo, quia pax est inter Deum & hominem restaurata: nascitur in præsepio bouis & asini, quia pax est inter homines & homines reparata. Per bouem enim Iudaicus, per asinum Gentilis populus figuratur, secundùm illud: Non arabis in boue, & asino. Iudæo scilicet & Gentili. xvj. q. vij. in noua. Et iterum: Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui. Ideò ergo † canitur hymnus iste, quia quem venerantur angeli in cœlis, homines venerantur in terris. Per hoc quod dicitur, Gloria in excelsis, &c. repræsentatur mœstitia Antiquorum Patrum ex tædio expectandi incarnationẽ Domini. Esa. xxviij. Expectate Deum, &c. & ideò etiam cantatur alleluia, quia habebant spem liberationis: vnde Psalm. Sperauerunt & liberati sunt eos. In hoc quoque hymno notatur spes Ecclesiæ, qua cum angelis sperat se canere: vnde iam illorum canticum assumit. Sequitur, Laudamus te, scilicet inenarrabilia opera tua prædicando: quæ verba & sequentia à beato † Hilario Pictauien. asseruntur apposita fuisse, & præcedentia solùm antiquitùs dicebantur in missa. Innoc. tamen tertius dixit illa à Thelesphoro Papa addita fuisse. Alij verò à Simaco Papa. † Simachus Papa constituit tam in dominica die quam in natalitiis martyrum, Gloria in excelsis ad missam cantari, quia sanctos per dominicam resurrectionem gloriæ Angelorum sociatos esse recolitur. Cantatur etiam in festis Apostolorum & confessorum, in quorum honorem quancunque Ecclesia dedicata est, & generaliter in festis, quæ nobis cælestem solennitatem repræsentant. In diebus verò luctus & ieiuniorum non dicitur præterquàm in duobus sabbatis specialibus ministrorum adornatis, iuxta illud: Cantate Domino canticum nouum. prout dictum est in procœmio huius patris. Dictus quoque Thelesphorus Papa præcepit illum cantari ad missam nocturnam natalis Domini, quam & ipse instituit. Quidam dicunt non esse cantandum in missa, nisi in hoc tertia:

Ephes. 2
Ephes. 1
Luc. 2
Deut. 22
Esai. 1
Psal. 21

tertia: quia tũc Spiritus sanctus super Apostolos descẽdit, & eos gloria
6 & exultatione replenit. Innocen. † tertius statuit, vt quando in diebus festis celebratur in honorem beatæ Virginis, vel Spiritus sancti vel sanctæ Crucis, nec hymnus angelicus nec symbolum dicatur, nec etiam Te Deum laudamus, in laudibus matutinis. In aduentu verò vel in septuagesima non canitur prout, ibi in septima parte, & sub tit. de septem
7 diebus post pascha dicetur: Episcopus † tamen Bethleemitanus ex abusu omni die & omni missa & pro defunctis, Gloria in excelsis decantat, pro eo, quòd hymnus ille Luca testante, primò in Bethleemitana regione cantatus est.

SVMMARIVM.

1 *Dominus vobiscum, salutatio, vnde ortum habuerit, & vbi habeat locum. num. 2. & quomodo intelligatur. num. 4.*
3 *Orationes, Flectamus genua, vel, Humilitate capita vestra Deo, cur tantùm præmittantur.*
5 *Responsio, Et cum spiritu tuo, vnde orta.*
6 *Amen, responsio, quid signet, & quomodo accipiatur.*
7 *Pax vobisc. vers. cur dicatur ab Episcopo in missa.*
8 *Diaconus, quare ad horas, non dicat: Dominus vobiscum.*
9 *Populus in Missa salutatur septem vicibus, & qua id potissimùm significatione.*
10 *Sacerdos, quare quinque vicibus se vertat ad populum salutandum.*
11 *Sacerdos, cur semper voluat se ad dextram.*

De Salutatione ad populum.

CAP. XIIII.

1 ANgelico hymno finito, sacerdos ad populum se voluens, illum salutat, dicens: Dominus † vobiscum, quod sumptum est ex libro Ruth. ij. Sic enim legitur, Booz salutasse messores suos, & Propheta in Paralipomenôn Assa regem, & qui cum eo erant, & Angelus salutans Gedeonem dixit: Dominus tecum. Booz quidem figuram Saluatoris expressit, qui Ruth Moabiten duxit vxorem. Et hæc salutatio significat
2 salutationem, quam Christus fecit Apostolis post resurrectionem, de quo in quinta parte sub titul. de prima parte dicetur. In † omnibus ergo missæ orationibus sacerdos præmittit: Dominus vobiscum, nisi in orationibus quæ præcedunt prophetias, vel etiam orationes super populum in quadragesima, & nisi in orationibus, quæ immediatè sequuntur post primam orationem, & in illis, quæ dicuntur in parasceue: sed tunc missa non dicitur, licet sacerdos communicet. Cùm enim per dictam salutationem optetur Dominum esse cum pòpulo, qui est ia eo per Spiritum gratiæ septiformis, ideò Ecclesia ordinauit septies tãtùm
3 in missa populum sãlutari, vt iam dicetur. Ideò in prẽmissis orationibus tantùm dicitur. Præmittitur † tamẽ aliis exhortatio ad humiliationem

Ioan. 10

per,

per, Flectamus genua: vel per, Humiliate capita vestra Deo: quia oratio, quæ facienda est cum ieiunio ad malum spiritum eiiciendum, tunc demum valet, si cum humilitate fiat. Rursus in diebus ieiuniorum † repræsentat Ecclesia tempus Babylonicæ captiuitatis. Meritò ergo sacerdos tunc populum vtpotè absentem non salutat, nec se ad illum conuertit, sed absolutè incipiens, Oremus: insinuat pro illo fore orandum: & quia oratio debet fieri cum effectu, mox subiicitur, Flectamus genua: vel Humiliate capita vestra Deo. Repræsentat etiam tempus dominicæ passionis, quod præcipuè post cœnam cum discipulis factam incepit: quia ergo tempore illo Dominus discipulos non salutauit, sed eos ad orandum pluries excitauit, ideò sacerdos tunc populum non salutat, sed ei orare insinuat. Sed & quòd tempore illo Christus in oratione genua flexit, ideò mox ad genua flectendum inuitat. Dicit autem: Flectamus genua: in persona vniuersitatis omnium fidelium, quasi omnium syndicus seipsum includens, & ideò loquitur in prima persona, excitans se, & omnes ad orandum humiliter, & deuotè: sed mox subiicitur eleuatio in persona alterius, scilicet Christi cuius typum gerit in officio missæ, & tunc loquitur in secunda persona, & in diminuendo cantu: quasi ipsis Christus dicat: Surgite, quoniam vestram humilitatem & deuotionem video: & tunc vice omnium loquitur siue orat. Quid significent collectæ, quæ dicuntur post Flectamus, & post, Humiliate: dicetur in quarta parte sub quarta feria in capite ieiuniorum. Aliis verò diebus Ecclesia tempus exultationis & plenitudinis, quæ præcipuè fuit post Christi resurrectionem repræsentat: & tunc sacerdos populum salutat repræsentans, vt præmissum est, quòd Dominus post resurrectionem discipulos salutauit. Sacerdos ergo orationibus præmittit Dominus vobiscum, vt populum reddat attentũ, quòd mens eius ad Deum dirigatur, & ei per intentionem sedulam coniungatur: & est sensus, Dominus vobiscum, id est, in vobis maneat, & vos præmio vitæ æternæ remuneret, & petitionibus vestris effectum tribuat seu gratiam Dei impetretis perseuerantes in illa. Chorus † verò & populus respondent: Et cum spiritu tuo: quod sumptum est ex Epistola secunda ad Timot. vbi dicitur: Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo: huiusmodi etenim mutuæ salutationes, notant quòd sacerdotis & populi vnus debet esse affectus: & est sensus: Tu pro nobis facturus es preces ad Dominum, & quia Dominus Deus preces illas tantùm approbat, & exaudit, quæ ex bono corde procedunt, oramus & nos similiter pro te, vt ille sine quo nullum est bonum, sit cum spiritu tuo, vt qui tecum est in ore, sit & in corde & in te maneat: & secundum hoc cessat hæsitatio quærentium, quare populus respondet; Et cum spiritu tuo: cum sacerdos dicendo Dominus vobiscum optauerit dominum esse cum illis, non solum in spiritu, verumetiam in corpore: nam & idipsum populus per hanc responsionem optat, vt præmissum est. Potest etiam dici, quòd hac responsione popul⁹ se refert solùm ad actionẽ immolationis, ad quã sacerdos procedit:

procedit: in qua per spiritum totaliter reuelatus, & ab omni terrenitate prorsùs abstractus esse debet. Postquam verò chorus respondit, ipse ad altare se reuoluet, scilicet ad Orientem, vt dicitur in proœ. v. partis, & quasi parum de sua bonitate confidens vniuersalem ad se colligit Ecclesiam dicens, quasi omnium syndicus: Oremus. q.d. Orate omnes simul mecum, vt quod postulamus citiùs impetremus: quoniam impossibile est multitudinem non exaudiri, & sic orationem dicit: dicendo ergo Oremus, hortatur alios ad orandum, quia & ipse Christus monuit Discipulos orate dicens: Orate, ne intretis in tentationem. & posteà orat: quia posteà Christus orauit, ipse enim fecit & docuit: quod autem dicit Oremus, ab Antiquis habemus, qui præmisso, Oremus, subiungebant communiter orationem. Dicit autem Oremus, stans ante medium altaris propter rationes positas in principio præcedentis ti. oratio autem quam dicit, significat indulgentiã, quam Dominus repromisit, & deinde transit ad dextram partem altaris, vt 6 dicetur sub ti. se. Oratione finita † chorus respondet Amen, quod est Hebraicũ verbũ. q.d. Fiat nobis, sicut orasti, seu fœliciter acta sit oratio tua. & est suptũ amẽ ex Apo. x. Amb. exponit amen, id est, verũ est, quod sermo sonat affectus sentiat, de cõsec. di. ij. reuera. in fi. xxxviij. dist. sedulò. iij. q. v. & hoc nomen quandoq; ponitur pro verè, vt ibi: Amen amen dico vobis. extrà de iureiur. & si Christus, prout sub ti. de oratione dicetur. Et nota, quod præmissa salutatio, scilicet, Dominus vobiscum. ad minores & imperfectiores, & simplices pertinet: sacerdos episcopus, vel eius superior qui perfectus esse debet, & expressam Christi similitudinem gerit vt se vicarium Christi ostendat, oraturus 7 prima vice vtitur verbo Domini dicentis, Io. xx, Pax vobis. † quæ fuit prima vox Domini ad Discipulos, quando eis post resurrectionem apparuit: quasi diceret: In præsenti detur vobis pax temporis, & in futuro pax æternitatis. De vtraq; Io. xiij. Pacẽ relinquo vobis, pacẽ meam do vobis. Hoc etiã verbo vsus est dispensator Ioseph ad fratres eius. Posteà verò ad instar cæterorũ sacerdotũ, dicit, Dominus vobiscum. vt se esse vnum ex ipsis ostendat. xcv. di. olim. &c. se. in fi. Et est aduertendum, quòd tunc demũ Pax vobis dicitur. quãdo, Gloria in excelsis cantatur: & hoc ideò vt correspondeat ei, quod ibi dicitur: Et in terra pax hominib. &c. Præterea, hæc salutatio à Christo tempore gaudij & lætitiæ, scilicet resurrectionis ad Discipulos facta illi cantico lætitiæ correspõdere debet. Sunt etiã, qui dicunt quod põtifex solenniter celebrans in diebus, quibus, Gloria in excelsis, dicitur, repræsentat Christum post resurrectionẽ, seu resurrectionis gaudiũ, quo tempore sæpè Christus dicta salutatione ad Discipulos vsus est, ideoq; Christũ imitando primis diebus hoc dicit. In missis verò, quas aliis diebus vel tẽporibus dicit: vel etiam, quæ ab inferioribus dicuntur, Christi passio figuratur & planctus atque afflictio conformatur. Et ideò in illis Pax vobis nõ dicitur, ne gaudiũ cum dolore misceatur. Potest etiam dici,

Matth. 1

Gene. 43

Luc.1. quòd per Christũ facta est pax inter Deũ & hominem, & inter angelos & homines: quod manifestauit angelus, quando in Christi natiuitate cantauit: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominib. Pacem verò inter Deũ & homines manifestauit Christus, quando post resurrectionem dixit Apostolis: Pax vobis. hæc repræsentatur in missa. Primum per quemlibet sacerdotẽ, qui potest cantare: Gloria in excelsis Ioan.20 angelum repræsentans. Secundũ, per episcopũ, qui solus dicit: Pax vobis: repræsentans Christũ qui in persona Ecclesiæ dixit Apostolis: Pax vobis. vtrunque autẽ dicit episcopus solenniter celebrans, quia vtrumque scilicet Christũ & angelum repræsentat. Ipse enim specialiter est Christi vicarius, quã simplex sacerdos, ideoq; cum omittit officium angeli, scilicet tẽporibus, quibus cantica lætitiæ subticentur, scilicet Te Deum laudamus & Gloria in excelsis, omittit similiter adhuc officium Christi nõ dicens: Pax vobis. sed Dominus Vobiscum sicut simplex sacerdos. Non enim per episcopum qui repræsentat Christum, & angelum, vna pax sine altera nuntiatur. Idem etiã est in, Ite missa est, quod non dicitur nisi Gloria in excelsis. dicatur. † Sanè diaconus non dicit: Dominus vobiscum. per horas, eò quòd non ita gerit typũ Christi qui per Booz hac salutatione vsus est, sicut sacerdos, qui ea in persona Christi vtitur: legens tamen euangeliũ hoc dicit, quia tũc vtitur officio prædicatoris, & pronunciat doctrinam ab ipso Christo immediatè prolatam. & etiam cereum paschalẽ benedicens: quia tunc Christi resurrectionem repræsentat. Sunt tamen quidam, qui dicunt quod in diuinis officiis, quæ dicere tenentur, licitè possunt hoc dicere, cum prohibitum non legatur: quibus generalis vsus Ecclesiæ contradicit, vt se inferiores sacerdotibus cognoscant. Notandum autem est, quòd septem † vicibus populus salutatur in missa, quatenùs excluſis septem vitiis capitalibus suscipiat gratiam septiformem. Mysteriũ enim missæ, ad septem dona Spiritus sancti refertur. Primò, in ipso missæ exordio ante collectam. Secundò, ante euangelium. Tertiò, post euangelium sine dicto symbolo, scilicet ante offertorium. Quartò, ante præfationem, cùm dicit sacerdos: Per omnia secula seculorum. & consequenter, Dominus vobiscum. Quintò, ante pacis osculum, cùm dicitur Pax Domini sit semper vobiscum. Sextò, ante primã post communionem. Septimò, finito vnali, post communionem vel orationem. In prima salutatione spiritus sapientiæ, intelligitur: quia sapientia intrauit in hunc mundum, vt saluaret nos. In secunda spiritus intellectus: quia enim prædicauit, vt doceret nos. In tertia spiritus consilij: hoc enim secreto Dei consilio se passioni obtulit, vt redimeret nos. Ioan.29 In quarta spiritus fortitudinis, quia pendens in Cruce diabolum expugnauit, vt redimeret nos. In quarta spiritus scientiæ: quia resurgens discipulos saluauit, & eis sensum aperuit, vt erudiant nos. In sexta spiritus pietatis: quia sola pietate humanam naturam super astra leuauit, vt exaltaret nos. In septima, spiritus timoris: quia angeli tremebunt cùm venerit ad iudicium, vt glorificet nos. Cæterum, in qualibet salutatione mutatur officiũ missæ. & de vno officio ad aliud transitur: quare meritò salutatio præmittitur. Cùm enim ad operarios nouiter ingredimur, eos salutare solemus: & secundum hoc octo officia sunt in missa. Rursus salutatur etiam in octaua, vt quidam volunt, scilicet post offertorium ante secretellam. Nam volens se ad populum dicturus: Orate fratres, &c. debet dicere sub silentio: Dominus vobiscum. Verùm licet eis † quos salutamus faciem regulariter repræsentemus: tamen in quinque duntaxat ex præmissis salutationibus sacerdos ad populum se conuertit. Nam in illa salutatione, quæ fit ante euangelium se non conuertit: quia iam intentus est ad verba Dei annuntianda: nec etiam in illa, quæ ante præfationem, quia iam intentus est ad sacrificium altaris tractandum: nec etiam in illa, quę fit ante pacis osculum, quia iam tenet corpus Christi in manibus, & habet cor sursum ad Deum. Et omninò intentus est ad reuerenter illud tractandum. Nemo enim manum mittens ad aratrum & respiciens retro aptus est regno Dei. extrà de vo magnæ. Cæterum quinta, ad populum, cum Dominus vobiscum facta conuersio, significat quinque apparitiones, quas Christus fecit discipulis suis in die resurrectionis. Prima fuit Mariæ Magdalenæ Ioan.xx. & Matth.vlti. Secunda eidem, & aliis mulieribus redeuntibus de sepulchro, quãdo dixit eis: Auete. Matth. vlti. Tertia, Petro. Quarta, duobus discipulis euntibus in Emaũs. Quinta, in domo decem discipulis absente Thoma. Ioan. xx. Sed quia altera illarum manifesta non fuit, quando videlicet primò apparuit Mariæ Magdalenæ, vel secundum alios, quando apparuit Petro: quia nescitur quando, aut vbi, ideò sacerdos ante secretelam dicturus, Orate fratres prædicit sub silentio: Dominus vobiscum. sed patenter dixit Apostolis: Orate, ne intretis in tentationem. Fuerunt etiam, & aliæ apparitiones. de quibus nil ad præsens. Non est etiam omittendum † quòd sacerdos semper voluit se ad populum ad dextram, & per eandem se ad altare reuoluit, quasi isto facto dicés: Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutem. Secundò, ad designandum, quòd in sepulchro dominico angelus à dextris sedebat. Tertiò, vt per hoc sacerdos innuat se rectam & obtentam habere intentionem pro se & pro populo, ad cœlestem patriam, quæ per dextrã significatur, iuxta illud in Canticis: Dextera eius amplexabitur me. Quartò, quia versus salutando populum, & conuersus dicendo Oremus. hortatur tam se, quàm populum ad orandũ, & oratio debet fieri pro æternis, quæ per dextram significantur: vnde Christus sedere dicitur ad dextram Patris, meritò perfectus est in salutationibus, & orationibus, quæ ad dextram fiunt. Veruntamen postquam dixit: Orate pro me fratres, &c. se reuoluit ad sinistram, iuxta Psal. Circuiui & immolaui in taber. eius ho. &c. præparans

Luc.9

Matt.26

Psal.117

Cantic.2

Mat.vlt.

Psal.26

Universidad de Deusto
Biblioteca

parans se ad immolandum, quendam circuitum facit: se igitur conuertit tunc ad sinistram, quæ imperfectior & infirmior est, ad notandum imperfectionem cuiuslibet sacerdotis, præter Christum. Hinc est, quòd præmissa verba dicendo, obsecrat tanquam imperfectus, & peccator, & indigens aliorum auxilium impendi sibi ab aliis siue beneficium orationis. Secũdò quoque, reuoluitur tunc à sinistra, vt per hoc significet tristitiam de passione Christi, ad quam repræsentãdam statim intendit. Tristitia enim rectè per sinistram significatur, iuxta
2. Cor. 7 illud Apostoli: A dextris & à sinistris per gloriam & ignobilitatem: per infamiam & bonam famam. Debent etiam fieri illæ volutiones, & reuolutiones, ante medium altaris, iuxta illud: In medio Eccleſiæ
Eccles. 15 aperuit os suum, &c. In quo & illud cõmemoratur, quod redemptor
Cantic. 3 noster, iuxta Salomonem, corpus suum media charitate constrauit, propter filias Hierusalem. Et attende, quia quidam dicto, Dominus vobiscum, ab altare reuoluti, dicunt: Oremus stantes ante medium altaris, per hoc insinuantes se in loco manifesto & populo conuenienti orare, scilicet ante medium altaris: quodque populus debet de medio cordis orationes ad Deum effundere. Alij verò ad dextrum cornu altaris, vbi orationem præferre debent, dicunt: Oremus. vt sic inter insinuationem & orationem nullum actum alium interponant: & vt ibi præcedat orandi insinuatio, vbi mox subsequi ipsa oratio, & orantis populi esse decet intentio.

SVMMARIVM.

1 *Oratio nostra à Deo incipere, & ab eodem terminari debet.*
Missæ officium cur ab oratione incipiat, & in gratiarum actionem terminetur, ibidem.
2 *Orationes cui competat dicere.*
Sacerdotes qui dicantur, ibidem.
Dominus vobiscum cur à sacerdotibus præmittatur omnibus orationibus, ibidem.
3 *Oratio habenda est breuibus.*
4 *Oratio, vnde dicatur, & vnde originem habuerit.*
5 *Orationum verba, qualiter intelligantur.*
6 *Oratio, cur principium à Patre, finem verò à Filio sortiatur.*
7 *Iesus, nomen est proprium.*
8 *Seculum, quid, & vnde dicatur.*
9 *Amen, respondens, quid significet.*
10 *Collectæ, quomodo terminentur, variè per discursum.*
11 *Collectæ cur nulla dirigatur ad Spiritum sanctum.*
12 *Orationes qualiter terminari debeant in exorcismis.*
13 *Orationes, cur dicantur collectæ.*
14 *Collectarum quinam fuerint authores.*
15 *Orationes dicendæ in templo, quot numero.*

16 Orat

16 *Oratio vnica, in summis festis, dicitur, & qua id ipsum ratione.*
17 *Lateranensis Ecclesia orationem dominicam dicit loco collectæ in Missa & horis.*
18 *Manus quo consilio eleuentur in orationibus.*

De Oratione seu Collecta.

CAP. XV.

1 SAlutatione præmissa, subiiciuntur orationes: quia † enim omnis noſtra oratio à Deo inchoata, circulariter per ipsum terminari debet: ideò missæ officium incipit ab oratione, & terminatur in gratiarum actione. Vnde videndũ est, quis debet orationes dicere. Qualiter & pro quibus sit orandum. Quid sit oratio. Et quando. Et vbi Et versus quam partem orationes dicendę sint. De mutatione sacerdotis ab vna parte altaris ad alteram. Vnde orationes dicãtur, & vnde originem habuerint. Qualiter verba eorum intelligantur. Qualiter orationes terminentur. Quare vocentur collectæ. Quæ & quot orationes dicendæ sunt, & de inuentoribus earum. Quomodo pontifex vel
2 sacerdos illas dicens, stare debet. Circa † primum notandum est, quòd ea quibus populus immediatè ordinatur ad Deum, sacerdotes tantùm dicuntur, qui sunt mediatores inter Deum & populum, quorum quidam dicuntur publicè spectantia ad totum populum, in cuius persona ipse solus ea Deo proponit, sicut sunt orationes & gratiarum actiones: quidam priuatim, quæ ad officium eius tantum spectant, vt consecrationes & huiusmodi orationes, quas ipse pro populo facit, non tamen in persona populi orans: & in omnibus præmittit Dominus vobiscum, vt mens populi Deo coniungatur: & quia populus in his, quæ ad Deum pertinent sacerdotem ducem habet; ideo in fine cuiuslibet suæ orationis populus consentit, respondens Amen, vt iam dicetur, propter quod & omnis oratio altè terminatur, etiam si pri-
3 uatim fiat. Sanè orandum † est breuibus verbis, non in multiloquio, vt iam dicetur. xij. distinctio. omnia. xliij. distinctio. sit rector. propefi. Vnde & Græci parùm & frequenter orant, sed in lachrymis & in puritate cordis, non in voce clamosa, sed in mentis intẽtione & lachry- *Psal. 6*
marum compunctione: sic in conspectu diuinæ maiestatis & angelo- *Psal. 50*
rum, oportet nos esse, vt mens noſtra voci cõcordet, iuxta illud Psal. Exaudiuit Dominus vocem fletus mei. Et iterum: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, &c. Debet etiam oratio esse deuota: nam omnium creatori cum deuotione est supplicandum. Dum autem sacerdos altè dicit orationẽ, alij non debent verbis orare, sed illam orationem attendere, & ad eam respondere amen. Pro quibus sit orandum, dicetur in sexta parte sub tit. de paraſceue. Quid sit oratio, & qua hora, & vbi horæ canonicæ dicendæ sunt, & versus quam partem orandum est, dicetur in proœmio quintæ partis. Quid significet oratio, quæ dicitur ante epistolam, dicetur sub tit. de sessione episcopi. Sanè

Exod.30 Sacerdos dum orat ad dextram consistit altaris iuxta illud Exod. Deprecabitur Aaron super cornu altaris & placabit super eum in generationibus suis: in hoc illud signans, quod fuerat propherarum Deus,

Abac.3 ab Austro veniet. Christus enim Iudæos docuit, ad quos à Patre missus fuit, quia dextra Iudæos, Gentiles sinistra figurat: & quoniã lętitia per dextram, tristitia verò per sinistram designatur, idcircò ad dextrã partem altaris primùm accedit, vt gaudium dominicæ natiuitatis ostendat. Deinde dicturus euangelium, ad sinistram cõuertitur, vt tristitiam passionis insinuet. Sed iterum redit ad dextram, vt gaudium resurrectionis annuntiet, de hoc aliter dicetur sub titu. de mutatione sacerdotis. Romanus verò pontifex oraturus, ad sedem post altare,

Luc.4 vel alius episcopus ad latus altaris ascendit, & stans collectam pronuntiat quam in libro legit aperto, & deinde sedet: quia, sicut euange-

Esa.4 lista testatur, venit Iesus in Nazareth, vbi nutritus fuerat, & intrauit secundum consuetudinem diei sabbati, in synagogam, & surrexit legere, & traditus est ei liber Esaiæ prophetæ, quem vt aperit inuenit locum, vbi scriptũ erat: Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, & cùm plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit. Rursus Pontifex ad latus altaris, vsq; ad dictum offertoriũ moratur, vt dictũ est sub titul. qualiter episcopus vel sacerdos. † Sequitur videre vnde oratio dicatur, & vnde orationes originem habuerunt. Et quidem dicitur oratio, ab orãdo, eò quòd per eam populo bona corporis, & animæ orando petũtur: Licet enim Dominus sciat, quibus egemus, orare tamen debemus, prout dicetur sub oratione Dominica: orat enim sacerdos, pro bonis, vt adsint, & pro malis, vt absint. Designãtur autẽ orationes, in Apoc. per fumum aromatum, qui ascendit in conspectu

Apoca.8 Domini de manu Angeli. Christus enim verus homo, propter nos pal-

Pal. 39 sioni deditus, cuius illa vox est. Holocausta etiã pro delicto non postulasti, tunc dixi: Ecce venio, semper pro nobis orabat, quia secundũ

Hebr.5 Apostolum, exauditus est in omnibus pro sua reuerentia. † Qualiter verba orationum intelligẽda sint, videamus. Et quidem, quod in quibusdam codicibus continetur: Prosit huic, vel illi sancto, talis oratio ad gloriam & honorem, sic intelligi debet, quòd ad hoc prosit, vt illi magis ac magis in fidelibus glorificentur, aut etiã honorentur in terris. extrà. de celeb. Miss. cum Marthę. prope finem. Cùm enim ipsi sint perfectè beati, omnia eis in cœlis ad votum succedunt, vnde non egent nostris orationibus, imò iniuriã facit martyri, qui orat pro martyre, licet plerique reputent non indignum sanctorum gloriam posse vsq; in diem iudicij augmentari, & ideò Ecclesiam interim ritè pro posse augmentationẽ glorificationis eorum, optare. Quia autem post finem orationis subiungitur, Per Dominum nostrum Iesum Christũ

Ioan. 14 Filium, illud significat, quod ipse in Euangelio dicit: Quicquid petieritis Patrem meũ, in nomine meo, fiet vobis. Orat enim sacerdos ad Deum Patrẽ, vt per Filium suũ, qui Dominus noster est æqualiter, sicut Pater, oratio perficiatur. Hinc † enim est quòd omnis oratio generaliter ad Patrem dirigitur, & terminatur in nomine Filij. Non enim per aliam viam ad nos æterna Dei beneficia possunt decurrere, quam per eum, qui est mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. x. di. quoniam, sicut per mediantem crystallum mittitur ignis in escam superpositam à sole longinquo. Et sumptum est hoc de Epistola ad Romanos, vbi dicitur, Gloriemur in Deo, per Dominum nostrum Iesum, nemo enim venit ad Patrem nisi per me. Et ipse alibi dicit: Si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis. Et nota, quòd † Iesus est proprium nomen: prout dictum est in proœmio secundæ partis. Quòd vero sequitur: Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti, &c. ita potest intelligi: In vnitate Spiritus sancti, hoc est vna cum spiritu sancto: nam pater, & Filius & Spiritus sanctus, sunt vnum: Vel in vnitate Spiritus sancti, hoc est in Spiritu sancto, qui est vnitas patris & Filij, & amor & connexio vtriusq;. Possunt etiam sic exponi præmissa verba, per Dominũ nostrum, &c. vt sit sensus: O pater exaudi per Filium tuum, qui hoc vult & potest, vult, quia viuit, potest quia regnat: viuit inquam, & regnat tecũ in vnitate Spiritus sancti: non quidẽ viuit & regnat, vt tyrãnus spiritu iniquitatis, sed viuit & regnat Deus spiritu benignitatis. Quod vero sequitur: Per omnia secula seculorum vel contecutiue, vel antinomastice intelligi potest. Contecutiue, sicut generationes generationum, quasi dicat: Per omnia seculaseculorũ sibi inuicẽ succedentium † Dicuntur enim secula, quia sequuntur: nam aliis discedẽtibus alia sequuntur. Antinomastice, sicut Cantica canticorum, & est sensus: Sicut ante omnia secula Filius cũ pære in vnitate Spiritus sancti, in deitate vixit & fuit, ita & in præsẽti seculo, & in futuro, vbi iusti cũ sanctis Angelis permanebunt, & iniusti cum diabolis cruciabuntur: credatur æqualiter viuere cum Patre & Spiritu sancto, & nullo fine concludi.

† Sequitur Amen, quod verbum optantis vel affirmantis, ostendit affectum vel consensum, vt præmissum est. Populus enim assentiẽs voci sacerdotis, qui dixit: Per omnia secula seculorũ assentit quod seculum per eum creatum est. Vnde in fine psalmorum, vbi nos dicimus: Fiat, fiat, Hebræus dicit: Anen, amen. Et Christus in Euangelio sępe dicit: Amen, amẽ, id est, verum dico vobis. Respicit ergo ad formam orationis, vt quod oratur, optetur, vel ad modũ conclusionis, vt quod concluditur affirmetur. Verũ gratia, cũ sacerdos orans dicit: Da nobis quæsumus Domine, saluẽ mentis & corporis, populus respondet: Amen, id est fiat, & cum sacerdos concludit, Qui tecũ viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. populus affirmando respondet: Amen id est, verũ est, vel amen, interpretatur veritas, vt in Apocalyp. Hoc dicit amen, testis fidelis, de hoc dictum est in præcedenti tractatu. Crea † terminationem collectarum, notandum est, quòd in eis quandoque dirigitur sermo ad Patrem: quãdoque

Rom.5

Ioan.14

Apo.vlt.

doque ad Filium,quandoque ad Spiritum ſanctum,& quandoque ad totam Trinitatem.Si ſermo ad ſolum Patrem dirigitur, non habita mentione de Filio,neque de Spiritu ſancto, tunc dicetur in fine : Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum , qui tecũ viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus , per omnia ſecula ſeculorum. ſine,Per eundem,& eiuſdem,vt in illa oratione : Protector in te ſperantium,&c.Si verò fiat mentio de Filio,vel de Spiritu ſancto, refert an ante finalem partem orationis,an in fine ipſius fiat mentio de Filio.Si verò dirigatur ad Patrem , habita mentione de Filio ante finem,tunc dicitur in fine , Per eundem dominum noſtrum , &c. vt in illa oratione:Deus qui de beatæ Mariæ virginis,&c. Si in fine,tunc ſubiicitur immediatè, Qui tecum, ſine Per eundem,& eiuſdem.vt in illa collecta ſancti Stephani : Omnipotens ſempiterne Deus,qui primitias martyrum.Et in illa:Deus qui ſalutis æternæ, vel, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſine Per. vt in illa collecta:Deus,qui noſtre redemptione.quæ dicitur in vigilia Natalis,& in illa:Illumina quæſumus.quæ dicitur in Epiphania,vel, Ieſus Chriſtus Dominus noſter vt in illa:Deus,qui ad æternam. quæ dicitur feria tertia poſt Paſcha, & in ſecreta illa:Ipſi tibi.quæ dicitur in cœna Domini.Si verò in oratione,quæ ad Patrem dirigitur,ſit mentio de Spiritu ſancto , dicitur in fine,Per Dominum noſtrum.ſed tunc dicitur ibi , In vnitate eiuſdem Spiritus ſancti Deus,vt in illa:Deus qui corda fidelium, & in illa:Adſit nobis quæſumus virtus Spiritus ſancti , &c. Quòd ſi fiat ibi mentio de Spiritu ſancto , & poſteà de Filio , tunc ſubiicitur in fine immediatè , Qui tecum.vt in illa orationc:Mentes noſtras quæſumus Domine paracletus.& in illa:Vre igne, &c.Rurſus , quando ad Patrem dirigimus ſermonem, orando vt ipſe det nobis ſpiritum viuificandi,vel huiuſmodi,tunc dicitur , Per Dominum. ſine Per eundem,vel eiuſdem,vt in illa oratione quæ dicitur in benedictione cinerum: Deus qui humiliatione , &c. & inilla quæ dicitur in benedictione fontis:Omnipotens ſempiterne Deus,reſpice, &c. Si autem ſermo ad Filium dirigatur , vt in illa oratione : excita Domine potentiam tuam,& veni.& ſimiliter in aliis collectis,de aduentu Domini.& in illa,Deus qui virginalem aulã.tunc dicitur in fine, Qui viuis & regnas cùm Deo Patre,in vnitate Spiritus ſancti Deus , & cætera. Et ſi fiat ibi mentio de Patre, tunc dicitur , Qui cum Deo Patre & cætera.vt in illa oratione canonis:Domne Ieſu Chriſte fili Dei, &c. Si verò ſermo dirigitur ad Spiritum ſanctum , dicunt quidam, quòd tunc dicitur in fine , Qui cum Patre & Filio viuit & regnat Deus, & cætera.Veruntamen† omnis oratio dirigitur ad Patrem,vel ad Filium,& nulla ad Spiritum ſanctum , qua Spiritus ſanctus eſt donum & à dono non petitur donum,ſed potiis à largitore doni:petitur ergo à Patre, & Filio , & ad eos ſermo dirigitur , tanquam ad donatores, & non à Spiritu ſancto , qui eſt donum , & pariter ab vtroque pro

procedit. Si autem ad totam Trinitatem ſermo dirigitur,tunc dicitur in fine,Per Dominum,ſiue Per eundem,& eiuſdem,vt in illa oratione canonis : Suſcipe ſancta Trinitas. & in illa quæ dicitur in fine miſſæ: Placeat tibi ſancta Trinitas. in quibus dicitur per Chriſtum Dominum.quod ſuccedit in orationibus,in locum,Per Dominum noſtrum. cauſa breuitatis. Idémque in oratione, quæ ad Deum Patrem dirigitur,de eo mentio fiat,vt in illa : Omnipotẽs ſempiterne Deus qui dedifti famulis tuis. tunc dicunt quidam, Qui viuis & regnas Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Alij verò intelligentes , quòd oratio ipſa ad Deum Filium dirigatur , dicunt tunc , Qui viuis & regnas in vnitate Spiritus ſancti Deus,per omnia ſecula ſeculorum , & in illa oratione: Fidelium Deus omnium conditor , tota namque Trinitas conditor & redemptor eſt,licet Chriſtus propriè ſit redemptor. Poteſt etiam dici, quòd oratio quæ ad Trinitatem dirigitur,concluditur ſine aliqua perſonarum diſtinct.ſic, Qui viuis & regnas Deus per omnia ſecula ſeculorum. Vel conuertat orans ſermonem ad ſe,vel ad populum dicens: Quod ipſa præſtare dignetur. & ſic etiam concluditur in orationibus benedictionalibus. Sanè in oratione in qua ſermo dirigitur ad caput Eccleſiæ, ſic videtur debere dici:Qui viuis & regnas. cùm Chriſtus ſit caput Eccleſiæ. extrà de ſacra vnctione,capitu. primo : ſed non est ita. Tota namque Trinitas eſt caput Eccleſiæ,ideóque dici debet,Per Dominum noſtrum. In exorciſmis † verò ad expellendum dæmonem aliter dicitur,quoniam in aquę benedictione dicitur,Per eum qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos , & ſeculum per ignem. Similiter & in catechiſmis dicitur. Qui venturus eſt, &c. quàm citò enim diabolus audit Chriſtum eſſe venturum iudicare ſeculum per ignem,fugit.timens iudicium ignis : quia ſcit ſe poſt diem iudicij æterno igne premendum. Eadem quoque ratione dicit magiſter Gibeltus , quod orationes in exequiis mortuorum debent ſimili modo finiri : communis tamen vſus Eccleſiæ tenet , vt dicatur, Per Dominum noſtrum, &c. in illa tamen oratione : Fidelium Deus omnium conditor. debet dici,Qui viuis & regnas,&c. vt præmiſſum eſt.Et aduerte , quòd orationes in laudibus,in miſſa,& in veſperis,ſub eodem & ſolenniori tono dicuntur pro eo , quòd illæ horæ ſolenniùs & feſtiuiùs in eccleſia dicuntur : in aliis verò horis & officiis alius tonus minùs ſolennis ſeruatur,tum quia minùs ſolenniter dicuntur, tum quia illæ ad alium referri poſſunt ſignatum. Omnibus autem orationibus, præterquam in exorciſmis præmittitur. Oremus. non tamen ſemper Dominus vobiſcum.vt dictum eſt in præcedenti. Sequitur videre † quare orationes, quæ circa principium miſſæ dicuntur , collectæ vocentur. Et quidem ideò , quia ſacerdos qui fungitur legatione ad Deum pro populo , in eis petitiones omnium in vnum colligit , & concludit , vt eas ad Dominum referat, propriè tamẽ dicuntur collectæ, quæ ſuper collectum populum dicuntur,putà in proceſſionibus,vel dum colligitur populus

ad ſtationem faciendam, vt de vna Eccleſia procedant ad altare. Ita diſtinct. quoniam de conſecrat. diſtinct. v. conuenit. In vrbe namque quælibet Eccleſia ſtationalis habet aliquam eccleſiam ſibi vicinam, in qua colligitur populus die ſtationis, & ibi dicitur collecta ſuper populum collectum: & inde omnes ſimul ad eccleſiam, in qua fit ſtatio, accedunt. Vnde in concilio Agaten. de conſe. diſtin. v. conuenit, in fine dicitur quòd plebs collecta oratione ad veſperam dimittatur ab Epiſcopo cum benedictione: & eſt ſumptum hoc nomen de Leuitico, vbi ſcenophegia, quæ eſt vltimum feſtorum legalium, collecta vocatur, pro eo quia in fructuum collectione fiebat, & figurabat futuram operum noſtrorum collectionem, cùm dicetur: Ecce homo, & omnia opera eius cum eo. Orationum † varij fuerunt Doctores quarum numerus & varietas in tantum excreſcebat, quòd octauum Afticanum concilium conſtituit, vt nullæ preces vel orationes vel miſſæ vel prætationes, vel commendationes, vel manuum impoſitiones dicantur, niſi in concilio fuerint approbatæ. Et Gelaſius Papa tam à ſe quàm ab aliis appoſitas preces dicitur ordinaſſe. Beatus Gregor. ſecluſis his quæ nimia, vel incongrua videbantur, rationabilia coadunauit, congrua multa nihilominus per ſe neceſſaria ſuperaddens. Cæterùm, quidam † modum & ordinem excedentes, in tantum orationes multiplicant, vt auditoribus tantum tædium generent & faſtidium, quaſi Deus & homo, verborum multitudine flecti poſſit, vt præmiſſum eſt. de cõſecr. diſtin. v. non mediocriter. cùm econtra Eſaias dicat: Cùm multiplicaueritis orationes veſtras non exaudiam & Dominus in Euangelio dicat: Matt. 6 Cùm oratis nolite multum loqui, ſicut Ethnici faciunt. Putãt enim in multiloquio exaudiri. Vnde cum ei dixiſſent Apoſtoli: Domine doce nos orare. compendioſam eos orationem docuit: Pater noſter, &c. Huiuſmodi ergo orationis formam ſequentes ſacerdotes in miſſa ſeptenarium orationis numerum non excellunt. Nã Chriſtus ſeptem petitionibus omnia corpori & animæ neceſſaria comprehendi in illa, prout ſub eo dicetur, quia verò numero Deus gaudet impari, quidam obſeruant, vt impares dicant in miſſa orationes, videlicet, vel vnam tantùm, ſicut vna epiſtola, vel vnum Euangelium dicuntur & illa. numerus eſt ordinarius vel tres vel quinque, vel ſeptem. Vnum, ad deſignandum fidei vnitatem, vel vnitatis ſacramentum. Tres, ad ſignificandum myſterium Trinitatis, & quia Chriſtus ter in paſſione orauit dicens: Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte. Quinque, ad deſignandum quinque plagas Chriſti ſeu in quinque partitam Chriſti paſſionem. Septem ad deſignandum Spiritum gratiæ ſeptiformis, ſeu ſeptem dona Spiritus ſancti. Deus enim diuiſionem & diſcordiam deteſtatur. Vnde cùm cæterorum dierum operibus benedicet, operibus tamen ſecundæ diei benedixiſſe non legitur, eò quòd binarius numerus primò ab vnitate recedebat, & ab eo cæteri diuiſibiles numeri originem ſortiuntur, & impar numerus mundus eſt. xxxij. quæſtione j.

16 ſtione j. nuptiæ: Et nota, quòd in ſummis † feſtis tantummodò dicitur vna collecta, niſi fortè eadem die aliud feſtum occurrat. Sciendum quoque eſt quòd totidem collectæ & eodem ordine dici debent in ſecreta, poſt communionem, quot præceſſerunt ante Epiſtolam in exordio miſſæ, nec plures nec pauciores: finis namque debet ſuo principio & quilibet poſt communionem collectæ & ſecretelæ præcedentibus conuenire. Cauendum eſt etiam, quia ſi collecta pro defunctis intermiſceatur in Miſſa quæ dicitur pro viuis, non finalis, ſed penultima, vel antepenultima dicatur: quia finis debet ad ſuum principium retorqueri. de conſecratione, diſtinctione prima, Epiſcopus. Semper enim facienda eſt memoria pro defunctis, prout dicetur ſub decima particula ſecretæ, ſuper verbo: Memento etiam Domine, & cætera. quia etiam viuorum, & etiam ſanctorum, in quorum honore celebrantur, qui in vita gloriæ viuunt auxilio egent. Sed in miſſa pro defunctis intermiſceri non debet collecta pro viuis, etiam, vt quidam dicunt, illa communis: Deus qui viuorum dominaris, &c. ab Auguſtin. compoſita ad notandum quòd defuncti iuuare nequeunt viuentes in hac vita, nec etiam implorare æternam vitam, licet ipſi iuuari valeant ab vtriſque. In Miſſa tamen pro defunctis poteſt, vt quidam dicunt, eſſe penultima collecta de ſanctis, & econuersò. Innocent. Papa primus compoſuit quatuor collectas in menſe Septembri Innocentius verò Papa tertius compoſuit illam: A cunctis nos 17 quæſumus Domine, mentis & corporis defende, &c. In † eccleſia Lateran. numquam dicitur oratio, ſed in miſſa & in omnibus horis loco orationis alta voce pronuntiatur oratio dominica, quæ in nouo Teſtamento prima oratio fuit. Nam & in primitiua Eccleſia ſic fie- 18 bat. † Sanè pontifex ſeu ſacerdos dùm orare ſeu orationem dicere incipit, manus eleuat, & extendit iuxta illud Hierem. xij. Manus tuas miſſas erigite, & genua debilia roborate. & Romano Pontifici, & etiam aliis Epiſcopis in multis eccleſiis miniſtri adſtantes, eleuatas manus ſuſtentant, quæ manuum eleuatio à lege ſumpſit exordium. Legitur enim Exod. xvj. cap. & xxxvj. diſtinct. ſi quis. quòd cùm Iſraël pugnaret aduerſus Amalech in deſerto, Moſes aſcendit ſuper verticem collis. Cúmque leuaret manus vincebat Iſraël: ſi verò paululùm remiſiſſet, Amalech populum ſuperabat: Aaron autem & Hur, ſuſtentabant manus eius, ex vtraque parte. Legitur etiam iij. Regum c. viij. quòd Salomon ſterit ante altare Domini in conſpectu Eccleſiæ Iſraël, *Act. 1* & expandit manus ſuas in cœlum orans pro populo. & Gen. iiij. Leuo manum meam ad Dominum Deum excelſum. Eleuatio autem ipſa, repræſentat, quòd Chriſtus eleuatis manibus ferebatur in cœlum. Vel eleuat manus ad inſtar Saluatoris in cruce pẽdẽtis. Vnde illud: Eleua- *Pſal. 140* tio manuum mearum, ſacrificium veſpertinũ. Extẽſio verò manuum, ideò fit. Nam Chriſtus cùm expandiſſet manus in cruce pro perſecutoribus orauit dicens: Pater mi, dimitte illis: quia neſciunt quid faciunt. *Luce 23*

moraliter

Universidad de Deusto
Biblioteca

moraliter instruens, quia Christus semper paratus est recipere pœni-
Ioan.6. tentes, iuxta illud, quòd ipse promisit: Omnis qui venit ad me, non
eiiciam foras. Quidam tamen perfidi hæretici deridentes huiusmodi
Esa.1 manuum extensionem, propter illud Esa. Cùm extenderitis manus
vestras, auertam oculos meos à vobis.

SVMMARIVM.

1 *Epistola quid, vnde dicatur, & quid significet.*
3 *Epistola cur præmittatur Euangelio.*
4 *Diaconus lecturus Epistolam, à quibus, & quot comitetur.*
5 *Epistolam legens, quò flectere vultum debeat.*
6 *Epistola sumpta ex libro Mosi vel Salomonis qualiter terminetur.*
7 *Epistolam legere non potest quis nisi fuerit subdiaconus.*
8 *Ministerium verbi Dei, est triplex.*
9 *Sedendi vsus vnde.*
10 *Lectiones Apostolicas & Euangelicas, quis primùm statuerit debere dici ante sacrificium.*
11 *Euangeliorum, Epistolarum, & Prophetiarum varia est terminatio.*

De Epistola. CAP. XV.

ORatione finita, dicitur Epistola, † quæ significat doctrinam Apostolorum. Eleganter autem illam præcedit oratio: quia legitur Lucæ x. cap. Rogate Dominum messis, vt mittat operarios suos in messem suam. Sanè Epistola Græcè & Latinè supermissio, vel supereiectio, dicitur ab ἐπὶ, quòd est supra, & στόλος, missio.* Missa enim est ab Apostolis supra legem Mosi, supra Psalmistas & Prophetas, supra Euangelium, sicut & prophetiæ supra legem: vnde & literæ de vna persona ad aliam missæ, appellantur Epistolæ, scilicet supra missæ, quasi missæ supra, seu præter id, quod refert nuntius viua voce: dicit & Apostolus supra id, quod dixerat Ephesiis, Corinthiis, & aliis Epistolas mittebat. Legi debet † Epistola secundùm magistrum Petrum Antisiodoren. in dextra parte Ecclesiæ: quia Christus primò venit ad Iudæos, qui dicebantur in dextera esse. Melius tamen sit in medio Ecclesiæ pro eo, quòd Ioannes fuit medius inter Apostolos & Prophetas, vt iam dicetur. Dicitur quoque Epistola in loco inferiori, Euangelium in superiori, & supposito panno, de quo sub Euangelio dicetur. Præmittitur † autem Epistola Euangelio. Epistola namq; designat
Luc.1 officium, quod Ioannes ante Christum exercuit, qui præiuit ante faciem domini parare vias eius, sicut ipse testatur: Ego vox clamantis in deserto, parate viam Domini. Ioannis ergo quasi subdiaconus &
Matt.20 subministrer illius, qui de se dicit: Nõ veni ministrari. Vnde sicut prædicatio Ioannis præcessit prædicationem Christi: ita Epistola Euangelium præcedit. Gerit quoque Epistola figuram legis & prophetiæ

quæ Christi aduentum præcesserunt, sicut ipsa Euangelium præcedit.
4 Præcessit quidem lex Euangelium: sicut vmbra lucem: sicut timor charitatem, & initium perfectionem. Sanè † subdiaconum Epistolam lecturum vnus tantum comitatur acolytus: quia prædicationem Ioannis pauci secuti sunt, quoniam lex neminem ad perfectionem ducit: sed diaconum Euangelium lecturum, tam subdiaconi quàm acolythi & cæteri comitantur, quia prædicationem Euangelij, quæ perfectionem facit, plurimi susceperunt. Dici etiam potest, quod per subdiaconi & diaconi ad legendum processum, duplex Christi manifestatio per duplicem eius aduentum significatur: quorum primus vnum tantùm habuit præcursorem, scilicet Ioannem, qui per subdiaconum præcedentem significatur. Secundus duos habebit, videlicet Enoch. & Heliam: qui per duos vel plures præcedentes diaconum figurantur. Fa-
5 cies autem † Epistolam legentis respicere debet altare, quod Christum significat: quia Ioannis prædicatio se & alios dirigebat in Christum, de cuius vultu iudicium, & æquitas procedunt, extrà de eccles. bene. vt nostrum. Is verò, qui præcedit subdiaconum euntem legere, non vertit faciem ad legentem, quia Ioannes non ad se audientes, sed potius ad Christum dirigebat. Sed qui diaconum euntem legere præcedebant, nunc respiciunt ad Euangelium, & ad faciem recitantis. Primò, vt ex mutua vtriusque inspectione amor & charitas Christi notetur, qui in Euangelio prædicat. Secundo, vt se esse contestes Euangelicæ doctrinæ ostendant, sicut legitur in Esa. Vos estis testes mei, dicit do- *Esai. 44*
minus. Quia verò Ioannes fuit limes præcedentium, & subsequentium, medius inter Apostolos & Prophetas. Nam lex & prophetæ vsque ad Ioannem, & ex eo regnum Dei euangelizatur. Ideò Epistola *Luc. 16*
nec semper legitur de Prophetis, nec semper de Apostolis, sed interdum sumitur de veteri Testamento, interdum de nouo. Ioannes enim, cuius vocem repræsentat Epistola, cum antiquis Christum prædixit futurum, dicens: Qui post me venit, ante me factus est, & cum moder- *Ioan.1*
nis Christum ostendit re præsentem, dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Interdum ergo sumitur de Apostolis, quia licet eorum doctrina non præcesserit euangelium, tamen ad vitam æternam refertur, sicut lex & prophetia: & interdum de veteri Testamento rarò tamen; quia velum templi est scissum, nec ponendum est ante oculos velum. Epistola tamen non legitur de quinque libris Mosi: quia in illis temporalia promittebantur. In cuius signum lectiones de illis sumptæ terminantur in grauem accentum: vt iam dicetur. Consi-
6 derandum † autem est, quòd quando lectio vel epistola de libris Mosi, vel Salomonis sumitur, nomen eorum reticetur, vt dicitur in proœmio sextæ partis. Item in epistolis, quæ sumuntur de Prophetis, vel de Actibus Apostolorum, siue de Apocalypsi, ponitur in principio hæc oratio: In diebus illis, & in fine dicitur: Ait Dominus omnipotens, eò quòd in libris illis hoc sæpè scriptum inuenitur. Eadem etiam ratione

dicitur

dicitur in epistolis Iacobi & Petri: Charissimi & in epistolis Pauli: Fratres: & in Christo Iesu Domino nostro. In epistola tamen ad Hebr. os
Hebr. 3 dicunt quidam non debere apponi: Fratres: eò, quòd Apostolus suspectus erat Hebræis, sed melius est, vt apponatur: Quoniam quidam boni erant inter eos, vt ipse eos in quodam loco eiusdem epistolæ vocat fratres. Propter præmissam etiam causam dicitur in euangelio: In illo tempore: propriè tamen loquendo nulla epistola est de veteri Testamento, sed illæ lectiones vocantur. Porrò licet in epistolis, quæ de Apocal. leguntur dicatur: Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis Apostoli in quibusdam tamen Ecclesiis, & Apostoli tacetur illud verbum beati. Certum est enim, quòd beatus Ioannes præcipuè fuit inter Apostolos à Christo dilectus. Dilectio autem Dei, bonos nos efficit: quia beatos
Psal. 64 quem elegisti & assumpsisti. Hac ergo consideratione, cum sicut cæteros sanctos superuacuum est beatitudinis titulo sanctum ostendere, & solem quodammodo facibus adiuuare. vj. quæstione j. cap. omnia: cum ipse velut titulus per se patens effectum beatitudinis, scilicet dilectionem Dei euidenter præ cæteris sit sortitus. Cæterùm nullus debet † epistolam solenniter in Ecclesia legere, nisi sit subdiaconus, qui si forte defuerit, dicatur à diacono: de quo dictum est in secunda parte, sub titulo de subdiacono, & de diacono: vel etiam à sacerdote. Melius enim est, vt sacerdos etiam missam cantans, illam legat, quàm si ab acolytho vel alio inferioris ordinis legatur. Circa hoc autem notandum est, quòd populi instructio fit per verbum Dei, quod quidem à Deo per eius ministros ad populum peruenit: & ideò ea quę ad plebis instructionem pertinent, non à sacerdote, sed à ministris dicuntur. † Ministerium tamen
Rom. 20 verbi Dei, triplex est. Primum, authoritatis, quod cõpetit Christo qui minister dicitur, Matthæi septimo. Erat enim sub pœnitentiæ docens. Secundum, manifestæ veritatis, quod competit prædicationibus noui Testamenti, de quo dicitur in 2. ad Corinthios tertio: Qui & idoneos fecit ministros. Tertium, figurationis, quod competit prædicatoribus veteris Testamenti: ideóque doctrinam Christi proponit diaconus. Doctrina verò prædicatorum veteris Testamenti, proponitur per subdiaconos. Nec obstat, quòd aliquando per eos legitur loco epistolæ aliquid
Matt. 21 de ipso veteri Testamento: quia prædicatores noui Testamenti etiam vetus prædicant. Cæterùm doctrina prædicatorum veteris Testamenti non semper legitur, sed illis diebus, quibus præcipuè configuratio noui & veteris Testamenti designatur, vt in ieiuniis quatuor temporum, & quando aliqua celebrantur, quæ in veteri lege figurata sunt, sicut passio, natiuitas, baptismus, & aliquid huiusmodi: & quoniam vtraque doctrina ordinat ad Christum & eorum, qui præibant, & eorum, qui sequebantur: ideò doctrina Christi postponitur quasi finis. Cùm autem dicitur Epistola genua non flectimus, cùm ad nouum pertineat Testamentum: imò sedemus, quia doctrina in silentio & quiete audienda est. Vsus † etiam sedendi à veteri Testamento assumitur, sicut in Esdra legitur.

legitur. Milites tamen stare consueuerunt, quando Epistolæ Pauli leguntur in honorem eius, quia miles fuit: vnde in signum militiæ suæ depingitur cum ense in manu, vel ideò, quia ipse suam prædicationem Euangelium nominauit. Et est sciendum, quòd nunquam in quadragesima legitur Epistola Pauli, nisi tantùm in cœna Domini: quia ad nouũ
10 pertinet Testamentũ. † Sanè lectiones apostolicas, & euangelicas, quis primò ante sacrificium dici debere statuerit, non omnino certum est. Creditur tamen, quòd primi successores Apostolorum, eò quòd in illis
11 eadem sacrificia celebrari iubentur. Quæritur autẽ, quare † prophetias voce inferiùs deflexa, Euangelium verò ad Epistolam, vocem exaltando, finimus? Respondeo. Per prophetiam, quæ est in veteri testamento, synagôga, quæ inclinata est, & cecidit, intelligitur: ideóque inclinando vocem, & quasi cadendo prophetia finitur. Hinc etiam est, quod synagôga depingitur, quasi fracta hasta vexilli: per Euangelium verò & Epistolam Ecclesia militans repræsentatur, quæ exaltata est, & ideò illa cum exaltatione vocis finiuntur. Præterea in veteri Testamento temporalia & caduca promittebantur, in cuius figura lectiones in grauem accentum terminantur. In nouo verò Testamento spiritualia & æterna, in cuius rei signum Euangelium & Epistola in accentum terminantur acutum. Quædam tamen lectiones de veteri Testamento sumptæ, quæ in officio Missæ pro Epistolis sæpè leguntur, in acutum terminantur accentum, & sub tono Epistolari leguntur. Cùm enim tunc in locum Epistolæ succedant, meritò, & quò ad hoc, & quò ad nomen illarum debent imitari formam.

ANNOTATIO.

* Missio.) Videtur author hoc verbum minus duxisse à sua ἑτυμολογίᾳ. Dicitur enim ἐπιστολὴ ἀπὸ τοῦ ἐπιστέλλειν, quod est mittere, quia ad absentes mittitur. Vel, si mauis, ἐπιστολὴ, iussum, mandatum. N. D.

SVMMARIVM.

1 *Subdiaconus, Epistola lecta, reuerentiam facit sacerdoti, quaque id significatione. & num. 3.*

2 *Subdiaconus manus sacerdotis osculatur, lecta Epistola.*

De Reuerentia post lectam Epistolam facienda.

CAP. XVII.

POst lectam † Epistolam, subdiaconus cum acolytho ad sacerdotem accedit, illud insinuans Matth. xj. quòd Ioannes cùm audisset in vinculis opera Christi, misit duos ex discipulis suis, non credentes Christum esse Messiam, vt interrogarent illum: Tu es qui venturus es, an *Psal. 117*
alium expectamus? Et respondens Iesus, ait illis: Euntes annunciate Ioanni, quæ vidistis & audistis. Cæci vident, &c. vt dicetur in sexta

parte,

Universidad de Deusto
Biblioteca

parte, sub tertia dominica aduentus. Quia verò illi per visa miracula cognouerunt hunc esse, de quo eorum magister prædixerat: Qui post me venit, ante me factus est, cuius non sum dignus soluere calciamenta sua: ideò pronus ad pedes calciamentum Roman. Pontificis subdiaconus osculatur. Præterea, quia dextra † Domini fecit virtutem, ideò subdiaconus in quibusdam Ecclesiis osculatur dextram sacerdotis. Adhuc lecta Epistola subdiaconus librum clausum Episcopo præsentat, ipse verò supra illum manum ponit, quam subdiaconus osculatur. Nempè episcopus Christum figurat, qui clausus liber præsentatur, ad designandum, quòd solus Christus potuit aperire librum, & soluere signacula eius, in quo & ipse Christus & eius mysteria clausa erant, donec cœpit ab ipso Christo per prædicationem Euangelij aperiri. Christus autem legem, in qua clausus tenebatur, opere impleuit, qui non venit legem soluere, sed adimplere: quod significat manus impositio super librum. Manus enim, opus significat. Ipsa quoque manus impositio, significat desiderium & promissionem exercendi, & opere complendi, quæ lecta sunt. Quia verò nemo accipit benedictionem in lege promissam, nisi qui cum amore, qui per osculum designatur, opere perficit, quod sermones alios facere docet: ideo ad hoc designandum subdiaconus benedictionem accepturus manum Episcopi osculatur.† Rursus quia Pontifex (vt præmissum est) Christum repræsentat, subdiaconus & cæteri debent ei actus suos humiliter subdere, & ab ipso benedictionis gratiam postulare. Vnde in Euangelio Cùm omnia benefeceritis, dicite: Serui inutiles sumus: quod debuimus facere fecimus: & subsequenter Episcopus vel sacerdos subdiacono benedicit: quia & Christus commendauit Ioannem dicens: Quid existis videre in deserto? Prophetam? etiam dico vobis plùs quàm Prophetam. Amen, amen dico vobis, inter natos mulierum, &c. Subdiaconus ergo post finem, diaconus verò ante principium sectionis ad sacerdotes accedit, & exhibet reuerentiam: quia lex finem accepit in Christo, sed Euangelium originem sumpsit ab ipso: nam lex & Prophetæ vsque ad Ioannem Euangelium Christi & Epistolæ post Ioannem. In missa verò pro defunctis subdiaconus lecta Epistola, non venit in osculum manus: tum quia ibi cessat ratio suprà dicta, tum quia in illa missa quælibet solennitates subtrahuntur.

Ioan.1 *Luc.7* *Matt.11.* *Ioan. 2*

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos, in missa quare sedeat, limita. num. 3.*
2 *Sessio ministrorum in missa, quid notet.*

De Confessione sacerdotis, vel episcopi & ministrorum.

CAP. XVIII.

ORatione finita † sacerdos seu Episcopus sedet. Et est notandum quòd in missæ officio tribus horis sedet: videlicet dum Epistola legitur, de quo in titul. de mutatione sacerdotis dicetur: & dum responsorium & allelu-ia cantantur, significans tres dies, quibus Dominus sedit Hierosolymis in templo, in medio Doctorum, audiens & interrogans illos. Sedens autem stat conuersus ad populum, vt ostendat potestatem sibi à Deo esse datam, quòd possit speculari, & superintendere, qui stant in Ecclesia humiliter, qui superbè, animæ enim ei commissæ sunt, & de illis est rationem redditurus Deo. Sed etiam in loco eminentiori, vt quasi vineator custodiat vineam suam, & populo superintendat: nam & Dominus in alta Polorum sede stans, custodit ciuitatem suam. Porrò, oratio quæ dicitur ante Epistolam, priùs quàm sacerdos sedeat, specialiter significat tempus illud, quo Christus in cœlum ascensurus Apostolis benedixit. Sessio verò, quæ sequitur, significat Christi sessionem post Ascensionem ad dextram Patris, sedes quippè victoris est. Vnde sessio sacerdotis, victoriam Christi designat, vt dicetur sub titu. de mutatione sacerdotis. Sessio † ministrorum, significat sessionem ipsorum, quibus dicitur: Sedebitis vos super sedes, iudicantes xij. tribus Israël, scilicet illos, qui in cœlestibus iam regnant. Qui verò in choro laborant, illos designans qui adhuc in mundo peregrinantur. Vnde lectores & cantores ad officium surgentes, negotium Dei agunt, quibus dicitur: Negotiamini, dum venio. Quidam ergo ministrorum cum Episcopo sedent, per quos Christi membra in pace iam quiescentia, ibi intelliguntur, de quibus Apostolus: Consedere fecit nos in cœlestibus in Christo. aut illi, qui iudicabunt xij. tribus Israël: alij verò stant, per quos Christi membra adhuc in certamine posita intelliguntur. Nempè Pontifice sedente in quibusdam Ecclesiis, candelabra mutantur de locis suis, & collocantur in ordinem vnius lineæ à primo, vsque ad altare, ad notandum, quòd de plenitudine Christi omnes accepimus in spiritus vnitate, sed gratiarum varietate, diuisiones enim sunt gratiarum, idem autem spiritus. de consecr. distinct. iiij. cum omni. Spiritus enim à primo cereo stato, seu candelabro, id est, à Christo, procedens, & vsque ad altare, id est electorum corda perueniens alternatim in membris dona variat gratiarum. Et memento, quòd acolythi deponunt candelabra in terram: quoniam post peracta prædicationis officia per humilitatem agnoscùt, quòd sunt puluis & cinis, sicut dicit Abraham, ‡ Loquar Domino, cum sim puluis & cinis. † In Romano Ordinario legitur, vt Pontifex non sedeat: donec post primam orationem, dicatur, Amen. Non ergo debet sedere vsque ad lectionem: quoniam præcedens officium gratulationi de aduentu & operibus Christi deputatur. Episcopus enim Christum venientem & operantem significat: cæteri verò eos, qui præibant, & qui sequebantur, & qui obuiabant, repræsentant.

Luc.2 *Act. 1* *Mar. vlt.* *Matth. 5* *Luc. 19* *Epheſ.2* *Ioan.1* *1. Cor.12* *Geneſ.18*

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Graduale sequitur Epistolam. Limit. num. 2. quid significet. ibidem & 3. & vnde dicatur. num. 3.*
4 *Graduale qua voce offerendum.*
6 *Responsorium, vnde dicatur.*
8 *Versus responsorij, vel gradualis, quid significet.*
9 *Hymnus, Gloria Patri, non cantatur post responsorium Missæ, post Quarum autem sic.*
10 *Gradualia, qui composuerint.*

De Graduali. CAP. XIX.

POst epistolam † cantatur graduale, seu responsorium, quod per- 1
tinet ad opera actiuæ vitæ, vt notetur nos operibus respondere
eis, quæ in lectione audiuimus: scilicet prædicationem. Rursus, quòd
Ioannes prædicabat pœnitentiam dicens: Pœnitentiam agite: appro-
Matth. 3 pinquabit enim regnum cœlorum. Et iterum: Facite dignos fructus
pœnitentiæ. Meritò post Epistolam graduale sequitur, quod pœni-
tentiæ lamentum insinuat, propter quod in diebus Pentecostes de of-
ficio tollitur, vt iam dicetur. Tertiò ideò post Epistolam sequitur
graduale, quia post prædicationem Ioannis discipuli secuti sunt Chri-
Ioan. 1 stum: sicut Ioannes Euangelista describit. Stabat (inquit) Ioannes, &
ex discipulis eius duo: & respiciens Iesum ambulantem, dixit: Ecce
agnus Dei: & audierunt duo discipuli eum loquentem, & secuti sunt
Iesum. Ad hoc cantus epistolam comitatur, quia prædicationes prædi-
catorum secuta sunt gaudium Ecclesiæ & Dei laudes, & præconia
credentium de conuersione: quia per graduale, conuersio de Iudæis,
per versum, conuersio de Gentibus, per allelu-Ia, vtriusque in fide le-
titiæ, per sequentiam, canticum victoriæ figuratur. Alia ratio ponen-
tur sub titu. de tractu. † In quibusdam tamen Ecclesiis graduale ante
Epistolam cantatur, ad notandum, quòd prædicator priùs opere, & 2
posteà verbo debet docere. Dicitur autem † graduale, vel gradale, à
gradibus, scilicet humilitatis, significans ascensus nostros de virtute
in virtutem: sicut filij Israël de mansione in mansionem proceden-
Deuto. 2 runt, vt tandem videatur Deus Deorum in Syon. Vnde in Deut. Ter-
Psal. 83 ra nostra monstruosa est. Hæc terra, est cœlestis Hierusalem, quæ per
cogitationes cœlestium habetur. Conuenit enim graduale illi, quia
nedum ascendit de virtute in virtutem: sed adhuc in conualle positus
lachrymarum, iam tamen ascensiones in corde disposuit. Rectius † 4
ergo faciunt qui graduale non festiuis & modulatis vocibus offe-
runt: sed quasi cantum grauem, asperum simpliciter potiùs & lamen-
tabiliter canunt: tamen responsorium, per quod etiam prædicatio
noui Testamenti figuratur, altiùs lectione & epistola, quæ significat
prædicationem veteris Testa. canitur: vt si quis fortè cordis auribus
obturatis,

obturatis, depressa admonitione veteris Testa. non excitatur, saltem
excelsa modulatione noui demulceatur. Veruntamē, & lector & can-
tor officium suum impleturi gradum ascendunt, quia doctor perfe-
ctione vitę vulgum transcendere debet. iiij. d. statuimus. Potest etiam
dici, quòd per epistolam Ioannis, per graduale Apostolorum prædi-
catio intelligitur, per allelu-Ia, deuotio & lætitia. Rursus per lectio-
nem, vetus, per cantum verò, nouum intelligitur Testa. Sic ergo can-
5 tus suauior est lectione: sicut nouum Test. suauius est veteri. † Secun-
dò dicitur graduale, à gradibus altaris, eò quòd in festiuis diebus in
gradibus cantatur, sicut & allelu-Ia, ad notandum præmissos virtu-
tum gradus. In profestis verò diebus in medio chori ante gradus al-
taris cantatur, ad designandū, quòd in corde, quod est in medio cor-
poris, præmissos gradus fundare debemus. Tertiò, dicitur graduale
6 quoniam Apostoli post Dominum gradiebantur, vt iam dicetur. Re-
sponsorium † verò dicitur: quia versui vel epistolæ correspondere de-
bet, vt si in epistola agatur de gaudio, & in responsorio similiter: si ibi
de tristitia, & hic similiter, ne possit nobis improperari, quod Domi- *Luc. 7*
nus dicit: Cantauimus vobis, & nō saltastis: lamentauimus, & nō plo- *Rom. 12*
rastis. Vnde Apost. Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus.
Dicitur etiam responsorium, quia choro respondente illud incipien-
tibus cătatur: propter quod significat vitam actiuam, in qua sancti se
adinuicem hortantur, vt ad æternam perueniant vitam. Potest tamen *Matth. 4*
responsorium ad responsionem Apostolorum referri, quoniā Christo
vocante & dicente: Venite post me. ipsi non tantùm verbo, sed opere
respondentes: quia relictis omnibus secuti sunt eum, & gradiebātur
post Dominum, discipuli post magistrum: de hoc dicetur in proœmio
7 quintæ partis. † Significat autē graduale seu responsoriū laborantes
in hac vita, & ideò non dicitur intra octauas paschæ & pentecostes,
per quas octauæ nostræ resurrectionis designātur: quando omnis la-
boris expertes erimus, absterget Deus omnem lachrymam ab oculis *Apoc. 22*
sanctorum suorū. Itaq; in graduali seminamus, in allelu-Ia, metemus.
Versus responsorij sic vocatur, quoniā de eo fit reuersio ad ipsum re-
sponsoriū, prout sub tit. de allelu-Ia dicetur. Rursus graduale bonum
8 opus, & vitam præsentē, in qua seminamus, & à Domino peregrina-
mur, significat: versus verò adiutoriū designat. Versus † ergo post gra-
duale canitur: quia adiutorium nobis est necessarium, quādiu in hoc
ergastulo detinemur. Graduale planè incipitur, ne nimis versus ascen
dant, in quo designantur, qui religionē propter eius austeritatem in-
gredi metuunt: versus verò altè, in quo designantur, qui ieiunando,
orando, & alia bona faciendo ascēdunt, non timentes carnem, quam
cum vitiis & concupiscentiis mortificant. Ad hoc quandoq; vnus so-
lus versum cantat, ad mouēdum, quòd quisq; secum fragilitatē suam
tractet. Et quā uam graduū tenore versus altè non inchoetur. In quo
etiam significantur hi, qui consideratione propriæ fragilitatis, quic-

quid agunt, humiliter agunt. Finito tamẽ versu, vox fiducialiter exaltatur: in quo designatur, quòd de misericordia Dei cõfisi fiducialiter omni suæ actioni insistunt. Cantatur † autem graduale à perfectis, prout in tit. sequenti dicetur. Porrò, responsorium quod in missa cantatur, nec perfectè nec imperfectè repetitur: nec ei, Gloria Patri, subiicitur, quod tamen in responsorio aliarum fit horarum. Circa quod attendendum est, quòd aliæ canonicæ horæ institutæ sunt, ad reddendũ Deo laudes, pro diuersis beneficiis in illis horis ab eo receptis. Hinc est, quòd lectio in illis primò dicitur, in qua beneficiũ vel pars eius in illa hora datum designatur: posteà cantatur responsorium, in quo laus beneficio correspondet: quia ergo laus repeti debet, iuxta illud Apostoli: Gaudete in Domino semper: iterum dico, gaudete, id

Psalm. 4 est laudem Deo dicite. ideo huiusmodi responsorium repetitur. Sed & quia quis benefactori suo tenetur, Deo verò nihil aliud possumus, nisi gloriam & honorem offerre: ideo in fine responsorij & cuiusque nocturni, vbi in lectionibus aliquod beneficium totum, vel pars eius est repetitum, referimus gloriam, & gratiam Trinitati. Responsorium autem, quod in missa cantatur gratiã designat, vt præmissum est, responsorium Apostolorum, Christo eos vocante, omnia relinquentium. Quia ergo illi nihil retinuerũt pro quo iterum eos vocari oporteret: ideò responsorium illud nullo modo repetitur: sed nec cum Gloria Patri. finitur, quia non ad gloriam sed ad luctum vocati sunt.

Ioan. 20 dicente Domino in Ioan. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Et nota, † quòd Gregorius, Ambrosius & Gelasius composuerunt graduales, tractus & allelu-Ia, & ad missam ea cantari statuerunt. Cæterùm, quandoque solum responsorium cantatur in missa, quandoque solum allelu-Ia, quandoque responsorium, cum allelu-Ia, quandoque cum tractu, quandoque allelu-Ia, cum tractu, de quo dicetur in sexta parte, sub tit. de septem diebus post pascha.

SVMMARIVM.

1 *Allelu-Ia, quid significet, & vnde profecta vox. num. 2.*
3 *Allelu-Ia verbum Hebraicum, & eius interpretatio variè. num. 4.*
5 *Allelu-Ia quòd cantetur in Ecclesia, vnde tractum.*
6 *Pneuma allelu-Ia, quid significet.*
7 *Versus, vnde ducatur.*
8 *Cantorum varia differentia.*

De Allelu-Ia. CAP. XX.

ANNOTATIO.

* De hoc verbo magna est apud Doctos dissensio: primùm de significatione. proximè de orthographia. August. enim duas dictiones efficit, vt Allelu, sonet laudate, Ia verò, vniuersalem vel vniuersaliter, scilicet

scilicet Dominum. Ia autem apud Hebræos, teste Hieronymo, vnum est de decem nominibus. Tu ex præsentium Authorum varietate, probabilius sequere iudicium. N. D.

1 QVia post luctum sequitur consolatio, nã beati, qui lugent † quoniam ipsi consolabuntur: ideò post graduale cantatur allelu-Ia, quòd est lætitiæ canticum, & auditum ab angelis decantari, sicut legitur in Apocal. xix. Rursus, quia ascensus de virtute in virtutem, per quos graduale diximus significari, sæpè tædiosi essent, nisi gaudium haberent admistum, sicut filiis Israël multa inconuenientia acciderunt, quando de mansione in mansionem processerunt: ideò post graduale cantatur allelu-Ia. Tobiæ penulti. Plateæ duæ sternentur auro mundo, & candido, & in vicis eius cantabitur allelu-Ia. Est, † autem, allelu-Ia, laus angelica: sententia quidem breuis, magnum continens iubilum, sine incitans ad iubilum. Iubilat enim Ecclesia, *3. Reg. 9* sciens quòd grandis restat via vsque ad montem Dei Oreb, quòd interpretatur mensa timens: quòd fideles obdormiant in fide, & faciãt

2 vitulum conflatilem, id est lasciuiant in temporalibus. Et autem † allelu-Ia, Hebraicum nomen, vocabulum signidem significans potius, quàm exprimens ineffabile gaudium in hac vita peregrinantium: gaudium, videlicet angelorum, & hominum in æterna fœlicitate lætantium, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Cuius verbi expositio secundum Inno. iij. ex cxij. Psalm. habetur, cùm allelu-Ia præmittatur in tit. statim psalmus exponendo ti.

3 incipit, Laudate pueri Dominum. Vnde, secundum eum † allelu-Ia, interpretatur: Laudate pueri Dominum. Aug. verò sic exponit al, id est, me, lu, id est, fac, Ia. id est, Domine. Hier. sic, alle, id est, cantate, lu, id est, laudem, Ia, id est, ad Dominum. Greg. sic, alle, id est, pater: lu, id est, filius, Ia, id est spiritus sanctus: vel alle, id est lux, lu, id est, vita, Ia, id est salus. Magister Petrus Antisiodorensis, sic al, id est, latissimus, le, id est, leuatus est in Cruce, lu, id est lugebant Apostoli, Ia, id est, iam surrexit. Petrus Comestor dixit super Apoc. & August. in glossa Psalterij, quòd allelu-Ia est verbum imperatiui modi, & sonat allelu, id est, laudate, Ia, id est vniuersalem, vel Ia, id est, inuisibilem, scilicet Deum, quasi laus inuisibilis Dei. Et quoniam allelu-Ia, futuræ beatitudinis quasi proprium est vocabulum, meritò magis eo tempore, scilicet paschali frequentatur: quo Christus resurgens eiusdem beatitudinis spem nobis tribuit, & promissum, prout ibi dicetur. Quod

4 enim † aliis temporibus caneretur ad missam, olim ecclesiæ Romanæ consuetudo non erat, sed à beato Gregor. constitutum: imò potiùs restitutum est. Nam cùm prius tempore Damasi Papæ fuisset eadem consuetudo defecerat. Hieronymus dicit, quòd allelu-Ia dicitur in missa, tractum esse de Ecclesia Hierosolymitarum. Canimus igitur allelu-Ia post graduale, canticum videlicet lætitiæ post luctum pœnitentiæ, summo opere nitentes exprimere magnitudinem consola-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matt.5 tionis,quæ repoſita eſt lugentibus,iuxta illud:Beati,qui lugent:quoniam ipſi conſolabuntur:iubilantes potius,quàm canentes,vnámque breuem digni ſermonis ſyllabam, in plures pneumas protrahimus, vt iocundo auditu mens attonita repleatur,& rapiatur illuc,vbi ſemper erit vita ſine morte:& dies ſine nocte.Eſt† etiam allelu-Ia modicum in ſermone, & multum in pneuma: quia gaudium illud maius eſt,quam poſſit explicari ſermone. Pneuma enim, ſeu iubilus qui ſit in fine exprimit gaudium & amorem credentium, & quanta lætitia & laus ſequuta ſit, per prædicationem & fidem auditam,iuxta illud, Audiuit & lætata eſt Syon,&c.& in canticis. Exultabimus, & lętabimur in te. Quid ſit pneuma, dicitur in proœmio quintæ partis.

Pſal.99 Cantic.1 Quando autem dicitur ſequentia: non dicetur pneuma, poſt allelu-Ia, prout ſub. ti. de ſequentia dicetur. Poteſt etiam allelu-Ia referri ad exultationem eorum qui de miraculis Chriſti gaudebant,laudantes dominum,& dicentes:Quia vidimus hodie mirabilia,& quia viſitauit Dominus plebem ſuam. Tunc enim cantabatur iubilo allelu-

Luc.5 Luc.18 Ia,quia omnis plebs,vt vidit,dedit laudem Deo,& gaudebat de vniuerſis,quæ gloriosè fiebant ab eo. Hinc eſt, quòd à ſeptuageſima vſque ad paſcha,non cantatur allelu-Ia, quia tempore triſtitiæ non debet decantari carmen lætitiæ, prout ibi in proœmio ſextæ partis dicetur. Porro,quòd allelu-Ia interpoſito verſu repetitur, & ſic bis in Miſſa dicitur,deſignat æternæ vitæ gaudium: & quod interiecta lætitia ſancti geminam glorificationis ſtolam accipient, animæ videlicet & corporis. Nam ſecundum ſtolam mentis ſeu animæ, exultabunt ſancti in gloria,lætabuntur in cubilibus ſuis, ſecundum ſtolam carnis fulgebunt, & tanquam ſcintillæ in arundin. & de hoc dicetur ſexta parte ſub ſabbato in albis. Verſus ergo nihil ſiniſtrum aut triſte,ſed totum iocundum,& dulce debet ſonare, quales ſunt illi: Do-

Pſal.169 Sap.3. Pſal.92 Pſal.96 Pſal.99 Pſal.91 Apoc.21 minus regnauit, decorem indutus. Dominus regnauit,exultet terra, &c. Iubilate Deo omnis terra,&c.Iuſtus vt palma florebit, &c.quoniam abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis ſanctorum,& iam non erit luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra. † Verſus quoque dicitur à reuertendo, eo quòd per eum reuertimur ad allelu-Ia, qui poſt allelu-Ia ſequitur, quia ſignificat operationem, quæ laudi coniungi debet,quia non bene Deum laudat,qui bene operari ceſſat. Per hoc vero quòd allelu-Ia cum pneuma repetitur laus & gaudium ineffabile patriæ ſignificatur. In nonnullis eccleſiis allelu-Ia cantatur à pueris,graduale à magnis vt notetur, quod Deus ex ore infantium perfecit laudem, & Pſalmiſta: Laudate pueri Dominum: cui-

Pſal.8 Pſal. 112 us Pſalmi titulus eſt allelu-Ia. Illi enim,qui pueri ſunt,laudi Chriſti conueniunt:fortes verò in fide,& in tolerando aduerſa,qui pugnare poſſunt,contra Amalechitas, graduale debent cantare. Circa † hoc notandum eſt quòd cantorum alij ſunt, qui in choro cantus voce magna diſtribuunt:hi ſunt rectores eccleſiæ, qui Deum laudant, & alios

alios verbo & exemplo ad laudandum inuitant: & alij ſunt pueri, qui graduale in gradibus cantant, hi ſunt actiui de virtute in virtutem,in charitatis gradibus aſcendentes, qui dum graduale inchoãt, alios ad compunctionem inuitant.Dum verſum concinunt ad ſe reduntes ſuas cogitationes accendunt:& dum illum finiunt,ſe bonũ certamen certaſſe, & curſum inſinuant conſummaſſe. Alij ſunt perfecti viri:qui in aliis Eccleſiis allelu-Ia vel tractus in pulpitis concinunt:hi ſunt contemplatiui,carnem affligentes,& mentem excedentes:quorum conuerſatio eſt in cœlis:non eſt hic hominum, ſed Angelorum. ¶ Sequentiam verò non illi ſoli decantant, ſed chori communiter iubilant:quoniam iubilus æternus & ineffabilis,angelis erit cõmunis & hominibus.Deberet etiam allelu-Ia in gradibus & verſus orientem decantari, & quoniam vitam contemplatiuam ſignificat:debet legi in altiori loco,quàm reſponſorium:quod actiuam deſignat.¶ Rurſus in quibuſdam eccleſiis cantans allelu-Ia, ſumit aliquid in manu,vt inſinuet ſe Deum non ſolùm voce, ſed etiam opere collaudare:ſeu manus ducit,iuxta Pſalmiſtam: Omnes gentes plaudite manibus, iubilate, &c.In pleriſque etiam Eccleſiis allelu Ia de trinitate cantant in dominicis diebus, ſcilicet Benedictus, vel qualis pater:vt fidem hilariter profitentes ad ſpem perueniant. ¶ Et attende,quòd allelu Ia dominicale à Pentecoſte vſque ad Aduentum ſæpe omittim⁹: quoniam aliter & aliter in aliis & aliis gradualibus diſponũtur.Et igitur diligens cantor attendat, & diligenter vniuerſitatibus officiorum aſſignet.

2.Tim.4 Philip. 2 Pſal. 46 Pſal.119 Pſal.136

SVMMARIVM.

1 *Tractus,quid.Et quando,& cur adſumatur in Eccleſia. Et vnde. nu.3.*
2 *Tractus,& allelu-Ia,quàm differant.*
4 *Tractuum dicendorum ordo.& nu.5.*
6 *Tractus ſignificat captiuitatem Babylonicam.*
7 *Verſus ſequentiarum,cur dicantur à duobus.*

De Tractu. CAP. XXI.

1 A Dominica† ſeptuageſimæ,vſque ad vigiliam paſchæ, ſcilicet in diebus & officiis luctus:quia tunc non canitur carmẽ lętitiæ:loco allelu-Ia, quod ſignificat exultationem habitam de ſpe æternorũ, dicitur tractus ex inſtitutione Theleſphori Papę. Dicitur aũt tractus, à trahendo,quia tractim & cum aſperitate vocum & prolixitate verborũ canitur:eò quòd miſeriã & laborẽ præſẽtis incolatus inſinuat: de quo Pſalmiſta.Heu mihi,quia incolatus meus prolõgatus, &c.In tractibus enim repræſentatur longa ſanctorum patrum expectatio, & Iudæorũ captiuorum mœror,& afflictio:qui tempore Babylonicæ captiuitatis ſedentes ſuper flumina Babylonis, & flentes in ſalicibus, ſua organa ſuſpenderunt:quod tempus Eccleſia repræſentat à ſeptuageſima

gesima cantica lætitiæ subticendo,& tractus dicēdo. ¶ Tantū† autē 5
interest inter allelu-Ia & tractum : quantū inter lætitiam & tribulationem.Item tantum interest inter responsorium,cui omnes respondent,& tractum,cui nemo,quantū inter actiuam & contemplatiuam vitā.Est autem tractus medius inter responsoriū & allelu-Ia vt dicetur in vj.parte sub tit.de septē diebus post Pascha.Porrò tractus quia
Iosue 15. gemitū & canticū lacrymabile exprimit:lachrymas sanctorū, siue in
Psal.136 actiua,siue in cōtemplatiua vita repræsentat. † Vnde tractus dicitur, 1
quia sancti suspirātes ab imo pectoris gemitū trahūt:quia licet gaudeant vt monet allelu-Ia:tamen hic in valle lachrymarum cōmorantes, habent irriguū superius & inferius:quod tractus mysticat:gemit enim flebiliter pro dilectione supernæ beatitudinis:& super flumina Babylonis sedētes:patriæ suæ memores, interim lachrymas fundunt pro suis & aliorum accessibus : dum ex vicinitate Babylonici fluuij seipsos vidēt sępe aspersos & alios penitus immersos:ipsius fluuij iapiditate ferri deorsum.Sed quia hic ploratus quādoq; est respectu supperni gaudij:quādoq; respectu nostræ miseriæ:ideò tractus similiter quandoq; est de lætitia pro superiori irriguo : vt De profūdis & aliis huiusmodi:de vtroq; irriguo tractat Grego. in iij.lib. dialogorum.c. xxxiiij.¶†Et est aduertendū quia post duos tractus tribulationis, sequitur tractus lætitiæ:prout sub dominica septuagesimæ.& dominicis sequentibus videri potest: & hoc ideò quia post duos dies sepulturæ domini occurrit tertius resurrectionis. ¶ Rursus, quia gaudium sanctorum non est hic plenum & continuum : sed sæpe interrumpitur:ideò Ecclesia quandoque interponit tractū : vt in tēpore septuagesimali:& cū in sabbatho paschali,post alia sequatur tract⁹:quia hoc gaudiū nō expedit sine fletu:in sabbato tamē in albis duplicatur allelu-Ia:quia ęterna vita perfectū erit gaudiū:glorificata carne cū anima:& completa resurrectione sanctorum cum resurrectione Christi. ¶Sanè in † dominica septuagesimæ vsq; ad quartā feriam cinerū dicuntur tractus solum in dominicis diebus , eò quòd populus tūc melius conuenit in Ecclesia,qui indiget edoceri , qualiter captiuitatem diabolicam per babylonicā significatā, debet deplorare. ¶ † Tractus 2
enim tempus babylonicæ captiuitatis repræsentat:sed post dictā feriam,quæ est caput ieiuniorū,magis frequentantur:quia tunc magis est tempus mœroris & afflictionis:vt potè ordinatū ad excutiendum iugum diabolicæ captiuitatis:per mœrorem cōtritionis,& humilitatem confessionis:atque asperitatem satisfactionis , quæ præcipuè in ieiunio vigent,Sed licet & dominica dies resurrectionē figuret,tamē in dominicis septuagesimæ cantica lætitiæ subticentur:& tractus dicuntur:quia Iudæi toto septuagenario babylonicæ captiuitatis continuè afflicti fuerunt & non in istius vitæ septuagenario,quæ per septenarium,& per consequens,per septuagenarium ducitur,continuè dolores & miserias exprimitur:donec ad octauam veræ & perfectæ, & non

7 & non figuratæ resurrectionis , per Christi misericordiam veniamus.
¶ † Postremò considerandum est , quòd versus sequentiarum bini & bini, sub eodem cantu dicuntur : quod contingit,quia (vt plurimum) bini & bini per rithmos sub paribus syllabis componuntur : quod in versibus tractuum non repe. itur:qui ex sacra scriptura vt plurimum sumuntur : ideóque in tantum nequeunt , combinari. Rursus illæ sub vno cantu combinantur:ad notādum,quòd exultatio veræ charitatis in vno Deo perficitur:sequentia enim exultationem, combinatio charitatem designat Versus verò tractuum , quia mœrorem significant, singulariter decantantur:iuxta illud Psal. singulariter sum ego , donec transeam. Hier.xj.q.j.quando.Solus sedebam, quia amaritudine plenus *Psal.140* eram. ¶ Non est etiam omittendum, quòd licet regulariter graduale, vel allelu-Ia immediatè sequatur epistolam ne nos musicus ille reprehendat dicens:Cantauimus & non saltastis:lamentauimus & nō planxistis. Allelu-Ia enim cantatur pro saltatione:graduale pro planctu sub- *Luc.7* iungitur pœnitentiæ. Hoc tamen fallit in sabbatis quatuor temporum: & in quarta & in sexta feriis maioris hebdomadæ:& in quibus tractus immediatè sequitur epistolam:& hoc ideò, quia in illis diebus musicus ille nobis auferrur.Nam in dicta quarta feria venditur:in sexta crucifigitur:quod in dictis sabbatis,quod ad aliquid repræsentatur : & ideò ad maiorem luctam insinuandum,tractus in illis immediatè epistolam comitatur.Quòd autem tractus maiorem insinuet luctum,quàm graduale:per hoc innuitur , quòd numquam cum allelu-Ia cantatur : nisi ob specialem causam in sabbāto paschali.

SVMMARIVM.

1 *Sequentia seu prosa,quid & quidnam notet.*
2 *Nocherius Abbas,sequentiarum author.*
3 *Petrus Compostellanus Episcopus,author est antiphonæ:Salue Regina.*

De prosa seu sequentia. CAP. XXII.

1 Post allelu-Ia,† prosa seu sequentia dicitur , quod est similiter canticum exultationis ad notandum geminam glorificationis stolam, quam sancti accipient,prout iam præmissum.Cantatur autem sequentia ab omnibus simul, in choro , vt notetur concordia charitatis : talis enim laus Deo placet:vnde in canticis:vulnerasti cor meum soror mea *Cantic.4* sponsa mea,in vno oculorum tuorum : ideò dicit in vno, vt notetur concordia & voluntas vni formis:quia laus sic facta, est cibus delicatissimus Deo : hæc est tunica illa inconsutilis , quam Deus non patitur scindi.xvj.q.xj.licut de hoc dictum est sub tit. de allelu-Ia:vt dicetur in proœmio quintæ partis, vbi de antiphonis agitur. ¶ Nocherius abbas
2 sancti † Galli,in Theutonia primò sequentias pro pneumis ipsius allelu-Ia composuit , & Nicolaus Papa ad missas cantari concessit. Sed & Hermanus contratus Theutonicus, inuentor astrolabij,composuit se-

quentias illas : Rex omnipotens & sancti spiritus, &c. & Aue Maria Gratia. & antiphonam. Alma redemptoris mater. & Simon bariona, Petrus verò compostellanus episcopus, fecit illam † Salue Regina misericordiæ, vita, dulcedo, & spes nostra, salue: ad te clamamus. Quidam verò rex Franciæ Robertus nomine, composuit sequentiam illam: Veni sancte spiritus. & hymnum, Chorus noue Hierusalem. Antiquitus enim mos erat, vt semper cantaretur allelu-Ia, cum pneuma: sed postea dictus Papa instituit loco illius pneumæ in præcipuis solennitatibus sequentias dici. Quando ergo non dicetur allelu-Ia, non decet sequentia dici, quoniam loco pneumæ eius dicitur: & idem significat, quod pneuma, scilicet æternæ vitæ gaudium, & delicias: quæ nullo verbo exprimi possunt: & ideò per pneuma, quæ est vox non significatiua, intelliguntur. Et inde est, quòd quidam sequentiæ antiquæ solent verba noua & incognita habere & inusitata: tum quia cæleste gaudium secretum atque incognitum mortalibus est: tum quia nobis incognitus est modus laudandi Deum in pátria: tum quia iubilus cernendis in præsenti vita cognitus est ad plenum: tum quia omnia nouæ sunt pulchritudine decorata: vt in proœmio digestorum. Hodie verò sequentiæ cum voce significatiua dicuntur, ad notandum, quòd in illa magna festiuitate vitæ æternæ iubilus plenè scietur. Sequentiæ verò
Psal. 83 æternæ vitæ mysticant laudes, iuxta illud: Beati, qui habitant in domo tua Domine: in se. &c. Habent enim verba laudiflua & dulcem atque suauem cantum: quia ibi omnia erunt plena laude & melodia cœlestis organi, abundauit dulciflua lætitia, quia sicut lætitiam omnium habitatio erit ibi. ¶ Rursus quoniam laudes æternitatis verbis humanis plenè non resonantur, ideò quædam Ecclesiæ mysticè pneumatizant sequentias sine verbis, aut saltem aliquos versus earum, nullis enim erit significatio verborum necessaria, vbi singulorum corda patebunt singulis intuentibus librum vitæ: & vbi idem erit testis accusator, & iudex. x. q. iij. eorum. ¶ Et nota, secũdum Isidorum, quòd prosa est producta ratio à lege metri resoluta, sic dicta, ex eò quòd sit profusa: sequentia verò dicta est, quia pneumam iubili sequitur: & hic in euangelio dicitur: sequentia sequentiæ in numero singulari.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos mutat locum in altari. Et id qualiter quàve significatione.*
2 *Euangelium, quo consilio legatur in sinistra parte altaris.*

De mutatione sacerdotis.
CAP. XXXIII.

HActenus, dum epistola lecta fuerit, & choro graduale psallente, sacerdos † tacitus ad dextram partem sedebit altaris, illud instruens, quòd Ioanne prædicante Christus quodammodo tacebat: quia non

non prædicabat apertè: sed dicturus euangelium surgit quia vt euangelista tradit: postquam Ioannes traditus est, venit Iesus in Galilæam *Mar. 1*
prædicans Euangelium regni Dei: & quoniam sedes victoris est, sessio
sacerdotis, victoriam Christi rectè significat, qui post ieiunium, vicit *Matt. 4*
diabolum: nam reliquit eum tentator: & accesserunt angeli & ministrabant ei. Post dictam ergo sequentiam, surgens sacerdos, & ad sinistram altaris partem accedens, pronunciat euangelium, significans, quòd Christus non venit vocare iustos, sed peccatores: iuxta quod ipse in euangelio dixit: Quia non indigent qui sani sunt, medico: sed qui *Matt. 9*
malè habent. ij. quæstione j. multi. per dextram enim iusti, per sinistram autem peccatores significantur: propter quod Dominus in iudicio statuet quidē oues à dextris: hœdos verò à sinistris, de hoc dictum
1 est sub titu. de oratione. Quidam † tamen dixerunt, quòd ideò sacer- *Matt. 25*
dos in principio missæ consistit ad dextram: cum verò pronũciat euangelium conuertitur ad sinistram: & circa finem iterum redit ad dextram: quia cultus Dei primò fuit in populo Iudæo, & Iudæa tunc erat ad dextram: deinde Iudæis non credentibus, & verbum Dei tanquam indignis respuentibus, cultus Dei transiuit ad gentes. ad quas Apostoli transierunt, & tunc Iudæa fuit à sinistra parte: & circa finem reuertetur iterum ad Iudæos. ad prædicationem Enoch & Helię, qui conuertent corda patrum in filios: quoniam in diebus illis saluabitur Iuda, *Luc. 1*
& reliquiæ Israël saluæ fient: qui enim primò dixerat in viam gentium *Hier. 23*
ne abieritis, postea præcipit, dicens: Ite in orbem vniuersum. Quia ergo prædicatio peruenit etiã ad illos, qui in sinistra parte fuerunt, dum *Mar. vl.*
siccato Gedeonis vellere ros aream irrigauit, meritò in parte sinistra *Iudi. 5*
legitur euangelium. sicut in sequen. tit. dicetur. Vnde versus: Est ratio:
cur pars altaris dextera missæ, Principium finemque tenet mediúmq;
sinistra: Dextera. Iudæos, gentiles læua figurat. Cœpit ab his, defertur
ad hos, refertur ad illos nostra fides: & erunt omnes in fine fideles. Sed
cum sacerdos qui pronũciat euangelium, repræsentat personam Chri- *Matt. 15*
sti, qui non prædicauit gentibus, sed Iudæis: iuxta quod ipse dicit in
euangelio. Non sum missus, nisi ad oues. quæ perierunt domus Israël.
Vtrum illud rectè dicatur: prudens auditor aduertat. De hoc dictum
est sub titul. qualiter episcopus vel sacerdos. Ad quancumque verò altaris partem ille se transferat, ministri eum retrò sequuntur, prout dictum est ibidem.

SVMMARIVM.

1 *Diaconum lecturus euangelium, benedictionem petit. Et quorsum id ipsum numero 7.*
2 *Euangelium, vnde dicatur. Et quid.*
3 *Euangelium est mysteriorum omnium caput.*
4 *Diaconus manum Pontificis quare osculetur.*

5 *Euangeliorum librum, vnde sumat Diaconus.*
6 *Diaconus librum euangeliorum ab vtra sumat potius altaris parte.*
8 *Diaconi benedictio, vnde cœperit.*
9 *Diaconus qualem debeat se præstare.*
10 *Diaconus & subdiaconus eadem ne via in pulpitum ascendant: atque redeant.*
11 *Puluinar suppositum libro euangeliorum, quid notet.*
12 *Diaconus, cur præmittat ante euangelium, turibulum cum incenso.*
13 *Acolyti cum turibulo & incenso præcedunt diaconum dicturum euangelium. Et quibus id de causis.*
14 *Cerei, quid significent & nu. 15.*
16 *Crux antecedit diaconum in euangelij lectione.*
17 *Ambo, ambonis: quid, quidque notet.*
18 *Euangelium in alio & sublimi loco dicitur: fallit nu. 19.*
20 *Aquil. & super imponitur liber euangeliorum & qua significatione.*
21 *Euangelium, quare versus Aquilonem legatur.*
22 *Diaconus, lecturus euangelium, populum salutat.*
23 *Euangelium legente diacono, omnes stantes audiunt.*
24 *Euangelium, auditur nudato capite. Item positis armis & baculis. numero 25.*
26 *Diaconus, cur principio euangelij subijciat: sequentia sancti euangelij.*
27 *Diaconus initio euangelij lustratos, frontem, & cor, signo sanctæ crucis. Item populus. nu. 28. & quid ita.*
29 *Subdiaconus, vtram manuum supponat libro euangelij.*
30 *Diaconus, librum euangelij osculatur.*
31 *Subdiaconus, librum euangelij, referre, vacuo diacono.*
32 *Sacerdos osculatur euangelium: euangelio dicto à diacono. Et quæ sit significatione. nu. 33.*
34 *Sacerdos cur turificetur, dicto euangelio.*
34 *Euangeliorum præfationes duæ. & vtrilibet vbi locus.*
36 *Euangeliis quibus nam præponatur. In illo tempore. & quibus non.*
37 *Euangelia leguntur variè pro loci, temporis, & rei varietate.*
38 *Mulier vel Abbatissa non potest legere euangelium in Missa.*

De Euangelio. CAP. XXIIII.

SVprà proximè tractum † est, qualiter sacerdos non solennitèr celebrans, ipsemet Euangelium dicit. Verùm, quando Episcopus vel sacerdos celebrat cum ministris cuncta solennius peraguntur, nam enim in quibusdam Ecclesiis, vt Romæ, diaconus dextra manu Pontificis osculata codicem Euangelij sumit de altari: illum subdiacono adferendum tradens: postea benedictionem postulat ab episcopo, vel à sacerdote, & ei benedicitur. In aliis tamen Ecclesiis prius benedictionem postulat, quàm codicem accipiat de altare. Data itaque benedictione procedit diaconus, ad pulpitum per dextram partem chori: quem præcedit diaconus, cum textu Euangelij: & illum præcedit turibulum cum incenso, & ante turiferarium ceroferarij cum faculis accensis: ante illos in quibusdam ecclesiis Crucis vexillum: sicque pulpitum ascensit, & Euangelium incipit: quo dicto ad Episcopum vel sacerdotem simul redeunt quæ singula prosequemur. Notandum est autem, quòd in quibusdam Ecclesiis in præcipuis festiuitatibus, diaconus proficisci volens ad legendum Euangelium, incipit antiphonam: quæ est in nocturnis super benedictus: & dum ipse accedit ad pulpitum, illa cantatur & finitur à choro, vt notetur charitas, & cantatur sine pneuma: ad notandum, quod Deus non præcepit nos habere, nisi simplicem charitatem. ¶ Sane iam figura mutatur: nam diaconus, qui prius repræsentabat prophetam, iam repræsentat Ioannem Euangelistam: quoniam lex & prophetæ vsque ad Ioannem, & ex eo regnum cœlorum euangelizatur. Ideò autem Euangelium legitur, vt velut Christus post legem, Prophetias, & Psalmos ore suo prædicauit: ita post Epistolam responsorium & allelu-Ia, per illud populo prædicatio eius annuntietur. *Matt.11*

2 † Et dicitur Euangelium, quasi bonus nuntius ob quod est bonum, & quod est nuntius. Est enim Euangelium Christi & Apostolorum prædicatio: nuntiat quidem vitam, post mortem: requiem, post laborem: regnum, post seruitium: ¶ † Est autem sciendum, quòd sicut caput præeminet cæteris corporis membris & illi cætera membra seruiunt: sic & Euangelium ptincipale est omnium, quæ ad officium missæ dicuntur: & toti præeminet officio missæ: & quæcunque ibi cantantur, & leguntur, illi consentiunt in intellectuali ratione, prout in sexta parte sub qualibet dominica dicetur. ¶ † Diaconus ergo prior euangelizare debet pro gloria æterna, de quæ sponsa dicit in canticis: Dextra illius amplexabitur me. Nam & angelus qui resurrectionis Christi gloriam venerat nuntiare, sedebat in dextra, stola candida coopertus. In aliis tamen Ecclesiis non osculatur, sed, solùm inclinans benedictionem poscit. Verùm subdiaconus vel diaconus non manus, sed pedes Romani pontificis osculatur: vt summo pontifici summam exhibeat reuerentiam, & ostendat eum esse illius vicarium, cuius pedes osculabatur mulier illa, quæ fuerat in ciuitate peccatrix. Adorandum est enim scabellum pedum eius, quia sanctum est: cuius etiam resurgentis à mortuis pedes mulieres tenentes adorauerunt. Generaliter nemo debet manum summi Pontificis osculari nisi cum de manibus eius aliquid accipit, vel cum ad manus eius aliquid tribuit, vt ostendatur, quòd ex vtroque debemus ei gratias agere, qui sicut semper dat propria: sic nunquàm recipit aliena. Quas oblationes Romanus Pontifex recipiat, sub titulo de oblationibus *Cant.2* *Luc.7* *Psal.109* *Matt.28*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nibus dicetur. ¶ Subsequenter † diaconus textum euangelij sumit ad altari; quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem: *Esa. 2* non vtique mosaica lex quondam exiuerat de monte Sinai, sed euangelica: de qua propheta ait: Ecce dies veniunt, dicit Dominus consummabo testamentum nouum, supra domum Israël, & supra do- *Matt. 21* mum Iuda. Sumitur etiam liber de altari, quoniam Apostoli de altari Euangelium acceperunt, cum prædicantes passionem Christi euangelizabant. Vel altare in hoc loco significat Iudæos, à quibus transferrur regnum Dei, & datur genti facienti fructum eius. Et ex eo, quòd liber sumitur de altari, notatur, quòd Euangelium est verbum Dei, quod per altare significatur, secundum illud Exod. xx. Altare de terra facietis mihi. Et propter præmissas rationes, quidam volentes dicere finita missa Euangelium sancti Ioannis vel aliud, imprimunt primò signum Crucis super altare, & postea in fronte. ¶ Sumit † autem illum, vt quidam volunt, de dextra parte altaris: quia Ecclesia de Iudæis, à quo nostrum sumpsit exordium antiquitus, fuit à dextris: & ponit eum in manu sinistra, dextram supponens: iuxtà illud, *Cant. 2* Læua eius sub capite meo: & dextra illius amplexabitur me: & hoc propter triplicem causam. ¶ Primò, quia euangelista docet ecclesiam, quæ per dextram: terrenis quæ per sinistram intelliguntur, supponi. ¶ Secundò, inclinatur liber super sinistrum humerum, ad notandum quòd Christi prædicatio de gentili populo, transibit ad Iudaicum. Esai. xx. cap. in diebus illis saluabitur Iuda. ¶ Tertiò, quia in vita temporali, qui per illam significatur, necesse est euangelium prædicare, Et textus euangelij in quibusdam Ecclesiis ornatur exterius argento, & lapidibus, prout dictum est in parte iij. sub titul. de legalibus indumentis. Liber autem ipse ab aduentu sacerdotis ad altare, donec euangelium legatur, super altare remansit: quod quantum ad hoc significat Hierusalem: quoniam euangelica doctrina primùm in Hie- *Esa. 2* rusalem facta est, & ibi permansit ab aduentu Domini, donec publi- *Rom. 10* caretur gentilibus, Iuxta illud: De Sion exibit lex, &c. vt supra Hie- *Luc. 10* rusalem enim est locus passionis, quæ per altare etiam significatur. ¶ Consequenter † benedictionem postulat: quia nullus debet prædicare nisi mittatur Iuxta illud: Quomodo prædicabunt, nisi mittantur: extra de here cùm ex iniuncto. & Dominus inquit Apostolis: Rogate Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. xxv. distinct. in *Esa. 6* nouo. Esaias autem cum audisset vocem domini dicentis: Quem mittam & quis ibit ex vobis. Respondit: Ecce ego sum, mitte me: dixit- que Dominus: Vade, & dic populo huic: audite audientes, &c. vide *Exod. 24* quæst. j. sciendum. ¶ Rursus † huiusmodi benedictionem præfigurauit Moses, qui ascendens in montem accepit tabulas, & benedictionem, & populo mandata proposuit: & Dominus etiam benedixit ordinali diaconali cui dedit spiritum sanctum, & misit ad prædicandum per vniuersum orbem, pontifex ergo, vel sacerdos visibiliter benedicit diacono,

diacono, qui lecturus euangelium, quod non fecerat subdiacono lecturo epistolam: quia Christus inuisibilis manens: legem, & prophetias *Baruc. 2* quæ per epistolam significantur, inuisibiliter misit: sed postquam in terris visus, & cum hominibus conuersatus est, apostolos & euangelistas visibiliter misit, & docuit. Euntes (inquit) prædicate, dicentes: *Matt. 10* Appropinquabit regnum cœlorum, Illi autem regressi circuibant castella, euangelizantes, & curantes vbique. Et mittit eum ad legendum euangelium, ad notandum quòd Christus misit Apostolos ad prædi- 9 candum regnum Dei. ¶ † Diaconus autem, ea quæ sibi in benedictione dicentur considerans, se corde purum, ore mundum & opere castum, studeat exhibere, quatenus sacro sanctum euangelium possit digne proferre, quia puteus aquarum viuentium, id est euangelica præ- dicatio, nõ fluit impetus, id est, liberè, nisi de Libano, id est, corde casto, *Cant. 4* & ore candido. Non enim est speciosa laus in ore peccatoris: imò peccatori dixit Deus: Quare tu enarras iustitias, & assumis testamentum meum per os tuum? iij. quæst. viij. §. quod testatur: & ideò signo crucis munitur: deinde licentia & benedictione obtentis, & insuper cruce impressa, vt securus incedat, procedit ad pulpitum cum silentio, inclinato capite nihil in quibusdam Ecclesiis ferens, propter illud, quod dominus ipse præcepit apostolis, quos misit ad prædicandum regnum *Luc. 10* Dei. Nihil inquit tuleritis in via, & neminem salutaueritis. In aliis tamen Ecclesiis diaconus fert librum, vt iam dicetur. Sed perueniens ad ambonem, salutat quasi intrans domum cui offert pacem, vt infrà dicetur, & transit per dexteram partem chori ad sinistram: vt liber euangelij de dextra ad sinistram transfertur: & ibi legitur, quia de Sion exibit lex & verbum: vt suprà. Iudæa enim respuente verbum *Esa. 2* Dei, apostoli transierunt de Iudæis ad gentes, & posteà prædicatum est gentibus, quæ per sinistram intelliguntur. Vnde apostolus ad He- *Actu. 13* 10 braeos: Vobis oportebat prius prædicare verbum Dei: sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicastis ecce conuertimur ad gentes: extrà de renun. nisi de hoc suprà in titu. proxim. In Ecclesia † Romana. & in quibusdam aliis subdiaconus per vnam viam, & diaconus per aliam in pulpitum ascendit: quoniam ille docendo, & iste discendo in augmentum scientiæ procedit, & quia ministrator per meritum oris in augmentum iustitiæ progreditur: vnde psalmista: Iustiria tua sicut montes Dei: per eandem tamen viam descendentes ad pontificem reuertuntur: quia per fi- *Psal. 35* nalem perseuerantiam pertingunt præmium: sicut dominus ait: Qui *Matt. 10* perseuerauerit vsque in finem, &c. de pœnitent. distinct. ij. apostolus & cap. multi. Et quia prædicatio sine opere, non sufficit. Cœpit enim *Actu. 1* Iesus facere & docere: ideo prædicator per eandem viam reuertitur per quam accesserat ministrator. Præterea, ideò lecturus euangelium ab vna parte progreditur, & ascendit: & ab altera segreditur & descendit: iuxta illud euangelij: Per aliam viam reuersi sunt in regionem suam:

suam: quoniam apostoli prius prædicauerunt Iudæis, & postea gentibus, secundum illud Apostoli: Quoniam repulistis verbum Dei, & indignos vos fe.&c. ¶ Sanè diaconum † subdiacon⁹ antecedit: quia Ioannes & eius prædicatio Christum & eius prædicationem præcessit, portans in quibusdam Ecclesiis, puluinar quod libro supponat. Per puluinar quidem, quod libro supponitur, ad quietem, significatur vitæ solatium, siue temporalia: quasi dicat, Si vobis seminamus spiritualia non est mirum si à vobis metimus carnalia. j. Cor. ix.xij.q.j.§.j. Nam secundum Apostolum primo ad Cor. Qui altari seruiunt, cum altaris participant, extra de præben. cùm secundum. dignus est enim operarius mercede sua. Matth. x. & dominus præcepit in lege: Non claudes os bouis triturantis extra de præben. extirpandæ. ¶ Rursus puluinar supponitur euangelio ad notandum, quod suaue est iugum domini, suue onus euangelij illud portare volentibus. Vnde in Matthæo: Iugum meum suaue, & onus meum leue: huic iugo qui subiicitur omnia subiecta habet secundum August. puluinar ergo suauitas & dulcedo mandatis Dei. Vnde propheta: Parasti in dulcedine tua pauperi Deus. & iterum, quàm dulcia faucibus meis eloquia tua domine. In Ecclesia tamen Romana diaconus præcedit, vt doctor, subdiaconus sequitur vt auditor: ille præcedit, vt prædicet, iste sequitur, vt ministret. Post lectionem verò subdiaconus, quasi sufficienter edoctus præcedit referens euangelium, quoniam mercedem euangelij: de sua ministratione reportat, secundum illud, quod dominus ipse promisit in euangelio. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ recipiet: quem ideo præmittit diaconus ad pontificem, vt ostendat fructum prædicationis referre, de quo dominus iusserat: posui vos vt eatis & fructum afferatis: & fructus vester maneat. Adhæc subdiaconus librum, & puluinar reportans, significat, quod prædicator bonus opere debet viram suam Deo offerre: vnde Apostolus ad Cor. ix. Omne quodcunque facitis, aut verbo, aut opere in nomine domini Iesu Christi facite. xxvij. q. vlt. non obseruetis. Præmittit quoque † diaconus ante euangelium turibulum cum incenso: quia Christi opera præcesserunt eius doctrinã: iuxta illud, Cœpit Iesus facere & docere. Turibulum autem, cum ture significat orationem cum deuotione: quam tunc maximè debent habere fideles in audiendo diuinum sermonem. ¶ Rursus diaconus ideo præmittit turibulum: quia prædicator debet odorem bonæ opinionis ex se mittere: iuxta illud apostoli: Christi bonus odor sumus in omni loco: nam cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur: extra de sacr. vnct. c. j. ¶ † Tertio turibulum præcedit vt ipsius diaconi oratio sicut incensum in conspectu domini dirigatur. Ante turibulum verò præmittit duos cereferarios cum cereis accensis ¶ Primò, quia debet desiderium & gaudium in cordibus auditorũ accendere, quatenus & libenter audiant, & grauiter obediant. In quibusdam tamen Ecclesiis turibulum cereos præcedit: quorum oratio-

Matth.2
Actu. 12
1. Cor. 9
Deut. 15
Matt. 11
Psal. 83
Psal. 118
Matt. 10
Ioan. 15
Actu. 1
2. Cor. 2
Psal. 140

orationes & opera virtutes de oratione flãmam, lucem & signa precedunt: iuxta illud: Luceat lux vestra, & illud: Et virtus exibat de illo, & sanabat omnes. ¶ Secundo, sacerdos vel episcopus præmittit ante diaconum duos acolytos portãtes cereos, & incensum ad notandum quòd Christus præmittebat binos nuntios ante faciẽ suam in omnem ciuitatem, & locũ quo ipse erat venturus, præferentes coruscationes miraculorum, & odorem virtutũ, vnde reuersi dixerũt: Domine in tuo nomine etiam dæmonia subijciuntur nobis. Facies enim Christi conuenienter hic intelliguntur apostoli, qui normam doctrinæ suæ populis ostendebant: propter quod ipsis aiebat: Qui vos recipit, me recipit. ¶ Tertio ideò librum euangelij præcedunt turibulum, & candelabra, quia doctrina Christi virtus & fama præibat, euangelista testante, Exiuit Iesus in virtute spiritus in Galilæam: & fama exiuit de illo in vniuersam regionem: & ipse docebat in synagogis eorum. ¶ Quartò, propter causam in secunda pate sub tit. de acolyto scriptã. ¶ † Rursus duo cerei illuminati, doctores Ecclesiæ per quos Ecclesia illuminatur, qui debent habere notitiam vtriusque testamenti designãt: Hinc est, quod ipsi cerei plerumque quibusdam diuersorum cœlorum lineis decorantur, ad notandum, quod per doctores ipsos sacra scriptura diuersis sensibus exponitur, prout dictum est in principio libri. Si vero lineæ ipsæ aureæ vel argenteæ sint, designant: quod in ipsis doctoribus est aurum sapientiæ, & argentum eloquentiæ. ¶ † Vel cerei ipsi designant, duo testamenta, quibus genus humanum illuminatur: vel legem, & prophetas, qui in quibusdam Ecclesijs, dum euangelium legitur, in pauimento ponuntur: quoniam legis vmbra & prophetarum ænigmata per lumen euangelij etiam ab humilibus intelliguntur: quia propter euangelicam doctrinam, lex & prophetia penitus euanuerunt in litera. In quibusdam tamen Ecclesijs in diebus profestis, vnus puer cum vno tantum cereo diaconum præcedit, per quod significatur, quòd primum Christi aduentum, qui humilis fuit & occultus præuenit tantum vnus præcursor, scilicet Ioannes baptista, qui fuit lucerna verbi. In diebus vero festiuis duo cerei præcedunt: quia in secundo aduentu, qui solennis erit & manifestus, duo præmittentur præcones, scilicet Helias & Henoch, qui interficientur ab Antichristo in Hierusalem: quod significatur per extinctionem cereorum, De candelabris & etiam cereis aliter dictum est in prima parte sub ti. de Picturis. ¶ Antecedit † quoque crux, primò ad notandum, quod diaconus debet prædicare crucifixum. ¶ Secundò, quòd qui eum intuetur per fidem sanatur à morsu serpentis antiqui. ipse est enim serpens in palo. ¶ Tertiò, crux præcedit euangelium in signum, quòd prædicator sequi debet crucifixum. Vnde dominus inquit Petro: Sequere me, Ioan. xxj. cap. Post hæc diaconus super ambonem ascendit: † dicitur autem ambo, ambonis, pulpitum, vbi legitur euangelium, dictus ab ambio, ambis: quia locus ille gradibus ambitur. Sunt enim in quibus-

Matth. 5
Luc. 6
Matth. 7
Matt. 10
Luc. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

dam Ecclesijs duo paria graduum siue duo ascensus in illam, per medium chori: vnus à sinistris: videlicet versus orientem, quo fit ascensus: alter à dextris: videlicet versus occidentem quo fit descensus, vt
Abac.3 præmissum est. Vel ascendit ab australi parte, nam Christus à Bethel id est, Bethleem, quæ est ad austrum, venit in Hierusalem. vnde dicitur: Deus ab austro veniet. Ascendit ergo super ambonem, ad notandum, quòd Christus ambit omnes qui custodiunt verbum euangelij
Matt. 20 & vt possit ambiri: & hic melius ab hominibus intelligi Item ascendit † vt in edito & alta voce annuntiet euangelium: tanquam vbique ab omnibus audiendum, iuxta illud propheticum: Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion, exalta infortitudine vocem tuam & Dominus inquit in euangelio. Quod dico vobis in tenebris, dicite in luce: & quod in aure auditis, prædicate super tecta extra de hæredit. cum ex iniuncto. vt imitemur dominum, qui in
Matth. 5 montem ascendit, vt euangelium prædicaret, & aperiens os suum
Exod. 19 docebat discipulos, dicens: Beati pauperes spiritu, &c. Lex etiam in monte data est. euangelium ergo in alto & in eminenti loco legitur: quia doctrina euangelica delata fuit vbique terrarum: vnde in omnem terram exiuit sonus eorum, &c. ix. distinct. ita. Epistola verò, in loco inferiori: quia lex & prophetæ, qui per illam figurantur, claudunt
Psalm. 75 fuerunt in Iudæa: vnde notus in Iudæa Deus, &c. Præterea, per epistolam prædicatio vete. testam. quæ humilior: per euangelium no. testam. quæ excelsior est, intelligitur: doctrina enim Christi: vel lex euangelica excellit apostolicam: & apostolica legalem doctrinam. Vnde Apostolus ad Hebr. vij. Lex neminem ad perfectionem duxit. euangelium autem dat salutem omni credenti. In missa † autem pro defunctis non in illo loco eminentiori, sed iuxta altare euangelium, & epistola leguntur, ad notandum quòd quantum spectat ad defunctos, non prosunt prædicationes, quę viuis publicè fiunt. Ipsis autem cum sint absentes, fieri nequeunt publicè, vel occultè, sed magis fiunt pro ipsis orationes per quas ad Christum, qui per altare significatur, appropinquantes eis possumus reuelationem aliquam obtinere.
¶ † Legitur etiam de more euangelium super Aquilam, iuxta illud Psalmi xvij. Et volauit super pennas ventorum: & Aquila ipsa seu locus: in quo legitur in diebus festiuis aliquo panno lineo vel serico cooperitur ad significandum mollitiē cordium Christianorum. Vnde
Ezech. 11 dominus per prophetam: Ecce cor carneum, dabo vobis & feribam legem meam in cordibus vestris. Locus verò: in quo epistola legitur non cooperitur, ad significandum duritiam cordium Iudæorum. Lecturus autem euangelium, transit ad partem sinistram, prout iam & suprà sub titu. de mutatione sacerdotis dictum est: & opponit faciem suam aquiloni, iuxta illud Esa. xliij. Dicam aquiloni. da, & austro noli prohibere, vt ostendat nos doctrina euangelij debere armari: & prædicationem Christi contra illum specialiter dirigi, qui ait: Ponam sedem

sedem meam ab Aquilone: & similis ero altissimo: nam & secundum prophetam. Ab aquilone pandetur omne malum super habitatores terræ. ¶ Rursus versus aquilonem Euangelium legitur, iuxta illud, quod legitur in canticis iuj. Aquilo surgat, id est, diabolus fugiat, & auster veniat, id est, spiritus sanctus accedat. Rectè enim contra diabolum Euangelium legitur: vt illum suavirtute expellat quoniam diabolus nihil tantùm, quantùm Euangelium odit. Siquidem Aquilo, ventus frigidus, diabolum significat: qui flatu tentationum corda hominum à Dei timore congelat, & refrigerat. Cum ergo fides in Euangelio contineatur; quæ est armatura nostra contra diabolum: iuxta illud: Cui resistite fortes in fide: meritò legitur contra illum. Quandoque etiam versus meridiē legitur: quia doctrina Christi quæ prima fuit inter Iudæos, & nunc inter gentiles: ad eos in fide redibit. Hi verò, qui eum inueniendo præcesserunt, respiciūt ad euangelium:
22 & ad faciem recitantis, prout sub Epistola dictum est. ¶ Deinde † legaturus euangelium, salutat populum, vt illum ad audiendum verbum Dei attentū reddat, dicens: dominus vobiscum: ostendēs, etiā per hoc se orare, vt dominus sit cum eis: & obseruans, quod dominus iussit: in quamcumque domū intraueritis, primū dicite: Pax huic domui. Chorus verò & populus quasi redditus attentus, ad illū, & ad quācunque partem in qua euangelium legitur se vertunt: quia omnibus propositum est: Ite in mundum vniuersum, prædicate euangeliū omni creaturæ, id est, homini, pro quo facta est omnis creatura, vel qui habet aliquod participiū cum omni creatura, & respondent, & cum spiritu tuo: supple, vt dignè possis Euangelium legere, ac si dicant: tecum sit ad dicendum, & sic mutuò se salutant: prout sub præfatione dicetur.
23 ¶ † Sanè Euangelium stando & non sedēdo auditur. sicut statuit Anastasius Papa de consec. dist. j. Apostolica, vt ad prælium pro Christi fide seruāda promptitudo notetur. Vnde Lucæ vigesimosecundo. Qui non habet gladium, vendat tunicam, & emat illum. Et quia ipsius doctrina ad amorem cœlestium dirigit mentes nostras, ad huiusmodi etiam promptitudinem designandum, quidam dum Euangelium legitur, chlamydes deponunt, & etiam ad notandum, quòd omnia temporalia dimittenda sunt propter Christum, iuxta illud Euangelij: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Et ex quo standum est apparet, quòd nec iacere nec appodiare debemus Euāgelium audiendo. Reclinatoria ergo tunc relinquuntur: ad notandum quòd non debemus confidere in principibus, nec sustentari in terrenis: quia vanitas vanitatum, & omnia vanitas dixit Ecclesiastes. Subauditur cum
24 dum ipsum Anastasium, stantes curui manere debemus: vt humilitatem, quæ à domino docetur, etiā corpore demōstremus. ¶ † Auditur etiam capite nudato. Primò, vt attentio adesse demōstretur: ob quam etiam causam quidam tunc mentonē & genas manu tenent. Secundò,

Esa. 4 *Hie. 1*
1. Pet. 1
Luc. 10 *Mar. vlt*
Matt. 19
Eccle. 1

vt quinque sensus patuli sunt ad audiendum. Tertiò, ad notandum,
Matt. 17 quòd omnia quę sub velamine & figura in lege ac prophetis continebantur, sunt in Euangelio manifestata. In Christi passione velum templi scissum est, &c. ¶ † Deponuntur etiã tunc baculi & arma. Primò, ne imitemur Iudæos in conspectu crucifixi, arundines, & arma ferentes. Secundo, ad notandũ, quòd Christo prædicãte omnes legales obseruantiæ quæ per baculos significantur, depositæ sunt. Tertiò, depositio baculorũ & armorum, humilitatem notat, & Christianæ perfectionis esse non se vindicare, sed domino reseruare vindictam, iuxta illud, Mihi vindictam, & ego retribuam: dicit dominus, & Mat. v. Qui
Rom. 12 te percusserit in vna maxilla, præbe ei & alteram. xxiij. q. j. § j. Auditur etiam Euangelium in silentio, quia omnia soluta sunt in euangelio, quæ in lege & prophetis promissa erant. ¶ Pontifex verò seu sacerdos, dum euangelium legitur faciem vertit ad illud, ad notandum quòd Christus prædicatores euangelij semper ad adiuuandum respicit, stans super scabellum, ad designandum, quòd per huiusmodi prædicationẽ omnis aduersa potestas debellatur, & Christi pedibus sub-
Psal. 109 mittitur, & sic impletur, quod in Psal. dicitur, Donec ponam inimicos tuos scabel. &c. ¶ Diaconus verò statim † postquam sibi respõsum est, & cum spiritu tuo, vt cũctos reddat dociles & benevolos, ad audiendum verbum euangelij, id est, bonum nuntium nunciantem regnum Dei, subdit: Sequentia sancti Euangelij, turificans librum, & signans signo crucis. Et etiam in quibusdam locis osculatur librũ. q. d. hic est liber seu Euangelium Dei, hic est liber crucifixi, quem prædico, hic est liber pacifici, per quem reconciliationẽ accepimus, vnde apostolus j. ad Corin. j. Prædicamus vobis Christum crucifixum. Per incensum autem fumum, bonæ prædicationis opinio intelligitur. ¶ Deinde signat † se in fronte, in ore, pariter & in pectore, seu in corde, ne diabolus, qui bonis operibus insidiatur, tollat ei per erubescentiã, deuotionem de corde, vel sermonẽ de ore: ac si dicat Ro. j. Ego Christi crucem non erubesco: sed eã ore prædico, & corde credo: quia corde creditur ad iustitiam, ore autem cõfessio fit ad salutem. j. Cor. j. Prędicamus, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiã. Et Apostolus ad Gal. vj. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, Dominus
Luc. 9 etiam in euãgelio ait: Qui me erubuerit, & sermones meos, hũc filius hominis erubescet, cũ venerit in maiestate sua & patris, & sanctorum
Daniel. 3 Angelorum. Vnde in Daniele legitur: Nõ est cõfusio cõfitentibus ei. Quidam autẽ signãt se tantũ in frõte, & in pectore, quasi in vtroq; sit perliminari. Clerus verò & populus audito titulo Euãgelij, scilicet sequentia, &c. siue bono nũtio vertentes se ad orientẽ, siue ad altare, ut
Act. 11 Deum, qui est verus oriẽs glorificẽt, quia misit eis verbũ salutis, sicut legitur in actibus Apostolorũ, & glorificauerunt Deum dicẽtes, ergo & gentibus Deus pœnitentiã dedit & vitã: cum reuerentia & honore respõ-

respõdẽt. Gloria tibi domine, Proposito itaq; euãgelio ad legendũ, in quo agitur de gloria, & de nostra liberatione, scilicet qualiter Christus diabolũ deuicit, & nos ab ipsius seruitute liberauit: & victor ad gloriã patris ascẽdit, ipsi auditores euãgelij lætãtes in laudẽ sui saluatoris clamãt, dicẽtes, gloria tibi domine, quasi dicãt, gloria tua, quæ
28 nobis in euangelio prædicatur, nobiscũ, sine fine permaneat, & semper crescat, & hæc dicẽdo signo † crucis in frõte, in ore & in pectore, se similiter contra diabolum muniunt, ne eos impediat in audiẽdo. In frõte, quia ibi est locus pudoris & verecundiæ. Vnde per hoc, quòd crucẽ frõti imprimũt, ostẽdũt se nõ erubescere credere crucifixũ, cuius liber legitur, & eum habere Deum & dominũ. Per hoc, quod in ore signant significant crucem domini audacter prædicare. Per hoc, quod in pectore, ostendunt se libẽter cõpati pro nomine Christi, quã etiã ratione quidam quandiu Euangeliũ legitur, cum vtroq; pollice ante pectus signum crucis figurant. ¶ Rursus non in ore signamus, ad designandum, quòd de verbis Euangelij debet esse locutio nostra, in pectore verò, ad designandum, quòd verba Euãgelij debent nos percutere in pectore, & in mente. Mox verò post factum signum crucis, versus diaconum audituri euangelium se conuertunt. De crucis mysterio, dicetur in procœmio quintæ partis. ¶ † Porrò alicubi subdiaco-
29 nus dum legitur Euangelium, sinistrã manũ librum supponit, ad notandum, quòd illi qui sub tempore legis fuerunt, quorũ finis seu vltimus fuit Ioannes, quem significat subdiaconus: & si aliqua bona agebant: illa tamen debilia & infirma erant quæ per sinistram significabat. Conuenienter ergo sinistra manus libro Euangelij supponitur in quo Christi fides prædicatur, sine qua per opera legis nemo saluatur. ¶ Rursus per sinistram manum temporalia, per librum Euangelij, spiritualia congruè designantur. Manus ergo sinistra libro supponitur, ad notandum quòd sicut anima sine corpore non viuit: ita nec spiritualia diu sine temporalibus subsistere possunt. Terminatur autem Euangelium, exaltando vocẽ in fine, prout sub epistola dictum est; & mox illo finito munit se diaconus signo crucis: ne diabolus susce-
30 ptum semen Euangelij de vase signato surripiat. † Et deinde Euangelium osculatur ad notandum se ex charitate & amore Euangelizasse. Auditores verò se versus orientem conuertunt, quasi ad Hierusalem gratias agentes: quia inde venit ad nos euangelium iuxta illud. quod Act. 1
Dominus dixit in Euangelio Apostolis: Vos eritis mihi testes horum in omnes gentes, incipientes ab Hierusalem: & signo crucis se in pectore muniunt contra diabolum: ne semẽ verbi Dei suffocetur in eis, vnde Lucæ viij. Volucres cæli comederunt illud. Et ne sermonẽ domini rapiat de pectoribus eorũ. q. d. Deus nos faciat in doctrina Christi perseuerare: & vt significet se habere in corde, quod exprimitur ore. Quod etiã apertius designatur in quibusdã Ecclesiis in quibus fini-

Universidad de Deusto
Biblioteca

to Euangelio dicitur:amen:& bene:quasi dicant verum est, quod in Euangelio dictum est:quod est cõtra quosdam hæreticos, qui lecto euangelio,quasi contra dicentes,dicũt,falsum est.Vel amen.q. d. fiat nobis, quod dominus in Euangelio pollicetur. iuxta illud Neemiæ viij.Benedixit Esdras Domino Deo magno.Et respondit omnis populus:amen amen.Et eleuantes manus suas incuruati sunt & adorauerunt proni in terrã.In aliis verò ecclesiis, Dicitur Deo gratias: sicut fit post aliquam lectionem,vel capitulum. Quidam etiam literati dicunt:Benedictus qui venit in nomine domini quod est finis Euangelij Matthçi:quod legitur in festo beati Stephani:& in Dominica Palmarũ.In quibusdã locis cerei qui significabant doctores per quos Ecclesia illuminatur, post lectum Euangelium extinguntur: quoniam, Christo in eis loquẽte possunt ecclesiam illuminare:eo autẽ tacente id est Spiritu sancto ab eis recedente,hæc nequeunt. Prætereà euangelij prædicatione finita,lex & prophetiæ cessabunt.In nonnullis tamen ecclesiis dum euangelium legitur, candelabra cum cereis deponuntur ad terram, ad notandum legem & prophetiam inferiorem euangelio esse.Consequenter † subdiaconus codicem euangelij refert, diaconus verò vacuus redit : vt ostendat se prædicatione finita contemplationi vacare. Veniens auten prius ad legendum euangelium,librum in quibusdam ecclesiis ferebat ad notandũ, quòd
Eccle.1. ipse non solùm debebat docere,sed & facere. Redit etiam ad episcopum seu sacerdotem,vnde venit ad notãdum, quòd omnis doctrina
Psal.96 à Deo est,& ad ipsum reuertitur.Vnde Salomõ:Vnde exeunt flumina reuertuntur. Tertius quoque euangelij super puluinar reportatur:
Cantic.1 quia ecclesia,vt audiuit euangelium,illud suauiter corde suscepit,& lætata est,iuxta illud : Audiuit & lætata est Sion , & ait : Anima mea liquefacta est,vt dilectus locutus est.Liber quoq; euangelij, & thuri-
Apoc.1 bulum ad pontificem reportantur,quia ad eum omnia bona referẽda sunt,à quo cuncta procedunt.Ipse enim est finis consummans,sed non consumens,α & ω,primus & nouissimus , initium & finis. Nam & Apostoli prædicatione peracta,ad Christũ reuersi sunt,referẽtes ei gratias de miraculis & prædicationis profectu.†Episcopus verò thus ordorat , & Euangelium osculatur. Primò, ad notandum , quia quod episcopus inspirauit & docuit , hic approbat & acceptat. Deus enim nihil accipit,nisi quod efficit,nec remunerat,nisi quod donat,quia sicut cuncta quæ fecit,bona sunt:sic nulla sunt bona,nisi quę fecit. Ná
Gene.2 vidit Deus cũcta quæ fecerat & erant valde bona. Secundò apertum codicem osculatur,ad significandum, quòd scire debet quod nuda & aperta sibi esse debent quæcunque sunt in lege ,vnde Luc.viij. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei.& Malachiæ ij. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt , supple subditi, de ore eius extrà de hær.cum ex iniuncto. Tertiò , quia ipse solus intrat in sancta sanctorum,prout in procœmio huius partis dictum est. Quare

tò,quia huiusmodi osculum significat affectum amoris , ad euangelium , qui præcipuè in episcopo vigere debet , adeò vt paratus sit mortem,pro eo subire.xxv.quæstion. j.violatores.Quintò,subdiaconus librum apertum prælato seu sacerdoti offert ad osculandum , ad notandum ipsum debere delectari in side fidelium , quæ infusa est in eis,& patefacta per euangelij prædicationem:quæ prius in lege fuerat clausa.Posteà in quibusdam ecclesiis liber clausus illis , qui sunt in choro , ostenditur , pro eo quòd post præmissa verba vobis datum est,& cætera.sequitur in Apostolo:Cæteris autem in parabolis.† Et
3; est aduertendum , quod postquàm diaconus lecto euangelio librum osculatus est , ad notandum se ex charitate & amore euangelizasse: tunc demùm fertur euangelium episcopo,qui Christum significat ad osculandum,id est,ad prædicationem acceptandam, & non ante, ad figurandum,quòd Deus illam duntaxat prædicationẽ acceptat , quæ nõ ex amore & charitate.Verũtamen in missa pro defunctis euãgeliũ non fertur pontifici ad osculandum:tum quia tunc præmissæ rationes cessant,tum quia in Missa illa omnis solennitas subtrahitur,ne festiuæ solennitates cum desolationis mœroribus misceantur.Legens tamen Euangelium in missa pro defunctis,librum in quibusdam ecclesiis osculatur:quia quicunque illud pronũciat,debet charitatis amo-
34 re in illum tẽdere,cuius doctrinam euangelicam recitauit, qui amor per osculum designatur.Et est†aduertendum , quòd statim post libri osculũ,sacerdos minister pontificẽ,qui Christum designat , incensat, ad ostendendum , quòd sacerdotis maximè officium est , orationis ignitum sacrificium,quod per incensum significatur , Christo offerre,non solùm in expiationem delicti , verumetiam in gratiarum actionem,prout in Leuitic. habetur. Potest etiam sub epilogo dici, quia quòd liber euangelij per subdiaconum portatur , quòd diaconum pulpitum ascendit , quòd aperto libro populum salutat , & omnes respondent,quòd titulum euangelij præmittit,quòd alta voce & distinctè, & contra Aquilonem legit , quòd omnis populus aures , & oculos ad librum dirigit , & in silentio ac stando audit:& in fine ad cœlum manus leuans orat dicens: Amen. Hæc inquam omnia & sin- *Neemi.2*
gula ex lege sumuntur. Legitur enim in principio Nehemiæ , quòd congregato populo ad plateam,quæ est ante portam aquarũ , Esdras scriba attulit librum legis Mosi,& stetit super gradum ligneum, quẽ fecerat ad loquendum , & aperuit librum coram omni populo. Porrò Leuitæ silentium faciebant in populo, ad audiendum legem , benedicentes Deo magno,& omnis populus stans in gradu suo respondit : Amen. Et legerunt in libro legis Dei distinctè & apertè ad intelligendum. Omnis verò populus eleuantes manus suas adorauerunt proni in terram. Illud † quoque prætereundum non est , quòd euangeliis, quæ in ecclesiis leguntur , generaliter duæ præfationes præmittuntur:prima,est:Initium sancti euangelij.Secunda:Sequen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia ſancti euangelij. Siquidem prima præfatio præmittitur principio cuiuslibet euangelij quatuor euangeliſtarum : ſcilicet euangelio Ioannis: In principio erat verbum, & euangelio Matthæi : Liber generationis, euangelio Lucæ: Fuit in diebus Herodis, & euangelio Marci : Principium euangelij Ieſu Chriſti, quod in quibuſdam eccleſiis legitur in prima dominica de Aduentu, vt ibi dicetur, & tunc non ſubiicitur illis : In illo tempore, quia in ipſis principiis agitur, & determinatur certum tempus, vnde eſſet nugatio, & ſuperfluerent verba illa. Secunda verò præfatio præmittitur omnibus aliis euangeliis, & dicitur, Sequentia : quia verba ipſa, quæ legenda ſunt, ſequuntur poſt initium, ſeu poſt ea, quæ præcedunt euangelium : vnde ſumpta ſunt verba ſancti euangelij, &c. vel ſequentia, eſt numeri ſingularis, & tunc cum dicitur : Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem, ſuppletur hæc eſt.† Sanè in euangeliis, quibus ipſa ſecunda præfatio præponitur, ſubiicitur quandoque: In illo tempore, & quandoque non ſubiicitur. Siquidem ſine, In illo tempore, dicuntur quando ex eorum verbis certum eſt de tempore, vt præmiſſum eſt: & tunc incipiunt per aliquam determinationem regiæ vel alterius geſtatis, vt illud: Anno quintodecimo Tiberij, vel per ſimplicem geſtæ narrationem, certum tempus determinantem, vt illud: Cùm eſſet deſponſata, & illud: Poſtquàm conſummati ſunt, & illud: Cùm natus eſſet Ieſus. & illud: Factum eſt autem, cùm baptizaretur. & illud: Cùm autē eſſet annorum duodecim. & illud : Poſtquàm impleti ſunt dies. & illud: Veſpere autem Sabbati. & illud : Elizabeth impletū eſt, &c. Reliquis verò euangeliis ſubiicitur: In illo tempore. & eſt ſenſus,

2. Cor. 6 In illo tempore, ſcilicet gratiæ, de quo dicit Apoſtolus: Ecce nunc tempus acceptabile, &c. de pœniten. diſtinctione j. ecce. † Non eſt etiam omittendum, quòd euangelium legitur in eccleſia, quandoque ſecundum hiſtoriam, vt illud, quod dicitur in die paſchæ. Maria Magdalene, & Maria Iacobi, &c. & illud quod cantatur in natali ad ſecundam Miſſam de paſtoribus. Quandoque ſecundum allegoriam, vt illud, quod legitur in aſſumptione beatæ Mariæ, in quo mentio fit de Maria Martha : vbi dicitur : Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum, &c. prout ibi in ſeptima parte dicetur. Quandoque ſecundum rem, vt illud de ſancta Trinitate. Quandoque ſecundum perſonam : vt illud quod cantatur in feſto ſancti Thomæ Apoſtoli. vbi dicitur, Thomas vnus de duodecim. Quandoque ſecundum partem, vt illud quod dicitur in feſto ſanctæ crucis, de Nicodemo, vbi dicitur : Sic oportet exaltari Filium hominis, &c. In quo verbo Chriſti paſſionem ſuam ſignificat, & exaltationem corporis ſui in Cruce. Et ideò euangelium, in quo hæc clauſula continetur, legitur in feſto ſanctæ Crucis, & in feſto Michaëlis archangeli, propter illum verſum : Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei, qui in cœlis eſt. Item etiam ſecundum partem, vt illud: Liber generationis, &c. Et hoc propter vl-

timum verſum, in quo fit mentio de Chriſto. Quandoque ſecundum totum, vt illud quod legitur in circunciſione Domini: Poſtquàm conſummati ſunt dies octo, &c. Quandoque ſecundum tempus, vt illud quod dicitur in prima die quadrageſimæ, ſcilicet propter ieiunium. Quandoque propter litanias, vt illud : Si quid petieritis, &c. quod in litaniis dicitur, in quo fit mentio de aliquo pane & piſce. Et quandoque propter locum, vt illud quod legitur in dominica ſexageſimæ,
38 ſcilicet, Exiit qui ſeminat, &c. Sanè mulier etiam † abbatiſſa non debet legere Euangelium. Licet enim beata Virgo dignior & excellentior eſſet Apoſtolis vniuerſis, Dominus tamen non commiſit ei claues regni cœlorum. extrà de pœ. & remiſſ. noua. Hinc eſt quòd abbatiſſa non poteſt proprias moniales benedicere, vel earum confeſſionem in criminalibus audire, vel euangelium legere, vel publicè prædicare. In Matutino tamen poſſet, ſed non publicè euangelium dicere. vij. q. j diaconiſſam. Et nota quòd quatuor ſunt euangelia de beata Maria, vt dicitur in ſeptima parte ſub feſto aſſumptionis.

SVMMARIVM.

1 *Symbolum Apoſtolorum, immediatè ſequitur euangelium.*
2 *Symbolum, dicitur voce ſublata maximè in miſſa, in primâ autem & Completorio, de miſſa & nu. 3.*
4 *Symbolum auſpicans ſacerdos, cur manus eleuet.*
5 *Symbolum quid.*
6 *Symbolum eſt triplex. & vnde dicatur.*
7 *Apoſtoli Symbolum ediderunt.*
8 *Athanaſij Symbolum.*
9 *Symbolum Nicænum.*
10 *Symboli cantandi in miſſa vſus à Græcis profectus.*
11 *Græcorum error de proceſſione Spiritus ſancti.*
12 *Græci temerè Spiritum ſanctum à Filio procedere negant.*
13 *Symbolii maius, quibus diebus adhibeatur, vide per diſcurſū. & nu. 14.*
15 *Symboli expoſitio. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 27 29. & 30.*
16 *Deo credere, & in Deum credere, quid & in quo differant.*
17 *Diuinarum perſonarum diſtinctio.*
26 *In Eccleſiam quando credamus.*
28 *Leprę curatio.*
31 *Vita æterna.*

De Symbolo. CAP. XXV.

1 EVangelio † lecto mox cantatur alta voce Symbolum illud, ſcilicet. Credo in vnum Deum, quia enim corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem Rom. x. ideò eccleſia, vt oſtendat quòd euangelij verbum ſeu prædicationem fide & corde recipit, mox

Universidad de Deusto
Biblioteca

fidei symbolum ore decantat. Symbolum ergo post Euangelium, fidem post prædicationem ostendit. Vnde Ioan. Hæc eo loquente, multi
Rom.10 crediderunt in eum. Nam secundum Apostolum ad Rom. x. Fides est ex auditu: auditus autem per verbum Dei. † Dicitur autem alta voce, ut
Eccle.10 omnes illud dicant & addiscant. Omnis enim Christianus teneatur publicè fidem catholicam confiteri, propter quod in fronte signatur. In prima verò & in Completorio sub silentio dicitur, ne muscæ morientes perdant suauitatem vnguenti, prout in quinta parte, sub titulo de prima tangetur. † Rursus ideò in missa patenter dicitur, ad notandum quòd hodie fides catholica liberè prædicatur & docetur. In prima verò sub silentio, dicitur, ad notandum, quòd in primitiua Ecclesia præser. im tempore passionis Christi prædicatores & fidei professores siluerunt, & in Completorio ad notandum quòd similiter in fine seculorum, antichristi nempè persecutione inualescente illorum ora claudentur. Sanè sacerdos seu Episcopus illud incipit, ad de-
Iacobi 1 signandum, quod omne bonum à Christo procedit. Nam omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, &c. prima
Luca 17 quæstione prima, quàm pio. Ne autem musicus ille cœlestis dicat. Cantauimus vobis, & non saltastis. chorus Euangelicæ doctrinæ consona voce respondet, & solenni tripudio fidem catholicam profitens dicens: Patrem omnipotentem, & cætera. quamuis in missa Papæ quandoque aliter obseruetur, prout iam dicetur. † ad hoc sacerdos illud incipiens manet erectus ante medium altaris, manibus extensis, sursum eleuatis, quas postquàm inceperit, iungit. Siquidem sacerdos Christum repræsentans, erectus manet: ad notandum, quòd Christus semper paratus est cunctis spiritualia bona largiri. Et ante altaris medium, innuens quòd non est personarum acceptator, sed quantum in ipso est, omnibus æqualiter influit, nec angulum diligit, neque sinum. Manibus quoque extensis, ad designandum, quòd paratus est abundanter bene meritis illa largiri. Sursum tamen eleuatis, quasi ipso facto ostendens, quòd quæ sursum sunt, quærere, atque à Deo misericordiam poscere, & in eo solo sperare debemus. Deinde postquàm inceperit, manus iungit, quia ei soli de perceptis bonis gratias agere, & nos humiliare debemus. Et quoniam symbolum, verbum est euãgelicum, quò ad sensum, ideò stando illud audire, sicut & euangelium, & sic illo dicto, signum crucis facere debemus. Σύμβολον † autem Græcè, Latinè sonat indicium, vel signum, vel collatio: tum quia regulam fidei plenam indicat, & perfectam: tum quia simul in vnum fidei continet articulos. † Et nota, quòd triplex est symbolum. Primum est symbolum Apostolorum, quod vocatur symbolum minus quod videlicet ex institutione Damasi Papæ dicitur tacitè per ferias in singulis canonicis horis. Et illud dicitur à συν, quod est cum, & βάλλω quod est sententia: quia compositum fuit ex diuersis verbis Apostolorum, sicut pueri in festiuis cõuentibus afferre solẽt bolos, id est, frusta carnium

carnium & panis, quæ in vnum collecta, symbolum vocatur, id est, collectio minutiarũ. xliij. distinctione. nõ oportet. traditur enim quòd postquam Apostoli Spiritum paracletum acceperunt, cum iam forent ad prædicandum euangelium profecturi, conferentes in vnum super articulis fidei statuerunt: vt sicut omnes erant in vna fide concordes, sic omnes vnam fidem concorditer prædicarent, & ideo symbolũ misuit. Vnde secundum Apostolorum catalogum siue numerum duodenus componentes, vnusquisque bolum, id est, particulam vnam appo-
7 eim particulas dignoscitur continere. † Petrus namque apposuit: Credo in Deum, Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ. Andræas: Et in Iesum Christum Filium eius vnicũ Dominum nostrum. Iacobus: Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine. Ioãnes: Passus sub Pontio Pilato: crucifixus, mortuus, & sepultus. Philippus: Descendit ad inferos tertia die resurrexit à mortuis. Bartholomæus: Ascendit ad cœlos, sedet ad dexterã Dei Patris omnipotentis. Thomas: Inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Matthæus Credo in Spiritum sanctum. Iacobus: Sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem. Simon: Remissionem peccatorum. Thadæus: Carnis resurrectionem. Mathias: & vitam æternam. Secuu-
8 dum symbolum est: † Quicumque vult saluus esse, &c. ab Athanasio patriarcha Alexandrino in ciuitate Treueri compositum. Hoc tamen potest dici tertium: nam Nicænum de quo sequitur, fuit prius in pri-
9 ma Nicæna sydono compilatum. † Tertium est Nicænum. xv. distinctio. c. j. scilicet. Credo in vnum Deum. quod Damasus Papa ex com. dicto vniuersalis synodi apud Constantinopolim celebrare instituit, & in missa cantare patenter, quamquã & Marcus Papa primus statuisset illud alta voce cantari: & vocatur symbolum maius. A Græcis ergo
10 vsus cantandi ad missam symbolum, creditur prouenisse, quod similiter duodecim clausulas continet. † Prima est: Credo in vnũ Deum, &c. Secunda: Et in vnum Dominum Iesum Christum. Tertia: Qui propter nos homines, &c. Et cùm dicitur, ibi: Et homo factus est, debemus genua flectere: quia Christum hominem factum, & pro nobis crucifixum adoramus. Quarta: Crucifixus etiam pro nobis. Quinta: Et resurrexit tertia die secundùm Scripturas, id est, eo modo, eo ordine, & eo tẽpore, quo prædictum est in Scripturis. Sexta: Ascendit in cœlum. Septima: Et iterum venturus est, &c. Octaua: Et in Spiritum sanctum Dominum. Nona: Et vnam sanctam catholicam Ecclesiam. Decima: Confiteor vnum baptisma. Vndecima: Et expecto resurrectionem mortuorum. Duodecima: Et vitam venturi seculi, amen. Et est notandum quòd in prædictis Nicæno & Constantinopolitano conciliis non leguntur verba illa. Secundum Scripturas: neque illa: Filióque procedit, & quo-
11 niam apud † Græcos in fine ipsius symboli, sub anathemate dicitur prohiberi, ne quis de fide Trinitatis aliud docere, vel aliter prædicare, quàm ibi cõtinetur præsumat: sed & Calcedonense concilium apud

eps ce

Petrus.
Andreas.
Jacobus.
Joannes.
Philippus.
Bartholomeus.
Thomas.
Matthæus.
Jacobus.
Simon.
Thadæus.
Mathias.

eos celebratum anathematizare præcepit eos, qui alteram fidem aut esſent componere, proferre, ſcribere, docere, vel aliud Symbolum tradere, quàm quod præmiſſum eſt: ideò ipſi Græci nos anathematizatos aſſerunt, pro eo, quod ibi addimus verba ipſa. Sed minus benedicunt, tum quia illud non fuit canon latæ ſententiæ: ſed cõminatio quædam, tum quia inferior potentiorem ligare non poteſt. xxj. diſtin. inferior. Romana enim Eccleſia non ſubeſt conciliis, ſed potiùs concilia ſubſunt ſibi. extrà de elect. ſignificaſti. Præterea, verba illa: Secũdum Scripturas, ſumpta ſunt ex expoſitione fidei eiuſdem concilij Conſtantinopol. & ſic nihil videtur additum, nec errorem aliquem ſapiunt, ſanè, vt ſuprà ſunt expoſita, intellecta. Item per verba illa: Filióque non docemus aliud vel aliter de Trinitate prædicamus, imò idem. Cùm enim Filius idẽ ſit cum Patre in ſubſtãtia: ergò quod à Patre procedit, & Filio procedit: & ſic nihil addimus, ſed potiùs declaramus: nec alteram fidem componimus, proferimus, ſcribimus, vel aliud ſymbolum tradimus, nec in aliquo contra prædictum facimus anathema. Mirum † tamen eſt, quo auſu ipſi Græci Spiritum ſanctũ à Filio procedere negare præſumunt: cùm & hoc in concilio Epheſino apud eos editto contineatur expreſsè, de conſec. diſt. v. vlt. & penult. ſed ipſi ſe eraſſe videntes, quoſdam prælatos de ſuis ad generale concilium Lugdunen. ſub Grego. Papa. x. celebratum miſerunt, qui in dicto concilio publicè nobis videntibus ſuo & omnium prælatorum & imperatoris Romani nomine profeſſi ſunt, quòd Spiritus ſanctus æternaliter ex Patre & Filio, non tanquam ex duobus principiis, ſed tanquam ex vno principio, non duabus ſpirationibus, ſed vnica ſpiratione procedit. extrà de ſumma Trini. & fide cath. prout in eiuſdem Gre. conſtitutione habetur: coram toto concilio ter Græcè, & ter Latinè ſymbolum cum dictis verbis: Secundum ſcripturas. Filióque, ſimiliter decantando. † Cantatur autem hoc ſymbolum maius in ſolennitatibus eorum duntaxat, qui illud compoſuerunt, & in illis, de quibus aliqua mentio fit in ipſo: videlicet in omnibus diebus dominicis. In feſtiuitatibus Domini, ſcilicet in natali, Epiphania, cœna Domini, paſcha, aſcenſione, pentecoſte & transfiguratione, & in feſto de Trinitate, & in omnibus feſtiuitatibus beatæ Mariæ, ſanctæ Crucis, angelorum, & Apoſtolorum, de quibus fit mentio ibi: Et apoſtolicam Eccleſiam. In ſolennitatibus autem Lucæ & Marci euangeliſtarum, dicunt quidam non debet cantari: quia illi Apoſtoli non fuerunt. Idem dici debet in dedicationibus eccleſiarum & in commemoratione omnium ſanctorum: quamquam & ipſa ſit dedicationis feſtiuitas. Et dicitur etiam intra octauam natalis Domini, excepta die Innocentium, in qua canticatitiæ ſubticentur. In octaua tamen cantatur, prout in ſextà parte ſub illo feſto dicetur. Cantatur etiam intra octauas Epiphaniæ, Paſch. Aſcenſionis, Pentecoſtes, Apoſtolorum Petri & Pauli, & aſſumptionis beatæ Mariæ. Licet enim in natiuitatibus ſanctorum Ioan. Bapti-

ſta, & ſancti Laurentij, ſymbolum non cantetur, in octauis tamen eorum cantatur, eò quòd intra octauas Apoſtolorum & aſſumptionis occurrunt, & ob hoc etiam in octaua ſancti Ioann. Baptiſtæ præfatio, de Apoſtolis, & in octaua beati Laurentij, præfatio de aſſumptione cantatur. In quibuſdam tamen Eccleſiis, dicitur ſymbolum in feſto beati Ioannis Baptiſtæ, & non incompetenter: quia in ſymbolo de prophetis fit mentio ibi: Qui locus eſt per Prophetas: & quia ipſe non ſolum fuit propheta, ſed pluſquam propheta: de eo quoque ſcriptum eſt: Fuit homo miſſus à Deo, &c. & ita fuit Apoſtolus: de ipſo eſt, ait Ioan. os aureum in ſermone, qui legitur in feſto decollationis Ioan. par angelis, Apoſtolorum vox. Ipſe etiam primò baptizauit & baptiſmum prædicauit, & in ſymbolo fit mentio de baptiſmo. Horum quidem omnium fit commemoratio in ſymbolo. Quorundam tamen obſcurè, vt Epiphaniæ, eſt tamen illud profeſtum Domini: eſt etiam feſtum illud baptiſmatis, de quo in ſymbolo continetur ibi: Confiteor vnum baptiſma, &c. & cœnæ Domini, ſed illa eſt ſolennitas euchariſtiæ ad quam reſpicit illud: Sanctorum communionem: & angelorum, ſed illi nomine Cœli debent intelligi, de quo in ſymbolo dicitur, ibi: Creatorem, vel factorem cœli & terræ, &c. Quibuſdam tamen videtur tunc non eſſe cantandum, eò quòd angeli nunquam habuerunt fidem, ſed ſpem, nec credunt, ſed ſciunt: quoniam plenam ſcientiam habent: Fit etiam commemoratio licet obſcurè dedicationis Eccleſiarum: ſed ad illam reſpicit illud: Sanctam eccleſiam catholicam: tunc enim ſanctificatur, & vt ita dicam catholizatur Eccleſia, cum dedicatur. Ad octauas verò reſpicit reſurrectio mortuorum, de qua dicitur ibi: Et expecto reſurrectionem mortuorum. In feſto ſanctæ Agnetis ſymbolum non cantatur: quia licet in Eccleſia celebretur, non eſt tamen feſtum octauæ, prout
14 in ſeptima parte ſub ipſo feſto dicetur. † Porrò quidam non abſurdè ſymbolum cantant ſingulis diebus, à die reſurrectionis vſque ad feſtum aſcenſionis, ſicut in omnibus diebus Dominicis, & etiam in ſolennitate beatæ Mariæ Magdalenæ, dicentes illam fuiſſe Apoſtolorum epiſtolam, eò quòd ipſa prima reſurrectionis gaudium Apoſtolis renuntiauit: & in feſto beati Martini, quia de eo cantatur: Martinus par Apoſtolis. Quidam etiam dicunt illud in principali feſto cuiuſlibet Eccleſiæ ſeu oratorij, non tamen in octauis illorum, ſi eas celebrent. Veruntamen de quibuſdam mentio fit in ſymbolo, in quorum commemoratione ſymbolum non cantatur, vt paſſionis & ſepulturæ, quoniam illorum dierum officium aliorum regnorum regulam non ſectatur. Non dicitur etiam, quando in profeſtis celebratur ad honorem beatæ Mariæ virginis, vel ſanctæ crucis, vel ſancti Spiritus extrà de celebr. miſſarum: conſilium. In quibuſdam locis cantato ſymbolo, vel cum cantatur, populus cantant. Κύριε ἐλέησον, quoniam poſtquam Chriſtus & Apoſtoli docuerunt fideles, fide recepta, laudes Deo dederunt, quas forſitan repræſentat ſuauiſſimi ſymbolí melodia. Illud autem

Matth. 2
Ioan. 1

Matt. 15

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem sciendum est,quòd Christus non venit prædicare Gentibus, sed Iudæis, iuxta illud euangelij: Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israël. Vnde præcepit Apostolis: In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, donec post resurrectionem præcepit eis,dicens:Euntes in mundum vniuersum,prædicate euangelium omni creaturæ. Et idcircò Romano pontifice solenniter celebrante symbolum fidei,non cantores in choro,sed subdiaconi ad altare decantant,& generaliter ipsi ad vniuersa respondent,vtque dum ipse pontifex dicit: Pax Domini sit semper vobiscum: quoniam vsque post Christi resurrectionem sola Iudæorum Ecclesia, quæ per subdiaconum,qui sursum ad altare consistat, designatur: corde creditur ad iustitiam & ore confessio fit ad salutem: extrà de sacra. cap. sed extunc cantores in choro respondent, & vniuersa decantant, quia post resurrectionem Ecclesia Gentium, quam cantores qui deorsum in choro subsistunt,designant,fidem Christi recepit, & laudum præconia personuit Saluatori. Inter euangelium tamen & sacrificium chorus concinit offertorium: quoniam inter passionem & prædicationem gentilitas fidei votum Deo offerens cantauit, quando mulier Chananæa de finibus Tyri & Sidonis egressa, clamauit & dixit:Miserere mei Domine, fili Dauid. Filia mea malè à dæmonio vexatur: cuius tandem fidem commendans Dominus,ait: O mulier, magna est fides tua: & fiat tibi sicut petisti. † Postremò symbolum Apostolorum, tanquam breue & omnia continens, sub compendio exponamus. Credo in Deum Patrem, omnipotentem, creatorem cœli & terræ, &c. Nota quòd aliud est, vt ait August. credere Deo, aliud est credere Deum, & credere in Deum. † Credere Deo est credere vera esse, quæ loquitur, ut quod etiam mali faciunt,& nos credimus homini,& non in hominem. Credere Deum, est credere quòd ipse sit Deus: quòd etiam dæmones faciunt Credere in Deum,& credendo amare,& credendo in eum ire, credendo ei adhærere: quod soli boni faciunt: ergo qui dicit: Credo in Deum,mentitur, si non diligit Deum: nili dixerit: quòd in persona Ecclesiæ loquitur:dicens autem Deum,singulariter,deorum fugit pluralitatem. Vnde notabiliter in maiori symbolo additum est hoc verbum Vnum, iuxta illud: Audi Israël, Dominus Deus tuus, vnus est. Et Apostolus: Vnus est Deus, vna fides, vnum baptisma † Dicens verò Patrem, incipit personas distinguere, de quibus Esa. Quis appendit tribus digitis molem terræ? Et alibi: Seraphim clamabant: Sanctus, sanctus, sanctus.Et Dominus:Baptizate omnes Gentes in nomine Patris, & Filij,& Spiritus sancti.Et Ioan.Tres sunt,qui testimonium dant in cœlo:Pater, Verbum,& Spiritus sanctus.Pater est prima,non tempore, sed auctoritate in Trinitate persona. Quod sequitur, Omnipotentem, nomen est essentiale, ideóque illud ad substantiuum Deum, vel ad relatiuum Patrem,non sine ratione referimus,dicētes:Credo in Deum Patrem omnipotentem vel, credo in Patrem omnipotentem: Similiter & quod sequitur

Matt. 10
Mat. vlt.
Rom. 10
Matt. 15
Deut. 6
Ephes. 4
Esa. 40
Esai. 6
Matt. 28
Ioan. 5

18 sequitur:Creatorem † cœli & terræ:ibi cōfutatur hæreticus,qui alium cœli,alium terræ asserit creatorē:alium cœlestium, alium terrestrium, alium corporum,alium animarum:contra quos ait Moses. In principio creauit Deus cœlum & terram.Et Dauid: In principio tu Domine terram fundasti:& opera manuum tuarum sunt cœli.& Apostolus: In ipso
19 condita sunt vniuersa in cœlo & in terra † Sequitur:Et in Iesum Christum filium eius vnicum Dominum nostrum.Ecce altare in Trinitate, persona:hic est Iesus, qui saluum fecit populum suū à peccatis eorum, hic est Christus oleo lętitiæ prę consortibus vnctus:hic est enim vnicus Patris Filius,de quo Dauid:Filius meus es tu:ego hodie genui te.Et apostolus:Misit Deus Filium suum,natum de muliere,factum sub lege:
20 hic est Domin⁹ noster,qui nos creauit,qui nos suos alienos,pretio sanguinis emit. † Sequitur: Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine.Ecce primum Christi sacramētum,scilicet incarnatio,ac si dicat:Qui cùm sit Deus,factus est homo,nō ex virili semine,sed conceptus operatione Spiritus sancti natus ex Maria virgine.Vnde Esa.Ecce virgo cōcipiet,& pariet filium,& vocabitur nomen eius Emmanuel. Et Angelus in euangelio: Aue Maria gratia plena,Dominus tecum: & ille:Spiritus sanctus superueniet in te,& virtus altissimi obūbrabit tibi. Quidā tamen hæc verba:Qui conceptus est de Spiritu sancto:iungunt
21 cum precedentibus.Sequitur:†Passus sub Pōtio Pilato,crucifixus,mortuus & sepultus.Ecce secundum sacramentum:secundum humilitatem Christi,scilicet passio,cuius tēpus describitur sub Pontio Pilato:forma subditur,Crucifixus:finis concluditur Mortuus.& sepultus.Vnde plangens dicit ex ore Dauid,& Hier.Foderunt manus meas & pedes meos, & dinumerauerunt omnia ossa mea. De morte ait Propheta : Domus
22 Domini fuit exitus mortis.De sepulchro ait Esa.Sepulchrū eius extitit glorioſum.Hæc sunt in euāgelio manifesta.Sequitur:†descendit ad inferos,tertia die resurrexit à mortuis.Ecce tertium sacramētum,scilicet resurrectio:sed de descensu ad inferna prę̄mittitur,ex quo mortui liberātur: vnde in Osea,De manu mortis liberabo eos,de morte redimam eos: ero mors tua,ô mors,morsus tuus ero,inferne.Hic est euāgelicus fortis,qui fortē ligauit,& eius vasa dirupit: hic est qui dicit in psal.Ego dormiui,& soporatus sum.& exurrexi, quoniam Domin⁹ suscepit me: qui Patri dicenti : Exurge gloria mea, exurge cum psalmis, & cithara: breui sermone respondet: Exurgā diluculò,cuius resurrectioni mulieres,& viri perhibent testimonium in euangelio.Quod autem dicitur in maiori symbolo:Resurrexit tertia die,secūdum scripturas: exponitur, id est eo modo,eo ordine,& eo tēpore,quo prædictum est à Scripturis.
23 Sequitur:† Ascendit ad cœlos,sedet ad dexterā Dei Patris omnipotentis.Ecce quartū sacramentum,scilicet ascensio.Ascendit enim,sicut ait Dauid, super cherubim,& volauit super pēnas ventorum & paranit in cœlo sedē suā,& regnum eius omnib⁹ dominabitur.Cui ait Pater:Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

Genes. 1
Psal. 101
Coloss. 1
Matth. 1
Psal. 44
Psalm. 2
Galat. 4
Esai. 7
Luc. 1
Psal. 21
Esai. 2
Psalm. 3
Psal. 56
Psalm. 17
Psal. 102
Psal. 109

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et vt ad ascensionem de visu quoque testimonium nō deesset, ait Luc.
Actu. 3 Videntibus Discipulis, eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Sequitur: Inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Ecce quantum, quod nondum apertum est sacramētum: veniet enim rex manifestē, cui Pater iudicium dedit, & sicut ait Dauid, parauit in iudicio thro-
Psal. 49 num suum, & iudicabit orbem terræ in æquitate: iudicabit populos in
Ioann. 5 iustitia. Et alibi: Deus manifestē veniet, Deus noster, & non silebit. Et
Psalm. 17 & 17. Lucas: Ita veniet, sicut vidistis eum euntem in cœlum. & Michæas: Iu-
Actu. 1 dicium Domini cum populo suo. Sequitur: Credo in Spiritum sanctum,
Matth. 6 † Ecce tertia in Trinitate persona, scilicet Spiritus sanctus, de qua Mo-
Genes. 1 ses: Spiritus Domini ferebatur super aquas. Et psal. Flabit Spiritus eius,
Psal. 147 & fluent aquæ. Et Dominus in Euangelio: Spiritus, qui à Patre proce-
Ioan. 15 dit, docebit vos omnia. Ille enim docet, ille sanctificat, ille viuificat, ille peccata remittit, per hunc resurrectionem in gloria, per hunc consequemur vitam æternam. Vnde sequitur: Sanctam ecclesiam catholicam. Et † possunt hæc verba & sequentia sic intelligi & coniungi: Credo in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, id est credo per Spiritum sanctum sanctam Ecclesiam fidelium sanctificari. Item, Credo in Spiritum sanctum, sanctorum communionem, id est, per Spiritum sanctum, sanctos in vinculo charitatis vniri. Et, Credo in Spiritum sanctum, remissionem peccatorum, id est, per Spiritum sanctum peccata remitti. Et Credo in Spiritum sanctum, carnis resurrectionem, & vitā æternam, id est, per Spiritum sanctum gloriam carnē consecuturam & animā vitam æternā. Vel sic: Credo sanctā Ecclesiam catholicā: non ita dicimus, vt asserit Aug. de conse. d. iiij. j. in fi. credere in Ecclesiā, sicut in Deum, sed in Ecclesiā † sanctam catholicā credimus. dum in Ecclesia consentes & in Deum credimus, & quæ sequūtur, nos inde firmissimē consequi profitemur, scilicet sanctorum cōmunionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam: vnde & sic cōiungetur. Credo in sanctam Ecclesiam catholicā, sanctorum communionem, id est, per fidem quā habeo, existens in sancta & vniuersali ecclesia, adquor sanctorum communionem, id est, concordiam & vnionem. Sicut enim est vnus pastor, sic vnum ouile: sicut vnus Deus, sic vna fides, & vnum baptisma. Vel percipio sanctorum communionem, id est, panē benedictionis, de quo dicitur: Crede, & māducasti. de conse. d. ij. vt quid. Similiter, & quæ sequuntur: Credo in † sanctā Ecclesiam, peccatorum remissionē, id est, per fidem quam habeo existens in sancta & vniuersali
Num. 12 Ecclesia, consequor remissionem peccatorum & leprę curationem, sicut
4. Reg. 5 qua dicitur in lege & euangelio: Maria soror Aaron, cum sepē dicta
Luc. 17 fuerat extra castra, est à lepra mundata. l. d. § econtrà. Naamā Syrus le-
Luc. 7 pties lotus in Iordane est à lepra curatus: sic & Dominus decē leprosos
Luc. 5 mundauit, sed vnus tantùm dedit gloriam Deo. De Magdalena dicitur. Quia dimissa sunt ei peccata multa, quia dilexit multū. Paralytico quoque ait Domin⁹: Fili, remittuntur tibi peccata tua. Sequitur: † Credo in
Iob. 19 sanctam

sanctam Ecclesiam catholicam, carnis resurrectionē, id est, per fidem quam habeo existens in Ecclesia, cōsequor carnis resurrectionem, de qua Iob: Credo quod redēptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum: vnde in euangelio: Deus Abraham, Deus Isaac, & Iacob, non est Deus mortuorum, sed viuorum. Et Apostolus: Omnes quidem resurgemus: *Matt. 22*
sed non omnes immutabimur. Similiter coniungendum est quod se-
30 quitur: Credo † in sanctam Ecclesiam catholicam, vitam æternam, id *Psa. 26*
est, per fidem quam habeo existens in Ecclesia, consequar vitam æternam: hæc est terra viuentium, de qua Dauid: Credo videre bona Do-
31 mini in terra viuentium. † Est autem vita æterna, videre Deum Patrem, & quem misit Iesum Christum: de hoc etiam sub sabbato sancto, in sexta parte, vbi agitur de baptismo, dicetur.

ANNOTATIO.

* *Σύμβολον* autem Græcè. *Σύμβολον*, variè accipitur, pro varia verbi, à quo manat, ratiōe & natura. *Συμβάλλω* enim, *παρὰ τὸ βάλλω*, natura sua actiuum est, & significat cōmitto, collido, confligo, cōuenio, confluo, paciscor, contractus conuentaq; ineo, itē & coniicio: vt *συμβάλλω τὸ ὦ ἐπινευ*. Inde *σύμβολον*, signum, vt signa militaria Herodiano. Signis equidem vtebantur inuicē Apostoli. *σύμβολον* itē, nota, & signū rei apud Ciceronem, vt dictio & nomen, est nota rei animo cōceptæ. *σύμβολον* etiam, insignia, id est, *παράσημα*. Item, omē, *ῥηχὰ ὁ ἰώνισμα*, Gregorio. Dicitur & masculino genere. Quia ratione vsus est Synesius in *τῷ Ἀδελφῷ*: *Οὐ γὰρ οἶμαι νομίζοιτε νύμφιον τρίαινα, βαθύζωνον ἐκφέρειν, ἵνα μὴ τῷ νυμφίῳ σύμβολος ἀπαίσιος γένηται*. Item & fœminino *συμβολὴ*, conflictus, conflictio militaris. *σύμβολα* etiam dicebantur tesserę quędam, quę dabantur publicè è ciuitatibus quibusdam hominibus sibi amicis, vt hospitaliter & amicè reciperentur in oppidis fœderatis. Hodie sic vocari possunt tesseræ collybisticæ, vt placet Budæo, quas literas collybicas vocant, quasi ad permutandam pecuniam externam institutas. *σύμβολον αὐτὸ τοῦτο ἐστὶ τὸ ῥῆμα*, quasi tessera, & frustum abscissum. Plato in Symposio, *σύμβολον* commissuram videtur dicere. homines enim eo in loco ait geminos fuisse, id est, *διφυές*. *σύμβολον* etiam, significat similitudinem: & quandam naturæ concinnitatē, Aristoteli *περὶ γενέσεως, ῥηχὰ φθορᾶς*. *Σύμβολαι* in conuiuiis dicebantur, quas Terētius & Plautus symbolas vocauerunt Auth. lib. vij. Conuiuium autē ipsum è symbolis coagmentatū, dicebatur. *Συναγώγιον*, & *δεῖπνον συναγώγιμον*, vt ipse inquit. Qui autē symbolas non conferunt, *ἀσύμβολοι* dicuntur. *Ἀσύμβολος*, etiam pro inerti & inutili ponitur, qui nihil in medium attulit. Apostolorum ergo *σύμβολον*, dices signum & breuiarium quoddam fidei Christianæ, commistum, conflatum & compositum ex multis bolis, id est, frustis particulisque. Symbolorum porrò hæc est lex, vt sententiam absoluāt verbis ad summū quinq;, & quò breuiora sunt, hoc venustatis plus habeant, quale est illud Augu. Matura. Obscuritatis aliquid & allegoriæ sym-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bolum condit,vt paulùm à naturali sensu deflectatur:modò ne tanta sit,quanta Pythagoras est vsus,vt ab intelligentia dictorum suorum arceret imperitos,qui symbola sua quasi quædam ænigmata longiùs mè abduxit illinc, quò sensus spectaret:ita vt Tyrrhenos induxerit, illis citra omnem allegoriam parere, cùm eam non adsequerentur. Vnde συμβολικὸν pro allegorico & ænigmatico dicitur, apud Plutarc. in viij.Sympos. Nicol. Doard.

SVMMARIVM.

1 *Prædicationis vsus, vnde.*
2 *Prædicationis officium,cui competat.*
3 *Prædicatio,sublimi loco debet fieri.*
4 *Prædicatio,qualis esse debeat.*
5 *Prædicationem,quæ sequantur.*

De Prædicatione. CAP. XXVI.

QVoniam,vt præmissum est,euangelium prędicatio est,& symbolum,fidei † professio,ideò post illa, fit populo prædicatio, quæ euangelici verbi,& symboli, siue noui & veteris Testamenti expositio,qui modus sumptus est ex li.Neemiæ, in principio vbi legitur: *Neem. 8* legerunt Leuitæ in libro legis Dei.Neemias autē sacerdos,& Esdras scriba interpretabantur populo vniuersa.Prætereà monebantur antequitus,qui in fraterno odio erant,vt ad concordiam venirent,priùs quàm communicarent,& mundi essent,priùs,quàm coram suo salutore,cui nota sunt secreta cordium apparerent:ex quo siquidem prædicandi vsus in Ecclesia inoleuit.Inde etiam est quòd oratio Dominica quæ est ad primam,& in aliis horis voce demissa, dicitur ad missam alta voce,& patēter dicatur,quia in huiusmodi fraterna monitio constituitur:communiter tamen post prædicationem symbolum decantatur:quia fidem prędicatam se tenere Ecclesia profitetur.Verùm cùm prædicandi officium priuilegiatū sit,nullus prædicare debet, nisi cui *Rom.10* committitur,aut cui ex officio sibi iniuncto incumbit, iuxta illud Apostoli:Quomodo prædicabunt,nisi mittantur?extrà de hæreticis.cū ex iniuncto.& ideò prædicaturus licentiā petit dicens:Iube Domine. Debet autē † prædicator in loco eminentiori esse,sicut & euangelium *Matth. 5* legens propter rationes sub tit.de euangelio scriptas. Nā & Iesus ver- *Neem. 8* dens turbas,ascēdit in montem,& aperiens os suum, docebat eos.Et Esdras fecit gradū ligneū ad loquēdū,vt dictū est in prima parte,sub ti.de Ecclesia,vbi de pulpito agitur.Debet † tamē humiliter proferre, quę docet,nec secundū Greg.xlvj.d.habet in fi.Illum.elatis moribus prædicet quē in cordibus audientiā sacris sermonibus insectatur. Et secundum Amb.prædicatio Christiana non indiget pompa, nec cultu sermonis: debet quoq; secūdùm Greg. prædicator esse discretus in silentio,vel in verbo:ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat,

xliiij.d.fi rector.Sunt tamen nōnulli huius doctrinæ obliti:qui sicut ait Bæda.ij.q.vij secuti sunt auditores suos in præcipitium mergunt,quibus nō salutaria quę corrigāt,sed quę illos delectēt,erronea prędicāt.Alij verò secundū Greg.xlix.d.hinc etenim. viij.q.j.oportet. xliiij.d.§.fi.dū æstimari hebetes nolūt,sępè ex immoderata subtilitate,se in quibusdā inquisitionibus plus quā expediat exercēt se,secreta mysteria sua prædicatione nō intelligētibus referādo. Oportet enim eū qui docet,& instruit,pro ingenio discentiū semetipsum aptare,& verbi ordinē, pro audientiū capacitate dirigere:quoniā qui docet ea,quę ab auditoribus intelligi nequeūt non ad eorū vtilitatē:sed ad sui ostentationē facit,vt plura scire videatur:vel adulatione, vt eis placeat,quibus secreta reuelāt:iuxta quod Apostolus ait:Christus me misit prædicare non in sapiētia verbi.In concilio Carthaginē.de cōse. *Corint. 1* d.j.sacerdote statutū est,vt sacerdote verbū,scilicet prædicationis in Ecclesia faciēte,qui egressus de auditorio fuerit,videlicet cōtennens excōmunicetur.Post prædicationē,fit cōfessio † & indulgētia pro cōmissis & omissis cōceditur,vt sic cōscientiis emūdatis,iuxta illud propheticum:Et scopebā spiritū meū accedāt singuli ad cōmunionis sacramentū,quod mox in missa,vel sacramētaliter, vel spiritualiter re- *Psal.76* cepturi sunt: quæ spiritualis cōmunio fit per fidē, operantē per dilectionē,iuxta illud Augusti.Crede,& māducasti.de cōsec.d.ij.vt quid.

SVMMARIVM.

1 *Canon Missæ,in quot partes diuidatur.*
2 *Secreta,in quot partes diuidatur.*
3 *Offertorium vbi quandoue fiat.*
4 *Offertorij versus,hodie sæpè intermittitur,idque temerè.*
5 *Offertorium vt cantetur,à Patribus receptum est, idq; de causa.num.6.*
7 *Offertorium,vnde nomen traxerit.*
8 *Offertorio facto quid faciat sacerdos.*

Secunda pars missæ in offertorio. CAP. XXVI.

SEcunda pars missæ in offertorio,siue in,Dominus vobiscū,incipit, 1 quæ in quatuor† subdiuiditur particulas.Prima dicitur secretella. Secunda,præfatio.Tertia, canon. Quarta oratio dominica, cum sua præfatione scilicet,Præceptis salutaribus. Potest etiam quicquid hoc loco,vsq; in finē missæ dicitur,secreta vocari,quæ secreta in quinque 2 diuiduntur partes. † Prima est ab offertorio vsq; ad perfectionē:& hoc specialiter dicitur secreta. Secunda, dicitur præfatio. Tertia,canon. Quarta oratio dominica Quinta,est embolismus. Quia etenim fuit dominici sanguinis effusio Prima in circuncisione. Secunda,in sudore.Tertia,in flagellatione.Quarta,in crucifixione Quinta,in mortui lanceatione.Sanè ordo cōueniens est, vt post prædicationē sequatur

fides in corde,laus in ore,fructus in opere.Prædicatio quidē in euan-
Psal.26 gelio, fides in symbolo,laus in offertorio, fructus in sacrificio: qua-
2.Para.5 propter offerendo cātatur,quia sacrificiū laudis offertur: vnde Psal. Circuiui,& immolaui in tabernaculo eius hostiā vociferationis,cantabo & psalmum dicam Domino.& in Paralip.Cū offerrent holocausta,cœperūt laudes canere Domino,organis & in diuersis,quæ Dauid rex cōparauerat,concrepare. † Offertoriū quidē inter euangelium & sacrificium canitur:prout in tit.de symbolo dictū est.Sacerdos autem dicturus,Oremus.prœmittit,Dominus vobiscū.quasi diceret:Nisi Dominus sit vobiscū,orare non possumus ad salutē nostrā.Subiicit ergo oremus,monens populū orare: vt fidem in symbolo recitatā credat, & in ea stabilis permaneat,quia & Christus Discipulis suis dixit:Orate,&c.Luc.xxij.monens etiam vnumquenque ad se redire, conscientiam suā discutere, & seipsum in holocaustū iustū Deo offerre. Priùs ergo,quàm chorus cantet offertoriū, salutatur à sacerdote, vt pariter deuotē cantare,& mox postquā ille dixit,Oremus.chorus cātat canticum offerentium,siue offertoriū,& populus offert: vt notetur,quod post impletionē mandatorū offerimus nos ipsos,sicut sub ti. de oblatione dicetur,ac si vnusquisq; offerēs dicat:Credo, & fidem quam in symbolo professus sum,opere cōpleo, & orationi sacerdotis consentio:vnde & sacerdos statim offert dona cōsecranda.Et † attēde,quod offertorij versus cum multa diligentia ab antiquis Patribus inuenti, hodie plerisq; locis omittūtur,tum breuitatis causa,vt ram ministri, quàm populus oblationibus, orationi, & sacramento altaris liberius vacent,tum etiā,quia sicut ait Aug.xij.d.omnia.ipsam Christianā religionem paucissimis, & manifestissimis celebrationum sacramentis misericordia Dei voluit esse liberā.Et secundū Hie.de cōs.dist.v.nos mediocriter. melior est quinq; psalmorū, cū cordis hilaritate decantatio,quā totius Psalterij cū anxietate modulatio: verborum etenim multitudine Deus flecti nō potest.Solū ergo in offertorio, quod dicitur in missa pro defunctis,versus ipsi hodie dicūtur,quia officiū illud non sequitur in multis normā alterius officij. † Porrò à patribus introductum est,vt offertoriū cantetur,quia(vt præmissum est)quando
2. Cor. 9 offerebant,in tubis clangebāt. hilarem namq; datorem diligit Deus.
xxiij.quæst.vj. §. ex his. Inductum est etiam ex eo,quod Salomon in
3. Reg. 8 dedicatione templi & altaris, innumerabilem multitudinem holocaustorum obtulit;cum magna solennitate:& à Mose cui descendenti
Exod. 35 de monte,& populū salutanti,& oranti occurrit populus, & munera obtulit.† Cantatur etiam offertorium,dum offertur,ad memoriam iucunditatem Israēlitici populi,offerentis denaria ad ædificium tabernaculi,vel potius ad designandū clamorem mulieris, de qua legitur in Apoca.xij.c. Mulier,id est,Ecclesia amicta sole, id est, Christo quē induit in baptismo,habēs lunā sub pedibus,id est,omnia mutabilia calcās,& in capite coronā duodecim stellarum,id est, duodecim Apostolorum, & habens in vtero supple ea quæ in sui initio gesta sunt,clamat parturiens,& cruciatur vt pariat.Clamorem ordo eius parturientis vel salubrem Domini cruciatum imitatūr offerenda, per suum grauem & grandisonum cantum: quæ pneumis distentia,& versibus fœcundata:quātumuis longa iubilatione,quod significat, non satis exprimere valet. Quis tamen offertorium cantare instituerit, ignoratur. Traxit † nomen offertorium à feria,quod
7 est oblatio, quæ in altari offertur, & à pontificibus consecratur,inde offertorium dicitur,quasi præfertum,oblatio vero,vocatur, quia offertur. Dicitur etiam offertoriū,quia dum offerenda cantatur,sacerdos accipit oblationes,vel hostias à ministris,de quibus sub ti. de o-
8 blatione dicetur.† Aduertendum autem est,quod licet sacerdos prœmittat Oremus non tamē immediate erat, imo thurificat,oblationes recipit,& alia agit,quasi ipso facto dicat:Nō cessat orare,qui nō cessat bene agere. Dū ergo offertoriū canitur,& incensum portatur,ita stante memoria dominicæ passionis,silentium obseruant, vsque dum alta voce dicit:Per omnia secula seculorum.Illud insinuans,quod Iesus post susciationem Lazari non palam ambulabat apud Iudæos, *Ioan.11* cum cogitarent eum interficere, sed abiit in ciuitatem, quæ dicitur Effren,& ibi morabatur cum Discipulis. Collegerunt enim Pontifices,& Pharisęi concilium,& vnus ex ipsis,Cayphas nomine,dixit:Expedit vt vnus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat. Et ab illo die cogitauerunt eum interficere,de hoc dicetur sub titul. de inclinatione sacerdotis.

SVMMARIVM.

1 *Manus lauat sacerdos denuò statim ab offertorio, & thurificatione, & qua de causa,& qua significatione.nu. 3.*
2 *Manuum lotio fit semper ad dextrum altaris cornu.*

De Manuum lotione. CAP. XXVIII.

1 PRiùs,quàm sacerdos offerat,manus iterum lauat,quamuis † priùs dum vestibus se ornaret,lauisset prout dictum est sub tit. de capitis coopertione.Et etiam post secundam thurificationem iterum lauat,vt sic magis ac magis mundatus offerat hostiam immaculatam, sanctam,Deōque placentem. Nam & Psalmist. cùm mundatus esset, perebat amplius emundari, dicens: Amplius laua me ab iniquitate
2 mea,& à peccato, &c. Lauat † autem semper ad dextrum cornu altaris,nam dextra prosperationem,sinistra aduersitatem significat:quia igitur pluries peccatur in prosperis, quàm in aduersis, iuxta illud Psal.Cadēs à latere tuo,scilicet sinistro,mille, & decem millia à dextris tuis. meritò magis lauandum est ad dextram quàm ad sinistrā.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sacerdos itaque † hostiã oblaturus lauat manus, ad significandum, q̃ lauare ac mundare debet conscientiam lachrymis pœnitentiæ, & cõpunctionis, iuxta illud: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Et ideò tunc dicit: Lauabo inter innocentes manus meas, id est, opera. Et Esa. Lauamini, & mundi estote. Nam & Christus priùs, quàm verum & vnicum sacrificium in ara Crucis offerret, in resuscitatione Lazari lachrymas miseratus effudit. Euang testante: Iesus, inquit, infremuit spiritu: turbauit semetipsum & lachrymatus est. Lauat etiam manus, ne reus sit corporis & sanguinis Domini, iuxta illud: Mundæ sunt manus meæ à sanguine huius, & vt mundæ sint à terreno pane, iam in populi oblatione recepto, vel à terreno desiderio.

Psal. 6
Psal. 25
Esaiæ 1
Ioan. 11

SVMMARIVM.

1 *Palam super altari disponit diaconus, sacerdote manus abluente.*
2 *Sacrificium altaris, ex quo confici debeat.*
3 *Corporale quid significet.*
4 *Corporale qualiter cõplicetur, & sternatur super altari, & quàm variè id ipsum significet.*
5 *Corporale quandiu maneat sub altari.*
6 *Sotheri Papæ edictum, ne mulieres contingant vasa sacra.*
7 *Palla altaris quid, & vnde dicatur.*

De Ballis, & Corporalibus.

CAP. XXIX.

INterim verò dum sacerdos manus abluit, diaconus † corporalẽ pallam, super altare disponit: in quo admouentur ministri & populus, vt sint ab omni carnali cupiditate mundi, sicut ipsa palla mundata est à naturali viriditate, & humore: munditia quoque corporalis significat munditiam populi fidelis. De hac palla in canone ita dicitur, de consec. dist. j. ex consulto. Ex consulto enim omnium constituimus, vt sacrificium altaris † non in serico panno, aut intincto quisquam celebrare præsumat: sed in puro linteo ab episcopo cõsecrato, terreno, scilicet lineo, id est, de terra procreato, atq; contexto, sicut corpus Domini nostri Iesu Christi in syndone linea, munda sepultũ fuit, & Christus veram carnem passibilem, & mortalem de terreno virginis corpore assumpsit: de lino igitur candido, non intincto ex institutione Sixti Papæ Eusebij, fit corporale. Significat † autem corporale passionis intentionem seu corpus Christi: quia sicut linum multo labore ac multis tonsionibus acquirit candorem, ita Christi caro multo cetamine ad resurrectionis gloriam peruenit. Significat etiam ecclesiam, per quam corpus Christi intelligitur: quæ multis passionibus, & pressuris ad candorem æternæ vitæ perducitur. Tertiò, significat ipsum

1

Matt. 27

ipsum Christum. Cùm enim sic complicetur, vt nec initium nec finis eius appareat, sic eius diuinitas initio caret, nec finem habebit. Et sicut oblata coniungitur corporali & ponitur in altari: sic Christi caro
4 iuncta diuinitati, affigitur Cruci. Et nota † quòd in quibusdam ecclesiis palla corporalis, quæ calici supponitur, in longum altaris extenditur, quæ quatuor in longum, & tres habet plicaturas in latũ. Siquidem in longum altaris extenditur: quia vt aiunt quidam, linteamen, quo Christi corpus inuolutũ fuit, per illam figuram extensum in lõgitudine sepulchri inuentum est. Quatuor eius plicaturæ in longum, quatuor designant cardinales virtutes, scilicet iustitiam, prudentiam, temperantiã, & fortitudinem: per quas innatæ nobis passiones reprimuntur. Tres verò plicaturæ in latum, tres theologicas virtutes, scilicet fidem, spem, & charitatem: per quas Deo vnimur, figurant. Potest quoque & aliud in his figurari. Duplex enim est palla, quæ dicitur corporale: vna, scilicet quam diaconus super altare extendit, altera quam super calicem plicatam imponit: significantes duo linteamina, quibus Ioseph corpus Christi inuoluit. Extensa, repræsentat syndonẽ qua corpus fuit in sepulchro inuolutũ, & inde corporale vocatur: plicata, super calicem posita, sudariũ quo caput eius fuit separatim inuolutum. Siquidẽ extensa quæ corporale vocatur, significat ndẽ, plicata, quæ sudarium vocatur, intellectum: hoc enim mysterium credi debet, sed comprehendi non valet, vt fides habeat meritũ cui humana ratio nõ præbet experimentũ. de pœni. dist. iiij. in domo. Secundò quoque, corporale sine syndone subsistẽs, significat Christi humilitatem in passione: sudarium verò laborem. Tertio, corporale significat linteum, quo Christus erat præcinctus: sudarium laborem in persecutionibus. Adhuc palla super calicem posita, aliquam scilicet superiorem eius partem non totum tegit: in quo datur intelligi, quod sudarium aliquam partem capitis Christi tegebat, & aliquã nõ, sicut mos est Iudęis facere: quædam tamen Ecclesiæ non habent, nisi vnũ corporale, pro eo quod in Euãgelio legitur, quòd Ioseph corpus Iesu inuoluit in syndone munda: non enim dixit in syndonibus, in plurali, &
5 hoc ad significandum sacramenti vnitatem: & significat syndonem qua Christi corpus fuit inuolutum. † Corporale autem ideò remanet super altare vsque post sumptionẽ corporis & sanguinis: & eleuationem calicis de altari, quia linteamen & sudarium in sepulchro vsque post Domini resurrectionẽ remãserunt. Prętereà corporale remanẽs
6 propter sui albedinẽ, ostendit mũditiam mentis, quam semper habere debet corpus Domini sumens. † Sother Papa xxij. dist. sacratas. statuit ne fœminæ sacratæ, vel moniales sacra vasa, putà calicẽ, vel patenã, vel sacras pallas, & corporale contingant. Ipsæ tamen huiusmodi ordinamenta altaris & ministrorum facere possunt, exemplo Mariæ quæ talia fecit, & texuit in vsum mysterij tabernaculi fœderis. Cõmuniter † tamen palla vocatur munda mappa super quam distendi-

Ioan. 20

ditur corporale. Et dicitur palla, eò quòd palliat vel abscondat in se mysterium supradictum. Debet altare duplici mappa operiri, ad duplicem stolam, mentis scilicet & corporis, designandam.

SVMMARIVM.

1 *Manibus Episcopi aut sacerdotis lotis minister quid agere debeat, item subinde Episcopi munus. nu. 2.*
3 *Episcopus accedit ad altare sine mitra, & baculo.*
4 *Offertorium, triplex, & ex quo illud fieri debeat.*
5 *Offerendi antiquus mos.*
6 *Panes sacerdotales, item, propositionis. nu. 7.*
8 *Hostia rotunda cur fiat.*
9 *Oblationum duo genera, donum quippè, & sacrificium.*
10 *Sacrificium quid.*
11 *Libare quid.*
12 *Hostia quid.*
13 *Holocaustum quid.*
14 *Ministrorum officia circa oblationem sacerdotis. & nu. 26.*
15 *Panis & vini oblatio, quid signet, cùm & vnum solũ sacrificium sint.*
17 *Diaconus patenam cum hostia offert sacerdoti, & qua significatione.*
18 *Aquam cum vino miscere in calice inferiori Episcopi non licet: & quid commistio designet, & id ex cuius institutione, & quorsum. nume. ro 19.*
20 *Sacerdos missurus aquam in vinum, cur pauxillum in terram fundat.*
21 *Aqua benedicitur, vinum minùs, & quid ita.*
22 *Manus osculum quid significet.*
23 *Hostia ferè ponitur inter sacerdotem & calicem.*
24 *Ampulla quid, & vnde dicatur.*
25 *Calicis ferendi mos, variè, & cur maximè laua. nu. 26.*
27 *Cantoris primi officium, item secundi. nu. 28.*
29 *Patenæ absconsio seu velatio, quid significet. & nu. 30.*
31 *Subdiaconus qualiter teneat patenam.*
32 *Offerre debet populus, & vnde offerendi mos. & nu. 34. & quæ significatio oblatorum.*
33 *Sacrificium legalium diuersa genera.*
35 *Offerens manum sacerdotis osculatur.*
36 *Clerici & monachi, an & quando offerant.*
37 *Oblationes qui recipiant.*
38 *Pontifex Romanus quas oblationes tangat.*
39 *Oblatio pro defunctis, cuiusmodi sit.*
40 *Moses iubet finem imponi oblationibus.*

De Oblatione Sacerdotis, & de Officio ministrorum circa illam, & de Patena, & de Oblationibus populi, & Clericorum. CAP. XXX.

1 LOtis† igitur manibus, diaconus vel sacerdos, minister extẽsis manibus mediante munda tobalia, accipit manus episcopi: quasi iuuans illum de faldistorio ad surgendum: quod quidem fit non ad adiuuandum, sed potiùs ad prouocandum illum, id est, Christum, quem significat, quòd surgat, & pro populo oret, iuxta illud: Exurge Domine adiuua nos. Et iterum: Exurge, qui dormis. & sic mediãte mũda tobalia, ad notandum quòd med ãte munditia manuum, id est operum nostrorum, excitatur Dominus ad adiuuandum omnes nos apud Patrem. Si autem hoc ad ipsum pontificem Christi vicarium referatur, tunc dicendum est, quòd ipse prouocatus adiuuatur per munditiam manuum eorum, pro quibus orat: vt eius oratio efficax habeatur. Rursus Christus omnia bona opera ecclesiæ principaliter operatur, sicut legitur in Esa. Omnia bona opera nostra operatus es in nobis Domine: cuius locum gerit episcopus. Minister verò tãquam eius famulus, eius coadiutor typum cooperantis ecclesiæ gerit, quæ in suis operibus Christi operantis ministra est, & adiutrix, sicut dicit Apostolus: Coadiutores enim Dei sumus. qui tobaliam, id est, deuotam reuerentiam adhibet, quoniam secundum Apostolũ, non sumus sufficientes aliquid cogitare à nobis, quasi ex nobis, sed sufficiẽtia nostra ex Deo. Deinde
2 episcopus† vel sacerdos ingreditur sanctuarium, perueniens ad altare consecratum, id est Christus, qui cœnaculum grande stratũ est ingressus, cum Discipulis cœnaturus, & eis corpus suum traditurus: vbi mysticam oblationem accepit à ministris, insinuans illud, quod Ioannes Euangelista describit: Iesus (inquit) ante sex dies paschæ venit in Bethaniam, vbi Lazarus mortuus fuerat, quem suscitauit Iesus: & fecerũt
3 ei cœnam in qua Martha ministrabat. Procedit autem ad† altare absque mitra & baculo, & cum vestibus sacris, prout in suis locis dictum est. Considera ergo ordinem: nam euangelium præcedit, fides in symbolo sequitur, deinde munera offerũtur: necesse est enim primum audire: quomodo, inquit Apostolus, credent sine prædicãte? Deinde, quis nisi rectè crediderit, munus Deo acceptabile offerre non poterit, quia sine fide impossibile est Deo placere. Hic ergo de triplici oblationis
4 genere dicendum est, videlicet de oblatione sacerdotis, ministrorum, & populi. Sacerdos itaque primò offert seipsum. †Offerenda etiam sunt quæ sunt Dei Deo, id est, animæ habentes similitudinem Dei impressam. Deinde, quæ sunt sactificio necessaria, scilicet panem, vinum,
5 & aquam, & alia sacrificio apta. Et† nota, quòd in veteri Testamento ponebãtur super mensam tabernaculi. xij. panes azymi & simila, mũdi

Luce 22
Ioan. 12
Rom. 10
Hebr. 11
Psal. 42
Epheſ. 5
Eſa. 26
2. Cor. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Valdè, & ponebantur ſeni altrinſecus, & ſingulis ſupponebatur patena aurea, & ſuper patenam pugillus thuris. Panes † autem iſti dicti ſunt ſacerdotales, quia ſoli ſacerdotes eos de altari ſublatos comedebant: vel ſecundum Ioſephum, quia Dominus præceperat, quod ſoli ſacerdotes, illos formarent, coquerent, & ponerent in menſa, & tollerent, ipſi tamen hoc non obſeruauerũt. Et ex his conuincitur quod ſacerdotes debeant hoſtias facere per ſeipſos. † Dicebantur enim panes propoſitionis, quia poſiti erant ſuper menſam propoſitionis corã Do-
Exod.26 mino, in memoriam ſempiternam duodecim tribuum filiorum Iſrael: vel porrò poſiti, id eſt, longo tempore poſiti. ſcilicet per totam hebdomadam. Nam in diluculo ſabbati recentes, & calidi imponebantur menſæ, & erant ibi immoti vſque ad ſequens ſabbatum: & tunc ſubtrahebantur, vel erant ibi in æternum, per ſucceſſionem ponendi in menſa. Hoſtia autem formatur † rotunda: quia Domini eſt terra, & plenitudo eius orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo. viij. diſtinctio. quo iure. & ipſa ſui forma ſignificat illum, qui principio caret, & fine: quamuis ipſe ſit α & ω principium principians, atque finis.
Apoc.j.c. Rurſus cùm figura rotunda formetur à puncto ad punctum,
Pſal. 88 per hoc innuitur, quòd ab ipſo ſunt omnia, & ad ipſum omnia reportantur: vnde Pſal. Veritas tua in circuitu tuo. De hac figura dictum eſt in proœmio ſecundæ partis: de hoc etiam dicetur in ſexta parte, ſa canonis ſuper verbo: Accepit panem. † Cæterùm duo ſunt, quæ offeruntur: donum videlicet & ſacrificium. Donum dicitur, quicquid auro vel argento, vel qualibet alia ſpecie offertur. Aliud tamen eſt donum, & aliud munus, prout dicetur ſub prima particula canonis ſuper verbo, hæc dona. † Sacrificium, eſt victima & quæcumque in ara cremantur, ſeu ponũtur quaſi ſacrum factum, vel ſignum, quia prece myſtica conſecratur pro nobis in memoriam dominicæ paſſionis. Quidam autem peruerſi hæretici nobis ad præſumptionem magnã reputant, quia ſacrificamus & conſecrationem hoſtiæ ſacrificium appellamus: cùm Scriptura ex perſona Domini dicat: Nolo ſacrificiũ. & Eſa.
Eſaiæ 1 Ne offerat vltrà ſacrificium fruſtrà. Et in euangelio: Miſericordiam
Matt. 3 volo, & non ſacrificium. Dauid: Si voluiſſes ſacrificium, &c. De hac &
Pſalm.50 quid ſit ſacramentum, dictum eſt in prima parte ſub tit. de eccleſiaſticis ſacramentis. Omne autem, quod Deo datur, aut dedicatur, aut conſecratur. Quod dedicatur, dicendo datur: vnde & appellatur. Errant igitur, qui cõſecrationem, dedicationem ſignificare putant. Immolatio ab Antiquis dicta eſt, eò quòd in mola altari ſuperpoſita victima redderetur, mactari enim poſt immolationem eſt: nunc autem immolatio pani & calici conuenit, libatio † verò tantùm calicis oblatio eſt. iuxta illud: Et libauit de ſanguine vuæ. & illud Poëticũ: Nunc pateras libate Ioui. Libant enim propriè eſt effundere. & Antiquitùs quod in liquida materia offerebatur, vt vinum & oleum, libamen dicebatur, quod

tur, quod verò in ſicca, vt ſimila, panis, & thus, oblatio nominabatur.
12 Hoſtiæ † apud Veteres dicebantur ſacrificia, quæ fiebant priùs, quàm contra hoſtes pergerent: victima verò ſacrificia, quæ poſt victoriã deuictis hoſtibus immolabant, de quo ſub vj. particula canonis dicetur ſuper verbo: Qui pridie. & erant victimæ maiora ſacrificia, quàm hoſtiæ: vel Victima dicebatur, quia vincta ducebatur ad aras. † Holocauſtum illud eſt, vbi totum, quod offerebatur, putà agnus vel vitulus,
3 in altari igne conſumitur: ὅλον, enim Græcè, dicitur totum: καυσὶν incenſio. Cæremoniæ apud Latinos, dicuntur ſacra omnia: quæ apud Græcos ἱερὰ vocantur: propriè tamen cæremoniæ, à carẽdo dicuntur, eò quòd his, quæ in ſacris offeruntur, in ſuo vſu careant homines. Alij appellant cæremonias obſeruãtias Iudæorum in abſtinentia quarundam eſcarum ſecundùm veterem legem, à carendo: quia carent rebus, quibus abſtinent. Panis autem & calicis ſacramentum euchariſtia di-
14 citur, prout dicetur ſub dicto verbo: Qui pridie. Porrò circa oblationem † ſacerdotis miniſtri ſui officia exequuntur: diaconus enim corporale ſuper altare explicat, & diſponit: in quo oſtenditur, quòd euangelium Chriſtus ſeu corpus Chriſti, imò totam ipſius humanitatem plenè deſcribit. Corporale enim hoc corpus Chriſti ſignificat, prout in præcedenti tit. dictum eſt. Deinde ſubdiaconus in primis calicem præparet, panem & vinum in illo diſponens, à ſacerdote poſtmodum conſecranda: quia nimirùm lex, quæ per ſubdiaconum hìc congruè deſignatur. huiuſmodi oblationis myſterium præſignauit, di- *Gen.14*
cens, quòd Melchiſedech ſacerdos obtulit Abrahæ panem, ſcilicet de frumento, & vinum de racemis à Chriſto poſtmodum exhibenda, &
15 in veritate conſecranda: ſicut in Geneſi habetur, & dicetur ſub ſexta particula canonis, ſuper verbo: Acceperit panem: Oblatio † panis & vini ſignificat pia deſideria fideliũ, ſeu pro immolatione ſed pro hoſtia viua. Rurſus in pane corpus Chriſti, & in vino, ſanguis eius, in aqua populus repræſentatur. Et dicitur panis, à πᾶν quod eſt totum, quoniã hic & in futuro eſt tota vita noſtra: vinum dicitur à vite, cui Dominus in euãgelio ſe cõparat. Aqua verò ab æqualitate dicitur, quia per hoc ſacramentũ angelis æquari debemus. Licet autem duæ ſint ſpecies nõ *Matt.20*
tamen ſunt duo ſacrificia: vnitas enim verbi, vnitatem efficit ſacrificij, hoc eſt enim illud pallium, quod Noë filij contexerunt: quo Chriſti ani
16 Chriſti ebrietatem, id eſt, paſſionẽ ſub ſacrificio tegunt. Deinde † ſubdiaconus ferens in manu ſiniſtra calicem & deſuper corporale & illum diacono offerẽs, ſignificat quòd Dominus ſubdiaconus fuit, quãdo librum aperuit: & diaconus, quando dixit: Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare. Diaconus verò patenam cum hoſtia de manu ſubdiaconi recipit inter pollices & indices vtriuſque manus, interpoſito tamẽ manipulo inter ipſos pollices, & patenã. Nempè manus ſubdiaconi, opera ſunt legis, patena, latitudo cordis, manipulus, opera euangelij, pollex, vigor virtutis, index, diſcretio. Fiunt igitur hæc ad ſignificandum

quòd

quòd opera legis,& latitudo cordis,ac opera charitatis,non sufficiunt ad salutem, nisi operibus euangelicis, quoniam diaconus annuntiator est:cum vigore virtutis, & discretione mentis adhibitis adiuuetur atque perficiantur.Supponuntur autem indices pollicibus,ad notandum,quòd virtutis vigor, exercendus non est,absque discretione, quæ cunctarum est mater, & fundamentum virtutum, extrà de officu.cap.j.Subsequenter † diaconus ipse patenam cum hostia, ex institutione concilij Anthiritani.l. distin.presbyteros. xxv. dist. perlectis, pontifici repræsentat, ad notandum quòd per euangelicam traditionem,quam diaconus figurat, ad altare, id est, ad solennem ritum peruenit Ecclesia: quia lex, quæ per subdiaconum signatur, hoc nostræ salutis sacrificium solummodò præfigurauit, vt præmissum est, & pontifex, seu sacerdos, hostiam collocat super altare, calicem verò cum vino, ipse diaconus retinet, & collocat in altari. Circa quod notandum est, quòd hostia significat corpus Christi, non sanguinem sacerdos Christum: solus ergo sacerdos absque cuiusque adiutorio illam offert,dicens:Suscipe sanctæ Pater,&c. quia Christus seipsum in ara crucis obtulit Deo Patri.& illam in altari super corporale,quasi supra syndonem mundam disponit,innuens quòd ipsemet Christus hoc
Luc.22 sacramentum instituit & Ecclesiæ tradidit obseruandum,dicens.Hoc est corpus meum,&c.hoc facite in meam commemorationem.&c.Disponit autem & collocat hostiam cum signo crucis, quia sicut Christi oblatio in cruce facta fuit, sic & oblatio sacerdotis, qui in illius memoriam fit, cum signo crucis fieri debet. Collocat etiam illum directè super crucem,in consecratione altaris cum chrismate factam:quia & Christus carnem suam cruci affixit. Verùm vinum in calice, sanguinem Christi designat, & ideò solus diaconus, absque sacerdote, qui Christum designat,calicem tenet, ad notandum, quòd in Christi immolatione sanguis fuit à corpore separatus:non tamen solus, sed vnà cum sacerdote illum offert, & super pallam corporale collocat, seu potiùs sacerdos illo mediante:quod ex eo patet, quia non dicit Offero in singulari,sicut dicitur in hostiæ oblatione: sed dicit: Offerimus tibi Domine,&c. Ex quo etiam clarè conuincitur, quòd ambo patres debent ipsa verba proferre. Diaconus ergo calicem vnà cum sacerdote offert: quia non solùm Christus seipsum Deo Patri obtulit, verum etiam per euangelium suum, cuius diaconus est figura, & baiulus, hoc sacrificij ritum instituit, & Ecclesiæ commendauit, quam institutionem,& commendationem ipse diaconus tãquàm prædicator euangelij enuntiare & manifestare debet ex suo officio, ab ista militante Ecclesia obseruandam. Ideóque participari debet sacerdoti in calice offerendo,non tamen in consecrando,quia illud solius est officium sacerdotis. Solus † tamen episcopus vel sacerdos aquam vino cõmiscet in calice,quod nulli inferiori facere licet,quoniam solus Christus populos sanguine suo redemit. Prætereà admistio, huius vnionè populi cum

cum Christo designat, vt sequitur, quæ fieri non potest, nisi per gratiam Christi, cuius typum gerunt pontifex & sacerdos. Commiscetur autem aqua vino in calice, ex institutione Alexandri Papæ j. Primò
19 † ad notandum, quòd nunquam salus populi esse potuit sine sanguinis effusione, nec etiam sanguinis effusio sine populi salute: quia Christus populum sibi reconciliauit in morte. Scriptum est enim, quòd aquæ multæ, sunt populi multi. Christus autem sanguinem suum fudit pro populo, sicut ipse testatur: Hic est sanguis meus noui Testamenti, Luc.22
qui pro multis effundetur, in remissionem peccatorum. Secundò, ad notandum,quòd de latere Christi simul exiuit & sanguis & aqua,quatenùs nec Christus sit sine populo, nec populus sine Christo. Cùm ergo aqua vino miscetur, tunc Christo populus adunatur. de consecrat. dist. ij. cùm omne: prope finem. Hoc quoque mysterium lex Mosaica præsignauit,sicut Apostolus exponit,dicens:Bibebant de spirituali con- 1. Cor. 9
sequenti eos petra: petra autem erat Christus.de consecrat.distinct.ij. reuera.Quapropter sacerdos in calice aquam fundit,vt sicut aqua non separatur à vino, sic populus nunquam separatur à Christo. Tertiò, commiscetur,vt diuinitas & humanitas in vna persona coniunctæ esse intelligantur.de consecrat.distinct.ij. cap. iij. iiij. & v. Nam per vinum diuinitas, per aquam humanitas, intelligitur: qui ergo in altaris officio aquam sine vino vel econuersò, ei ministrat, quantum in se est diuinitatem ab humanitate separat: de hoc dicetur in particula canonis,
20 super verbo: Hoc est corpus meum: & super verbo: Hic est calix. Sanè sacerdos † minister, missurus vinum & aquam in calicem,priùs effundit modicum in terram, non solùm vt meatus siue locus vasis, per quem fluere debet,mundetur, & si quid est in superficie vini,vel aquæ emittatur: verum etiam ad ostendendum, quòd sanguis & aqua de latere Christi vsque in terram fluxerunt: ad quod mysterium se præpa-
21 rat peragendum. † Considerandum etiam est, quia aqua benedicitur, quando vino admiscetur; vinum verò non, & hoc ideò, vt dicunt quidam primò, quia vinum suam benedictionem expectat: sed hæc ratio non videtur sufficiens, imò quia tunc totum vinum est: quoniam in benedictione vini sub nomine Calicis, tam vinum quam aqua simul benedicuntur. Vnde potest secundo modo dici,quòd vinum in hoc loco Christum significat, qui nulla eget benedictione, aqua populum, qui in hac vita nequit esse sine peccato,propter quòd indiget benedictione Dei, vt reddatur dignus ad præmissam vnionem cum Christo. Ad hoc igitur significandum, aqua benedicitur, quando vino admiscetur. Tertiò etiam vinum nõ benedicitur: quia subdiaconus qui non benedicit, debet illud ex officio suo in calicem mittere, vt præmissum est. Quartò, quia populus per aquam significantur, vnitur Christo solum per benedictionem gratiæ ipsius Christi, quem sacerdos benedicens figurat. Est autem plus de vino,quam de aqua ponẽdum, arbitrio sacerdotis: ita tamen quòd aqua à vino absorbeatur, & vini saporem

retineat:

retineat: extrà de celebr.miſſ. perniciosus, & hoc in ſignum, quòd Ecclesia debet incorporari Chriſto: non Chriſtus Eccleſiæ: vnde Auguſt. Non tu mutabis me in te, ſicut cibum carnis tuæ, ſed mutaberis in me: de hoc etiam dicetur ſuper dicto verbo: Hic eſt calix. & in vj. parte ſub. v. feria cœnæ Domini prope fin. Prædictus etiam Alexander Papa ſtatuit oblationem ex azymo & in modica fieri quantitate dicens: Hæc oblatio quantò rarior, tanto pretioſior. Non eſt etiam † omittendum, quòd in miſſis priuatis miniſtrans ſacerdoti ampulam cum vino, manum eius non oſculatur, ſed miniſtrans ampulam cum aqua ſic: quoniam vinum Chriſtum, aqua genus humanum, oſculum verò pacem inter Deum & hominem ſignificat reformatam. Regulariter tamen cùm celebranti aliquid porrigitur, vel ab eo recipitur, manus oſculum interponitur, ad deſignandum quòd omne ſeruitium, omniſque reuerentia Deo exhibita, cuius vices celebrans gerit, procedere debet ex feruore charitatis, & amoris, qui per manus oſculum deſignatur: de hoc etiam ſub euangelio dictum eſt, & ſub titul. de pacis oſculo dicetur. Calix autem ponitur Romæ ad dextrum latus oblatæ: & bene, quaſi ſanguinem ſuſcepturus, qui de latere Chriſti noſcitur profluxiſſe, & ad ſignandum ſanguinem & aquam de dextro Chriſti latere emanaſſe. Prætereà niſi à latere ſtet recta pars crucis, quæ ſit communiter ſuper hoſtiam & calicem, non producitur ſolummodò ſuper hoſtiam, quod tamen fieri debet. Crux enim ipſa inchoari debet ſuper hoſtiam, & perfici ſuper calicem, prout ex diuerſis locis, & verbis ipſius canonis colligitur euidenter: de hoc dicetur in viij. particula canonis, ſuper verbo: Hoſtiam ſanctam. Communiter † tamen ponitur hoſtia inter ſacerdotem & calicem. Primò ad notandum, quòd Chriſtus eſt mediator Dei & hominum. x. diſtinct. quanèo: & ſecundùm ſacerdos Deum Patrem, hoſtia, Chriſtum, aqua autem populum ſignificat: quia non niſi Chriſto mediante ad reformacionis gaudium poſſumus peruenire. Secundò, propinquior eſt ſacerdoti hoſtia, quàm calix, quia prius à Chriſto conſecrata legitur, quàm ſanguis: & Apoſtolis priùs data: ſed hæc ratio facit potiùs quo dictis Romanis, qui cruces incipiunt ſuper hoſtiam, & deinde eas ſuper calicem producunt. Porrò, cum ſacerdos accipit patenam, cum hoſtia, vrceolum cum aqua, calicem cum vino, thuribulum cum incenſo, efficit ſuper ea crucis ſignaculum, vt per crucis virtutem omnis exnarus diabolicæ malignitatis effugiat: ne contra ſacerdotem vel ſacrificium aliquo modo præualeat, Et nota, † quòd ampullis, in quibus vinum & aqua continentur pro ſacrificio, ſpiritualiter conſiderandum eſt, quòd in parua ſubſtantia incomprehenſibilia continentur futura ſacramenta. Dicitur autem ampulla, quaſi ampla bulla, ſignificans humanum, quod amplum deber eſſe latitudine charitatis. Rurſus ampullæ, id eſt, vaſa ad offerendum vinum, ſunt prædicatores mordaciter increpantes: vel quiliber Spiritus ſancti gratia inebriati: & alios inebriantes.

inebriantes. Hydriæ verò, id eſt, aquatica vaſa, ſunt doctores aqua
25 ſapientię ſalutaris potati, & vitalibus aquis repleti. Rurſus adhuc præmiſſa alio ordine proſequamur. In † quibuſdam Eccleſiis ſubdiaconus portat calicem in ſiniſtra, patenam in dextra, & deſuper corporale, vnus cantor oblatam cum fanone, & vinum cum ampulla: alter verò præbet aquam vino miſcendam: vltimò diaconus fundens aquam in calice, offert preſbytero ſeu epiſcopo. Nempè ſubdiaconus, eſt Chriſtus, calix, paſſio, patena, crux, ſiniſtra, præſens vita, dextra, futura, corporale Eccleſia, vnus cantor, Iudaicum populum figurat: alter, Gentilem, ampulla, deuotionem, oblata, corpus, vinum, ſanguinem,
26 aqua, Eccleſiam, archidiaconus, Chriſtum, preſbyter ſeu epiſcopus, Deum Patrem. Subdiaconus ergo calicem † portat in ſiniſtra, quia Chriſtus de Torrente bibit in via, id eſt, paſſionem ſuſtinuit in præſenti vita, patenam in dextra: quia per crucem peruenit ad gloriam, propter hoc enim exaltauit illum Deus: deſuper corporale, quia eius paſſionem Eccleſia non deſinit imitari. Corporale enim candidatur, & Eccleſia per multas tribulationes Chriſto conformatur. Subdiaconus etiam
27 noſter, ſcilicet Chriſtus patenam cum calice portauit, quando crucem in paſſione baiulauit. † Primus cantor offert oblatam cum fanone, & vinum cum ampulla: quia primitiua Eccleſia de Iudæis ſuſcepit fidem paſſionis in deuotione mentis. Oblatam ergo non nudis manibus, ſed cum fanone candido, id eſt, cum manipula alba, & munda offert,
28 ad notandum, quòd Chriſti corpus ab his tantùm dignè ſuſcipitur: qui carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis crucifigunt. † Alius autem cantor offert aquam, quam diaconus miſcet vino, & offert preſbytero ſeu epiſcopo: hæc eſt Gentilitas, quæ ſuam obtulit multitudinem, quam Chriſtus in paſſione obtulit Deo Patri. Poteſt enim non incompetenter dici, quòd altare menſam Domini, in qua cum Diſcipulis conuiuabatur, ara, crucem, calix, ſepulchrum vel paſſionem Chriſti, de quo in prima parte ſub titul. de picturis dictum eſt: & patena, quæ à patendo dicitur, cor latum & amplum ſignificat. Super hanc patenam, id eſt, ſuper latitudinem charitatis, ſacrificium iuſtitiæ debet offerri, vt holocauſtum animæ pingue fiat. Hanc cordis latitudinem habebant Apoſtoli, cùm Petrus dicebat: Et ſi oportuerit me mori tecum non te negabo. Similiter & omnes Apoſtoli Chriſto dixerunt.
29 Sed latitudo cordis ab eis aufugit, & latuit, cum omnes magiſtro relicto, fugerunt & latuerunt. Ad † quod ſignificandum poſt ſuſceptam inde oblatam ſacerdos abſcondit, ſub corporali patenam: vel ſaltem eam ab altari remotam ſubdiaconus retrò continet inuolutam. Per hoc ergo diſcipulorum fuga, vel latibulum, vel infidelitatis excæcatio deſignatur, qui dum verum ſacrificium offerretur, Chriſto relicto fugerunt, & latuerunt, ſicut eis ipſe prædixerat: Omnes (inquit) vos ſcandalum patiemini in me in hac nocte. Scriptum eſt enim. Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis: poſtquàm autem ſurrexero, præcedam

Pſal. 109

Philip. 2

Pſal. 19

Matt. 26

Matt. 26

præcedam vos in Galilæam. Aliquanta particula patenæ non abscon-
ditur, vt ostendatur, quòd beata Virgo & beatus Ioannes euangelistæ
non fugerunt, nec latuerunt: de hoc dicetur sub tit. de sanctis. Et ideò
sacerdos dicturus: Pax Domini: quasi dominicæ resurrectionis annun-
tiaturus eulogium, resumit patenam, quia cùm esset serò die illa vna
Ioan. 2 sabbatorum, & fores essent clausæ, vbi erant Discipuli congregati
propter metum Iudæorum, venit Iesus, & stans in medio, dixit eis:
Pax vobis: resumens oues, quæ trepidantes aufugerant. † Rursùs pa-
tena quæ propter sui formam, diuinitatem quæ initio caret, & finem si-
gnificat, vsque ad dominicam orationem, absconsa tenetur, ad de-
signandum, quòd diuinitas nobis absconsa & velata est in hoc mundo:
sed quando in oratione dominica dicitur: Panem nostrum: manifes-
tatur ad ostendendum, quòd quando ad panem nostrum, qui in cœ-
lis est, peruenimus, tunc diuinitas quæ in hoc mundo absconsa & re-
Ioan. 3 lata est, manifestabit se nobis, & videbimus ipsum sicuti est. De hoc
dicetur sub titul. de resumptione patenæ. In quibusdam tamen locis
patena discooperta tenetur, ad designandum, quòd sacerdos ora pro
Philip. 3 æternis, quæ per Christi prædicationem nobis reuelantur. Per pate-
nam enim, quæ rotunda est, æternitas, quæ principio caret & fine,
congruè designatur. Sanè subdiaconus † tenet patenam parte poste-
riori eleuata, quasi diceret: Imitamini me, qui posteriorum oblui-
ad anteriora me extendo: innuens etiam, quòd referre debemus cot-
nia opera nostra ad Christum, & ad coronam æternam. Patena quo-
que seorsum, à calice reuoluta, scilicet pars supetior subtus posita, si-
gnificat lapidem à sepulchro commotum & reuolutum. Et notandum
diaconus tradit patenam subdiacono tenendam, innuens, quòd Chri-
stus contulit discipulis suis potestatem prædicandi regnum Dei. Circa
hoc etiam videbitur sub titul. de resumptione patenæ. Circa † obla-
tionem populi, notandum est, quòd populus offerre debet, iuxta illud
Exod. 23 Exod. Non apparebis in conspectu Dei tui vacuus: de consecratio. di-
stinct. j. omnis. Per oblata quoque munera possumus commemorare
3. Reg. 8 copiosam victimam, quæ oblata est à populo, cùm rex Salomon tem-
plum & altare Domino sacraret. Exemplo enim illius plebs fidelis ob-
fert se & dona Deo: sed in veteri Testamento conueniebat populo
in Hierusalem quibusdam magnis solennitatibus: scilicet Paschæ, Pen-
tecostes, & in festo Scenophegiarum, vt orarent in templo, & non
tenebantur offerre. Et nota, quòd in veteri Testamento, populus ob-
ferebat sacrificium legale, & voluntarium pro peccato: pro gratia-
rum actione dona, vota, & holocausta. † Sacrificium legale sunt deci-
mæ & primitiæ, & ea quæ lex iussit offerri. Deut. xij. cap. Voluntarium
est, quod sponte pro peccato & pro legis transgressione offerebatur.
Dona sunt, quæ in templi ornatum offerebantur. Vota, quæ pro reti-
culis infirmitatis vel belli. De holocausto præmissum est: vnde dicitur
in Paralipom. quòd obtulerunt principes pro votis, pro spontaneis, pro

34 peccato, pro regno, pro sanctuario, pro Iuda. Ritus † igitur Synagogæ
transiuit in religionem Ecclesiæ, & sacrificia carnalis populi, mutata
sunt in obseruantiam populi spiritualis. Nam sicut populus ille Mosi
descendenti de monte diuersa dona ad faciendum tabernaculum of-
ferebantur, sic episcopo de pulpito venienti, Christiani deuotas effe-
runt oblationes. Alius offert aurum, imitatus Magos, qui aurum Do- *Matth. 2*
mino obtulerunt. Alius argentum, secutus illos, qui pecuniam in ga-
zophylatio posuerunt. Alius verò aliquid de sua substantia, vt asso-
cietur illis qui per Paulum & Barnabam necessaria pauperibus trás-
miserunt. Nec est curandum, quæ quantitas, vel species offeratur, sed
potiùs mens attenditur offerentis: vnde Prou. iij. Honora Dominum
Deum tuum, de tua substantia: & Tob. iiij. Ex tua substantia fac elee-
mosynam. & Magi obtulerunt Christo nato aurum, thus & myrrham. *Psal. 86*
Matth. ij. iuxta illud Psalm. Tibi offerent reges munera. Nec secun-
dum Greg. offerens à muneribus, sed munera ab offerente placent.
Offerunt quoque legale sacrificium in decimis & primitiis: voluntá-
rium in spontaneis oblationibus pro peccato, dum pœnitentias redi-
munt, pro gratiarum actione, dum pro collatis à Deo aliqua gratia
quicquam offerunt: dona, dum in ædificio Ecclesiarum, vel vtensilia,
vel aliquid offerunt. Vota, dum quod in particulari vouerunt, exol-
uunt. Holocaustum offerunt, qui seculum derelinquunt, & sua pau-
35 peribus distribuunt. Offerens † autem manum sacerdotis osculatur,
per quod fides cum opere designatur, de quo etiam præmissum est.
Offerens verò panem & vinum, significat Discipulos qui præueniunt
36 parare necessaria ad pascha. Verum † clerici & monachi etiam admi-
nistrationes habentes, non offerunt, nisi in officio mortuorum, & in
noua celebratione sacerdotis, & in quibusdam præcipuis solennitati-
bus. de consecrat. distinct. j. alia. cùm enim ipsi de oblationibus vi-
uant, & ipsi ac sua Deo oblati sint, non tenentur offerre. Viri ante mu-
lieres offerunt. Ipsi enim fortes in Christo designant, scilicet marty-
res, qui in primitiua Ecclesia plures contumelias passi, Christo victi-
nam obtulerunt, dum occubuerunt. Deinde mulieres, quæ fragilio-
res designant, scilicet confessores, qui tempore pacis Domino laudis
hostias obtulerunt. Præterea, vir caput est mulieris, & ideò à capite
37 ratio est reddenda. ff. de edendo. argentarius † Subdiaconi autem vel
acolythi recipiunt oblationes, quæ ad manum episcopi deferuntur,
ad notandum quòd ipse non sua sed aliena manu debet temporalia
38 ministrare. † Sanè Romanus pontifex nullam oblationem manibus
tangit, nisi illam, quæ pro defunctis offertur, quam ideò manibus ac-
cipit, vt figillet errorem dogmatizantium, eleemosynas non prodesse
defunctis: & nisi oblationem panis, quam tangit, tum propter reue-
rentiam sacrificij, quod ex pane conficitur, tum quia est vicarius eius,
qui de se dicit: Ioan. vj. Ego sum panis viuus. Cæteras verò oblatio-
nes ad pedes accipit, propter illud quod est in Actibus Apostolorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

habetur: quoniam offerebant pretia eorum, quæ vendebantur, & ponebant ante pedes Apostolorum. Actuum iiij. Et quia omnia sua sunt, prout sub euangelio tactum est. Et sacerdos oblationes manu tangit, repræsentans illud Leuit. j. & iiij. Ponetque manus super caput hostiæ, & acceptabilis erit atque in expiationem proficiens. Et † mota quòd pro defunctis offertur panis & vinum, iuxta illud Tobiæ iij. Panem tuum & vinum tuum super sepulturam iusti constitue, id est, distribuere. Et pecunia siue argentum, exemplo Iudæ Machabæi, qui misit offerri xij. millia dragmas argenti pro peccatis mortuorum. ij. Machab. xij. Et pretia eorum ponebantur ante pedes Apostolorum, vt præmissum est. Et lumen, ad illuminandum illos, qui in tenebris purgatorij sedent: quasi offerens, ipso facto dicat: Lux æterna luceat eis Domine, &c. Sanè † Moses, videns quòd populus multa obtulerat, iussit præconis voce cantari, ne quis vltrà offerret. Exod. xxxv. & xxxvj. cap. Nullus tamen sacerdotum nostri temporis talia facere visus est. In nonnullis locis parochiani in die natalis Domini offerunt sacerdotibus panes, quos Calendarios vocant: propter illud quod legitur Leuitic. xxij. Offeretis panes duos sacerdoti, qui cedunt in vsum eius. Et vocabitis hunc diem celeberrimum atque sanctissimum, &c. Susceptis itaque à populo oblationibus & choro offertorium cantatur, episcopus vel sacerdos ad altare reuertitur: quoniam Christus susceptis fidelium votis cantantibus turbis: Osanna in excelsis, in proximo immolandus intrauit in templum.

Matt. 21

SVMMARIVM.

1 *Thurificatio altaris, susceptæ oblationi mystica quid innuat. & nu. 3. & qualiter, & quando fieri debet.*
2 *Maria ter vnxit corpus Christi.*
4 *Rhotomagense concilium, quid statuerit de thurificatione.*

De secunda Thurificatione.

CAP. XXXI.

OBlatione mystica de qua præmissum est, susceptæ, statim † adeotur incensum: per quod illud innuitur, quòd statim subscribitur à Ioanne in euangelio, de quo præmissum est prope principium præcedentis tit. Maria ergo, scilicet Magdalena accepit libram vnguenti nardi pistici, pretiosi, & vnxit pedes Iesu, & impleta est domus ex odore vnguenti. Et sacerdos in modum crucis superducit & circunducit incensum super sacrificium, & altare, vt & crucis signaculo & thuris incenso diabolicę fraudis malignitas extricetur, & effugiat. Quod verò tertiò superducit & circunducit incensum, designat quòd Maria ter † exhibuit & adhibuit vnguentum circa corpus Iesu. Primò enim vnxit pedes illius in domo Simonis pharisæi. Secundò, cùm in domo Simonis leprosi super caput eius vnguentum effudit. Tertiò, cùm

Luc. 7
Ioan. 2

cum emit aromata vt veniens vngeret Iesum iam positum in monumento, voluntas enim reputatur pro facto. xvij. q. j. & si ergo cùm per ipsam non steterit, quo minus expleuerit, quod incepit. Quod verò postmodum vndique totum incensatur altare, designat, quòd post factum illud totam respersit Ecclesiam: sicut Dominus ipse testatur: Amen, amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit euãgelium hoc 3 in toto mundo, dicetur quòd & hæc fecit in memoriam eius. Potest † etiam dici, quòd altare thurificatur in figuram angeli, qui stetit iuxta aram templi habens thuribulum in manu sua: de quo fumus aromatum in conspectu Domini ascendebat. Christus enim magni consilij angelus, carnem immaculatam igne sancti Spiritus plenam, pro nobis in ara crucis obtulit Domino in suauitatem odoris. Fumus aromatum, sunt orationes sanctorum, quæ per ardorẽ charitatis ex passione Domini prorogatæ ad Deum Patrem ascendunt, & nos ad coronam Trinitatis prouehunt: ideoque sacerdos thurificat in modũ crucis & coronæ: si semel thurificat, recolit vnicam passionem. Si autem semel coronant, vnius denarij retributionem. Si verò ter, æternitatis in passione operationem, & trium ordinum glorificationem: & ideò thurificans ait: Dirigatur Domine oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo, &c. Moraliter autem incensum deuotionis adolendum est in thuribulo cordis igne charitatis, vt odorem suauitatis emittat, vt videlicet tam nos, quàm oblatio nostra, simus bonus odor Deo: de quo dicit Scriptura: Fungi sacerdotio, & habere laudem in nomine ipsius, &c. Hoc enim incensum sacerdos accipit, id est, Christus acceptat & incensat ex eo sacrificium & altare. Potest etiam dici quòd thuribulum quod oblationi sacerdos supponit, significat Christũ per quem petit, vt sibi propitietur Deus. Sanè omnibus defertur incensum, vt ostendatur, quòd omnia à sacerdote facta pertinẽt ad omnes: vnde Psalmista: Dirigatur Domine oratio mea, sicut incẽsum in conspectu tuo. nisi in missa pro defunctis, vt dicetur in vij. parte sub ti. de 4 officio mortuorum. In † concilio Rhotomageñ in Burchardo, lib. iij. c. vt tempore. ita legitur: In tempore quo legitur euangelium, finito euangelio super oblationem incensum in mortem, videlicet Redemptoris nostri, ponatur, decreuimus. Leo etiam Papa statuit incensum super oblatam poni. Quidam tamen hæretici garriunt, non esse in missa thurificandum: quoniã Christus in cœna terrenũ incensum non fumigauit, & Esa. Incensum est abominatio mihi. Quare altare & crucifixus thurificentur, dictum est sub tit. de aquæ benedictæ aspersione. Post thurificationem, iterum digitos lauat, nec vlterius vsqs post-communionem cũ eis, cum quibus sacrã hostiam tractare debet, aliquid tangat: sed post eius eleuationem eos iungat, vt dicetur sub viij. particula canonis. Minister quoque episcopi trahit & super brachia eius informat planetam, & alia indumenta, nam & legalis sacerdos dum sacrificabat, summitates balthæi super humerum reflectebat.

Mat. vlt.
Matt. 26
Apoc. 8
Psal. 104
2. Cor. 2
Eccle. 44
Psal. 140
Esa. 1

SVMMARIVM.

1 *Inclinat se sacerdos facta thurificatione, & deinde osculatur altare.n.2. & eorum significatio mystica.*
3 *Sacerdos conuersus ad populum, omnium rationes petit, quamque his orationem adsumat, & cuius exemplo, aut præcepto.*
4 *Oza percussus à Domino, quòd eius arcã temere tetigisset, itẽ Bethsamita.*
5 *Sacerdos cur oret voce demissa implorato statim populi suffragio, vnde per num.6.7.8.9.10.*
11 *Sacerdos cur tollat vocem recipiens: Per omnia sæcula sæcul.*
12 *Sacerdos cur manum tollat altari, incipiens: Per omnia sæcula sæcul.*

De Inclinatione Sacerdotis, & Osculatione altaris ac Oratione.

CAP. XXXII.

THurificationis expleto mysterio, sacerdos † se inclinando dicit: Suscipe sancta Trinitas, &c. quod sumitur de tertio Danielis, vt videlicet hostiam offerat ex pinguedine charitatis, vt sit dignus ad sacrificium immolandum. Sacerdotis inclinatio, Christi humilitatem significat, qui exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis: qui etiam inclinans se ad pedes discipulorum, post sacramentum in cœna traditum orauit ad Patrem. † Post ea vero se rigens, osculatur altare, ad notandum quòd per passionem Christi populus liberatus est, & Deo Patri reconciliatus, vnde Apostolus ad Ephe. iij. Faciens pacem, vt reconciliet ambos Deo in vno corpore. Consequenter sacramentum incepturus, orat primum pro se, deinde pro populo. Conuertens enim † se ad illum sub silentio dicit: Dominus vobiscum, sicut dictum est sub titul. de salutatione, & mox voce aliquantulum elevata, vt oratio omnium auxilietur ei, quasi non præsumens quòd solus possit tantum mysterium exequi monet illum dicens, Orate pro me fratres, &c. & ego pro vobis in quo significatur illud, quod Christus Discipulis suis dixit: Luc. xxij. Orate, ne intretis in tentationem. & ibidem. Ego pro te orani Petre. Monet autem orare, vt sacrificium fiat Deo acceptabile: & populus debet similiter secrete orare respondens: Memor sit Dominus omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat. vel respondet: Suscipiat Dominus sacrificium, &c. vel dicat: Spiritus sanctus superueniet in te, vel illud: Mittat tibi Dominus auxilium de sancto, vel immola Deo sa. lau. Debemus enim inuicem orare, secundum Apostolorum vt saluemur. Orauit enim Christus primum pro se, Pater (inquit) venit hora, clarifica Filium, vt filius tuus clarificet te, deinde pro populo dicens: Pater sancte, serua eos, quos dedisti mihi, vt sint vnum, sicut & nos. extrà de sum. Tri. ca. ij. Dicturus ergo: Orate pro me fratres se vertit ad populum, quia ipsum distinctè, alloquitur, sed dicturus. Oremus post Dominus vobiscum. se ad altare conuer

Philip. 2
Psal. 19
Luc. 1
Psal. 17
Iacob. 5
Ioan. 17

conuertit, quia tunc non distinctè, sed per modũ conceptionis ad aliquid excitat ad secum orã dum, seu gratias referendũ. ¶ Monita itaque populo sacerdos statim reuoluitur ad altare, per sinistrã partem, prout sub titu. de solutione ad populum dictum est, & tunc tandem, dicit orationem quã intermiserat ab offertorio, citra, quando dixit: Oremus. ad notandum, quòd Christus iterum rediit Ierosolymam ad domum orationis, quam ad tempus deseruerat cum secesserat in Effrem. Sic enim legitur, in Euãgelio: Cùm veniſſet Iesus Ierosolymam intrauit in templum, & eiecit ementes, & vendentes de templo dicẽs: Domus mea domus orationis vocabitur. Instat enim sacerdos oratio
4 nibus, ne indignus inueniatur, † vt Oza, qui tetigit temerè arcã Domini, & percussus est à Domino. Nec legitur aliud feciſſe, nisi vxorẽ propriam cognouisse in nocte præcedenti. Bethsamitæ quoque, quia temerè voluerũt arcam Domini tangere, occisi sunt de populo lxxx. viij. de plebe quinquaginta millia: pretiosa arca, est calix Domini.
5 Orat autẽ voce demissa ¶ † Primò ne vilescat officium missę, & ideò oratio ipsa per secretè, dicitur à quibusdam secreta, à quibusdã secretella, ad differentiã maioris secretæ, à quibusdam vero sacra vocatur, de quo & de huiusmodi silentio sub tit. de secreta dicetur, vt dictũ est
6 sub tit. de offertorio. ¶ Secũdò orat in † silentio, vt deuotius oret, nec cogitet quomodo eius vox & corporis cõpositio placeãt populo, quia
7 & Dominus elõgatus est à discipulis, quantũ continet iactus lapidis, vt oraret. ¶ Tertiò, in † hoc quòd secretè orat, significat secretas preces Christi dicentis. Pater mi, si fieri potest, trãseat à me calix iste. Ma.
8 xxvj. Quartò, hoc silentium † recolit sacramentum in sacrificiis patrum absconditum, vt in Abel, Isaac, in agno paschali, in vitula rufa,
9 in hirco emissorio. ¶ Quintò, in hoc † repræsentatur silentium quod Dominus habuit in passione, quia tanquam ouis ad occisionem du-
10 ctus est: quòd & martyres imitati sunt, vnde nõ murmur resonat, nõ querimonia, &c. ¶ Sextò ideò † orationes quæ post oblationes sequũtur in silentio & secretè dicuntur, quia Iudęi statim post suscitationẽ Lazari, voluerunt occidere Iesum, ille vero abscondit se in ciuitatẽ Effren, in solitudine, & tacuit à prædicatione, & miraculorũ operationis leprosi, & tunc prædicauit apertè: ad quod designandum sacerdos
11 ne vsque in sabbatum in ramis palmarum, quo venit in domũ Simonis leprosi, & tunc prædicauit apertè: ad quod designandum sacerdos in fine secretæ eleuat iterum vocem dicens palmam & alta † voce: Per omnia secu. secu. quod expositũ est sub tit. de orationę. Secundò ideò dicitur altè: Per omnia. ad notandum, quòd post resurrectionem Christus prædicauit apertè. Tertiò, quia est principium sequentis orationis, vt iam dicetur. Quia verò quærit assensum popul. & confir-
12 mationem, quia ipse est quasi legatus populi: ideo populus assentiens voci eius dicit: Amen. quia seculum per ipsum creatum est. † Adhuc dicturus per omnia secula seculorum, deponit manus sub altare. Primò, ad notandum, quod omnem cogitatum temporalem deponit, &

Ioan. 11.
1. Reg. 6
Matt. 26

se totaliter Deo committit immolationi dumtaxat tota mente intẽdens. Secundo manus deponit: cùm enim nunc ad cordis eleuationẽ, & ad gratiarum actionem inuitet, & eleuationem cordis per contẽplationem præcedere debeat, exercitum bonæ operationis, quã manuum depositio, significat. De qua operatione posteà gratias referimus ei, qui in nobis incipit opus bonum vt perficiat sicut dicit Apostolus: idcircò tunc manus deponit.

SVMMARIVM.

1 *Præfationis principium, quibus literis notetur.*
2 *Præfatio, quorsum instituta, & vnde dicta nu. 3.*
4 *Præfatio, declaratio. & nu. 6. & amplius num. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 34.*
5 *Sacrificij faciendi vetus mox, maximè de oratione sacerdotis inter sacrificandum.*
15 *Angelorum nouem ordines.*
16 *Angelis cur pennæ adpingantur.*
17 *Gabriel, quid significat & eius munus.*
18 *Michaël, quomodo interpretetur, & eius officium.*
19 *Raphaël, quid sonet Latinè, & cui officio præsit.*
20 *Vriel quomodo sonet latinè.*
21 *Angelorum omnium officia, per discursum numer. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28.*
29 *Cherubin & Seraphin, in cœlo eminentia. & sedes.*
30 *Angelorum sex tantum ordines cur in communi adferunt præfationi, tribus silentio præteritis: & nu. 32.*
31 *Hierarchia quotuplex, & vnde dicatur.*
33 *Deus Angelicam & humanam creaturam edidit, in laudem & gloriam.*
35 *Gelasius papa, præfationes communes dictauit primum.*
36 *Vrbanus papa, quid addiderit præfationi communi.*

De præfatione. CAP. XXXIII.

ANte præfationem describitur in libris quædam * figura repræ- 1
sentans ex parte anteriori literam, u, ex parte verò posteriori literam, d, quæ literæ coniunctæ pro Verè dignum. pronuntur, litera videlicet, pro dictione. Sanè per literam, u, quæ inferiùs clausa & superiùs aperta est, habens initium à linea longiori humanitas siue humana Christi natura, quæ in Virgine principiũ habuit, sed fine carebit: per, d, vero circulariter clausum diuinitas, seu diuina natura, quæ nec principium nec finem habet figuratur. Tractus autem in medio vtranque copulans partem crux est, per quam diuinis sociantur & vniuntur humana. Ideò ergo hæc figura in præfationis principio ponitur, quia per mysterium vnionis & domini passionis pacificantur homines angelis, & sociantur humana diuinis, in præconia Saluatoris. ¶ * In præfationibus enim omnibus conueniunt homines & angeli,

geli, ad concinendum præconia regi: vnde & alta & delectabili voce cantatur, quia in eis angelorum præconia repræsentãtur. Et cãtantur coram altari, & à solo sacerdote. iuxta illud Apo. xiiij. Et cantabunt 3
quasi canticum nouum ante sedem, & nemo poterat dicere canticũ, nisi &c. Siquidem † hæc oratio vocatur præfatio. quia præcedit sacrificium principale. Est enim quasi prælocutio, id est, ad ministerium præparatio: prælocutio videlicet totius orationis secuturæ à, Te igitur. vsque ad, Agnus Dei, in hac enim præloquitur sacerdos gratias laudes Deo, vt melius ad consecrandũ corpus Christi valeat peruenire. Vocatur etiã præparatio. quia præparat fidelium mentes ad futurę 4
reuerentiam consecrationis. Dicitur † etiam hymnus angelicus quia angelicis laudibus est plenus. Veruntamen sacrificium, vocatur in secretella oblatio sed à Dominus vobiscũ. quod statim post illã sequitur vsque ad Sanctus. vocatur hymnus. Sanè in proximo t. dictum est, in fine secretellæ dicitur alta voce per omnia secu. secu. quòd quidẽ est finis illius orationis & initiũ prefationis, per quod sacerdos insinuat, quòd Christus est lapis angularis, qui fecit vtraq; vnum, Iudęos cõtinẽs & Gentiles, vt sit vnũ ouile, & vnus pastor. Dicturus ergo sacerdos rẽ attẽtione dignissima, salutat populũ dicẽs, Dominus vobiscũ. optãs nos tales existere, cũ quibus Dominus manere dignetur, & illud nobiscũ celebrare conuiuiũ, ad quod mulier attulit alabastrũ vnguẽri nardi, pistici pretiosi: & effudit illud super caput Domini recũbẽ 5
tis. & populus respõdet. Et cũ spir. & sic mutuo pro se orãt. Nã †, & in ve. Testamento omnes sacerdotes orabant, dũ consummaretur sacrificium Ionatha inchoante, & cęteris respondentibus. Posteà sacerdos eos incitans, subiungit: Sursum corda, scilicet in cœlestibus, non in terrenis: & eleuat manus, propter ratiões sub titulo de oratione scriptas ad fin. Chorus respondet: Habemus ad Dominum, id est, habere debemus. Vnde in canone Cypriani. de consecrat. distinct. j. quando Papæ, ita dicitur: Ideò sacerdos ante orationem canonis præfatione præmissa parat fratrum mentes dicendo: Sursum corda. vt dum plebs respondet: Habemus ad Dominum admoneatur nihil se quàm Dominum cogitare debere. Rursus ideò chorus subiungit: Habemus ad Dominum vt Ecclesia sicut mulier vnguentaria, sursum ad illam Verbi diuinitatem cor eleuet, & illud caput æquale Deo Patri, fide contingens, vnguento catholicæ professionis perungat: cuius sanè 6
præconium sacerdos prosequitur dicens: Gratias † agamus Domino Deo nostro. quia pro omnibus beneficiis quæ nobis contulit, gratias ei referre debemus. Chorus respondet: Dignum & iustum est quoniam gratias omnipotenti Deo referre debemus. Sequitur: per Christum Dominum nostrum. supplendum est, confidentes, & credentes quod per Christum maiestatem eius laudant angeli, adorant dominationes, tremunt potestates. Hoc sacræ confessionis præconium ita rectè concludit Ecclesia, vt cum angelis & hominibus decantet hunc

Ioan. 10

Ioan. 12

2. Mac. 1

Esa. 6

deuoti pectoris Hymnum: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus,
Luc.22 Deus sabbaoth: pleni sunt cœli, &cætera de quo infrà dicetur.
¶ potest † etiam præfationis officium ad illud referri quia Iesus
ascendit in cœnaculum magnum stratum in quo multa locutus
est discipulis suis, & gratias agens, hymnum illum retulit Deo
Patri de quo dict. Matth. & hymno dicto exiuerunt in montem oli-
ueti. Ergo per Dominus vobiscum. oratio, quam discipulis feci-
accipitur, per, Sursum corda ascensus ad cœnaculum: iterum
per sursum corda, ad confitendum filio surgimus, & Angelorum
ministerium imploramus, qui vota nostra suscipiunt, & ad Deum
perferant. Per agamus. Christo recolimus gratiarum actionem: &
inuitamus populum ad agendum gratias Deo patri, per filium, per
quem redimimur, & cum angelis ad laudandum admittimur. Mo-
net ergo sacerdos populum, sursum, id est, supra semetipsum ha-
Col.3 bere vel eleuare corda ad Dominum: iuxta exhortationem Apo-
Matt.5 stoli dicentis: Quæ sursum sunt, quærite: non quæ super terram.
Nam quæ in terrenis sunt, nihil dignum Deo offerre possunt: vbi e-
nim est thesaurus tuus, ibi est cor tuum. Multi quidem dum ore lo-
quuntur cœlestia, corde meditantur terrena: quibus Dominus im-
properat, per prophetam: populus hic labiis me honorat, cor autem
Esa 39 eorum longe est à me. Chorus vero rñdens, profitetur se sacerdo-
tis monita suscepisse, dicens: Habemus ad Dominum. vnde dili-
ligenter prouideat, ne cor habens deorsum, seculum, Spiritui san-
cto damnabiliter mentiatur. Sacerdos etiam, postquam attentos
reddidit, & deuotos hortatur, vt gratias agamus Domino Deo
nostro: quoniam ipse est Deus, id est, creator: ipse est Dominus,
2.Co.14 id est, redemptor, ipse est noster, scilicet Saluator. Tunc enim
erit verissimè noster, cùm erit omnia in omnibus, id est, sola
cientia singulorum. ¶ Rursus, quia † populus professus est, se
intentum esse ad Dominum: ideo presbyter subiungit: Gratias a-
gamus. Chorus vero sacerdotis verbum approbans, & affirmans
respondet: Dignum & iustum est: Dignum quidem, quantum ad
Psal.94 Deum: quia ipse est Dominus Deus noster. Iustum quantum ad
nos sumus populus eius, & oues pascuæ eius. Dignum quoque,
& iustum est, quantum ad vtrumque, vt scilicet populus simul
cum sacerdote gratias agat Deo, à quo omnia bona suscepimus.
¶ † Subsequenter subiungit sacerdos: Vere dignum, &cætera.
Et secundum magistrum Petrum Antissiodoren. hic incipit præfa-
tio, id est, prologus vel prolocutio sequentis canonis, captans
Dominus beneuolentiam. dicens: Verè dignum & iustum est, æ-
quum & salutare, dignum, quòd bonus est, iustum quia benefi-
cus, æquum, quia misericors, salutare quia salus, vel dignum,
quia nos mera voluntate fecisti: iustum, quia nos pura miseri-
dia redemisti: æquum quia gratuitate nos iustificas: salutare, id
est,

est, salute plenum, quia perpetuo nos glorificas. Nos tibi semper &
vbique gratias agere Domine sancte pater omnipotens æterne Deus;
vbique enim est Dominus sanctus: vbique est Pater omnipotens, &
semper est æternus Deus. Vnde Psalm. In omni loco dominationis Psal. 101
eius benedic anima mea Domino. Et iterum, Benedicam Dominum
in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Sequitur * Per Chri- 1.Ioan.1
stum Dominum nostrum. Aduocatum enim habemus secundum Apo-
stolum apud Patrem Iesum Christum dominum nostrum; qui inter-
pellat pro nobis & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, qui exaudi-
tur in omnibus pro sua reuerentia. Per eum ergo, quasi per mediato-
rem laudes offerimus, per eum, quasi aduocatum, gratias exhibemus. Hebra. 5
* Per quem maiestatem tuam, &c. Maiestas dicitur quasi maior stans,
vel maior potestas quia maior est eius potestas, quam hominum. Lau-
dant angeli, adorant dominationes, tremunt potestates, vtique illum
laudant adorant, & tremunt, per quem omnia facta sunt, per quem
simul cum Patre omnes spirituum ordines sunt creati. Nam dixit
Deus: Fiat lux, & facta est lux. Verbo dixit, & verbo fecit: quia ver- Gene. 2
bo Domini cœli firmati sunt, & omnia per ipsum facta sunt, & sine Psal. 32
ipso factum est nihil. Choros angelorum nominat, quia angeli huic
officio non dubitantur ad esse. ¶ Et est notandum, quod Ecclesia an-
gelis est assimilanda, ad hoc vt placeat Deo. ¶ Rursus * per hoc, quod
dicitur: Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, per Christum Psal. 148
Dominum nostrum, quem laudant angeli, adorant, &c. intelligitur, Neem. 9
quòd Ecclesia & angeli laudant Deum: non solum inquantum Deum: Iob. 26
verum etiam inquantum hominem, Dicitur ergo laudant: Vnde Psal-
mista: Laudate eum omnes angeli eius: adorate, &c. vnde Esdras:
Exercitus cœli te adorant. Tremunt.* Vnde Iob. Columnæ cœli con-
tremiscunt, & pauent aduentum eius. Tremere verò, dicuntur non
metu formidinis, cum sint perfectè beati sed administrationis affe-
ctu, vel obedientiæ famulatu, cum secundum Apostolum, omnes sint
administratorij spiritus in ministerium destinati. Tremunt, quoque Heb.1
potestates: non quòd ordines angelorum corporales sint, sed ideo di-
citur, vt intelligamus omnia cœlestia, terrestria, & infernalia ante
conspectum diuinæ maiestatis tremere atque timere, sicut & nos tre-
mere ac timere ante dominos nostros solemus. ¶ * Sequitur Cœli Phil.3
cœlorum per cœlos throni accipiuntur, quia Dominus ait. Cœlum Esa.66
mihi sedes est & dicuntur cœli laudare Deum, quia laudis materiam Psal.148
præbent: vnde propheta Cœli cœlorum & aquæ quæ super cœlos sunt,
laudent nomen Domini. Cœli quidem diuinæ iussioni obediunt: quia
se ostendere serenos & nebulosos, potestatem non habent. Cheru-
bim quoque & Ceraphim. * Ad intelligentiam eorum, quæ hic di-
cuntur, notandum est quem esse ordines angelorum, videlicet ange-
li, archangeli, throni, & dominationes, virtutes, principatus, pote-

 states,

Universidad de Deusto
Biblioteca

states', Cherubim & Seraphim. Ἄγγελοι quoque Græce dicuntur nuntij Latinè, scilicet excelsi & cœlestes, quod de cœlis ad annuntiandum & exequendum Domini voluntatem mittuntur. † Angelorum autem vocabulum, officij nomen est, non naturæ: spiritus enim sunt superi, sed cum mittuntur angeli vocantur. Quibus ideò pictor licentiam pennas facit, vt celerem eorum in cunctis discursum significet: sicut
Psal. 103 & iuxta fabulas Poëtarum venti pennas habere dicuntur, propter velocitatem, scilicet iuxta illud: Quia ambulant super pennas ventorum. Ἀρχάγγελοι. ergo Græcè, summi nuntij interpretantur qui enim parua vel minima annuntiant, angeli sunt, qui summa archangeli nuncupantur. Archangeli ergo dicuntur, eò quod inter angelos teneāt principatum: nam ἄρχων, Græcè, Latinè princeps interpretatur. Sunt enim duces & principes, sub quorum ordine vnicuique angelorum sunt officia deputata. Quidam autem archangelorum priuatis nominibus appellantur, vt per vocabula ipsa in opere suo, quid valeant, designentur. ¶ † Gabriel namque Hebraicè, interpretatur Latinè fortitudo Dei: vbi enim ipsa potentia diuina, vel fortitudo manifestatur, Gabriel mittitur: vnde ipse annuntiauit Christum nasciturum, qui diabolum deuicit, & humiliter ad debellandas aëreas potestates venit. ¶ † Michaël interpretatur, quis vt Deus: quando enim aliquid miræ virtutis in mundo fit, hic archangelus mittitur. & ex ipso opere nomen ei, quia nemo valet facere, quod facere potest Deus: vnde ipse missus est in Ægyptum ad immittendas illas plagas famosas. Quidam tamen dixerunt, quòd Michaël est nomen vnius angeli. ¶ † Raphaël interpretatur curatio vel medicina Dei: vbicumque enim curandi vel medicandi opus necessarium est. Raphaël archangelus mittitur, vt de ad Thobiam missus est, vt eum à cæcitate liberaret. De Gabriele, Michaële, & Raphaële, dicetur in septima parte sub festo Michaelis. ¶ Vriel, interpretatur † ignis Dei, sicut legimus apparuisse ignem
Exod. 3 in rubo: legimus etiam ignem missum desuper, & implesse quod preceptum est: hæc sunt nomina personalia angelorum, quæ nec scripta, nec à Deo imposita sunt, sed ab hominibus, & nescitur à quibus: nec alia personalia inueniuntur in scriptura. Alia verò sunt nomina ordinum. ¶ Cæterum throni dominationes, virtutes, principatus & potestates quibus vniuersam cœlestem societatem Apostolus complectitur: ordines angelorum & dignitates intelliguntur, vt iam dictum est. ¶ † Sed pro hac ipsa distributione officiorum, alij throni, alij dominationes, alij virtutes, alij principatus, alij potestates, dicuntur pro certis dignitatibus quibus adinuicem distinguuntur. Throni † sunt agmina angelorum qui Latinè sedes interpretantur: & ideo vocati sunt throni, quia illic conditor præsidet, & per eos iudicia sua disponit. ¶ Dominationes † sunt hi qui in virtutibus, & principatibus præeminent: qui pro eo, quòd cæteris angelorum dominantur agminibus, dominationes vocantur. Nominantur ergo hic ad notandum, quod eis magis assimilari debemus quia vsum dominandi docēt. Est enim dominatio, facere Dei voluntatem. ¶ Virtutes † angelicæ quædam ministeria perhibent, per quos in mundo signa & miracula fiunt: propter & virtutes dicuntur. ¶ Principatus sunt, qui angelorum † agminibus præsunt, qui pro eo quod subditos angelos ad explendum ministerium diuinum disponunt, principatus vocabulum acceperunt: nam alij sunt, qui administrant, alij qui adsistunt, sicut & per Danielem dicitur: Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia adsistebant ei. ¶ Potestates † sunt, quibus virtutes aduersæ subiectæ sunt: & inde potestatum nomine nuncupantur, quia maligni spiritus eorum † potestatem coërcentur ne tantum nocere, quantum cupiunt, nominantur ergo hic, ad notandum, quod
27 potestatem diaboli arcere debemus. ¶ † Cherubin autem & ipsi sublimes cœlorum potestates, & angelica ministeria perhibent, qui ex Hebræo in Latino scientiæ multitudo seu plenitudo interpretantur. Sunt enim sublimiora agmina angelorum, qui pro, eo quòd vicinius sunt positi, diuina scientia cæteris amplius sunt pleni. Ipsi sunt illa duo animalia, super propitiatorium arcæ ficta ex metallo, propter significādum Apostolorum præsentiam, in quorum medio medius ostenditur Deus. ¶ † Seraphin verò est multitudo angelorum, qui ex Hebræo in Latinum, ardentes vel incendentes interpretantur. eo quòd præ cæteris ardent, & accēdunrur in charitate & quia inter eos & Deum nulli angeli consistunt: & ideo quanto vicinius coram eo consistunt, tanto magis claritate diuini luminis inflammantur, vnde & ipsi † sicut Esa. legitur, velant faciem, & pedes sedentis in throno Dei. Et idcirco cætera angelorum turba videre plene Dei essentiam non valet, quoniam Seraphin eam tegit secūdum Es. Nominatur ergo hic Cherubin & Seraphin quia sicut illa toti in Dei dilectione ardere debemus. Reperitur autem hoc nomen Seraphim neutrū & masculinum, sed neutraliter terminatur in n, vt in hoc loco: Beata Seraphin. Masculini verò terminatur, in m, vnde propheta Seraphim clamabant alter ad alterū. Hiero. dicit. quòd Cherubim & Seraphim singularis sunt numeri, & generis masculini: cuius terminatio pluralis est per, n, non quod in ministris Dei sit sexus: sed vocabula diuersis generibus iuxta linguæ proprietatem appellantur. Græca verò consuetudo neutro genere per m, scribit. Iosephus dicit Cherubim & Seraphim esse duo animalia volatilia, prout dictum est in procœmio huius partis. Præmissa autem ordinum nomina præter Cherubim & Seraphim & prærer nomina angelorum Latina sunt. ¶ Verùm cùm nouem sint ordines angelorum, sicut
30 dictum est, qui, † postquam decimus cadens propter superbiam, versus est in diabolum, in perseuerantia æternæ beatitudinis solidati sunt, quæritur, quare tribus exclusis, sex tantùm in præfatione cōmuni ponuntur,

Dan. 7

† potestate.

Exod. 25
3. Reg. 6

Esaia. 6

Esaia. 6

Nota. †

Universidad de Deusto
Biblioteca

ponuntur, in qua per cœlos throni accipiuntur vt dictum est. Videt enim ex hoc quod illi, cum cæteris maiestatem diuinam non glorif cant, & adorant sed absit hoc. Nam virtutes cœlorum omnes ordi comprehendunt, vt testatur Gregorius in homilia illius euange

Psal. 13 Erunt signa in sole & luna. vnde Psalmista: Verbo Domini cœli f
Idem. mati sunt, & spiritu oris eius, omnis virtus eorum. Et iterum: Dom nus virtutum ipse est rex gloriæ. vel forte, licet occulta, tamen ca hoc prouisum est ratione. Dionysius † quippe tres esse tradidit hi rarchias, siue ordines angelorum, trinos in singulis ponens, vt simi tudo Trinitatis in eis insinuetur impressa: & dicitur: ἱεραρχία quod est sacrum, & ἀρχὴ quod est principatio: quasi sacer principat

Nota. * Sunt enim tres ordines superiores & principales, tres inferiores, tres medij. Superiores sunt, Cherubin, Seraphin, & throni. Medij sunt, d minationes, principatus, & potestates. Inferiores sunt, virtutes, a changeli, & angeli: de quorum singulis medius † ordo in præfatione subtrahitur, ad notandum, quòd comparatione Trinitatis æterna cuius maiestas in ea præcipuè commendatur, omnis alia Trinitas d minuta reperitur, & imperfecta: nam quis in nubibus æquabitur Do mino, quis similis erit Domino in filiis Dei. De superioribus subtrahi

Nota. * *Psal. 88* tur Cherubim de mediis principatus, de inferioribus archãgeli. Hanc quippe æternam & indiuiduã Trinitatẽ laudant angeli: adorant de minationes: tremunt potestates: cum quibus & nostras voces, &c. ¶ Deus † omnipotẽs duas rationales edidit creaturas angelicam, v delicet & humanam, quæ laudibus diuinis insisterent, & ei gratiarum redderent actiones: quas dum pari voto concelebrant tanquam figu riores cum inferioribus: corde in cœlesti cythara sociantur, de qua

** vocem cytharœdorum.* dicit Ioannes: Et audiui * vocem cytharœdorum citharizantium in cytharis suis, & cantabant quasi canticum nouum. Apoca. xiiij. Mod ergo dic: † Socia exultatione concelebrant. quoniam omnes pariter cti ordines, & etiam humana creatura maiestatem Dei patris fi Christum, socia exultatione æqualiter concelebrant supplici deuo

* fessione, quasi non superba præsumptione sed humili laude dicen tes: Sanctus, sanctus, sanctus, &c. ¶ † Porrò Gelasius Papa tan ctus: & hymnos composuit, & præfationes cantuum quidem. & non elimato sermone dictauit. ¶ Et est notandum, quod licet olim innu meræ essent præfationes, hodie decem tantùm sunt canonizatæ. Vn de Gelasius Papa de consec. distinct. j. inuenimus. inquit: Inuenimus has nouem præfationes in sacro catologo tantummodo recipiendas vnam, in resurrectione, & in albis paschalibus, id est, septimana paschali: aliam, in die ascensionis Domini, tertiam, in die pente costes, quartam, in natali Domini, quintam in epiphania Domini sextam de Apostolis, septimam de sancta Trinitate, octauã de cruce nonam de ieiunio in quadragesimam tantum modo dicendum, q

qua dicetur, in vj. parte sub quarta feria cinerum. Vrbanus * quoque papa lxx. distinct. sanctorum. addidit decimam de beata virgine Maria: illam videlicet, Æquum & salutare: quæ & vnigenitum tuum sancti Spiritus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Sanctus, Sanctus, Sanctus, hymnum, quis primum instituerit, & quorum sit ille hymnus. num. 2.*
3 *Sanctus, Sanctus, Sanctus, cur ter cantetur, & eius explicatio. nu. 4. 5. 7.*
6 *Sabaoth, quomodo interpretetur.*
8 *Osana, quid significet, & cur geminetur, num. 9.*
10 *Organorum vsus, vnde profectus.*
11 *Diaconus & subdiaconus stant post sacerdotem, in principio canonis, & quid.*

De Sanctis. CAP. XXXIIII.

1 Ecclesia sperans sociari angelis, & archangelis, de quibus * in præfatione mentio facta est, statim post illam conformat se angelico cantui, canens hymnum illum: Sanctus, sanctus, sanctus. quem Sixtus papa primus instituit decantari. Hic est enim cantus puerorum, quem cantauerunt Domino offerenti se illis in decima luna, qui quasi reseruatus fuit vsque ad quartam decimam lunam in Bethania. Cum ergo sacerdos finit laudem siue præfationem, totus chorus, qui repræsentat Ecclesiam, simul canit dictum euangelicum hymnum, vt vna, & æqualis gloria, & laus, & honor decantetur patri & Filio & Spiritu
2 sancto. ¶ * Notandum autem est, quod hymnus iste, partim angelorum & partim hominum verba complectitur. Prima enim pars laudem continet angelorum, vltima hominum. Legitur enim Esa. vj. cap. quod Seraphim clamabant alter ad alterum, & dicebant Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus, Deus exercituum: plena est omnis terra gloria eius. Legitur quoque in euangelio Matth. xxj. cap. & Marc. xj. cap. quod qui præibant, & qui sequebantur, clamabant dicentes: Osana filio Dauid: benedictus, qui venit in nomine Domini. Siquidem vox angelorum: scilicet, Osana in altissimis trinitatis, & vnitatis in Deo, commendat arcanum, vox hominum, scilicet Osana filio Dauid, diuinitatis & humanitatis in Christo. personat sacramentum. Meritò autem cantica angelorum in Ecclesia cantamus, quia per hoc sacrificium terrena cœlestibus iungi non dubitamus: & ideo cum eis in excelsis salutari clamamus. ¶ * illud enim aduertendum quod ter dicitur Sanctus vt notetur
3 Trinitas seu distinctio personarum: sed semel tantum dicitur: Dominus Deus Sabaoth vt notetur diuinæ vsiæ vnitas. de consecrat. distinct. ij. ego. quia vnitas adoratur, vt sic trinitatis & vnitatis mysterio comprobetur. Item dicitur ter, in singulari numero Sanctus, & non dicitur pluraliter sancti, vt vna sanctitas in his tribus personis, & vna

æternitas

æternitas intelligatur. Hoc non solum Seraphim clamabant: sub eccle-
so Dei solio, secundum prophetam: sed & quatuor animalia, secundum
Apoc.4 Apocal. in circuitu sedis requiem non habebant die: ac nocte, dicen-
Leuit.19 tia, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens.* Dicitur
Ioan.17 autem Deus sanctus, id est, sanctificans non autem sanctificatus, vt
de: Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus deus vester. Dicitur
pater sanctus, dicente filio. Pater sanctifica eos in veritate, quos de-
Luc.1 disti mihi: quia tu sanctus es. Dicitur filius sanctus, angelo protestan-
te, Quod nascetur (inquit) ex te sanctum vocabitur, filius Dei dicitur.
Ioan.20 Spiritus, sanctus, sanctus, Christo dicente, Accipite spiritum sanctum:
quorum remiseritis peccata, remissa erunt. Dicitur * quoque Domi-
nus deus sabaoth, id est, Dominus exercituum: videlicet angelorum
& hominum, quorum terribilis est, vt castrorum acies ordinata, de
Psal. 23 quo in psalmo dicitur ab angelis: Quis est iste rex gloriæ: Dominus
virtutum. &c. tot enim exercitus habet Deus in terra, quot sunt or-
dines in Ecclesia: tot habet in cœlis, quot ordines sunt in angelis. No-
mine ergo Cœlorum & terræ, angeli & homines diuina pleni gratia
hic perhibentur: vel ad literam cœli & terra gratia diuina replentur,
Psal. 138 quia deitas est vbique, vnde propheta: Si ascendero in cœlum, tu illic
es: si descendero ad infernum, ades. Sabaoth * ergo Dominus exer-
citum siue militarium virtutum, siue victoriarum interpretatur: vel
omnipotens, vt ipse sit Dominus Deus & ipse omnipotens, qui exerci-
tus angelorum atque hominum disponit. Et ideo subdit: Pleni sunt
cœli & terra gloria tua, hoc est, vt eius gloria cœli & terra gubernen-
tur & qui in cœlis, & qui in terra sunt, glorificent & honorent no-
men sanctum eius: cœli autem pleni sunt gloria, re, terra vero spe-
Matth.6 Tunc verò in re plena erit, cùm adimplebitur illud: fiat voluntas tua
sicut in cœlo & in terra. Dum autem dicimus: Pleni sunt cœli & terra
gloria tua: agimus gratias creatori, de omnibus beneficiis. Dum vero
Ioan.5 dicimus: * Benedictus qui venit &c. agimus gratias specialiter de bene-
ficio redemptionis. Quia enim necessarium est ad æternam salutem
incarnationis mysterium confiteri, rectè subiungitur: Benedictus, qui
Esai.30 venit in nomine Domini. Ego, inquit, veni in nomine Patris mei: non
men Patris, est filius, de quo dicit Propheta. Ecce nomen Domini, ve-
de long nquo. Dum ergo Sanctus inchoatur, inclinari stare debemus,
quia tunc inclinationem maiestatemque diuinam per angelorum mi-
minumque cantum incognitam veneramur. ¶ Rursus dicendo, Bene-
dictus, &c. cum hæc sint de euangelio, debemus signum seu vexillum
crucis nobis facere seu imponere: quia Christus per crucem triumpha-
uit, & nos triumphare fecit. Quando enim Christus venit ad Hieroso-
lymam descendit de monte Oliueti, tunc filij Israël clamauerunt, Cla-
centes: Benedictus, qui venit in nomine Domini, quia aduentus Chri-
Philip. 2 sti in Hierusalem significat futuram resurrectionem, quando ipse ve-
niet iudicare viuos & mortuos: & apparebit nobis in eadem car-

qua pronobis passus est, & tunc in nomine Iesu omne genu flectetur
cœlestium, terrestium & infernorum: vnde & extunc quidam inci-
8 piunt genu flectere, & deuote orare. ¶ Sequitur.* Osana quod est ver-
bum Hebræum & significat: salua obsecro: supplendum est populum
tuum, vel totum mundum copositum quidem verbum est, ex osi, quod
interpretatur saluifica, & anna, quod est apud Hebræos interiectio ob-
secrantis, morum animi significans, sub deprecãtis affectu. Integre er-
go, dicitur, Osianna: quod nos corrupta, vocali litera & elisa dicimus
9 osanna, quod facimus ex ignorantia, aut scienter synalephantes voca-
lem, elidimus prout in metris consuevit. Dicitur autem bis * Osanna
in excelsis propter duas partes salutis: quæ sunt stola mentis, & stola
carnis, quibus sancti beatificantur in gloria, vt videlicet anima & cor-
pore saluati inter angelos deputemur in excelsis, id est altis, scilicet in
cœlo. Reperitur autem hic versiculus in psal. cxvij. quòd enim turbę di-
xerunt. Osanna hoc est quod hic dicitur. O Domine saluum me fac & *Psal. 117*
eisdem verbis ibi subiungitur Benedictus, qui venit in nomine Domi-
10 ni. ¶ * Sanè in hoc angelorum & hominum concentu, quandoque or-
gana concrepant quod à Dauid & à Salomone introductum est qui in-
stituerunt hymnos in sacrificio Domini organis, & aliis instrumentis
musicis concrepari, & laudes à populo conclamari. Verumtamen quan-
to cor est maius corpore, tanto Domino deuotius corde, quam cor-
pore confitemur: de hoc dicetur in fine prooemij. v. partis. ¶ Ex nunc
11 autem * verbis & gestibus Christi passio repræsentatur: nam diaconus
& subdiaconus vadunt post dorsum episcopi seu sacerdotis, in quo fu-
ga Apostolorum in Christi passione significatur, prout in tit. de obla-
tione dictum est. Si vero stant retro altare prospicientes in episcopum,
significant mulieres quæ à longè stantes, eius passionem viderunt.
Omnes autem, & qui retro stant, & qui faciem episcopi inspiciunt, in-
clinant se, maiestatem diuinam, & incarnationem Domini venerantes
quæ par cantum angelorum, & hominum introducta sunt. Ordo
enim angelorum dicens sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus sa-
baoth maiestatem introduxit diuinam. Ordo vero hominum dicens:
Benedictus, qui venit in nomine Domini aduentum significauit in
carne: ipsa quoque inclinatio mœstitiam significat discipulorum, de
morte Christi, qui non audebant se erigere & confiteri se esse disci-
pulos eius, ideóque stant inclinati: donec dicant, Libera nos à malo.
Vanum enim erat eis ante lucem surgere, id est, ante resurrectionem *Psal.29*
de Christo gloriari: per quam sunt ab omnibus tribulationibus libe-
rati. Vnde & hæc petitio in Dominica oratione septima est: qui nume-
rus est vniuersitatis. De hoc dictum est sub titul. qualiter episcopus vel
sacerdos ad altare, &c.

SVMMARIVM.

1 *Canon Missæ soli sacerdoti conuenit, & est summum Missæ, & quam secrete*

secrete fiat.num.3.
2 *Canon,quid,& vnde dicatur,& cur cum silentio fiat & num.6.*
4 *Anna,typum Ecclesiæ gerens, tacitè orauit.*
5 *Canon primus, siue secretella, quid signet.*
7 *Canon quod sublata fuisset, voce dictus, ostentum quoddam & prodigium emersit.*
8 *Consecrantis mens quo ferri debeat.*
9 *Canon expeditè dici debet,& cur ita.*
10 *Canonis Missæ substantia, est quædam passionis dominicæ imago.*
11 *Canon vnde incipiat.*
12 *Canonem Gelasius papa, à Petro ordinauit.*
13 *In canone Missæ sedantes,quid notent,Item quid stantes.*

De secreta vel canone Missæ.

CAP. XXXV.

POst acclamatum præconium secretum silentium, in quo & mysticus canon deuotè dicitur, & sacrum mysterium peragitur,quod his per-
Matt.26 solum sacerdotem: quoniam secundum Matthæum, Christus, solus orauit. Et secundum quosdam hic incipit Missa, quoniam cæteræ sunt de solennitate. de consecr. dist. ij. panis est. Canon autem missæ & oblatio,vt dictum est in tit.de præfatione, & actio & canon & sacrificium & secreta vocatur. Actio dicitur propter sacra mysteria,quæ in eo aguntur, & quia tunc cum Deo agitur causa nostra,vt dictū est in procœmio huius partis: vnde quia in c.illo: Communicantes,&c & in illo: Hanc igitur oblationem: certis diebus vltra ordinaria canonis seu actionis verba, quædam adduntur & dicuntur, ideò in missalibus in variis locis super illas additiones scribitur talis titulus seu rubrica: Infra actionem: eò quod ille infra,seu quasi in medio ipsius actionis siue canonis dici debet. Canon * verò dicitur, quod regulis patrum compositus est: à sanctis enim patribus aliqua verba mystica sunt ibi instituta. Κανὼν autem Græcè, dicitur regula Latinè. Dicitur etiam canon, quia regulariter Christus verus sacerdos in eo repræsentatur, seu quia per hunc regulariter fit consecratio sacramenti. Sacrificium autem dicitur à sua te digniori, de quo dictum est sub titul. de oblatione. Secreta dicitur quasi nobis occulta,quia humana ratione quaquam tãtum mysterium plenariè capere potest: ad quod significandum meritò secreta voce celebratur. ¶ Ad hoc * etiam significandum sacerdos secretam intrans, quasi velator quibusdam cortinis, quæ sunt in lateribus altaris: postea infrà dicetur in quarta particula canonis super verbo: Hanc igitur. Dicitur etiam secreta, quia secretè & sub silentio dicitur. Christus enim ad consecrationem corporis sui venturus, secretè, & solus orabat ad hora cœnæ, vsque dum suspensus est in cruce, quas orationes secretas significant. Priscis quoque temporibus antiqui Patres sub silentio sacrificabant, & cõmunicabant, quod etiam in sabbato sancto obseruamus.
Ioan.12

Præterea

Præterea, vt Ioannes euangelista describit, postquam Christus honorificè fuit receptus & magnificatus à turbis, cum palmis & laudibus abiit & abscondit se: non vtique trepidantis formidine, sed dispensationis officio: quia nondum venerat hora eius, quæ postquàm post aduenit, spontaneus ad passionem accessit. illud ergo Christi latibulum, hoc secretum silentium repræsentat: in quo sola dirigitur ad Dominum intenta deuotio. Tunc enim sacerdos intrare debet in cu- *1.Reg.1*
biculum cordis, & ostio sensuum corporis clauso, Deum Patrem ora-
4 re,qui exauditor est clamoris cordis,non vocis. Vnde Anna † typum gerens Ecclesiæ,non petitione clamosa, sed tacita deuotione, quod petiuit impetrauit: de qua in libro Regum legitur, quod loquebatur in corde suo, & labia eius tantum mouebantur, sed vox penitus non audiebatur. Vnde & Mosi Dominus inquit: Quid clamas ad me; cum tamen ipse taceret. Propheta etiam dicit: Dicite in cordibus vestris,
5 & in cubilibus vestris compungimini. ¶ Potest tamen † dici, quòd *Psalm. 4*
prima secretella repræsentat tempus illud, quando Christus venit Hierosolymam ad diem festum non manifestè: hæc autem secreta tempus illud quo receptus fuit in Hierusalem cum hymnis & ramis, & sexta feria sequenti crucifixus fuit. præfatio verò illud, quando Christus in cœnaculo hymnum retulit, & illo dicto exiuerunt in
6 montem Oliueti, sursum corda ascensionem. ¶ Secundò ideò secreta † in silentio dicitur, ne sacerdos clamando his quæ aguntur, minus intendat. Tertiò, ne vox sacerdotis nimio clamore ædificiat. Quar-
7 tò, ne sacrosancta verba vilescant. ¶ Fertur † enim quod cum Antiquitus publicè & alta voce canon diceretur, omnes penè, per visum illum sciebant, & in plateis & in vicis decantabant. Vnde cum quidam pastores illum in agro cantarent, & panem super lapidem posuissent, ad verborum ipsorum prolationem panis in carnem conuersus est: ipsi tamen diuino iudicio igne cœlitus misso, percussi sunt: propter quod Patres statuerunt verba ista sub silentio dici. inhibentes sub anathemate, ne proferantur, nisi à sacerdotibus super altare, & in missa & cum vestibus sacris. Quædam etiam orationes, quę ante præfationem sub silentio dicuntur, secreta vocantur, de quo & de silen-
8 tio sub tit. de inclinatione sacerdotis dictum est. Consecrantis ergo † mens, vt præmissum est, ad id solum debet esse intenta: nam eos qui adorant, in spiritu & veritate adorare oportet. Ne verò muscæ ve- *Ioan. 4*
nientes perdant suauitatem vnguenti, id est, ne importunæ cogita- *Eccle. 10*
tiones tollant deuotionem orationis, flabello spiritus abigantur, id est inspiratione gratiæ repellantur, quatenus Auster adueniens, & Spiritus sanctus accedens perflet hortum, id est mentem fœcundet, vt *Cantic.4*
aromata fluant, id est virtutes abundent. ¶ Ad quod etiam significan-
9 dum, æstiuo tempore materiale flabellum, dum secreta dicitur, adhibetur. Hac † etiam ratione videlicet ne muscæ venientes perdant suauitatem vnguenti: dici potest quod canon dici debet expedite, non *Exod. 12*

t morosè,

Universidad de Deusto Biblioteca

morosè, & ne auditoribus tædium generet. Vnde in Exod. dicitur: Fac festinanter. quod de immolatione agni dictum est. Et probatur etiam ibi: Et comedetis festinanter. sed nec nimis etiam festinanter: quia non debet sacrificium sine sale, id est, discretione & deuotione offerri. Debet etiam in libro legi, ne vllus error contingere possit. † Porrò sacerdos missam celebrans, repræsentat ea, quæ olim pontifex inter sancta sanctorum egit, & quæ Christus egit, quem ille præfigurauit Siquidem ea, quæ fiunt à principio secretæ, vsque in finem, passionem Domini, sepulturam & resurrectionem dominicam repræsentant. Recolitur enim ibi memoria eorum, quæ gesta sunt per hebdomadam ante paschalem à decima luna primi mensis, quando Iesus abiit Hierosolymam, vsque ad septimam decimam quando resurrexit à mortuis, propter quod in plerisque sacrarijs inter prædicationem & canonem imago crucifixi depingitur: vt non solum intellectus literæ, verum etiam aspectus picturæ memoriam dominicæ passionis inspiret: † Et fortè diuina factum est prouidentia, licet humana non sit industria procuratum vt ab ea litera canon inciperet, scilicet à T. quæ Hebraicè thau: quæ in sui forma signum & mysterium crucis ostendit, & exprimit dicente Domino per Ezechielem: Signa thau in frontibus virorum dolentium, & gementium super abominationibus Hierusalem: quoniam per Christi passionem hæc omnia in cruce impleta sunt & efficaciam habent. In quibusdam tamen codicibus, & maiestatis Patris, & etiam imago depingitur Crucifixi, vt sacerdos quasi præsentem videat, quem inuocat, & quem alloquitur, dicens: Te igitur, &c. & passio, quæ hic repræsentatur, cordis oculis ingeratur. Sacerdos autem osculatur pedes ipsius maiestatis, & se signat in fronte, inueniens quod reuerenter ad mysterium passionis accedit. Quidam tamen prius osculantur pedes maiestatis, & posteà crucifixi, secundum seriem canonis. Alij econtrà quia per Filium peruenitur ad Patrem. Deinde dicens: Te igitur. se inclinat, vt ibi dicetur. Secreta ergo passionem repræsentat, passio incipit ibi: Vnde & memores, &c. crucifixio ibi: Hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam. Oratio verò à Christo in cruce incepta ibi: Supplices te rogamus, &c. Episcopi seu sacerdotis inclinatio tunc facta ante altare, significat emissionem spiritus, capite inclinato. Eleuatio vocis, cum dicitur: Nobis quoque significat exclamationem Centurionis, dicentis. Verè Filiùs Dei, erat iste. Duæ cruces supra corpus, & calicem factæ docent Christum pro duobus populis crucifixum: oblata in calice significat corpus Christi, vinum in calice, sanguinem eius. Subdiaconus recedens à facie episcopi incipientis, Pater noster, significat mulieres, sepulto domino recedentes à monumento. Patena, significat fœminarum corda in obsequio sepulturæ Christi, latitudine charitatis patientia, prout sub titu. de oblatione dictum est. de his per sua loca dicetur. Traditur † autem quod Gelasius Papa quinquagesimus primus à beato Petro, canonem principaliter ordinauit. Non enim secreta tota simul ab vno composita est, prout dicetur in tertia particula super verbo, communicantes. Et licet aliqua verba sint ab aliquibus, quos tamen ignoramus, addita, quæ in euangelij textu non continentur, vt dicetur in sexta particula super verbo, Eleuatis oculis. nulli tamen subtrahere vel addere licet, nisi forte quandoque eorum nomina, pro quibus nominatim sacrificium offertur, sicut inferius in decima particula ostendetur. ¶ † Notandum verò est quod quidam sedent in canone missæ, significantes Apostolos, qui sedebant tristes de nece domini in cœnaculo: alij stant, significantes Mosem, qui extensis manibus orabat, & Aaron, & Hur illius manus sustentabant: de quo sub tit. de oratione dictum est. Quidam verò, vt aliqui ex ministris, nec sedent nec stant: sed in vestibus sacris stant capite inclinati, prout dictum est sub tit. de sanctis: & sub tit. qualiter sacerdos & ministri ad altare debent stare.

Ezech. 9

Exod. 17

SVMMARIVM.

1 *Canon, quot contineat partes, varie, & num. 2. 3. 4.*
5 *Canonis expositio primæ partis. scilicet. Te igitur, & num. 6.*
7 *Christus fuit à tribus traditus.*
8 *Cruces tres cur faciat sacerdos super oblatione, quid ve notent.*
9 *Sacerdos benedicens, dicit: Hæc dona, hæc munera. & qua id significatione, & an, & quatenus illa differant latè, & cur dona, potius, quam donum, dicit num. 10.*
11 *Illibata dona & munera, dicit sacerdos, in benedictione, & quæ dicantur illibata.*
12 *Sacrificia Ecclesiæ, quot.*
13 *Canonis secunda pars cum expositione.*
14 *Sacrificium altaris, pro quibus offerri debeat.*
15 *Pacificare & adunare, an idem: item, custodire & regere.*
16 *Papæ nomine cur oretur, & ex cuius institutione: & pontificis etiam nomine.*
17 *Orationes pro quibus faciendæ.*
18 *Potestates duæ sunt.*

De Expositione Canonis qui incipit Te igitur.

CAP. XXXVI.

EXpositioni canonis hic vacare præuidimus. Veruntamen quicquid exponendo conamur exprimere, vix vllius apparet esse momenti. Deficit namque lingua, sermo disparet, superatur ingenium, opprimitur intellectus. Pulsabo tamen ad ostium, vt amicus accommodet mihi tres panes. de pœniten. distinct. j. opportuna. qui maximè

Universidad de Deusto
Biblioteca

in hoc conuiuio necessarij erunt: vi delicet fidem, quæ petit & accipit vitam: spem, quæ quærit, & inuenit viam: & charitatem, quæ pulsat, & apperit veritatem. ¶ † Canon autem vndecim continet partes. Secunda incipit ibi; Memento Domine. Tertia ibi: Communicantes. Quarta ibi: Hanc igitur. Quinta ibi: Quam oblationem. Sexta ibi: Qui pridiè. Septima ibi: Simili modo. Octaua ibi: Vnde & memores. Nona ibi: Supplices te rogamus. Decima ibi. Memento. Vndecima ibi: Nobis quoque. ¶ † Alij dicunt, quòd continet duodecim partes. Secunda pars ibi: In primis. Tertia ibi: Memento. Quarta ibi: Communicantes. Quinta ibi: Hanc igitur. Sexta ibi: Qui pridiè. Septima ibi; Vnde & memores. Octaua ibi Suprà, quæ propitio. Nona ibi: Memento. Decima ibi: Nobis quoque. Vndecima ibi: Per quem hæc omnia. Duodecima ibi: Oremus præceptis salut. moni. ¶ Sed secundum alios sex solum continet partes. Secunda incipit ibi: In primis. Tertia ibi: Communicantes. Quarta ibi: Hanc igitur. Quinta ibi: Supplices te rogamus. Sexta ibi: Oremus præceptis. ¶ Sunt † etiam qui dicunt, quod quinque tantum sunt partes: vnde & quinquies concluditur, per Christum Dominum nostrum, eò quòd per quintuplicitiam Domini passionem oratio fidelium exauditur. de hoc dictum est in fine procemij huius partis. ¶ Incipit ergo † canon, & eius prima particula: Te igitur. Et exponitur Igitur, id est, certè. Sacerdos enim hoc dicens alloquitur Deum tanquam præsentem: vel Igitur istud continuat ad præcedentia, quasi diceret: Tu es sanctus Deus, igitur clementissime Pater, id est, clarissima mente abundantissimè, id est, misericordissime: vel, id est, mentem clarificans, mens enim clarescit, cum Deum propitium sentit. Quæ verba dicendo, sacerdos *Ioan.10* se ante altare inclinat, significans, quòd Petrus inclinauit se, dum prospexit in monumentum. Rursus hæc sacerdotis inclinatio in principio canonis humilitatem Christi ad passionem, quodque sacerdos ipse cum reuerentia ad mysterium crucis accedit, significat. ¶ Et in his verbis notatur, quòd sicut legalis sacerdos vultum versus propitiatorium habebat, prout dictum est in procemio huius partis: sic *Heb.9* & noster ad Dei clementiam cor debet habere & sicut pontifex intrabat in sancta sanctorum semel in anno ferens sanguinem hirci aut vitali, sic & Christus per proprium sanguinem introiuit semel in sancta æterna redemptione inuenta, sic & minister Ecclesiæ intrat cum sanguine in sancta sanctorum, quoties in mentem memoriam sanguinis Christi gerens secretè inchoat mysterium, quod non solùm mente, sed etiam crucis signaculo, de quo iam dictum, Christi recitat passionem. ¶ Sequitur: † Supplices, id est, humillesmè accepta habeas, id est, vt accipias seu grata habeas: & hic osculatur altare in reuerentiam passionis, per hoc compati se ostendens. ¶ Sane eodem die qua † laudes à turbis Christo sunt acclamatæ, videlicet decima luna primi mensis quando secundū legem typicus agnus

in domos Hebræorū inferebatur, verus agnus Iesus Christus ingressus est Hierosolymam, & multis insidiis quærebatur ad mort. Traditus autem à tribus, scilicet à Deo pro nobis, vnde Apostolus: Proprio *Rom.8* filio suo non pepercit Deus: sed pro nobis omnibus tradidit illum, à Iuda, vnde in Matthæo: Quærebat Iudas opportunitatem, vt eum *Matt.28* traderet Iudæis. & à Iudæis Pilato, vt in Ioanne: Gens tua & pon- *Ioan.18* tifices tui tradiderunt te mihi. Prima traditio, fuit ex gratia: quia *Matt.16* dilexit, nos, & tradidit se ipsum pro nobis. Secunda ex auaritia quia *Gal.2* constituerunt ei xxx. argenteos. Tertia, fuit ex inuidia. Sciebat enim *Matt.27* Pilatus, quod per inuidiam tradidissent eum, Deus ergo tradidit ex dono. Iudas pro munere, Iudæus in sacrificium illibatum. ¶ Ad *Phil.2* 8 quod † designandum sacerdos facit tres cruces super oblatum, & calicem, cum dicit: Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata, quasi dicat, offerimus tibi clementissime Pater, hæc dona, hæc munera hæc sancta sacrificia, commemorantes illam traditionem, quam Deus fecit ex dono, Iudas pro munere, Iudæus in sacrificium illibatum: singuli tamen ad mortem, mortem autem crucis. ¶ Secundò etiam fiunt tres cruces in reuerentiam eius, qui est trinus Deus, cuius potentia fit conuersio panis & vini. ¶ Tertiò, in figuram triplicis vnionis in acceptatione Saluatoris. ¶ Quartò in memoriam trinæ crucifixionis. Prima fuit in voluntate persequentium, de qua Ioan. ij. Collegerunt ergo pontifices & Pharisæi concilium, &c. Secunda fuit in voce clamantium, de qua Mar. At illi magis clamabant Crucifige eum. Tertia fuit in crucifixione manuum, & pedum, de *Marc 15* qua Luc. Crucifixerunt eum. ¶ Quintò, in tribus crucibus tempus *Luc.23* ante legem, quod tribus distinguitur interuallis, innuimus, scilicet ab Adam ad Noë, inde ad Abraham & inde ad Mosem. In quibus tribus temporibus iusti Christum suis sacrificiis præfigurauerunt, vt Abel in agno, Melchisedech, in pane & vino, & Abraham, in filio. Verum per præmissa tria verba, non aliud atque aliud dicitur, sed res vna pro sui magnitudine diuersa appellatione laudatur: donum quidem, dantis, munus accipientis, sacrificium offerentis. Pater dedit, filius obtulit, Spiritussanctus recepit, vnde Apostolus: Christus per Spiritum sanctum semetipsum obtulit Deo immaculatum, singuli tamen dederunt & obtulerunt & acceperunt, sed ad distinctionem Pater dicitur dedisse, propter authoritatem, filius obtulisse propter humilitatem Spiritussanctus accepisse propter benignita- 9 tem. Eadem enim † sacrificia dona sunt simul & munera: dona sunt, à nobis ad sustentationem, à Deo collata, munera sunt à nobis Deo, *Dan.5* vt laudetur, oblata. Nam & quæ sacris offeruntur altaribus & munera nuncupantur, & dona. vnde & Dominus inquit in euangelio. Si offers munus tuum ante altare, vade prius reconciliari fratri tuo. *Gene.5* Et Daniel dixit ad Balthasar. Munera tua tibi sint, & dona tua alteri *Hebr.5* da. xiiij. quæstione v. scriptum. & alibi: Respexit Dominus ad Abel,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& ad munera eius. Sacrificia dicuntur, quia sacrificantur & offeruntur, pro peccatis nostris, vt nos sacros efficiant. Vnde populus inquit, de pontifice: Vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Sermonum igitur inculcatio, piæ deuotionis est exercitatio, & ineffabilis commendatio sacramenti, quod sacramentum dignè eucharistia appellatur, prout dicetur in vj. particula, super verbo: Qui pridie, quam pateretur. Propriè autem munus homini, donum Deo datur. Nam munera dicuntur quæ manibus dantur vel accipiuntur. Rursus dicuntur dona, quo ad panem in quo est farina & aqua, munera quo ad vinum in quo est vinum & aqua. Hæc sancta sunt sacrificia quò ad vtrunque secundum Augustinum. Dona referimus, cum nosmetipsos Deo offerimus, & donamus munera, cùm eius beneficiorum memores sumus: sacrificia illibata, cùm ei humilitatem, & laudes impendimus. de hoc vide de consecratione distinctione ij. in canone comperimus. ¶ Et † nota quòd ideo dicitur pluraliter dona, munera, sacrificia quia panis & vinum prius, quam consecrentur, diuersæ sunt species substantiarum, & diuersæ substantiæ specierum, sed vbi consecratio cœlestis accesserit, species, quidem remanent, sed substantiæ conuertuntur: itaque diuersa sunt continentia, sed vnicum est contentum, nam idem sub vtraque continetur, licet non idem vtraque substantia conuertatur, sicut infrà plenius ostendetur. Dicuntur etiam † sancta & illibata, quia panis & vinum sanctificantur in sacrosanctum corpus, & immaculatum sanguinem Christi. Non enim dicuntur illibata, quasi nondum gustata. sed potiùs dicuntur illibata, id est, immaculata, quæ sine macula cordis & corporis oportet offerri, quatenus & cor ab iniquitate, & corpus ab immunditia purgetur, antè, quam offeratur: quoniam (vt ait Apostolus de consecratione distinctione ij. qui

1. Cor. 11 cælare, &cætera sequen.) Quicunque manducauerit panem, & biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo. & sic de pane illo edat, & de calice bibat. qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Dicuntur ergo illibata, id est, sine labe: sicut agnus paschalis immaculatus, qui significat Christum, qui est sine macula, id est, rega. Vel illibata, id est, incorrupta: non quia substantia panis & vini corrumpi non possit, sed quia corpus & sanguis filij Dei, in qua virtute verborum species iam transsubstantiatæ sunt, corrumpi non

Psal. 15 possunt. Vnde Psalmista: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Tertiò, dicuntur illibata, ad notandum, quòd nullus existens ad fidem debet approximare illis, vt dicetur in tertia particula super verbo communicantes. ¶ Tria † autem sunt Ecclesiæ sacrificia, per tria, quæ fiebant in veteri Testamento, figurata, prout dictum est in procœmio huius partis. ¶ Sequitur, † In primis, quæ tibi offerimus, &cætera. Sanè legalis pontifex ingrediens in sancta sanctorum ora-

orabat, vt dictum est in procœmio huius partis, & Christus ante passionem orauit se glorificari, discipulósque conseruari, & nunc etiam sedens ad dextram Patris interpellat pro nobis sic & noster minister sequens Aaron, & Christum, pro tota supplicat Ecclesia, quæ consistit in prælatis, & subditis, & cætera. Licet autem vnus tantùm sacrificium offerat, tamen pluraliter dicit offerimus: quia sacerdos non tantum in sua, sed in totius Ecclesiæ persona sacrificat. Quapropter in sacramento corporis Christi, nil à bono maius, nil à malo minus, perficitur sacerdote, prout dictum est in procœmio huius partis. ¶ Ve-

14 rum, † nobis hic inuestigandum occurrit, quibus, & pro quibus, & qualiter, & quare debeamus sacrificium altaris offerre. Et quidem hæc quatuor ex ipso canone colligere possumus euidenter: quibus, soli Deo, videlicet indiuiduæ Trinitati: pro quibus Ecclesia sancta catholica, videlicet pro omnibus orthodoxis: qualiter, in vna fide, videlicet in communione sanctorum. quare, pro beneficiis corporalibus, spiritualibus, & æternis, sed omnibus propter D um. Primum notatur ibi: Tibi reddunt vota sua æterno Deo, viuo & vero. Secundum ibi: Pro Ecclesia tua sancta catholica. Tertium ibi: Communicantes & memo. vene. Quartum ibi: Pro redemptione animarum suarum, pro spe salu. & incolu. suæ. Sacrificium ergo laudis offertur, & generaliter pro cunctis, & specialiter pro quibusdam, id est, pro prælatis, qui sunt iuxta Apostolum in sublimitate constituti, Rom. 13 & pro subditis viris & mulieribus, pro sacerdotibus & adstantibus, pro nobis & nostris. De prælatis & subditis ibi: Vnà cum famulo tuo Papa nostro, & omnibus orthodoxis. De viris & mulieribus, ibi Memento Domine famulorum famularum tuarum. De sacerdotibus, & astantibus, ibi. Omnium circumstantium, & qui tibi offerunt hoc sacrificium. De nobis & nostris, ibi: Pro se suisque omnibus. Sic ergo exponenda est litera, Quæ tibi offerimus. In primis, id est, principaliter pro Ecclesia tua sancta, catholica, id est, vniuersali toto terrarum orbe diffusa, sed fidei sacramentis vnita: quàm, id est, vt eam pacificare digneris, vt habeat pacem ab hæreticis, & schismaticis: & adunare, quæ dispersa est inter perfidos, & Paganos. Vel hic dicitur, quòd orandum est pro discordantibus ab inuicem: quam & custodire digneris à vitiis & dæmonibus, & rege-

15 re in prosperis & aduersis. Idem: tamen videtur esse † Pacificare Rom. 5. quod Adunare, Custodire, quod Regere. Tunc enim pacificat, cum Act. 4 fidelium mentes adunantur, vt per Spiritum sanctum charitate diffusa multitudinis credentium sint cor vnum, & anima vna. extrà de Psal. 19 summa trinitate cap ij. Tunc custodit, cùm inter mundi pericula re- Apoc. 12 gitur: vt de sancto mittens auxilium, eam de Syon tueatur. Licet e- Canti. 6 nim in Apoc. septem scribatur Ecclesiis, vna tamen in Canticis est columba: nam sap edi. si do. & excidit co. septem. Vna igitur est Ecclesia septem ordinibus distributa vel septem chrismatibus insignita,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam ipse pacificat & adunat ille † custodit & regit qui propter ip-
sius regimen, & munimen proposuit vniuersis, vt omnes ab vno ho-
cut corpus à capite gubernentur, pro quo statim oratur cum dicitur:
Vna cum famulo tuo Papa nostro, quæ verba Clemens Papa addi-
dit. Nam vt inquit Pelagius Papa constat ab vniuerso orbe sepa-
ratos esse, qui qualibet dissensione inter sacra mysteria Apostolici
pontificis memoriam secundum consueiudinem non frequentant:
qui verò non sunt de Romana Ecclesia diœcesi, pro suo quoque
debent orare pontifice, quatenus vnitatem Spiritus in vinculo pa-
cis obseruet: vnde debent dicere verba sequẽtia, scilicet, Et antistite
nostro. Antistes tamen ipse celebrans non debet ea dicere. Quod ve-
rò addunt, quidam de antistite & rege, noua traditio est: vbi oranda
esse pro prælatis ostenditur, orandum etiam esse pro principe, Apo-
stolus docet. j. ad Timot. ij. capit. † Obsecro (inquit) primò omnium fi
fieri obsecrationes, orationes, & postulationes, & gratiarum actio-
nes, pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt constituti, vt quietam & tranquillam vitam agamus, in
omni pietate, & castitate. de consecra. distinction. j. de hymnis. ad fi.
Sicut enim duæ sunt vitæ, cœlestis videlicet & terrena, vna qua spi-
ritus viuit ex Deo, & altera, qua caro viuit ex spiritu ita duæ sunt †
potestates, ecclesiastica, videlicet & mundana. vna, quæ moderatur
spiritualia, altera, quæ moderatur carnalia ista per clericos, & illa per
laicos. xvj. distinct. duo. Post vtranque Potestatem orandum est pro
omnibus orthodoxis, qui vtranque fidem, catholicam, videlicet &
Apostolicam venerantur & colunt, & sic hæretici & schismatici ex-
cluduntur. Orthodoxi enim quasi gloriantes dicuntur: qui vide
Deum rectæ fidei confessione glorificant.

SVMMARIVM.

1 *Canon memoriam viuorum continere debet.*
2 *Deus scit eos quos approbat obliuiscitur, quos reprobat.*
3 *Orandum pro omnibus fidelibus.*
4 *Sacrificium laudis.*
5 *Amicos diligere debemus, vt charitatis ordo seruetur.*
6 *Bona hominis tria, pro quibus sacerdos offert Deo.*
7 *Vota quæ dicantur.*

De secunda Parte Canonis, scilicet, Memento Domine.

CAPVT XXXVII.

MEmento Domine famulorum famularúmque tuarum & om-
nium circunstantium, &c. Secunda † pars in qua etiam ostenditur orandum esse pro subditis. Et ex hac iunctura verborum eui-

denter cõuincitur, in hoc loco debeat, sacerdos specialiter viuos quos voluerit memorare: quoniam subsequenti, Memento defunctorum, poterit agere memoriam specialem. Hinc etiam euidenter apparet, quod sanctum sit & salubre missarum interesse mysteriis, cum sacrifi-
2 cium eucharistiæ pro circunstantibus specialiter offeratur. ¶ Verum † cũ Deus nihil ignoret, nec alicuius valeat obliuisci, quid est, quòd pe-
timus vt Deus meminerit nostri? Porro Deus dicitur scire quos appro-
bat, vnde: Nouit Dominus qui sunt eius: & dicitur nescire quos repro-
bat, vnde: Non noui vos. Rursus, dicitur obliuisci malorum, cum ma-
lus ad bonum reuertitur, vnde, Si impius egerit pœnitẽtiam, omnium *Iob.7*
iniquitatum eius non recordabor. Et dicitur obliuisci bonorum cum *Psal. 139*
bonus ad malum peruertitur: vnde si iustus à iustitia sua auertit se, *Psal.24*
omnes iustitias eius non recordabor. Deus etiam quandoque recor-
datur ad miserendum: vnde Memento mei Deus meus: quia ventus
est vita mea: quandoque ad puniendum, vnde: Memento Domine fi-
liarum Edon, in die Hierusalem. Petimus ergo non vt nostri memine-
rit, sed vt nostri misereatur secundum illud: Reminiscere miseratio-
num tuarum Domine, & misericordiarum tuarum, quæ à seculo sunt.
¶ Sequitur: Quorum tibi fides cognita est, & nota deuotio, &c. quasi
qui propriarius fidelibus & deuotis: qui olis, vides inconscientiis, quæ
rectè credant, & deuotè te diligãt, vtpote renum scrutator & cordium
Deus, sciẽtiarum dominus, occultorum omnium perscrutator, in cuius
conspectu nulla creatura est inuisibilis. Pro quibus tibi offerimus, vel
qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, &c. quasi diceret: Memento
Domine, non solum eorum, pro quibus offerimus: sed etiam sacerdo-
tum, qui offerũt hoc sacrificium laudis, &c. Cum enim sacerdos offert
3 pro populo, nihilominus & pro se. Vel ideò dicit: Pro quibus † tibi of- *1.Cor.10*
ferimus, vel qui tibi offerunt, quia non solùm offerunt sacerdotes, sed
& vniuersi fideles: nam & quod specialiter adimpletur ministerio sa-
cerdotum, hoc vniuersaliter agitur voto fidelium: vel pro quibus offe-
rimus scilicet: vel qui tibi offerunt, scilicet deuotione. Dicitur autem
sacrificium laudis: secundùm illud Apostoli: Quicquid facere debetis, *Psal.49*
4 omnia in laudem Dei facite: vt Deus laudetur in vobis. Secundò sa-
crificium laudis dicitur, quia † Christus gratias agens illud instituit, *Matt. 28*
prout dicetur in sexta particula super verbo, Gratias agẽs. Tertiò ideò,
quia cum Deo quicquam offerimus, sua sibi reddimus, non nostra lar-
gimur, vnde: Si esuriero, non dicam tibi: meus est enim orbis terræ, &
plenitudo eius: ergo immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo
vota tua. Quartò: quia Deum laudare debemus, nõ solum quia passus *Ioan. 6*
est pro nobis, sed etiam, quia nobiscum est quotidie, vsque ad consum-
mationem vitæ, vel quia non solùm se dedit pro nobis in pretium, sed
etiam quia dedit se pro nobis in cibum, vt per pretium redimeret nos à *Matt.5*
morte, per cibum aleret nos ad vitam, vnde: Qui manducat me, viuit *Cant.2*
propter me: pro se, ἐκθεσις est, id est, expositio eius. quod sequitur, scili- *Rom.8*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cet. Pro redemptione animarum nostrarum, pro specie salutis & inco-
lu. suæ. ¶ Sequitur. † Suisque omnibus: &c. videlicet consanguineis vel
affinibus, familiaribus vel amicis, licet enim diligere teneamur etiam
inimicos, secundum illud: Diligite inimicos vestros. seruare tamen de-
bemus ordinem charitatis, qui incipit à seipso. xxiij. q. v. si non licet.
de pœn. dist. iij. sanè cauendum. extrà de vsu pallij. in fi. secundum illud:
Introduxit me rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem:
nam & Apostolus ait: Dum tempus habemus, operemur bonum ad
omnes: maximè autem ad domesticos fidei. Pro redemptione anima-
rum suarum, &c. quasi non pro temporali lucro, vel appetitu tetreno-
rum: sed pro spe salutis & incolumitatis suæ, id est pro salute vel in-
columitate speranda: spe enim salui sumus. Pro salute quidem mentis
& incolumitate corporis: nam vtraque sanitas est ab illo qui dicit: Sa-
lus populi, ego sum. Verùm vtraque sanitas prouenit ex redemptione
animæ. i. de remissione peccati: sic contrà de reatu peccati procedit in-
Ioan. 5 firmitas vtriusque: iuxta sententiam Veritatis. Ecce sanus (inquit) fa-
ctus es: iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat, extra de
pœnit. & remiss. cum infirmitas, in prin. ¶ Porrò † tria sunt hominis
bona, corporalia, spiritualia, & æterna, videlicet infima, media & su-
prema: pro quibus sacerdos dicit se offerre. Pro corporalibus, id est,
pro incolumitate: pro spiritualibus, id est, pro redemptione, pro æter-
nis, id est, pro salute. Nam & Dominus docet nos pro his tribus orare,
Matth. 6 videlicet pro æternis, vnde: Adueniat regnum tuum: pro spiritualibus,
vnde, Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra, pro corporalibus,
vnde: Panum nostrum quotidianum da nobis hodie. Offerimus enim
sacrificium pro æternis, vt detur nobis in præmium: pro spiritualibus
vt detur nobis in meritum: pro corporalibus, vt detur nobis ad ad-
2. Cor. 1 minisculum, vt per hæc & ista perueniamus ad illa. ¶ Verum cum di-
cat Apostolus, quòd virtus in infirmitate perficitur. extra de sacra vn-
ctione cap. j. & iterum cum infirmor, tunc fortior sum. Quid est quod
pro corporali incolumitate sacrificium laudis offerimus, nisi vt nobis
conferta vel reddita sanitate gratiarum a tiones in ecclesia referan-
mus. ¶ Sequitur: Tibique reddunt vota, &c. † Vota sua dicuntur quæ
voluntariè promittuntur: quia volenter & libenter Deo vouere & vo-
tum reddere debemus, extra de voto, magnæ. Verum cum nostra do-
nemus & aliena reddamus, quomodo vota, si sua sunt, reddunt, & non
Cor. 15 potius donant, vel si reddunt, quomodo sua, & non potius aliena? Sa-
nè votum & hominis & Dei est: sed Dei propter autoritatem gratiæ,
hominis propter libertatem arbitrij, propter quod dicit Apostolus:
Non autem ego, sed gratias Dei mecum. Vel vouere, est hominis red-
dere vero Dei.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Canonis tertia pars: Communicantes. & quis eam addiderit.*
2 *Canon Missæ à pluribus compositus fuit: & cum triplici sanctorum com-*
memoratione.
3 *Canon commemorationem beatæ Mariæ, & aliorum sanctorum conti-*
net, Confessorum tamen, non nu. 5. 6. 7.
4 *Ecclesia ex multis constat.*

1 De tertia parte Canonis. CAP. XXXVIII.

COmmunicantes. Tertia pars. † Ciritius Papa addidit hæc verba: Communicantes, & memoriam venerantes. ¶ Sanè pontifex, vt lex iubebat: thuribulum viuis carbonibus plenum intra sancta san-
ctorum secum portabat, sicut in proœmio huius partis dictum est, & Christus carnis suæ thuribulum omni virtute plenum tulit ad astra sic & sacerdos noster Christi vicem tenens, vacuus à peccatis & plenus virtutum odoribus ad sacrificium altaris accedere debet. Communi-
cantes & memoriam venerantes. Communicare idem est, quod parti-
cipare, quia sanctorum & angelorum pascuis communicare debe-
mus. Quatuor autem modis in ecclesia communicatur: prout dice-
tur in vj. particula super verbo: Qui pridie. Memoriam venerari, idem
est quòd memoriam honorabiliter colere, quòd beata Maria virgo
per aduentum Spiritus sancti genitrix facta est Filij Dei Iesu Christi
2 Domini nostri, qui Deus & homo est. ¶ Illud † autem notandum est,
quòd secreta non tota simul ab vno, sed particulatim à pluribus ex
eo perpenditur fuisse composita, quia ter in ea sanctorum comme-
moratio reperitur: licet hoc ipsum prouenerit ad laudem & gloriam
Trinitatis. In secunda quippè commemoratione supplentur, quæ de
primitiuis sanctis deesse videbantur in prima: verum in ea commemo-
ratione, quæ fit ante consecrationem corporis Christi, postulatur san-
ctorum suffragium. in ea verò, quæ fit post consecrationem corporis
Christi, sanctorum consortium imploratur: quia nimirum ante quam
corpus Christi, quod est vniuersalis Ecclesia consecretur, id est ante,
quàm regnum adueniat, necessarium est nobis in via sanctorũ suffra-
gium, vt meritis eorum & precibus diuinæ protectionis muniamur au-
xilio: sed vbi corpus Christi fuerit consecratum, id est, vbi regnum ad-
uenerit, assequemur in patria sanctorum consortium, vt societatem &
partem cum sanctis Apostolis & martyribus habeamus. In via quippè
communicamus cum sanctis per fidem, quam ipsi hic habuerunt, &
nos habemus. in patria verò participabimus cum sanctis per spem,
3 quam ipsi habent & nos habebimus. Nos † enim fidem habemus, &
spem & illi spem habent, & rem: nos percurrimus stadiũ, illi possident
brauium: nos pugnamus in via, illi triumphant in patria. Communica-
mus igitur & memoriam veneramur Apostolorũ ac martyrũ, & præ-

cipuè

cipuè gloriosæ virginis Dei genitricis Mariæ, vt eorum suffragio, & fide, perducamur ad spem, de stadio, perueniamus ad brauium, de via ad patriam transeamus, in primis autem nominatur nomẽ beatæ Mariæ: quia ipsa eum qui oblatus est, & qui verè hostia est genuit, & in cœlis obtinet principatum. Nominantur & xij. Apostoli & xij. Martyres qui omnes huius sacrificij testes fuerunt: & passionem Christi vobis, & effusionis sanguinis testimonio probarunt. In hac igitur commemoratione sanctorũ illud obseruat Ecclesia, quod antiquitus agere consueuit, vt in orationibus suis recolat patrum memoriam, quatenus eorũ meritis suffragantibus facilius obtineat, quod imploratur. Sic *Dani.3* & Moses, pro peccante populo intercedens, patrum memoriam imposuit, dicens. Recordare Abraham, Isaac, & Iacob, seruorum, &c. Exod. xxxj. Sic & Azarias orasse legitur in fornace, Ne quæsumus auferas misericordiam tuam à nobis Domine Deus noster, propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israël sanctum tuum. Et quoniam extra vnitatem Ecclesiæ non est locus offerendi sacrificiũ vnitatis, ideo sanctorum memoriæ cõmunicamus in sacrificio, quatenus in cõmunione sanctorum sacrificiũ offeramus: nã sicut † vnus panis ex multis granis, & vnũ corpus ex multis mẽbris, sic ex multis fidelibus *Exod.12* vna constat Ecclesia. Scriptum est enim: Alienigena nõ vescetur ex eo quoniam sancta sunt: & ideo solum illũ ad esum eius, agni recipimus *Exod. 12* qui nostræ coniunctus est domui, videlicet omnem domesticum fidei principe, vsque ad plebeiũ à populo, vsque ad publicanum. Scripserunt autem quidam, quod quia sacerdos legalis scripta habebat *Aquin.* nomina duodecim tribuum seu patrum. Exod. xxx. ideo in huius reique memoriam presbyter nominat memoriam beatæ Virginis & apostolorum & quorundam martyrum. ¶ Sed † cum Ecclesia inter sanctos martyres & confessores veneretur, quare in canone nõ fit de illis commemoratio? Responderi potest, quod canon prius fuit editus, quàm memoriam sanctorum confessorum Ecclesia celebraret. Nam omnes ferè sancti qui in canone commemorantur præcessere Syluestrum, præter Ioannem, & Paulum, & Marcellinum, & Petrum, qui proximè successerunt. Ecclesia verò post tempus beati Syluestri, expressam sanctorum confessorum venerari. Canon autem ex eo conuincitur præcessisse, quod Apostolorum catalogus non ita reperitur in illo dispositus, sicut in emẽdatioribus codicibus, siue euangeliis inuenitur. In prioribus enim editionibus, vt dicit Hierony. non solum euangelistarum mutatus est ordo, sed etiam verborũ & sententiarum erat confusa cõmistio. ¶ † Potest etiam dici, quod ideo in canone fit solum fit mentio de martyribus: quia cum hoc sacramentum sit sacramentum amoris, in ipsius sacramenti ministerio debet solum memoria fieri de illis, in quibus specialius apparuit signum veri amoris. In Apostolis apparuit per temporalium abiectionem: in martyribus per corporum tormentis expositionem: De primo, Matth. xix. Ecce nos reliqui-

reliquimus omnia, &c. De secundo, Sapient. iij. & si coram hominibus
7 tormenta passi sunt, &c. ¶ Rursus † ideo non fit mentio de confessoribus, quia illi non sunt passi, sicut Christus cuius passionis est memoriale hoc sacramentum. Gregor. iij. addidit hæc verba, scilicet illa, quæ in quibusdam ecclesiis dicuntur, scilicet: Quorum solennitas hodie in *Ioan. 2* conspectu tuæ maiestatis celebrantur, domine deus noster, in toto orbe terrarum. Terminatur autem hæc particula, per eundem Dominum nostrum sicut enim per filium omnia facta sunt, ita per ipsum habent omnia esse reparata, & terminata: & secundum quosdam non debet hic responderi Amen, neque vsque ad fractionem hostiæ, quia angelorum chorus sanctò ministerio assistens, respondet, Amen, hoc tamen non vbique seruatur de hoc dicetur in ij. particula.

SVMMARIVM.

1 *Canonis quarta pars, & eius expositio.*
2 *Seruitutis duæ species.*
3 *Adoratio soli Deo competit non imaginibus.*
4 *Leo Papa, quid addiderit canoni missæ.*
5 *Pax varie & multipliciter accipitur.*
6 *Osculatio altaris, quotuplex, & quid significet.*
7 *Osculatur altare sacerdos, manibus ab ipso altari remotis, & quid ita.*

De quarta Parte Canonis.

CAP. XXXIX.

1 HAnc igitur oblationem. Quarta pars: & hoc dicendo, sacerdos † in quibusdam Ecclesiis profunde se inclinat. ¶ Sanè legalis pontifex orans, fumo thymiamatis obumbrabatur, & tegebatur, ne pateret alicui dum cremaret incensum, sicut in proœmio huius partis dictum est. Et Christus Deum Patrem interpellat pro nobis angelorum pertransit *Rom. 8* initium: quia intelligi non potest quantum præsentia sumptæ carnis impetret apud patrem pro nobis. Sacerdos quoque dum vicem Christi gerit, quodammodo regitur, & latet: quia nec cogitari, nec narrari potest, quanta virtus & potentia sit in verbis eius & in hoc mysterio, quod latet homines & angelos, ad quod repræsentandum in quibusdam Ecclesiis sacerdos secretam intrans, quibusdam cortinis, quæ sunt in vtroque latere altaris, quæ tunc extenduntur, quasi tegitur & velatur. ¶ Seruitutis nostræ, id est, meæ & cunctorum, qui tibi seruiunt, &
2 famulantur. Et † nota, quod duæ sunt seruitutis species: vna quæ soli
* creatori debetur, quæ dicitur λατρεια † altera quæ creaturis impenditur, quæ vocatur δουλεια. Quasdam enim creaturas possumus inter omnia venerari. Vtranque speciem Dominus determinat: dicens: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Vnde versus: Latria sit domino,

domino, debetur dulia seruo. Ad corpus Christi fertur perdulia ferè.
Matt.22 Latria ergo est seruitium, siue cultus soli deo creatori debitus: quem
debemus super omnia reuereri. Ad eam quidem pertinent templa, & al-
taria, sacerdotalia sacrificia, festiuitates, ceremoniæ & huiusmodi quæ
soli deo sunt exhibenda iuxta illud: dominum deum tuum adorabis &
Deut.6 illi soli seruies, id est soli deo seruitutem adorationis impendes. Non e-
Matt.4 nim sanctis & angelis ad honorem dei, sed potius deo ad honorem
sanctorum, & angelorum dedicantur templa & altaria consecrantur,
& sacrificio offeruntur: nec ipsis adorationis seruitus sed soli Deo im-
penditur, vt dicetur in proœmio vij. partis: ne si secus fiat, non *Hieron.*
cultus exibeatur, sed idololatriæ crimen incurratur, seruiendo creatu-
Rom. 1 ræ tanquam creatori, & mutando gloriam incorruptibilis Dei in simi-
litudinem corruptibilis hominis. Si † igitur nec homines nec angeli a-
dorandi sunt, attendant quid agunt qui sub prætextu cuiusdam religio-
nis seu pietatis diuersas adorant imagines: non enim licet aliquid ma-
nufactum adorare, prout probatum est in parte prima, sub titul. de pla-
Hebr. 1 cturis. Vna quidem tantum Dei patris est imago, quam vna cum Pa-
tris adoratione venerari debemus, scilicet vnigenitum Dei Filium, Je-
Psal.98 sum Christum qui est splendor gloriæ, & figura substantiæ eius: cuius
non solum deitatem: sed etiam humanitatem adorare debemus, iuxta
illud: Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Caterùm
vero imagines & creaturas sacras & sanctas, id est, angelos, homines,
Genes.18 & sacramenta non latria, sed dulia possumus venerari. De adoratione
Genes.13 angelorum legitur, quod Abraham oculis eleuatis in conualle Mam-
& 32 bre tres vidit & vnum adorauit ex angelis. Loth quoque duobus angeli-
bus intrãtibus ciuitatem, occurrens adorauit, petens vt in domum suam
hospitio declinarent. De adoratione hominum, legitur quod Iacob ve-
dens Esau venientem, præcessit vtranque turmam, & pronus in terram
septies adorauit. Filij quoque Iacob adorauerunt Ioseph in Ægypto.
de adoratione sanctorum dicit Ecclesia. Crucem tuam adoramus Do-
mine. Et alibi legitur Christiani sacras imagines piè venerantur &
adorant. ¶ Sequitur, Dies † quoque nostros: & nota, quod Leo Papa
adiunxit infra actionem. Hanc igitur oblationem, vsque, Placatus ac-
cipias. Beatus autem Gregor. has tres petitiones in canone dicitur ad-
disse. Prima est: diesque nostros in tua pace disponas, supple, per eum
qui pro nobis est traditus in manus eorum, qui pacem ode. unt. Secun-
da. Ab æterna damnatione nos eripi, supple, per eum, qui pro nobis
temporali morte damnatus est. Tertia, Et in electorum iubeas grege
numerari, supple, per eum, qui pro nobis damnatus est cum iniqui
Psal. 69 ¶ In pace tua, &c. † Et nota, quòd est pax peccatorũ, pax iustorum, pax
Galat.5 dicitur pax pectoris siue spiritualis, pax temporalis, & pax æternitatis.
Ioan. 14 De pace peccatorum dixit Psalmista, Zelaui super iniquos, pacem pec-
Psal. 61 catorum videns. Et de pace iustorum, dicit Apostolus: Fructus spiritus
Ioan.14 est charitas, gaudium, pax, patientia. Hanc reliquit dominus Apostolis dicens,

dicens, pacem relinquo vobis. De pace temporis inquit propheta: Orie-
tur in diebus eius iustitia & abundantia pacis. De pace æternitatis, do-
minus dixit Apostolis. Pacem meam do vobis: non quomodo mundus
dat ego do vobis. Pro hac triplici pace ter oramus in missa. Primo in
hac oratione. Hanc igitur ibi diesque nostros in tua pace dispone. Se-
cũdo, in oratione, Libera nos, ibi da propitius pacem in diebus nostris.
Tertio, in pax domini ibi: da nobis pacem vt de pace temporis, per pa-
cem pectoris trãseamus ad pacem æternitatis. Ob hoc etiam sacerdos
in missa ter osculatur altare, videlicet in princ. canonis, dicens, Vti ac-
cepta, &c. & in oratione: Supplices & post orationem: domine Iesu
Christe, qui dixit Apostolis, licet quidam nouies osculentur vt sui
adiutorium ad hoc impetrandum nouem chorus vel ordines angelo-
rum in quibus omnes sancti locati vel locandi, sunt, inuocent, vel in-
6 ducant, vel hoc faciunt, quasi gratis agentes de nouem ordinibus
quos quilibet sacerdos gradatim suscepit. ¶ Circa huiusmodi † alta-
ris oscula notandum est, quod sacerdos ea facit tribus temporibus in
missa, iuxta tria, quibus indiget, & alia tria ab eo in altari agenda.
¶ Primò enim facit quædã oscula, ante collationẽ hostiæ & calicis sci-
licet quam de primo ad altare accedit, quando ad primam collectam
dicturus est: Dominus vobiscum, & iterum post euangelium dictu-
rus: Dominus vobiscum: qui oscula facit: vt fiat dignus minister in
sacrificando. ¶ Secundò facit alia post collationem calicis, & hostiæ
prius quàm communicet scilicet dicturus: Orate fratres, &c. & quan-
do in canone dicitur. Vti accepta & quando dicit. Ex hac altaris parti-
cipatione, & finita oratione illa: Domine Iesu Christe, qui dixisti A-
postolis quæ facit vt sit iustus in Christi corpore recipiendo. ¶ Tertiò
vero facit alia postquam communicauit: scilicet dicturus Dominus
vobiscum ante postcommunionem, & completa oratione, Placeat tibi
sancta, &c. quæ facit vt sufficiens inueniatur gratia domino Deo pro
receptis, referenda. Verùm oscula, quæ fiunt post communionem, fiunt super altare,
stiæ & calicis, & ea, quæ fiunt post communionem, fiunt super altare,
videlicet in medio eius. Cum enim sacerdotis dignitas & authoritas
in sacrificando, necnon sufficientia ad referendas gratias de acceptis,
sit solum à Deò, à quo nostra sufficientia est: idcirco ante calicis, &
hostiæ locationem, & postquàm communicant, osculatur medium al-
taris: per quod propter virtutem consecrationis & vnctionis ibi in
missa altaris factæ maximè repræsentatur Deus, in quo vniuntur ex-
trema. Oscula verò, quæ fiunt post calicis & hostiæ collocationem an-
tè, quàm communicet, fiunt à siniſtris calicis, prope hostiam. Ad hoc
enim, quod sacerdos: sit iustus, in sacrificando, requiritur non solum
actio diuina, verumetiam sua: vnde Augustus. Qui fecit te sine te, non iu-
stificabit te, sine te. Requiritur ergo dispositio ex parte sua, quòd fit, si
non resistit diuinis monitionibus: sed infusio gratiæ fit ex parte Dei:
ideoque oscula quæ fiunt ante communionem non directè fiunt in

medio

medio altaris. ¶ Rursus illud quod est ex nobis in iustificatione nostra, est quid diminutiuum, & est modicum respectu eius, quod ex Deo est: merito ergo fiunt à sinistra parte calicis, quæ est pars diminuta & obliqua respectu dextræ. Fiunt tamen iuxta hostiam, tum quia in iustificatione plura & nobiliora sunt à Deo seu à Christo, tum quia etiam illud, quod à nobis est, potius haberet rationem mali, quàm boni, nisi quodammodo esset à Deo per gratiam præuenientem elicitum, regulatum, & acceptum. ¶ Potest etiam secundo dici, quod ideò quando calix & hostia non sunt super altare, oscula fiunt in medio altaris videlicet directè super locum crucis, ex chrismate in ipsius consecratione factæ: quia Christus stans in medio Discipulorum suorum, dixit eis: Pax vobis: quæ pax per ipsa oscula designatur. Tertiò, ad designandum quòd sicut habetur in canticis, Christus affixum in cruce pulpureum, id est sanguine rubricatum, media charitate monstrauit, quæ charitas per osculum designatur, quæ etiam media dicitur: quia communis omnibus, pro omnibus enim voluit pati ex charitate. ¶ † Porrò fiunt oscula ipsa manibus super altare depositis. Primò ad notandum, quod charitas per osculum designata, operibus debet inniti: nam secundum Gregor. operatur magna, si est: si autem renuit operari, amor non est. ¶ Secundò, ad notandum, quod in altaris sacrificio sacerdos omnium temporalium curam deponere, & solum ipsi sacrificio affixam mentem debet habere. Tertiò, ad designandum, quod ad hæc opera eius, non sufficit, quod non solum Dei misericordia obtinetur. Adhuc nonnulli in locis ipsos osculandis signum crucis cum tribus extensis digitis prius imprimunt: tum quia omnia in fide Trinitatis agenda sunt: tum quia regulariter quicquid ori applicandum est, debet prius crucis signaculo insigniri. ¶ Et quamquam altaris mensa consecrata fuerit, & alia multa crucis signa in ipso missæ officio præcesserint, non tamen hoc superfluum: tum quia non ratione ipsius loci, sed ratione operis in loco ipso fienda sunt: tum quia quantuncunque altaris mensa fuerit consecrata, nescitur tamen quid in loco ipso maligno spiritui permittatur à Deo: alia etiam multa signa prius facta non ratione loci, sed ratione consecrationis corporis & sanguinis Christi facta fuerunt. Alij tamen in penultimo & finali: Dominus vobiscum, nec osculantur altare, nec in illo imprimunt signum crucis, sed se solum ante faciem suam signant, & benerum quia per altaris osculum, quod in fine missæ fit, intelligitur sacerdos omnia præcedentia approbare, & eis toto mentis affectu adhærere: tum quia per corporis Domini præsentiam omnis immundus spiritus loco ipso credendus est aufugisse. De osculo etiam altaris & libat sub titul. de osculo altaris dictum est.

Ioan. 20
Canti. 1

ANNOTATIO.

Dicitur λατρείαν.) Paulus ad Roman. ij. Rationalem cultum, quem Deo præstare

præstare debemus, τὴν λογικὴν λατρείαν, appellat: & θυσίαν ζωσαν ἁγιαν εὐάρεστον τῷ Θεῷ. hostiam viuentem, sanctam acceptamque Deo. Cæterum enim ille omnem victimarum immolationem & oblationem, omnem item idolorum seruitutem aspernatur abhorretque. N. D.

SVMMARIVM.

1 *Canonis quinta pars. Quam oblationem. & eius expositio & nnm. 7. 8. 10. 11. 13.*
2 *Iudæ quarta feria immane sacrilegium perpetrauit.*
3 *Cruces quinque facit sacerdos in quinta Canonis parte. & quid illa designent. 4. 5. 6.*
9 *Rationale, & rationabile, quid differant.*
12 *Hostia, dicitur salutaris rationabilis, acceptabilis, & rata, & quibus idipsum rationibus.*

De quinta Canonis Parte.

CAP. XL.

[1 QVam oblationem, &c. Quinta † pars, in qua sacerdos accedit: ad dominici corporis consecrationem dicens: Quam oblationem, id est terrenam materiam, ad corpus tui Filij destinatā tu Deus quæsumus in omnibus, id est, tota cogitatione, tota mente, & toto intellectu, digneris facere benedictam, &c. Sanè quarta feria Iudas† vnus ex duodecim, à diabolo supplantatus, immane sacrilegium perpetrauit, dum Filium Dei xxx. argenteis vendidit Pharisæis in recompensatione dāni, quod incurrerat propter effusionem vnguenti. Quare, inquit, hoc vnguentum non venditur trecentis denariis, & datum est egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat, & loculos habens, ea quę mittebantur, asportabat. Quilibet autem argenteus valebat decē denarios, vsuales. & ita damnum vnguenti quod valuerat trecentes denarios, triginta compensauit argenteis. Si verò dicamus argenteos fuisse denarios vsuales dicemus, quòd Iudas vendidit Christū quasi vile mancipium triginta denariis, qui sunt decima trecentorum denariorum, quos valuerat vnguentum propter quod Dominus despectiuè loquitur per prophetam: Appenderunt (inquit) mercedem meam triginta argenteos, pretium appretiati, quo appretiatus sum ab eis. Ad designandum † ergo pretij quantitatem, quo Christus venditus est, sacerdos hic facit tres cruces communiter super oblatam & calicem cum dicit Benedictam, adscriptam, & ratam, nam & trecenta pariter & triginta multiplicationem suscipiunt à ternario, postmodum autem ad designandū venditionem & emptionem, duas cruces imprimit sigillatim: vnam super hostiam, & alteram super calicem, cùm dicit: Vt nobis corpus & sanguis fiat: q.d. illa venditio fuerat maledicta, proscripta, irrita, iniqua,

Ioan. 12
Zac. 11

& detestabilis: sed tu Deus hanc oblationem digneris facere benedi-
Psal. 108 ctam adscriptam, ratam, rationabilem & acceptabilem. Iudas enim
dilexit maledictionem, & venit ei: & noluit benedictionem, & elon-
gata est ab eo: sed tu Deus hanc oblationem digneris facere benedi-
ctam, per quam nos in cœlestibus benedicas. Iudas deletus est de li-
Psal. 68 bro viuentium, & cum iustis non scribetur. Sed tu Deus hanc oblatio-
nem digneris facere adscriptam: per quam nos inter electos adscri-
bas. Iudas laqueo se suspendit & episcopatum eius accepit alter. Sed tu
Psal. 10 Deus digneris hac oblationem facere ratam, per quam ratum sit no-
stræ salutis promissum, vel rata, quo ad confirmationem in omnibus
bonis, ne sicut Cain offeramus, qui se non Deo sed diabolo obtulit sa-
crificium. Item Iudas exiuit condemnatus, & oratio eius facta est in
peccatum. Sed tu Deus hanc oblationem facere digneris rationabi-
lem, id est, ratione plenam, per quam rationabile fiat nostræ seruitu-
tis obsequium. Iudas quoque reddidit malum pro bono, & odium pro
dilectione retribuit. Sed tu Deus, hanc oblationem facere digneris
acceptabilem per quam nos tibi reddas acceptos. ¶ Secundo fiunt
tres cruces † communiter super oblatã & calicem: quia Christus tria †
communiter egit circa panem & vinum, videlicet accepit, benedixit,
& dedit. Postmodum specialiter facit vnam crucem super oblatam:
quia dixit: Comedite, hoc est corpus meum, & alteram super calicem:
qui dixit: Bibite: hic est sanguis meus, & secundum hunc sensum re-
ctè subiungitur: Qui pridie, quam pateretur, &c. ¶ Tertio fiunt tres
cruces quia Iudas vendidit Christum ad crucifigendum tribus, scili-
cet sacerdotibus, Scribis & Pharisæis. Ad notãdum ergo communiter
tres empto res, facit sacerdos tres cruces communiter super oblatam,
& calicem, dum dicit: Benedictam, adscriptam, & ratam. Ad notan-
dum vero discrete venditorem, & venditum, vel tradentem, & tradi-
tum facit duas cruces discrete super oblatam & calicem, cum dicit:
Vt fiat corpus & sanguis. ¶ Quarto tres † primæ cruces notant quod
Christus prædicauit post Dominicam in ramis palmarum vel tri-
duum quo in sepulchro quieuit, vel tria loca corporis, in quibus pas-
sus est, id est, manus, pedes, & latus. Duæ vero sequentes significant
diuinam & humanam naturam, vel quod Christus in anima & corpo-
re passus est. Et fiunt quinque in figuram, quod Christus quinque vul-
nera habuit: vel in quinque crucibus tempus legis exprimimus, quod
quinque libris distinguitur, & in quodlibet Christi passio denotatur,
quæ lex quinque personis regebatur, scilicet iudice, rege principe,
propheta, sacerdote, quibus Christus assimilatur. ¶ Possunt quoque
præmissa, verba secundo modo sic exponi: Petimus vt Deus hanc
oblationem † faciat benedictam, adscriptam, & ratam, id est, vt eam
consecret, approbet, & confirmet in rationabilem hostiam & accep-
tabile sacrificium: ita vt nobis, id est, ad nostram salutem panis, &
corpus

corpus, & vinũ, sanguis dilectissimi Filij tui Domini nostri Iesu Chri-
sti. Patri quidem dilectus est Filius, sicut ipse Pater de cœlo testatus
est, dicens: Hic est Filius meus dilectus, &c. & nos eum diligere debe-
8 mus: quia ipse prior dilexit nos, & pro nobis passus est. ¶ † Tertio mo-
do sic: Quæsumus, vt tu Deus hanc oblationem facere digneris bene-
dictam, id est, vt à te spiritualiter benedicatur. Vnde virtute Patris
nostri fuit benedictus fructus virginis Mariæ. Ad scriptam, id est, ta-
lem quæ de memoria tui nulla possit obliuione deleri: ratam, id est
talem, quæ de beneplacito tuo nulla possit obliuione conuelli: ratio-
nabilem, id est, talem, quæ tuæ diuinę rationi conueniat. Differt enim
9 † inter rationabile & rationale: rationabile dicitur, quod de ratione
procedit: rationale verò dicitur, quòd vtitur ratione: vnde & liber
iste rationale vocatur: quia eorum, quæ in ecclesiasticis officiis agun-
tur, rationes continet. Acceptabilem, id est, vt per eam tibi Deo acce-
10 ptemur. ¶ Quarto modo sic: † Digneris facere benedictam, id est,
Spiritu sancto replere: adscriptam, id est, diuinitati adscribere ratam,
id est, in veritate, vt ad salutem sufficiat solidare: rationabilem, id est,
in nostra fide acceptabilem, id est, in nostra deuotione. ¶ Quinto mo-
11 do sic: Quam † oblationem tu Deus omnipotens digneris facere in
omnibus benedictam, hoc est transferre in eam hostiam, quæ est om-
nimodè benedicta, adscripta, rata, rationabilis, & acceptabilis, bene-
dicta dicitur hostia salutaris, id est, ab † omni causa maledictionis im-
12 munis tam originali quàm actuali, tam criminali, quàm veniali: sicut
Elizabet inquit ad Virginem: Benedictus fructus ventris tui. Adscri-
pta dicitur, id est, figuris & Scripturis veteribus designata, tã in agno
paschali quàm in manna cœlesti, tam in Isaac immolando, quàm in
Abel immolato: quoniam (vt inquit Ioannes) Hic est agnus qui occi-
sus est ab origine mundi. Rata dicitur quasi non transitoria, sicut ve-
tus lex, quę cessit, vbi noua successit. sed quę permanet in æternum se-
cundum ordinem Melchisedech. Rationabilis dicitur, quasi non pe-
cualis, sicut erat legalis, quæ sanguine taurorum & hircorum non po-
terat à peccato mũdare: sed quæ sanguine proprio cõscientias emun-
dat ab operibus mortuis. Acceptabilis dicitur, quasi non illa, de qua
dicit Propheta: Sacrificium & obiationem noluisti. sicut Dominus ait: *Heb. 9*
Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. *Psal. 39*
sed illa, de qua dicit Psalmista: Tibi sacrificabo hostiam laudis. Vn- e *Psal. 49*
Dominus ait: Sacrificium laudis honorificabit me. Et secundum hanc *Psal. 115*
dispositionem rectè subiungitur: Vt † fiat corpus & sanguis dilectissi- *Psal. 49*
13 mi Filij tui Domini, &c. Patri enim dilectus est Filius. Iuxta illud. Hic
est Filius meus dilectus, &c. & nos eum diligere debemus: quia ipse *Matth. 3*
prior dilexit nos, & passus est pro nobis. Aug. verò sic exponit: Bene- *1. Ioan. 4.*
dictam, per quam benedicimur: adscriptam per quam in cœlo omnes
adscribimur. Ratam, per quam in visceribus Christi, id est, de corpore
Christi quod est Ecclesia, censemur. Rationabilem, per quam à bestiali

Universidad de Deusto
Biblioteca

sensu exiuimus. Acceptabilem, vt qui nobis ipsi displicemus per hanc acceptabiles eius vnico Filio simus: subiungens quod sacerdos euangelistarum verba assumens, dicit: Qui pridie, quàm pateretur, &c. Animo. dicit, quod hæc verba: Quam oblationem adscriptam, rationabilem, &c. sunt verba Euangelistæ vsque ibi: Accipite, & manducate, & bibite ex hoc omnes. Alij verò dicuntur quod. Alexãder Papa primus addidit canoni verba illa: Qui pridiè, vsque: Hoc est corpus meum.

SVMMARIVM.

1 *Canonis sexta pars, Qui pridiè, quam pateretur. ab Alex. Papa addita. & eius partium interpretatio. & nu. 12. 14. 39. 44. 45.*
2 *Christus passus est, sexta feria.*
3 *Eucharistia datur post baptisma: sicut olim manna post transitum maris rubri, & quid Eucharistia.*
4 *Hostia, vnde dicatur.*
5 *Melchisedech panem & vinum offerens, primus illum sacrificij ritum exercuit.*
6 *Panis in sacrificio debet esse de frumento, & vinum de vite.*
7 *Panis sacrificij, debet carere sale, & de eius forma, nu. 8.*
9 *Panis sacrificij, non debet esse fermentatus, sed azymus.*
10 *Græci sacrificant ex fermentato pane, falso ducti errore.*
11 *Sacrificans in fermentato, an conficiat.*
13 *Consecrationis forma cur alia vtatur Ecclesia, quàm fuerit tradita ab Euangelistis.*
15 *Sacramenti fractio, & an Christus prius fregerit, quàm consecrarit, aut contra. Merè diuina, & paradoxa.*
16 *In Christi corpore, vnde miracula considerantur qua percurris Author per discursum nu. 17. 18. 19 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27.*
28 *Gregorius Papa, cum ministraret hostiam matronæ ridenti & incredulæ orauit pro ea.*
29 *Hugo de sancto Victore, quid responderit fratribus, simplicem sibi offerentibus hostiam.*
30 *Corpus Christi sub alia specie sumitur, quinque potissimum de causis.*
31 *Panis fractio, in altari, & eius intellectus.*
32 *Sacramentum mure corrodente, quid comedatur, item, quid iniuratur, dum sacramentum crematur. nu. 33.*
34 *Christus quale corpus suum dedit in cœna mortale, an immortale, passibile an impassibile, & nu. 35.*
36 *Iudas an cum aliis Apostolis, corpus Christi sumpserit, in vtramque partem rationes probabiles.*
37 *Eucharistiam an debeat negare homini criminoso & sceleste sacerdos, distinct.*
38 *Iuda Christúsne dederit sacramentum, ad bonum, an malum partem eius.*

40 *Christus manu sua communicauit Apostolis.*
41 *Corpus Christi sumptum & comestum, quid.*
42 *Corpus Christi non violatur in secessu: nec vomitu.*
43 *Panis an consecretur prius, quam vinum, aut econtra, aut simul & vnà.*
46 *Sacramenti forma nihil est addendum, detrahendum, transponendũ aut mutandum.*
47 *Sacerdote vno deficiente quouis casu, post consecrationem, an alius debeat totum, vel partem supplere.*
48 *Consecrari vna species tantùm & seorsum, an possit.*
49 *Vino in calice prætermisso, quid agendum sacerdoti.*
50 *Sacerdotibus pluribus vni Episcopo concelebrantibus, an ille solus conficiat, qui primitùs pronunciat verba.*
51 *Corpus Christi cur eleuetur post consecrationem, latè & maximè numero 52.*
53 *Campanula, cur pulsetur in eleuatione sacramenti.*

De sexta parte Canonis.

CAP. XLII.

1 QVi pridiè, quàm pateretur, &c. Sexta pars: & hæc verba dicitur †Alexander Papa primus addidisse, vt præmissum est. Quod autem hoc loco agitur, repræsentat id, quod Christus in cœna fecit: & est sensus horum verborum: Qui pridiè, quàm pateretur, id est vna die antè, quã ipse passus est pro nobis: voluit tradere Discipulis suis corporis & sanguinis sui mysterium, vt illi traderent nobis. Quinta
2 decima† namque die primi mensis, qui tunc extitit feria vj. passus est Christus, & præcedẽte nocte, videlicet decimaquartã luna primi mẽsis ad vesperam: vt leges Scripturarum impleret post typicum pascha, corporis & sanguinis sui sacramentum instituit, & Ecclesiæ tradidit frequentandum. Sic enim fuerat prefiguratũ in Exod. x. Die mensis primi tollat vnusquisque agnũ per familias & domos suas, & seruabit eum, vsque ad quartamdecimam diem mensis huius, immolabitque cum vniuersa multitudo filiorum Israël ad vesperam, & sument de sanguine agni, ac ponent super vtrunque postem, & super liminaribus domorum, in quibus comedent illum, & post pauca. Est enim
3 Phase Hebraicè, πάσχα, Græcè, Latinè trãsitus Domini. †Illud autem notandum est, quod sicut manna data fuit Hebræis post transitum maris rubri iam submersis Ægyptiis. sic Eucharistia datur Christianis post absolutionem baptismi, iam deletis peccatis. vt per baptismum emundemur à malo, per Eucharistiam confirmemur in bono. sicut enim manna populum illum per vastitatem inuiæ solitudinis ad terram promissionis perduxit, sic eucharistia populum istum per incolatum vitæ præsentis ad patriam paradisi perducit. sic dicta, quia

Exod. 12

Universidad de Deusto
Biblioteca

non aliud inuenitur vocabulum, quo dignè tantum sacramẽtum va-
leat appellari, nisi quod Græcè melius dicatur εὐχαριστία quod Latinè
exponitur secundum Isidorum bona gratia, vel secundum alios, da-
tor gratię. Viaticum quoque rectè appellatur, quia deficientes in via
deducit ad patriam. Sicut enim filiis Israël à transitu maris rubri má-
na non defuit, donec venirent ad terram promissionis: ita & fidelibus
renatis per baptismum rubricatum & sanctificatum sanguine Chri-
sti non deficit eucharistia, donec veniet finis huius seculi. Sed nec
tunc, nisi quo ad hoc, quia vlterius non sumetur sub specie, sed vide-
bimus Deum facie ad faciem. ¶ Hostia † vero secundum Hebræos di-
citur ab ostio: quoniam ad ostium tabernaculi offerebatur. Sed secũ-
dum Gentiles dicitur ab hoste, quia deuictis hostibus fiebat hostia,
id est sacrificium, & victima pro vincendis: de quo dictum est sub ti-
tulo de oblatione. Dicitur quoque hostia immolatio, quia ibi Chri-
stus sacramentaliter immolatur, qui semel in veritate pro peccatis
immolatus est in cruce, quod tractum est à mola, quę fieri solebat de
quodam genere frumenti, quod far seu ador dicitur. Quod ergo in
manna præcessit, in eucharistia consumatur: nam quantamlibet quis-
que partem accipiat, totam percipit eucharistiam sicut euenit de ma-
na: quia nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus pa-
Exod. 10 uerat, reperit minus. Hanc ergo præfigurabat panis ille cœlestis, de
Sap. 16. quo Sapiens protestatur: Panem de cœlo præstitit sine labore omne
delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem: quod
Ioan. 6 de se Christus exponens: Ego (inquit) sum panis viuus, qui de cœlo
descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et pa-
nis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Et est notandum,
quod in Ecclesia communicatur corpus Christi sumendo pacem, da-
do panem benedictum, & benedictionem suscipiendo: vt dicetur
sub titulo de pacis osculo. Qui autem vult communicare, debet ti-
morẽ, fidẽ & dilectionem habere de consecratione dist. secunda, timo-
rem. ¶ Sequitur: Accepit panem, &c. Hunc sacrificij ritum Melchise-
dech legitur celebrasse primus, offerens panem & vinum. Erat enim
Gen. 14 sacerdos Dei altissimi. Vnde Dauid inquit ad Christum, Tu es sacer-
in æternum secundum ordinem Melchisedech, &c. Sacrificium igitur
Psal. 106 euangelicum præcessit legale, non solùm dignitate, sed etiã tempore,
sicut Apostolus plenius ostendit in epistola ad Hebræos. Ideo verò
panem & vinum in sacrificium corporis & sanguinis sui Christus in-
stituit: vt in sumptione corporis, & sanguinis Christi, doceatur esse
perfecta refectio: quia sicut præ cæteris cibis, & potibus corpora-
bus, panis cor hominis confirmat, & vinum cor hominis lætificat: ita
& corpus & sanguis Christi præ cæteris cibis & potibus spiritualibus
interiorem hominem reficiunt & satiant, vnde: Poculum tuum inebrians quàm præclarum est. In his enim duobus plena consistit, &
Psal. 130 perfecta refectio, sicut ipse testatur: Caro mea verè est cibus, & san-
Psal. 22 gui-

6 guis meus, verè est potus. De hoc etiam dicetur in septima parti-
cula, super verbo: Hic est calix. ¶ Cæterum † panis debet esse de *Ioan. 6*
frumento, vinumque de vite: quia Christus semetipsum comparauit
frumento, cum ait: Nisi granum frumenti cadens in terram, mor-
tuum fuerit ipsum solum manet: Et viti, cum dixit: Ego sum vitis ve-
ra. Ipse etiam fuit racemus torculari crucis pressus. Vnde Esaiæ lxiij.
Vestimenta tua, sicut calcantium in torculari. Porro nec racemus
vuæ, nec granum frumenti debet offerri, nisi vel expressum in vi-
num, vel redactum in panẽ. de consecratione distinctione ij. cùm om-
ne. quia Christus & panem se dicit, & frumento se comparat. In cano-
ne tamen Apostolorum in Bucardo, libro v. cap. si qui. ita canitur: Si
quis episcopus vel presbyter præter ordinationem Domini alia quæ-
dam in sacrificio offerat super altare scilicet mel, aut lac, aut pro vi-
no siceram, aut confecta quædam, aut volatilia, aut animalia aliqua,
7 aut legitimam constitutionem faciens, deponatur. de hoc dictum est
sub titu. de oblatione sacerdotis. ¶ Non † debet etiam in pane ipso
poni sal: quamuis quidam hæretici contra faciant, propter illud, quod
scriptum est. Quicquid obtuleris sacrificij, sale condies & illud: Non *Leui. 2.*
auferas sal fœderis Domini Dei tui de sacrificio tuo. illud: In omni
oblatione tua offeres sal. Et in Euangelio: Omnis victima salietur
8 † hic formatur in modum denarij: tum quia panis vitæ pro denariis
quæ de sale discretionis non materiali intelliguntur. Panis autem
traditus est, tum quia idem denarius in vinea laborantibus in præ-
mium dandus est: & in forma rotunda, vt dictum est sub titu. de obla-
tione. In hoc enim pane sæpè scribitur nomen & imago imperato-
ris nostri. quæst. j. quòd quidam. in fine: quia per eum ad imaginem
Dei reformamur, & nomina nostra in libro vitæ scribuntur. Non-
nulli etiam ibi agnum figurant: tum quia is, qui immolatur, verus
est agnus: tum etiam, propter illud quod legitur Exod. xxix. Hęc qui-
dem facies in altari, offeres agnos iugiter & vinum, ad libandum in
9 agno. ¶ Panis † quoque non fermentatus, sed azymus in sacrificium
debet offerri: tum ratione facti, tum ratione mysterij. Scriptum nã-
que est in Exo. Prima & decima quarta die primi mensis ad vesperã
comedetis azyma vsque ad diem xxj. eiusdem mensis ad vesperam.
Item, Septem diebus fermentatum non inuenietur in domibus ve- *Exod. 12*
stris. Item, Qui comederit fermentatum peribit anima eius de cœ-
tu Israël. Item, Omne fermentatum non comederis. Item, in cunctis
habitaculis vestris comedetis azyma. ¶ Cùm ergo Christus die quar-
tadecima primi mensis ad vesperam cœnauerit cum Discipulis, &
agnum paschalem comederit, & vtique ritu legali cum azymis
panibus & lactucis agrestibus, constat quod ea hora fermentatum
non inueniebatur in domibus Hebræorum, & ita panem azymum
in corpus suum absque dubio consecrauit. Cum enim fermentum
corruptionem significet, vnde secundum Apostolum, modicum fer-

 1. Cor. 5

mentum totam massam corrumpit, vt nihil corruptum vel corrumpens sed totum syncerum atque syncerans in hoc esse sacramento monstretur non fermentatum, sed azymum consecramus, iuxta illud
1. Cor.5 Apostoli: Pascha nostrum immolatus est Christus: itaque epulemur non in fermento veteri, sed in azymis synceritatis, & veritatis. ¶ Grę-
10 ci † tamen in suo persistentes errore de fermentato conficiunt, Latinos azymitas vocantes, cum ipsi verius fermentarij valeant nuncupari. Dicunt enim in Paraseeue lunam xiiij. extitisse, in qua veriùs agnus est immolatus vt legis impleretur figura, quæ xiiij. luna primi mensis paschalem agnum iusserat immolari. Dominus igitur eo die se passurum esse prænoscens, in præcedenti vespera, necessitate ductus, anticipauit comedere pascha: & quia tunc licite poterat comedere fermentum, ideo & ipsi corpus Domini de fermentato conficiunt. Dicunt enim, quod cùm beata virgo Maria prægnans fuerit de Spiritu sancto rectè per fermentatum significatur Domini incarnatio, propter virginei vteri tumorem: Sed responderi potest, quòd non offerimus in sacrificium Virginis vterum: nec ille est ad transsubstantiandum necessarius; sed fides & Dei verbum.
¶ Sed † nunquid conficit, qui fermentatum, vel azymum simul, & ut fermentatum, hodie apud nos sacrificat? & videtur quod non, cum Christus azymum consecrauerit, quando sacramentum instituit, vt dictum est. Præterea vt iam dicetur, Ecclesia à beatis Petro & Paulo hunc sacrificij ritum accepit. Quidam tamen contra dicunt, præsertim si negligentia vel ignorantia hoc facit extra de celebratione Miss. capit. fin. Nam & legitur in Leuitico: Offeretis panes fermentatos, cum hostia gratiarum, qui offerentur pro pacificis. Item in Pentateuco legitur: Offeretis panes primitiarum, de duabus alecimis fermentatæ similæ, & multis cum fermentato sacrificantibus
Leuit.7 *Leuit.23* Ecclesia communicat. ¶ † Sequitur: Eleuatis oculis in cœlum, & cætera. Per hoc quòd Christus oculos in cœlum leuauit, insinuat nobis se habere à Patre, quod habet, quodque in principio nostrorum operum debemus dirigere mentis oculos ad Dominum, tanquam ad Doctorem omnium operum bonorum. Item per hoc, quod oculos ad cœlum leuauit, & Patri gratias egit, docuit nos, quod semper Patri supplicare debemus, vt hoc tam magnum sacramentum per manus nostras perficere dignetur. ¶ Hic autem † tria commemorantur, quæ nullus euangelistarum describit, videlicet Eleuatis oculis in cœlum, & cætera vsque discipulis suis. Item Æterni testa. Item, mysterium fidei, quis ergo tantæ audaciæ extitit, vt hoc de corde suo tentauerit interponere extra de cel. mis. cum Marthæ. ¶ Sane formã istam verborum ab ipso Christo acceperunt Apostoli, & ab ipsis Ecclesia. Multa quidẽ tam de verbis, quã de factis, Dominicis propter breuitatẽ prætermiserunt Euangelistæ, quæ tamẽ Apostoli supplerunt, vt est quod Apost. ait in Epist. j. Cor. xv. Visus est plusquã quin-

gentis fratribus: simul deinde visus est & Iacobo, deinde Apostolis omnibus: nouissimè autem tanquam abortiuo visus est mihi. Nam & inter ipsos Euangelistas quędam omittuntur ab vno, quæ supplẽtur ab alio, vnde cum tres Euangelistæ commemorent: Hoc est corpus meum, solus Lucas adiecit, Quod pro vobis tradetur. Et cum Matthæus & Marcus dicant: pro multis. Lucas dicit: pro vobis, sed Matthæus addidit, in
14 remissionem peccatorum. ¶ † Sequitur: Gratias agens, &c. Hic colligitur vnde sacrificium laudis dicatur: Dicitur enim sic: Christus gratias agens, &c. illud instituit. Gratias autem agebat, non pro se, sed pro nobis, id est, pro reparatione omnium futura: de hoc dictum est in secunda particula, super verbo. Pro quibus benedixit, &c. Benedixit enim benedictione cœlesti, & virtute verbi, qua conuertitur panis in substantiam corporis Christi, scilicet, hoc est corpus meum. Et in prolatione huius verbi fit crux super panem, quæ significat quòd Christus passus est etiam in natura, totus enim passus est & secundum animam & secundum corpus vt dicetur in xj. particula super verbo. Et præstas: vt totum hominem redimeret. Quia enim Christus accepit panem & calicem in sanctas ac venerabiles manus suas, vtrumque benedixit: ideò sacerdos Christi exemplo, panem & calicem in manus accipiens, vtrumque per se crucis signaculo benedicit: quæ duæ cruces innuunt tempus cœnæ, & tempus gratiæ, in qua duo parietes in angulari lapide coniunguntur: vel quod Gigas geminæ, substantiæ crucifigitur. *Psal.108*
Cum autem ad prolationẽ verborum istorum, Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus. sacerdos conficiat, de consecr. distinct iij. panis
15 est. credibile iudicatur, quod & Christus eadem verba dicendo consecrauit, ¶ Verum † cum Dominus priùs fregerit quàm consecrauerit, videtur quod Ecclesia, quæ prius conficerat, quàm frangat, aliter agat, quam Christus egerit, & sic peccat: quoniam eius actio, nostra debet esse instructio xj. quæst. j. exemplum. Super hoc dixerunt quidam, quòd Christus, post benedictionem & consecrationem fregit: nam tunc confecit cum benedixit literam hoc ordine construentes, Accepit, panem, benedixit subaudiendum est, dicens. Hoc est corpus meum, & tunc fregit, & dedit, & ait, Accipite, & comedite. & iterauit. Hoc est corpus meum. Prius ergo protulit hæc verba, vt eis vim conferendi tribueret, deinde protulit eadem, vt Apostolos formam conficiendi doceret. Alij dixerunt, quòd etiam Christus prius fregit, quàm consecrauit: nam priùs benedixit, & posteà fregit, & demùm protulit verba illa: Hoc est corpus meum, &c. & tunc dedit, & secundum hoc & sacramentum confecit: & formam instituit. post benedictionem, cum dixit: Hoc est corpus meum, intelligentes illam benedictionem fuisse vel aliquod signum, quòd super panem impressit, vel aliquod, quod super panem expressit: quibus illud videtur obsistere, quòd prius fregit, quam dixit: Hoc est corpus meum, nec est credibile, quòd prius dederit quam confecerit. Sanè dici potest, quod Christus

virtute diuina nobis occulta primo confecit, & postea formam ex-
pressit sub qua posteri benedicunt. Ipse namque virtute propria bene-
dixit, nos vero ex illa virtute, quam indidit verbis. Cum ergo sacer-
dos illa Christi verba pronuntiat. Hoc est corpus meum, & Hic est
sanguis meus: panis & vinum in carnem, & sanguinem conuertun-
tur, illa Verbi virtute, qua Verbum caro factum est, & habitauit in
nobis, qua dixit & facta sunt, mandauit & creata sunt, qua fermi-
nam mutauit in statuam, & virgam conuertit in colubrem, qua fon-
tem mutauit in sanguinem, & aquam conuertit in vinum. Nam si
verbum Heliæ potuit ignem de cœlo deponere, nonne verbum Chri-
sti poterit panem in carnem mutare, certè maius est de nihilo creare,
quod non est, quam quòd est in aliud transmutare, de consec. distin.
ij. re vera & cap. panis. & incompatibiliter maius est quam Deus, ita
factus est homo quod non desiit esse Deus: quam quod panis ita fit
caro quo desinit esse panis. Illud per incarnationem semel factum
est. istud per consecrationem iugiter fit. Ad prolationem ergo verbo-
rum panis diuinitus transsubstantiatur in carnem: diuina enim &ma-
terialis huius sacrificij substantia, est verbum: quod accedens ad ele-
mentum perficit sacramentum, sicut verbum carni vnitum efficit
hominem Christum. ¶ Notandum † est autem, quod in corpore Chri-
sti vndecim miracula considerantur, de quibus expressa reddi ratio
non potest: licet similitudinariè rationes ad hoc deseruiãt. ¶ Primum
† est, quòd panis & vinum transsubstantiantur in corpus, & sangui-
nem, de quo iam rationes positæ sunt. Alia etiam ratio huic deseruit,
quia & cibus & porus corporalis fit caro, & sanguis mediante natura:
multo ergo fortius ipsa natura scilicet Deus immediatè facere potest
quòd panis conuertatur in corpus suum, & vinum in sanguinem. ¶ Se-
Ioan. 1 cundum † est, quod quotidie panis transsubstantiatur in corpus, &
Psal. 148 nullum fit augmentum in Deo: ratio huic deseruit, quia etsi scio ali-
Exod. 4 quod secretum, quod pluribus manifesto, licet illud omnes illi, me re-
nelante, sciant: tamen in me solo siue in mente mea nullum propter
hoc fit augmentum. ¶ Tertium † quia quotidie sumitur, & consump-
tur: nec aliqua fit eius diminutio: ratio, quia etsi de lumine meo ac-
mina mille sumantur, nil, deperit in meo. nam & vidua Saraptana ci-
medebat & numquam diminuebatur farina de hydria, nec oleum de
lecytho. Quartum † est, quia indiuisibile diuiditur, & in qualibet
parte eucharistiæ totus & integer remanet: ratio, In speculo, in qua
aliquid repræsentatur etsi diuidatur per partes, in qualibet parte idem
repræsentatur: vt dicetur in sequenti particula super verbo, Simili
modo. ¶ Quintum, † quia à criminosis sumptum, non coinquinatur
tur: ratio, quia nec sol transiens super loca fœtida coinquinatur. xxxiij.
distinct. secundum. ¶ Sextum, quia † corpus Christi quod est cibus
vitæ peccatoribus est mortale, vt dictum est in proœmio huius par-
tis: ratio, quia & infirmis & debilibus corpore bona cibaria, vt ca-

pones, & bona vina sunt nociua. ¶ Septimum: quia † sumptum à sa-
cerdote & quolibet alio, ore clauso in cœlum rapitur. de consecra. dis-
tinct. ij quia corpus. in princ. vt iam dicetur super verbo: Accipite. ra-
tio, quia de corpore Virginis incorruptæ Christus exiuit. quia etiam
de monumento clauso surrexit, cum sit res simplicissima, & ostio clau-
so in locum vbi erant discipuli intrauit. ¶ Octauum, † cùm sit corpus
immensum, quòd in tam parua hostia fiat: ratio, quia & pupilla oculi,
quæ minima est, magnum montem apprehendit. ¶ Nonum, † quia
idem corpus totum simul in diuersis locis consistit, & à diuersis percipitur, & videtur ratio, quia & verbum hominis semel prolatum, iuxta
vocis naturam, totum simul est in auribus diuersorum. Præterea, qui
facit corpus & locum, vtrumque facit in altero esse, vt vult. Rursus,
luna & sol, & lumen, in diuersis locis à diuersis videntur. ¶ Decimum,
† quia pane transsubstantiato, remanent accidentia panis, scilicet
tractus, color, & sapor: ratio, per similitudinem defecit hic, vt dice-
tur super verbo: Fregit. ¶ † Vndecimum, quia sub specie panis est, &
sumitur corpus & sanguis Christi, imo totus Christus. Similiter sub
specie vini est, & sumitur vtrumque: & tamen non est ibi duplex sum-
ptio, corporis & sanguinis Christi ratio: quia licet in vno prandio
comedam antè potum, & post, non tamen dicor bis prandere & de
hoc dicetur sub vij particula super verbo: Simili modo. Veruntamen
(sicut ait Leo Papa de consecra. distinct. ij. in quibus) quid quæris na-
turæ ordinem in Christi corpore, cum præter naturam sit ipse natus
Christus ex Virgine? ¶ Et not. quod † quædam matrona singulis die-
bus dominicis offerebat panes beato Gregor. qui cum post missarum
solennia corpus Domini illi offerret, & diceret: Corpus domini no-
stri Iesu Christi custodiat te in vitam æternam, illa lasciua subrisit: ipse
verò mox dextram ab eius ore conuertens: partem illam Dominici
corporis super altare deposuit: deinde coram populo matronam inter-
rogauit, ob quam causam ridere præsumpserit. At illa inquit: quia pa-
nem, quem propriis manibus feceram, tu corpus Domini appellabas.
Tunc Grego. Pro malitia incredulitate se in orationem prostrauit &
surgens particulam illam panis ad instar digiti carnem factam reperit:
& sic matronam ad fidem cõuertit. Orauit iterum. & carnem illã in pa-
nem conuersam vidit, & matronę sumendã tradidit. ¶ Legitur † quoq;
quòd cum Hugo de sancto Victore, doctor excellẽtissimus, vltima in-
firmitate laboraret, corpus Domini instanter petiit sibi dari, cumque
nullũ cibum retinere posset, fratres eius turbationẽ timẽtes simplicem
sibi hostiam attulerunt, quod ille per spiritum agnoscẽs ait: Miserea-
tur vestri Deus fratres, cur me deludere vultis? Iste enim quem porta-
tis, Dominus meus non est. At illi attoniti, mox corpus Domini attu-
lerunt: sed ipse se videns non posse recipere, eleuatis in cœlum mani-
bus sic orauit: Ascendat filius ad patrem & spiritus ad eum, qui fecit il-
lum. Eccle. vlti. Et inter hæc verba spiritum emisit, & corpus Domini
inde

inde disparuit. ¶ Quinque autem † ex causis sacramẽtum corporis & p
sanguinis sui Christus sub alia specie sumendum instituit. ¶ Prima est
ad augendum meritum, quoniam aliud ibi cernitur, & aliud esse cre-
ditur vt fides habeat meritũ, cui humana ratio non præbet experimẽ-
tum de pœ.dist.iij.in domo. ¶ Secunda est, ad fouendum sensum, ne
abhorreat animus, quod cerneret oculus: quia non cõsueuimus carnẽ
crudã comedere, vel sanguinẽ humanum bibere, de consec. di.ij. panis
Matt. 27 est. Fouerur enim sensus in vno: dum videlicet solita percipit, & solitã
Psal.103 cat fides in altero, dũ in eo quod videt, quale sit illud, quòd non videt
agnoscit. ¶ Tertia est, ad vitandum ridiculum ne insultaret Pagano,
cum illud ageret Christianus, vt ita veritas adsit, & ridiculum desit.
¶ Quarta, quia non posset mortalis homo intueri claritatẽ, quæ est in
corpore Christi, quòd experti sunt discipuli in trãsfiguratione: præter-
ea panis confirmat, & vinũ lætificat cor hominis. ¶ Quinta, nẽ sum-
tur sub specie agni, ne Iudaizare videamur, & de more legali agnũ ob-
ferentes. ¶ Sequitur. † Fregit, quæri solet quid Christus in mensa fe-
git, & quid sacerdos nunc in altari frãgit: Et fuerũt, qui dixerunt: quòd
sicut post consecrationem vera panis remanent accidentia, sic & vera
panis substantia: quia sicut subiectum non potest subsistere sine acci-
tibus, sic accidentia non possunt subsistere sine subiecto: quoniam acci-
dentis esse, non est aliud quam inesse: Sed panis & vini substantia per-
manẽtibus, ad prolationem illorum verborum corpus & sanguis Chri-
sti: veraciter incipiunt esse sub illis, ita quod sub eisdem accidentibus
vtrumque verè suscipitur, scilicet panis, & caro, vinum & sanguis: quo-
rum alterum probat sensus: reliquũ credit fides. Hic dicunt: quod sub-
1.Cor. 10 stantia panis frangitur ac atteritur, inducentes ad hoc illud Apostoli:
Actu. 20 panis quem frãgimus. Et Lucas. Vna sabbati, cũ venissemus ad frangen-
dum panes, &c. Et secundum eos dum sacramẽtum à mure † corro-
tur, etiam ipsa panis substãtia comeditur, sub qua corpus Christi non
esse desinit: cum corrodi incipit de cõsecration. distinctione, ij. qui be-
ne, super verbo: hoc est corpus. Innocent. iij. dixit in Speculo Eccle-
quòd forma panis frangitur & atteritur: sed corpus Christi sumitur &
comeditur, ea quæ notant corruptionem, referens ad formam panis:
ea verò, quæ notant acceptionẽ, ad corpus Christi. Berengarius quip-
pè quia suspectus habebatur de hæresi: coram Nicolao Papa confessus
est panem & vinum quæ altari imponuntur post consecrationem, non
solùm sacramẽtum, sed etiam in veritate verum corpus & sanguinem
Christi esse, & sensualiter non solum sacramentum, sed etiam in ve-
ritate manibus sacerdotem tractari, frangi, & fidelium dentibus at-
teri: non autem corpus Christi vel in partes diuiditur, vel dentibus la-
ceratur, cum sit immortale, & impassibile. Sed in qua re fiat fractio
vel attritio. Beatus Augustꝰ.de consecra.distinct.ij.qui mãducat corpus
dit, dicens. Quando Christus manducatur, reficit non deficit, quia
quando manducamus, partem, de illo facimus. Et quidem in sacra-

mento sic fit. Nam & Christus carnalem sensum discipulorum redar-
guit, qui putabant carnem eius, sicut aliam carnem diuidendam in par-
tes & moribus lacerandam. Dicitur autem forma panis, non quod sit:
sed quod fuit, sicut dicebatur Simon leprosus, non quod talis existeret,
sed quia talis exiterat. Si vero quæratur quidà mure comeditur,
dum sacramentum corroditur, vel quid incineratur, dum sacramentum
33 crematur. † Respondet ipse Innocent. quod sicut miraculosè substan-
tia panis cõuertitur in corpus Domini, cum incipit esse sub sacramen-
to: sic quodammodo miraculosè reuertitur, cùm ipsum ibi desinit esse,
non quod illa panis substantia reuertatur, quæ transiuit in carnem, sed
eius loco aliud miraculosè creatur, quamuis huiusmodi accidentia si-
34 ne subiecto possint esse, sic edi. ¶ Dedit. † Quæri solet quale corpus
Christi in cœna dedit mortale. aut immortale, passibile aut impassibile,
ac cætera quæ ad hanc pertinent quæstionem? Et licet simplicitate fi-
dei sufficiat dicere, quod tale dedit, quale voluit. Et rursus quale dede-
rit, ipse nouit. Fuerunt tamen, qui dixerunt quòd sicut veraciter ipse
idem erat, qui dabat, & qui dabatur: ita in eo quòd dabat, erat passibi-
lis & mortalis, & in eo, quod dabatur erat immortalis, & impassibilis,
sicut visibiliter gestabat, & inuisibiliter gestabatur: inuisibiliter in-
quam, quantum ad formam corporis, non quantum ad speciem sacra-
menti. Nam in eo quod gestabat, quod erat, hoc apparebat: in eo vero
quod gestabatur, quod erat ipse, non videbatur, quia forma panis &
vini, velabat formam carnis & sanguinis Hic est ille verus Dauid, qui *1.Reg.27*
coram Achis rege Geth suis manibus ferebatur. Quoniam igitur im-
mortalis dabatur, incorruptibiliter edebatur. Hi profecto concedunt,
quod si pars aliqua sacramenti per triduum mortis Christi reseruata
fuisset, idem corpus simul & iacebat mortuum in sepulchro, & mane-
bat viuum sub sacramento, in ara crucis patiebatur, & sub forma pa-
nis non lædebatur. Sed quoniam incredibile iudicatur, vt secundum
eandem naturam simul esset mortalis & immortalis quod tamen con-
gruebat ei, secundum eandem personam: fuerunt alij, qui dixerunt,
quod Christus mortalis vtique fuit, non necessitate, sed voluntate: in
eo quippe quòd immunis erat ab omni culpa, liber erat ab omni pœ-
na, vt nil morti deberet, pro eò, quod nil peccati haberet. Sustinuit ta-
men sponte mortalitatem, quia mortem sustinere volebat, quoniam si
mortalitatem non suscepisset, omnino mori non potuisset: vt ergo pro-
baret: quod mortalis erat non necessitate, sed voluntate, quando vo-
luit, mortalitatem deposuit, & quando voluit, mortalitatem recepit.
Legitur in euangelio, quòd cum Iudæi duxissent Iesum vsque ad su- *Luca 4*
percilium montis, & eum præcipitare vellent: ille transiens per me-
35 dium illorum ibat. Cum ergo esset ducendus, teneri se, sicut passibilem
tolerabat: sed cum esset præcipitandus, sicut impassibilis per medium
illorum transibat. † Potest tamen salua fide concedi, quod tunc tale
dedit, quale tunc habuit mortale, videlicet & passibile: non quod posset

pati

pati sub sacramento, scilicet nunc, sed quod sub sacramento poterat pati, scilicet tunc. Nunc autem sumitur à nobis immortale, & impassibile: nec tamen maiorem nunc habet efficaciam, sicut nec maiorem potentiam. Quia ergo passibilis edebatur, & tamen non lædebatur, non erat humanæ naturæ, sed diuinæ potentiæ, qua volebat quicquid omnino volebat. Discipulis suis. dubitari solet, vtrum Iudas † cum alijs acceperit eucharistiam. Lucas enim ostendit Iudam interfuisse cum a-
Luca 22 liis, qui statim pòst, calicis traditorem commemorat, dicens: Hic est
Marc.14 calix noui testamenti in sanguine meo qui pro vobis effundetur. Ve-
runtamen etiam: Ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. quotquot autem interfuerunt, eucharistiam acceperunt Marco testan-
Matt.26 te qui ait: Et biberunt ex eo omnes. Iuxta quod Christus ipse præce-
perat, teste Matthæo, Bibite ex hoc omnes. Econtra Iudas non biben-
Ioan.13 fuisse probatur. Nam secundum Matthæum, statim dixit Iesus bibentibus calicem: non bibam amplius de hoc genimine vitis, vsque in diem illum, cum illud bibam vobiscum nouum, in regno Patris mei. Iudas ergo non aderat: quia cum eo non erat bibiturus in regno. In hoc casu fortè tenendum est illud: quod Ioannes insinuat qui cum Iudas accepisset buccellam, exiuit continuo, erat enim nox. Christus autem post alios cibos tradidit eucharistiam, Luca testante qui ait: Simi-
Luc.22 liter & calicem, postquàm cœnauit. Patet ergo, quod Iudas prius exiuit, quam Christus traderet eucharistiam: quod ergo Lucas post calicem commemorat traditionem, per recapitulationem intelligi dictum potest: quia sæpè in sacra Scriptura quod prius factum fuerat, posterius enarratur, sicut Matthæus biduo ante pascha commemorat alabastrum vnguenti, quod secundum Ioann. ante sex dies paschæ mulier in domo Simonis Leprosi effudit. Sed † concesso, quod Iudas acceperit eucharistiam, quod plerique concedunt, quare medicus salutaris medicinam dedit ægroto, quam ei mortiferam esse sciebat?
1. Cor.3 quoniam qui manducat indigne, iudicium sibi manducat: &c. Respondeo, forte vt suo doceret exemplo, quod sacerdos non debet illi communionem negare: cuius crimen etsi sit sibi notum: non tamen est Ecclesiæ manifestum, ne fortè non sit corrector, sed prodi-
Psal.21 tor. Vnde legitur in canone, de consecratione, distinctione. ij. non prohibeat. Non prohibeat dispensator, id est: sacerdos: pingues feras, id est, peccatores, mensam Domini, id est, corpus & sanguinem Christi manducare, sed moneat exactorem timere. Sed cum minus malum sit reddi suspectum de crimine, quam committere crimen, & de duobus malis, cùm alterum vrget, minus tamen sit eligendum. xiij. distinctione. duo & cap. nerui videtur, quod discretus sacerdos negare debet eucharistiam criminoso, quatenus minus malum incurrat, vt maius euitet, id est, vt reddatur suspectus, ne manducet indigne. Sane cum nemo debeat vnum mortale committere, ne procuret aliud mortale committat, eligendum est potius sacerdoti non prodere peccatorem, quàm vt ille non peccet, sed ille potius debet eligere, vt abstinendo reddatur suspectus, quam quod communicando manducet indigne xiiij. distinctione cap. j. ¶ Sed quæritur, an Chri-
38 stus ad bonum, an ad malum † eucharistiam Iudæ tradiderit? Et quidem non videtur ab bonum dedisse, ne sua sit intentione fraudatus, *Psal.134*
qui teste propheta, fecit vniuersa, quæ voluit. Iudas enim non ad bonum, sed ad malum accepit, sed nec ad malum dedisse videtur: quia Christus non est actor malorum: sed vltor. Respondetur, quod si hæc Præpositio ad, cùm dicitur, Dedit ad malum, intentionem denotet vel effectum, falsa est propositio. Si autem consecutionem innuat vel effectum, vera est. Sanè, quia Christus bucellam intinctam Iudæ porrexit, constitutum est ab Ecclesia ne eucharistia detur intincta: de consecratione distinctione. ij. cum omne: nec debet intelligi, quod sub bucella panis intincta, Christus eucharistiam dederat traditori, sed per bucellam intinctam atque porrectam, suum denique tradito-
39 rem expressit. ¶ † Sequitur: Accipite & manducate. Quis vnquam crederet, quòd panis in carnem & vinum in sanguinem conuerti potuisset, nisi ipse Saluator hoc diceret, qui panem & vinum & omnia ex inuisibilibus creauit: voluit ergo per nos panem & vinum sibi offerri, & ab ipso diuinitus consecrari, vt fidelis populus credat verum *Matt.16*
40 esse mysterium, quod ipse tradidit Discipulis suis, dicens: Accipite & manducate similiter & de calice dixit. ¶ Sanè non est † intelligendum, quòd si sumptum corpus de manu Domini, sibi discipuli ministrarent: sed qui consecrauit, idem & ministrauit, ac si diceret: Comedite: hanc vtranque huius sacramenti comestionem insinuant. Dupliciter enim corpus Christi comeditur: quia dupliciter intelligitur, scilicet verum, quod de virgine traxit, & in cruce pependit, & mystico quod Ecclesia Christi spiritu vegetata. De vero corpore Dominus ait: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. De mystico dicit Apostolus: Vnus panis, & vnum corpus, multi sumus. Verum corpus Christi comeditur sacramentaliter, id est, sub specie. Mysticum autem comeditur spiritualiter, id est, sub specie panis, in fide cordis. *Luc. 22*
De comestione sacramentali dicit Dominus: Accipite & commedite: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Hoc modo tam boni quàm mali Christi corpus manducant: sed boni ad salutem, mali verò ad iudicium. Nisi enim & mali Christi corpus commederent non dixisset Apostolus ad *1. Cor.11*
Corint. xj. Qui manducat indignè, iudicium sibi manducat, non diiudicans corpus Domini. Ille autem indignè sumit, qui sacramentaliter & non spiritualiter sumit. Nam & Iudas cum aliis traditur eucha- *Ioan.6*
ristiam accepisse, vt iam dictum est. De spirituali comestione Dominus ait: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, hoc modo corpus Christi *Ioan. 6*
comedunt soli boni, vnde, Qui manducat meam carnem, & bibit *1. Ioan.*

meum

meum sanguinem, in me manet & ego in eo. Nam qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, vt quid pars dentem & ventrem? crede, & manducasti. de consecratio. distinct. ij. vt quid: qui credit in Christum comedit ipsum, quoniam incorporatur Christo per fidem, id est, membrum eius efficitur, vel vnitate corporis eius humanis solidatur. Alibi enim quod manducatur, incorporatur, & qui manducat, incorporat: hoc autem quod manducatur, incorporat, & qui
Ioan. 6 manducat, incorporatur. Vtrum quemodum edendi Christus intelligatur vbi dicit, Spiritus est, qui viuificat: caro non prodest quicquam: caro Christi nisi spiritualiter comedatur non ad salutem, sed ad iniquitatem manducatur. ¶ Sed † quid est de corpore Christi postquàm sumptum fuit & comestum? Respondeti potest, quòd si præsentia quæritur corporalis, in cœlo quæratur, vbi Christus est in dextra Dei sedens: de consecrat. distinct. ij. tribus. Ad tempus tamen præsentiam adhibuit corporalem, vt ad spiritualem præsentiam inuitaret. Vnde cùm sacramentum tenetur, gustatur & comeditur, Christus corporaliter adest in visu & in sapore, & quamdiu corporalis sensus afficitur, corporis præsentia non aufertur. Postquàm verò in percipiendo sensus deficit corporalis, deinceps non est quærenda præsentia corporalis: sed spiritualis est retinenda: quia dispensatione completa Christus de ore transit ad cor. Melius est enim, vt procedat in meretricem, quàm descendat in ventrem: cibus est, non carnis, sed animæ: venter vt comedatur, non consummetur: vt gustetur, non vt incorporetur: ore comeditur, sed stomacho non digeritur: reficit animum, sed non
Matt. 11 affluit in secessum. Illud verò, quod Dominus ait: Omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur: non de spirituali, sed de carnali cibo dictum est. ¶ Quòd si fortè secessus, † aut vomitus post solam eucharistiæ perceptionem euenerit, ex accidentibus humoribus generatur: cum interdum humores vsque cuiuslibet cibi materia vel effluant in secessum vel emittantur ad vomitum, ita quòd quantùm ad nos, seruat per omnia corruptibilis cibi similitudinem, sed quantum ad se, non amittit immolabilis corporis veritatem: species quandoque corroditur, & maculatur, sed veritas nunquam corrumpitur, aut inquinatur: sed quando tale quid videris, noli timere sibi. ¶ Sequitur, sed esto sollicitus tibi, ne tu fortè lædaris, si malè crediderit. ¶ Sequitur, † Hoc est corpus meum. Cum ad prolationem istorum verborum Hoc est corpus meum, panis mutetur in corpus, & ad prolationem istorum verborum, Hic est sanguis meus: vinum mutetur in sanguinem. de consecrat. distinct. ij. panis est, & prius proferantur ista verba, quàm illa, videtur quod panis prius mutetur in corpus, quam vinum in sanguinem. Et ita videtur per consequens, quòd corpus sine sanguine est: vel sanguis est sine corpore. Præterea dicitur à quibusdam, quòd cum totum est dictum, totum est factum nolentes vel non volentes ipsius cõuersionis determinare momentum. Alij verò dicunt, quòd

licet ad prolationem præcedentium verborum panis anteà mutetur in corpus: & ad prolationem sequentium, vinum posteà mutetur in sanguinem, numquam tamen corpus est sine sanguine, vel sanguis sine corpore. de consecrat. distin. ij. comperimus. sicut neutrum est sine anima, sed sub forma panis, sanguis existit in corpore, per mutationem panis, in corpus, & econuersò: non quòd panis id est, corpus in
44 sanguinem, vel vinum mutetur in corpus, sed neutrum potest existere sine reliquo: de hoc iam dicetur. ¶ Sed † quæritur, quid demonstrauit Christus quando dixit: Hoc est corpus meum, per hoc pronomen, hoc, non videtur quòd panem, quia panis non erat corpus Christi, nec etiam corpus: quia nondum illa verba protulerat, ad quorum prolationem panem mutauit in corpus. Super hoc dicunt quidam, quòd per hoc pronomen nihil demonstratur: sed illud materialiter ponitur. Sed secundum hoc, quomodo per dictionem nihil significantem fit transsubstantiatio? Prætereà, Dominus vtebatur illa voce significatiuè, & nos vtimur materialiter: ergo non facimus, quod ipse fecit. Alij dicunt, quòd ea vis data est ipsis verbis, quòd ad ipsorum prolationem fit transsubstantiatio. Item ideò sacerdos ea non profert significatiuè, quia non posset sic ea proferre Mentiretur, nisi diceret: Hoc est corpus meum. Verum à præmissæ quæstionis laqueo facilè, se absoluit, qui dicit, quod Christus tunc confecit, quando benedixit: de quo dictum est super verbo, benedixit. Nam si opponatur de sacerdote, qui tunc consecrat, dum illa verba pronuntiat, Respondetur quòd sacerdos nil demonstrat, cum illis verbis non vtatur enuntiatiuè, sed recitatiuè quemadmodum, & cum ait: Ego sum vitis vera.
41 Ego sum lux mundi, & innumera talia. ¶ Rursus † quæritur quid demonstrauit, cum dixit: Manducate ex hoc omnes, licet in nullo quatuor Euangelistarum hoc legatur de corpore, sed tantum de sanguine inuenitur dictum: Bibite ex hoc omnes. Cum enim iam panem fregisset, si demonstrauit aliquid fragmentorum, illud non debebant omnes comedere: sed singulis debebat singula distribuere de consecra. distin. ij. singuli. & cap. seq. si demonstrauit corpus non poterant ex illo, sed illud comedere, quia corpus Christi non manducarur per partes, sed integrum. Sanè frequenter in sacra scriptura videtur agi de vno, sed agitur de diuersis, vt est illud, Benedixit, fregit, & dedit, benedixit panem, fregit formam, & dedit corpus. Eodem modo, cum dixit: Manducate ex hoc omnes pronomen ostendit integrum corpus, & præpositio innuit formam diuisam, vt iste sit sensus: Comedite corpus integrum, sub forma diuisa. Nam sola forma per partes diuiditur, & totum corpus integrum manducatur. Simili modo potest
45 intelligi, quod subiunxit, Hoc est corpus meum, id est, illud, quod præbeo sub hac forma. ¶ Quæritur † etiam, si additio vel subtractio, vel transpositio vel interpositio, vel mutatio fiat in illa forma verborum quæ Christus expressit, vtrum si effectum consecrationis impe-

diat, vt si dicatur addendo : Hoc est corpus meum, quòd assumpsit de Virgine, vel subtrahendo : Hoc est corpus, non dicendo meum, aut transponendo vt dicendo : Corpus meum hoc est, vel interponendo, vt : Hoc est vtique corpus meum, siue mutando, vt Hoc est corpus Iesu. Sane grauiter peccat, qui quodlibet horum quomodolibet attentauerit, præsertim si formam intendat mutare, vel hæresim introducere de consecra. distinct. iiij. retulerunt. quia forma verborum quam Christus expressit, per omnia debet illibata seruari : quamuis (secundum Philosophum) nomina & verba transposita idem significa. prætereà. ¶ Quid si inter prolationem formæ panis, & vini interponatur spatium, & quidem nihilominus fit transubstantiatio de hoc tamen dubium non est, secundum illos, qui duas asserunt esse formas vt iam dicetur: de hoc no. de consecra. distinct. iiij. si non sanctificatur. ¶ Sed cum ad † prolationem istorum verborum : Hoc est corpus meum, panis mutetur in carnem, de consecra. distinct. ij. panis. & ad prolationem illorum; Hic est sanguis meus, vinum mutetur in sanguinem, videtur quòd panis sine vino, vel vinum sine pane valeat consecrari, vt præmissum est & ita si post prolationem istorum, & ante prolationem illorum impedimentum accidat sacerdoti, quo minus procedere valeat, videtur quòd panis sit mutatus in carnem, vino in sanguinem non mutato. Nunquid ergo hoc casu alius sacerdos totum repetet à principio, & sic super panem iterabitur consecratio : an verò ab eodem loco tantum incipiet, in quo sacerdos ille dimisit, & sic diuiditur mysterium vnitatis, extrà de elect. quod sicut. Super hoc ita legitur in concilio Tholetano. v. quæstio. j. nihil. Certe suimus conuenire, vt cum à sacerdotibus missarum tempore sacra mysteria consecrantur, si ægritudinis accidit cuiuslibet interuentu, quo cœptum nequeat consecrationis explere mysterium, sit liberum episcopo vel presbytero alteri consecrationem exequi cœpti officio vt præcedentibus, supple qui differunt libenter alij pro complemento succedent: de hoc etiam dicetur in vij. particula super verbo. Nota ui & æterni. ad finem. Verum cum inter Theologos de tempore consecrationis, sit diuersa sententia, quibusdam dicentibus, quòd cum totum est dictum totum est factum, alijs asserentibus, quòd panis autè mutatur in corpus, & posteà vinum mutatur in sanguinem, vt dictum est, ideò plerique tutiùs incedentes, affirmant quòd alius sacerdos repetere debet consecrationem atque perficere, quoniam non decitur iteratum, quòd nescitur esse factum. extrà de sacra. nolite. cap. j. tamen ne vlla fiat iteratio vel diuisio sacramenti, ne aliquis scrupulus erroris vel dubitationis remaneat, consultius iudicatur, vt illa quælis oblata studiosissimè pro infirmis recordetur, & super alijs speciebus panis & vini totus canon repetatur, & præmissa hostia consecranda

48 in fine missæ à ministro vel alio sumatur. ¶ † Sed si vinum inueniri non possit, vel aliquo casu intercedente defuerit, quæritur vtrum necessitate cogente, vel casu intercedente, sola panis materia possit in eucharistiam consecrari, sicut & sub sola panis specie debet eucharistia reseruari? Sunt sanè, qui dicunt quòd cum verbum & elementum conficiant sacramentum, nec forma verborum nec materia rerũ, quas Christus expressit mutari siue dimidiari potest : quia sicut vinum sine pane, sic panis sine vino minimè cõsecratur, vnde siue aqua pro vino mittatur in calicem, siue ordeum pro frumento formetur in panem, sicut neutrum per se, sic neutrum cum alio transsubstantiatur in carnem, aut mutatur in sanguinem. Nam si panis sine vino, vel vinum sine pane, mutari posset in carnem : aut sanguinem in his regionibus, in quibus alterutrum inueniri non potest, licitè posset alterum sine altero consecrari minus enim ignorantia, quàm necessitas, vel negligentia quam difficultas excusat. Alij verò dicunt quòd cum Christus prius conuerterit panem in carnem, & posteà mutauerit vinũ in sanguinem sicut euangelicæ lectionis textus ostendit, & sine vino panem, & sine pane vinum consecrari contingit. Grauiter tamen offendit, qui negligenter vel ignoranter alterutram speciem prætermittit.

49 Grauius qui scienter aut sponte, maximè si formam intendit mutare, vel hæresim introducere. ¶ Quid † ergo faciendum est sacerdoti, si vinum post consecrationem comperiat prætermissum? Respondeo, si hoc studiosè causa introducendi hæresim factum est, non est sacramentum corporis. Si verò per obliuionem, vel negligentiam, nihilominus facta est consecratio corporis, vt præmissum est. de consecra. distinct. iiij. retulerunt. Tunc enim, vt dicunt aliqui, vinum apponere debet, & super illud solum verba ad consecrandum sanguinem repetere, scilicet ab illo loco : simili modo, &c. vsque in finem, omissis tamen crucibus, duabus quæ fiunt sigillatim super panem. Alij dicunt quod vino apposito in calice panem consecratum debere immittere, sicque absque aliqua repetitione sumere sacrificium, sicut fit in die parasceue. Aliis videtur quod non debet vinum apponi: ne scandalum generetur. Sed quod primi dicunt, verius est, nam vtilius scandalum nasci permittitur, quam veritas requiratur: extrà de re. iu. qui scandalizauerit. Si enim hæc veritas prætermittatur, scilicet quod vinum non apponatur, non potest verè dici hoc sacramentum, commistio corporis & sanguinis. nec corpus Christi sine sanguine sumi debet. de consec. distin. ij. comperimus. vel hostia seruetur, & super aliis speciebus canon repetatur, vt præmissum est. Veruntamen, si sacerdos aqua gustata ieiunium soluerit, illa die non iteret sacramentum. Si autem autè verba transsubstantiationis, scilicet, Hic est calix noui testamenti, &c. aduerterit vinum fortè prætermissum, vel etiam vtrumque, scilicet vinum, & aquam. tunc illa apponat in calice, & in consecratione procedat, reincipiens ab illo loco: Hanc igitur oblationẽ. &c. Si vero

vinum sine aqua apponatur, non ideò minus est sacramentum, vt dicetur in sequenti particula, super verbo: Noui & æterni testaméti. Quia si aliquid de sanguine stillauerit. de hoc dicetur etiam super verbo: Qui pro multis. ¶ Verum † cum interdum vni pontifici multi sacerdotes concelebrant, prout dicetur in vj. parte sub quinta feria cœnæ Domini, vbi agitur de oleo infirmorũ, si fortè non simul omnes consecratoria verba pronuncient, quæritur an ille solus conficiat, qui pronuntiat, & an cæteri iterent sacramentum? Si enim hoc concedatur, poterit contingere, quod ille non conficit, qui principaliter celebrat, & ille conficit, qui secundario celebrabit: & sic pia celebrantis intentio defraudatur. Sanè dici potest, quia siue priùs siue posteriùs proferant sacerdotes, referri debet eorum intentio ad instans prolationis episcopi. cui principaliter concelebranti concelebrant: & tunc omnes simul cõsecrant & conficiunt. Quamquã nonnulli contendant, quòd qui primus pronuntiat, ille consecrat nec aliorum defraudatur intentio, quia factum est id, quod intenderant. Consueuerant autem presbyteri cardinales Romanum circunstare pontificem, cum eo pariter celebrare & consummato sacrificio de manu eius communionem accipere, significantes Apostolos, qui cum Domino pariter discumbentes sacram de manu eius eucharistiam acceperunt: & in eo, quòd concelebrant, ostendunt Apostolũ tunc à Domino ritum huius sacrificij didicisse. ¶ Sane dictis † verbis illis, Hoc est corpus meum, sacerdos eleuat corpus Christi. ¶ Primò, vt cuncti astantes illud videant, & petant quòd proficit ad salutem, iuxta illud: Ego si exaltatus fuero à terra, &c. Ioan. xij. ¶ Secundò ad notandum, quod non est aliud dignum sacrificium, imò est super omnes hostias. ¶ Tertiò, exaltratio eucharistiæ in manu sacerdotis, signat Christum verum panem, per propheras in Scripturis exaltatum, quando scil cet eius incarnationem prophetizabant. Vnde Esa. Ecce Virgo cõcipiet, & huma- *Esa.7.* cibum fore cæteris excellentiorem. Similiter & de potu. ¶ Quarto, significat resurrectionem. ¶ Quintò, hostia eleuatur, vt populus præueniens consecrationem, sed ex hoc cognoscens illam factam cõ- *Iebil.2* se & Christũ super altare venisse reuerenter ad terram prosternatur, &c, & illum, & corde & ore adorẽt. Iuxta illud Apostoli ad Roma- *Pom.10* Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. ¶ Aliis ratio ponetur prope finem xj. particulæ canonis: ¶ Licet igitur fides sufficiat ad salutem, iuxta illud Aug. de consec. distinct ij. vt qui- *Iacob.2* Crede & manducasti. non tamen superflua est eleuatio tum propter causas præmissas, tum, † quia ibi tempus & locus agendi opus fe- ferunt: fides sine operibus, secundum Iacob. mortua est, propter eadem quoque causas calicis eleuati, licet sanguis videri non possit, superflua non est. Vtrum autem calix coopertus debet eleuari, dicetur in sequẽti particula, super verbo. Qui pro vobis. & tam corpus, quam

calix, cum vtraque manu eleuantur, propter maiorem reuerentiam & securitatem. Et exinde stringit pollices & indices, prout dicetur super verbo: & memores. ¶ † In eleuatione autem vtriusque, squilla pulsatur, nam & in veteri Testamento Leuitæ tempore sacrificij tubas clangebant argenteas, vt earum sonitu populus præmonitus foret ad adorandum Dominum præparatus. Et propter causam eãdem, squilla pulsatur, dum corpus Christi ad infirmum portatur. Mulla etiam capellam domini Papæ baiulans, squillam fert hoc reuerenti reliquiarum, quas portat, tunc etiam cærei accenduntur propter causam in secunda parte sub tit. de acolytho scriptam.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum, quare sub vtraque specie sumatur.*
2 *Christus pascha typicum celebrauit cum Apostolis, luna primi mensis, ad vesperam.*
3 *Christus, idem & totus in cœlo idem, & totus, hic, & vbique est.*
4 *Christus non sinit nos tentari vltra, vires nostras.*
6 *Aqua posita cum vino in calice, an conuertatur in sanguinem.*
7 *Christus resurgens an totum sanguinem suum resumpserit effusum in cruce.*
8 *Christi præputium, adseruari in Lateranen. basilica.*
9 *Aqua prætermissa, an quod gestum est in calice sit irritum.*
10 *Vinum optimum sumendum est, aliud tamen non violat sacramentum.*
11 *Vinum si fuerit gelatum in calice quid agat sacerdos, & quid si musca vel aranea, quid ve aliud ceciderit in calicem. nu. 12.*
13 *Eucharistia non est danda ægroto vomenti. item, nec ebrioso insano, hæretico, epileptico, & similibus, 14. Item de aliis actidentibus. num. 15. 16. 17.*
18 *Sacerdoti quæ pœnitentia imponenda, propter sanguinem fusum vel hostiam sacramenti quomodolibet maculatam ex decreto concilij Aurelianens.*
19 *Sanguis si profluat à naso sacerdotis, quid agendum.*
20 *Sacramentum corporis Christi quomodo sit mysterium fidei.*
21 *Sacramentum corporis Christi tria habet.*
22 *Corporis & sanguinis Christi substantia, est sacramentum.*
23 *Sacramentum, an vnum tantum, an diuersa. & nu. 24.*
25 *Signorum diuersitas.*
26 *Sacramenta legalia, & euangelica diff. runt.*
27 *Sacramentum, dicitur actiuè & passiuè.*
28 *Sacramentum consistit in tribus.*
29 *Sanguis Christi, pro quibus sit effusus.*
30 *Peccatum remittitur, & quo ad culpam, & quo ad pœnam; per sanguinem Christi.*
31 *Sacramentum altaris, cur quotidie Ecclesia repetat.*
32 *Passionis Christi triplex habemus memoriale.*

De septima parte canonis.

CAPVT XLII.

SImili modo,&c.Septima pars: licet sub vtraque specie sumatur vtrunq; scilicet corpus, & sanguis, vtraque tamen species cōsecratur,& neutra superfluit.de cōsecrat.distinct.ij.comperimus,vt offert

uit qui testatus est.¶ † Porro testamentū non solum dicitur scriptura, sed & promissio, vt dicetur in procœm. vj. partis: & secundum hunc modum dicitur: Hic est sanguis noui & æterni testamenti, id est confirmatio nouæ & æternę promissionis, sicut Dominus ipse promittit. *Ioan. 6* Qui manducat corpus meū, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, vnde nec primū testamētum, vt inquit Apostolus, sine sanguine dedicatum est. Lecto enim vniuerso legis mandato Moses accipiens sanguinē hircorum, aut vitulorum, ipsum librum, & omnem populum aspersit, dicens: Hic est sanguis testamēti, quod mandauit ad vos Deus. Ecce, quam propriè Moses verba præcepit quibus Christus vsus est in cœna.¶ Quæritur vtrum aqua † cum vino conuertatur in sanguinem? de quo etiam iam infra dicetur. Si enim conuertitur ergo aqua est sacramentū sanguinis: imo videtur, quòd populi. Nam aquæ multæ, populi multi. Et ob hoc aqua miscetur vino, vt Christo populus adunetur. Nam & de latere Christi sanguis exiuit, & aqua, prout tactum est sub tit. de oblatione. Si verò non conuertit, quæritur vbi post cōsecrationem existat: & quomodo separatur à vino, cui fuerat in vnum commista. Si autem post consecrationem aqua pura permanserit, secundum hoc non bibit solum sanguinem sacerdos, in hoc sacramento: & sic post vnam sumptionem iterum eodem die cōmunicare nō debet, ac si prius aquam bibisset. Nam idcirco sacerdos post quàm perfudit eodem die, iterum non sacrificat: quia vinū portionis sumit. An fortè dicetur, quod sicut vinū mutatur in sacramentum redemptionis, sic & aqua transit in sacramentū ablutionis, quæ de latere Christi pariter effluxerunt? quis hoc audeat diffinire? ¶ Nam & illud inquiritur, vtrum Christus resurgens † à mortuis sanguinem illum resumpsit quem in cruce effudit? Si enim capillus de capite nostro non peribit, quantò magis sanguis ille non periit, qui fuit de veritate naturæ? & tamen ille in plerisque Ecclesiis dicitur consecrari ¶ Quid etiam de circuncisione præputij, vel præcisione vmbilici dicetur; an in Christi resurrectione rediit ad veritatem humanæ naturæ, & ad locum glorificarum. Sed † melius est totū Deo committere, quàm aliud temere diffinire. Creditur tamen præputium in Laranē. basilica cōseruari: licet à quibusdam dicatur, quod illud fuit illuc, Hierusalem delatum ab angelo Carolo magno, qui transtulit illuc, posuit Aquisgrani honorificè in Ecclesia beatæ Mariæ, se postea Carolo caluo positū est in ecclesia, scilicet Saluatoris, apud Crosium: sed si hoc verum est, mirādum est. Cùm enim caro illa de veritate humanæ naturę fuit, creditur quod Christo resurgente ad locum suum glorificatum rediit. Aliqui tamen dixerunt, quod hoc verum esse posset iuxta opinionem eorum, qui dicunt id solum esse de veritate naturæ humanæ, & resurgere, quod ab Adam traductum est. Illud autē omnino nefas est opinari, quod quidam dicere præsumpserunt, videlicet aquam in phlegma conuerti. Nam de latere Christi non aquam, ed

aquaticum humorem, id est, phlegma, mentiuntur exiisse. extrà de celeb. missa. in quadam. Duo namque præcipuè Ecclesiæ sacramenta de Christi latere effluxerunt: videlicet sacramentum redemptionis in sanguine, & sacramentum regenerationis in aqua. Non enim baptizamur in phlegmate, sed in aqua, iuxta illud euangelij: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non introibit in regnum cœlorum. *Ioan. 9* Quibusdam tamen non videtur absurdum, quòd aqua cum vino transeat in sanguinem, ea videlicet ratione, quòd aqua per admistionem transit in vinum, & vinum, per consecrationem transit in sanguinem, vt in c. cum Marthæ. & nota. de conse. dist. ij c.j. &c. non oportet. Aqua namque transit in vinum, cum multo vino modicum infunditur aquæ alioquin tota vini substantia propter guttam aquæ mutaretur, vt quoddam fiat ex illis confusum, quod nec sit aqua, nec vinum: & tota fontis vel fluminis aqua propter modicam vini stillam in cōfusionis speciem mutaretur, nec panis ille posset in eucharistiam consecrari, qui factus est de frumento cui forte commistum fuerit vnum granum ordei, vel auenæ. Sic ergo, si plus apponatur aquæ, quam vini, erit irritum sacramentum oportet quidem, vt tantum vini ponatur ibi, quòd aqua commistum vini saporem retineat. extra de celeb. mis. cap penult. de hoc dicetur in vj. parte sub v. feria cœnæ Domini, ad finem. Si autem post calicis cōsecrationem aliud vinum mittatur in calicem illud quidem non transit in sanguinem, nec sanguini commiscetur, sed accidentibus prioris vini commistum corpori, quòd sub eis lateat, vndique circunfunditur, non madidans circunfusum. extra celeb. miss c. cum Marthæ. Ipsa tamen accidentia vinum apposita vini saporem assumit. Quidam autem voluerunt adstruere, tum videntur afficere, quòd inde conficitur. quia si aqua pura fuerit quòd sicut aqua pura per aquæ benedictæ contractum efficitur benedicta, sic & vinum per sacramenti contractum, efficitur consecratum, & transit in sanguinem quorum assertioni minimè ratio suffragatur. 9 extra de conse. cc. vel alta. ca. quod in dubiis. de quo etiam dicetur sub v. feria cœnę Domini. Sed nunquid irritum † est, quòd geritur, si forte aqua prætermittatur? & videtur quòd sic, ex his, quæ sub titu. de oblatione facta sunt. Cautum quoque est in canone Cypriani. de consec. dist. ij. sicut in sanctificando quod non potest calix Domini esse aqua sola, neque vinum solum, nisi vtrumque misceatur. Et sicut calix Domini non est aqua sola, neque vinum solum, sic nec corpus Domini potest esse farina sola nisi vtrumque fuerit adunatum, & panis vnius compage solidatum: & hoc quidam constanter affirmant, asserentes, quòd sicut aqua sine vino consecrari nō potest, sic nec vinum sine aqua transsubstantiari valeat, quia de latere Christi simul vtrumque manauit. Alij verò concedunt, quòd si quisque non intendens hæresim introducere, obliuione, vel ignorantia prætermiserit aquam non fit irritum sacramentum. Illam tamen per obliuionem prætermittens ve-

nialiter peccat: per negligentiam, mortaliter & est grauiter puniendus, & semper potest apponi ante transsubstantiationem: & quod prædicitur vnum solum, non posse offerri intelligunt, nisi fiat simpliciter vel ignoranter, vel non potest, id est, non debet. Nam & Græcorum Ecclesia, dicitur non apponere aquam in sacramento: ait enim Cyprianus. de conf. dist. ij. Scriptura. Si quis de antecessoribus, vel ignoranter, vel simpliciter non obseruauerit, quòd nos Dominus facere exemplo, & magisterio docuit, potest simplicitati eius de indulgentia Domini venia concedi: nobis vero non potest ignosci, qui nunc à Domino instructi sumus, vt calicem Domino cum vino misto, id est, vinum cum aqua in calice mistum, secundum quod Dominus obtulit, offeramus. ex quibus verbis apertè colligitur, quòd vinum aquæ mistum Christus in cœna discipulis tradidit. Si vero vinum prætermittatur, de hoc dictum est in sexta particula, super verbo, hoc est corpus. ¶ Porrò licet diligenti † studio vinum optimũ pro sacrificio sit quærendum, vitium tamen vini non maculat munditiam sacramẽti: quæcirca siue nouum vinum, quod mustum appellatur, siue etiam acidum, quod appellatur acetum, offertur, sacramentum conficitur, & diuinitus consecratur: vitandum est tamen, ne tale vinum mustum vel acetum, vel rosatum, vel speciatum in calice ponatur. Sunt tamen qui dicunt acetum non esse vinum, cum propriam mutauerit naturam vinum est calidum, illud frigidum: & ideo ex eo confici non posse, sicut nec ex agresta. Quod concedi potest in aceto ex alio, quam ex vino facto. Nam si ex vino factum fuerit, secus: cum eadem proprietas sit οὐσία, id est, substantia. ff. de contrah. emp. & vend. de consecra. distinct. ij. ergo. C. de sum. Trinit. inter claras. §. omnes vero. Iulius quoque Papa de consec. dist ij. cum omne. & p. præcedenti dixit, quod cum lacte confici non potest. Botrus autem vuæ in necessitate compressi, & inde confici potest: sed de ipso botro non compresso, non potest communicari. Non potest etiam confici cum aqua cum qua pannis in musto intinctus lauatur. ¶ † Illud autem notandum est, quòd si vinum in calice cogelatum fuerit, debet tandiu exhalare sacerdos donec glacies soluatur, quod tunc si sic solui nequiuerit, adhibeat ignem. ¶ † Si autem musca, vel aranea, vel aliquid tale ceciderit in calicem proiicit debet vinum illud in piscinam, & aliud vinum & aqua apponat. Si vero post transsubstantiationem ibi ceciderit, vel sanguinem ingerit, sanguis sumatur, & illud prius in aliquo calice super vino perfundatur: & quanto diligentius & cautius fieri potest, abluatur, & cremum super piscinam cremetur, quia vix posset absque horrore, & vomitu sumi. Ablutionem vero ipsam sacerdos post consecrationem, vel minister sumat. Sed & siquis statim Christi corpore sumpto, paulisper patitur, vomitus similiter super piscinam comburatur, & puluis in piscinam mittatur. Si tamen aliqua bestiæ particula videatur ibi vel corpus Christi infirmo datum, reiicitur illud reuerentor susciptum &

13 & contritum cum vino in calice super, si integrum nequeat recipi, & si horror sit illud sumere, pro reliquiis custodiatur. ¶ Non est † igitur danda eucharistia ægroto vomenti, sed credat, & manducauit de conse. distinct. ij. vt quid. Sed & si quis adeo ægrotus est, vt masticare non possit, tunc tantum sumat aquam, à Christi corpore tactam, mi-
14 nimam tamen particulam sumens totum sumit, vt præmissum est. ¶ Non est † etiam danda ebrioso, insano, hæretico, epileptico, & simili. lib. nisi infirmitate cessante. xxvj. quæst. vlt. is qui leproso. tamen dari potest, & muto, & ægroto compoti fumenti post confessionem & absolutionem à peccatis. Qualis autem pœnitentia imponẽda sit ei, propter ebrietatem, vel voracitatem, vel infirmitatem eucharistiam euomit, in canone Bedæ habetur de consecra. distinctione ij. si quis per totum. Et nota quod is, qui communicauit, si commodè, & absque violentia naturæ potest, debet abstinere à sputo, alioquin post horam conuenientem spuere potest, saltem in loco, vbi sputum nequeat pedi-
15 bus conculcari. Siquidem homo spiritualis omnia iudicat & ipse à nemine iudicatur: & omnia munda sunt mundis. Quod si † super signum, vel lapidem, vel terram, eucharistia, vel aliquid de sanguine ceciderit, sanguis lingua lãbendus est, & deinde radendus, & extergendus est ipse locus, & puluis in sacrario, siue cum reliquiis reponendus. Si verò super corporale ceciderit, suggatur sicut diligentius fieri poterit, & lauetur ter in calice, & aqua lotionis post missam sumatur: deinde corporale recondendum est, & loco reliquiarum ser-
16 uandum est. † Si vero palla altaris intincta fuerit, & eodem modo ipsa particula, intincta incisa, est pro reliquiis seruanda. Si autem super casulam vel albam deguttet, similiter fiat. Si super quodcumque prophanum vestimentum, comburenda est pars illa, & cinis in loco sacro reponendus, vt dicunt. Pius tamen Papa statuit de conse. distinct. ij. si per negligentiam. vt si aliquid de sanguine stillauerit in terrã, lingua lambatur. Si verò fuerit tabula, locus corradatur ne conculcetur, & rasura igne consumatur, & cinis intra altare condatur, & si
17 † super altare stillauerit, forbeat minister stillam quantum poterit. Si super linteum altaris, minister lauet linteamina, quæ stillam tetigerunt, tribus vicibus, calice subterposito, & aqua ablutionis sumatur
18 in calice, & iuxta altare recondatur. ¶ Ibidem † etiam sequitur, quamlis pœnitentia sacerdoti cui hæc contingerent, sit prius, quàm celebret imponenda. Et nota, quod si ante transsubstantiationem effusa fuerit pars mutentur pallæ sub silentio, & celebrans suum officium exequatur: si totum effusum sit, tunc præmissa confessione minister denuò reincipiat officium ab illo loco. Hanc igitur oblationem, &c. Si vero post transsubstantiationem pars effusa est, tunc similiter officium exequatur. Si totum, ita quod nihil hauserit, quod valde enorme est, tunc ponat hostiam super propitiatorium & minister denuò ponat vinum & aquam & reincipiat: Hanc igitur

oblatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

oblationem, &c. confessione tamen præmissa, & hostia seruata summatur postmodum à ministro in fine missę, vel seruetur pro infirmis. Rursus concilium Aurelian. de consec. distinct. ij. statuit, quod qui non bene custodierit sacrificium, vt mus vel aliud animal illud comederet xl. dies pœniteat. Qui autem perdiderit illud in Ecclesia, vel pars eius acciderit, & inuenta non fuerit, xxx. dies pœniteat. In eodem etiam capitulo, ita sequitur, in bucardo libro quinto. Vnde scriptum est. Refundens aliquid super altare calice, quando offertur, sex dies pœniteat: aut si abundantius, vij. dies pœniteat. Qui autem perfundit calicem dum missæ solennitas celebratur: xl. dies pœnitebit. Si verò missa celebrata presbyter neglexerit accipere sacrificium similiter xl. dies pœniteat. Et qui pollutus nocturno tempore acceperit sacrificium, vij. dies pœniteat. Qui negligentiam erga sacrificium fecerit, vt à vermibus consumptum, ad nihilum deuenerit, tres quadragesimas eum pane, & aqua pœniteat. Si integrum inuentum fuerit & in eo vermis, comburatur, & cinis super altare recondatur. Et qui neglexerit, quaternis diebus suam negligentiam soluet. Si cum amissione saporis sacrificium dulcoratur, xx. dies ieiunio expiatur. Qui verò conglutinatum miserit, vij. dies pœniteat: si sacrificium fuerit sordida vetustate perditum, igne comburendum est, & cinis iuxta altare sepeliendum, sicut legitur in bucardo, lib. quinto, omne. ¶ Item etiam notandum est, quod si à naso sacerdotis † celebrantis sanguis exierit, vel nausea superuenerit, recipiatur in aliquo vasculo, ne sancta contaminentur, & ter rerso naso, vel ore abluto, reincipiat sub silentio vbi dimisit. Si verò infirmitas superuenerit, innitatur super crepidinem siue oram altaris, vel sedeat, ne conualescat, & sit incipiat, vbi dimisit: sed si nullo modo potest consummare ministerium alius sacerdos paratus incipiat, vbi ille dimisit, prout dictum est in vj. particula super verbo. Hoc est corpus meum. Sed si incertum est, vbi ille dimisit: tunc quia periculosum est verba sacramenti iterare, vel prætermittere, posita oblata super propitiatorium ministret denuò, vt præmissum est. ¶ Sequitur. Mysterium fidei, &c. Ideo dicitur † mysterium fidei quia aliud videtur, aliud intelligitur: hoc credere iubemur, discutere non audemus: fides enim non est, nisi de occultis, iuxta illud. Fides non habet meritum, &c. vt supra Gregor. de consec. distinct. ij. quid sit ad fidem. dicitur quod ideo dicitur mysterium fidei, quia credere debemus, quod ad salus nostra consistit, vel quia sine fide non sit. hoc sacramentum, id est, sine ea illud intelligi plene non potest. Dicitur autem mysterium quia secretam & reconditam habet dispensationem prima quæstione j. multi. μυστήριον, autem Græcè, dicitur secretum Latine, & secundum Inno. iij. de celeb. miss. c. cum Marthæ. nullus Euãgelistarum dixit hæc verba. Ex his autem & aliis Scripturæ verbis, quidam dixerunt in sacramento altaris veritatem corporis & sanguinis Christi non esse

sed imaginem tantum, & speciem & figuram, pro eo, quod Scriptura memorat aliquoties id, quod in altari suscipitur, esse sacramentum & mysterium, & exemplum. Sed hi profecto laqueum erroris incurrunt: de quo etiam tactum est in vj. particula, super verbo, Fregit. Nunquid enim ideò sacramentum altaris veritas non est, quia figura est? Absit omnino: si tamen hoc esset, ergo nec mors Christi veritas est: quia figura est: resurrectio Christi veritas non est, quia figura est: nam mortem & resurrectionem, Christi figuram & imaginem, & similitudinem esse manifestè declarat Apostolus dicens: Christus mortuus est pro delictis nostris, & resurrexit propter iustificationem nostram Et Petrus Apostolus: Christus passus pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Ergo mors Christi, exemplum fuit ne in peccato moriamur: & resurrectio eius, exemplum fuit, vt iustè viuamus: Si enim veritas non fuit, ergo Christus vere mortuus non fuit & verè non resurrexit: sed mors eius & resurrectio eius, vera non fuit sed absit hoc. Nam propheta de eo prædixit: Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Altaris ergo sacramentum, est veritas & figura. ¶ Tria † quippe sunt in hoc sacramento discreta videlicet. ¶ Forma visibilis. ¶ Veritas corporis. ¶ Et virtus spiritualis de consecrat. distinct. ij. corpus: forma panis & vini: veritas carnis & sanguinis virtus charitatis & vnitatis. Primum, oculo cernitur. Secundum, animo creditur. Tertium, corde percipitur. Primum: est sacramentum, & non res. Secundum, est sacramentum, & res. Tertium vero, res & non sacramentum. Sed primum est sacramentum geminæ rei. Tertium: est res gemini sacramenti. Secundum autem, est sacramentum vnius, & res alterius. Nam forma panis vtranque Christi carnem significat, id est, veram & mysticam, sed veram carnem & continet & significat: mysticam vero significat, sed non continet? Sicut enim vnus panis ex multis granis conficitur, & vinum ex diuersis racemis confluit, sic & corpus Christi ex multis membris componitur, & vnitas eucharistiæ ex diuersis personis consistit: scilicet in prædestinatis, vocatis, iustificatis, & glorificatis. Nam quos Deus prædestinauit, hos & vocauit & quos vocauit, hos & iustificauit. Vnde & Apostolus: Vnus panis, vnum corpus, multi sumus. In cuius rei typum facta est area Domini de lignis Sethim, quæ sunt imputribilia, & albæ spinæ sunt milia. ¶ Pater † ergo, quod substantia corporis & sanguinis Christi est sacramentum & res, sed alterius sacramenti est res: & alterius rei est sacramentum & res: sed alterius sacramenti est res, & alterius rei est sacramentum: est enim res primi, quia figuratur & continetur à primo videlicet à forma visibili, &c. Et est sacramentum tertij quia significat, & efficit tertium, id est: vnitatem Ecclesiasticam. Dicitur ergo hoc mysterium fidei: quoniam aliud ibi cernitur, & aliud ibi creditur. Cernitur enim species panis, & vini, & creditur veritas carnis & sanguinis. Quod autem hic dicitur Mysterium fidei alibi dicitur, Spiritus,

Rom. 8
1. Pet. 2

Esai. 53

Rom. 8

1. Cor. 10

Universidad de Deusto
Biblioteca

2.Cor.3 Rom.1 Ioan.6

ritus, & vita. Spiritus enim est mysterium, secundum illud: Littera occidit, spiritus autem viuificat: & fides est vita, secundum illud: Iustus ex fide viuit. Hinc ergo Dominus ait: Verba quæ locutus sum vobis, spiritus, & vita sunt. Verùm, cum consecratio perficiat sacramentum, & post consecrationem non sit in altari panis, aut vinum: quæritur quis panis est corporis, aut quod vinum est sanguinis sacramentum? Nam si dicatur, quod panis qui fuit, vel vinum, quod extitit profectò nec ille corporis nec illud est sanguinis sacramentum: quia panis transiuit in corpus, & vinum in sanguinem. Si vero dicatur, quod species illa, quæ remansit, illa quidem nec extitit ex granis, nec confluxit ex racemis: quoniam ex his non prouenit accidens: sed substantia. Quam ergo similitudinem assignabimus inter sacramentum rei & rem sacramenti. Nam si sacramenta non haberent similitudinem rerum, quarum sunt sacramenta propriè sacramenta non dicerentur. Sicut sacramentum baptismi, quod est ablutio carnis exterior, similitudinem habet significati, quod est ablutio mentis interior. Sanè sacramentum istud in eo gerit similitudinem corporis, in quo panis similitudinem repræsentat: species ergo panis, sacramentum est corporis non solum ratione rei significatæ, verumetiam ratione contenta. ¶ Quæritur autem, vtrum species † panis & veritas corporis vnum 25 sint sacramentum, an vniuersa? Et videntur diuersa, Cùm enim diuersa sint signa, videtur quod diuersa sint sacramenta. Præterea, scriptum est: proficiant in nobis quæsumus Domine tua sacramenta, &c. quæ verba sub titul. de oratione nouissima exponentur. Sed videtur contrà, quod sint solum vnum. Cum enim eandem rem sacramenta significent, videtur, quod idem sint sacramentum. Præterea legitur: præsta vt hoc tui corporis & sanguinis sacramentum, non sit nobis reatus ad penam. Super hoc dicunt quidam, quod forma panis & vini, sunt vnum sacramentum, non propter vnum significatum, sed propter vnum contentum. Species autem panis, & veritas corporis, sunt vnum sacramentum: non propter vnum contentum, sed propter vnum significatum. Hi debent concedere, quòd sicut diuersæ res propter idem, & vnum significatum, idem sunt sacramentum: sic eadem res propter diuersa signi cata diuersa sunt sacramenta. Quibus obiicitur, quòd si species panis & veritas corporis, idem sunt sacramentum, cum species panis sacramentum sit corporis, ergo veritas corporis, idem est sacramentum: & ita idem est sacramentum sui. Sed hoc non procedit: quia species panis, & est quoddam sacramentum, quod est veritas corporis, & est quoddam quod non est illa, quoniam sunt duo sacramenta diuersa. 26 ¶ † Alij verò dicunt quod siue diuersa sint significata, siue diuersa significantia, semper diuersa sunt sacramenta, quod oportet concedere, quod in altari sunt ad minus quatuor sacramenta, videlicet species panis, & species vini, veritas carnis, & veritas sanguinis. Præterea, cum panis & vinis diuersa sint accidentia, vt sapor, & odor, pondus, & quantitas,

quantitas, & figura, videtur quod singula per se sint varia sacramenta: qua enim ratione potius vnum, quàm alium dicendum est sacramentum? Sed cuius rei sacramentum est odor, aut sapor? Ad hoc potest non incongruè responderi, quòd omnia simul accepta, sunt vnum eucharistiæ sacramentum, eò quod nullum per se solum significet: sed omnia simul panis speciem repræsentant, quæ corpus Christi continet & signi-
25 ficat. ¶ Signorum autem alia sunt naturalia, alia positiua. Naturalia sunt quæ secundum naturam significant, quorum quædam sunt, quæ per antecedens, signant consequens, vt in rubore vespertino, significatur serenitas matutina. Alia sunt, quæ per consequens significant antecedens: vt fumo, vel cinere, significatur ignis fuisse. Positiua sunt illa, quæ secundum impositionem significant. Quorum alia sunt signa rei sacræ, vt serpens æneus erectus in eremo: alia sunt signa rei non sacræ, vt arcus triumphalis erectus in biuio. Porrò signorum rei sacræ alia sunt sacra vt baptismus, alia non sacra, vt agnus paschalis. Sacra sunt signa noui test. non sacra veteris: quamuis enim vtraque sint signa rei sacræ, id est, rem sacram significantia, non tamen vtraque sunt sacra, id est iustificantia, licet nonnulli dixerunt sacramenta legalia iustifi-
26 casse. Hæc enim est † differentia inter legalia & euangelica sacramenta: quia illa significabant tantùm, hæc autem iustificant & significant. Verùm quandoque largè, quandoque strictè sacramentum accipitur. Largè, secundum quod omne signum rei sacræ siue sit sacrum, siue non sacrum, dicitur sacramentum: vnde signa legalia, sacramenta dicuntur. Strictè secundum quod sacrum solummodò signum dici-
27 species, j. quæst. j. multi. Sacramentum † autem dicitur actiuè & passiuè, quasi sacrum signans, vel sacrum signatum. Nam omne sacramentum, quandoque signum rei, quandoque res signi variè nuncupatur: secundum quod sacramentum accipitur pro signo rei. Sacramentum dicitur à sacro, & signum, quasi sacrum signum: sed secundum quod sacramentum accipitur pro re signi, sacramentum dicitur à sacro, & secreto, quasi sacrum secretum. Species ergo panis, dicitur sacramentum actiuè id est, sacrum signans: vnitas autem Ecclesiæ dicitur sacramentum passiuè, id est, sacrum signatum. Corpus verò dominicum, vtroque modo dicitur sacramentum, id est, & sacrum signans, & sacrum signatum. ¶ Sacramentum † verò consistit in tribus, scilicet, in rebus, in factis, in verbis: secundum proprietatem, similitudinem, & interpretationē. Leo namque, secundum proprietatem, signat diabolum, vnde: Aduersarius 1. Pet.5 vester diabolus, tamquam leo rugiens circumit, quærens quem deuo- Luc.8 ret. Seminare, secūdum similitudinem significat prædicare. Vnde, Exiit, qui seminat seminare semen suum: aliud cecidit in terram bonam, & Esai.7 aliud super petram, & aliud inter spinas. Emanuel, secundum interpretationem significat Christum. Vnde: Et vocabitur nomen eius Emanuel: quod interpretatur nobiscū, Deus. Res, vt aqua baptismi, factum,

Num.28

vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt signaculum crucis: verbum, vt inuocatio trinitatis. Singula reperiuntur in hoc excellentissimo sacramento: res id est, corpus & sanguis factum, id est esca, & potus verbum: Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus. ¶ Sequitur: Qui pro vobis & pro † multis effundetur in remissionem peccatorum &c. Pro solis prædestinatis effusus est quantum ad efficaciam, sed pro cunctis hominibus quantum ad sufficientiam: effusio quippè sanguinis iusti, pro iniustis, tam fuit dives ad pretium, si vniuersitas crederet in Redemptorem, nullum omnino vinculum diaboli retinere: verbum enim effusionis, abundantiam notat. xvj. q. i. Peccatum autē duobus † modis remittitur, videlicet quia ad meritum culpæ, & hoc per sanguinis fidem, quia iustificabitur à culpa: & quo ad debitum pœnæ, & hoc per sanguinis pretium, quo redempti sumus à pœna. Omnes enim quasi oues errauimus vniusquisque in viam suam declinauit: & Dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum. Vnde: Vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra disciplina pacis nostræ super eum & liuore eius sanati sumus. Verè languores nostros ipse tulit, &c. Esa. liij. Quia ergo iustus iniustè punitus est iniusti iustè sunt liberati. Assumpsit enim in se pœnam, pro omnibus vt daret semper gratiam vniuersis. Hic autem sacerdos eleuat calicem, vt illum populo ostendat: nec est super illa hæc eleuatio, vt dictum est in fine particulæ præcedentis. Et est notandum, quòd quædam Ecclesiæ duas habent pallas corporales, & ibi eleuatur calix coôpertus cum altera earum. In quo ostenditur, hoc sacramentum occultissimum fore, & difficillimum, ad intelligendum, quod tempore institutionis huius sacramenti sanguis Christi inuisibiliter erat, qui inter venas eius existebat. Aliæ verò Ecclesiæ vnam tantum habent pallam, & ibi eleuatur discoôpertus absque velamine. Primo ad designandum quod post institutionem huius sacramenti sanguis Christi factus fuit visibilis, per ipsius effusionem in cruce: vnde hic dicitur: Hic est sanguis meus, &c. In eo enim, quòd calix non est coôpertus cum palla, super qua est hostia consecrata, designatur, quod sanguis Christi à corpore effusus est, & separatus est. Secundò, quia hostia est super pallam corporalem: nec bono modo posset alibi poni. Tertio, quia propter venti flatum, periculosum, est coôpertum cum palla leuare. ¶ Et nota, quod sacerdos actus Christi repræsentans, dum dicit: Accipiens calicem parum eleuat calicem, deinde benedicit, & vt sine periculo calicem benedicat illum in altari deponit, subsequenter etiam dicit: Accipite parum tenet eleuatum vsque dum in altum eleuet, vt illum populo ostendat. Sequitur: Hoc quotiescunque feceritis, &c. Hæc clausula quia consecrationem tam corporis quàm sanguinis respicit, post depositum calicem, debet dici. Sanè in perceptione corporis Christi & sanguinis magna est nobis adhibenda discretio. Cauendum est enim ne si nimium differatur mortis periculum incurratur. Domino protestante: Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & bibe-

biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Si vero quis indignè suscipit secundum Apostolum, iudicium, scilicet damnationis sibi manducat, & bibit, de conse. dist. ij. qui sceleratè. & cap. seq. i. deoque secundum eundem Apostolum, probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. &c. Dicet ergo quisquā: communicandū est quotidie. Alius verò dicet econtrà. Faciat igitur vnusquisque, quod piè crediderit faciendum: non enim ligauerūt adinuicem, nec alter alteri se proposuit. Zachæus, scilicet & ille centurio cum alter eorum gaudens Christum in domo sua susceptt, & alter dixit: Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meū & hoc est, quod Aug. ait. xij. dist. illa. de consec. dist. ij. quotidie. alij quotidie communicant corpori & sanguini Domini: alij certis diebus accipiunt, quod libertam habet obseruantiam: de hoc sub tit. de osculo pacis dicetur. ¶ Et no. quòd licet Christus semel credentes sua morte redemerit, Ecclesia tamen hoc sacramentum quotidie necessariò repetit, ob tres precipuè causas. Primò, quia in vinea laborātes eo quotidie reficiuntur. Secundò, vt neophyti per illud incorporentur Christo. Tertio, vt memoria passionis Christi quotidie mentibus fidelium, ad imitādum infigatur: quotidie enim egemus, ideoque panis quotidianus vocatur. Quotidianum ergo sacrificium, vt probat Paschasius Papa. de conse. dist. ij. cùm iteratur, est commemoratio, nō iteratio passionis. Et ideò sequitur: In mei memoriam facietis, id est, in hoc sacramento vobis quotidie mortis & passionis Christi memoria renouabitur. de conse. dist. ij. corpus. &c. iteratur. Vnde j. ad Cor. x. Quotiescunque manducaueritis panem hunc, & calicem biberitis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat: propter quod ipse dicebat Apostolis: Hoc facite, in meam commemorationem. Hanc vltimam nobis memoriam Dominus reliquit, prout dictum est super verbo: Postquam cœnatum est. ¶ Et nota. quòd habemus triplex memoriale Dominicæ passionis. † Primum, quantum ad visum in imaginibus & picturis, & propterea crucifixi imago depingitur in libro & in Ecclesijs. Secundū quantum ad auditum scilicet passio Christi prædicata. Tertium, quantùm ad gustum, scilicet sacramenutm altaris, in quo Christi passio patenter exprimitur: & propter hoc præmisit: Et memoriam ve. Et sequitur: Vnde & memores. Qui autem calicem discoôpertū eleuant, illum in hoc loco cum palla corporali coôperiunt, in nuentes quod sepulto Domino aduoluto lapide, clausum est ostiū monumēti, vt d. Mar. &c.

Ioann. 6
1. Cor. 2
1. Cor. 2
Luc. 19
Matth. 8
31
31

SVMMARIVM.

1 *Canonis pars octaua, & eius interpretatio, & nu. 4. 9. 10.*
2 *Deus, propter nos, proprio Filio non pepercit.*
3 *Sacerdos quare brachia extendat in octaua parte canonis.*
5 *Digiti consecrati, à sacerdote constringuntur, in octaua parte canonis.*
6 *Cruces quinque super hostia, quid significent.*

7 *Signa cur fiant super eucharistia.*
8 *Hostiam puram, &c. illa pars canonis, quàm variè exponatur.*
11 *Offerre Deo, quid, & qualiter debeamus, & in quo peccarit Cain, Deo offerendo.*
12 *Abrahæ sacrificium, gratum Deo, Item, Melchisedech.* 13.

De octaua Parte Canonis.

CAP. XLIII.

VNde & memores, &c. Octaua † pars. quia Dominus ipse & præceperat in cap. Simili modo: & hoc in sui memoriam faciendo, idcirco in hac parte tria sibi commemoranda proponit Ecclesia, scilicet tam beatam passionem, necnon & ab inferis resurrectionem, sed & in cœlos glorioſam ascensionem: quorum primum, id est, passio excitat charitatem: secundum, id est, resurrectio, corroborat fidem: tertium, id est, ascensio lætificat spem. Quid † enim in nobis magis 1. Cor. 15. charitatem accendit quàm quòd proprio filio suo non pepercit Deus? Psal. 67 Rom. viij. Quid magis in nobis fidem confirmat, quàm quòd Chri- Joan. 12 stus resurrexit à mortuis? Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Quid magis in nobis amplificat spem, quàm quòd Christus ascendens in altum captiuum duxit. cap. de. do. ho. vt vbi ipse est, illic sit & minister eius. ¶ † Sacerdos igitur hoc repræsentans dicendo: Tam beatæ passionis manus in modum crucis extendit, vt habitu corporis, manuum Christi extensionem in cruce repræsentet: quod tamen alij faciunt quando dicunt: Hanc igi- Luc. 22 tur oblationem repræsentantes crucifixionem statim secuturam. Et quia Christus prolixiùs orans factus est in agonia, ideò agoniam illam habitu oculorum & facici quodammodo repræsentat. Dicens autem: Necnon & ab inferis resurrectionem illas ad se, vt prius recolens, eas parum erigit: vnde in cantico Abacuc Altitudo manus sua Abac. 3 leuauit, & hoc in signum, quòd Christus inuictus leo surrexit à mor- Act. 1 tuis. Item dicens: sed & in cœlos glorioſæ ascensionis eas erigit, qualiter vsque ad humeros, in signum, quòd Christus eleuatis manibus ferebatur in cœlum, & sedet ad dexteram Dei patris. † Quod Mar. vlt. igitur dicitur: Vnde & memores, & cætera, sic est intelligendum, quia Hos esse sacerdotes profitemur, & plebem tuam memorem esse postulamus Christi filij tui, &c. sacerdotes quidem memores & intercedere esse debent: quia ipsi missam celebrant, & sacrificium Christi exhibent. plo offerunt. Plebs etiam sancta memor esse debet, quia Christus non solum pro sacerdotibus, verumetiam pro plebe passus est, quæ sancta dicitur, quia fide & baptismo percepto sanctificata est. ¶ Item pro nunc stringuntur digiti scilicet pollices & indices, nec disiunguntur, nisi quando oportet hostiam tangi vel signa fieri, quod fit primo ob reuerentiam sacramenti, ne videlicet aliquid tangant, post tactum corporis Christi. ¶ Secundò, videlicet in signum, quòd in hoc sacramento secundus accedit primo, id est, Filius Patri obedit: & ideò sic

ijcitur: Vnde & memores tam beatæ passionis, resurrectionis, & ascensionis, &c. ¶ Tertiò, digiti qui corpus Christi tetigerunt, iungun- tur ad ostendendum, quod fideles illud fide & deuotione tangentes, debent esse charitate coniuncti: & sicut digiti in tangendo, & signando ab inuicem ad oram diuiduntur, sic & fidelium operationes in hac vita, cum expedit separantur: quoniam quandoque per contemplationem ad spiritualia eleuantur, & quandoque pro mundanis necessitatibus temporalia administrant. ¶ Quartò digitorum coniunctio, indicat quod corporis, & sanguinis Domini nostri sacramento, & mens & corpus sacerdotis inseparabiliter esse debent affixa.

6 ¶ Quinto stringuntur, ne puluis seu particula hostiæ illis fortè adhærens cadat. Quia vero Ecclesia dixit se memorem † dominicæ passionis, ideò statim acerbiorum speciem ipsius passionis commemorat recolens, in quinque crucibus quinque plagas: sicut enim subsequens expositio declarabit, abhinc vsque dum corporale desuper calicem remouetur, dominicæ passionis ordo memoratus. Nam vbi dicit sacerdos: Hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam: panem sanctum vitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ, quinarium crucis signaculum imprimit super oblatam & calicē, significans quinque Christi plagas, videlicet duas manuum totidemque pedum & vnam lateris, vel quinque cruces, significant, quod Christus quinque ſecula redemit. Tres autem cruces communiter facit sacerdos super oblatam & calicem, quoniam in tribus verbis vtrumque pariter intelligitur. Nunquam enim in crucis signaculo panis separatur à calice, nisi cum separatim nominatur in canone, & quando hostia collocatur à ministro in latere calicis, recta pars crucis solum modo super panem, transuersa vero vsque ad calicem debet protendi, quoniam recta pars crucis, corpus Christi sustinuit, transuersa verò brachia dilatendit. Duæ vero cruces, separatim factæ animam Christi separatam à corpore significant. Sed cum iam plenè & perfectè sit consecratio celebrata, nam materia panis, & vini, iam transit in substantiam carnis & sanguinis, nec vlterius potest deteriorari, vel meliorari, & sa-

7 cerdos vlterius vtitur suis, non Christi sermonibus. de cõsecr. dist. ij. panis est. quæritur † quare super eucharistia adhuc benedictionis signum imprimitur, aut aliquod cõsecrationis verbum profertur? Præterea quædam subiunguntur in canone inuenta, quod nondum sit transsubstantiatio consummata. Super hoc dicunt quidam. de consec. dist. ij. vtrũ. quod Scriptura nõ attendit hic huiusmodi angustias temporis, sed sacerdos cum nõ possit simulta proferre & agere, ita loquitur & agit, ac si tempus staret ad & essent adhuc facienda, quæ in principio sermonis nondum erat facta: & verba & signa non ad tempus suæ prolationis, sed ad conceptionem loquentis sunt referenda. Innocentius Papa iij. dixit, quod in canone aliud verba significant. & aliud signa prætendunt. Namque verba principaliter spectant ad euchari-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtiam conſecrandam: ſigna vero principaliter pertinent ad hiſtoriam recolendam: nam verbis vtimur ad conſecrandum panem, & vinum in corpus, & ſanguinem Ieſu Chriſti: ſignis vtimur ad recolendum ea, quæ per hebdomadam ante paſcha geſta ſunt circa Chriſtum. Patet ergo, quòd quantùm ad ordinem euchariſtiæ conſecrandæ, cap. illud. Qui pridiè, quam pateretur, &c. in fine canonis ſubiici debuiſſet, quia in eo conſecratio cõſummatur: ſed quoniam impediſſet ordinem hiſtoriæ recolendæ, quia quod facit geſtum in medio, poneretur in fine. Prouidus canonis ordinator, vt ordinem ſeruaret hiſtoriæ, quadam neceſſitate compulſus, capitulum illud: Qui pridiè, &c. quod cor canonis in medio collocauit, vt quæ ſequuntur, intelligantur præcedere, ſecundum illam figurã, quæ ſæpe fit, vt quæ narrationem ſubcedunt, intellectu præcedant: vel potius, vt tam literę, quam hiſtoriæ ſuus ordo ſeruetur. Dicatur itaque, quod pertinẽt ſigna ad hiſtoriam paſſionis recolenda: quia ſignificat quinque ſenſus, qui tunc re vera patiebatur in Chriſto, vel quinque eius plagas, vt dictum eſt, ſed verba non pertinent ad euchariſtiam conſecrandam, imò pertinent ad euchariſtiam conſecratam, hoc modo nos ſerui, videlicet ſacerdotes, ſed & plebs tua ſancta, ſcilicet populus Chriſtianus. Nam quod populus agit voto, ſacerdotes peragũt miniſterio. Offerimus præclaræ maieſtati tuæ, id eſt, præcæteris clarę. Nã ſi iuſti fulgebunt, ſicut ſol, in regno Patris eorum quanto clarius maieſtas diuina præfulget? De tuis donis, id eſt, de frugibus ſegetum, & hoc quantum ad panem, qui eſt conſecratus in carne. Ac datis, id eſt, de frugibus arborũ, & hoc quantum ad vinum, quod eſt conſecratum in ſanguinem. De † his inquam & illis offerimus hoſtiam puram, hoſtiam ſanctam, hoſtiam immaculatam, id eſt, euchariſtiam immunem ab omni culpa originali, venia-li, & criminali. Vnde dicatur hoſtia, dictum eſt ſexta particula, ſupra verbo: Qui pridie. Vel puram, quantum ad cogitionem, quaſi puro corde, ſanctam, quantùm ad locutionem: immaculatam quantùm ad operationem, quia peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius, ſupple hoc eſt, panem ſanctum, id eſt, ſanctificantem, ſupple, ſalutorem vitæ æternæ, quantum ad ſtolam carnis, & calicem ſalutis perpetuę, quantùm ad ſtolam animę ſecundũ illud: Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Poſſunt † etiã ſecundo modo hæc verba exponi, vt videlicet, Chriſtus dicatur hoſtia pura: qui conceptus eſt ſine peccato, dicatur panis vitæ æternæ, quia eſt refectio angelorum: & calix ſalutis perpetuæ, quia refectio eſt hominum. Vel tertio modo, hoſtiã puram: quia Chriſtus oblatus eſt, vt nos liberet de fœditate orginalis peccati. Sanctam, quia vulneratus eſt, ſuperfluerent ſacramenta, quibus ſanctificatur. Immaculatam, quia mortuus eſt, vt nos liberaret de morte æterna. Panem vitæ æternæ, quia eſt noſtrum viaticum, quia via. Et calicem ſalutis perpetuę, quia eſt refectio angelorum, incho-

Matt. 23

1. Petr. 2

Ioan. 6

in patria. Vel ſic quarto modo: De tuis donis ac datis. Dona ſunt, in æterna: data in opera temporalia. Offerimus hoſtiam puram, ſcilicet corporis: hoſtiam ſanctam, ſcilicet ſanguinem: hoſtiam immaculatã quò ad vtrumque. Vel puram, id eſt, ab aliis ſeparatã, ſanctam, id eſt, ſanctificatam immaculatam, id eſt, à maculis emundatam: hoſtiam de corde puro, cõſcientia bona, & fide nõ ficta. ¶ Sequitur: ſupra quę, &c. Cùm autem orauerit, pro hoſtia tranſſubſtãtianda, eamque iã tranſ- 1. Tim. 1
ſubſtantiatã Patri obtulerit, nunc orat pro ipſius acceptatione, vt ea ac ſereno vultu, id eſt, reſpectu placabili digneris reſpicere, nõ quòd vultus eius muretur aliquando: ſed tunc Deus vultum ſuũ ſuper nos illuminat, & ſerenat, cum miſericordiam ſuam ſuper nos exhibet: & declarat ſecundum illud Pſal. Illuminet vultũ ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri. Item per hoc, quòd dicit: Digneris reſpicere. notatur quòd ſacerdos noſter, vultũ habet verſum ad propitiationẽ de quo in proœmio huius partis dictum eſt, & tunc aſpergit intus tabernaculũ, dum per miſericordiam Dei, quærit eius propitiationem, vt habeat Deus illa munera accepta, ſicut habuit munera Abel iuſti. Vnde ſequitur: Sicuti accepta † habere dignatus es munera Abel, &c. Hoc autem aduerbium Sicuti, ſimilitudinẽ, innuit nõ exprimit quatitatem Multo quippè acceptius eſt hoc ſacrificium Deo, quã quod obtulit Abel quòd obtulit Abrahã, quod obtulit Melchiſedech. valet enim ampliùs, quam vmbra, veritas quam figura. Ipſam ergo ſimilitudinẽ magis quam quãtitatem debemus attẽdere. Offerẽdo † igitur, ſimiles ſumus Abel rectè quidẽ offerẽtes, rectè nihilominus diuidamus quòd quia Cain nõ egit, peccauit: ſua namq; rectè, cui debebat, obtulit Deo ſed retinens ſibi ſeipſum, & cor ſuum ſubtrahens Deo, malè diuiſit: Abel autem acceptum Deo intus in corde obtulit holocauſtum: quia non ſe ſibi retinuit, ſed Deo totum ſe ſubdiuidit & impedit. Et ideò legitur in Gene. Reſpexit Deus ad Abel, & ad munera eius. Ad Cain verò & ad munera eius nõ reſpexit, xiiij. q. v. ſcriptum. Prius reſpexit ad Abel, & poſtea ad munera eius: quia non offerentes à muneribus ſed munera ab offerente placuerunt. † Similiter & Abraham egregius fide, totum prius ſe offerebat altiſſimo: & propterea cum ſua ducebat offerenda: placidas ei hoſtias offerebat, quod vt nos ſcientes imitaremur, pater nos ab illo Deus exegit affectus. Tolle (inquit) filium tuum vnigenitum, quem diligis Iſaac: & offer eum in holocauſtum ſuper vnum montium, quem monſtrauero tibi. Statimque prõptum & obedientem inuenit, imò nobis oſtendit. Melchiſedec † quoque, niſi ſe prius acceptum Deo ſacrificium obtuliſſet, futurorum cauſas minimè præuidiſſet: quarum intuitum myſticum panis & vini primus obtulit ſacrificiũ: erat enim ſacerdos Dei altiſſimi. Nominãtur igitur iſti tres patres veteris Teſtamenti, quia illi eorũ ſacramẽta, ſpecialius cæteris, hoc ſacramentum præſignauerant. Quid enim

Gene. 4

Pſal. 66

Gene. 4

Gen. 22

Gene. 14

Gene. 4

Gene. 14

Gene. 14

Universidad de Deusto
Biblioteca

per munus Abel offerentis de primogenitis gregis, nisi Christus primogenitus,in multis fratribus,exprimitur : qui malitiosè occisus est
Roma. 8 à populo Iudæorum,sicut ille inuidiosè à fratre suo?Nam secundum
Apoc. 5 Apostolũ:Ipse est agnus Dei,qui occisus est ab origine mundi.Quid
Rom.18 per sacrificium Abrahæ,dilectũ & vnicum filiũ offerẽtis,nisi Christi
Matt.17 passio designatur? de quo dicit Apostolus : Proprio filio suo non pe-
Psal.109 percit Deus,sed pro nobis omnibus tradidit illum. Hic est(inquit) filius meus dilectus,in quo mihi complacui. Oblatio quoque Melchisedech tam propriè nouum sacrificium præsignauit,vt inde prædictũ sit : Tu es sacerdos in æternum,secundũ ordinem Melchisedech.qui secundum Apostolum assimilatus per omnia filio Dei , manet sacerdos in perpetuũ. Abel,dicitur puer,non tam à pueritia,quàm puritate,secundum illud:Ecce puer meus,dilectus , quem elegi,posui super eum spiritum meum.Abraham dicitur patriarcha,non ita Israëliticæ
Gene. 17 plebis,quàm populi Christiani:illius per carnem, huius per fidem,se-
Psal. 71 cundum illud : Non vltra vocabitur nomen tuum Abram , sed appellaberis Abraham : quia patrem multarum gentium constitui te. Melchisedech interpretatus est, rex iustitiæ:deinde rex Salem,id est, pacis propter illud,quòd legitur : Orietur in diebus eius iustitia , & abundantia pacis,donec auferatur luna:sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.hoc addidit in canone, Leo Papa primus.

SVMMARIVM.

1 *Christus quomodo sanguinem suum adspergit.*
2 *Sacerdos cur se inclinet,dicturus,Supplices &c.*
3 *Cruces tres factæ à sacerdote,super oblatam quid significent.*
4 *Sacerdos,cur se inclinet,cãcelatis manib⁹,ante pectus in nona parte.can.*
5 *Diaconus cur manus,in nona parte canonis lauet.*
6 *Sacramenti dignitas,& excellentia.*
7 *Canonis interpretatio,in octaua parte.& nu.9.*
8 *Angelus adstat sacerdoti.*

De nona Parte Canonis. CAP. XLIIII.

SVpplices te rogamus,&c.Nona pars pontifex,vt lex iubebat,& in
proœmio huius partis dictum est,aspergebat tabulã & aram,& ex-
Hebr.9 terius sacrum sanguine pacifico & Christus toties † aspergit Patrem, sanguine,quoties eum placat per carnem assumptam:aram aspergit, quo quandiu numerum restaurat angelorum.Exterius sacrum aspergit,dũ homines sanctificat,& Patri,qui in terris sunt, reconciliat.Sacerdos eosdem aspergit:quia hoc sacrificium placat Deum,& veniam impetrat,& sic etiam super hos aspergit, nam qui nos emundat, augmentat numerum ciuium supernorum.Aspergit etiam intus tabernaculum prout in præcedenti particula dictum est.Dum autẽ hic nominat sublime altare,cõmemorat sancta sanctorũ. ¶Sanè hymno

cto post cœnam , exiuit Iesus in montem Oliueti trans Torrentem Cedron,& progressus pusillum cecidit in faciem suam , orans , & dixit.Pater,si fieri potest , transfer calicem hunc à me. Sed & secundò & tertio abiit & orauit eundem sermonem dicens , & factus est agonia prolixius,orabat,& factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.Tunc venit ad Discipulos suos dicẽs:Surgite, eamus : ecce appropinquat,qui me tradet. Traditor autem dedit eis signum,dicens:Quem osculatus fuero , ipse est:tenete eum. Et confestim accedens osculatus est eum.Quia ergo Iesus † procidit orans & dicens:Pater si fieri,&c.ideo sacerdos se inclinans,orat, & dicit, Supplices te rogamus , &c. vel sacerdotis inclinatio significat emissionem spiritus Christi , prout dictum est in proœmio canonis. De inclinationibus dictum est sub titulo de confessione. Item dicens : Vt quotquot ex hac altaris , &c.osculatur semel altare per quod repræsentatur osculũ proditoris, postquam dominus ab oratione surrexit. Quidam ter osculantur,agentes gratias Trinitati,quæ per passionem Domini genus reconciliauit humanum. Alij bis, ad notandum geminam in Christo naturam seu ipsum in anima & corpore passum. Quia vero in agonia prolixius orabat tertio dicens eundem sermonem:ideo † sacerdos facit tres cruces. Primam super oblatam dicendo:Sacrosanctum filij tui corpus, & secundam super calicem dicendo:Et sanguinem.tertiam signando seipsum in facie dum dicit:Omni benedictione cœlesti , forte propter sudorem corporis crucem imprimens super corpus , & propter guttas sanguinis crucem imprimens super sanguinem.& quia procidit in faciem suam orans , ideò imprimit sibi crucem in facie. Vel potius crux , quæ fit supra corpus designat vincula,quibus est ligatũ corpus:illa quæ fit super sanguinem designat flagella , quibus allisus est , & sanguis eductus.De vinculis legitur:Ministri Iudæorum comprehenderunt & ligauerũt: vincientes , duxerunt & tradiderunt Pontio Pilato. De flagellis legitur:Apprehendit Pilatus Iesum , & flagellauit , cuius liuore sanati sumus.Per tertiam verò crucem,quæ fit in facie,recolitur illud,quòd expuebant in faciẽ eius,& palmas in faciem eius dabant , & velantes faciem eius dicebant:Prophetiza nobis Christe,quis est qui te percussit? Tertio,crux quæ fit supra corpus, martyrium Christi : quæ fit supra sanguinem,martyrium sanctorum designat.Quartò , primæ duæ cruces significãt,quòd Christus pro duobus populis passus est.Tertia quæ fit in facie,quod in corpore suo passus est. Alij vero non faciunt præmissas duas cruces.Considerari † etiam oportet quod sacerdos dicendo:Supplices,&c.stat inclinatus cancellatis manibus ante pectus, ad designandum , quod orationis humilitas per inclinationem designata,tunc demum & non alias exaudiri digna est,si ex fide procedat pectoris,id est,mentis.Fide,dico,per dilectionem operante,quæ operatio per manus intelligitur. Quia verò quædã sunt opera vitæ acti-

Ioan. 10 *Matt.26* *Luc. 22* *Marc.26* *Lut.22* *Matt.12* *Ioan. 19* *Matt.20*

uæ quædã verò vitæ contemplatiuæ: sed opera vitæ actiuæ quodammodo cancellatim ad opera contẽplatiuæ vitæ sicut sinistra ad dextera, cõparantur: eo quod opera actiuæ sicut suppositæ seu inferiora ad opera contemplatiuæ disponunt, & opera contemplatiuæ sicut superposita & altiora illa perficiunt & confirmant: ideo in ipsa manuum cancellatione dextra superponitur sinistræ. Rursus orat cancellatis manibus ante pectus, quasi ipso facto dicat: Obsecro te per crucem & passionem, tuam vt iubeas hæc perferri, &c. Cancellatio enim manuum passionem Christi figurat, & dextera per quam resurrectio, lanuæ, per quã passio designatur superponitur, vt per hoc Christi resurrectio à mortuis insinuetur. ¶ Verum in nonnullis Ecclesiis, † diacon⁹ in fractionem lauat manus, significans primò, quod Pilatus se lauit, cum secundũ à Christi sanguine proclamauit. Vel secundò, quod nostra sordida opera Christi passione mũdantur. Tertiò, quod nullus nisi mundus ad percipienda fidei sacramenta procedat. ¶ Sequitur: Iube hæc perferri, &c. tantæ sunt profunditatis hæc verba, vt intellectus humanus vix ea sufficiat penetrare. Vnde beatus Gregor. de consecratio. distinctione ij. quid sit sanguis, & in fine † Dialogi, tanti sacramẽti dignus interpres de illis tanquã de re ineffabili pene ineffabiliter loquens, quis, inquit, fidelium habere dubiũ possit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocẽ cœlos aperiri, in illo Iesu Christi mysterio angelorum choros adesse, summis ima sociari, terrena cœlestibus iungi, vnumq; ex inuisibilibus atque visibilibus fieri? Idẽ etiam alibi dicit: Vno eodemque tempore ac momento in cœlum, id est, cœlestem naturam rapitur, ministerio angelorum, consociandum corporis Christi, scilicet mystico & añ oculos sacerdotis in altari videtur. ¶ † Saluo tamẽ occulto cœlestis oraculi sacramẽto, possent hæc verba licet simplicius, tamen securius sic exponi: Iube, id est, fac hæc, scilicet vota fidelium, id est supplicationes, & preces perferri id est, præsentari, per manus sancti angeli tui, id est, per ministerium angelorum, qui sunt administratorij spiritus, & vota nostra corã Deo offerunt, iuxta illud, quod ait Raphaël angelus ad Tobiæ duodecimo capit. Quando orabas, cum lachrymis, obtuli orationem tuam Domino. Ex hoc † ergo euidenter apparet, quod angelus sacris mysteriis adesse credendus est, non vt consecret, quia hoc non potest, sed vt orationes sacerdotis & populi Deo repræsentet, secundum illud Apoca. Ascendit fumus aromatum in cõspectu Domini de manu Angeli, quæ sunt orationes sanctorum. In sublime altare tuum suppone hoc est in conspectu diuinæ maiestatis tuæ, id est in contemplationem maiestatis & curiæ tuæ cœlestis. nam ipse Deus, dicitur altare sublime. Exod. vigesimo: Non ascendas in altare meum per gradus, id est in Trinitate non facies gradus. ¶ Porrò, sicut beatus Augustinus determinat, non dicitur angelus offerre orationes Deo, quasi tunc ignorãti mò Deus nõ nouerit, quid velimus, quia Deus omnia nouit ante quã fiant: sed quia necesse habet rationalis creatura temporales causas ad æternitatem referre, siue petendo, quid erga se fiat, siue consulendo quid faciat, aut quid Deo iubẽte implendum esse cognouerit, hoc nobis vel euidenter, vel latenter reportet. ¶ Possunt etiam secundo modo præmissa verba sic exponi. † Omnipotens Deus, iube hæc scilicet panem & vinum, perferri, id est, transmutari, in sublime altare tuum, id est, in corpus & sanguinem Filij tui, super choros angelorum exaltari: quia corpus Domini dictum est altare, iuxta illud: Altare de terra facietis mihi. per manus angeli tui, id est, per ministerium sacerdotis. Non enim secundum Augustinum deposcit ob aliud illic deferenda, nisi vt intelligatur, quod illa fiant, id est, transsubstantientur in eo sacerdotio, id est eius ministerio, virtute Spiritus sancti. Sed cum iam transsubstantiatæ sint, exponi possent tertio modo sic: Iube hæc, id est, corpus Christi mysticum, scilicet Ecclesiam Christi militantem perferri, id est, associari, in sublime altare tuum, id est, in Ecclesiam triumphantem, quæ dicitur altare, secundum illud Leuiticum. Ignis in altari meo semper ardebit, id est: feruor charitatis in Ecclesia triumphabit, & hoc per manus angeli tui, id est, per operationem & virtutem Christi filij tui, qui est magni consilij angelus. Esaiæ nono. Ipse enim corpus suum mysticum Deo Patri coniungit, & Ecclesiæ triumphanti. Quarto modo, hic angelus magni consilij. Consiliarius ille, cuius consilio Pater mundum creauit & recreauit sublime altare: in conspectu Dei est Christus crucifixus sedens in dextra patris. Igitur angelus fert hæc sacramenta in sublime altare, in conspectu Dei: dum cicatrices ostendens, interpellat apud Patrem pro nobis hæc sacramenta conficientibus. Quæ vero sint illa, quæ petit in sublime altare perferri, determinat Dominus dicens: Vt quotquot, &c. per hoc enim demonstratur corpus Christi mysticum, quod Christus quotidie ad se trahit per membra: vnde Hieremias: Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis.

Hebr. 1

Apoc. 8

Exod. 20

Leuit. 6

Hiere. 3

SVMMARIVM.

1 *Canonis decima pars & interpretatio. & nu. 4.*
2 *Ecclesia orat in missa, pro defunctis.*
3 *Dormientes hoc est mortui, resurgent.*
5 *Quiescentes in Christo, qui dicantur.*
6 *Paradisus, locus refrigerij.*

De decima parte Canonis. CAP. XLV.

1 MEmento etiam Domine: &c. † Decima pars. Hæc coniunctiõ etiam continuat sequentia proximè præcedentibus, vel dici potest quod superfluit. Nam in antiquis codicibus præcedebat immediatè quædam oratio, incipiẽs: Memento mei, quæso Domine, &c. in qua sacerdos pro se orabat, vt digne posset offerre: vnde tunc rectè sequebatur:

batur: Memento etiam Domine famul. &c. Sed quia in multis moder-
nis codicibus oratio in illa non inuenitur, ideo secundum illos istud
etiam superfluit, vel quod melius, est, respicit aliud, Memento, quod
præcedit, in quo rogauit pro viuis: hic autē orat pro defunctis. ¶ Orat
† ergo pia mater Ecclesia nō solum pro viuis, verum etiam pro defun-
ctis, & eos Deo Patri sacræ oblationis intercessione commendat, cer-
tissimè credens quod sanguis ille pretiosus, qui pro multis effusus est
in remissionem peccatorum, non solum ad salutem viuentium: verum
etiam ad absolutionem valeat defunctorum. Ideóque Gabilon. con-
cilium, de consecra. distin. j. visum. statuit, vt in omnibus missarum so-
lennitatibus loco competenti, videlicet in hoc loco secretæ, vel in die-
bus non solennibus, in dominica enim die ob resurrectionem domini-
cam animæ requiem creduntur habere: Ecclesia pro defunctis Domi-
num deprecetur iuxta illud Augustī. Non sunt prætermittendæ suppli-
cationes pro spiritibus mortuorum, quas faciendas pro omnibus in
Christiana catholica societate laudamus. Et quia quandoque defun-
ctis parētes, filij cognati, amici, qui supplicationes pro eis effun-
dant: vna & pia mater, id est, tota Ecclesia omnes defunctos sub gene-
rali commemoratione suscipit tacitis illorum nominibus, & eis exi-
bet communionem Innocen. quoque papa statuit, eadem dist. de nō-
minibus vt ante consecrationem hostiæ non recitentur nomina de-
functorum, possent enim populo recitari: sed Deo, quem nihil latet,
necesse nō est qui cum signo fidei nos præcesserunt, scilicet ad Dom.
num. xiij. quæstione. ij. quām præposterum. in fin. nō quod ibi sit fides
aut spes: vbi spes est. & res: nā fides euacuatur, charitas numquā exci-
dit: sed signum fidei pro charactere fidei Christianitatis accipitur. de
pœniten. dist. ij charitas qui fideles ab infidelibus discernuntur, secun-
Apoc.4 dum illud Audiui numerum signatorum cētum quadraginta quatuor
Psal.4 milia signati ex omni tribu filiorum Israēl: & dormiunt in somno pa-
cis secundum illud: In pace in idipsum dormiam, & requiescam. Fre-
quenter enim sacra scriptura defunctos dormientes appellat: pro eo
quia sicut † dormientes euigilant, ita mortui resurgent, propter quod
1. Thes. 4 dicit Apostolus: Nolo vos ignorare de dormientibus, vt non contriste-
mini, sicut & cæteri, qui spem non habent Et Dominus inquit in euan-
Ioan. 2 gelio: Lazarus amicus noster dormit. Ipsi domine, & omnibus in Chri-
sto quiescentibus in hoc loco sacerdos, quorū maluerit defunctorum
debet agere memoriam specialē. Finita est enim memoria mortis de-
mini, & ideó sequitur: Mors nostra Christus præcessit, & nos eius ve-
stigia sequimur. ¶ In Christo quiescētibus. ¶ Sed † nónne, qui dicun-
runt cum fide & dormiunt in somno pacis, de quibus præmissum est
quiescunt in Christo, & sic videtur hoc superfluere: Sed quia sacerdos
post verba illa in somno pacis, fecerat specialem memoriam pro
quibus, ideò subiicit. Pro ipsis Dominus & mox non incompetenter
supponit clausulam generalem: & omnibus in Christo quiescentibus

5 de quibus præmiserat. Hīc † autem vocatur quiescentes in Christo qui
in charitate mortui sunt, habentes tamen aliqua purgabilia, eò quod
non plenè satisfecerunt pro peccatis confessis, propter quod ad locum
purgatorij descenderunt: vbi existentes suffragio indigēt Ecclesiæ mi-
litantis, tamquam nondum habentes in re pacem, & refrigerium glo-
riæ: licet habeant in certa & infallibili spe locum refrigerij, in quo nō
est ardor pœnarum: lucis, in quo non est obscuritas tenebrarum, & pa-
cis, in quo non est conflictus pugnarum. Nam absterget Deus omnem *Apoc.21*
lacrymam ab oculis eorum: & iam non erit amplius neque luctus, ne-
que clamor, sed nec vllus dolor, quoniam priora transierunt: sed dele-
6 ctabuntur in multitudine pacis, cum placebunt coram Domino in re- *Psal.66*
gione viuentium. † Paradisus dicitur ergo locus refrigerij, propter ar-
dorem ignis purgatorij, per quem animæ transeunt, iuxta illud Psalm.
Transuimus per ignem, & aquam, &c. Locus lucis contra tenebras
inferni, de quibus Matth. xxiij Mittite eum in tenebras exteriores. Lo- *Esai.66*
cus pacis propter mentis tranquillitatem, quæ est ibi, contra vermen
conscientiæ eorum, qui salui non erunt. Vnde Esa. Vermis eorum non
morietur, nec ignis eorum extinguetur.

SVMMARIVM.

2 *Sacerdos quare percutiat pectus suum in vndecima canonis parte. & num. 2. 3.*
4 *Peccatum negare in nobis, non possumus.*
5 *Misericordia & miserationes Domini magnæ, & multæ.*
6 *Præmium gloriæ æternæ, an vnum idemque sit omnium.*
7 *Ioannes cur denuo repetatur in vndecima parte canonis, atque præmittatur Matthias & Barnabas Apostolis.*
8 *Canonis octauæ partis interpretatio, & summa. & nu. 9. 10. 12. 14. 16. 17. 18. 21. 22.*
11 *Calix cooperitur, hostia non, & quid ita.*
13 *Christus crucifixus sexta feria.*
15 *Sacerdos faciens cruces, manus super mensa altaris extendit, & qua id significatione.*
19 *Sacrificiū septē vicibus signatur in canone, & qua id ipsū admonitione.*
20 *Sensus quinque exercentur, in Eucharistiæ sacramento.*
23 *Christi passione quatuor impetramus & quot digitos sacerdos calici lenando adhibeat, quidque illud notet.*
24 *Diaconus cur osculetur numerum sacerdotis, in vltima parte canonis.*

De vndecima Parte Canonis. CAP. XLVI.

1 NObis quoq;, &c. Vndecima pars: hæc autē oratio protenditur vs-
que: Per omnia secula seculorū. Et hæc verba † proferendo sacer-
dos, paululum expressa voce percusso pectore silētium interrumpit, re-
præsentās contritionē & cōfessionē latronis in illo passionis dominicę

articulo

articulo increpãtis alterũ. & dicentis: Nos digna factis recipimus, hic autẽ nihil mali gessit & dicebat ad Iesum Luc.xxiij. Domine memẽto mei, dum veneris in regnum tuum, propter quod dixit illi Iesus Amen dico tibi hodie mecũ eris in paradiso. Rursus † per exaltationẽ vocis & percussionẽ pectoris exprimitur illud, quod Centurio, & qui cum illo erant visis his, quæ fiebant timuerunt valde dicẽtes: Verè filius Dei erat iste: & omnis turba quę simul aderat, ad spectaculum illud peruenerat iste: & omnis turba quę simul aderat, ad spectaculum illud. percutiẽtes pectora sua reuertebãtur. Noti vero eius & mulieres, quæ Christum secutæ fuerant, à Galilæa, stabant à longè, hæc videntes, quod significant ministri, scilicet diaconus & subdiaconus retrò stãtes, qui ad hanc vocẽ erecti in os sacerdotis vel episcopi intuẽtur. Præmissa autem pectoris vnica tonsio, significat quod secundum Apostolum ad Roma.vj. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, & hi cum tribus digitis, scilicet sine pollice, & indice, vt trinitas in vnitate notetur. Pectoris quoque tonsio, quandoque pœnitẽtiam designat, prout sub titu. de confessione dictum est. ¶ † Peccatoribus ideò dicit: Quia si dixerimus, quod peccatum non habemus nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est. de pœniten. distinct. ij. si enim inquit. Licet enim omni tempore debemus ex corde nos recognoscere peccatores. vj. distinctio. Testamentum præcipuè tamen cum pro remissione peccatorum sacrosanctum mysterium celebramus. ¶ De multitudine miserationum tuarum sperantibus iuxta quod psalmi. inquit: Secundum † multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Et nota, quod vna tantum est Dei misericordia, non aliud quidem quàm ipse misericors. sed multi sunt eius effectus, qui misericordes dicuntur, vnde: Reminiscere miserationum tuarum domine, & misericordiarum tuarum quæ à seculo sunt. Partem aliquam & societatem donare digneris, sed cum ipse Deus sit omnia in omnibus, salus & præmium, & gloria singulorum, iuxta illum: Salus populi ego sum quid est, quod dicitur aliquam societatem, &c. tanquam non omnes sint eundem denarium accepturi? Sanè licet vnum & idem sit † præmium singulorum, videlicet ipse Deus, in cuius cognitione salus æterna consistit, secundum illud quod ipse dicit in euangelio: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum: & hunc quem misisti Iesum Christum, tamen secundum differentiam meritorum alij plus, alij minus, diuina visione fruuntur: nam & stella differt à stella in claritate, propter quod ipse Dominus ait. In domo patris mei mansiones multæ sunt. de pœn. distin. iiij. in domo. sicut vnus sol est, cuius lumine participant vniuersi: alij plus, alij minus secundum differentiam intuentium. ¶ Cum † Ioanne, Stephano, Mathia, Barnaba. In hac secunda commemoratione sanctorum magna ex parte supplentur, quæ de primitiuis sanctis deesse videbantur in prima. Sed quare Ioannes repetitur, & Stephanus sociatus Ioanni, præmittitur Matthiæ ac Barnabæ Apostolis: Super hoc dici potest: quod Ioannes in prima commemoratione disponitur, & cum cæteris numeratur propter dignitatem apostolatus. In hac autem cõmemoratione reperitur, & cum Stephano sociatur, propter priuilegium cœlibatus: virgines enim sunt & sequuntur agnum quocunque ierit, propterea cæteris præmittitur. Virginitas namque Ioannis inde maximè commendatur, quia Christus in cruce matrem virginem discipulo virginis commendauit & ex illa hora accepit eam discipulus in suam. Stephani vero virginitas ex eo maximè comprobatur: quia ipse deputatus est sub Apostolis, ad ministerium viduarum, & in eo, quod fœminis est præpositus, testimonium meruit syncerissimæ castitatis. Posset autem non Euangelista, sed Baptista Ioannes intelligi, nisi præmitteretur, cum tuis sanctis Apostolis ac martyribus: vnde conuincitur quod. Apostoli tantum ac martyres subnotantur, quamuis & Ioannes Baptista merito posset inter martyres numerari. Enumerat ergo sacerdos sanctos, quorum societatem petit: quia & sacerdos legalis nomina filiorum Israël habebat scripta, vt supra dictum est. Et aduerte quod hic octo viri, & septem mulieres computantur: quia per hoc sacrificium septem charismata gratiarum, & octo beatitudines iunguntur in nobis. ¶ Sequitur † Non æstimator meriti quia non secundum exigentiam meritorum retribuit: sed mitius puniendo, vel magis remunerando, quàm quisquam meruit. Vnde non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis alibi: Mensuram bonam & confertam & coagitam, & superfluentem reddent in sinum vestrum. ¶ Per Christum dominum nostrum. Hic non respondetur, Amen, tum quia angeli, qui semper assistunt, respondent, prout in fine tertiæ particulæ dictum est: tum quia hæc tacitè dicuntur, nec respondentes audire possunt, tum quia verba sequentia: Per quem omnia, &c. istis coniunguntur, & ab eis dependent: ita quod nihil interponi potest. Hoc autem loco benedicuntur vuæ, prout dicetur. in vij. parte sub quinta feria cœnæ Domini, vbi agitur de diurno officio. In canone Apostolorum in Bucardo lib. v. cap. offert. ita legitur. Offerri non liceat ad altare, scilicet ad benedicendum propter nouas spicas & vuas & oleum, & fabas, & thymama ad incensum tempore, quo sancta oblatio celebratur. ¶ Sequitur † Per quem hæc omnia, &c. ideò dicit omnia quia per Filium omnia creata sunt: vnde Ioan. j. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: & vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. Creas igitur, condendo naturam, sanctificas, consecrando materiam viuificas, transsubstantiãdo creatura, benedicis, accumulãdo gratiam. Quod autem dicitur. Hæc omnia, est simplex pronominis demonstratio, sicut tempus verbi confusum. Nam præsens confusum præsentis non tenet vsum, & est sensus: Hæc omnia, scilicet panem & vinum, & aquam, semper bona creas secundum causas canonicas primordiales: & sanctificas, secundum causas sacramentales: viuificas, vt transeat in carnem & sanguinem: & benedicis, vt conseruent vnitatem & charitatem.

Matt. 27
Ioan. 1
Psal. 50
Psal. 24
Ioan. 17
1 Cor. 15
Ioan. 14
Apoc. 14
Ioan. 19
Actu. 6
Psal. 101
Luc. 6
Genes. 2

Ioan.1 tatem. ¶ Rursus in eo, quod dicit: Sanctificas: notatur quòd † quod-
cunque sanctificatur:per gratiam Christi sanctificabitur.De plenitudi-
ne eius omnes accepimus:vnde Ioan.xvj.Pater sanctifica eos in veritā-
te,id est,in Filio:in eo,quod dicit: Viuificas:notetur quòd quicquid vi-
uificatur,per Filium viuificatur.Ioā.ij. Ego sum via,veritas,& vita.vnā-
dixit.qui contempta.In eo,quòd dicit:Benedicis,insinuat,quòd benedi-
ctio cœlestis datur nobis per fructum Virginis benedictum: vel crea-
vt sint,sanctificas,tibi deputando,viuificas,animando,benedicis,vt vti-
lia sint, præstas vt prosint. Fiunt autem tres cruces super dictis verbis.
Sanctificas,Viuificas,Benedicis.In quibus Ecclesia primitiua repræsen-
tatur,quæ fidem Trinitatis suscepit. De hoc tamen aliter iam dicetur.
Siquidem sacerdos dicturus : Præstas nobis vel diaconus remouet cor-
Matt.27 porale desuper calicem, ad notandum quòd quādo Christus emisit spi-
Luc.18 ritum, velum tẽpli scissum est à summo vsque deorsum, & aperta sunt
Ioan.19 nobis ea,quę prius obscura erant in lege,& clausa,sicut dicitur in euan-
gelio, de quibusdam : Et erat absconditum verbum istud ab eis, vti e-
nim sumpto aceto consummatum est, releuatum est, & calice dicēs. 11
perto accipiens hostiam dicit : Et præstans nobis. ¶ † Dubitari autem
vidimus , quare calix, & non hostia coôperitur. Ad quod quadruplex
potest ratio assignari.¶ Primo,propter periculum,quia sanguis facilius
posset recipere immunditiam quàm hostia. Secundo , quia in calice &
sanguine magis significatur passio Christi quàm in hostia : vnde illud
Pater , si fieri potest , transeat à me calix iste : & in cano.in forma sa-
Matt.26 guinis ponitur actus effusionis, ibi : Qui pro vobis effundetur, &c.quia
ergo in calice & in sanguine magis significatur Christus mortuus
quàm in corpore , ideo sicut & mortuus , pannis, & lapidibus operitur
ita & calix panno , & sanguis, calice , & corporali coôperitur. ¶ Ter-
tio , sanguis in calice coôperto repræsentat corpus Christi in sepul-
chro clauso & signato : hostia vero corpus Christi extra sepulchrum.
¶ Quarto , sanguis Christi calice coôperto repræsentat Christi cor- 12
pus in syndone inuolutum : hostia vero , non inuolutum. ¶ Sequitur.
Per ipsum , &c. Sic † absque al.cuius verbi vel temporis interpositio-
ne coniungas præmissa verba : Per Christum Dominum nostrum. Per
quem hæc omnia, &c. & facis punctum ibi: Et præstas nobis : plana est
litera. Dic ergo: Per ipsum,id est,tanquam per mediatorem cum eo.
quali : quia ipse coæqualis Patri. In ipso tanquam in consubstantiali
vel in ipso , id est , in membris eius , in Patre quippè notatur author-
tas, propter principium : in Filio, æqualitas propter medium : in Spiri-
tu sancto communitas propter consortium. Sanè vj. feria † crucifixus
est Christus, hora tertia linguis Iudæorum , quod narrat Marcus, ho-
ra sexta manibus Gentilium, quod narrat Ioan.circa horam autem no-
Matt.29 nam inclinato capite tradidit spiritum.Ad recolendam igitur crucifi-
xionem hora iij. factam ex linguis Iudæorum clamantium ter : crucifi-
fige crucifige eum , & rursus , Tolle , tolle , crucifige eum , sacerdos

facit tres cruces super oblatam & calicem,dum dicit: Sanctificas, viui-
ficas , & benedicis. Ad recolendam vero crucifixionem , quæ post in-
teruallum trium horarum est facta manibus Gentilium , cum milites
crucifixerunt Iesum: sacerdos facit iterum tres cruces, cum hostia,su-
14 per calicem , super præmissis tribus verbis : scilicet per ipsum, & cum
ipso , & in ipso. ¶ † Postmodum autem ad designandum diuisionem
carnis & animæ Domini morientis , facit duas cruces cum ipsa oblata
in ora calicis dum dicit : Est tibi Deo Patri omnipotenti in vnitate Spi-
ritus sancti. Cum enim in Christo tres sint vnitæ substantiæ : videlicet
diuinitas, corpus, & anima, duæ tantum, scilicet corpus & anima fue-
runt in morte diuisæ : nam diuinitas à neutra est : diuisa & separata, &
15 propterea non tribus crucibus , sed duabus mors Domini designatur.
¶ † Cæterum sacerdos faciendo cruces manus super mensam altaris
extendit : quia & Christus super aram crucis manus expandit , iuxta
illud propheticum Esai.lxv. Expandi manus meas ad populum non cre-
dentem mihi. Secundò etiam præmissæ tres cruces cum corpore super
16 nudum calicem † factæ significant tres cruciatus , quos Christus in nu-
da cruce sustinuit, videlicet passionem, propassionem, & cõpassionem:
passionem,in corpore,propassionem in mente,compassionem in corde.
De passione corporis ait Dominus per Prophetam : O vos omnes , qui Tren.1
transitis per viam,attendite & videte,si est dolor,sicut dolor meus. Fo- Matt.21
derunt enim manus meas , & pedes meos , & dinumerauerunt omnia
ossa mea. De passione mentis, Dominus inquit Apostolis: Tristis est a- Luce 23
nima mea, vsque ad mortem. Cœpit enim Iesus trædere & pauere, cœ-
pit contristari & mœstus esse. Ex compassione verò cordis, pro crucifi- Luc.23
xoribus orauit ad Patrem:dicens:Pater ignosce illis:quia nesciũt quid
faciunt,si enim cognouissent,nunquã Dominum gloriæ crucifixissent.
Et ideò sacerdos facit has cruces cum hostia super calicem:quia Chri-
17 stus sustinuit huiusmodi cruciatus in corpore super patibulum.Per cali-
cem enim passio designatur,vt iam dictum,est,&c Tertio †modo,tres
cruces cum hostia super calicem factæ , significant fidem Centurionis
dicentis Matt.xxvij Verè filius Dei erat iste:& ita cognouit eum vnum
in Trinitate, scilicet Christum Deum & hominem. Duæ verò, quæ fiũt
in ora,seu latere calicis designant duo sacramenta,quæ de latere Chri-
sti profluxerunt , videlicet aqua regenerationis , & sanguis redemptio-
nis, iuxta testimonium Ioan.dicentis: Vnus militum lancea latus eius Ioan.19
aperuit,& continuò exiuit sanguis & aqua:& ideò immediatè post has
duas cruces latus calicis , in quibusdam Ecclesiis cum hostia tangitur:
18 per quod percussio lateris Christi cum lancea militis designatur.Quar-
tò tres præmissæ cruces in quibusdam Ecclesiis ita fiunt & bene.† Nam
prima quæ fit super ipsum, fit supra os calicis exterius, significãs,quod
Deus est extra omnia,non excluĩus.Secunda,quæ fit super,cum ipso,fit
parum inferius sub prima,videlicet à labio calicis,in labium,significãs
quòd Deus est super omnia , non elatus. Tertia , quæ fit super in ipso,
fit

sit inter os calicis,circa medium concauitatis eius, significans quòd est inter omnia non inclusus. Quarta,quæ fit super Deo Patri, fit à medio oris calicis recto diametro contra faciem sacerdotis,significans: quòd omnia quę in ministerio missæ occultè aguntur,in fine nobis ante oculos ponentur. Quinta,quæ fit super,in vnitate Spiritus sancti, fit à latere calicis, inter ipsum calicem & sacerdotem, videlicet descendendo à summitate calicis contra pedem , significans quòd Deus est super omnia,non compressus seu prostratus, quidam tamen de his duabus vltimis non faciunt , nisi vnam. Quinto dictæ tres cruces , significant tres cruciatus,quos Christus sustinuit tribus tęporibus,videlicet ante mortem, alapas, flagella, sputa, & huiusmodi: in morte, crucifixionem, & post mortem,lateris perforationem: prima significat primum, secundum,tertia,tertium, quarta verò, significat separationem animæ à corpore Christi,quinta descensum in lumbum,vel cruciatum in peribus. Sextò quinque ordinis signorum, quæ fiunt ante sextum , scilicet ante tactum calicis cum hostia quãdo videlicet de duabus vltimis non fit nisi vna,significant quinque ætates mundi, quæ fuerunt ante Christi natiuitatem. Sextum verò , videlicet ipse tactus : significat sextum tempus, scilicet à Christi natiuitate, vsque ad finem mundi Ipse etiam vnicus tactus significat Dominum semel ascendisse crucem , vt finem haberet. Ipsa autem res est cruciatus , qui per dictas quinque ætates omnibus hominibus fiebat. Notandum † igitur est , quod sacrificium septem vicibus signatur in canone.Prima vice ter,ibi dicitur: Hæc dona,hæc munera,&c.Secunda vice quinquies,vbi dicitur: Quam oblationem tu Deus,&c. Tertia vice bis semel,vbi dicitur: Qui pridiè &c. Tibi gratias agens benedixit,&c.& iterum,vbi dicitur: Similique modo, &c.ibi: Item, Gratias agens, &c. Quarta vice quinquies, vbi dicitur: Hostiam puram, &c. Quinta vice, bis, vbi dicitur : Sacrosanctum filij tui corpus,&c. Sexta vice ter, vbi dicitur: Sanctificas, viuificas &c. Septima vice,quinquies, vbi dicitur Per ipsum, &c.prout in ipsis locis dictum est, Inter quas septem vices sacrificium significatur duabus vicibus bis, & duabus vicibus ter, & duabus vicibus quinquies: septima verò vice bis & ter.Signatur ergo simul omnibus vicibus,iunctis quinquies quinque: quæ sunt simul xxv.quo numerus per se ductus semper in seipsum reducitur,si ducatur in infinitum:quantum libet enim multipliciter eucharistiæ sacramentum , semper est idem sacrificium. Augustin tamen de consecratione distinctione.ij.semel dicit, quod sufficeret tum semel signum crucis fieret super panem,& vinum, sufficere posset: quia semel Dominus crucifixus est.¶ In † hoc etiam sacramento quinque sensus corporis, scilicet visus, auditus, gustus , odoratus, & tactus exercentur , scilicet circa colorem , saporem odorem , fractionem, & sumptionem : vt quinque sensus animæ spirituales exuberent, scilicet visus intelligentiæ, auditus obedientiæ , odoratus discretionis, gustus dilectionis, & tactus operis de quibus reperitur in euangelio: Dominus

quinque talẽta tradidisti mihi:ecce alia quinque superlucratus sum. Matt. 52
Sed & binarius & ternarius bene congruit sacramento:binarius propter carnem,& sanguinem:ternarius propter panem , & vinum, & aquam.Item binarius propter duplicem modum edendi,scilicet sacramentalem sub specie panis , & vini : & spiritualem , in fide cordis. Et ternarius propter tria,quæ sunt in hoc sacramento discreta:videlicet forma visibilis vini,& panis : veritas corporis & sanguinis, & virtus spiritualis vnitatis & charitatis de quibus est in vj.particu.super verbo Mysterium fidei vt ita ternarius binarium, id est , fides Trinitatis per dilectionem Dei,& proximi operetur.Fiũt igitur tres cruces,quæ quatuor habent angulos super sacrificium:quia Christus dum in cruce pependit,quatuor climata mundi redemit:&septem ordinibus ordinantur,ad notandum septiformem Spiritus sancti gratiam , quæ in hoc mysterio necessaria est , & ferè in quolibet ordine,per numerum imparem signacula disponuntur , quia corpus Christi vnum manens non scinditur omnis honor tanquam domino:& gloria tanquã Deo. Matt. 27
21 ¶ Sequitur:Per † omnia secu.secu.nõ tolùm crucis impressio,verum etiam vocis expressio,& pectoris percussio, quæ gesta sunt iuxta crucem insinuat,prout dictum est super verbo,Nobis quoque. Quia ergo Iesus clamãs voce magna,tradidit spiritum , ideo sacerdos dicendo : Per omnia se. se. exaltat vocem & aliquantulum calicem eleuat. Vel dicitur altè, ad incitationem populi , vt sciens finem canonis respondeat: Amen.Vel ideò, quia Centurio clamauit:Verè filius Dei erat iste;quia vero mulieres lamentabantur,flentes Dominũ,ideo chorus quasi lamentando respondent.Amenre præsentãs fideles,qui Dominum contrito corde lugebant : velut quondam Abel inuidi fratris Gen.4
22 furore occisum parentes eius lamentabantur. ¶ †Cõsequenter diaconus accedit & exaltatum parumper sacrificium seu calicem cum corpore de altari tam ipse quàm sacerdos deponit:quia vt legitur Ioan. xx.Venerunt Ioseph ab Arimathia , & Nicodemus,& impetratũ corpus Iesu à Pilato, deponentes sepelierunt.Sacerdos ergo eleuans,Nicodemum repræsentat:ipsa vero eleuatio, Christi depositionẽ de cruce:depositio collocationem in sepulchro demõstrat. Et aduerte,quia sacerdos dicens:Præceptis salutaribus moniti calicẽ simul & hostiam deponit.¶ Ad cuius rei euidentiã notandum est, quod Christi corpus & sanguis bis in sexta feria eleuata,& deposita fuerunt semel in cruce leuata,de cruce ad terrã deposita,& semel de terra eleuata,& in sepulchro collocata:primum repræsentatur in prima eleuatione, & depositione corporis , & sanguinis Christi quæ fit statim post eorũ consecrationem.alia repræsentatur in eleuatione & depositione, quæ fit in hoc loco.Congruè igitur,dum hęc verba proferuntur, fit corporis & sanguinis eleuatio,& depositio,designantes eleuationem corporis Christi de terra & locationẽ eius in sepulchro : quia Ioseph,qui illud de cruce,& de terra leuauit,& in sepulchro locauit,monitus & instru-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mar. 15 ctus erat præceptis salutaribus Christi, sicut fidelis discipulus eius, vt de eo legitur in Marco: Et ipse erat expectans regnum Dei. Simul autem eleuantur corpus & sanguis iam consecrata: quia ipse Ioseph (vt aiunt quidam) simul corpus cũ sanguine in sepulchro locauit. Adhuc in ipsa eleuatione tenetur hostia cum quatuor digitis. ¶ Continuer per merita passionis Christi, scilicet, potentiatem contra diabolum, humilitatem contra mundum, castitatem contra corpus proprium, & subiectionem ac dilectionem, quo ad Deum & proximum: ideò ad hoc repræsentandũ meritò, cum quatuor principalibus digitis hostia tenetur. Quædam tamen Ecclesiæ in tribus primis petitionibus dominicæ orationis tenent calicem eleuatum: & tunc calicis eleuatio aliud significat, prout ibi dicetur. In quibusdam etiam Ecclesiis diaconus parumper ab altari eleuatur quidã puer stans vltimus, post diaconum habens cappam ex transuerso, ad designãdum, quòd expectat

Ioan. 19 est ludei expectantes Messiam, id est, Christum cùm iam venerit: transuersum est in caudam. Quia verò Nicodemus sepulto Domino adhuc uit saxum magnum ad ostium monumenti, ideò diaconus super eos depositi calicis corporale deponit: diaconus quoque calicem cum corporali inuoluens, repræsentat Ioseph, qui corpus Domini syndone

Matt. 27 munda inuoluit. Rursus quia in pace tactus est locus eius, diaconus ad †secundum morem quarundam Ecclesiarum mensam osculatur: deris: & quia factus est principatus super humerum eius, osculatur dextrum armum pontificis: vt in vtroque significet Christum quicunque

Psalm. 4 post mortem, & vicisse post mortem, iuxta quod ipse prædixit in Psal.
Osee. 13 In pace in idipsum dormiam & requiescam & alibi: O mors, ero mors
Philipp. 2 tua: morsus tuus ero inferne. Christus enim per mortem triumphauit de morte: nam quia factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: idcirco Deus exaltauit illum &c. Hoc ipsum etiam significat, quòd Christus sibi crucem super humerum baiulauit. Secundò, diaconus osculando dextram sacerdotis, significat quòd vult esse particeps laboris, vt sit socius æternæ retributionis. Tertiò, per hoc innuit, quòd Ioseph deponens corpus, illud fuit osculatus. In quibusdam Ecclesiis sacerdos hic etiam hostiam osculatur, innuens quòd Nicodemus idem fecerit, quod Ioseph: vel potiùs per Domini passionem factam esse nostram reconciliationem. Post osculum huiusmodi diaconus retrocedit à facie sacerdotis, repræsentans mulieres, sequentes Domino, à monumento recedentes.

SVMMARIVM.

1 *Missæ tertia pars.*
2 *Sacerdos populum precibus lauat.*
3 *Oratio Dominica tanquam summa & maxima, subijcitur à sacerdote amplectenda à populo.*
4 *Orationis Dominicæ vis. Et commendatio à quatuor causis.*
5 *Orare nos vult Christus, licet nihil sit nescius eorum, quæ nobis conferunt. Et maxime ob rationes quinque.*
6 *Orationis dominicæ summa.*
7 *Orationis dominicæ septem petitiones. Et earum distributio. nu. 8.*
8 *Oratio dominica, duplici ordine distincta.*
10 *Dona septem. Virtutes septem nu. 10. Beatitudines septem. num. 11.*
12 *Vitia septem capitalia. Cui respondent numero, septem populi Chananæorum.*

De oratione Dominica, Pater noster, &c.

CAP. XLVII.

1 SEcundum eos qui dicunt, quòd tertia pars missæ, quæ dicitur, † Postulationes incipit hic: Oremus præceptis salutaribus, &c. & quòd durat vsque ad Collectas. Hæc pars continet quinque clausulas. Prima, est ipsa præfatio scilicet, O remus præceptis: quod addidit beatus Greg. Secunda est, Pater noster. Tertia, Libera nos quæsumus Domine. Quarta, Pax Domini. Quinta fiat communicatio. Quia ergo Iesus Luc. 23 voce magna clamabat, In manus tuas Domine, commendo spiritum meum: ideo sacerdos & non totus populus, prout Græci faciunt, eleuata facie pronuntiant: Oremus, præceptis &c. Non enim dicitur sub silentio, sed palam: quia est de euangelio, ad notandum quòd rex cœlorum in noua lege palam loquebatur, & sine velamine prædicauit. Ad hoc ideò hæc dominica oratio, & etiam Credo in vnum Deum, alta voce dicuntur, vt omnes illam dicant & addiscant. Alia etiam ratio posita est sub titu. de prædicatione. Sed tertia clausula, scilicet, Libera nos, &c. sub silentio dicitur, in signum quòd Christus interdum à prædicatione siluit: aliter tamen ibi dicetur. Sed & proferens, Pater noster, &c. iterum sicut prius extendit, ac sursum eleuat manus. Primò enim dicens, Præceptis salutaribus, &c. actus Ioseph de quibus in præcedenti columna dictum est: quos præceptis salutaribus monitos, & diuina institutione formatos gessit, repræsentauit. Quia igitur doctrina audiendo, meditando, & in quiete docenda est. v. q. iiij. in loco. ideò verba ista depositis super altare manibus, protulit dicens, Pater noster, &c. Christum populum orare docentem repræsentans, ideoque Moſi orantis exemplo manus ostendit, & sursum eleuat, vt feruorem cordis & rectam ad Deum intentionẽ ostendat xxxvij. di. si quis vult. Rursus dicendo, Præceptis salutaribus, &c. calicem simul & hostiã de-

2 ponit, vt præmissum est. Sanè legalis † pontifex regressus ad populum lauabat vestes: immundus tamẽ erat vsque ad vesperam, sicut in promio huius partis dictum est. Sic & Christus qui intrauit in sancta sanctorum, redit ad Ecclesiam compatiendo & auxiliando: & lauat vestes suas, id est, sanctos mundificat: & tamen vsque ad finem mundi membris eius aliquæ maculæ adhærent. Sacerdos etiam redit ad populum: quia dum rursus alta voce multiplicat preces, foras exire

videtur: & precibus velut aquis vestimenta sua, id est, populum lauat & mundat. & tamen immundus iudicatur: quia vsque ad mortem erit in omni homine, quid lauetur. Oraturus ergo & ostensurus se causam suam agere coram Deo & quę quotidie petere debeamus, monet populum orare † dicens, Pater noster, &c. quæ oratio habetur Matth. vi. j cap. Fiducialiter enim orare possumus, vt filij patrem: quos ipse Dominus ad sic orandum informauit, & ipse vice vniuersalis Ecclesiæ, quàm repræsentat, orat: ne tamen sua authoritate & quasi præsumptione petere videatur, præmittit quasi loco præfationis, Præceptis salutaribus, &c. Dicit autem præceptis, & diuina institutione: quia Dominus & hanc orationem instituit, & Apostolos sic orare præcepit. & extunc maximè prostrati orare debemus, vsque in finem dominicæ orationis, saltem in profestis diebus: in festiuis verò stantes. Tres autem articuli sequentes, scilicet, Præceptis salutaribus: Pater noster: & Libera nos: significant tres dies dominicæ sepulturæ: ideoque & has duntaxat vtimur in parasceue. In quibusdam Ecclesiis, dum sacerdos dicit, Pater noster, à diacono, & dum prælatus dat benedictionem solennem post, Pater noster: manus eius à diacono, & sacerdote sustentantur: in quo repræsentatur, quòd Hur, & Aaron sustentabant manus Mosi orantis, de quo sub tit. de oratione dictum est. Beatus Gregor. orationem dominicam post canonem super hostiam censuit recitari, asserens in registro incongruum esse, vt super eucharistiam diceretur oratio, quam Scholasticus composuerat: & illa omitteretur quam Dominus ipse dictauerat, & Apostoli dicere consuerant. Et cantatur apud Græcos à toto populo: sed apud nos à solo sacerdote. † Illud autem notandum est, quòd hæc oratio cæteras orationes propter quatuor antecellit, scilicet authoritate doctoris breuitate sermonis, sufficientia petitionum, & fœcunditate mysteriorú. Authoritate doctoris, quia fuit ipsius saluatoris Apostolos orare docentis ore prolata: & inde dicitur oratio dominica. Breuitate sermonis, quia facilè dicitur & profertur. Iuxta illud, Cùm oratis, nolite multum loqui, &c. Sufficientia petitionum: quoniam vtriusque vitæ necessaria continet. Fœcunditate mysteriorum: quia immensa continet sacramenta. Verùm licet sciat Dominus, quid velimus, vult tamen nos orare vocaliter propter multa. † Primò, pro excitanda deuotione: quia quod 'facit flatus carboni, hoc facit pronunciatio deuotioni: vnde, Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea. Secundò, pro aliorum instructione: vt cortina cortinam trahat, & qui audit, dicat, Veni extrà, de sacra. vncti. cap. j. vnde, Luceat lux vestra coram hominibus. Tertiò, pro linguæ obsequio: vt quod lingua peccamus, lingua satisfaciamus: vnde, Sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem, ita exhibete ea seruire iustitiæ in satisfactionem. xlvij. distinctione omnes. Quartò, pro rei petendæ: commemoratione quia faciliùs obtinetur, quod insta-

Exod. 17

Matth. 6

Psal. 65
Exod. 36
Apoc. 22
Matth. 5
Rom. 6

tiùs postulatur: de pœnit. distin. j. importuna. xliij. distin. sit rector. in fine: vnde Petite, & accipietis: pulsate, & aperietur vobis. Quintò, pro impetratæ rei custodia: quia quod sæpius requiritur, diligentiùs custoditur: vnde tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. *Luc. 4.*

6 Sanè in hac oratione oratur pro bonis adipiscendis, & pro malis vitandis. Pro † bonis temporalibus, spiritualibus & æternis. Pro malis præteritis, præsentibus & futuris. De bonis æternis dicitur, Adueniat regnum tuum. De bonis spiritualibus, Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra. De temporalibus, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Æterna petuntur in præmium, spiritualia in meritum, tẽporalia in substentaculum. De malis præteritis, Dimitte nobis debita nostra, &c. De præsentibus, Sed libera nos à malo. De futuris, Et ne 7 nos inducas, &c. Præterita sunt dolẽda, præsentia sunt vincẽda, futura sunt præcauenda. Septem † sunt orationis dominicæ petitiones propter captationem beneuolentiæ, quæ significant septem verba Christi in cruce. Primum fuit, Pater, ignosce illis. Secundum. Ecce mulier, filius tuus. Tertium, Ecce mater tua. Quartum, Hodie mecum eris in paradiso. Quintum, Eloi, eloi. Sextum, Pater in manus tuas. Septimum, Consummatum est. Vel significat septem verba, quæ tantùm beata virgo legitur de Christo dixisse. Primum fuit discretionis, Quomodo fiet istud? Secũdũ humilitatis, Ecce ancilla Domini. Tertiũ salutationis, Ecce, vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis. Quartum gratiarũ actionis, Magnificat anima mea Dominum. Quintum compassionis, Fili, vinum non habent. Sextum instructionis, Quodcunq; dixerit vobis, facite. Septimum amoris, Fili, quid fecisti nobis sic? Prima autem petitio est, Sanctificetur nomen 8 tuum. Secunda, Adueniat regnum tuum. Tertia, Fiat voluntas tua. Quarta, Panem nostrum quotidianum. Quinta, Et dimitte nobis debita nostra. Sexta, Et ne nos inducas in tentationem. Septima, Libera nos à malo. Et hæ septem † petitiones secundum Apostolum, septem postulationes dicuntur: quarum primæ tres spectant ad vitam æternam siue ad patriam. & ideò sacerdos in quibusdam locis eleuato calice dicit eas, & præfationem, Præceptis salutaribus, &c. dicens verò, Sicut in cœlo, parum magis eleuat illum: & dicens, Et in terra, 9 deponit illum. Tres vltimæ ad præsentem vitam siue ad viam, pertinent: & ideò depositò calice, dicit eas: media verò, scilicet, Panẽ nostrum, &c. pertinent ad vtrunque. Porrò tres primæ succedunt ordine temporis, sed præcedunt ordine dignitatis. Tres vltimæ succedunt ordine dignitatis, sed præcedunt ordine temporis. Duplex igitur † ordo est in dominica oratione notãdus: vnus in ascendẽdo, qui conuenit cum virtutibus: alter in descendendo, qui concordat cũ donis: donanamque de summis ad ima descendunt, vnde, Requiescet super eum spiritus sapientiæ & intellectus, &c. Virtutes verò de imis ad summa condescendunt. vnde, Beati pauperes spiritu: quoniã ipso-

Luc. 1
Ioan. 2
Luc. 2
Esa. 11
Matt. 5

rum est regnum cœlorum. Beati mites, &c. Nempe Dominus in oratione ipsa secutus est ordinem dignitatis, qui est artificialis: vt de maioribus ad minora descendat. Sed doctores in illius expositione sequuntur ordinem temporis, qui est naturalis, vt de minoribus ad maiora, id est, de temporalibus ad æterna conscendant: quē modum seruabimus exponendo. Et fit hîc adaptatio septem petitionū, septē virtutum, septem donorum spiritus sancti, & septem beatitudinum: contra septem vitia capitalia, septem virtutibus opposita. Nam dona petitionibus, virtutes donis, beatitudines virtutibus obtinentur. Septem dona sunt hæc, sapientia, intellectus, cōsilium, fortitudo, *Esa.8* scientia, pietas, & timor: de quibus dicit propheta, Requiescet super eum spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis: & replebit eum spiritus timoris Domini. Septem † verò virtutes sunt hæ, paupertas spiritus, mansuetudo, luctus, esuries iustitiæ, misericordia, mūditia cordis, & pax. Septē † quoque beatitudines sunt istæ, regnū cœlorū, possessio terræ, consolatio, saturitas, misericordiæ consecutio, visio Dei, filiatio Dei: de quibus coniunctim Dominus ait. De prima, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. De secunda, Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. De tertia, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. De quarta, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. De quinta, Beati misericordes: quoniam misericordiam consequentur. De Sexta, Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. De septima, Beati pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur. Septem verò vitia † capitalia sunt, inanis gloria, siue superbia, ira, inuidia, accidia, auaritia, gula, luxuria: quæ significata fuerunt in septem populis, qui terram Israël promissam tenebant: videlicet Ethæus, Gergezæus, Amorrhæus, Chananæus, Ferezæus, Euæus, & Iebusæus. Homo igitur est ægrotus, Deus medicus: vitia sunt langores, petitiones sunt planctus, dona sunt antidota, virtutes sunt sanitates, beatitudines sunt fœlicitates & gaudia. Hæc septem vitia per septem petitiones huiusmodi fugantur orationis, prout inferiùs ostendetur. Adorationis ergo ipsius expositionem veniamus. Et nota, quòd in quibusdam Ecclesiis dum hæ septem petitiones dicuntur, diaconus stat inclinatus communionem expectans, in quo significat Apostolos, qui post mortem Domini per septem hebdomadas confirmationem spiritus expectauerunt. Subdiaconus verò quiescit, quia mulieres in sabbato, quæ est dies septima, siluerunt.

SVMMARIVM.

1 *Orationis Dominicæ expositio.*
2 *Pater quis dicatur. Et cur Deus, dicatur pater noster, quanque varié.*
3 *Beneuolentia captatur à tribus.*
4 *Cœlum, vnde dicatur.*
5 *Ma-*

5 *Malum, est triplex, à quo petimus liberari.*
6 *Timor, quo auertimur à malo, est triplex.*
7 *Tentamur à tribus: Deo, homine & Satana, idque variè.*
8 *Tentatio Dei in hominem.*
9 *Peccata, sunt debita pœnæ. Et quotuplicia sint debita, quæ petimus nobis remitti.*
10 *Debitorum venia petenda diuersus modus, perfecti hominis, & imperfecti.*
11 *Peccatum in Deum, vel in proximum, an debeamus remittere: an verò potius punire.*
12 *Panes quinque sunt nobis necessarij.*
13 *Panem supersubstantialem, quem petamus.*
14 *Voluntas Dei, dupliciter intelligitur.*
15 *Voluntas Dei, qualiter fiat in cœlo & in terra.*
16 *Patrem, filium, & spiritum sanctum, quomodo debeamus diligere.*
17 *Regnum Dei, quod petimus aduenire, quod dicatur. & num. 18. Et quæ varia regna.*
19 *Nomen Dei patris, quatuor modis sanctificatur.*
20 *Amen, omnes ferè orationes claudit. Et quid significet. Et qualiter accipiatur in oratione Dominica. Et qualiter alibi. Et cur in eadem oratione, proferatur à sacerdote temet, cum secus fiat aliàs. nu. 12.*

De expositione Dominicæ orationis.

CAPVT XLVIII.

PAter noster &c. Ordinē temporis, vt præmissum est in † huius orationis expositione, seruantes à fine eius initium sumamus, versus principium, ordine retrogrado procedendo. Siquidem homo multis malis circundatus, primò petit liberari à malo: quia verò sine tentatione non est vita hominis super terram, ideò liberatus à malo, petit in tentationem ne inducatur. Et quia dum in hac vita consistit, semper est in quocunq; peccato: nam si dixerimus, Quia peccatum non habemus, veritas in nobis non est: ideò petit, vt debita, id est, peccata sibi dimittantur. Cùm autem liberatus fuerit à malo, cùm vicerit tentationes, cùm debita fuerint ei dimissa: quia qui per se stare non potest, necessarius est ei spiritus fortitudinis, ne præmium expectando deficiat, ideoq; petit vt panis quotidianus sibi donetur: deinde cū fuerit liberatus à malis, & roboratus in bonis petit vt fiat voluntas Dei sicut in cœlo & in terra. Et quoniā præmissa in hac vita perfectè fieri non possent, mox petit vt regnū adueniat, in quo nomen patris sanctificetur in cœlis, vt nunquam de cætero possit à sanctificationis gratia separari. Postquàm petitionum continuationem præmisimus, mox ad eorum excisionem veniamus. Prænorandū † tamen est, quod illud in oratione præmittuntur, videlicet, Pater *Iob.7* *I. Ioan.1*

noſter,qui es in cœlis,captatio beneuolentiæ eſt,vt iam dicetur: nè-
pè πάτηρ Græcè, dicitur genitor Latine, & hebraicè abba: * & dici-
tur Deus,pater,à patrando ſiue perficiendo : quia per eum omnia fa-
cta ſunt.Deus autem & generaliter,& ſpecialiter & ſingulariter dici-
tur pater.Generaliter omnium per creationem,ſpecialiter iuſtorum. *Ephe.3*
per adoptionem.Singulariter Chriſti per generationem,per creatio-
nem,vt ibi:Flecto genua mea ad te Deum patrem omnipotentem: à
quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur. Per adoptio- *Luc.2*
nem,vt ibi,Si vos,cùm ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris:
quanto magis pater veſter, de cœlo dabit vobis ſpiritum bonum pe- *Matt.2*
tentibus ſe?Per generationem,vt ibi,Nemo nouit filium, niſi pater
& patrē,niſi filius:& cui voluerit filius reuelare. Per hoc quod dicit,
Pater noſter,qui es in cœlis:dehortatur nos à duobus, videlicet à ſu-
perbia:ne dicamus pater mi,quaſi reputantes propriū,quod eſt com-
mune : & ab indignitate, ſcilicet ne reddamur indigni tanto patre,
qui conſiſtit in cœlis.Deus enim ſolius Chriſti eſt pater, per naturā, *Matt.26*
cui ſoli competit dicere,Pater mi:fidelium autem eſt pater,per gra-
tiam,quibus competit dicere,Pater noſter.Ille dicit pater mi,ſi poſſi-
bile eſt,transfer à me calicem hunc.Iſti dicunt Pater noſter,qui es in *Ioan.20*
cœlis, ſanctificetur nomen tuum : & ipſemet dicit, Vado ad patrem
meum,& ad patrem veſtrum:meum quidem,per naturam : veſtrum,
per gratiam.Hortatur etiam nos per hæc ad duo, ſcilicet ad ſeruan-
dum gratiam adoptionis, cùm dicit,Pater:& vnionem fraternitatis,
cùm ait,Noſter.Rurſum per hoc quod dicit , Pater : quod eſt nomen
pium:notatur bonitas eius,Eccleſiæ deuotio , quæ ipſum patrem ap-
pellat.Per hoc verò,quod dicitur,Noſter,oſtenditur dilatatio charī-
tatis.Per hoc,quod dicitur,In cœlis,id eſt,in ſanctis , quorum cōuer-
ſatio à fæce mundi remota eſt,Dei pietas deſignatur. Quia igitur ca-
ptatio beneuolētiæ in hac†oratione permittitur:ſciendum eſt,quod
beneuolentia captatur à tribus,ſcilicet à perſona cognitoris,petito-
ris,& aſſeſſoris : cognitor eſt Deus,petitor eſt homo, aſſeſſor eſt an-
gelus.A perſona cognitoris,cū ait, Pater:petitoris, cum ait, Noſter: *Pſal.18*
aſſeſſoris,cū ait,Quis es in cœlis,id eſt,angelis,vel in ſanctis,de quī-
bus habetur,Cœli enarrant gloriam Dei:vnde ſpes nobis attribuitur
vt ſanctos nos faciat.Vel in cœlis,id eſt,in ſecreto maieſtatis diuinæ
per quod datur fiducia obtinendi bonum occultū.Quod oculus non *Eſa. 44*
vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcendit.Dat ergo fiduciā
impetrandi bonū,vndē nō dicitur,Domine , cui ſeruitur timore:ſed
Pater,cui ſeruitur amore.q.d.quia pater es,vis : quia in cœlis es,po-
tes:ergo libera nos à malo.†& nota,quòd cœlū dicitur à celādo:quia
celat diuina ſecreta : vel à celſitudine, quia altius eſt terrenis reboī.
Sed libera nos à malo.Triplex eſt†malū,à quo petimus liberari : ſci-
natum.auditū,& inflictum.Primū contrahitur , ſcilicet originale. Se-
cundū cōmittitur,ſcilicet actuale. Tertium ſuſtinemus, ſcilicet pœ-
nale.

6 Malum autem vitamus, per ſpiritum timoris Nā (vt inquit ſcri-
ptura) Timor Domini expellit peccatum.Porrò triplex eſt†timor,quo *Eccl.1*
ceſſamus à malo:ſeruilis,initialis & filialis. Timore ſeruili, ceſſamus
à malo formidine pœnę.Timore filiali,ceſſamus à malo, amore iuſti-
tiæ. Initiali timore ceſſamus à malo,partim formidine pœnæ , partim
amore iuſtitiæ.Seruilis timor eſt incipiētium, initialis proficientium,
filialis perficientium. Dicit ergo,Sed libera nos à malo,quaſi dicat da
nobis ſpiritum timoris,& paupertatem ſpiritus,vt per ſpiritum timo-
tis vitemus mala, per paupertatem ſpiritus addiſcamus bona : quate-
nus exclufis vitiis, & contemptis terrenis,habeamus æterna , ſcilicet
regnum cœlorum:quod lucifer & primi parentes per inanem gloriam
ſiue ſuperbiam amiſerunt. Per hoc ergo,quòd ſe humiliando,petit li-
berari à malo,quod fit per donum timoris , fugatur ſuperba,quæ op-
ponitur timori, & ſic finis orationis concordat cum principio , vbi ab
7 humilitate contra ſuperbiam incœpit , vt præmiſſum eſt. Et ne † nos
inducas in tētationē. ſcilicet diabolicam.Nota,quòd tentat nos Deus,
tentat homo, tentat diabolus.Deus tentat , vt probet : homo , vt ſciat,
diabolus,vt fallat. De primo legitur, Tentauit Deus Abraham.De ſe-
cundo,Tenta nos obſecro,diebus decem.De tertio, Cur Sathanas ten-
tauit cor tuum:Porrò duobus modis tētamur interiùs per delectatio-
nem,& exteriùs per ſuggeſtionem:interior tentatio parum efficit:ex- *1.Cor. 10*
terior multū proficit,ſi nō cōſentiatur,ſed reſiſtatur.Scriptū eſt enim.
Tentatio vos non apprehendat,niſi humana.Rurſus , Beatus vir , qui *Luc.1*
ſuffert tentationem:quia cùm probatus fuerit,accipiet coronam vitę.
Cùm igitur citra conſenſum tentamur, ducimur in tentationem:cùm
conſentimus,in tentationem inducimur, ſicut piſcis ante captura du-
citur in rete. Cum autem inducitur,capitur & tenetur:tunc impletur, *Iac.1*
quod Iacobus Apoſt.ait,Tentatur autem vnuſquiſque à concupiſcen-
tia ſua mala abſtractus,& illectus:deinde, concupiſcentia cùm conce-
perit, parit peccatum:peccatum verò cùm cōſummatum fuerit,gene-
rat mortem.Verum cum idem Apo. dicat:quia Deus eſt intērator ma-
lorū, Quid eſt,quod petimus,ne Deus nos inducat in tentationē? Sed
8 † dicendum eſt,quòd Deus quodammodo tētat,& quodammodo non
tentat:tentat vt probet iuxta illud,Proba me Deus,& tenta me.nō ten- *Pſal. 138*
tat vt fallat , iuxta illud,Deus neminem tentat.Petimus ergo , ne nos *Iac.1*
Deus in tentationem inducat,id eſt,ne permittat induci:quia ſicut di- *Amos 3*
citur , Non eſt malum in ciuitate, quod Deus non faciat,id eſt , quod
fieri non permittat.Scriptū eſt enim,Fidelis Deus,qui non patitur vos *1.Cor.1*
tentari ſupra id,quod poteſtis:quaſi dicamus,Da nobis ſpiritum pieta-
tis,& manſuetudinem ſpiritus : vt per ſpiritum pietatis vincamus ten-
tationes,exercendo nos ad pietatem:& per manſuetudinem vincamus *Rom.12*
iram non reddendo malum pro malo.Vincamus etiam inuidiam,quæ
opponitur pietati , vt ita poſſideamus terrā viuētium,quam per ſpiri-
tum pietatis,& per manſuetudinem ſpiritus obtinebimus.Nam pietas

promissionem habet vitæ,quæ nunc est & futuræ:&. Beati mites:quo-
Psal.36 niam ipsi possidebunt terram. Vnde Psalmista, Mansueti possidebunt
terram, & delectabunturin multitudine pacis. Dimitte nobis debita
nostra,&c. debita † dicuntur peccata,quę nos debitores pœnæ consti-
tuunt. non enim hic agitur de debitis pecuniarum. sed offensarũ. Ita
autem sunt debita, quæ petimus nobis dimitti, scilicet peccatum in
Deum,peccatum in proximum, & peccatum in nos:vnde peccauimus
cum patribus nostris, iniustè egimus iniquitatem fecimus. vnde Psal.
c v. Peccauimus cum patribus nostris in Deum,iniustè egimus in pro-
ximum iniquitatem fecimus in nosmetipsos. Et quia peccauimus in
Deum:ideò petimus, vt ipse dimittat nobis debita nostra:quia pecca-
uimus in nos, ideò petimus vt dimittat nobis debita nostra:quia pec-
cauimus in proximum,ideò petimus,vt dimittat nobis debita nostra,
sicut & nos dimittimus debitoribus nostris Hoc pacto ergo & ea con-
ditione nobis dimittuntur, si nos dimittamus debitoribus, alioquin
Matt. 18 etiam dimissa reuocantur in debitum, secundum illud euangelij.Ser-
ue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne
ergo oportuit & te misereri conseruo tuo, sicut & ego misertus sum
tui?Et iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus quoadusque red-
deret vniuersum debitum: sic & pater meus cœlestis faciet vobis, si
non dimiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Vt ergo
Dominus euidenter ostenderet, quòd nullus est totius orationis fru-
ctus nisi debitoribus dimittamus, in fine eiusdem euangelij subiunxit
ad omnia,Si dimiseritis hominibus peccata eorum,dimittet vobis pa-
ter vester cœlestis peccata vestra.Si autem non dimiseritis hominibus
peccata eorũ,nec pater vester dimittet vobis peccata vestra.His ergo
qui debitoribus non dimittunt, hæc oratio non prodesse videtur, sed
obesse. Nam qui sic petit sibi dimitti, sicut debitoribus suis ipse dimit-
tit. profectò si nõ dimittit ipse debitoribus, videtur petere, vt sibi non
dimittatur. de consec dist.ij panem. Sed quæritur, quid † teneatur ille qui
dimittere, qui nec satisfacere vult, nec veniam postulare? Sanè distin-
guendum est inter perfectum & imperfectum. Is qui viam perfectio-
nis arripuit, etiam non petenti veniam omnibus modis indulgere re-
netur: vnde in canone Inno.de pœ.dist.v. c. fi. legitur:falsa est pœ-
tentia, si pœnitens offenso non satisfaciat: aut si offenderit offensos
non indulgeat. Qui verò nondum perfectionis votum assumpsit, te-
netur quidem rancorem cordis deponere:sed non tenetur satisfactio-
nem debitam condonare:vnde in canone Fabiani xxiij. quæ. iij. cum
in lege.ita canitur,Si quis contristatus reconciliari noluerit fratri suo,
satisfacientre eo, qui contristauit, acerrimis maceretur inediis, vsque
Matt. 5 dum gratãti animo satisfactionem recipiat. Quamquam omnes non
uersaliter teneamur diligere inimicos nostros, & benefacere his, qui
oderunt nos: & orare pro persequentibus & calumniantibus nos. xx.
distin. si quis. Quia verò sunt culpæ in quibus culpa est relaxare. iii.

dictam.xxviij.distinct. quæ sunt. & si † peccatum in nos teneamur di-
mittere, peccatum tamen in Deum & in proximum debemus punire.
Quisquis ergo laborat odio vel inuidia, grauatur magis hac oratio-
ne, quàm iuuetur, nisi iam propositum habet dimittendi. Veruntа-
men non in sua quisque, sed in totius Ecclesiæ videtur persona ora-
re, vnde non dicit, Dimitte mihi debita mea, sicut & ego dimitto de-
bitoribus meis: sed dicit,Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos di-
mittimus debitoribus nostris. Quidam etiam volunt ita illud intel-
ligi, Dimitte nobis,&c.id est, sic dimitte nobis debita nostra,vt & nos
dimittimus debitoribus nostris,quasi dicat.Da nobis donũ sciẽtiæ,lu-
ctum & virtutem, quatenus tam nostra,quàm aliena peccata cogno-
scamus & defleamus, vt nobis debita nostra dimittas: & ita consola-
tionem habebimus aduersus inuidiam, quæ facit hominem dolere &
de alieno bono tabescere: aduersus iram, quæ est contraria scientiæ:
quia ira impedit animum ne possit cernere verum. xj. quæst.iij.illa. &
cap.seq.per scientiam enim & luctum in præsenti remissionem accipi-
mus: & in futuro consolationem habebimus, iuxta illud quod legi-
tur, A delicto meo munda me: quoniam iniquitatem meam ego co- *Psal. 50*
gnosco: & Beati qui lugent,quoniam ipsi consolabuntur. Panem no- *Mat.5*
strum quotidianum, &c. Vnde in euangelio Ioannis, Domine semper *Ioan.6*
da nobis panem hunc:πᾶν autem Græcè, interpretatur Latinè Omne.
vnde oramus vt omniporens pater omnem victum spiritualem, &
carnalem & corporalem omni tempore largiri dignetur. † Quinque
autẽ panes sunt nobis necessarij: in via quatuor, & quintus in patria:
corporalis ad sustentationem, spiritualis ad informationem, doctri-
nalis ad eruditionem, sacramentalis ad expiationem, & æternalis ad *Deut. 6*
fruitionem. De primo legitur, Non in solo pane viuit homo. De se- *Mat. 4.*
cundo,Amice, accommoda mihi tres panes. De tertio. Venite, come- *Luc.11*
dite panem meum. De quarto, Qui panem Domini manducat indi- *1.Cor.11*
gnè, reus erit corporis Domini. De quinto. Ego sum panis viuus, qui *Ioan.6*
de cœlo descendi.Postquam enim fuerint homini peccata dimissa,ne-
cessarius est ei spiritus fortitudinis, vt præmissum est: ideò dicit, Pa-
nem nostrum quotidianum,id est, nobis quotidie necessariũ:alioquin
quod nostrum esset nobis dare non posset,nisi prius desineret esse no-
strum:extrà de fide instru c.inter Da nobis hodie. q.d da nobis spiri-
tum fortitudinis, qui multiplici pane roborat animam, ne deficiamus
in præsenti.esuriendo iustitiam,per quam expellentes acediam & tæ-
dium de bono, plena iustitia saturabimur in futuro: secundum illud,
Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. *Matth. 5*
Mat. dicit, † Panem nostrum supersubstantialem, quod duobus mo- *Matth.6*
dis potest intelligi:velut vna sit dictio:quasi Da nobis panem nostrum
supersubstantialem, id est, Christum qui est supersubstantialis, id est,
super omnem substantiam,scilicet creatam, qui panis est in altari:vel
vt sint duæ dictiones,quasi da nobis panem nostrum,id est,Christum,
qui est

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui est proprius cibus fidelium : & hoc super panem,id est, præter pa-
nem substantialem,id est,necessarium ad sustentationem. q.d. Da no-
Luc.11 bis vtrumque,scilicet mentis & corporis. Lucas dicit, Panem nostrum
quotidianum,quod tam de corporali,quàm de sacramentali pane po-
test intelligi : videlicet de viatico, Græcus habet ἐπιούσιον, quod inter-
pretatur supersubstantialem.de consec. dist.ij. in calice in fi. Hebraus
verò segola,quod interpretatur egregium, vel peculiare. Ob hoc for-
tè Lucas videns Matthæum dixisse segola, quod sonat peculiarem,de-
xit quotidianum. Græcus autem interpres Matthæi, quia vidit eum
dixisse segola,quod sonat egregium, dixit ὑπερούσιον, scilicet superlub-
stantialē.Fiat voluntas tua. Hoc † rogamus, vt quomodo angeli, vel
omnes sancti inculpabiles Deo seruiunt, ita & nos absque graui pec-
cato illi seruiamus in terra. Voluntas Dei, dupliciter intelligitur,sci-
licet & beneplacitum Dei æternum, & signum beneplaciti tempora-
lis.Beneplacitum Dei æternum,semper impletur. vnde,Voluntati eius
Rom. 9 quis resistet ? & Omnia quæcumque voluit Dominus,fecit. Signa be-
Psal.134. neplaciti temporalis sunt quinque : præceptio, prohibitio, permissio,
Psal. 109 consilium,& operatio: vnde,Magna opera Domini exquisita in omnes
voluntates eius. Hæc non semper implentur, sed, vt impleantur: ora-
tur:vnde dicitur,Fiat voluntas tua,id est,opere compleatur,quod pre-
cipis,quod consulis,quod suades:quia non sufficit voluntas, nisi adsit
facultas.lxxxvj.d.non satis. Sicut in † cœlo & in terra, id est, sicut illi
qui sunt in cœlo,voluntatem eius faciunt,sic & nos in terra faciamus:
vel sicut in cœlo & in terra,id est, sicut in angelis, ita & in hominibus
Gal.5 vel sicut in perfectis, ita & in conuersis. Vel sicut in Christo, ita & in
Ecclesia : vel sicut in mente,ita pariter & in carne:vt caro non concu-
Psal. 37 piscat aduersus spiritum:secundum illud:Cor meum & caro mea exul-
in d.v.dist. da nobis spiritum consilij, vt faciamus voluntatem tuam,
Matth. 5 maximè misericordiam,quæ perimit auaritiam, quatenus misericor-
diam consequamur : secundum illud, Beati misericordes. q. mi. con.
Sicut enim auaritia consistit in acquirendo, & retinendo : ita misera
cordia consistit in dando & dimittendo. Huius petitionis & aliarum
duarum impletio, inchoatur in via, & consumatur in patria, vbi nil
velle poterimus,nisi quod Deum velle sciemus,tunc diligemus Deum
ex toto corde,& ex tota mente, & ex tota anima. Et ex † corde,id est,
intellectu, diligimus filium:toto,id est,sine errore. Ex mente,id est,
memoria,diligimus patrem, tota, id est, sine obliuione. Ex anima, id
est,voluntate, diligimus spiritum sanctum:tota, id est,sine contrarie-
tate:patrem potentem, filium sapientē, spiritum sanctum benignum,
id est,trinitatis potentiam,sapientiam & bonitatē. Adueniat regnum
tuum. Hoc rogamus vt semper Christus regnet in nobis, & non per-
catum, vt nos paratos inueniat quando animam à corpore iubebit
exire. Regnum autem Dei dicitur, & † militans Ecclesia, quia regi-
tur: & triumphans Ecclesia, quia regnat. Item regnum Dei dicitur, g

gratia fidei, & gloria spei. Rursus regnum Dei, dicitur & intellectus
scripturæ, & locus patriæ. De regno militantis Ecclesiæ scriptum est,
Exibunt angeli messores, & colligent de regno eius omnia scandala. Matt. 13
De regno triumphantis Ecclesiæ reperitur,Venient & recumbent cum Matth.8
Abraham,Isaac & Iacob in regno cœlorum. De regno fidei dicit scrip- Luc.17
tura,Regnum Dei intra vos est. De regno spei Dominus ait: Percipite Matt. 25
regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. De regno scriptu- Matt. 21
ræ legitur, Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti Matt. 13
fructus eius. De regno patriæ reperitur, Fulgebunt iusti, quasi sol in
regno patris eorum : sed etiam ipse Christus dicitur regnum Dei se-
28 cundum illud, Si ego in digito † Dei eiicio dæmonia, profectò venit Luc.11
in vos regnum Dei. Adueniat igitur regnum tuum, id est,adueniat re-
gnum ad regnum, militans scilicet ad triumphans. Vel regnum tuum
adueniat, id est, ad videndum te veniat : vt regnum fidei ad regnum
spei transeat : quoniam hæc est vita æterna, vt cognoscamus te solum,
verum Deum, & quem misisti Iesum Christum, quasi dicat, Da nobis Ioan.17
spiritum intellectus, quo mundati corde intelligamus te in præsenti
regnare, per fidem: vt in futuro, videamus te regnantem in nobis per
spem.Tunc cognoscemus, sicut & cogniti sumus, videntes tunc, qua- 1. Cor.13
si per speculum in ænigmate,sed tunc facie ad faciem eum videbimus:
quomodo videbimus Deum Deorum in Sion.Quod est contra gulam,
de qua propheta,Vinum(inquit)& ebrietas auferet cor. Per intellectum Osee. 4
enim desinit homo carnaliter viuere. Vnde Hieron. Ama scientiam
29 scripturarum, & carnis vitia non amabis. Sanctificetur nomen tuum.
† Hoc rogamus, vt nos sancti simus, & iusti, & recedamus à malo, &
semper faciamus bonum. Et nota, quòd nomen patris quatuor modis
sanctificatur: in filiis duobus modis: in via,& duobus in patria. In via,
per efficientiam & perseuerantiam : in patria per consummationem &
effectionem. In via namque nomen patris sanctificatur in filiis, quan-
do sanctificationis effectum operatur in eis. Vel;quando sanctificatio,
quam acceperunt in nomine patris, perseuerat in illis. In patria verò,
nomen patris sanctificatur in filiis : quia sanctificatur & confirmatur
in eis, vt numquam possit à filiationis gratia separari : hîc est quasi
mobile nomen patris in filiis. Nam & Iudas quandoque fuit filius, &
quandoque non fuit : pro qua possibilitate mouendi, dixit Apostolus
& habetur iij. quæst. vij § quod testatur: Castigo corpus meum, & in
seruitutem redigo: ne fortè cùm aliis prædicauerim, ipse reprobus ef- 1. Cor. 9
ficiar. Ibíque nomen patris sanctificatur in filiis, quia vbi tales sunt,
in quibus pater sanctus apparet:tunc erunt manifesti, qui tunc sunt oc-
culti secundum illud, Nos insensati vitam illorum existimabamus in- Sapien. 1
saniam : & finem illorum sine honore : & ecce, quomodo computati
sunt inter filios Dei,& inter sanctos sors illorum est.Dicitur ergo,San-
ctificetur nomen tuum: quasi dicat,Da nobis spiritum sapientiæ, prout
dicitur à sapore, id est, iucunditatem æternam, vt gustemus quàm

suauis

suauis est Dominus, generans in nobis pacem, id est, motuum interiorum quietem, vt caro nostra non concupiscat aduersus spiritum: quia
Psal.33 non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum: vt ita sanctifi-
Galat 5 cetur nomen tuum, id est, pater in filiis, quatenus in præsenti difficile,
Psal. 37 in futuro nequaquam à filiationis gratia separemur: quod est manifestè contra luxuriam: quia qui laborat, non iucundatur in ea: & qui pacem mentis non habet, filius Dei non est, sed iumento assimilatur: quia
Iob. 1 quasi iumentum in suo stercore computrescit: gustato enim spiritu, desinit omnis caro. In † fine dominicæ orationis ponitur, Amen: quod ad omnes petitiones refertur. Hebræus autem ponit in fine, vnum ex his tribus, Amen, Sela, Salem, quæque sonant verè semper pacem. De Amen, dictum sub titulo de salutatione ad populum: licet autem Amen, quandoque affectum optantis exprimat, hic tamen conclusionis affirmationem ostendit. Vnde glossa Matth. vj. Amen significat in his omnibus petitionibus indubitanter à Domino tribui quod petitur, si vltimæ conditionis pactum seruauerimus: vnde subdit: Si dimiseritis, &c. & ideò Amen hic non à populo, vel à clero: sed à sacerdote profertur, cum ipse sit mediator inter Deum & hominem: quia eius est vota populi Deo offerre, & ipsius voluntatem populo renuntiare, sicut legitur Exod. xix. Magis † congruit illud à sacerdote proferri, à quo si conuenit petita à Domino fuisse concessa affirmari, quàm à populo, cui huiusmodi renuntiatio ipso mediante fieri debet. In aliis verò orationibus, quæ in officio ecclesiastico dicuntur, Amen exprimit potius affectum optantis, quàm conclusionem affirmantis: ideóque in illis congruè profertur à populo, à quo optatur: quod in illis à sacerdote orante postulatur. Profert tamen hic sacerdos Amen, sub silentio. Primò in signum, quòd Dominus vult orantes latere, quòd à Domino exauditi sint ne postmodum repescant. Secundò, quia si altè proferret, Amen, quo affirmatur orationem dominicam exauditam esse, iudicaret posset præsumptio, & quædam ostentatio sacerdotis.

ANNOTATIO.

* Alba) Vel seruans pueros, *παῖδας φύλαττων*. si verbum componitum explices.

SVMMARIVM.

1 *Missæ tertia pars, vbi incipiat.*
2 *Emboliſmus duplex.*
3 *Emboliſmorum & præfationum consuetudo.*
4 *Pacem petens sacerdos, quorum precibus innitatur, & suffragia. C. Tertia numer. 5.*

Tertia pars missæ de silentio, post dominicam orationem.

XAP. XLIX.

1 TErtia pars missæ incipit in hac oratione, Libera † nos quæsumus Domine &c. Quæ oratio, dicitur *ἐμβόλισμος* vel superexcrescentia, ex eò quod nihil in ea petitur, quod in præcedenti oratione dominica petitum non fuerit: nec tamen superfluit, quoniam est repetitio & expositio nouissimæ petitionis illius. Illa enim dicit, Libera nos à malo: ista dicit, Libera nos quæsumus, &c. Et subdit, à quibus malis: scilicet à præsentibus, præteritis & futuris: subditur etiam transitus ad orationem, pro pace ibi: Intercedente beata, &c. Vel dicitur superexcrescentia. quia in primitiua Ecclesia multo tempore dicta non fuit. Et nor.
2 quod † duplex est *ἐμβόλισμος*: videlicet quotidianus & annuus: quotidianus est hæc oratio cum enim Amen sit finis dominicæ orationis: & illud reseruetur sacerdoti, à clero dicente: Sed libera nos à malo, vt præmissum est: patet quod hæc oratio intelligitur emboliſmus, non solum quotidianus, verumetiam dominicæ orationis. Emboliſmus etiam quotidianus, sunt præfationes: vt, Verè dignum, &c. Et, communicantes, &c. &, hanc igitur oblationem offerri &c. te igitur clementissime pater. Annuus verò emboliſmus, est consecratio olei infirmorum, de qua dicetur in sexta parte sub titulo de cœna Domini: & benedictio
3 vuarum & agni paschalis & huiusmodi: & etiam frugum & fabarum primarum, quæ ex institutione Euthiciani papæ super altari benedicuntur. Emboliſmo finito non concluditur, per Dominum. † Hæc enim est emboliſmorum & præfationum consuetudo, sed ei continuatur oratio, Da propitius pacem, &c. Da pacem, inquam, pectoris, vt simus à peccato liberi. Da pacem temporis, vt simus ab omni perturbatione securi: nocet enim infirmis perturbatio: & ecce quàm apertè enodatur à quibus malis erui deprecemur. Hæc autem oratio, Libera nos, &c. sub silentio dicitur: prout dictum est sub titul. de Pater noster super verbo, Oremus præceptis, quod silentium significat sabbatum, quo corpus Domini in sepulchro quieuit, tunc enim nullus fidem prædicauit. Vnde Luca testante, Mulieres, quæ parauerant vnguenta, sab- *Luc. 23*
bato quidem siluerunt, secundum mandatum legis. Christi tamen non siluit: imò ipse qui secundum carnem in sepulchro quieuit, secundum animam descendit ad inferos, vt fortior superueniens superaret fortem armatum: ad quod significandum Ecclesia Romana, dicit ipsam orationem alta voce in die parasceues: & Mediolanensis semper: & tunc momordit infernum, ducens suos vinctos de lacu, in suo non erat aqua, liberans eos de malis præteritis, præsentibus, & futuris: & dans eis perpetuam pacem: in qua sunt semper & à peccato liberi, & ab omni perturbatione securi. Vnde de hoc lacu liberari se, & totam
4 Ecclesiam orat presbyter dicens, Libera nos, &c. Et † quia nos indigni

sumus

sumus veniam de præteritis & præsentibus atque futuris promereri, nisi nobis donetur oratione beatæ virginis & beatorum Petri & Pauli, atque Andreæ, & aliorum sanctorum, ideò hic eos in nostrum patrocinium inuocamus. Ad impetrandum ergo pacis gratiam, implorauit mater Salomonis, id est viri pacifici, & Michaël nuntius pacis, & Baptista præco pacis, & tres Apostoli testes pacis, & non plures: quia in ore *Matt. 12* duorum vel trium testium stat omne verbum. Prius ergo orauimus, vt liberaremur à malis, nunc verò pro pace oramus. Rursus licet omnes Apostoli superius fuerunt propter authoritatem apostolatus connumerati, in hac tamen oratione, quæ triduum, quo Dominus in sepulchro iacuit, designat, tres repetuntur & specialiter isti tres propter aliquas eorum prærogatiuas, videlicet propter priuilegium prærogatiuæ dignitatis, quo ad Petrum: propter priuilegium prædicationis & immensi laboris, quo ad Paulum: propter priuilegium nimium conuenientiæ crucifixionis, quo ad Andræam. Adhuc † in hac oratione est intentio inuocare non solum Apostolos, verumetiam omnes sanctos, quia triplicem statum distinguuntur: sicut & omnes qui sunt in Ecclesia militante: aut enim fuerunt, vel sunt in statu coniugali, qui per Petrum, aut in statu continentiæ, aut viduali, qui per Andræam, qui secundum Chrysostomum, creditur in viduali statu fuisse: aut in statu virginali, qui per Paulum designatur ad quem statum etiam angeli reducuntur, quia virginitas, est soror angelorum, & de beata Maria etiam fit mentio, tanquam de porta misericordiæ. Postremò nota, quod post sectam tria dicuntur ad mysterium consecrationis corporis Dominici perficiendum, videlicet, Præceptis salutaribus: & oratio dominica, & hæc oratio, Libera nos quæsumus: & hoc propter tres dies, quibus Dominicus corpus iacuit in sepulchro: siue propter triplicem legem, scilicet naturalem, Mosaicam, & Euangelicam.

SVMMARIVM.

1 *Patenam tradit sacerdoti diaconus, finita oratione Dominica.*
2 *Patena cur se signet sacerdos.*
3 *Sacerdotis manum seu humerum dextrum diaconus osculatur. Et quare id.*
4 *Patenam ad quid osculetur sacerdos.*

De resumptione patenæ.

CAP. L.

Psal. 29 QVia post passionis tristitiam ad resurrectionis gaudium peruenitur, iuxta illud, Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia: ideo subdiaconus interea dum chorus respõdet. Sed libera nos à malo accedens † ad diaconum, tradit illi patenam inuolutam: diaconus verò illam recipiens eam reuelat, & reuelatam repræsentat, & tradit sacerdoti, osculando illius manum, aut humerum dextrum. Sacerdos

Sacerdos verò cum ea signum sanctæ crucis sibi facit in facie, & eandem postmodum osculatur. Hi quidem tam numero quàm obsequio sanctas illas mulieres significant, de quibus narrat euangelista Matthæus: quòd vespere sabbati, quæ lucescit in prima sabbati, venit Maria, & altera Maria videre sepulchrum, præsentantes patenam, id est, *Matt. 28* cor patens latitudine charitatis, in obsequium sepulturæ. Iuxta quod legitur, quòd mulieres emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum: & valde mane vna sabbatorum, veniunt ad monumentum orto *Mar. vlt.* iam sole: & dicebant ad inuicem, Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Accessus igitur diaconi qui Marias significat in tradendo patenam, significat illud quòd Mariæ venerunt videre sepulchrum: & resurrectionem Christi latè credentes, eam Apostolis nuntiauerunt: qui demum Domino suæ fidei latitudinem charitatis acceptat. Vel per subdiaconũ intelligitur Nicodemus, qui etiam latè credidit, & obsequium exhibuit saluatori. Quòd verò patena prius inuolura, dehinc reuelata ad altare de- *Ioan. 20* portatur: hic est Moses de fiscella ad regiam perductus domũ. Exo. ij. Lex quidem quæ latuit, sed cognita mysteriis ab ecclesia exaltata, ad 2 Christum ascendere de Aegypto docens. Quod verò sacerdos † super patena sibi à ministris oblatam signum crucis facit, repræsentat illud, quod in Matthæo legitur quod principes sacerdotum, & Pharisæi signauerunt lapidem cum custodibus sed nec ratio ista, nec signũ sanctæ crucis necessitatis sunt. Item quod patenam oblatã recipit, significat quod Christus omnes ad se ex charitate redeũtes cum desiderio recipit: quod etiã ex eo patet, quòd statim Marię perseueranti & aliis comparuit. De hoc etiam dictum est sub tit. de oblatione sacerdotis. Post traditam diacono patenã, subdiaconus manipulum, qui patenam tenuerat inuolutam, plicatam non super pallam altaris, sed alibi deponit, in quo significat illud, quod legitur Ioan xx. quia Petrus in monumentum intrans, vidit sudarium, quod super caput Christi fuerat non cum linteaminibus positum, licet separatim in vnum locũ inuolutum. † Diaconus autem manum seu humerum dextrum sacerdotis 7 osculatur ad notandũ, quod ipse vult esse socius in passione, vt socius sit in regno, extrà de sepulc. c. j. secundũ quod dicit Apostolus: Si compatimur, & conregnabimus. Rursus, quod osculetur dextrũ illius humerum, significat, quòd Deum hic videre non possumus, nisi per speculum & in ænigmate, in futuro verò videbimus eum, sicuti est: quia verò crucifixus ardenti desiderio quęrebatur, iuxta quod angelus inquit mulieribus: Scio, quia Iesum quæritis crucifixum, idcirco cũ pa- *1. Ioan. 3* tena signatur crux in facie sacerdotis: in qua maximè vires animę vigent: & vt hoc signo munitus põssit Dei seruitium, sine impedimento *Matt. 28* consummare. Statimque sacerdos osculatur patenam, ostendẽs, quod Christus confestim implcuit desiderium mulierũ. Mox enim occurrit *Matt. 28*

Universidad de Deusto
Biblioteca

illis, dicens: Auete: quæ procidentes tenuerunt pedes eius, & adorauerunt. Nec est dubium, quin pedes eius fuerint osculatæ: de hoc sub titulo de osculo pacis dicetur. Osculatur etiam patenam, quasi petens à Deo pacem corporis & animæ. Oratur etiam pro pace temporali, quod fit specialiter in quibusdam Ecclesiis, osculum etiam huiusmodi charitatem significat, prout dicetur ibidē. ¶ Rursus, ideò se signat cum patena, & osculatur pòst illam, ad notandum, quod si per passionem Filij reconciliamur Deo Patri, erimus & hæredes regni cœlestis: vel signum crucis, cum osculo significat gloriationem Christi in cruce cum charitate. Quidam etiam cum patena se signant ante pectus, per quod significatur syncera affectio, quę per partes corporis & cordis in sacra Scriptura significatur. Quidā autem priùs osculantur patenam, cùm dicunt: Da propitius pacem: & posteà cum osculata patena in vltima clausula, scilicet ab omni perturbatione securi, se signant, quia per crucem, & hoc sacrificium & odorem eius omnia in cœlis, & in terris pacificata denuntiant. Quidam quoque consequenter osculantur summitatem, & pedem calicis: quod osculum prætendit intimum effectum ad monumentum seu sepulturā Christi, exemplo Magdalenæ, quæ ex affectu stabat ad monumentum foris ploraus, vt dicitur in Ioanne. Osculum quoque pedis calicis, significat osculum pedum Christi, de quo iam dictum est. Aliqui etiam cum patena summitatem, latus & pedem calicis tangunt, quod similiter ex affectu intimo faciunt, quasi totum monumentum amplectentes, quod per calicem & patenam repræsentatur: hoc enim proprium est feruentes amantium, quòd non satiantur dilectum ex omni parte corporis tangere, & etiam res dilecti: quod maximè ostendit Magdalena, quæ à monumento non recedebat. Tactus quoque cum patena in summitate, & latere, & pede calicis, significat tres cruciatus Domini, scilicet in capite, in latere, & in pedibus.

Ioan. 10

SVMMARIVM.

1 *Hostiæ fractio, quomodo fieri debeat. & numero. 2. 3. 8. 10. 11. 12. 13. 15. 16. 18. 19.*
4 *Hostiæ fractio ad quid fiat.*
5 *Hostia primò per medium frangitur. & quare idipsum.*
6 *Hostia altera dimidietas, cur iterum diuidatur.*
7 *Hostiæ particula, post subdiuisionem remanens in sinistra, cur coniungetur parti super patenam positæ.*
9 *Beatorum tres ordines.*
14 *Sacerdos, cur dicit in Missa sub fractione hostiæ: Pax Domini sit semper vobiscum.*
17 *Hostiæ particula, cur mittatur in sanguinem.*
20 *Hostia, cur diuidatur in tres partes.*
21 *Hostia tres partes, quid significent. & nu. 22.* 23 *Bene-*

23 *Benedictio solennis cur detur ab Episcopo, in Missa verò pro defunctis, minus. num. 24.*

De Fractione hostiæ.

CAP. LI.

FInita oratione præmissa, scilicet: Libera nos, resumpta patena diaconus discooperit calicem, inde remouens Corporale, & super calicem sedulò intuetur. Deinde sacerdos intendens hostiam † frangere, ipsam de altari leuat, supponens illi patenam & super ora eius collocat. inde tollens eam super calicem per medium frangit, dicens: Per eundem Dominum nostrum. Et in quibusdam Ecclesiis partem, quæ post fractionem in dextera manu remansit, ponit super patenā, dicendo: Qui viuit, &c. Partem verò, quæ in sinistra remansit, iterū per medium frangit, & particulam, quæ post subdiuisionem in sinistra manu remansit, coniungit parti prius super patenam positæ dicendo, In vnitate sancti Spiritus, &c. Alteram verò particulam in dextra remanentem, tenet super os calicis, cum duobus digitis, scilicet cum pollice & indice, & erecto calice simul & ipsa particula, parùm cum ambabus manibus elenaris alta voce, dicens: Per omnia secula seculorum, quo dicto calicem simul cum hostia deponit proferens: Pax Domini sit semper vobiscum, & hoc dicendo, producit ter signum crucis super calicem, dicens, Fiat commistio corporis, &c. & posteà per Episcopum datur benedictio solennis. De singulis igitur est videndum, & primò quare diaconus discooperit calicem, & in eum discoopertum intuetur. Circa quod dicendum est, quòd os calicis, in hoc loco ostium significat monumenti: de quo diaconus Corporale remouet, & in eo sedulò intuetur, significans quod angelus Domini lapidem ab ostio monumenti reuoluit & linteamen amouit: & in sepulchro diligenter aspexit. Secundò videndum est, quare sacerdos hostiam super patenam locat, & inde eam tollens super calicem frangit. Circa quod dicendum est, quod per calicem Christi passio, vel etiam æternæ beatitudinis fruitio designatur, vnde Psal. Et calix meus inebrians quàm præclarus est, & iterum: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ &c. Per patenæ rotunditatem, bonorum operum perfectio significatur.

1

2 Sacerdos ergo volens hostiam † frangere, primò eam super patenam locat: vt inde illam tollens super calicem frangit: ad significandum, quod nemo passionibus mundi meritoriè valeat exponi, vel etiam ad æternæ beatitudinis fruitionem admitti, nisi prius in bonorum operum perfectione fuerit solidatus: vnde Apostolus ad Ephe. vj. Accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die mala, & in omnibus perfectè stare. Ad hoc patena † hostiæ supponitur, & super calicem frangitur, ad significandū quod Christus ex latitudine charitatis per patenæ dispositionē significatæ se supponit passioni. Rursus super calicem

3

frangitur, ne minutiæ spargantur, sed in eius concauitate caute recipiantur. Alibi tamen super patenam posteà frangitur, vt ipse panis vi-
Ioan. 6 uus qui de cœlo descendit fractus, pro nobis in ara crucis rememoretur. Alibi quoque hostia comedenda de altari tollitur: nam in veteri Testamento sacerdos panes Propositionis de altari sublatos comedebat: prout dictum est sub titulo de oblatione sacerdotis. Tertiò videndum est quare hostia † frangitur: & quidem, quia in lege iubebatur similago frustatim offerri: sed & Redemptor noster benedixit panem & fregit, fractumque Discipulis distribuit, & ideò sacerdos & le-
Matt. 26 gem & Christum sequens, panem sacrosanctum in tres partes partitur: vt in fractione panis Dominum agnoscamus, sicut & illi duo dis-
Luc. 24 cipuli, Dominum cognouerunt: quibus ipse resurrectionis die cunctis in Emaüs apparuit. Dum enim, sicut ait Prosper de consecratione distinctione ij. frangitur hostia, & sanguis in ora fidelium infunditur, immolatio corporis Christi in cruce, & effusio sanguinis eius de latere designatur. Quartò, quare per † medium hostia frangitur? Circa quod notandum est, quod in duas medietates frangitur, iuxta duplicem prædestinatorum statum, scilicet æternæ gloriæ: & temporalis miseriæ: ideoque vna medietas subdiuiditur in duas partes: quarum vna est de prædestinatis, qui purgantur in Purgatorio: alia pars illis, qui adhuc viuunt in hoc mundo caduco, prout infrà dicetur. Quintò, quare pars hostiæ post fractionem in manu dextra remanet, potius ponitur, super patenam, quàm quæ in manu sinistra remanet? & quidem pars ipsa, quæ in dextra manu remansit, designat prædestinatos, qui iam sunt in gloria: & iam tenent illam rectitudinem, cui nulla rectitudo admisceri poterit, & ideò meritò in parte dextra tenetur. Altera verò pars designat illos prædestinatos, qui adhuc sunt in temporali miseria: vbi multa obliqua, & pauca recta inueniuntur: quare meritò in sinistra tenetur. Illa igitur, quæ est in dextra, cùm diuidenda non sit, vt iam dicetur, super patenâ deponitur: quę verò est in sinistra, cùm dividenda sit, non deponitur, sed diuidẽda retinetur. Sciendum est, quod illi qui sunt in gloria, vniformem statum tenent, & super patenam collocata, quæ illos, vt præmissum est, signat, non frangitur, sed illi, qui sunt in temporali miseria, in statu, & miseria, sunt diuisi. Nam alius est status miseriarum, eorum qui adhuc viuunt in corpore, & alius est eorum, qui purgantur in Purgatorio igne: ideò pars, quæ in sinistra tenetur, illos significans, diuidi debet. Septimò, quare † particula post diuisionem remanens in sinistra, coniungitur parti super patenam priùs positæ? Ad quod dicendum est, quòd secundum Aug. Deus duas habet manus, scilicet dextram, qua miseretur, & sinistram qua punit illos, qui sunt in Purgatorio, inquantum ibi purgãtur. Ista respondet sola punitio, & ideò particula, quæ in sinistra tenetur, illos figurat.

figurat. Hi verò, qui sunt adhuc in præsenti vita, in qua est status miserẽdi, cõsequi possunt misericordiã: & ideò ipsi per aliã particulã, quæ est in dextra, signantur. Quia ergo de his, qui sunt in Purgatorio, nulla est dubiũ, sicut de illis, qui sunt in Paradiso, quantum ad futuram gloriam, ideò meritò particula, quæ erat in sinistra, eos designãs, cõiungitur parti priùs super patenam positæ, quæ illos qui sunt in Paradiso designat, quoniã isti illis indubitanter sunt coniungendi: de hoc tamẽ aliter infrà dicetur. Sed particula, quæ in dextra parte remãsit, (quæq; designat eos, qui sunt in vita præsenti) illi parti quæ est super patenam, non coniungitur: sed in sanguinem mittitur: quia illi adhuc egent meritis Passionis Christi, quæ merita processerunt ex effusione sanguinis agni immaculati. Ex præmissa autem duarum partium coniunctione duo resultant quasi in modum lunæ cornua connexionem vtriusque Testamenti in Christi passione factam designãtia: & illa versus calicem corrigenda sunt, quasi sibi incorporent sanguinem, sine quo corpus non est. In hac etiam cõiunctione repræsentatur, quòd postquàm aliqui tam præsentibus quàm futuris pressuris purgati fuerint, ipsi Deo, qui est nostra beatitudo, perfectissima vnio-
8 ne iungentur. † Octauò, quare præmissæ duæ partes extrà calicem, super patenam reseruantur, super quo aiunt quidam quòd tres par-
9 tes hostiæ, tres status † Beatorũ figurãt: scilicet qui sunt in cœlo, qui in purgatorio, & qui in mũdo versantur, vt iã dicetur. Per calicẽ autem, secundum aliquem respectũ, ipsa æterna fruitio, vt præmissum est, figuratur. Quia ergo tam illi, qui versantur in hoc seculo, quàm illi qui sunt in Purgatorio, nondum ad illã fruitionem admissi sunt, ideò ipsæ duæ partes extra calicem reseruantur donec sumantur. Sed hæc ratio non concordat per omnia cum præmissis, & ideò alia ratio inferiùs assignatur. Potest etiã dici, quod duæ hostiæ partes ideò super patenam ponuntur: quoniam si omnes partes super os calicis ambabus manibus tenerentur, multa quidem pericula contingere possent, de facili enim posset errare, & pars non mittenda in calicẽ mitti: vel propter manuum tremorem partes possent in calicem cadere. Sacerdos etiam taliter impeditus, non posset quæ incumbunt liberè expedire, & similia. Alij tamen omnes partes supra os calicis tenent,
10 ne fortè propter illarum deportationem seu translationem aliqua inde particula cadat, aut remaneat in patena: de quo etiã sub tit. de cõmunicatione Sacerdotis dicetur. † Nonò, quare particulã, quæ remãsit in dextra, sacerdos super os calicis tenet? Ad quod dicẽdũ est, quòd particula ipsa, vt præmissũ est, repræsentat illos, qui adhuc in corpore viuentes indigent misericordia Dei, sine prædictis meritis Passionis Christi & sanguinis eius effusionis præcedentibus. Tenetur ergo ipsa particula, supra os calicis, respectu directo ad sanguinem, vt detur intelligi intentio, necnõ expectatio, & cõsideratio viuentium, quò ad merita & passionẽ Christi, & tenetur cum pollice, per quem

vigor virtutis,& cum indice,per quem mentis discretio significatur ad ostendendum,quòd cũ fidei vigore & mentis discretione hæc cõsideranda & expectãda sunt. Vel cum duobus digitis tenetur,ad designandum duplicẽ naturam,quæ fuit in corpore Christi, diuinitatem scilicet & humanitatem. Et coniungitur sanguini, ad ostendendum, quòd qui dignè & cum fide merita,& passionem Christi cõsideris, & expectant;eius passione & meritis iuuantur. Decimò † quare sacerdos dicturus:Per omnia secula seculorum,se erigit?Et est dicendum, quòd cùm ipse petere velit perpetuam existentiã Domini nobiscum, & omne datũ optimum,& omne donum perfectum desursum existens a ij.quàm pio.meritò ad Deum se tunc corpore & mente erigit, speràs se accepturum,quod petit. † Vndecimò, quare verba ipsa proferens vocẽ suã exaltat,& parum calicem eleuat,super quo dicẽdũ est,quod sacerdos Christi vicarius,hostia,vt præmissum est,fracta,mox pacem annuntiaturus,vocem exaltat:vt populus pacẽ desideranS, hoc intelligens dicat: Amen,xxxviij.dist.sedulò.& calicem parùm altari eleuatur,descenderat eleuatus per resurrectionem à mortuis, pacem postmodùm Discipulis timẽtibus nuntiauit,dicens eis: Pax vobis.Potest etiã dici;quòd quemadmodùm præmissum est,particula,quę super os calicis tenetur,repræsentat viuentes,& credẽtes,& expectantes iuxta meriti Passionis,& effusionis sanguinis Christi. Sed, vt credamus duo.primũ scilicet Christum,verum fuisse Deum,& sanguinẽ & corpus nunquam fuisse à diuinitate separata,secundum,Christum fuisse verum hominem & corpus verum,& sanguinem verũ,dicta non contra sequimur:propter hoc ergo calicem, & dictã particulã parum sunsit eleuat,vt ostẽdat,quòd firmiter credimus primum:& eã statim depo- nit,vt ostendat,quòd etiã eodem modo credimus secundum. † Dicit decimò,quare dicta eleuatio,& depositio,fit cum vtraq; manu & non cum altera tantùm?Ad quod dicẽdum,quòd hoc fit, vt per hoc detur intelligi,quòd sicut præmissa duo credit intellectu : ita amat & appetit affectu & toto conatu. Fit etiam hoc modo, vt securius & dicẽter fiat.† Decimotertiò quare mox dicit altiori voce:Pax domini, &c.& quidem,quia nõ solùm per signa,veruntamen per verba resurrectionis est gaudium exprimendum : ideò sacerdos per lætitiã de resurrectione habitã procedẽs statim depositio calice altiori voce dicit : Pax Domini sit semper vobiscum, repræsentans, quòd vna sabbatorũ Iesus postquàm surrexit à mortuis,stãs in medio Discipulorũ, dixit eis Pax vobis.& iterum:Pax vobis Io.20.quasi dicat: Do vobis pacẽ pectoris in via,& pacem æternitatis in patria. Idẽ ergo innuit sacerdos dicens:Pax Domini,id est,pax pectoris sit semper vobiscum,id est præsenti hìc:& pax æternitatis in futuro. Hæc quidẽ pax est illa, quæ tunc iustis data est, quando anima Christi in Infernũ descendens inde omnes fideles eduxit,absterges omnem lachrimam ab oculis eorum

Ioan. 20

Ioan. 20

Apoc.7

rum,vt ampliùs non sit eis dolor, sed pax, qua cum eo viuant in æternum:vel illa,quæ data est corpori Christi,quando anima eius ad corpus rediit:vt sicut nunquã anima turbata est,pro corporis morte, ita nec ipsum corpus vlterius de sua mutatione turbetur,sed vtraq; pace fruatur, & semper de æterna beatitudine lætetur. Decimoquartò, quare dicendo,Pax Domini, &c. facit signum crucis supra sanguinẽ, cum dicta hostiæ particula? Ad hoc dicendum est, quod tres cruces significãt triduum,quo Christus fuit in sepulchro : vel quòd tres mulieres quærebant Christum crucifixum,ad ostium monumenti : vnde illud:Quem quæritis?viuentem cum mortuis?Decimoquintò,quare dicto,Pax Domini,&c.chorus respondet:Et cum spiritu tuo ? & quidem hoc dicendo,optat pacem ipsi sacerdoti:& petit etiam pacem sibi dari,& vt dignus sit illam recipere;prædicit ter Agnus Dei.Veruntamen Papæ celebranti in Ecclesia Sanctæ Mariæ maioris in vrbe, & dicenti,Pax Domini respondetur:prout in vj. Parte sub titulo de Pascha dicetur.Decimosextò,quare † dicta hostiæ particula immittitur in sanguinem?Nempe fit hæc commistio, primò ad notandum quòd Christi corpus non fuit sine sanguine, nec sanguis sine corpore. Secundò,ad designandum,quòd vnum sacramentum conficitur ex speciebus panis & vini.Tertio, corporis & sanguinis post trinum crucis signum permistio,est animæ ad corpus reditio.Omnibus enim in cruce & in terra pacificatis virtus Trinitatis animã crucifixi reduxit ad carnem,ne derelinqueret animam eius in inferno, nec daret carnem eius videre corruptionem.iuxta,quod ipse dicit in Psal.Ego dormiui & somnium cepi:exurrexi, quia Dominus suscepit me. Significat ergo vnitatem & animæ & carnis, quæ in resurrectione Christi denuò sunt vnitæ.Nam vt præmissum est, panis ad carnem, & vinum refertur ad sanguinem, quia secundum Philosophum in sanguine est sedes animæ.xxxiij.q.ij. Moses. de hoc etiam sub titu. de Oblatione dictũ est. Decimoseptimò,quando immissio † fit facienda:& quidem aliqui infundunt particulam ipsam in calicem,postquàm dicunt: Pax Domini,&c.quoniam manifestum est pacem datam esse hominibus bonæ voluntatis,per resurrectionem quam verba ipsa significant. Alij verò dicto,Pax Domini,&c.& dicto etiam prius, Agnus Dei,&c.demũ immittunt ipsam in sanguinem, vt eorum oratio efficacior sit, pro eo quòd tenentes eam in manibus, dum dicunt, Agnus Dei, &c. oculo corporali & mentali reuerenter intuentur. Tertij vero eam immittunt cum dicunt:da nobis pacem. Cùm enim ter dicatur, Agnus Dei: & in primis duabus vicibus dicatur, Miserere nobis,in primo dicitur, Miserere nobis,quantũ ad animam,quę maximè fundatur in sanguine.In secundò quantùm ad carnem:patet,quòd ista duplex oratio diuisim dicitur:& ideo illa pars hostiæ per quã caro significatur:& sanguis,per quem anima intelligitur,non debent coniungi,dũ illis duabus vicibus, dicitur Agnus Dei, sed solùm in fine tertij Agnus Dei,

Luc.22

Psal. 15

Hebr.3

vbi repetitur, Pax, secundùm vtrunq;, scilicet secundùm corpus, & secundùm animam. Ipse enim lauit nos à peccatis nostris, in sanguine
Apoc.1 suo †Quarti rectiùs & vsitatiùs agunt, quoniã dicto Pax Domini, & priusquàm dicãt Agnus Dei, &c. immittũt: certũ est autẽ, quòd Agnus
Ioan. 20 Dei post salutationem repræsentat illud, quod Dominus fecit: postquàm discipulos visitauit: quãdo videlicet dedit eis potestatẽ dimittendi peccata: & ideò sacerdos illud repræsentans post immissionem particulæ hostiæ in sanguine, dicit Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis: ad designandũ, quòd sicut ipse corpus sanguini cõiungit, ita nos cõiunctos eidẽ sanguini seu meritis ex eius effusione procedentibus sua pietate à peccatis emundet. Et immittendo, dicit verba illa: Fiat cõmistio corporis, &c. quæ verba referẽda sunt ad species panis, & vini, quibus corpus Christi & sanguis cõtinetur. Dicunt autẽ Agnus Dei calice iã cooperto, ad notandũ, quòd Christus in domo ostiis clausis dedit Apostolis potestatẽ dimittendi peccata. Decimo octauò quare fiunt †tres partes? Ad quod dicẽdũ est quòd frãgitur in tres partes. Primò in memoriam Trinitatis. Secundò, in memoriã triplicis status Christi. Primus, fuit in hominibus manens. Secundus, fuit mortuus in sepulchro iacẽs. Tertius, est immortalis, in cœlo existens. Tertiò verò, in memoriã & signũ, quòd Christus passus fuit in triplici parte sui, id est, in pedibus, in manibus, in latere. Quarto in signum, quòd tres sunt partes mystici corporis: prima est in cœlo, scilicet in patria, scilicet Ecclesia triũphans, secũda est in terra, scilicet Ecclesia mũitans, tertia est in Purgatorio, & hæc dicitur pugnãs. Quintò in typum trium personarum euntiũ in Emaus, scilicet Christi & Cleophæ, & vt quidã dicunt, Luc. decimonono, quid partes ipsæ significent, videndum †restat: & quidem primum secundũ Gelasium papam,
Luc.24 pars in calice posita, significat corpus Christi quod de virgine traxit: pars sicca comesta, significat omnes fideles: pars reseruata vsq; in hodiernum Missæ secundũ antiquum Ecclesiæ Romanæ morem, pro infirmis vel infirmis, significat omnes mortuos. Secũda pars in calice posita, significat Ecclesiam militantem: pars reseruata, eos, qui sunt in Purgatorio. Tertiò Sergius Papa, de cõsecrat. distinct. ij. triforme ita dixit: Triforme est corpus Domini. Pars oblata in calice Missæ, corpus Christi quod iam resurrexit monstrat: pars à sacerdote comesta, ambulantem adhuc super terrã: pars in altari vsque ad Missæ finem remanens, corpus Christi, vel secundum alios, corpus fidelium latens in sepulchro. Hæc pars remanet in altari, vsque ad finem missæ, vsq; in finem seculi corpora Sanctorum in sepulchris erunt, sed quod pars vsq; in finem missæ reseruetur, non est in vsu. Quarto etiam modo potest hoc mysteriũ explicari: est enim corpus Christi vniuersalis Ecclesia, scilicet cũ membris, iuxta illud Aposto. Vnus panis, & vnum corp⁹, multi sumus. Et inueniuntur in isto corpore, quasi tres partes, ex quibus totũ consistit: vna pars est ipsũ caput, videlicet Christus, qui

caput est, pars corporis: altera pars, sunt illi, quorum corpora requiescunt in tumulis, & animæ quæ regnant cũ Christo, & sunt quasi simul iunctæ. Hæ duæ partes caput, scilicet & hæc corporis pars altera: sicut scriptum est: Vbicumque fuerit corpus, illic congregabuntur & Luc. 17
aquilæ. Propterea in altari super patenam duæ partes coniunctæ extra calicem reseruantur, quasi extra passionem, quæ per calicem designatur. Christus enim resurgens à mortuis, iam non moritur: mors illi Rom.6
non dominabitur: & qui cum ipso sunt sancti, non esurient, neque sitient amplius, non cadet super illos sol: neque vllus æstus: quoniam Apoc.7
priora transierunt. Tertia pars in calice ponitur, significans sanctos, qui adhuc in mundo viuunt, passionésque passuri sunt, donec de hac vita migrantes ad caput suum transeant, vbi nec moriantur amplius,
21 nec vllatenus pãtiantur: vnde versus: Tres † partes factæ de Christi corpore, signant. Prima, suam carnem: Sanctósque secunda sepultos. Tertia viuentes: hæc est in sanguine tincta. Martyrij calicem gustant in carne fideles. Quinto modo, secundum magistrum Gulielmum Antisiodorensẽ, pars, quæ in sanguine mittitur, significat viuos: vna illarum, eos qui sunt in Purgatorio: alia verò illos, qui sunt in Paradiso orat enim Ecclesia pro viuis, vt in bono conseruentur: pro eis, qui sunt in Purgatorio, vt citiùs liberentur, & purgentur: pro eis qui in cœlo sunt, vt orent pro nobis. Sexto etiam modo secundum Augusti. pars in calicem mittitur vel ponitur, pro non sanctè viuentibus, qui voluuntur in sanguine & in peccatis. Aliæ verò duæ, pro mortuis oferuntur. Vna, pro Sanctis, qui iam sunt in requie: & illa est gratiarum actio: quia nihil restat in eis purgãdum: altera pro illis animabus, quæ licet saluandæ sint, tamen adhuc sunt in pœnis: & ideò pars illa dicitur oblatio. Sanè particula hostiæ in calice dimissa, statim calix cum palla corporali cooperitur: quia Christi corpus de cruce depositum,
23 latuit in sepulchro syndone inuolutum, quæ per ipsam pallam significatur. Vigesimo loco videndum est, quare nunc solennis † benedictio datur. Et quidem hoc loco, scilicet ante pacem solennis episcopalis benedictio datur: ad norandum, quòd pacem nullatenus habere possumus, nisi Dominus noster Iesus Christus præueniat nos in benedictionibus dulcedinis: quæ sunt benedictiones gratiæ ipsius: quia secundum Psal. Domini est salus, & super populum suum benedictio Psal. 20
tua. Dum autem Episcopus se ad populum benedicendum conuertit Psal. 3
populus reuerenter genu flectit: quasi ipso facto dicat: Benedicat nos Psal. 66
Deus Deus noster, & metuant eum omnes fines terræ: nam ipse est Dominus qui ad illius inuocationem benedicit. Vnde Psal Benedixit Psal. 14
filiis tuis in te. Et licet hic solenniter benedicatur, nihilominus quidam in fine Missæ iterãm solenniter benedicatur, de qua benedictione ibi dicetur, tum quia postquàm Dominus saluauit Apostolos, iterum dixit eis, Pax vobis, vt iam dictũ est, & dicetur, sub tit. de Pacis Osculo. Tum quia sicut non possumus bene incipere, vel pacem acquirere,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nisi diuinæ benedictionis gratia præueniat, ita nec in bono proficere, nec in pace finaliter perseuerare: nisi benedictionis suæ gratia subsequatur. In Missa † verò pro defunctis, Pontifex solenniter non benedicit: tum quia in ea omnes solennitates cessant: tum quia hæc solennis benedictio fit non solùm pro venialium deletione, verum & iam pro populi excitatione, vt in Domini adiutorio confidat, & Beneficium in secula cõfiteatur: ac defuncti velut absentes excitari nequeãt licet possint nostris suffragiis adiuuari: tum quia gaudium non debet luctui admisceri. Illud autem notandum est, quòd per mortem, & in morte Domini, fidelis anima benedictionem percipit. Vnde circa mortis officium ritè diaconus ad eam humiliari inuitat, dicens: Humiliate vos ad benedictionem: & statim Pontifex benedicit. Quidam autem dixerunt hoc officium non esse de septem officiis Missæ eò quòd has benedictiones Romana non inuenit Ecclesia, vnde nec vtitur eis: & ideò non hîc, sed in fine Missę benedicit. Sed quicumque inuenerit, ete in hoc loco ponuntur, vbi Christus ad Inferos descendisse repræsentatur, scilicet proximè ante resurrectionem cum eductis de carcere æternam tribuit benedictionem. Has benedictiones præfigurauit Iacob, qui filiis suis, & Moyses, qui filiis Israël, & Christus qui Discipulis moriens, benedixit.

Gene.49
Deut. 33

SVMMARIVM.

1 *Agnus Dei, cur dicatur.*
2 *Agnus, quid significet, & quare ter dicatur.*
3 *Christus ad tria venit.*
4 *Pax, est quadruplex.*
5 *Requies triplex optatur defunctis.*
6 *Sergius Papa, Agnus Dei ter à clero & populo decantari instit. & quando.*

De Agnus Dei. CAP. LII.

QVia Iesus statim, vt salutauit Apostolos, vt iam præmissum effudit eis potestatem remittendi peccata, dicens: Quorum remiseritis peccata, remittuntur: & quorum retinueritis, retenta sunt: Ioan. xx. idcirco † chorus clamat ad Deum & postulat: Agnus Dei, qui tollis peccata mundi miserere nobis. Siquidem Ioan. vidēs Iesum ambulantem dixit: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mũdi. Quare autem eum vocauerit agnum determinat subdens: qui tollit, id est qui venit vt tollat peccata mundi, quia pro peccatis tollendis pascha nostrum immolatus est Christus. Nempe in vere. Test. offerebatur agnus, pro peccatis populi: & in nouo Test. Christus obtulit seipsum Deo Patri vt humanũ genus liberaret, & lauaret à peccatis in sanguine suo. Merito ergo, dum corpus & sanguis Domini sumitur, Agnus Dei cantatur: vt omnes credamus, quia ipsius agni corpus & sanguis tunc sumitur, qui peccata mundi moriendo tulit, & vitam æternam nobis resurgendo, donauit Iesus Christus Dominus noster: & vt oremus ipsum numquàm desistere misereri nobis, qui in passione misertus est nostri.

Ioan.1

1 † ἀγνὸς autem Græcè, Latinè purus & castus, dicitur: quòd sit hostia pura & immolationi apta *, quia ipse verus agnus sola pietate sua se obtulit hostiam pro nobis, & nos redemit. Dicitur etiam agnus ab innocentia: quia agnus nec hominibus, nec bestiis nocet. In præmissis ergo verbis Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis, est quædam deprecatio: vt videlicet innocentis agni misericordia peccata irruentia, & subitanea auferãtur. Tertio modo dicitur agnus, ab agnoscendo: quoniam in magno grege solo balatu matrem agnoscit: sic & Christus in ara crucis donans nobis prius pacem, agnouit nos cura, vt iam dictum est. Agnouit etiam Patrem obedientia, iuxta illud Apostoli ad Philip. ij. Factus est obediens vsque ad mortem. Agnouit etiam matrem cura, quam de ea habuit. Vnde illud Ioan. xx. Ecce mater tua. Ob hoc ergo in altaris immolatione ter dicitur, Agnus Dei: quasi Agne, qui agnouisti patrẽ, miserere nobis. Agne, qui agnouisti matrẽ, miserere nobis. Pie, qui redemisti mundum, & qui obtulisti te pro nobis, dona nobis pacem. Vel ideò ter dicitur, vt triforme corpus Domini intelligatur: videlicet ambulans in terra, quiescens in sepulchro, & residens in cœlo. Potest etiam dici, quòd Christus ad tria venit. Primò

2 vt nos † liberaret à miseria culpæ. Secundò, vt nos redimeret à malo pœnæ. Tertiò, vt nobis daret de plenitudine gratiæ suæ. Quantum ad prima duo, bis dicitur Miserere nobis. Quantum ad tertium, dicitur, Dona nobis pacẽ: quæ petitio pacis sequitur statim postquàm Agnus Dei dictum est ter, ad notandum, quòd ex benevolentia Trinitatis agnus missus est: vnde Esai. Emitte agnum Domine, &c. Nam sicut in Apoc. legitur, Christus est agnus, qui occisus est ab origine mundi. Et attende, quia quidam sacerdotes dicunt Agnus Dei, manibus super altare depositis: ostendentes in hoc quòd ad ea, quæ proferunt tota mente intendunt. Intentio enim propriè per linguam exprimitur, non per manus: ideóq; loquente lingua, manus quiescunt, quódq; ipsam misericordiam & pacem cœlestem pro populo petunt: non autem ternam: quod in manuum dispositione significatur. Alij verò stant manibus iunctis, parum super altare inclinati, ostendentes in inclinatione humilitatem, quæ in oratione necessaria est: & in manuum coniunctione, vnicã & non variam intentionem. Porrò secundum antiquam consuetudinẽ scholæ Cantorum, in Ecclesia Romanã, quã adhuc ipsa schola obseruat, nullatenùs variatur, sed tribus vicibus vniformiter dicitur Christe, miserere nobis, propter tria genera peccatorum, quæ petimus remitti: cogitationis in corde, locutionis in ore, & actionis in opere. Vel in honorẽ Trinitatis, vel propter tres ordines Fidelium in Ecclesia, qui sunt Noë, Dauid, & Iob: quos Ezechiel vidit in visione

Esa.16
Act.8
Ezec.14

Universidad de Deusto
Biblioteca

saluandos. Postmodùm autem multis, ac variis ecclesiæ aduersitatibus ingruentibus, cœpit ad Dominum de tribulatione clamare: Dona nobis pacem, & vt clamor eius faciliùs audiatur, ideò in ipsa immolationis hora clamat: & hæc varietas non discrepat à consuetudine veteris Test. vbi cum secundò repetatur: Parce Domine, parce populo tuo: tertiò variatur: Et ne des hæreditatem tuam in opprobrium. Dicamus ergo, Miserere nobis, quantùm ad animam. Item, miserere quantum ad carnem, & dona nobis pacem, quantùm ad vtrumque, vt habeamus pacem pectoris spiritualem, & pacem corporis temporalem. † Est enim pax peccatorum, pax iustorum, pax temporis, & pax æternitatis. Vnde & ter oratur in Missa pro pace: de quo dictum est sub quarta particula Canonis, super verbo Diésque nostros: & quia Deus non dat pacem, nisi illis quorum miseretur, ideo vltimò dicitur: Dona nobis pacem. Ecclesia etiam Laterañ. numquàm dicit, Dona nobis pacem. sicut nec schola Cantorum: sequens vt præmissum est morem antiquum. Vnde nec valet, nec vera est ratio dicentium, quòd in Ecclesia Laterañ. ideò non dicitur, Dona nobis pacem, quia omnes aliæ Ecclesiæ ab illa, quæ primò fuisse dicitur consecrata, sumere debent pacem: non ipsa ab illis. In feria quinta cœnæ Domini, Agnus Dei, ter dicitur, cum, Miserere nobis: vt ibi dicetur. Rursùm in Missa pro defunctis dicitur bis Agnus Dei, cum, Dona eis requiem. Tertiò additur, Sempiternam: nec dicitur, Dona nobis pacem: quia tunc imitamur exequias saluatoris. Vltimò ergo Agnus Dei, tantum adiungitur, Sempiternam. Super quo notandum est quòd pro fidelibus defunctis triplex requies debet optari. † Primò, vt auferatur ab eis pœna in qua est eis labor non requies. Secundò, vt eis gloria animæ conferatur: quia tunc veraciter requiescent in bono desiderato, scilicet in ipso Deo. Tertiò, vt donentur gloria corporis: ne illud vltimum seriis exponatur. Prima, non est requies sempiterna: quia pœna subtracta adhuc desiderant gloriam. Secunda etiam, non est totaliter requies sempiterna: secundum Aug. ante resurrectionem corporum, semper ineſt animabus quidam naturalis appetitus resumendi corpora, quo aliqualiter corpora retardantur, ne totaliter ferantur in Deum. Sed tertia requies cum præmissis est verè requies sempiterna: quia animæ quæ Deum præsentialiter vident resumptis corporibus in ipsa videbunt, & æternaliter & perfectissimè requiescent: ideóque solùm in tertia vice, & non in duabus præcedentibus congruit dicere: Requiem sempiternam. Sergius † Papa primus constituit Agnus Dei inter communionem ter à clero & populo decantari.

Ioel.2

ANNOTATIO.

Apta.) ἁγνὸς verbum est æquiuocum. Præter enim hîc datam significationem, est vitex, genus arboris, qua vittæ omnes ornabantur Athenis, in festo Palladis. Sed prior significatio aptissima est huius loco. N. D.

SVMMARIVM.

1 *Pax, quæ datur in Missa, quid significet & vnde id præsignatum. num. 4. & cur non in Missa pro defunctis. num. 8.*
2 *Christiani in primitiua Ecclesia, quotidie communicabant: paulò pòst, omni Dominica, tandem aliquanto rariùs.*
3 *Populus cur se osculetur in Missa. & num. 5. 6. 7. Mulieres non, & quid ita, numero 9.*
10 *Osculum, quatuor sacramenta significat.*
11 *Episcopus, solenniter celebrans, quotiès osculetur, & quos.*
12 *Episcopus bis Codicem osculatur.*
13 *Papa, in septem locis osculum accipit.*

De pacis osculo. CAP. LIII.

POstquàm Dominus salutauit Apostolus, vt præmissum est iterum, dixit eis: Pax vobis: ostendens, quòd non solùm debemus pacem habere in ore, verumetiam in pectore, ne simus ex illis, qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum: ideóque cùm hæc dixisset Apostolus, insufflauit in illos, & dixit: Accipite Spiritũ sanctum, ad quod designandum vtique sacerdos facta † commistione & finita oratione accipit in quibusdam Ecclesiis pacem ab eucharistia, siue ab ipso corpore Domini, vel secundùm alios, ab ipso sepulchro, id est, calice vel altari, & mox præbet oris osculum ministro, scilicet diacono. Qui ab ipso corpore accipiunt, hoc faciunt in signum, quod pax spiritualis à Christo data est humano generi. Alij etiam idem signant. Diaconus verò dat pacẽ aliis: & alij inter se in signum, quod omnes debent pacem habere: præsertim filij Ecclesiæ. Ipse verò diaconus pacem à sacerdote accipiens, reuerenter se inclinat, & pectus osculatur ipsius, secundum morem quarundam Ecclesiarum & patenam extendit: vt per pacis osculum, & per patenæ extensionem charitas extendenda mõstretur, quam per patenam in Parte iij. diximus designari. Quia ergo charitas Dei diffunditur in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, ideóque pacis osculum, per vniuersos fideles in Ecclesia diffunditur. Nam Apostolus admonet, Salutate vos inuicem, in osculo sancto. Rursus, quòd sacerdos † pacem populo tribuit, præfiguratũ fuit à Iosue, qui hostibus superatis terram obtinuit, quam sorte diuisit, & in pace possedit: & Christus resurgens diabolo superato, pacem & dona dedit hominibus. Pontifex verò primò, dat pacem ministro, qui prius erat à sinistris: sed pacem recepturus accedit ad dexterã eius, per quam signatur populus Gentilis, qui primus in pace transiuit à sinistra infidelitatis, ad dextram fidei, & æternitatis: & per hunc pax ad populum descendit. Cæterum in primitiua Ecclesia, omnes, qui † celebrationi Missarum intererant, singulis diebus communicare solebant, cò quòd Apostoli

Ioan.20
Psal.27
Ioan.20
Rom.5
1.Cor.16

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matt. 10 Apostoli omnes de calice biberunt, Domino dicente: Bibite ex hoc om-
nes. de consecr. distinct. ij. non iste. Offerebant enim magnum panem,
& omnibus sufficientem, quod adhuc Græci seruare dicuntur. Sed ex-
crescente Fidelium multitudine, traditur institutum: vt tantùm diebus
Dominicis communicarent. ead. dist. quotidie: de quo dictum est ibi.
septima particula Canonis super verbo, Hoc quotiescunque. Postmo-
dùm autem, quia nec dignè hoc potuit obseruari, tertia secuta est institu-
tutio, vt ter saltem in anno quilibet Christian⁹ acciperet eucharistiam.
ead. dist. & si non frequentius: vel hodie ad minus in Pascha: extrà de
pœnitentia & remissione: omnis: hoc inuento remedio, vt videlicet
pro eo, quòd singulis diebus communicabatur, singulis diebus oscu-
lum pacis daretur, pro ministerio vnitatis, quod sacerdos dans minis-
stro dicit in quibusdam locis: Sumite vinculum pacis, & dilectionis, vt
apti sitis sacrosanctis mysteriis, quasi dicat: Sumite ex hoc omnes, &
diuidite inter vos: & pro communione, quæ singulis diebus Dominicis
fieri solebat, daretur in diebus dominicis panis benedict⁹ sanctæ com-
munionis vicarius, qui & εὐλογία dicitur. Sed & loco quotidianæ com-
munionis, in Quadragesima dicitur in fine Missæ oratio, super popu-
lum, cui prædicitur: Humiliate capita vestra Deo. † Sanè populus fi-
in Missa osculatur. Primò, quia cùm, sicut præmissum est, per immola-
tionem hostiæ salutaris, dimissis peccatis reconciliemur Altissimo, re-
ctè pacis osculum dari decreuit Ecclesia, cùm pro peccatis immolatur
hostia salutaris. Homines igitur osculum, id est pacis signum sibi inui-
cem dant: vt ostendant se coniunctos esse in corpore Christi, per quem
facta est pax in cœlo & in terra. † Secundò Innocent. primus, qui olim
lum in Ecclesia dari decreuit: quod etiam Leo Papa. ij. primò statuerat.
de consecr. dist. ij. pacem: ita dicit: Pacem asseritis ante confecta, id est
consecrata mysteria, quosdam populis impetrare, vel sibi inter se sacer-
dotes tradere eum post omnia, id est post consecrationem, quæ apertis
non debeo, id est, possum: pax sit necessariò, id est, causa mysterii nobis
cenda: per quam, id est, quia per eam constat populum ad omnia, quæ
in mysteriis aguntur, ac in Ecclesia celebrantur, præbuisse consensum,
ac finita esse pacis concludentis, id est, determinatis signaculo demon-
stratur. Tertiò, ideò se † populus inuicem osculatur: quia Domini
gratiam, & angelorum concordiam per mortem eius se promeruisse
gratulatur. Quartò, quia in osculo caro carni, & spiritus spiritui iungi-
tur, vt nos qui carnis propagine de Adam coniungimur, etiam charita-
tis vinculo connectamur: qui ergo se odientes osculantur, Iudæ proditoris osculum imitantur. Quintò, propter præceptum † Apostoli, de
1. Cor. 16 quo præmissum est. Rursus ideò priùs, quàm communicemus pacem
damus, vt inter nos esse concordiam ostendamus, & cum illa corpus
Domini sumamus, sine qua munera nostra non recipiuntur à Deo. † In
Missa verò pro defunctis pax non datur, quia fideles animæ iam non
sunt, nec vlteriùs erunt in turbatione huius mundi, sed quiescunt iam

in Domino. Vnde non est eis necessarium pacis osculum, quod est pa-
cis & concordiæ signum: & ideò in missa illa non dicitur oratio illa:
Domine Iesu Christe qui dedisti Apostolis tuis pacem, &c. nec sacer-
dos recipit pacem ab altari. De hoc dicetur in sexta Parte sub tit. de Of-
ficio Mortuorum. Hinc est, quòd etiam inter monachos pax non da-
tur: quoniam mundo mortui reputantur: de consecr. dist. ij. pacem. Viri
9 † quoque & mulieres non sibi inuicem osculum in ecclesia porrigunt,
ne fortè aliquid lasciuiæ surrepat, quia ibi carnales fugiendi amplexus,
& casti ac spirituales actus habendi: propter quod etiam in Ecclesia si-
10 tu sequestrâtur locali. Odia pax pellit, castum pax nutrit amorem. † Sa- Cantic. 1
nè osculum in sacra Scriptura significat vnionem, charitatem, pacem & Gene. 27
reuerentiam. De osculo vnionis dicit sponsa in Canticis, Osculetur me 1. Cor. 16
osculo oris sui. De osculo charitatis Isaac inquit ad filium: Accede ad Luc. 16
me, & da mihi osculum fili mi. De osculo pacis dicit Apostolus: Saluta- Hest. 5
te vos inuicem in osculo sancto. Deus autem pacis, & dilectionis, &c.
De osculo reuerentiæ, Dominus inquit ad Simonem: Osculum mihi
non dedisti: hæc autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes
meos. Et Hester in signum reuerentiæ summitatem virgæ regiæ dici-
tur osculata esse. Ad designandum igitur tres vniones in Christo, scili-
cet vnionem diuinitatis ad animam, diuitatis ad carnem, & carnis ad
animam: vel vnionem, qua vnita est in Christo humana natura, sancta
Ecclesia, & fidelis anima. Et sacerdos ter osculatur altare, vt dictum est
sub quarta particula Canonis super verbo, Diésque nostros, ad desi-
11 gnandum triplicem pacem, scilicet temporalem, spiritualem, & æter-
nam. † Episcopus solenniter celebrans, iuxta morem quarundam Ec-
clesiarum ter osculatur, semel ministrum, & secundò diaconum, & ter-
tiò sacerdotem. Sed & in Missa ter oratur, pro pace vt dictum est super
verbo, Diésque nostros. Rursum ad notandū duorum Testamentorum
12 concordiam Episcopus duabus † vicibus codicem osculatur: quia tota
continetur in medio rotæ, & duo Cherubim sese recipiunt versis vulti-
bus in propitiatorium. Ad notandam etiam charitatem, sacerdos oscu-
latur patenam, quæ designat cor patens in latitudine charitatis. Vnde:
Nónne cor nostrum ardés erat in nobis, dum loqueretur nobis in via. Exod. 2
In signum verò reuerentiæ subdiaconus & diaconus pedes & manus Luc. 24
summi Ponti. osculantur: pedem subdiaconus osculatur post epistolam
lectam, & diaconus ante legendum Euangelium: manum vero subdia-
conus osculatur offerens ampullam cum aqua, calicémque cum vino,
& diaconus offerens patenam cum hostia, & thuribulum cum incenso
13 vterque etiam de manu summi Pontificis eucharistiam sumit: vt di-
cetur in tit. sequ. Illud † quoque vacare non creditur mysterio, quòd
summus Pontifex septem modis accipit osculum: videlicet ad os, ad
pectus, ad humerum, ad manus, ad brachia, ad genu, & ad pedes.

SVMMARIVM.

1 *Missæ quarta pars, de communione. Et qualiter ea fiat. & num. 3. 4.*

2 *Sacerdos*

Universidad de Deusto
Biblioteca

2 *Sacerdos quare in communione, non accipit calicem per se, sed à diacono.*

5 *Papa volens communicare, quare accedat ad sedem suam. Et quando communicet in altari. num. 6. Et qui Eucharistiam accipiunt, ab eo osculum recipiant numero 7. Et de communione, eiusque forma latè numero 8.9.*

10 *Sacerdos quid agere, dicere, aut meditari debeat, ante corporis & sanguinis Dominici sumptionem. Quid post num. 14.*

11 *Communicandi corporis & sanguinis Dominici legitimum tempus.*

12 *Sacerdos sumens sanguinem, debet tenere calicem, vtraque manu.*

15 *Communicaturus, debet esse ieiunus, & cur ita.*

Quarta pars Missæ, & primò de communione Sacerdotis.

CAP. LIIII.

HIc incipit quarta pars Missæ, post pacis etenim osculum sacerdos communicat hoc modo. Nam † sicut in Nicensi concilio xcij. distinct. peruenit: legitur: Eucharistiam confectam per se de altari sumit & comedit: calicem verò cum sanguine non ipse sed diaconus eleuat de altari, & porrigit ei. † Vnde in canone Hier. ea dist. diaconi sunt, inter cætera ita legitur: Sacerdotibus etiam propter præsumptiones non licet de mensa calicem Domini tollere: nisi eis tradatur fuerit à diaconis. Ideò autem sacerdos corpus Christi, per se sumit, & non calicem cum sanguine: quia sumptio corporis, significat corporum nostrorum restaurationem, quam Christus nullius ministerio perficit & futuram resurrectionem, quam sua virtute absque omni ministerio faciet. Sumptio verò sanguinis redemptionem animarum siue peccatorum significat: quæ fit intercessionibus aliorum. Hoc autem est satis cautum sit, non tamen seruari videmus. † Sanè sacerdos ipse omnes partes hostiæ comedit. In quibusdam tamē Ecclesiis ipse vnam partem sumit, & reliquam eucharistiæ medietatem super patenam in duas partes diuidit, quas ministris, scilicet diacono & subdiacono comedendas impendit, insinuans illud quod Lucas cōmemorat, quia Iesus in Emaus
Luc.24 accepit panem, & fregit super mensam. Et etiam (vt aiunt quidam) pa-
Ioan.21 medit coram duobus discipulis: sumēúsque reliquias dedit illis. Pisce quoque postmodum partem piscis assi, & fauum mellis mandducauit, & reliquias discipulis dedit, & ideò postquàm diaconus & subdiaconus communicarunt, clerici & religiosi ad communicandum accedunt: & ipsi partem sanctæ communionis accipiant. Postmodum communicat
Actu.1 populus: quia Christus comedit non solùm cum paucis Apostolis: verumetiam ascensurus in cœlum, comedit cum multitudine discipulorum. Vnde & sumptio corporis, ascensionem significat saluatoris. † Illud autem præmittendum non est, quòd vt perceptione corporis &

sanguinis Christi nulla possit fallacia subrepi: sed in vtraque perceptione veritas euidenter appareat: summus pontifex non statim particulam hostiæ permittit cadere in calicem, sed eam post trinum crucis signaculum super patenam reponit: & post osculum pacis, ad sedem ascendens, ibique consistens, vniuersis cernētibus maiorem partem oblatę suscipit de patena, quam subdiaconus apportauerat de altari: ipsamque dentibus subdiuidens, vnam particulam eius sumit: & aliam in calicem mittit: & de sanguine, cum calamo haurit. Deinde alteram particulam tradit cum osculo, diacono, aliamque sub diacono sine osculo: quem diaconus ministrans ei, ad altare, calicem osculatur: & tunc subdiaconus residuum sanguinis cum particula immissa
5 in calicem, sumit. Romanus † itaque pontifex ideò non communicat, vbi frangit: quoniam ad altare frangit: & ad sedem communicat: quia Christus in Emaüs coram duobus discipulis fregit, & in Hierusalem coram discipulis duodecim manducauit. In Emaüs enim fregisse legitur, sed non comedisse legitur. In Hierusalem verò fregisse non legitur, sed legitur comedisse, secundum Innocen. iij. Ascendens igitur sedem, ibi communicat. Siquidem secundum Apostolum, Christus caput est Ecclesiæ: caput autem in corpore sublimius & excellentius ob sui perfectionem cæteris membris collocatur. Per calicem verò, secundum quēdam respectum, æterna beatitudo seu ipsius fruitio designatur: quia in Ecclesia militante summus pōtifex, sicut Christi vicarius, & caput omnium prælatorum perfectius Christum repręsentat, congruum est, vt ipse non in altari, sed in loco sublimiori communicet, ostendens, quòd Christus etiam in sua humanitate perfectius & copiosius participat illa ineffabilia gaudia: vt pote in bonis portionibus collocata. Cum verò celebrat pro defunctis, tunc super altari communicat, quia tunc specialiter membrorum Christi hinc filiter decedentium gloriam repræsentat, ac membra Christi cū ad illam gloriam perueniunt, inferiorem post Christum gradum obtinent: sicut membra post caput. In parasceue quoque ad altare cōmu-
6 nicat, tum ob † reuerentiam passionis Christi: tū quia tunc quasi exequias celebrat Iesu Christi: tum & iam tunc solus communicat: quia in Christi passione omnibus discipulis fugientibus ipse solus remanfit. Alij autem prælati non sic: sed super altari communicant: quia non ita propriè Christum caput Ecclesia repræsentat. Ministri autem repræsentant pontifici oblatam & calicē: quia discipuli obtulerūt Christo partē piscis assi, & fauū mellis. Pars piscis assi, est corpus Domini crucifixi, qui fuit in ara crucis assatus. Fauus mellis, est sanguis Christi, super mel & fauum dulcis faucibus animæ diligētis: ambo de manu Papæ communicant: quia & Apostoli de manu Christi communi-
7 cauerunt. † Ad notandum verò distinctionem inter sacros ordines, & non sacros, Diaconi qui & superioris ordinis sunt: cùm recipiunt eucharistiam, osculum suscipiunt ab ipso, Accolytus & qui sunt inferio-

Luc.24 *Coloss.1*

Ioan.21

Psalm.18

rum ordinum,non ſuſcipiunt.Subdiaconus etiam qui charactere ho-
iuſmodi quondam nos ſacro:nunc autem inter ſacros ordines repu-
tatur in perceptione corporis , non ſuſcipit oſculum à pontifice : ſed
in perceptione ſanguinis ſuſcipit oſculum à diacono : vt ſic qui non
ſacri ſunt minus,& qui ſacri ſunt amplius honorentur:quamuis & in
hoc myſtica ratio poſſit aſſignari. † Ipſe autem ſumit illam eucha-
ſtiæ partem per quam prout ſub ti.de fractione hoſtiæ dictum eſt ca-
put Eccleſiæ,ſcilicet Chriſtus intelligitur:cuius typum ipſe ſpecialiter
gerit : quod facit hoc modo. Ea nãque dẽtibus ſubdiuiſa particulam
in ore remanentem ſumit : alteram verò inter digitos reſidentem, ne
calice dimittit:ad notandum,quòd Chriſtus reſurgens,qui ſecundum
Sergium Papam per partem in calice immiſſam,ſignificatur quòd in-
fernum momordit, & ſuos inde ſumptos in paradiſum miſit:iuxta il-
lud Oſee vlt.ca.Ero mors tua,&c.Alia verò pars ex qua miniſtri com-
municant, ſignificat membra magis ipſi Chriſto conformia : & ideò
ipſi communicant de illa,ad offerendum myſterium vnionis: eucha-
riſtia enim ſacramentum eſt maximæ vnionis.Partem verò in† calicem
intinctam quæ ſignificat membra,propter Chriſtum paſſionibus ſub-
iecta,Dominus Papa non recipit.Primò quia ipſe magis quàm alij re-
præſentat, in officio miſſæ , Chriſtum,cui mors vltrà non dominabi-
tur:ſecũdò,quia ipſe illorum typum gerit in Eccleſia,qui propter ex-
miam ſanctitatem à vita actiua ſemoti,per contemplatiuam iã Chri-
ſto ſociantur.Sed miniſtri illam ſumunt,quia typum actiuæ commu-
niter repræſentant:& præcipuè ſubdiaconus eam ſumit:pro eo, quia
ipſe vltimus communicat : & vltimi eſt reliquias ſumere , & calicem
purificare.Vnde & Dominus reliquias dedit diſcipulis,vt præmiſſum
eſt.Poteſt etiam myſticè dici,quòd pars intincta,ſignificat partẽ cor-
poris myſtici, quæ iam regnat cum Chriſto. Cùm ergo Dominus Pa-
pa expreſsè repræſentet Chriſtum, qui realiter & ſacramentaliter in-
corporatus eſt parti ipſius myſtici corporis : ideò ipſe nõ recipit illam
nec etiam diaconus,qui legem euãgelicam,quam pronuntiat,repræ-
ſentat , quia eſt lex amoris:propter amorem enim charitatis quilibet
incorporatur Chriſto capiti,& omnibus partibus corporis eius myſti-
ci.Subdiaconus verò repræſentat veterem legem,quam ſæpe prætu-
tiat, quæ fuit lex timoris:ſed timor non eſt in charitate:imò eum ex-
ras mittit : & ideò ipſe particulam in ſanguine miſſam ſacramenta-
ter, ſiue in ſignum recipit : quia immiſſio ipſius partis cum ſanguine
dictam incorporationem figurat,quam nõ faciebat lex illa:licet eam
figuraret. Hoc autem breuiter † notandum eſt , quod ſacerdos ante
perceptionem corporis & ſanguinis Chriſti debet dicere orationes a
ſanctis patribus inſtitutas:deinde meditari debet in incarnatione, &
paſſione,in virtute huius ſacramenti , dicens : Panem cœleſtem ac-
piam,&c. Sed cùm ſtatim poſt verba ipſa ſubiungat:Domine nõ ſum
dignus , &c. videtur contrarius ſibiipſi. abſit tamen hoc: ſed dicens

Rom.8

Ioan.21

1.Ioan.4

Ioan.6

Paretq

Panem,&c.ſeipſum incitat ad deuotionem, reducens ad memoriam,
quid eſt,quod ſumere debet : quia panem , qui de cœlo deſcendit : &
qualiter ſumere debet:quia nomen Domini inuocando, vt ſic cũ ma-
iori ſumat reuerentia & timore.Dicendo verò ſubſequenter.Domine
non ſum dignus,&c ex humilitate ſua profitetur indignitatem:at ex-
ercitacio,ad deuotionẽ, & profeſſio humilitatis , contraria non ſunt.
11 †Legitimum itaque communicandi tẽpus eſt ante vltimã orat onem
quæ dicitur ad complendum : quia ibi maximè petitio pro eis eſt qui
communicant.Deinde corpus& ſanguinẽ Domini ſumpturus,ſe cum
illis ante faciem cruce ſignat. Sicut enim prius cruces faciẽdo actiuè,
tanquã miniſter illa ſanctificauit,ſic ſe eis nũc cruce ſignãdo, paſſiue
petit ſanctificari.Dicto itaque,corpus Domini cuſtodiat,&c.ſumat eu-
chariſtiam:deinde iunctis manibus inclinãs,ſanguini dicat:Quid re-
tribuam,&c.Et dicens:Calicẽ Domini accipiam:& non prius accipit:
& eleuat calicem de altari.Poſteà verò dicens:Laudãs inuocabo Do- Pſal.27
minum,ſe ſignat cũ illo:quo verſu expleto,ſanguinẽ ſumit.Sanè quia
12 circa maiora cautius eſt† agendum,ſacerdos ſanguinem ſumens pro-
pter maiorem ſecuritatem & reuerentiam, calicẽ cum vtraque manu
tenere debet:ſed in ſumptione perfuſionis ſufficit alterã tantum duo-
bus digitis alterius adiunctis:quaſi per hoc innuens iã ſanguinem ibi
non eſſe.Sed & ſanguinẽ ſumendo ter haurit:trinitatẽ deſignans,per-
fuſionem verò, ſumendo bis:vt per hoc charitas quæ inter duo conſ-
ſiit,ſignificetur,ſeu etiã quoties nouerit expedire.Rurſus qui eadem
die debet iterũ celebrare,nõ ſumat vinum perfuſionis:vt dictũ eſt in
procemio huius partis.Sed cũ in canone dicatur : Similiterque modo
poſtquam cœnatum eſt,accipiens & hunc præclarum calicẽ, &c.vide-
tur ex hoc,quòd ſacerdos ſtatim hoſtia conſecrata,illã debet ſumere
prius,quàm ad calicis conſecrationem procedat : quia omnis Chriſti
actio,noſtra debet eſſe inſtructio.xij.q.j.exemplum.Sed ad hoc dicen
dum eſt,quòd Eccleſia inſtituit illam poſt vtranque conſecrationẽ ſu-
mi ad oſtendendum,quòd ſolùm hoſtiam recipiens,non plenũ ſacra-
13 mentaliter recipit ſacramentũ.Etſi enim† in hoſtia conſecrata Chriſti
ſanguis ſit,nõ tamẽ eſt ipſi ſacramentaliter:eò quòd panis corpus,non
ſanguinem:& vinum ſanguinem ſignificat,& non corpus. Quia ergo
ſub altera tantùm ſpecie non eſt completum ſacramentum,quo ad ſa-
cramentum vel ſignum:debet hoc ſacramentum cõpleri prius, quàm
preſbyter eo vtatur.Veruntamen cùm vnum ſine reliquo nec ſit, nec
vnquàm fuerit,niſi in ſolo triduo ante paſcha , in quo Chriſti corpus
mortuum fuit:in quo triduo ſi quis de Apoſtolis hoſtiã conſecraſſet,
ſanguis ibi non eſſet:ſi vinũ, caro ibi nõ eſſet:quia,vt præmiſſum eſt,
nec panis ſanguinem , nec vinum ſignificat carnem. ſecundum hoc
nunc Chriſti ſanguine intra venas eius exiſtente , vnum ſine reliquo
propter vnionem ſeu miſtionem huiuſmodi recipi non poteſt : quod
tamen non eſt ratione ſacramẽti,vel ſigni,quod idẽ eſt.Poſt† ſumptũ

sacrificium non est spuendum: de consec. dist. ij. vt quid. prout dictum est sub septima particula canonis, super verbo noui & æterni: sed nec eucharistia sicut alius cibus est misticanda: sed discretè, moderatè ac leniter anterioribus dentibus tenenda, & lingua mollificanda: ne qua eius particula dentibus adhæreat, quâ fortè postmodum emitti sceranda contingat, post cõmunionem illico, calix de altari auferur. Circa quod notandum est, quod corpus Domini remanet super altare vsque dum tria capitula compleantur, scilicet prologus Dominicæ orationis, & ipsa oratio: & Libera nos quæsumus: quia Dominus tribus diebus in sepulchro quieuit. Posteà verò commisto Domini corpore cum vino simul: quia pace annuntiata aufertur corpus Dominicum de altari: quoniam in tertia die anima eius, quę descendit ad inferna, vt liberaret iustos & membra viuificaret: rediit ad corpus, nec amplius inuentum est corpus dominicum in sepulchro. Quia ergo Christus totus homo resurrexit simul, ideò ad hoc notandum illico simul cum oblatione corpus Domini de altari aufertur, & sumitur & inde calix & corporale de altari totaliter eleuantur, prout dictum est sub titul. de pallis & corporalibus. Postremò † notandum est, quòd quisque qui communicare debet, corpore à carnalibus escis ieiunus esse debet. Cùm enim animæ spirituales sint & immortales, spiritualia primitus alimenta vitæ æternæ sumere debent.

SVMMARIVM.

1 *Communione facta, cur sacerdos lauet digitos, & in quo altaris cornu. numero 3.*
2 *Manuum sacerdotis lotio, quid significet.*

De perfusione. CAP. LV.

POst sumptum eucharistiæ sacrificium, sacerdos † digitos ablutos perfundit: ne quid fortè incautè remaneat seu adhæreat, ex contactu diuini sacramenti: non quòd quicquam immundum ex ipso contactu contraxerit: sed vt potius suam commemoret indignitatem, qui se iudicat tantis sacramentis celebrandis indignum, iuxta illud quod Dominus ait: Cùm omnia benefeceritis, dicite, Serui inutiles sumus: sicut & sacerdos legalis immundus erat, vsque ad vesperam post immolationem vitulæ ruffæ. vnde omnia vestimenta sua lauabat. Et dignum quidẽ existeret, vt manus quæ corpus incorruptibile contractarunt, corpus corruptibile contingant: vel ad res communes tangendas accedant: donec studiosè lauentur. Et propter hoc etiam quòdam missa finita, exutis sacris vestibus, iterum manus lauant. Perfusionis autem aqua, debet in locum mundum & honestum diffundi, & altitudo sacramenti reuerenter honoretur. Trina † ergo sacerdotis ablutio, quæ fit in principio, in medio, & in fine, designat mũdationem a cogitationis, locutionis, & actionis: vel purgationẽ peccati originalis, ve-

nialis, & criminalis, siue quòd agitur per ignorantiam, & negligẽtiam & industriam: ad quorum mundationẽ offertur sacrificium salutare de consecr. dist. ij. cùm omne. in prin. Hæc tamen ablutio referri potest ad ablutionem baptismi, cuius formam Christus post resurrectionem instituit, dicens: Euntes docete omnes gentes, baptizãtes eos, in nomine patris, & filij, & spiritussancti: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Saue sacerdos † digitos perfundit, & perfusionẽ sumit in dextro cornu altaris: vel saltem reuolutus ad illud. Primò, propter rationem tractam sub titu. de manuum ablutione. Secundò, quia ipsum cornu Iudaicum populũ, ex quo humanam naturam Christus assumpsit, significat. Sicut autem ab illis naturam accepit, sic & ab eis illius naturæ purgationem ab omnibus defectibus, quos assumpsit habuit: quoniam ab eis occisus fuit, ad quam mortẽ secuta est resurrectio: in qua omnes defectus dimisit, & eis apposítas virtutes accepit. Ad hoc igitur repræsentandum in dextro cornu altaris, vel saltem reuolutus ad illud sacerdos profundit, & perfusionem sumit. Tertiò, quia, vt aiunt quidam, hæc purificatio designat ablutionem manuum, quam Pilatus fecit ad perditionem sanguinis iusti super Iudæos, per dextrũ cornu altaris significatos. Ad hoc quidam hausta purificatione inclinant calicem, ad ostendendum sepulchrum esse vacuum: quia surrexit, & inde prodiit Christus.

SVMMARIVM.

1 *Postcommunio, cur sic dicta. Et quid. nu. 3.*
2 *Postcommunio quid denotet.*

De post communione. CAP. LVI.

1 ANtiphona, quæ postcommunio à pluribus † nuncupatur ideò sic appellata est: quoniam post communicationem, siue in signum, quòd communicatio expleta est, concinitur. in primitiua namque Ecclesia omnes fideles, qualibet die corpore & sanguine Christi cõmunicabant: prout dictum est, sub titu. de communicatione sacerdotis: & statim post communicationem cantus iste fiebat, vt populus ostenderet se gratias & laudes agere de Christi corpore, & sanguine suscepti. Verum propter circunstans nos peccatum, sequenti tempore statutum est, vt ter in anno communionem, & sacerdos quotidie pro omnibus sacramentaliter sumat, prout sub tit. de pacis osculo dictũ est. Quis autem specialiter introduxerit vsum cantandi hãc antiphonam, ignoratur. Hæc autem antiphona Apostolorum, gaudium † de Christi resurrectione significat: iuxta illud: Gauisi sunt discipuli viso Domino, & præ gaudio mirabantur. Quòd verò reciprocando, in quibusdam Ecclesiis cantatur, insinuat quòd discipuli resurrectionis gaudium sibi mutuò nuntiabant. Vnde duo discipuli cum inue-

Matt. 25

Luc. 17

Hebr. 12

Ioan. 20

Universidad de Deusto
Biblioteca

nissent congregatos vndecim, & eos qui cum ipsis erant, dicentes:
Luc.24 Quia resurrexit Dominus verè, & apparuit Simoni: narrabant quæ
gesta erant, in via, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.
Canitur etiam ab omnibus, vt notetur communitas gaudij: & quod
omnibus discipulis apparuit dominus. Est ergo † communio gratia-
Psal.21 rum actio, iuxta illud: Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt
Dominum. Propriè tamen nouissima oratio, de qua infrà dicetur,
postcommunio dici potest.

SVMMARIVM.

1 *Communione peracta sacerdos osculatur altare.*
2 *Postcommunio, quæ contineat.*
3 *Orationes dicuntur ad dextrum eorum altaris communione facta.*
4 *Postcommunio, quæ dicatur mense Septembri, sabbato quatuor temporum.*
5 *Missa finitur tribus, diuersisque illis periodis. Secundum medium vide num.7.*
6 *Tertium nu.8. Et quid significent illi nu.9.*
7 *Ite, Missa est. periodus. Missa quid significet, aut meneat.*

De oratione nouissima, & de, Ite, missa est.

CAP. LVII.

PEracto communionis † mysterio, pontifex seu sacerdos osculatur
altare, innuens se credere firmiter & consentire his, quæ circa sa-
Esa.10 crificium acta sunt, & conuersus populum salutat: & deinde redit ad
Rom.9 dextrum cornu altaris, significans quòd in fine mundi post Antichri-
sti mortem, Christi prædicatio siue Christus rediturus est ad Iudæos,
quos iam reprobauit. Tunc enim conuertentur, & reliquiæ Israël sal-
uæ fient. Et eleuatis manibus, vltimam orationem, quæ propriè post-
cõmunio vocatur, exequitur: in † qua rogat, & gratias agit de sacra-
menti perceptione, dicens collectas pro numero secretelarum. Ora-
enim pro his, qui ad hanc communionem eucharistiæ accesserunt.
Hæc autem oratio, significat orationem capitis nostri Iesu Christi,
qui pro nobis interpellat quotidie apud patrem. Significat etiã quod
Apostoli post ascensionem Domini, in oratione perseuerauerunt. Fe-
nis vero illius orationis, vbi dicitur: Per Dominum nostrum Iesum
1.Ioan.2 Christũ filiũ, &c. significat quòd aduocatum habemus in cœlo apud
patrem. Illud autem considerandum est, quòd sacerdos dicturus post
communionem, præmittit, Dominus vobiscum. &, Oremus, stans ante
medium altaris: deinde transiens ad dextrũ cornu altaris, ibi pronũ-
tiat orationem: qua finita rediens ante altaris medium, dicit, Per Do-
minum. prout tactum fuit sub tit. de saluatione. † Circa quod notan-
dum est, quòd dextrum cornu altaris, significat populũ Iudaicũ: sini-

strum verò, gentilem. Prædicatio Christi & euangelium eius, incœpit
à Iudæis, & trãsiuit ad gentiles, & iterum redire debet ad Iudæos: ad
quod significandũ sacerdos à dextro cornu altaris, transit ad sinistrũ,
& conuersò. Meritò ergo postcõmunio, quę est quasi finis missæ di-
citur in dextro cornu altaris. Quia verò altaris mediũ, repræsentat
fidem Christi & ipsum Deum, in quem vterq; populus vnitur, reduci-
tur, & finitur: ideò per Dominum nostrũ, &c. quod est quasi finis post-
communionis ibi dicitur: Ipse etiam est qui vtrunque populũ ad se
petendum inducit, & illuminat: & ideò, Dominus vobiscum ibi dici-
tur. Per ipsum etiã, quicquid boni in oratione petimus, impetramus:
4 & ideò ibidẽ pronuntiatur, Oremus. De hoc dictũ est sub tit. de mu-
tatione sacerdotis. Et nota † quòd in sabbato quatuor tẽporũ mensis
Septẽbris dicitur postcõmunio illa: Perficiãt in nobis quęsumus Do-
mine, tua sacramenta, quod cõtinent: vt quę nunc in ipse gerimus, re-
rum varietate capiamus. Cuius vltimã partẽ Greg. exponens de con-
fe. dist. ij. species. ita dicit: Postulat quippè sacerdos, vt corpus Christi
quod sub specie panis & vini nũc geritur, manifesta visione sicuti re
vera est quandoq; capiatur: quãuis nõ improbabiliter quidam expo-
nant hoc loco carnis & sanguinis veritatem ipsam eorũdem efficien-
tiam, id est, peccatorum remissionẽ. De hac etiam oratione dictũ est,
sub septima particula canonis sub verbo: Mysterium fidei. Sanè ora- Ioan.20
tione finita, iterum populum salutat dicẽs: Dominus vobiscum: Cir-
ca quod notãdum est, ꝙ Christus post resurrectionem, bis legitur di-
scipulos salutasse, dicens, Pax vobis, in signũ duplicis pacis: videlicet
pectoris & æternitatis qui secũdum prophetã est pax super pacem: de Ioan. 14
qua Dominus inquit Apo. Pacem relinquo vobis, pacẽ meam do vo-
bis, hanc duplicem pacem per duplex osculũ sacerdos insinuat: cùm
videlicet prius osculatur ministrũ, & posterius osculatur altare. Pri-
ma ergo salutatio, quæ fit ante orationẽ significat benedictionem il- Luc. 24
lam, quam Christus ascẽturus in cœlũ, legitur dedisse discipulis suis.
Nãq; (vt Lucas cõmemorat) eduxit eos foras in Bethania: & eleuatis Act.1
manibus benedixit eos: & cũ benedixisset, recessit ab eis, & ferebatur
in cœlum. Vnde post salutationem nouissimam, quam sacerdos ora-
tione expleta facit ad populum, qui significat vitam ęternã, diaconus
alta voce pronuntiat, Ite missa est: repræsentans, quod dictum est ad
Apostolos: Hic est Iesus, qui assumptus est à vobis in cœlum. Notan-
5 dum † est autẽ, quod missa tribus modis finitur: primò per, Ite, missa
est: & hoc in solẽnitatibus quoties cãtatur, Te Deũ laudamus, &, Glo
ria in excelsis Deo: prout dicetur in procœmio vij. partis. quasi dicat:
Redite ad propria: quia missa seu oblata est Deo hostia salutaris, pro
genere humano: prout tactũ est in procœmio huius partis. Vel annun-
tiat populo, quod missa seu preces sunt finitæ: quoniã statutũ est in cõ
cilio Aurelianẽ. de cõsec. dist. j. cũ celebrandum quòd nullus exire de-
bet de Ecclesia, donec annuntiatũ sit per ministrũ. Vel est sensus. Ite:

missa est: scilicet ite, post Christũ, & sequimini ipsum. Nõ est enim in hoc mundo stãdũ: sed ad patriã per bona opera festinãdum: quod de-uiter facere possumus: quia missa est ad Deum patrẽ placãdum hostia per quã fracta sunt tartara, & reseruatus paradisi introitus. Dicẽs ergo: Ite, missa est, dirigit vultũ ad populũ: quia ad eos, quos præsẽtes licẽtiamus, sermonẽ dirigimus: & eis, ad quos sermonẽ dirigimus, facẽ repræsentare solemus, sicut fit, quãdo dicitur, Dominus vobiscũ: vel, Orate fratres: prout dictum sub titulo de inclinatione sacerdotis. Sed nõ stat versus ad populũ: quia illũ distinctè nõ alloquitur, sed dirigit faciẽ ad orientẽ, & mentẽ ad Deũ. Dicto † autẽ ite, missa est. clerus & populus gratulando respõdent, Deo gratias. imitãtes Apostolos, qui adorãtes ingressi sunt in Hierusalem, cum gaudio magno, & erãt in tẽplo, laudãtes & benedicentes Deũ. Etenim, prout quidam asserunt, Deo gratias. interiectio est gratulatiua, vel cõgratulatiua. & hoc iam dictum est de Esdra, non secundum verba, sed secundum sensum: quoniã populus Israël per iussum Pharaonis, licẽtiante Cyro de Babylonica captiuitate ad Hierusalẽ reuersus, gratias egit Deo. Sed & Apostoli post ascensionem Domini regressi sunt in Hierusalem, benedicentes Dominum: sic & nos vltima benedictione accepta, ad cœlestẽ patriã ibimus, vbi semper erimus in gratiarũ actione. Apostoli quoque prædicantes, dicebant, Gratias agite, sine intermissione orate. Potest etiã dici, quòd sacerdos incipiẽs: Gloria in excelsis Deo. significat angelum annuntiantẽ pastoribus ineffabile gaudiũ de Christi nativitate. Ite, missa est, designat accessum pastorũ ad locũ natiuitatis Christi, pront dicetur in procœmio vij. partis. Chorus respõdens, Deo gratias: repræsentat, q̃, sicut Lucas refert ibi, Pastores reuersi sunt glorificantes Deum, in omnibus quæ viderant, & audierãt. Secundo tamen dicitur, missa terminatur per, Benedicamus Domino: videlicet in profestis diebus: & generaliter quando præmissa cantica lætitię nõ dicitur per quod populus ad gratiarũ inuitatur actiones: quia post omnia, debemus Deo humiliari: & est sumptũ de Apostolo, vel de Psalmista, vel de Hymno trium puerorum, vbi dicitur: Benedicamus patrẽ & filium, & respondetur, Deo gratias. quòd ad gaudiũ Apostolorũ, de quo pro missum est, refertur. De hoc dicetur prope finẽ, in procœmio v. partis. Et populus Deo gratias agẽdo, ad propria rediens, significat discipulos cum gratiarum actione post passionẽ Domini in Hieruſ. reuertentes. Circa hoc etiam dicendum est, quòd in primitiua Ecclesia cum ministri Ecclesiæ missam sine populo celebrabãt, claudebatur missa, per, Benedicamus. quãdo verò populus erat præsens, quia aliàs nesciebat ille, quãdo finita esset, dicebatur, Ite, missa est. Quia ergo in profestis diebus ministri, vt plurimũ, quasi soli sine populo missas dicebant, ideò iuxta morẽ antiquũ in illis diebus dicunt, Benedicamus. in solennitatibus verò, quia tunc populus conuenit, dicitur, Ite missa est.

1. Thess.

Luc. 2

Prima

Prima tamen missa in natali Domini in quibusdã locis clauditur per, Benedicamus Domino, eò quòd saluatoris natiuitas, de qua in illa agitur, paucis ab angelo nuntiata est, scilicet pastoribus, qui ministros Ecclesiæ esse figurant. Et præterea à sæpe quasi soli ministri in illa præsentes sunt. Alia tamen ratio scribitur in vij. parte, sub titu. de Aduentu: & quia recedere non debent, sed interesse etiam secundæ missæ in aurora. In diebus quoque ieiuniorum, clauditur missa per, Benedicamus. ad notandum, quòd si Domino semper benedicendum sit: multò fortius hoc tempore, id facere debemus. Significat autem, Benedicamus idem, quod benedictio: de qua iam sub tit. de benedictione diceretur. Tertiò † finitur missa per, Requiescant in pace, scilicet missa pro defunctis, & tunc respondetur, Amen, id est, fiat. Optatur enim requies. † Rursus finis missæ, finem mundi significat, Ite, missa est. vel, Benedicamus domino, libertatem, quæ dabitur iustis in patria, vbi semper Deum benedicent.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos, quo consilio aut intentione osculetur humerum Episcopi. Et quid in Romana Ecclesia. nume. 2.*

Quare sacerdos humerum pontificis osculatur.

CAP. LVIII.

1 DIcto, Ite, missa † est, sacerdos, qui adsistit Episcopo ad altare in quibusdam Ecclesiis ad mensam altaris, armum dextrum pontificis osculatur, ostendens hunc illum esse pontificem: cui secundum legis figuram dexter armus separationis debebatur de hostiis, salutaribus & pacificis. Sanè per humerum exprimitur principatus, secundum illud propheticum: Factus est principatus super humerum eius: & legalis. Angelus enim dixit ad virginem: Dabit ei Dominus sedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Propheta dicit: Sedes tua in seculum seculi, virga regni tui: propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Moses inquit in lege: Lætamini simul cum eo cœli, & adorent eum omnes angeli Dei. Ad quod designandum in Ecclesia Romana tres † humerum pontificis osculantur, in signum reuerentiæ: videlicet primicerius in principio, diaconus in medio, & sacerdos in fine missæ.

Esaiæ 9

Luc. 1

Psal. 44

SVMMARIVM.

1 *Benedictio super populum quorsum fiat. Et num. 3. 4. Et qualiter. nu. 2.*
6 *Et vnde ea profecta ratio benedictionis. num. 5.*
7 *Benedictio à quo regulariter fiat.*
8 *Benedictio episcopi qualiter fiat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

8 *Missa absoluta, quid agendum, cùm à sacerdote, tum à populo. &c.*

De benedictione nouissima. CAP. LIX.

ALtari seu humero osculatis, episcopus vel sacerdos † populum benedicit. Ritè quidem post cõmunionem benedicitur: quoniam sicut legitur Luc. vlt. postquàm Christus in cruce orauit, & coram discipulis manducauit, & reliquias eis dedit, eleuatis manibus benedixit eis. Vnde statuit concilium Aurelianen. de consecration. distinction. prima cùm ad celebrandas. & capit. præcedenti, vt populus ante benedictionem episcopi, vel, vbi ipse abest, sacerdotis, de Ecclesia non discedat. Hæc autem vltima benedictio, super populum, missionem spiritus sancti significat, quem Dominus ascendens in cœlum de cœlo misit in Apostolos, iuxta quod ipse promiserat eis. Accipietis (inquit) virtutem superuenientis in vos spiritus sancti, vt iam dictum est sub tit. de oratione nouissima. Vnde hæc benedictio per verbum crucis & signum crucis exprimitur: quoniam illa † missio per sonum aduenientis spiritus vehementis: & apparuerunt illis dispertitæ linguæ tamquam ignis, &c. Et licet spiritus sanctus speciali-liter missus fuerit in Apostolos: quia tamen indiuisa sunt opera trinitatis, missionem illam tota fuit trinitas operata. Ideóque benedictionem istam facit episcopus in nomine trinitatis, authoritate Dei. Deus. Secundo † hæc vltima benedictio significat illam vltimam benedictionem: Venite benedicti patris mei, &c. Tertiò illam quam Christus ascensurus † in cœlum discipulis dedit: vnde ea facta sacerdos se ad orientem vertit: quasi se Christo ascendenti commendans. Cæterum benedictionis formam † legis expressit authoritas, dicens: Domino per Mosen: Inuocabis nomen meum super omnes filios Israël, & ego Dominus benedicam. Et iterum per prophetam: Effundam super vos spiritum gratiæ, & precum. Item Aaron, postquam sacrificauerat, extendens manum supra populum, benedixit illi. Leuit. ix. Item Moses & Aaron expletis hostiis & holocaustis, intrauerunt tabernaculum testimonij, & posteà exeuntes benedixerunt populo. Leuit. xj. in fine. Huiusmodi ergo finales benedictiones à vetest. sumuntur: quoniam & Iacob in fine vitæ suæ filiis benedixit, & Moses populo ante mortem, sicut & Christus discipulis ante ascensionem, vt prædictum est. Et inde est, quòd cùm separamur, communam & protectiuam quærimus benedictionem. Sumuntur etiam ab eo quod Dominus præcepit dari benedictiones in monte Garizim, super legis obseruatores: sicut econuerso maledictiones in Hebal, super transgressores, à quibus excommunicationes originem habuerunt. xxj. distinct. denique. Regulariter † autem maior minori benedicit.

Act. 2 *Act. 2* *Act. 1* *Psal. 66* *Matt. 25* *Zach. 12* *Gen. 49* *Deut. 33* *Luc. 24* *Deut. 27*

Vnde Abraham à Melchisedech benedicitur, & non econuerso. Nullus ergo sacerdos maiore suo non innuente benedictionem dare nitatur, imo Episcopo missam audiente sacerdos celebrans in cunctis illius licentiam & benedictionem exposcit. Sacerdos tamen missam celebrans, potest benedicere etiam Episcopo præsente & permittente, ac benedicere nolente, aliter non: prout in præmisso concilio Aurelian. cauetur. Nam secundum Hiero. xcv. d. eadem. presb, ter populum benedicere potest, qui Christum non metuit consecrare: illud autem quod in Carthagin. concilio legitur xxvj. q. v. ministrare presbytero, 7 benedictionem super plebem fundere non licet: de solenni † benedictione soli Episcopo competenti quæ fit per verba ista: Sit nomen Domini benedictum, &c. est intelligendum. Rursus benedictio episcopalis fit per modum manus impositionis. Vnde & Episcopus eos benedicens, tenet manum more Aaron, super populum eleuatam: & exemplo Christi, qui, vt præmissum est, coram discipulis manducauit: in cœlum ascensurus eleuatis manibus eis benedixit. Quia ergo soli Episcopi manus imponunt: quia sicut legitur in Actibus Apostolorum, soli Apostoli manus imponebant. & nullus alius discipulus: ideo solennem benedictionem solus Episcopus dat. Sanè post benedictionem solennem, quæ fit per Episcopum, ante Agnus Dei, iterum benedici 8 solenniter in fine missæ non oportet. In missa tamẽ pro defunctis non benedicitur, prout sub titulo de fractione hostiæ dictum est. Placeat tibi. &c. quia Luca testante Act. j. † Dominus Iesus postquam locutus est discipulis, benedicens illis, assumptus est in cœlum, sedet ad dextram Dei: ideò sacerdos non ad Christum solum, quem nubes suscepit ab oculis eorum: sed ad totam trinitatẽ sermonem dirigit dicens: Placeat tibi, &c. Qua oratione finita, osculatur altare, ostendens per hoc se præmisit omnibus deuotè toto mentis & corporis assentire affectu: quo facto recedens à conspectu populi, ingreditur vestiarium: vel cortinam interponit, repræsentans quòd, vt præmissum est, Christum in cœlum ascendentem, nubes suscepit ab oculis intuentium: & sicut legitur Luc. vlt. recessit ab eis & ferebatur in cœlum. Si verò Episcopus missam sacerdotis audiuerit, sacerdos ipse osculato altari, & depositis sacerdotalibus vestibus mox accedit ad Episcopum: & genua flectens coram illo osculatur eius manum. In hoc figurans magnam filij obedientiam, qui patri obediuit in incarnatione, in passione, in ascensione, & in aliis, quæ idem sacerdos in officio missæ repræsentauit: & ostendens se illis fidem veram habere & consentire. Pontifex verò illi benedicit: quasi dicat, Hic est filius meus benedictus, &c. 9 Deinde statim dicuntur hymni illi, Benedicite † & laudate: vel in totum vel in partem, quia Deo pro omnibus beneficiis gratias agere debemus, quem in æternum laudabimus. Vnde in concilio Agathen. de consecratione, distinctione v. conuenit. ita legitur. Post conclusionem matutinarum vel vespertinarum missarum, id est, quæ dicuntur manè,

Gen. 14. *Act. 1* *Act. 6* *Luc. 14* *Act. 1*

manè, vel circa nonam, post hymnos, id est, postquam sacerdos dixit
Psal.144 Benedicite & Laudate, capitula de Psalmis dicantur: scilicet, Confi-
teantur tibi Domine, omnia opera tua, &c. & plebs collecta oratione
& orationis causa, ad vesperam ab Episcopo dimittitur, cum benedi-
ctione. Per hoc autem, quod dicit ad vesperam, innuitur quòd loquê-
tur Dominus de missis, quæ in quadragesima dicuntur post quas ita-
tim vesperæ decantantur: de cons. d. j. solet: Et sic innuit, quòd Epi-
scopus vel presbyter non debet tunc benedicere donec vesperæ fin-
cantatæ, quod tamen in vsu non est. Postremò licet propter † propo-
situm notandum est, quòd benedictio mensæ dupliciter inchoatur.
Primò, quia maior incipiens, dicit: Benedicite, & cæteri respondent:
Dominus: quia sicut debemus Domino per gratiarum actiones bene-
dicere, ad quod maior dicendo: Benedicite, hortatur: sic & indigemus
benedici à Domino suæ gratiæ infusione, quam illi optantes postu-
lant respondendo: Dominus, supple nos benedicat suæ gratiæ infu-
sione. Secundo modo maiore incipiente: Benedicite: cæteri similiter
respondent, Benedicite: ad ostendendum quòd ad Dei benedictionem
debemus mutuò nos hortari. Potest etiam dici, quòd in priori modo
reuerentia Dei consideratur. Cùm enim respondetur, Dominus sup-
plendum est, Benedicat: quia nos digni non sumus benedicere. In se-
cundo verò reuerentia superioris. Cùm enim respondetur: Benedice-
te, supplendum est, Vos pater: quia minor maiore præsente benedicere
non debet. deinde maiore versum inchoante cæteri coadiuuant ad di-
cendum: ad notandum, quòd inferiores coadiutores sunt præpositi-
rum in oneribus supportandis. In nonnullis Ecclesiis pueri benedi-
cunt mensas, etiam prælatorum, pro eo quòd lectoris officium est be-
Luc.24 nedicere panem. Conuenientius tamen fit per prælatos: exemplo Chri-
sti qui in Emaüs mensam coram duobus discipulis benedixit. Post cœ-
Ioan.2 nia in quibusdam Ecclesiis benedicitur à sacerdote panis populo di-
stribuendus, exemplo Christi qui in deserto quinque panes benedixit
& ex eis, quinque millia hominum satiauit. de quo pane sub titu-
lo de pacis osculo dictum est: deinde sacerdos, & alij ad pro-
pria reuertuntur: Sacerdos quidem ad propria rediens,
est Christus: qui legatione peracta, in gloriam pa-
tris ascendit. Et fideles etiam reuertuntur,
dum de carceris exilio liberati, in
gloriæ libertatem eri-
piuntur.

LIBER

LIBER QVINTVS.

SVMMARIVM.

1 Diuinæ officia colere debemus, exemplo & typo Hierusalem cœlestis, ducti.
2 Esdras populum Israëliticum ad Dei laudes erudit. Ibique horæ canonicæ subiicuntur.
3 Nocturnum tempus, refert tempus tenebrarum, scilicet ante aduentum Christi.
4 Horæ septem canonicæ, repræsentant septem hominis ætates.
5 Horis quatuor diei tantùm, cur laudemus Deum: & non omnibus.
6 Horæ singulæ canonicæ, respondent singulis actibus passionis Christi.
7 Daniel induxit primus horas tres canonicas cantari, tertiam, sextam, & nonam.
8 Maria virgo, iure laudanda est horis canonicis.
9 Mariæ virginis officium, ab Vrbano papa institutum.

ARGVMENTVM.

De diuinis officiis, tam nocturnis quàm diurnis in genere.

CAP. I.

1 IN Exodo legitur. xxv. cap. in fine, Dominum dixisse ad Mosen, Omnia fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum † est: quocirca nos conformari conuenit illi cœlesti Hierusalem, quæ Dominum laudare iubetur, & quæ sicut ait Apostolus ad Galat. iiij. De sursum est, & mater nostra est, præsertim in simul laudando Deum: iuxta illud: Super muros tuos Hierusalem constitui custodes, qui tota die & nocte non cessabunt laudare nomen Domini. Et in Apoc. iiij. ca. habetur, quòd animalia requiem non habebant, dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus &c. veruntamen militans Ecclesia imitari plenè nequit triumphantem: quia sicut legitur in libro Sapientiæ capit. ix. Corpus, *Esai.26* quod corrumpitur, aggrauat animam. Nequimus enim infirmitate nostra præpediente in singulis. xij. diei horis, iugiter diuinis insistere laudibus, quoniam necesse habet homo aliquando necessariis corpori intendere: iuxta illud Geñ. iij. ca. In sudore vultus tui, vesceris pane tuo. I. distinctione. & ideò facimus quod possumus certis diei naturalis horis, 2 Deum laudando. Vnde Esdras † propheta populum Israëliticum de Babylonica captiuitate reuersum, docuit Deum laudare, quater in nocte, & quater in die: vt vnumquodque quatuor elementorum, ex quibus homo constat, per competentes horas obsequio se offerat creatoris: videlicet de nocte in vesperis, in completorio, in nocturnis, in diluculo,

scilicet

scilicet in laudibus matutinis. De die verò, in prima, in tertia, in sexta,
Psal. 118 in nona horis. Vespertinum igitur officium quod est cuiuscunque offi-
cij initium, ad noctem pertinere probatur, quod secundum Isidorum
libro Etymologiarum dicitur à vespera stella, quæ surgit nocte o-
riente. Verùm Dauid inquit: Septies in die laudem tibi dixi: & rursus:
Media nocte surgebam ad confitendum tibi, &c. Quem ordinem con-
cilium Agathen. extrà de celebratione missarum. capit. j. approbat &
sancta Ecclesia seruat: quoniam nocturnum officium media nocte ce-
nitur. Reliquæ verò septem canonicæ horæ de die dicuntur, videlicet
laudes, matutinæ: quæ olim in aurora dicebantur: licet hodie, cum no-
cturnis coniungantur, prima, tertia, sexta, nona, vesperæ & completo-
rium, quæ septem horæ vocantur canonicæ, quasi regulares: extrà de
pœnitentia & remissione, quod in te: quia regulariter à sanctis patri-
bus obseruatę sunt, Nam κανὼν Græcè, regula dicitur Latinè. Missæ au-
tem oblatio, propter tanti sacramenti excellentiam, quod in ea conti-
citur, super alias laudes est: & est laus per se, nec sub numero compre-
henditur aliarum. Propter quod, & in hoc opere tractatum per se obti-
net specialem: quamuis nonnulli asseuerent illam fore de officio tertiæ
siue nonæ: pro eo, quia in his duabus horis solet regulariter celebrari. †
Sanè nocturnum † officium, tempus miseriæ, quo genus humanum à
diabolo tenebatur obsessum, repræsentat: diurnum verò, nostræ re-
demptionis & liberationis per Christum solem iustitiæ factæ tempus
significat: qui claritate suæ diuinitatis tenebras nostras illuminauit: &
à seruitute diabolo nos eduxit. Qui ergo tantum bonum dono septi-
formis gratiæ spiritus sancti adepti sumus, meritò septies laudem Deo
cantamus. Secundò, quia † dies naturalis repræsentat vniuscuiusque
Psal. 118 ætatem, non quam quilibet homo habet: sed quam si non peccasset, ha-
beret. Qui naturalis dies, septem habet varietates. Prima, est infantia,
quæ per matutinas laudes repræsentatur. Secunda, puericia, quæ per
primam. Tertia, adolescentia, quæ per tertiam. Quarta, iuuentus, quæ
per sextam. Quinta, senectus quæ per nonam. Sexta, senium, quæ per
vesperas. Septima, decrepita ætas siue finis vitæ nostræ quæ per com-
pletorium designatur. In his ideò singulis ætatibus creatorem nostrum
super iudicia iustitiæ suæ laudare debemus. De infantia beatus Nico-
laus nobis ostenditur in exemplum: qui quarta & sexta feriis virgi-
abstinentiæ materna vbera non suggebat, nisi semel in die: de alia
Prou. 24 quo ue ætatibus satis li uet. Tertiò, quia secundum Salomonem se-
ties in die cadit iustus, per negligentiam, de pœnitentia, distinctio-
iiij. septies: ideò meritò septies, vt per orationis vigilantiam relurgere
valeat, diuinum debet subsidium inuocare. Quartò, quia numerus
septenarius vniuersitatis est. Cæterum cum. xij. horæ diei † attribua-
tur, in quibus omnibus laudandus esset Dominus: quare in quatuor
tantùm diei horis in Ecclesia psallitur: Respondeo, cum in singulis ho-
ris, vt præmissum est, diuinis iugiter insistere laudibus nequeamus,

quod in aliis minus fit: in prima, in tertia, in sexta, in nona horis sup-
pletur. In earum namque qualibet dicuntur tres Psalmi: & sic in qua-
tuor horis numerus psalmorum, respondet numero horarum. Et qui-
libet psalmus continet versuum octonarios, octauam resurrectionis si-
gnificantes: de quibus sub titulo de completorio dicetur: per octona-
rios siquidem in horis psallimus: quia de resurrectionis gloria exulta-
mus. Rursus in qualibet horarum ipsarum dicitur ter super Psalmos,
Gloria patri, &c. vt quot diei horæ nobis pro corporis sustentatione, ad
laborandum concessæ sunt, toties in ipsis horis, & gloria patri dicatur:
vt per hoc in Dei seruitio omni hora nos esse monstremus. Siquidem
tres glorificationes, quæ sunt in hora prima, indicant nos esse in Dei
famulatu, in prima, secunda, & tertia horis: & tres, quæ sunt in tertia,
nos protegunt in quarta & quinta horis, & sexta: tres quoque quæ sunt
in sexta, nos muniunt contra insidias diaboli: in septima, octaua & no-
na horis. Nona verò, cùm suis glorificationibus nos protegit in decima,
vndecima, & duodecima horis. Posset etiam non incomperenter dici,
quòd sub prima duæ horæ comprehenduntur: videlicet ipsa prima, se-
cunda: sub tertia similiter tres, scilicet ipsa tertia, & quarta & quinta:
sub sexta similiter tres, scilicet ipsa sexta, septima, & octaua: sub nona
duæ, scilicet ipsa nona, & decima: vesperæ verò repræsentant vndeci-
mam, & completorium duodecimam. Sed in præmissis sex diei horis,
videlicet in prima, tertia, sexta, nona, vesperis, & completorio, ideò
specialiter Deum laudamus, & non in secunda, quarta, quinta, septima,
octaua & decima: quia illæ in aliquibus præ aliis sunt priuilegiatæ:
prout in principio tractatus cuiuslibet earum ostendetur: propter quod
meritò in illis diuinum celebratur officium. Nempè in nocte Christus
6 est comprehensus, † manè illusus, & hora prima gentibus traditus: ter-
tia flagellatus, voce crucifixus, sexta cruci affixus: nona, mortuus: vnde-
cima, de cruce depositus: in duodecima, sepultus. Item in nocte spolia-
uit infernum: manè surrexit. In prima hora Mariæ apparuit: tertia, de
monumento redeuntibus obuiauit: sexta, Iacobo: nona, Petro, vespera,
duobus discipulis euntibus in Emaüs, scripturas aperuit, & se manife-
stauit. In completorio Apostolis, Pax vobis, dixit, & cum eis manduca-
uit. Has autem horarum laudes, qualiter absoluere debeamus, osten-
dit Bernardus, dicens: fratres mei, immolantes hostiam laudis, iniun-
gamus verbis sensum, sensui affectum, affectui exultationem, exulta-
tioni maturitatem, maturitati humilitatem, & humilitati libertatem.
Præterea, diutinæ psalmodiæ ideò à prima, tertia, sexta, & nona, & Matt. 20
non ab aliis nomen sumpserunt, vt per eas Dei seruitium agamus: quo-
niam paterfamiliâs commemoratur in euangelio exisse illis conduce-
re operarios in vineam suam, quæ sanctam significant Ecclesiam. Sunt Danie. 6
7 etiam, qui dicunt morem cantandi tertiam, sextam † & nonam fuisse
à Danièle sumptum: qui intellecto, quòd Nabuchodonosor statuam
erexisset, quam omnibus adorandam præceperat intra domum suam,

& aper

& apertis feneſtris ter in die genua flectebat verſus Hieruſalem: quod Hier. exponens: dicit, hinc habet Eccleſiaſtica traditio quòd ter in die genua ſunt flectenda, ſcilicet in tertia, ſexta, & nona. In eiſdem quoque † horis beatam Virginem laudare debemus, ſcilicet in nocturnis hui matutino: quia tali hora, quædam ſtella apparet in cœlo, quæ tranſmontana vocatur, cuius ductu nautæ perueniunt ad portum, & ipſa beata virgo, eſt ſtella tranſmontana: quia & ſi eam dignè laudaueri mus, nos qui ſumus in hoc ſeculo, ducet ad portum ſalutis. Item, in prima: nam tunc apparet quædam ſtella, quæ Diana vocatur, quam ſequitur ſol: & ipſa beata Virgo eſt vera ſtella Diana, quæ verum ſolem, ſcilicet Chriſtum nobis portauit, quæ illuminat totum mundum. Item in tertia: nam hora tertia conſueuimus eſurire, & ipſa portauit nobis panem verum, ſcilicet Chriſtum, cum quo eſt omnis ſatietas. Item in ſexta: quia illa hora magis feruet, & calefacit ſol, & ipſa laudanda, & roganda eſt, vt nos frigidos calefaciat in charitate, per ſolem Chriſtum quem genuit. Item in nona: quia illa hora ſol declinat ad Occaſum, & ipſa iuuat nos, & protegit, cùm ad occaſum, id eſt, ad ſenectutem declinamus. Item in veſperis: quia tunc incipit dies finiri, & ipſa laudatores ſuos in hora mortis defendit. Item in completorio: nam tali hora dies eſt completa, & ipſa in complemento vitæ noſtræ pro nobis intercedit, & in æterna tabernacula recipi facit, vbi completum eſt gaudium electorum. Officium † beatæ Mariæ inſtituit Vrbanus Papa cantari, vt dicetur in titulo de Tempore Aduentus. Nocturnale autem officium nobis ad memoriam reducit tempus ab Adam vſque ad Noë. Matutinale tempus à Noë vſque ad Abraham. Prima, tempus ab Abrahamvſque ad Moſem. Tertia à Moſe vſque ad Dauid. Sexta, temp⁹ à Dauid vſque ad aduentum Chriſti. Nona, tempus ſequens vſque ad ſecundum aduentum, quando venturus eſt reddens vicem pro abditis. Per vesperas recolimus ſabbatum, Id eſt requiem animarum, poſt exitum à corporibus vſque ad diem iudicij. Per completorium verò recolimus completum numerum, & conſummatum gaudium Sanctorum: quod completbitur in die magnæ feſtiuitatis, quando benedicti percipient regnum Dei. In hac igitur parte, de Officiis Eccleſiaſticis in genere agere intendimus, videlicet de his quæ in officio cuiuſlibet Eccleſiaſtici dicuntur, de Nocturnis, de Laudibus, de Matutinis, de Prima, de Tertia, de Sexta, de Nona, de Veſperis, de Completorio.

SVMMARIVM.

1 *Officium, quid.*
2 *Officium Primitiuæ Eccleſiæ, primùm cuilibet liberum, & vagum fuit ac ſolutum, tandem poſteà à Hieronymo preſbytero, prouinciam Theodoſio Imperatore, & mandante Damaſo Papa, ordine, canonibus & legibus eſt diſtinctum & ornatum num. 3.*
4 *Officij Eccleſiaſtici compilatores.*
5 *Officium Gregorianum, per vniuerſam Eccleſiam diuulgatum fuit: & Ambroſianum*

Ambroſianum ſolùm Mediolani celebrari conceſſum, idque poſt multas multorum Doctorum, Epiſcoporum, Conciliorum, & Imperatoris altercationes, ac tandem miſſas ſortes.
6 Oratio Dominica in principio & fine horarum canonicarum dicenda eſt.
7 Horarum ſingularum initio cur præponatur: Deus in adiutorium meum intende.
8 Hora tribus modis incipiuntur, eò quòd tribus modis contingit peccare.
9 Dæmones non ſecùs timent ſignum crucis, quàm baculum, quo percuſſi fuerunt.
10 Crux Chriſti multipliciter & variè præfigurata in veteri Teſtamento.
11 Crucis ſigno armatur Eccleſia, confunditur ciuitas Diaboli.
12 Crucis ſignum, tribus digitis eſt imprimendum.
13 Crucis ſignum quàm variè fiat. & nu. 14. & vbi ſit faciendum. nu. 15.
16 Crux eſt quadripartita, & quid denotet ea forma.
17 Gloria Patri, principio omnium horarum dicendum, excepto in mortuorum officio. nu. 18. & quid iſte verſus portendat. num. 19. 20. & quot vicibus dicatur in nocturnis feſtiuitatum. 21.
22 Gloria, quid.
23 Hymnus, vnde natus primùm, & quia.
24 Hymni, an & vbi præcedant Pſalmos, aut econtrà.
25 Hymnus, Pſalmus, & Canticum, an & quid differant.
26 Antiphonæ vnde ortum habuerint, & vnde dicantur. n. 27. 30. 31. quàliter cantentur. num. 28. 29.
32 Neuma quid, & quid differat à dictione, pneuma. nu. 33.
34 Adæ & Euæ nomen naſcentes hodie exprimunt, quàuis fuerit mutatu.
35 Neuma vbi maximè ſit vſus.
36 Pſalmi cur dicantur alternatim.
37 Pſalmi dicuntur ſex in diuinis horis.
38 Pſalmus idem, cur in diuerſis ſolennitatibus legatur.
39 Pſalmi graduales, quot, & vnde dicti.
40 Verſiculi in diuino officio, cur dicantur, & vnde dicantur.
41 Verſiculi cur dicantur ante lectiones, in nocturnis.
42 Verſus, quid notet.
43 Lectiones matutinales quid ſignificent.
44 Benedictionem petens ante lectiones cur dicat, Domne, potiùs quàm Domine.
45 Genu vtrumque flectendum in Eccleſia, Dominis autem alterum eſt tantùm.
46 Lectionibus finitis dicitur, Tu autem Domine, & cur ita.
47 Lectionum pluralitas quid notet.
48 Ordines duo ſunt in Eccleſia, & lectionum duo modi, ſiue forma.
49 Lectiones quotuplici fine terminentur.
50 Loctio nona, cur inſtituta nomine Trinitatis.

51 *Capitula cur dicantur in officijs.*
52 *Lectionum autor, cur non exprimatur in nocturnalibus, siue in diurnalibus.*
53 *Responsorium vnde dicatur.*
54 *Cantica vnde dicantur, quid & quot habeant versus.*
55 *Orationes cur dicantur in singulis horis.*
56 *Nocturnum, cur oratione & benedictione non concludatur.*
57 *Orandum est versus Orientem, multis de causis.*
58 *Ecclesia, Domus orationis & an alibi meritò orari possit fusissimè.*
59 *Adorandi quomodo sint Pater, Filius, & Spiritus sanctus.*
60 *Deus, qualiter sit adorandus.*
61 *Adorationis duæ species.*
62 *Benedicamus Domino, dicitur finita oratione, & vnde sumptum, & quid significet. Item. Deo gratias. num. 63.*
64 *Sanctorum suffragia, quorsum fiant.*
65 *Cantandi vsum vnde accepit Ecclesia.*
66 *Sonorum tres species.*
67 *Musicorum tres species, in tres partes officij diuiduntur.*
68 *Cantus Ecclesiasticus cœlestem lætitiam significat.*
69 *Tholetani concilij decretum, de psallendi & ministrandi consuetudine.*

Quid sit officium, & de eius institutione & partibus.

CAP. II.

EST autem † officium, secundum Isidorum, proprius vel congruus actus vniuscuiusque personæ, secundum mores ciuitatis, vel institutæ professionis. Alia namque habet instituta monachi, alia canonici, alia eremitæ, & sic de reliquis. Et dicitur officium, secundum Hieronym. in libro de Officiis, ab efficiendo: quasi efficium, ab efficis, vna litera in aliam propter decorem sermonis, mutata. Vnicuique etenim conuenit suum efficere officium. Vel secundum Isidorum, officium dicitur, vt quisque illa agat, quæ nulli officiant, sed omnibus prosint. † Cæterùm in Ecclesia generaliter nil canendum aut legendum est, quod à sancta Romana Ecclesia canonizatum & approbatum expressè, aut per patientiam non sit. In primitiua tamen Ecclesia diuersi diuersa quisque pro suo velle cantabant, dummodò quod cantabant ad Dei laudem pertineret. Quædam tamen obseruabantur ab omnibus ab initio constituta: vel ab ipso Christo vt oratio Dominica, vel ab Apostolis, vt Symbolus. Succedentibus verò temporibus, quia Ecclesia Dei propter hæreses scissa est, Theodosius Imperator, hæreticorum † extirpator, rogauit Damasum Papam, vt per aliquem prudentem & per catholicum virum ecclesiasticum faceret officium ordinari. Vnde idem Papa præcepit Hieronymo presbytero, tunc in Bethleem cum Paula & Eustochio, & aliis virginibus moranti, qui priùs sub septem Apostolicis Romæ vixerat, quatenus officiũ Ecclesię ordinaret. Ipse namque nouerat linguas quatuor, Hæbraicam, Græcã, Caldaicam, & Latinam, quod ille obtẽperans fecit. Ordinauit itaque quantum de Psalmis in dominica, quantũ in secunda feria, & quantũ in tertia feria, & sic deinceps legerentur. Euangelia quoque, epistolas, &c. quæ de nouo & veteri Testam. in Ecclesia leguntur prẽter cãtum, magna ex parte ordinauit: cuius operis exemplum idem Hier. Romam misit, & à Damaso Papa canonizatum est, & præceptum à cunctis Ecclesiis obseruari, & appropriatum est ipsi Damasò, propter authoritatem suam, quam interposuit. C. de vete. iu. enu. l. tanta. Consequenter † tamen beatus Gregorius, & Gelasius orationes, & cantus addiderunt, & lectionibus & Euangeliis, responsoria coaptauerunt. Gradualia verò, Tractus, & Alleluia, Ambrosius, Gelasius, & Gregorius ad Missam cantari instituerunt. Plerique quoque alij Doctores Ecclesiæ aliqua alia superaddidisse noscuntur. Sancti enim Patres nõ simul omnia ad decorẽ officij pertinentia, sed diuersis temporibus ordinauerunt. Vnde & Missæ inceptio tres habuit varietates. Aliquando enim à lectione inchoabatur, prout fit hodie in sabbatho sancto. Postea Cœlestinus Papa Psalmos ad missæ introitum dici instituit. Gregorius verò introitus cum cantu ordinauit. † Legitur † in vita beati Eugenij, quòd dum adhuc officium Ambrosianum magis quàm Gregorianum ab Ecclesia seruaretur. Adrianus, Papa Concilium conuocauit: vbi statutum est, quòd Gregorianũ deberet vniuersaliter obseruari, ad quod Carolus Imperator omnes clericos minis & suppliciis per diuersas prouincias cogebat, libros Ambrosiani officij cõburens. Beatus verò Eugenius ad conciliũ quoddam propter hoc conuocatum veniens, inuenit ipsum Concilium per triduum iam solutum, inducẽs dominum Papam quòd omnes Prælatos qui Consilio interfuerant, & iam per tres dies recesserant, reuocaret. Consilio igitur iterum congregato, omnium Patrum fuit vna sententia, quòd missale Ambrosianum & Gregorianum super altari sancti Petri Apostoli poneretur, plurium Episcoporum sigillis munita, & forres Ecclesiæ clauderẽtur, & ipsi tota nocte orationi insisterent, vt Dominus per aliquod signũ indicaret, quod horũ magis ab Ecclesia seruari vellet: sicque per omnia factum est. Manè igitur Ecclesiã intrantes, vtrunque missale super altare apertum inuenerunt, vel vt alij asserunt, missale Gregorianum penitùs dissolutum, & huc illucq; dispersum inuenerunt; Ambrosianum verò solummodò apertum super altare in eodem loco, vbi positum fuerat inuenerunt. Quo signo edocti sunt diuinitùs Gregorianum officium per totum mundum dispergi: Ambrosianum verò tantùm in sua Ecclesia obseruari debere: & sic vsque hodie seruatur. Siquidẽ tempore Caroli Imperatoris officium Ambrosianum præcipuè dimissum est, & Gregorianum imperiali

authoritate plurimum adiuuante, diuulgatum. Ambrosius enim mos ta instituit, iuxta ritum Græcorum, vt dicetur infrà, vbi de hymnis a- getur.† Vt autem muscæ morientes abigantur, & mens orationis se- renetur, vt dignè cũ Deo loquatur, vt si mente nõ orauerit, Dominus in furore non irascatur, sed misereatur, ideò laudabili consuetudine inductum est, vt sacerdos ante canonicarum horarum initia, & in fine Dominicæ orationis, & ante horas beatæ Mariæ, & in fi. Aue maria, &c. voce submissa præmittat. Vnde in concilio Gerungiñ. confe. dist. 5. id semper statutum est, vt etiam post singulas horas dicatur: ne diabo- lus de corde sacerdotis rapiat, si quid boni ibi seminatum est. Vnde in primitiua Ecclesia post quamlibet horam, alta voce, absque alta ora- tione dicebãtur, quòd adhuc Ecclesia Laterañ. dicitur obseruare. Quia dam etiam in fine horarum dicunt: Dominus det nobis suam pacem. De hac Dominica oratione sub Prima, & sub Vesperis dicetur.† Quia Ioan. 15 verò Dominus ait in Euangelio: Sine me nõ potestis facere quicquã, ideò, in singulis diurnis horis sacerdos incipit. Deus in adiutorium meum intende, & singulæ finiuntur, per Deo gratias: & sic initiũ & fi- nis referuntur ad idem, scilicet ad Deũ, qui est α & ω id est, principium Psal. 33 & finis. xxx. dist. ab exordio. dicendo igitur: Deus in adiutoriũ meum Num. 10 intende, mater Ecclesia inuitat homines. Iuxta illud, Venite filij & au- dite me: quod ideò introductum est, quoniam dum arca Domini ad portandum leuabatur, dicebat Moses: Surge Domine, id est, surge fac, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te à facie tua. Sic & sacerdos noster dicit: Deus in adiutorium meum intende, hoc est, præsta mihi auxiliũ in resurgendo à peccatis, & contra varios inimi- cos, qui tuam circundant ecclesiam. Per arcam enim intelligitur Ec- clesia, quæ vsque in finem circundabitur à persecutoribus, siue aper- tis siue occultis: sicut arca ab inimicis circũdabatur. Orat ergo sacer- dos, ne inimici prævalere valeãt aliquos à cœtu fidelium per aliquam forsitam separãdo. Cùm enim persecutio iusti sit à leone, id est, à dia- bolo, impetu, id est, manifestè sæviẽte: vel à dracone, id est, à diabolo in insidiis, id est occultè persequẽte, omnes clament: Deus in adiuto- rium meũ intende. vij. q. j. §. cũ verò. Præterà, cùm secundũ Apostolum Coloss. 3 in Dei nomine omnia facienda sint. xxvj. q. vlt. nõ obseruetis, unde est ab eo inchoandum. Circa hoc notandum est, quòd contingit tri- bus modis peccare, videlicet corde, ore, & opere: ideoq; † tribus modis horæ inchoantur, videlicet completoriũ per, Conuerte nos Deus, contra peccatum cordis: matutinum, per, Domine labia mea aperies contra peccatũ oris. Aliæ verò omnes diei horæ per, Deus in adiutorium, cõtra peccatum operis. Et quoniam in peccato cordis & oris est aliquid operis, ideò in omnibus horis tam diurnis, quàm no- cturnis dicitur: Deus in adiutorium meum intende, contra peccatum operis. Monachi verò dicũt primò, in nocturnis, Deus in adiutorium meum intẽde. Posteà, Domine labia mea aperies: quia sine adiutorio

9 Dei, nec cor nec labia ad ipsius laudẽ aperire valeant. Ioã. xv. Sine me nihil potestis facere. Intereà verò sacerdos cũ dicit:† Deus in adiuto- rium meum intende. signo crucis, se munit, ad effugandam illius vir- tutem, scilicet quamlibet diaboli versutiam, & potestatẽ. Valde enim timet signum crucis. Vnde Chrysostomus: Vbicunque dæmones si- gnum crucis viderint, fugiunt, timentes baculũ, quo plagam accepe- runt. Stephanus quoque Papa de consec. dist. v. nunquid ait: Nunquid nõ omnia chrismata, id est, sacramenta, quæ cum chrismatis vnctio- ne præstantur, sacerdotalis ministerij crucis figura, id est signo persi- ciũtur? Nũquid baptismatis vnda, sine cruce sanctificata, peccata rela- xat: & vt cætera præteream, sine crucis signaculo, quis sacerdotij gradus ascendit? Baptizandus quoq; signo crucis signatur in fronte, & in pectore. De profundo quide crucis mysterio dicetur in vj. Parte sub titu. de Paralceue, & hic etiam aliqua supponamus.† Sanè crux Domini multipliciter fuit in veteri Testamento præfigurata. Legitur siquidem, quod Moses ad mandatum Domini æneum serpentẽ ere- xit in palo, in deserto, pro signo, quem aspicientes qui percussi fuerãt à serpentibus, illico sanabantur. Num. xxj. quod ipse Christus exponẽs inquit in Euangelio: Sicut Moses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet Filium hominis: vt omnis qui credit in ipsum, non pereat: sed habeat vitam æternam. Legitur etiam quòd cùm Ioseph applicuisset Manassen & Effraim, ad Iacob, statuẽs maiorẽ ad dexterã & minorem ad sinistram, vt eis secũdùm ordinẽ benediceret: Iacob manus cõmutans, id est, in modum crucis cancellans, dexterã posuit super caput Effraim minoris: & sinistrã super caput Manasse maioris, & dixit: Angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis, & c. Item Moses ait: Die ac nocte erit vita nostra pendens, & videbi- tis & cognoscetis. Christus enim nocte fuit in cruce pendens, quia te- nebræ factæ sunt ab hora sexta, vsque ad nonam. Quod etiam fuerit pendens, certum est. Rursus legitur Ezechielis ix. Ezechiel audiuit Dominum dicentem ad virũ vestitum lineis: habentem attramenta- rium scriptoris ad renes: Transi per mediam ciuitatem, & signa Thau in frontibus virorum dolentium, & gementium: & post hæc dixit vij. viris: Transite per mediam ciuitatem, & percutite omnẽ super quẽ non videbitis Thau: nemini parcet oculus vester. Item Hierem. Cõ- gregabo omnes Gentes, & erit eis in signum Thau. Item alibi: Et erit principatus eius super humerum eius. Christus enim portauit super humeros crucem, in qua triumphauit. Ioannes quoque vidit angelũ ascendentem ab ortu Solis, habentem signum Dei viui: & clamabat voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ & ma- ri, dicens: Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus quousque si- gnemus seruos Dei in frontibus eorum. Item lignum missum in Ma- rath, aquas dulcorauit amaras: & ad lignũ missum in Iordanem, fer- rum quod iciderat, enatauit: hoc est lignum vitæ in medio paradisi,

Num. 21. ✱.
Ioan. 3. 14.
Gen. 48. 14.
Deut. 28
Matt. 27. 45
Ezechiel. 9. ✱. 4, et 6.
Esa. 9, ~~and 66.~~ ✱. 6.
Apoc. 7. à ✱. 2.
Exod. 15. ✱. 25.

de quo Sapiens protestatur: Benedictum lignum, per quod fit iustitia
Gen. 21 quoniã regnauit in ligno Deus. Hoc † ergo crucis signo se armat Ec-
clesia, in pectore, & in fronte: significans crucis mysterium esse corde
credendum: & manifestè ore confitendum. Per hoc enim signum cõ-
funditur ciuitas diaboli, & triumphat Ecclesia, terribilis vt castrorũ
Sap. 14 acies ordinata, iuxta illud: Terribilis est locus iste, &c. & alibi: Vidi ci-
37 uitatem magnam sanctã Hierusalem, nouam, &c. Augustinus tamen de-
cit xj. distinctione, Ecclesiasticarum. quod nulla scriptura noui Testa-
menti vel vete. docet fideles crucis signaculo insigniri. Est † autẽ si-
Crux. gnum crucis tribus digitis exprimendum: quia sub inuocatione Tri-
nitatis imprimitur. De qua Propheta ait: Qui appendit tribus digitis
molem terræ. Esa. xl. Pollex tamen sepereminet, quoniam totã fidem
nostram ad Deum vnum & trinum referimus: & mox post ipsam in-
uocationẽ Trinitatis potest dici versus ille: Fac mecum Domine si-
gnum in bonum, vt videant qui me oderunt, & cõfundantur: quoniã
tu Domine adiuuasti & cõsolatus es me. Iacobitæ verò asserẽtes licet
& Euticiani, vnam tantùm naturã, scilicet, diuinam esse in Christo: &
sicut vna est persona, vno tantùm digito se signare dicuntur: quorum
error in Canonibus extirpatur duodecima distinctione, cap. primo, &
secundo. xxiiij. quæstione tertia, quidam. ver. Euticiani. † Verum qui-
Psal. 10 dam signant se à fronte deorsum in quo illud exprimitur mysterium,
quòd inclinauit Deus cœlos, & descendit in terram. Descendit quo-
dem, vt nos de terra eleuaret in cœlum. Deinde à dextra ad sinistram
primò vt æterna, quæ per dextram, temporalibus, quæ per sinistram
significantur, præferendo designent. Secundò ad notandum, quòd
Christus de Iudæis transiuit ad Gentes. Tertiò, quia Christus à de-
Psal. 36 xtra, id est, à patre veniens, diabolum, qui per sinistram significatur in
cruce peremit. Vnde: Exiui à Patre, & veni in mundum. Alij verò si-
gnum crucis à sinistra, producunt in dextram fulti authoritate illa:
Egressus eius à Patre, excursus vsque ad inferos: recursus ad sedem
Dei. Incipiunt enim se signare à parte superiori: quæ Patrem signifi-
Ioan. 10 cat, & descendunt ad inferiorem, qua mundum designat: deinde à
sinistra parte, quæ Infernum, producunt ad Dextram, quæ cœlum
significat. Nam Christus descendit de cœlo in mundum, de mundo
ad Infernum, ab Inferno ascendit in cœlum, vbi sedet ad dexte-
ram Dei patris. Secundò hoc faciunt, ad insinuandum, quia de mi-
seria transire debemus in gloriam, & de vitiis, quæ designantur per
sinistram ad virtutes, quæ per dexteram significantur, vt legitur in
Euangelio Mat. nam & Christus de morte transiuit ad vitam. Tertiò
quia Christus à temporalibus, ad æterna per fidem crucis nos eleuat.
† Considerandum autem est, quòd qui è sinistra producunt in dextram
seipsos, & alios pariter consignant: sed tunc super illos signum cru-
cis à dextra in sinistram producunt: quia non consignant eos, quos
vertentes dorsum, sed quasi faciem præsentãtes: sed & eũ super illos

Principaliter signũ crucis imprimũt, etiã seipsos à sinistra in dexterã,
15 sed alios à dextra in sinistram consignant. † Sanè regulariter in om-
nibus Euangelicis verbis, debemus facere signũ crucis, vt in fine Euã-
gelij, Symboli, Dominicæ orationis, Gloria in excelsis Deo, Sanctus,
Agnus Dei, Benedictus dominus Deus Israël, Magnificat, & Nunc di-
mittis, & in principio horarum, & in fine Missæ, quãdo sacerdos dat
benedictionem: & etiam vbicunq; de cruce vel crucifixo mentio fit:
quæ etiam omnia stãdo, sicut & Euangeliũ audire debemus. In omni
etiã actu nostro signum crucis facere debemus. Vnde Ambr. Ad om-
16 nem actum incessũmve, manus impingat in crucẽ. † Et aduerte, quo-
niam crucis figura quadripartita est: vel propter quatuor elementa,
quæ in nobis vitiata, Christus sua passione curauit: vel propter ho-
mines, quos ex quatuor partibus Orbis ad se traxit, iuxta illud: Si ex-
altatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsum. Vel & hæc quadratu-
ra pertinet ad mortalitatem: habet enim longitudinem, latitudinem,
sublimitatem, & profundum. Profundũ est acumen, quod terræ insi-
gitur, longitudo est inde ad brachia, latitudo est in expãsione, latitu-
do seu sublimitas, est à brachiis vsq; ad caput. Profundum significat
fidem quæ est posita in fundamẽto: altitudo, spem quę est reposita in
cœlo: latitudo, charitatem, quæ est ad sinistram, & ad inimicos extẽ-
ditur: longitudo perseuerantiã, quæ sine fine cõcluditur. De hoc di-
cetur in sexta Parte sub tit. de Paraſceue. De signo crucis, quod fit in
principio, & in fine Euangelij, dictum est in quarta Parte, sub titu. de
17 Euangelio. Post, Deus in adiutorium meum intende, &c. statim † in
singulis horis subiicitur, Gloria Pat. & filio. Sicut erat, &c. quos duos
versus beatus Hiero. scripsit inter Opuscula, quæ Papę Damaso mi-
sit: & ipsius rogatu idem Damasus illos in fine Psalmorũ cãtari insti-
tuit: ipsum tamen versum, Gloria, Nicæna synodus dicitur edidisse.
Quia enim Dominus dixit: Adhuc te loquẽte ecce adsum, ideò quasi
iam nos intellexerimus exauditos esse gratiarum actiones Trinitati
18 tribuimus, dicentes: Gloria Patri, &c. † In exequiis tamẽ mortuorum
nec Deus in adiutoriũ, nec Gloria Patri dicimus: quia in illis Salua-
toris exequias imitamur, in quibus hæc cessant, prout in sequẽti Par-
te sub titulo de Quinta Feria Cœnæ Domini, dicetur. Similiter post
19 vnumquemq; Psalmum, dicetur Gloria Patri, &c. quia † versus iste to-
tius Trinitatis simplex laus est. Psalmus nãque bonam operationem
significat: qua finita meritò Deo gloria danda est: qui pro omni ope-
re bono laudandus est, & nunc, & semper, sicut laudãdus erat in prin-
cipio, quãdo cœlum & terram creauit. Sicut enim sibi soli laus est de
creatione cœli & terræ: sic & ei laus est de omni opere bono, nunc &
semper. In præmisso quidem versus: Sicut erat in principio, &c mul-
tiplicum temporum varietas demonstratur, videlicet, in Sicut erat in
princip. præteritum: in & nunc, præsens. in Et semper, futurũ & æter-
num: in Et in secula seculorum, longitudo magna. Vnde Orige. Quo

Ambros. 8

ties secula seculorũ nominantur, fortasse licet nobis ignotus, tamen à Domino statutus aliquis terminus indicatur.† Legitur quod Ildebrandus Prior Cluniacen. factus Papa, Gregorius dum in minoribus agens, legationis officio fungeretur Archiepiscopum Ebredun. de simonia accusatum & accusatores omnes corrumpentẽ, ita vt conuinci non posset, miraculosè conuincit: præcepit enim illi, vt diceret versum Gloria Patri & Filio, &c. Ille verò licet expeditè diceret Gloria Patri & Filio: tamẽ, & Spiritui sãcto proferre nõ poterat: quippè qui in Spiritum sanctũ peccauerat. Reatum ergo suum confessus, & depositus, mox expeditè & spiritui sancto pronuntiauit. Et nota, quòd Gloria Patri dicitur xxiiij. vicibus in nocturnis † festiuitatum: prout dicetur in sexta parte sub tit. de Feria Quinta Cœnæ Domini: quod fit in honorem duodecim Apostolorum, qui sunt xij. horæ Deiid est, Christi à verò sole illuminatæ, & sunt xij. horæ noctem, id est, Ecclesiam illuminantes, qui Dominum gloriæ in nocte huius seculi præcauerunt. Tullius† dicit, quòd gloria est frequẽs de aliquo fama, cum laude. Ambros. dicit, quòd gloria est clara cum laude notitia. Augustinus dicit in v. distinctione, de ciuitate Dei. de gloria seculi, quod gloria, est iudicium hominum bene de hominibus opinatum. Et post, Gloria Patri subiicitur, Allelu-Ia: de quo sub titulo de Prima dicetur. Hymni† quoque tam ex institutione Gelasij Papæ, quàm ex approbatione Conciliorum Toletani, & Agatheñ. de consecr. distinctione prima. de Hymnis. & distinctione quinta. cõuenit. in singulis diuinis officiis canuntur. Est autem ὕμνος Græcè, Latinè laus Dei, cum canto, vel vox humana in laudem Dei metricè composita. Canticum verò est exaltatio mentis habita de æternis in vocem humanam prorumpẽs: quia verò Psalmi sunt Hymni, vnde & Psalterium, dicitur liber Hymnorum, ideò in quibusdam Ecclesiis Hymnos nõ cantant, quod tamen approbandum non est: quoniam non sine causa sanctis Patribus instituti: & prætereà non omnis Hymnus Psalmus est, vt quando nil operando, Deum cum mentis exultatione laudemus, propter quam laudem exprimendam hymnus cantatur. Psalmi verò opera bona significant, vt infrà dicetur. Illud† autem notandum est, quòd in diuinis officiis Hymni præcedunt Psalmos: in nocturnis verò, scilicet in vesperis, completorio, & laudibus matutinis econuersò. Dies enim pertinet ad spirituales, qui habẽt gaudium conscientiæ: nox ad pœnitẽtes, qui habẽt remorsum cõscientiæ: vbi exultatio inducit in operationem, quibus dicitur: Cãtate ei canticum *Psal. 32* nouum, bene psallite ei in vociferatione. Istos per operationẽ oportet venire ad exultationem. Idcirco in diuinis officiis Hymni præcedunt Psalmos. In nocturnis verò econuersò: in vesperis autem & prima quo loco Hymni canãtur, infrà dicetur. Rursus stãdo Hymnos cantamus in erectione corporũ, ostendentes quod in laudando Deum corda sursum erecta habere debemus. Veruntamen, nisi meas con-

net linguæ, certum est, vocem quantumlibet clamorosam Domino
25 non placere.† Differentia ergo est inter Psalmum, Hymnum, & Canticũ. Nam in Psalmo opera, in Hymno laus, in Cantico, mentis exultatio intelligitur: de quo dicetur sub tit. de Laudibus matutinis. De his tribus dicit Apostolus ad Colos. iij. In Psalmis, & Hymnis, & Canticis spiritualibus cãtantes & psallentes in cordibus vestris Domino, xciij. distin. cantantes. & in his tribus varietatibus omne genus musicorum accipi potest, prout iam dicetur in no. Test. Hilarius Pictaueñ. episcopus primus Hymnorũ carmine floruit, & post eũ Ambro. ideóque hymni Ambrosiani dicũtur: quia eius tẽpore plurimùm in Ecclesia Mediolan. cãtari cœperũt. Posteà verò in Ecclesiis Occidẽtalibus quæcumq; carmina in Dei laudem benedicuntur, Hymni vocantur, Aug. dicit in lib. Cõfessionum, quòd cùm Amb. à Iustina Imperatrice Arriana perfidiæ damnata, persecutionem pateretur, & intra Ecclesiã cum plebe catholica insidiis vrgeretur, instituit Hymnos, & Psalmos secundùm morem Orientalium decantari ne populus mœroris tædio contabesceret, quod ad omnes fuit postmodum deriuatum. Et aduerte, quòd in quibusdã Ecclesiis Hymnus natalis Domini, & festorum illius septimanæ sub eodem cantu dicuntur. Ratio est, quoniam sicut membra ad caput, sic Sancti se habent ad Christũ à quo, sicut à capite influẽtiæ æternæ beatitudinis participare noscuntur. Quia igitur hoc inchoatum existit in eius natiuitate, & consummatum in resurrectione: quia tunc chirographus damnationis deletus est, & reseratũ cœlum, quod tot annis mãserat clausum: idcirco, eo præcipuè tẽpore solennitate Sanctorum sub cantu solennitatis Christi rationabiliter recoluntur. Hoc autem non contingit in cantu Hymnorũ Paschalis temporis: in quo significatur, quòd Sanctorũ gloria in ipsis nondum totaliter est perfecta, propter appetitũ resurrectionis corporum suo-
26 rum, & ideò ipsi Christo nondum totaliter conformantur. Antiphonæ quoque† in singulis horis ex institutione beati Ambrosij, dicuntur, pro eo quòd beatus Ignatius tertius à beato Petro, Antiochenus Episcopus audisse legitur, in Tripartita historia super quendam montem angelorum choros antiphonas canentes. Inde enim Græci primò antiphonas composuerunt: & eas cum Psalmis in choro, quasi in chorea cantari ordinauerunt: qui mos ad vniuersas transiuit Ecclesias, vt iam vbique antiphonæ decantarentur. Dicuntur autem antiphonæ, respectu ad psalmodiam, cui respondent: sicut & responsoria, respectu ad historiam: vnde & antiphona, dicitur quasi ante Psalmum so-
27 nans.† Inchoatur enim ante Psalmum, qui opus significat: ipsa verò significat charitatis copulam seu mutuam dilectionem, sine qua opus non prodest: & per quam opus incipit meritorium esse. Rectè igitur, secundũ eius tonum, melodia Psalmi informatur: quia dilectio opera nostra informat: & secundum hoc, dicitur ab ἀεὶ, quod est contra, & ψυχὴ, quod est sonus: quia Psalmus secundùm melodiam eius intonatur, &

tur,& manus operatur,secundum quod charitatis igniculo excitatur.
Psalmus autem antiphonæ intermiscetur, quia fides per dilectionem
operatur. Verùm ante Psalmum imperfectè, & pòst perfectè dicitur:
quia charitas in via imperfecta habetur, seu hic initiatur: sed in pa-
tria per bona opera,quæ hìc ex charitate fiunt perficietur, iuxta illud
Esaiæ 31 Esa.Viuit Dominus,cuius ignis in Sion,& caminus in Hierusalem.In
præcipuis tamen festiuitatibus,etiam ante Psalmum perfectè dicitur,
ad notandum, quod in illis perfectiores in bonis operibus nos exti-
bere debemus.† Inchoatur quoq; ab vno vnius chori,& finitur à pla-
ribus vtriusq; chori. Primò,quia charitas ab vno,scilicet Christo in-
cipit:& in mẽbris eius cõsummatur ab ipso,sicut ipse dicit in Euange-
lio Ioan.Mandatũ nouum do vobis,&c. Deus enim prior dilexit nos:
Ioan. 13 vnde & nos communiter dilectioni eius correspondere debemus. Se-
1.Ioan. 4 cundò,ad notandũ,quòd vox Prædicatorum, quæ semper ad vnitatẽ
tendit nos monet,vt quod vnusquisq; singulariter operãdo,acquirat,
alteri per dilectionem porrigat:vt si vnus addiscit in scholis, & alteri
seminat in campo,tẽpore fructus Doctor seminati doctrinã porrigat,
& sator Doctori panem.† Cæterùm antiphona,post Psalmos cõmuni-
ter ab omnibus cantatur:quia de dilectione commune gaudiũ surgit.
Cantatur etiam à duobus choris alternatim,ad notandũ mutuam di-
lectionem siue charitatẽ, quæ in paucioribus quàm duobus consiste-
re nequit.Coniungit ergo antiphona duos choros:vt charitas per bo-
num opus cõiũgat duos fratres.Isidorus dicit in lib.vj.Ethym.† quòd
ἀντίφωνος Græcè interpretatur Latinè vox reciproca : quia duo chori
siue de vno ad vnum reciprocando, vicissim melodiarum cantus al-
ternant:quasi duo Seraphim duóq; Testamenta inuicem sibi concla-
mantia. Vnde clerici antiphonas cantantes,non vertunt vultus ad al-
tare,sed se ad inuicem versis vultibus respiciunt : quod genus cantũs
Græci adinuenisse traduntur.Est † itaq; antiphona,quædam cantilena
diuinis laudibus ad recreationem inserta.Nihil enim amplius chari-
tate recreat animos, quæ quia modulando cantatur,mentis iucundi-
Psal.46 tatem significat, iuxta illud Psalmistæ : Psallite sapienter, tunc enim
Prouer.3 iucunditas sapida est, cùm de Deo est. Tunc etiam manus sub pectus
sunt Ezechielis j.& in Prouerb. Beatus vir,qui inuenit sapientiam &
qui affluit prudẽtia:quia qui habet iocunditatem mentis de æterni-
de facili affluit prudentia,id est,bonis operibus, quibus sibi prouidet
in futuro.Vel secundum Mosem,antiphona,est quædam vox,qua filij
inuicem angeli colloquuntur. Sex autem antiphonæ quæ diebus fe-
riatis ante Psalmos nocturnales dicuntur de Psalmis sumũtur, & bo-
norum operum perfectionem, vel sex opera misericordiæ designant,
quoniam senarius numerus perfectus est. Illæ verò, quæ dicuntur
per Benedictus in Laudibus:& super Magnificat in Vesperis,de fini-
geliis dierum,in quibus dicũtur sumuntur,exceptis illis,quæ in quin-
ta feria dicũtur:prout dicetur in sexta parte,sub Quinta Feria secun-

31 dæ Dominicæ Quadragesimæ.† Rursus in quibusdam Ecclesiis,in fi-
ne antiphonæ fit neuma seu iubilus : quia beatus populus qui scit iu- *Psal. 88*
bilationem.Est autẽ neuma seu iubilus,ineffabile gaudium, seu men-
tis exultatio habita de æternis. Ideóq; in diebus ieiuniorum, & affli-
ctionum non debent fieri : sicut nec in luctu citharizati : & fit neuma
in vnica,& finali litera antiphonæ,ad notandum,quòd laus Dei ineffa-
bilis, & incomprehensibilis est. Ineffabile namque gaudium per
πνεῦμα significatum, quod hìc prægustatur, nec penitùs exprimi, nec
penitùs taceri valet, quare meritò Ecclesia verbis omissis iubilando
cum neuma,quasi in admirationem prosilit:ac si dicat,Quæ vox,quæ
poterit lingua retexere,&c.Verba enim hæc non sufficiunt,nec intel-
lectus capit,nec amor etiam dicere finit. Quis enim plenè enarraret,
quod oculus non vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascendit? *Esa.64*
Neumatizando ergo expressiùs quodammodò sine verbis dicit, quòd
per verba innuat, quantum sit illud cœli gaudiũ,vbi verba cessabunt,
& homines omnia scient. Verum, quia perfectorum tantùm iubilus
est in magnis festiuitatibus, non tam maiores quàm etiam minores
exultant:inde est,quòd in quibusdam Ecclesiis in quibus neuma non
dicitur, vox non significatiua in vocem significatiuam conuertitur:
quia loco iubili & neumæ, trophi & sequentiæ decantantur : ad quas
laudes & minores & maiores passim admittuntur : & ideò communi-
ter ab omnibus decæntantur. In quibus antiphonis dicatur neuma,
seu iubilus, & quare hoc potiùs fit in tempore Paschali, dicetur sub
tit.de Laudibus matutinis. Iubilus autem diuersa significat:& in di-
uersis locis in eodem responsorio sæpè fit : prout dicetur in sexta
Parte sub tit.de Natali.Item de neuma,quæ fit per allelu-Ia,in quarta
Parte sub Allelu-Ia dictũ est. Itẽ in quibus antiphonis dicatur allelu-
33 Ia,in sequenti Parte sub festo natalis dicetur.† Et nota,quòd neuma,
neumæ sine p & in fœminino genere, est iubilus, de quo dictum est:
sed πνεῦμα Græcè, scriptum per p in neutro genere, est Spiritus san-
ctus verumque tamen pro fœminino sæpè ponitur in Scripturis.Sanè
neumæ, quæ in missa fiunt, repræsentant gaudium, quæ potius fieri
solent in e,vt in κύριε ἐλέησον, vel in a,vt allelu-Ia : quàm in aliis voca-
libus,ad notandum gaudium spirituale, quod nobis restitutum est in
partu Virginis, cui facta est mutatio huius nominis Eua, in Aue, di-
cente angelo:Aue Maria,&c. & ibi:Mutans nomen Euæ. Significatio
34 † namq; huius nominis Euæ,manserat vsq; an angeli salutationem.Il-
lam autem significationẽ Adæ & Euæ nascentes infantes exprimunt.
Nam fœmina nascens profert e, masculus verò a,vnde versus : Et di-
cunt,e,vel a,quotquot nascuntur ab Eua. Illæ ergo neumæ non signi-
ficant dolorem,quẽ nobis attulit transgressio Adæ & Euæ,prout qui-
dam scripserunt:sed gaudium nobis in præmissa salutatione Virginis
35 restitutum.Rursus considerandũ est,quòd ferè † vbicumque in cantu
scribitur Hierusalem, neuma producitur:vt cœlestis Hierusalem iu-

bilatio

bilatio figuretur, exemplum habetur in allelu-Ia, Te decet quod Cá-
tatur Dominica x. post Pentr. Idem etiam est quoties allelu-Ia duo-
bus versibus infigimus, vt de stola duplici gaudeamus. exemplum est
in Allelu-Ia: Pascha nostrum. quod dicitur in die resurrectionis, & in
allelu-Ia Angelus Domini: quod dicitur in sexta feria, tunc sequenti.
Vtrumque enim allelu-Ia, duos habet versus, prout gradualia anti-
qua ostendunt, & sic de aliis. In quibusdã tamẽ festiuitatibus quidam
versiculi in nocturnis antiphonam precedunt de quo in sequenti pa-
te, sub Dominica de Trinitate dicetur. Post antiphonas in singulis ho
ris diurnis & nocturnis ex institutione Damasi Papæ Psalmi ad anti-
phonæ symphoniam canuntur, & significat tempus bonã & diuinam
Psal.143 operationem. Vnde Dauid, In Psalterio decachordo psallam tibi. In
tali enim instrumento psallebat, innuens, quòd in Psalterio spirituali
spiritu viuificato per fidem debemus psallere Deo decem legis man-
data implendo. Ipse autem † Damasus instituit, vt chori in duas par-
tes diuisi Psalmos canerent alternatim: & dicuntur Psal. alternatim
ad notandum alternã sanctorum, ad bene operandũ exhortationem.
Priscis namq; tẽporibus confusè & quasi in chorea dicebantur: ideò
que sancti Patres ordinauerunt, vt alternatim dicerentur, ideẽ, vna
pars chori vnum versum, & altera aliũ diceret. quod beatus Ignatius
primus statuisse fertur in Ecclesia Antiochena, pro eo, quòd in visio-
ne audiuit angelos antiphonatim Psalmos psallentes: de hoc etiã di-
ctum est in prima Parte sub tit. de Ecclesia. Dicũtur etiam alternatim
ad notandum quòd alter alterius onus ferre debet. Psalmos quoque
stando, dicimus, ad ostendendũ, quòd stantes in bonis operibus vin-
cimus. Dum enim populus Israël cum Amalech pugnabat, quando
Moses manus leuabat, populus vincebat: quãdo verò manus demit-
bat, populus vincebatur. xxxvij. distin. si quis vult. Eleuatio igitur ad
standum, significat mẽtis nostræ deuotionem, vt statu corporis men-
tis affectionẽ monstremus: videlicet nos paratos esse, siue ad domã-
dum carnem siue ad exercitium operis. Lectiones verò, quæ sunt do-
ctrina nostra, in silentio & sedendo audimus: quoniam doctrinam lo-
Eccle.38 dendo, & quiescendo recipimus. Vnde Ecclesiasticus: Sapientia scribe
in tẽpore otij: & qui minoratur actu, percipiet eam. Et iterum: Verba
Esa.32 sapientiæ in silentio, & quiete discuntur. Et Prophera ait: Erit cultus
Psal.121 iustitiæ silẽtium. v. q. iiij. in loco. Sanctos quoq; stantes oramus, figu-
ficantes eos in perpetua lætitia fore. Iuxta illud: Stantes erant pedes
nostri in atriis tuis Hierusalem. † Sanè in diuinis horis sex Psalmi di-
cuntur, per quos sex opera misericordiæ denotantur, quibus in vita
Domini laborãtes intendere debent: quasi piè, & mundo corde exer-
ceamus nos, & à seruitute Diaboli liberati ad libertatem vitæ perue-
niemus, & retributionem diurni denarij recipiemus. Veruntamen sub
tribus glorificationibus dicuntur, ad insinuandum fidem sanctæ Tri-
nitatis, ad quam diuina sunt opera referenda. In vesperis verò quinq;
dicuntur,

38 dicuntur, prout ibi dicetur, & sunt Psalmi horarum inuariabiles, prout
sub Completorio dicetur. † Illud quoque prætermittendum non est,
quòd vnus atque idem Psalmus in variis festiuitatibus cantatur, pro
eo, quia ibi versus pertinentes ad illas inueniuntur: verbi gratia: In
natiuitate Domini cantamus Psalmum: Eructauit: propter versum il-
lum: Speciosus forma. Cantamus etiam illum, in festo virginum, pro-
pter versum: Adducentur regi virg. &c. & etiam in festo Apostolo-
rum, propter versum: Pro patribus tuis, &c. Item Psalmus: Quare fre-
muerunt Gentes, cantatur in natiuitate, propter versum: Dominus
dixit ad me. Et in passione Domini, propter versum: Astiterunt reges
terræ: & sic de aliis. Præterea, vnum & idem vocabulum sæpè diuer-
simodè accipitur. Verbi gratia: Hoc nomen Templum significat cor- *Ioan. 2*
pus Christi, vt ibi: Soluite templum hoc. Aliquando significat tem- *Psal.42*
plum materiale: inde est, quòd Psalmum illum: Magnus Dominus,
&c. cantamus in natiuitate, propter versum illum: Suscepimus Deus,
&c. intelligimus enim ibi de templo corporis. Cantamus etiam eun-
dem Psalmum, in purificatione: & ibi accipimus de materiali templo,
in quo fuit eadem die præsentatus. De psalmodia tam nocturna quàm
diurna in suis locis dicetur. Et nota, secundum Hieron. de consecrat.
distinctio. v. non mediocriter: quòd melior est quinque Psalmorum
cum cordis puritate, & serenitate spirituali, & habilitate, decantatio,
35 quàm totius Psalterij cum anxietate cordis atque tristitia modulatio.
† Postremò notandum est, quòd Psalmi graduales sunt quindecim, qui
signati sunt per quindecim gradus, quibus ascendebatur ad Templum
Salomonis, quod erat in monte. Hos quindecim gradus, vocant qui-
dam canticum graduum: eò quòd in quolibet præmissorum quinde-
cim graduum singuli Psalmi decantabantur: & verbum Graduum, ca-
sus genitiui est. De dictis gradibus dictum est in prima Parte sub titul.
de Altari. Significati sunt etiam dicti quindecim Psalmi, per alios
quindecim gradus Ezechielis: quibus visum est ei ascendere in ciui-
tatem Dei, de quibus habetur de pœni. distinctio. ij. dum scientiam. &
Ezechielis. x. vbi primò habetur de septem gradibus, & posteà de octo.
Nempè quindenarius numerus, constat ex numero septenario, & octo-
nario: septenarius refertur ad vetus Testament. quia aliqui septimum
diem, septimum mensem, & septimum annum celebrant: octonarius,
ad nouum Testamentum refertur: propter resurrectionem vnicam,
quæ octauo die facta est. Quindecim ergo Psalmos psallimus, osten-
dentes, quòd vtriusque Testamenti præcepta obseruare debemus.
Quinque Psalmi, quinque corporis sensus per quos peccamus, signi-
ficant: & ideò in aliquo illorum non dicitur. Gloria Patri, quia illa
peccata, quæ per quinque sensus corporis committuntur, nobis non
Deo imputari debemus: sed dicitur post illos, Requiem æternam: quo-
niam in illis pro defunctis oramus: ac si dicatur: Oramus Domine, ne
pro peccatis illis, quæ committuntur corporis sensibus, vita negetur
æterna:

æterna: sed per Dei misericordiam requies concedatur æterna. In se-
quentibus decem Psalmis nobis, & nostris proximis, & congregatio-
nibus, & Prælatis Dei misericordiam imploramus, & Gloria Patri
subiungimus: quia quòd à catena peccatorum absoluimur, quòd re
Deum toto corde perquirimus, quòd tuum Decalogum obseruamus,
non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo gloriam exhibemus.
Psal.113 Rursus numerus decem ex septenario & trinario constat. Trinarius
ad præcepta primæ Tabulæ, quæ ad Deum spectant: septenarius ve-
rò ad præcepta secundæ Tabulæ quæ ad proximum spectant, refer-
tur, ac si dicat, quòd Decalogus obseruatur, per Deum est. Verficu-
lus etiam in singulis dicuntur horis. Legitur in libro Numeri, quòd dum
area Domini, quæ Ecclesiam figurabat, in tabernaculo reponebatur,
Num.20 dicebat Moses: Reuertere Domine, ad multitudinem filiorum Israël.
Sanè reuersio Domini ad Israël, nihil aliud est: quam vt reuerti fa-
ceret Israël ex toto corde ad se. Deus enim, cui omne tempus præsens
est, non habet ad quos reuertatur: sed intelligitur reuertere, id est,
fac nos reuerti ad te. Iuxta illum ergo † morem versiculi dicuntur,
vt si fortè mentes nostræ cogitando vana præ nimio Psalmorum ope-
Zac.6 re deuiauerunt, audito versu conuertantur ad Orientem, id est, ad
Christum, qui est noster oriens: seu ad mentem, secundum versus si-
gnificationem, qui ab ipsa reuersione nomen traxit: nam dicitur à ver-
to, vertis, & inde est, quod dum vers. dicitur, ad Orientem, siue ad al-
tare nos vertimus. Rectè ergo versus, qui significat fructum boni ope-
ris, alta & acuta voce dicitur: ad excitandum pigros, qui in laudando
Deum & intelligendo diuina, torpent, vt reuertamur ad cor: vt re-
delicet eo audito, omnis cogitatio, quæ fortè videndo tẽporalia, foras
exiit, reducatur intra nos. Rursus versus nocturnalis significat: quia ab
officio Psalmorum siue à labore, tunc nos vertimur ad officia locorum
num siue ad quietem: vt qui psallendo stabat, nunc ad lectionem se-
deat. Vnde versus dicitur à vertendo. de hoc dictum est in quarta par-
te sub titul. de Graduali. Et not quòd in quibusdam Ecclesiis in die Do-
minica post primum nocturnum, dicitur iste versus: Memor fui nocte
nominis tui Domine. Post secundum dicitur: Media nocte surgebam.
Post tertium: Exaltare Domine. Primus siquidem versus, scilicet Me-
mor fui, &c. ad quid Ecclesia de lecto suo surrexit ostendit: quo vero
tempore surgendum sit, notat secundus scilicet. Media nocte, &c. &
ad quid surgendum sit ostendit, quod sequitur, Ad confitendum no-
mini tuo. Verum quidam nolentes mentiri, quia non surgunt in media
Psal. 17 nocte, loco huius versus, ponunt illum: Quoniam tu illuminas lucer-
Psal. 118 nam meam Domine. Quod tamen media nocte surgendum sit, osten-
dit Dauid dicens: Media nocte, &c. & alibi: Præueni immaturitate &
clamaui, quod idem est, nam Immaturitate vnica est dictio. Vnde &
quidam libri habent in maturitate: & sonat In maturitate quasi tem-
pus non p[illegible]ertum operi. Alia tamen litera habet præueni intempo-

nocte, quia Tempestum apud antiquos idem erat, quod opportunum,
à tempore vel à tempestate vocabulo dicto. Vnde in antiquis historiis
sæpe ita legitur: Hoc factum est in illa tempestate, id est, in illo tem-
pore. Vnde intempestiuum vel intempestum, aiunt, tempus inoppor-
tunum, id est, nocturnis actionibus non opportunum. Tertius autem
versus, scilicet, Exaltare Domine, &c. manifestè pertinet ad nouum
Testamentum, in quo Saluator noster, secundum humanitatem fuit e-
exaltatus: quidam tamen dicunt tunc: Ego dixi Domine miserere mei: Psal.40
41 quia ad gloriam quæ data est tempore noui Testamenti non peruenie-
tur, nisi per remissionem peccatorum. † Sed quæritur quare versi-
culi in nocturnis ante lectiones dicuntur: in aliis verò horis post ca-
pitula? Respondeo, In nocturnalibus lectionibus, propter earum v-
niuersitatem, & magnitudinem sedere solemus. Ne igitur propter lon-
gam sessionem, aut propter lassitudinem, siue otium obliuiscamur do-
ctrinæ Domini, quam lectiones significant, cogitando fortè inania,
aut dormiendo, vel confabulando, ideò versu præcedente ad lectio-
nes audiendas incitamur. In aliis verò horis, quia nec tot, nec tantæ
sunt lectiones, non est necesse sedere, nec versiculos præmitti. Vel ideò
in aliis horis versus post lectiones dicuntur, ad notandum quòd prop-
ter interualla horarum doctrina Domini non negligitur. Rursus ver-
sus sæpè à pueris cantatur, ad notandum seruitium nostrum cum inno-
42 centia præstitum Domino fore gratum. De versiculis, qui in vesperis
seu laudibus dicuntur, sub illis locis dicetur. Et † vide, quia versus de-
ber notare, aut statum temporis aut officij. Statum temporis notat ver-
sus primæ scilicet, Exurge Christe adiuua nos, vbi cum dicitur: exurge
innuit initium operis. Similiter in versu tertiæ: Adiutor meus esto
Domine, ne derelinquas me: cum dicitur: Ne derelinquas me, notatur
status pugnæ. Similiter in versiculo sextæ, scilicet, Dominus regit me,
& nihil mihi deerit in loco pascuæ, ibi me collocauit: significatur status
perfectus, & perfectionis. In versiculo nonæ, scilicet, Ab occultis meis
munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo: status demonstra-
tur frigescentis dilectionis. Statum quoque temporis innuunt versicu-
li, qui in passione & resurrectione cantantur. Sed versus vespertinalis
officij statum officij insinuat: vt, Vespertina oratio, &c. & dirigatur
Domine oratio, &c. Ex quibus verbis colligitur, quòd vespertina ora-
tio actitatur. Post versum sequitur oratio dominica, & post eam preces,
43 de quibus dicetur sub Nocturnis. † Lectiones quoque in singulis horis,
tam nocturnis, quàm diurnis dicuntur. Et dicitur lectio, quia nõ can-
tatur, vt Psalmus vel hymnus sed legitur tantùm. Illic enim modulatio,
hic sola pronuntiatio quæritur. Siquidem lectiones nocturnales sunt
doctrina nostra: quia per eas docemur opera nostra retorquere ad Deũ.
Obtinent ergo vicem lectionum, quas doctores faciunt ad ignaros:
per eas quoque Sanctorum opera imitamur, & earum commemora-
tione ad Dei laudem compungitur: & ideò, vt præmissum est, sedendo,

& in

& in silentio audiuntur. Lecturus autem lectionem, ad librum accedens, super gradum ascendit: & quia doctor perfectiori vita vulgus transcendere debet, & à presbytero, vel Episcopo benedictionem, tanquam legendi licentiam postulat, dicens: Iube domne benedicere: quod principatus † Ecclesiæ, quódque nullus, nisi à maiore iussus, debet in Ecclesia legere designatur: & dicit, Domne & non Domine: quia solus Deus verè Dominus est. Hinc est quod presbyter seu Episcopus non à se benedictionem largitur: sed discretè à Deo postulat illam dari dicens: Benedictionem perpetuam tribuat nobis, &c. In fine verò dicit: Tu autem Domine miserere, &c. Quia tunc sermonem ad Deum dirigit, qui verè Dominus est. Rursus ideò in principio imperfecto, & syncopato vocabulo pronuntiat: quia tunc ac imperfectum: videlicet ad hominem sermonem dirigit, iuxta illud Prophetæ Imperfectum *Psal.38* meum viderunt oculi tui. Quod etiam monachi communiter obseruant, dicentes: Domnus Abbas. Hac quoque cõsideratione famuli dominis seruientibus alterum genu tantum, scilicet sinistrum flectere debent: per quam partem corporalis seruitus significatur, quæ tantùm hominibus & non spiritualibus † debetur: sed in Eccles. vtrumque genu flectendum est, non alterum tantùm: ne Iudæis assimilemur. Nam & Christo omne genu flectetur, ad Philippen. ij. capitulo extrà de immun. eccl. decet. Salomon quidem pro populo orans vtrumque genu in terram figebat, & manus ad cœlum expandebat: prout legitur iij. Reg. cap. viij. Eadem etiam ratione, non est inclinandum principi seculari, tacta recta, sine secretè sibi loquendo, siue auscultando: sed duntaxat ab arre sinistra, capite flexo. In fine verò perfectè & completè pronuntiat: quia ad perfectum, & perfecto vocabulo dignum, videlicet ad Deum dirigit sermonem. Porrò Episcopo volenti legere & dicenti, Iube domine benedicere, nullus minor benedicere debet. xxij. distinct. denique. Vnde & in quibusdam ecclesiis nihil ei respondetur: in aliis verò respondet vnus presbyter: Ora pro nobis pie pater ad Dominum. Et tunc Episcopus dicit: Magnificate Dominum mecum. Tunc autem episcopus habet perfectè pronuntiare: Iube domine benedicere: quoniam ad Deum, qui perfectus est sermonem dirigere intelligitur. In nonnullis verò Ecclesiis, legere volente Episcopo, sacerdos dicit. Iube domine benedic. & ipse episcopus data benedictione legit. Cùm enim legere lectionem, non sit sacerdotis, vel episcopi officium, sed lectoris: si nullus alius episcopus vel sacerdos adsit: potest alius inferioris ordinis tanquam lecturus in persona ecclesiæ dicere: Iube domine benedic. & ipse sacerdos vel episcopus lecturus in personam Christi ei reddit benedictionem, vel legat absque, Iube Domine benedic. In quibusdã ecclesiis postquam episcopus dicit: Iube Domine, & minor cui voluntariè in hoc se exhumilitate subiicit, benedicit ij. qu. vlt. septima: non sum. ij. q. v. mandatis. Lectione † finita, dicit lector: Tu autem, &c. quod neque dele&ione est, neque ei continuatur: sed ille ad Deum sermonem dirigens, de-

excusat, quasi dicat: Domine peccaui, legendo forsan modulatè pronuntians cupidine laudis humanæ vel captando ventũ humani fauoris, & audientes similiter forsan peccauerũt, vanis cogitationibus intendentes, vel à lectione auditũ auertentes: Autẽ pro Sed tu Domine miserere nostri. Quod verò respondetur à cunctis: Deo gratias, nõ ad Tu autem, sed ad lectionẽ refertur. Est etiã vox ecclesiæ, Deo gratias exoluẽtis ac si dicat: Deus pauit nos verbis salutis, quę sunt cibus ani- 47 mę: & pro huiusmodi beneficio Deo gratias supple exoluimus. † Rursus pluralitas lectionũ pluralitatem significat Prędicatorum: qui sunt in tẽpore gratiæ, sicut & paucitas in professis raritatẽ significat tempore legis. & vicissitudines lectorũ, sunt successiones legatorum, qui dum Iube Domine bened. dicunt, licentiam proficiscẽdi petunt: dum eis benedicitur, licentia datur in quo innuitur, quòd nullus prædicare debeat, nisi missus: quomodo enim prædicabunt, nisi mittantur? Ipsa etiam lectio est iniunctæ legationis executio. Tu autẽ Domine, legati reuersio, vbi in eo, quod misericordia imploratur, innuitur ipsum legationis vel prędicationis officiũ non sine alicuius leuis culpę puluere peragere posse. Vnde Aug. Verbum prædicationis securius auditur quã dicatur. Prædicator enim per terrã ambulat: & difficile est ei, qui per terrã ambulat, pedes nullo puluere sordidat, & prædicatorẽ, cum 48 se bene prædicare senserit, nullius spiritu elationis erigi. Et attende q sicut in Ecclesia duo sunt † ordines sapientes, & insipiẽtes: sic duæ sunt lectionum maneries. In illis enim lectionibus, quæ ad Missam legũntur, sapientes instruũtur: in his verò quę in nocte dicuntur, insipientes eruditiuntur: vnde & exponuntur. Et not. quòd terminantur lectiones 49 quatuor modis. Primò, † generaliter per Tu autẽ. Secũdò in aduentu & natiuitate, & in epiphania lectiones de Esaia finiũtur, per Hæc dicit Dominus: Conuertimini ad me, &c. Qui in natiuitate hoc dicunt, monentur ex illo ca. Esaiæ quod tunc legitur: Primo tẽpore, alleuiata *Esaiæ.9* est: vbi dicitur: Et in omnibus his nõ est auersus furor meus, & populus meus nõ est cõuersus: & ideò ecclesia hortatur in persona Christi populum peccatorẽ, vt cõuertatur. Hoc idem etiã fit propter eandem causam, in quibusdã ecclesiis, quãdo legitur de Hierem. exprobrante duritiam peccatorũ, qui per pœnitentiã non conuertũtur. Tertio modo lectiones quæ legũtur in triduo ante Pascha, de Trenis Hieremię finiuntur per, Hierusal. Hierusal. cõuer. &c. prout ibi dicetur. Quartò lectiones pro defunctis finiuntur simpliciter, sine aliquo præmissorũ, in quibusdã tamen ecclesiis finiuntur per, Beati mortui qui in Domino moriũtur: quod sum itur ex fine cuiusdam sermonis, quem Augustinus de mortuis compilauit. Hoc enim not. quòd in tertio nocturno legitur Euangeliũ, & homilia Euangelij eiusdẽ diei: quia tertius nocturnus de signat tẽpus gratiæ in quo Euangeliũ recitatũ est: & in quo Euangelica prædicatio celebratur: prout in titu. de Nocturnis dicetur.
50 † Non est etiam omittendum, quòd antiquis temporibus eliminatis,

hæresibus,quæ veritatẽ Trinitatis impugnabãt,sancti Patres ad hoc vt sancta Trinitas magis nota esset, ordinauerunt quod nona lectio semper de Trinitate legeretur, & nouum responsorium similiter de eadem cantaretur: & quod etiam in prima feria Missa de Trinitate diceretur. Quo diutiùs obseruato & Trinitate cunctis innotescente, ecclesia lectionem de Trinitate omisit. Sed responsoriũ de Trinitate & etiã allelu-Ia in Missa in dominicis diebus,vel propter solitũ vsum vel propter ducẽ cantilenam in plerisq; locis retinuit.& ita nunc impriè vocatur responsoriũ: quia lectioni præcedenti nõ respondet. Diuinæ verò lectionis à quibusdam,eò quòd breues sunt,lectiunculæ nuncupantur à pluribus verò capita,eò quòd vt plurimũ de capitibus Epistolarum illorũ dierum,quibus dicũtur,sumuntur. Hæc siquidem post Psalmos & antiphonas,in singulis horis dicuntur,prout statutum est in Concilio Agathan.de cõsecra.dist.v.conuenit.qui modus ab Ec-

Num. 21 clesia sumptus est,vt præmissum est, & significant capitula doctrinam, dra sumptus,vt præmissum est, & significant capitula doctrinam. Ne enim propter psalmodia audientium animus sibi fastidium generat,sicut Iudæis,qui magna fastidiebant, propter quod Deus misit in eos serpentes ignitos qui eos interficiebant,ideò præmittitur capitulum,id est,breuis lectio sumpta à nouo vel veteri Testa.prouocans ad deuotionem quæ fastidio cõtraria est:& exhortãs ad perseuerantiam in bono iuxta illud,Hortamur vos, ne in vacuũ gratiam Dei recipiatis.In nocturnis autẽ copiosiùs,quã in diurno officio lectionibus vtamur:quia tunc eis aures liberiùs accõmodamus.Et dicuntur huiusmodi capitula siue exhortationes in plerisque Ecclesiis,per pastorem, ad domesticos,& sciẽtes,quia sicut ligna lignis adiicimus,vt ignis magis ardeat:ita ignitis domesticorum cordibus ignita pastorum verba adiiciuntur,vt magis igniantur.Legũtur etiã hæ lectiones,siue Iube Domine bened.& absq; benedictione:quoniam vt plurimùm Episcopus vel sacerdos qui Christi vicẽ gerunt:& quorũ officium tanquam maiorum, est excitare pigros,illa legũt:cuius proprium est licentiam & benedictionem dare,& non petere:nam maior minori benedicit,& non econtrà.Nocturnales verò lectiones à minoribus leguntur:ideo à superioribus licentiã & benedictionem petũt.In his etiã diurnis lectionibus nõ dicit in fine: Tu autẽ sicut fit in nocturnalibus:quia sacerdos debet esse perfectus,& qui diabolicis suggestionibus de facto non succumbat: & quia in breui sermone, & inter familiares vix est, quin vẽtus humani fauoris captetur:prout quandoq; fit in nocturnalibus lectionibus,vt præmissum est.respondetur tamen, Deo gratias, propter causã in nocturnalibus lectionibus assignatã. Ad hoc in capitulis horatũ officia diuidentes,per præcedentia,laborẽ,per sequentia præmium significamus:ideoque præcedentia cõsistunt in psalmis,in quentia in Hymnis & Canticis. Notandũ † verò est,quòd pulcherrimus mos in Ecclesia inoleuit,vt quater in die & quater in nocte, per singulas diurnæ siue nocturnæ psalmodiæ horas, lectio vna huic capi-

tulum de veteri siue nouo Testamento dicatur.Quædã tamen ecclesiæ non dicunt capitulũ in prima,nec in cõpletorio.Sed quia secundũ hoc lectiones nostræ non erãt octo,sicut erãt secundũ Esdram in veteri Test.prout præmissum est:ideò illæ ecclesiæ post primã legunt in capitulo lectionẽ in prima prętermissam.Dicit enim aliquis,Iube Domine bened.& sacerdos benedicẽs respõdet:Regularibus disciplinis, &c.quæ sequũtur.Et ante cõpletorium legitur prætermittendũ in cõpletorio,scilicet,Fratres estote sobrij,&c.vel legitur de Dialogo, vel

32 huiusmodi:de hoc sub tit.de Prima dicetur.Quæritur autẽ quare † in nocturnalibus siue diurnalibus lectionibus non pronuntiatur author earum,prout fit in his quæ in Missa legũtur? Respõdeo.Hi qui super lectionibus & diuinis obsequiis insistũt, vt sunt ministri & domestici ecclesiæ,earũ authorem ex ipsis lectionibus agnoscũt:quia igitur illi choris exprimi lectionũ.In Missa verò ideò exprimitur:quia ibi conueniunt bubulci,operarij,& agricolæ: vt si quis eorum fortè pro eo, quòd rarò talia audit,incognitã habet historiã, audiat eius authorẽ, qui fortè non est ei cognitus,vt ex illis authoritate firmiùs infigantur verba lectionis in corde.In quibusdã tamẽ nocturnalibus lectionibus quandoque author ipsarũ exprimitur:putà in sermonibus& homilijs Gregorij & Augu.& aliorũ, de quo in Proœmio septimæ partis dicetur.Porrò in Cõcilio Magũtinensi,in Burgardo l.viij.c.laicus.statutũ est vt laicus in ecclesia non reciteț lectionem, nec allelu-Ia dicat,nisi Psalmos tantùm & responsoria,sine allelu-Ia.Responsoria quoq; post lectiones subiiciuntur:cũ enim per lectiones doctrinales,responsoria verò bona opera significentur, ritè post lectiones responsoria subiiciuntur,quia per bona opera doctrinæ respondere debemus:ne cum

Luc. 19 *B* res mittamur.Dicitur namque † responsorium:quia lectioni respondere,id est,consonare debet:vt si fortè lectiones sunt de actibus Apostolorum,responsoria sint similiter de eodem:vnde nouũ responsoriũ, respõdere solet nonæ lectioni:quæ olim erat de Trinitate: prout iam dictũ est.Hoc tamen fallit in responsoriis de historiis,quę post Euangelium in nocturnis cãtantur:quæ Euãgelicis lectionibus non respondent:de hoc etiã dictũ est in quarta Parte sub ti.de Graduali. Dicitur quoque responsorium:quia vni cantãti cæteri cõcorditer respondent. Iuxta illud Apostoli j.Co.j. Vt idipsum omnes dicamus,& non sint in nobis schismata.Cantauit enim vnus scilicet Christus,& Petrus & cęteri eum secuti sunt:vel quia choro illud cantanti versus respondetur ab vno,Isidorus dicit, quòd Italici responsoria tradiderunt:quæ inde

34 Portiò responsorios cantus vocant: quia alio definente id alter respondeat. responsoria nocturnalia† Spiritualibus Canticis comparantur: dicuntur enim cantica,quia cantantur:sunt spiritualia, quia ex iubilatione spiritualis mentis procedunt. Cantantur verò, vt recitatione

lectionum ad supernę patrię concentum mentem nostrā incitent sub-
leuari: quod etiam insinuat: Gloria patri. quod in vnoquoque respon-
sorio canitur. Cæterùm responsoriū ab vno incipit, vt ab aliis conci-
natur, per quod fratris ad fratres exhortatio ad seruiendū Deo intel-
ligitur. Per versum verò responsorij, qui totus ab vno canitur, singu-
laris ad Deum deprecatio denotatur. Adhuc responsorium cantando
quasi per tubam vocem exaltamus, excitādo fratres ad altiora, vsque
adeò, vt ad laudē sanctæ Trinitatis perueniamus dicentes: Gloria Pa-
tri & Filio, &c. Quandoque autem responsorium tres habet versus,
Gene. 19 prout in sexta Parte sub Prima Dominica de Aduētu dicetur. Respon-
sorium quoq; post versum imperfectè recantatur, ad notādum quod
si in monte, id est in statu perfectionis saluari nō possumus, saltem in
Segor, id est, alia via saluemur, in statu videlicet imperfectionis. Ad-
huc semiplenè siue pro parte repetitur, ad notandum ea, quę viuentes
facimus imperfecta esse. & fit primò repetitio à remotiori, quòd ad
finem, & posteà à minus remoto, & vltimò Gloria Patri & Filio dici-
tur: prout sub dicta Dominica de Aduētu dicetur. In festiuis verò ite-
rum totum perfectè repetitur: ad notandū lætitiam & perfectionem
Sanctorum. †Orationes similiter in singulis horis dicuntur, per quas
promissio impetranda est. Oratio namque petitio est, nā orare, petere
est: sicut exorare, est impetrare. Et secundum Grego. veraciter orare,
est amaros in compunctione gemitus, & composita verba sonare: o-
ratio autem Dei misericordia significat, quæ præcedit & subsequitur
hominem in bonis operibus: & ideò dicitur in principio Missæ & fi-
ne. Est autem vltima oratio Domini, ad operarios benedictio. Quòd
orationes in fine dicuntur, ab Actibus sumitur Apostolorū, qui quan-
do designabantur, positis gembus suis orabant. Siquidē oraturus la-
cerdos, populum salutat: dicens: Dominus vobiscum. & hoc ideò, vt
illum animet ad orandū pro ipso, quòd eius oratio fit accepta Deo,
quodque Deus gratiam suam sibi donet. Oratione autem finita, ite-
rum orat dicens: Dominus vobiscum, de quo sub titulo de Prima di-
cetur. †Et nota, quòd omne officium præter nocturnum, orationē &
benedictione concluditur: ad notandum, quòd dum in hoc seculo fu-
mus, necesse habemus presbyterorum orationibus muniri. Et mus
est, quando cum famulis Dei familiare habemus colloquium, eum
ab illis separamur, benedictionem ab eis poscimus. In nocturnis ve-
rò hoc non fit: quia ibi non fit separatio: sed matutinum, & matu-
næ laudes de Deo coniunctim canuntur. † Porrò licet Deus sit vbi-
que, tamen sacerdos in altari & in diuinis officiis debet ex institutio-
ne Vigilij Papæ versus Orientem orare. Vnde in Ecclesiis ostium ab
Occidente habentibus, Missam celebrans, in salutatione ad populum
se vertit: quia quos salutamus facie ad faciem, præsentamus: prout in
quarta parte sub titulo, de Salutatione dictum est: & deinde oraturus,
se ad orientē cōuertit. In Ecclesiis verò ostia ab Oriente habentibus,

vt Romæ, nulla est in salutatione necessaria conuersio, sacerdos in il-
lis celebrans semper ad populum stat conuersus. Templum quoque
Salomonis, & tabernaculum Mosi, leguntur ab Oriēte ostia habuisse
Exod. xxxiij. Versus Orientem ergo oramus, primò memores, quòd
ille qui est splēdor lucis æternæ, sedētes in tenebris illuminauit: quo- *Marc. 1*
niā visitauit nos Oriēs ex alto, de quo legitur: Ecce vir Oriens nomē *Sap. 16*
eius. Cuius argumento, in libro Sapientiæ dicitur: Oporret ad ortum *Hier. 23*
lucis adorare: & non quòd diuina maiestas localiter in Oriēte consi- *Psal. 38*
stat, quæ potētialiter & assentialiter est vbiq; iuxta illud: Cœlū & ter-
ram ego implebo. & Propheta, Si ascendero in cœlū, tu illic es, si de- *Ioan. 1*
scendero ad infernū, ades. Sed quia Deum timentibus oritur sol iu-
stitiæ, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.
Secundò ideò versus Oriētem oramus, vt animus noster se ad potio-
ra cōuertere admoneatur. Tertiò, quia qui Deum laudare volunt, nō
debent ad illum vertere terga. Quartò, secundum Ioannem Damas.
qui quatuor sequentes orationes scripsit in quarto libro cañ. v. ca. vt
Patriam nostrā nos requirere ostendamus. Quintò, vt Christum cru-
cifixum, qui verus est Oriens, & ad quē oramus, directè respiciamus.
Sextò, vt venientē iudicem nos expectare monstremus. Ait enim idē
Damas. ibidem: Deus paradisum secundum Orientem plantauit. vnde
hominē transgressum exulem fecit, & ante paradisum ex Occidente
habitare fecit. Antiquam igitur patriam derelinquentes, & ad ipsam
aspicientes, Deum ad Orientem adoramus. Septimò, quia Dominus
crucifixus, ad Orientē respiciebat, ideò & nos oramus ad eum respi-
cientes: sed & ipse in cœlum assumptus, ad Orientem sursum ferebā- *Act. 1*
tur, & ita ipsum Apostoli adorauerunt, & ita venient, quēadmodū vi-
derunt eum euntem in cœlū. Ipsum igitur expectantes, ad Orientem
adoramus. Daniel quoq; in Babylonica captiuitate, & Iudęi similiter
versus templum orabant. Augu. tamen ij. distinct. ecclesiasticarū. di-
cit, quòd nulla scriptura nos docuit versus Orientem orare. Adhuc
stantes oramus Sanctos, prout iam præmissum est, vbi de Psalmis a-
gitur. Orandum † autem est in Ecclesia, quæ ad hoc inuenta est, prout
in prima parte sub tit. de Ecclesia dictū est. Vnde Psal. lxvij. in Eccle- *Psal. 18*
siis benedicite Domino Deo de fontibus Israël. & alibi: Adorate Do- *Psal. 5*
minum in aula sancta eius. & illud, Introibo Domine in domū tuam, *Psal. 94*
adorabo ad templum sanctū tuum in timore tuo. Item præceptū est:
Corā altari hoc adorabis. Item Propheta: Venite, adoremus, & pro-
cidamus ante Deum, ploremus corā Domino, qui fecit nos: quia ipse
est Dominus Deus noster: Deus, id est, Creator: Dominus, id est, Re-
demptor noster, id est, Saluator. Sed cum Deus sit vbique, vt præmis-
sum est, quare potius in tēplo, quàm alibi est adorādus? Præterea, le-
gitur Ioan. iiij. cap. quòd cum mulier Samaritana solutionē quæstio-
nis, quæ de loco adorationis inter Iudæos & Samaritanos sæpè ver-
tebatur, à Christo quæsuisset: Patres (inquit) nostri in mōte hoc ado-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan. 4 rauerunt: & vos dicitis quia Hierosolymis est locus, vbi adorare oportet: respondit illi Iesus: Mulier, crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc neque in Hierosolymis: supplendum est tantum adorabitis Patrē: sed veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu, & veritate. quasi dicat: Non præfero locū in adorando, vbicunq; adoretur Deus, dūtaxat in spiritu, id est pro spiritualibus, & veritate, id est, æternis. Vnde Christus inquit: Tu cū orueris intra cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrem tuū. Sed licet vbique sit Deus adorādus, specialiter tamē in Ecclesia: alioquin frustra tanto studio, tantóque impendio templū Domini fieret, nisi gratius in eo adorari acceptaret. Vnde Salomon in templo constructo, & dedicato orauit ad Dominū, vt quicunq; illud aspiceret, pro peccatis suis, vel pro quacunq; tribulatione, clamans ad Dominum, in his, quæ iustē postularet, exaudiretur: quam orationis formā sequitur Ecclesia in oratione, quā dicit in Ecclesiæ dedicatione. Adsistunt enim angeli, ibi adorantibus, vt deuotas eorū orationes Domino offerant, secundūm illud: In cōspectu angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum, ad confitendum nomini tuo Domine. Hinc angelus ad Tobiam: Ego obtuli orationem tuam Domino. Requiescunt etiam ibi Sanctorū reliquiæ: quæ nobis deuotè Deum adorātibus suis precibus assequuntur, quod nos meritis nostris non valemus. In plateis verò & in publico, more Pharisæorum orare à Domino prohibemur. Quod verò Apostolus ad Timo. inquit. volo vos orare in omni loco, leuātes puras manus, sine ira, ad internā pertinet orationē. In omni enim loco orat, qui per charitatis officia, & opera bona vbiq; manus cordis mūdas ad Deum leuat. Cæterū, adorandus est Pater, & Filius, & Spiritus †sanctus: quoniā omnes & singuli sunt vnus solus, & verus Deus. Licet enim alia persona sit Pater, alia filius, & alia Spiritus sanctus: tamen Patris & Filij & spiritus sancti vna est diuinitas, æqualis gloria, coæterna maiestas. Vna igitur & æqualis totius indiuiduæ Trinitatis est oratio, de qua sanè potest intelligi, quod ait Dominus: Veri adoratores adorabūt Patrē, in Spiritu & veritate: nāq; qui Deū veraciter adorat, ipse quidē adorat Patrē in spiritu, & veritate, id est in Filio: qui de se dicit: Ego sum via, veritas, & vita. Ego sum, inquiens Patre, & Pater in me est: ideò Pater adorandus est in filio, & Filius in Patre, & Spiritus sanctus in vtroq;. Est autē Deus adorādus de corde puro, cōscientia bona, & fide nō ficta. De corde puro: nō vt quidā putant, qui in prosperitate Deū glorificāt: sed eum in aduersitate blasphemāt: de quibus Propheta: Confitebuntur tibi, dū benefeceris eis, si verò nō fuerint satiati, murmurabūt, de cōscientia bona: nō vt quidam faciūt, qui cōtra Deū grauissimè peccāt, & posteà temere illi sacrificāt, de quibus Propheta: Peccatori dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas: & assumis Testamentū meū, per os tuū iij. q. vij. quod refertur illud vtriusq; Testamēti, de quo veritas ait: Hic est sanguis meus

Matt. 15 Matt. 28

noui Testamenti. De fide non ficta: non, vt quidam adorāt, qui rectè dicunt, sed praue viuunt, quibus Dominus improperat, dicens: Hic populus labiis me honorat: cor autē eorū longè est à me. Dicūt enim & non faciunt. Adorādus est itaq; Deus corde, per deuotionem, ore per confessionem: & opere per venerationem. Sunt autem duæ speci61 es † adorationis scilicet * λατρεία quæ soli Deo debetur, & * δουλία quæ in quibusdā creaturis adhibetur: vt dictū est in quarta Parte, sub quarta particula Canonis, super verbo, Seruitutis. Rursus canonicæ horæ in ipsis horis diei dicendæ sunt: nec obstat illud Psalmistæ: Benedicam Dominum in omni tempore, nec illud Apostoli: Sine intermissione orate: quoniam benedicere Dominum in omni tempore, est illum semper digna conuersatione laudare. Sine intermissione orare, est omnia in Dei laudē seu gloriā agere, sicut idem Apostolus ait: siue manducatis, siue bibitis, siue aliquid aliud faciatis, in gloriā Dei facite. xxvj. quæstio vltima. non obseruetis. Cæterum orationē salutatio præcedit, & sequitur ad illam responsio: prout sub prima Parte dicetur. Finaliter autem post orationem dicitur: Benedicamus Do62 mino: quod † sumptum est de Apostolo, vel de Psalmo, vel de Hymno trium Puerorū: vbi dicitur: Benedicamus Patrem & filiū, &c. Et dicitur quādoque à pueris, qui sunt imperfectæ ætatis, ad notandū omnia opera nostra imperfecta esse, iuxta illud: Imperfectū meū viderūt oculi tui. &c. de cōse. dist. iiij. tulerūt, & quod omnis laus nostra, puerilis & imperfecta est, ad cōparationem Dei, quem laudamus: quicquid enim hic dici potest, minùs à laude Dei est. Ac si dicat Ecclesia Laudamus, sed laudando non sufficimus: quia supereminētia Dei eloquium nostrum, & intellectū superat: quia accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Vnde ab omnibus cōsequenter dicitur: Deo gratias, quasi placet, sicut pium est in Dei laude superari. Dicitur etiā à pueris, ad notandū, quòd solùm pueri, id est, puri à malitia, dignè laudant Deum & gratias agunt. Dicitur etiam quandoque à maioribus ad significandū, quòd in æterna beatitudine, cū Domino perfecti erimus laudatores: quia in hac vita non possumus esse perfecti. Rursus post suffragia, dicitur alia oratio, quæ misericordiam Dei significat: quæ præcedit & subsequitur hominē in bonis operibus. Dicitur etiam iterū Benedicamus, &, Deo gratias: quia sicut Dominus postquàm iterum post resurrectionē suam salutauit discipulos suos, benedixit eis, & illi gratias referendo illum adorauerūt: ira & presbyter vel alius iterū dicta oratione, dicit: Benedicamus Domino: & est 63 subaudiendū: Cuius membra sumus, & in quo benedicimus, & etiam benedicit. † Chorus verò gratias agens, dicit: Deo gratias: quod sumptum est de Apostolo, per quod significatur, quòd vsque in finē vitæ nostræ innocentiam debemus seruare, & Deo benedicere, ei pro beneficiis gratias exoluendo: vel Benedicamus Domino, cum Deo gratias, est laus finalis, & exultatio ineffabilis: quæ erit in gloria, cum

1. Cor. 9 Psal. 38 Psal. 63

gratiarum actione: vel Deo gratias, est de cõsummato cursu gratiarũ actio. De hoc etiam dictũ est in quarta Parte sub titulo de Oratione nouissima. Sed videtur, quòd potiùs debet respondere: Amen, id est, fiat, seu ita sit, scilicet quod Deus sit benedictus: sed respõdetur Deo gratias, vt notetur, quòd hoc ipsum, quòd Deo benedicimus, ab ipso Deo habemus. Porrò, quia † quãdiu viuimus, in lubrico positi sumus, & à dæmonibus impugnamur: ideò semper Sanctorũ suffragiis indigemus: idcirco in plerisque Ecclesiis in singulis horis post Benedicamus, suffragia Sanctorum subiiciuntur. Et nota, quòd quia totũ tempus à natiuitate Domini, vsq; ad festum purificationis, est de infantia Saluatoris: ideò vt quidam dicunt, non debent fieri tunc cõmemorationes, præsertim de cruce, iuxta illud, Non coques hœdum in lacte matris suæ: nec etiam à Dominica, de passione vsque in sabbatum, post Penteco. vt ibi dicetur. Hoc etiam sciendum est, quòd quia Petrus & Paulus in vita, & morte non sunt separati, prout cantat Ecclesia: ideò nec in commemorationibus separantur, quæ simul fiunt & communiter de vtroque. Vltimò notandum est, quod cantandi † vsus à veteri Testamenta sumpsit initium: sicut in Esdra legitur: de quo in Parte secunda sub titulo de Cantore: & ita in iiij. Parte sub titulo de Allelu-Ia dictum est. & Eccles. c. xlvij. Dedit illis contra inimicos potentiam, & stare fecit contra altare cãtores, & in sono eorũ dulces fecit modulos: & Psal. Cantate ei Canticum nouum: bene psallite ei, in vociferatione. Celebratur itaque ei cãtus, vt ostendatur homines debere refundere gratias, & laudes Deo: dum manibus cæterisque membris satagunt agere opera, quibus valeant Deo placere. Vsum tamen cãtandi quidã reprobant: prout dictum est in Prœmio quartæ Patris. Ordinem cantilenæ in diurnis, siue in nocturnis horis edidit beatus Gregor. plenaria ordinatione distribuisse, cum multi & ante, & post eum, orationes, antiphonas, & respõsoria composuerint. Et † not. secundum Hug. de sancto Victore, quòd tres sunt species sonorum, qui tres modulos faciunt: fit enim sonus pulsu, flatu & voce. pulsus pertinet ad citharam: flatus ad tubam, & organum: vox verò ad cantum. Hæc genera musicorum antiquus populus in laudem Dei exercebat: hæc autem consonantia sonorum assignari potest concordiæ morum: si ad pulsum citharæ mouum operatio, ad flatum organi, mentis deuotio, ad cantum vocis, sermonis exhortatio referatur. Bernar. inquit: Quid prodest dulcedo vocis, sine dulcedine cordis? frange vocem, frange & voluntatem: serua consonantiam vocum, serua concordiam morum, vt per exemplũ concordes proximo, per voluntatem Deo, & per obedientiam magistro. De organo, dictum est in quarta Parte sub titu. de Sanctis. Rursus † hoc triplex genus musicorum ad triplicem differentiam beneficij ecclesiastici refertur, secundum Richard. Episcopum Cremoñ. in Mittrali. Nam ipsum officium Ecclesiæ consistit in Psalmis, in cantu, & lectionibus. Primum mu-

Psal. 32

corum genus, est quod fit pulsu digitorũ: vt in Psalterio & similibus: & ad id pertinet psalmodia. Iuxta illud: Laudate eum in psalterio & cithara. Dicitur enim psalterium, à * ψάλλειν, Græcè, quod est tangere, siue pulsare Latinè. Secundum est quod fit voce, scilicet humana: & ad istud pertinent lectiones, vnde Psalmista: Bene psallite ei, in vociferatione. Et Apostolus lectionem, vocem vocauit, dicẽs: Ignorãtes Iesum, & vocem Prophetarum, quæ per sabbatum leguntur. Tertium est, quod fit flatu sicut in tuba, & ad istud pertinet cãtus: vnde Psalmista: Laudate eum in sono tubæ. Sanè rationabiles diuersorũ sonorum concentus, & concordiam varietate compactam benè, & ordinatè, ci- 68 uitatis vnitatem significant. Suauis verò cantus sit ex diuersis, sed nõ ex aduersis vocibus. Rursus † cantus in Ecclesia, lætitiam cœli significat: voces verò graues, acutæ & superacutæ, innuũt tribus modis prædicandum esse tribus Ecclesiæ ordinibus: propter tricesimum, sexagesimum, & centesimum fructum: vel iuxta tria volumina Salomonis, 69 significat ordinem incipientium, proficientium, & perfectorum: de choro dictum est in prima Parte sub tit. de Ecclesia. Sanè † statutum est in Concilio Toleta. & Gerundẽ. de consec. dist. ij. institutio. & distin. j. altaria. & xij. distin. c. fi. quòd tam Missæ ordo, quàm psallendi & ministrandi consuetudo seruetur in omnibus Ecclesiis, quæ in Ecclesia metropolitana seruatur. Abbatibus quoque vel monachis curã animarum habentibus non licet publica officia aliter celebrare, quàm in Ecclesia episcopali: quamuis Augustin. dicat xij. distinctione. illa. Quòd neque contra fidem, neque contra bonos mores esse conuincitur, indifferenter habendum esse, & in ecclesiasticis sacramentis sit de iure consuetudo seruanda. de consecr. distinct. iiij. de cœna. extrà de celeb. miss. c. penulti. xij. distinctione catholica.

Psal. 150

Act. 13.

Psal. 150

ANNOTATIO.

* Composita.) Hymnorum vsus fuit in nouo Testamento, vt testatur beatus Augustin. & patet Matthæi cap. xxvj. ad Ephes. v. Quod & Concilium Toletanum confirmauit, Concil. iiij. cap. xij. & Eusebius lib. j. c. xvj. & xvij. refert in singulis locis consecratum orationis Domum, quæ appellabatur Σιμεῶν vel μοναστήριον. N. D.

ANNOTATIO.

* ψάλλειν.) Theodoritus scribit lib. v. c. xxxij. temporibus Constantij Imperatoris, Flauianum & Diodorum eo tempore aduersus Arrianos multum pro dogmatibus Christianis laborantes, primos psallentium choros in duas partes diuisisse, & tandem Dauidicam melodiam cantare docuisse, idque in Antiochia primùm fieri cœpisse, & dispersum ad terminos totius orbis peruenisse. Similiter & in singulis choris vni ex ipsis hoc datum fuit munus, vt quod cahendum erat, prior ordiretur, reliqui succinerent. Quæ consuetudo tempore Basilij magni fuit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt patet ex eius epistola, ad clericos ecclesiæ Nicæos. Quod etiam hodie Ecclesia Christiana obseruat. N. D.

SVMMARIVM.

1 *Officij celebrandi tempus, quando incipiat.*
2 *Officium nocturnum, media nocte celebrandum, quinque de causis.*
3 *Ecclesiæ ministri, in primitiua Ecclesia, ter noctu interpollatim surgebant ad diuinum officium.*
4 *Hostes Ecclesiæ, quatuor.*
5 *Noctis vigiliæ, quatuor.*
6 *Officium nocturnum quare in quatuor partes est diuisum.*
7 *Nocturna, quid.*
8 *Ecclesiam ingredientes, cur ad altare nosmet inclinemus.*
9 *Officium nocturnum vnde auspicetur sacerdos.*
10 *Inuitatorium, quid significet, & qua voce dicatur. num. 11.*
12 *Inuitatorium, cur aliquando integrè, aliquando imperfectè reperitur.*
13 *Hymnus cur sequatur inuitatorium.*
14 *Oratio Dominica, post versus, in officio dicitur, & qua partes sequantur illam, & quorsum. num. 15.*
16 *Nocturnos tres aliquando, aliquãdo vnũ tantũ dicimus, & qui id fiat.*
17 *Excubiæ tres interpellatæ, in Primitiua Ecclesia.*
18 *Officium Dominicale, in primo nocturno: & quid primum nocturnum referat. num. 19.*
20 *Patrum veteris Testamenti adaptatio, cum Psalmo primi nocturni Dominicæ. & per num. 21. 22.*
23 *Nocturnum secundum Dominicæ, denotat tres ordines sub lege Mosaica, & quid in tertio recolamus. num. 24.*
25 *Ordines tres sub lege Euangelica.*
26 *Ficulneæ Euangelicæ, & eius expositio.*
27 *Nocturna ferialia, & eorum forma. & num. 28.*
29 *Nocturnorum dicta.*
30 *Campanæ pulsantur, vbi cantatur, Te Deum laudamus. & quid ibi fiat, & quinam hymnum illum composuerint. num. 31.*
32 *B. Benedicti institutio, circa diuinum officium.*
33 *Monachi, an & quando nouem lectiones dicant.*
34 *Monachi, cur Dominicam orationem dicant sublata voce, in diuino officio.*
35 *Monachi, cur se toto corpore, ab Occidente ad Orientem commouent.*
36 *Monachorum ordo, figuram Cherubim tenet, velatorum sex alis.*
37 *Monachorum cucula, vnde sumpta.*

De Nocturnis. CAP. III.

LIcet ecclesiastica † officia à vesperis incipiant. Iuxta illud: De ve- | spera in vesperam celebrabitis sabbata vestra. extrà de feriis. c. ii. quia

quia tamen ordo conueniens est, vt à tenebris procedamus in lucem & non econuersò: ideò à noctis officio inchoemus. Tempus autẽ nocturnum, significat vitam nostram in peccatis. Nocturnũ officiũ, notendimus ad lucis gaudium, & libertatis. Vel tẽpus ante nocturnum, significat tẽpus ante legem mortis, in quo omnes silebant à laudibus Dei. Tempus nocturnum, significat tempus legis datæ Mosi. Tempus laudis matutinæ significat tempus gratiæ à resurrectione, vsque ad finem mundi: in quo tempore Deum laudare tenemur de bonis naturæ, quæ in illa hora nobis contulit creando: de bonis gratiæ, quæ in illa nobis contulit, resurgendo: & de bonis gloriæ, quæ in ea nobis dabit resuscitando. Sanè nocturnale † officium media nocte canitur, propter quinq; rationes. Primò, quia primogenita Ægypti de nocte interfecta sunt: & primogenita Israëlis saluata. Exod. xij. vt igitur Dominus seruet nobis primogenita nostra, id est, hereditatem regni cœlestis, quam nobis primogenitus Dei Filius acquisiuit, ideò ei canimus officiũ nocturnale, ne simus, sicut Esau, qui pro edulio lenticulæ ruffæ perdidit primogenita sua. vij. q. j. quàm periculosum. Secundò, quia Dei filius fuit media nocte natus, iuxta illud Sapientiæ, cap. xix. Dum medium silentium tenerẽt omnia, & nox, &c. vsque à regalibus sedibus venit Iesus fi.tu. vt ergo ipsius natiuitati grati simus, eum de nocte laudamus: & gratias de ipsius natiuitate agimus. Tertiò, quia Christus in nocte hac hora captus, & illusus est à Iudæis: ea etiam hora spoliauit infernum, largè noctem accipiendo, scilicet ante lucem, manè verò surrexit, media etiam nocte, ad iudicium venturus assecuturus. Vnde statutum fuit, vt in die vigiliarum Paschę ante noctis medium, dimittere non liceat populos expectantes Christi aduentum: vt dicetur in vj. Parte, sub Sabbato Sancto. Ideò hac hora Deum laudamus gratias agentes de ipsius captione, & patrum liberatione, eius etiam aduentum solicitè expectantes. Quartò, vt noctes delictorum nostrorum illuminarentur. Vnde Paulus & Sylas in vinculis existentes, media nocte orantes, hymnum cunctis audientibus dixisse memorantur: vbi terræ motu facto repentè ianua sponte patefacta est: & eorum vincula illico sunt soluta. Quintò propter carnis illecebras, psallẽdo & orãdo hebdomadas: quia, sicut dicitur Eccles. xviij. vigilia honestatis domat carnes. Sciendum † autẽ est, quòd in primitiua Ecclesia ministri Ecclesiæ ter de nocte interpollatim surgebant, ad diuinum officium celebrandum: tria in hoc tempora designantes, videlicet tempus ante legem, tempus sub lege, & tempus gratiæ. Surgebant enim primò paulisper circa primũ somnũ: quãdo vulgus solet ire dormitum, secundò, circa mediã noctẽ, tertiò ante diem: sic ordinantes vt officium nocturnũ, & finitæ lectiones cum suis responsoriis perlectæ essent priùs, quàm lucesceret: apparente verò aurora pulsatis cãpanis cantabant. Te Deum laudamus: & matutinas laudes. Ad primũ noctur

Matt. 25
Luc. 22
Act. 16
Luc. 2
Gen. 25

nocturnum Pontifex & ministri Ecclesiæ surgebant, quæ sine inuitatorio cantabatur, pro eo, quia nullus ad hanc inuitabatur. Et vocabatur vigilia: quia habuit initium à pastoribus, vigilias noctis super greges suos seruãtibus. In præcipuis tamen solennitatibus populus tota nocte, in Dei laudibus persistebat: sed illud sublatum est, & ieiunium loco illius vigiliæ ordinatum. prout dicetur in sexta Parte sub Quarta Feria tertiæ hebdomadæ, de Aduentu. Ad secundum nocturnũ surgebãt ministri simul, & coniugati, tam mulieres, quàm viri: quæ cum inuitatorio dicebatur, ad significandum angelos inuitantes pastores,
Luc.2 ad videndum regem natum. Ad tertium surgebant omnes communiter. sed posteà algescente charitate, cùm omnes tam ministri Ecclesiæ, quàm populus surgere ad nocturnum officium pigritarent, statutum
Psal.118 est, vt omnes media nocte surgerent: iuxta illud prophetæ: Media nocte surgebam, &c. Et totum noctis officium continuè cantaretur: & plures adhuc illa hora surgunt. Quia verò quidam nocturnis deliciis plus quàm Dei seruitiis vacantes, institutionem huiusmodi non seruabunt, consequenter statutum est vt saltem tempore vltimi nocturni omnes surgant. † Potest etiam dici, quod quatuor sunt Ecclesiæ hostes: superiores id est, dæmones malignantes, inferiores, id est, homi-
Psal. 127 nes aduersantes: interiores, id est, concupiscentiæ carnales: & exteriores, id est, illecebræ seculares. De primis inquit Apostolus Ephes. vi. Non est vobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduer-
Galat. 2 sus spiritualia nequitiæ in cœlestibus. De secundis Psalmista: Supra
1. Ioan.2 dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatẽ sibi. De tertiis Apostolus: Caro cõcupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. De quartis Ioan. Nolite diligere mundum, neque ea, quæ sunt in mundo: quia quicquid est in mũdo, aut est concupiscentia carnis, aut oculorũ, aut superbia vitæ. Aduersus hos qua-
Luc.2 tuor hostes, rectores Ecclesiæ debent † quatuor noctis vigilias solicitè custodire: nam pastores custodiebant vigilias noctis supra gregem suum, videlicet conticinium, gallicinium, intempestum, & ante lucinium, in quibus obsessæ ciuitatis custodes, vigilant alternatim. Primam ergo vigiliam custodire debent, contra fallacias primorum hostium: secundum, contra versutiam secundorum: tertiam contra tertias: quartam, contra quartas. Et ideo nocturnũ officium in quatuor † est partes distinctũ, scilicet in tres nocturnos, & matutinas laudes, quod per quatuor noctis vigilias contra dictas quatuor hostiũ persecutiones antiquitùs Ecclesia decantabat. Porrò in memoriam illius laudabilis consuetudinis & deuotionis Antiquorum, in tempore æstiuali celebrat Ecclesia nocturnũ officium in tempore primæ nocturnæ: licet quandoque tempestiuis (quod quidam Vigilias sub antiquo nomine vocant) & specialiter in festiuitatibus beatorum Ioannis Baptistæ, Petri, & Pauli, & assumptionis beatæ Mariæ: quæ sunt præcipuæ illius temporis solennitates: & hoc facere incipiunt in ipso festo

beati Ioannis, hîc in crepusculo, pro eo, quòd ipse fuit finis veteris Testamenti, & initium noui. Romani etiam adhuc in præcipuis festiuitatibus totius anni, in sero dicunt tres Psalmos, & tres lectiones, quos vigilias vocant, & in nocturnis idem repetunt: & totum officium matutinum perficiunt. Rursus in memoriam dictæ deuotionis Antiquorum ter in nocte surgentium, tres nocturnos dicimus: qui & inde no-
7 men & originem habuerunt. Et † nota, quòd nocturna, næ, ponitur pro hora: sed nocturni nocturnorum pro officio: vel nocturna, nocturnæ, est collectio Psalmorum, qui dicuntur ante lectiones in Dominica: vel in profectis diebus. Nocturnæ in plurali, dicuntur tempora, in quibus Psalmi cantantur. Nocturni, nocturnorum, dicuntur nouem Psalmi, & nouem lectiones cum suis responsoriis in solennitatibus. Sanè per nocturnas excubias diaboli vitamus insidias: & ideò nocte surgentes, currimus, campanis auditis, ad Ecclesiam, veluti exercitus ad mi-
8 litiam audito clangore tubarum. Aulam igitur regiam, id est, Ecclesiam † ingredientes ad altare nosmet inclinamus, & quasi regem milites adoramus: æterni enim regis milites sumus. Inclinantes autem, trinam facimus orationem, dicentes ter: Pater noster, &c. sermonem ad Patrem & Filium, & ad Spiritum sanctum dirigentes, cùm ad Patrem loquimur, ad medium altaris intentione cordis, & statu corporis nos præsentamus, propter Patris potentiam, & nostram perseuerantiam: cum ad Filium loquimur, ad sinistram altaris partem nos conuertimus: propter ipsius exinanitionem, & nostri lapsus offensionem: cum ad Spiritum sanctum, ad altaris dextram transimus, propter ipsius benignitatem, & nostram gratiæ consecutionem. Quidam tamen adhuc habent speciales orationes: deinde quidam Psalmos graduales inci-
9 piunt: de quibus dictum est in Procemio huius Partis. Sacerdos † itaque nocturnum inchoans officium, à Domino, qui est α, & ω, id est, principium & finis, & bonorum largitor omnium, incipit: & quoniam, scriptum est Ioan xv. Sine me nihil potestis facere: etiam os aperiri petit, ante omnia fiducialiter ab eo, qui dicit: Aperi os tuum, & ego adimplebo illud, vt ei os aperiat ad digne ipsum laudandum, dicens: Domine labia mea aperies, & os meũ annuntiabit, &c. quia non est speciosa laus Dei in ore peccatoris, nisi ipse in laudem Dei sui ipsius os aperire dignetur, iuxta Prophetam iij. quæst. viij. §. quod testatur: Quare tu enarras iustitias meas & assumis Testamentum meum per os tuum? Finit etiam hoc officium in ipso Deo, dum dicitur, Deo gratias: vt initium & finis circulariter referantur ad eum, qui est α, & ω, & quod dicitur: Aperies, ponitur tempus pro tempore, id est, aperi. Rursus petit sua labia aperiri: quoniam pridem in completorio nos Deo commendauimus, & os & pectus signo crucis munientes, concluſimus: quare meritò nunc cum precamur, vt labia clausa aperiat, ad laudandum. Chorus verò ad notandum harmoniam, non mutata persona respondens, dicit, & os meum annuntiabit laudem tuam: est enim hæc harmo-

Apoc. 1

Ezech.2
Psal.50

Psal.49

Apoc. 1

nia:

monia: vt sit credentium cor vnum, & anima vna. Act. iiij. & in natali vnitate Deus laudatur: quia verò diabolus Dei laudem abhorret, propter quod Deum laudare volentem, satagit impedire: nam contemptus Pharao, id est, diabolus, surgit in scandala: ideò Ecclesia, ne succumbat statim impetrata loquēdi licentia, orat, dicens alta voce: Deus in adiutorium meum intende: Chorus autem respondet, dicens: Domine ad adiuuandum me festina, &c. † Sanè præmissis duobus habitis, videlicet, gratia per quam os aperitur, & diabolo per auxilium Dei repulso: nihil aliud restat, nisi laudare. Vnde statim Ecclesia laudans subiicit: Gloria Patri, &c. de quo in proœmio dictum est. Verùm, quia nō sufficit Deum laudare, nisi etiam ad laudandum alios inuitemus, vt qui audit, dicat, Veni. Apocal. vltimo. extrà de sacr. vnct. c. vnico, & cortina cortinam

Psal. 94 trahat. Exod. xx. ideò sequitur inuitatorium & inuitatorius Psal. Venite exultemus, vbi multiplex causa redditur, quare Deo exultare & iubilare debemus, dum ibi dicitur: Quoniam Deus magnus, &c. & vltimò assignatur causa, scilicet ne ingrati simus, sicut Iudæi, qui propter suam ingratitudinem & malitiam terram promissionis non intrauerunt. Vnde dicitur ibi: Si introibunt in requiem meam. q. d. Non. Inuitatorium † autem alta voce dicitur: quasi mater Ecclesia per illud inuitet homi-

Psal. 33 nes ad confitendum Domino, iuxta illud: Venite filij, audite me, quod notat secundus versus. Præoccupemus, &c. Hinc est, quòd in quibusdam Ecclesiis iacentes, ad orationem ante matutinum ante singula antaria statim cum audiunt cantari: Venite exultemus: chorum intrant: Incipiens enim inuitatorium, est quasi præco, tanquam tuba exaltans vocem suam. Præmittitur quoque inuitatorio vox humilis: sed cùm venit ad Psalmum, inuitatorium exaltatur: quia Ecclesia primò secretò, quasi ostio clauso, laudat Deum, propter se: sed postea manifestè propter alios, vt ardor accendat proximos. Hinc ergo est, quòd in præcipuis festiuitatib⁹ inuitatorium, quasi voce valde demissa inchoatur. Sed cum venitur ad versum: Hodie si vocem eius audi: nolite, &c. exal-

Esai. 58 tatur, ne quis corde fortè obduratus, de voce non audita causetur. Vnde Esaiæ, Quasi tuba exalta vocem tuam. Rursus voce demissa inchoatur: ad notandum, quòd in primitiua ecclesia populus clam ad fidem, & ad Christum colendum inuitabatur: sed postea vox exaltatur, vt ostendatur quòd hodie liberè inuitatur, prædicatur, & adhortatur. † Item inuitatorium ipsum ad aliquos versus illius Psalmi: Venite, repetitur integrè, & ad alios imperfectè: quia licet omnes per ipsum inuitatorium ad laudes & gloriam Dei inuitentur: aliqui tamen perfectè, & aliqui imperfectè hanc inuitationem recipiunt. Dicitur autem sexies integrè, quia illi integrè inuitationem recipiunt, qui perfectè laudes Deo referunt, perfectè autem laudes Deo referunt, qui nil quod non sit laudis, interponunt. Quia ergo senarius est primus numerus perfectus, quod patet, quia constat ex suis partibus aliquoties, scilicet vno, duobus, & tribus: ideò sexies integrè repetitur. Tertiò verò imperfectè repetitur, propter

propter illa tria hominum genera, qui ad cœnam inuitati, inuitationem non receperunt scilicet auari, superbi, & luxuriosi: vt dicetur in sexta Parte: sub secunda dominica post Pent. vel propter nostram in tribus, scilicet in corde, in ore, & in opere perfectionem. Cæterum epiphaniæ officium inuitatorio caret, prout ibi in sexta Parte dicetur: & etiam mortuorum officium, nisi funere præsente: in illo officio Christi exequias imitamur: non enim in Paraseue dicitur, adhuc: quia non

13 sufficit Deum ore laudare, nisi & mente laudetur: ideò post inuitatorium subiicitur hymnus, Iaus Dei. † Item quia post inuitationem consequenter multi Deum cum lætitia laudant. Iuxta illud: Audiuit, & lætata est Sion: ideò post inuitatorium cantatur communiter hymnus. Tertiò, dicitur hymnus, in signum, quia sicut in actibus Apostolorum gentes ganisæ sunt, quia ad fidem vocatæ sunt. Porrò, quia iterum non *Iacob. 2* sufficit laus oris & cordis, nisi & opus sequatur, quia fides sine operibus non prodest, imò mortua est, ideò post hymnum sequuntur Psalmi qui bonam operationem designant. Dicuntur etiam antiphonæ, quæ signi-

14 ficant charitatem, sine qua opus non perficitur, & versiculi de quibus in proœmio dictum est. † Post versus ante lectiones, per quas doctrinam *Iacob. 1* habemus, dicitur oratio dominica. Primò, ad notādum, quòd qui eget sapientia, & intellectu doctrinæ, postulet illa à Deo, qui secundum beatum Iacobum, dat affluenter omnibus, & non improperat. Secundò, vt ipsius orationis auxilio proficiat in nobis versus intentio. Tertiò, vt per illam diaboli tentationes pellantur. Ille enim sentiens nos velle lectiones legere, in quibus Sanctorum victoriæ contra ipsum habitæ leguntur, satagit nos acriùs impugnare: vnde nos illa oratione munimus. Dicitur autem secretè, per quod secretum regis consilium intelligitur, vt propositæ similitudinis prosequamur exemplum, & vt diligentiùs capiatur: vel quia in eo loquimur Deo. Vltima tamen pars patenter concluditur, vt pateat ad quid oratio ipsa dicatur, ne scilicet lector per

15 phantasiam tentationum offeratur: & auditor lectionis intellectu, & profectu fraudetur: de hoc sub tit. de prima dicetur. † Per preces verò, quæ dominica oratione ante lectiones sequuntur, imploratur Sanctorū interceſſio, ad obtinendum quod in ipsa oratione postulatur. Oramus *Luca 10* enim Dominum, vt mittat operarios in messem suam & aperiat cor nostrum in lege sua, & in præceptis suis, ne semen verbum Dei, quod audituri sumus, aut volucres comedant, aut spinæ suffocent: aut in petra, quæ non habet humorem, arescat, cōsequenter lectiones, quæ sunt doctrina, subiiciuntur, & post lectiones, respōsoria, quæ bona opera signi-

16 ficant, de quibus in proœmio dictum est. Illud autē considerandum est, † quòd in diebus festiuis, & dominicis tres dicimus nocturnos, in profestis, vnum: siquidē in trium nocturnorum officiis tria tempora repræsentamus, scilicet tēpus ante legē, tempus sub lege, & tēpus gratię: quotū quodlibet tribus distinctionib⁹ variatur. Tēpus ante legē, has distinctiones habuit: prima fuit ab Adā vsque ad Noë, secūda à Noë vsq; ad

Abra

Abraham: tertia ab Abraham, vsque ad Mosem. Tempus sub lege has distinctiones habuit. Prima à Mose vsque ad Dauid, secunda à Dauid, vsque ad transmigrationem Babylonis, tertia à transmigratione Babylonis, vsque ad Christum. Tempꝰ verò gratiæ has distinctiones habuit: prima distinctio fuit Apostolicæ & Euangelicæ prædicationis. Secūda, tempus impugnationis per hæreses emergentes. Tertia, tempus pacis, quando videlicet hæreses eliminatæ sunt. Rectè autem tres nocturni, patres seu fideles vtriúsque temporis significant: quia vigilantes per

Rom. 14 Dei laudem ad æternam perueniet laudem: vnde Apostolus ad Cor. 5.
2. Cor. 6 Omnes stabimus ante tribunal Iudicis & nos, qui viuimus, & qui re-
1. Thes. 4 dormierunt. Quia ergo illi, bonis insistētes operibus, bene vigilauerunt, meritò & nos, vt eorum meritis Trinitati placere, & nouem ordinibus angelorum sociari possimus in nocturnali officio sub antiphonarum, Psalmorum, versuum, lectionum responsoriorum nouenario, Deo laudes canimus: antiphonæ ad dilectionem, Psalmi, ad actionem: versus, ad exercitationem: lectiones ad Dei cognitionem: responsoria, ad gaudium & cantum pertinent angelorum. Nouenarij verò antiphonarum, Psalmorum, lectionum, & responsoriorum, pro eodem accipiuntur. quantum ad nostram significationem De hoc etiam dicetur in vj. parte sub festo Natalis: & sub fer. v. Cœnæ Domini: & sub tit. de Septem diebus post Pascha. In quibusdam tamen Ecclesiis quando dicitur: Te Deum laud. nonum responsoriorum non dicitur. Præmissas itaque trium temporum nouem diuersitates seu distinctiones inuenimus in nocturnis solennitatum Sanctorum & dominicarum: in solēnitatibus enim Sanctorum tres nocturnos celebramus,

Psal. 121 imitamur excubias cœlestis Hierusalem, quæ ædificatur, vt ciuitas & conseruatur per angelorum excubias, qui ter trinas distinguntur, id est, ter tria trinitati concinunt: sic & nos, qui in illam credimus, tres nocturnos celebramus. Imitamur † etiam in hoc primitiuæ Ecclesiæ tres interpollas excubias, quæ ter in nocte surgebant ad confitendum Domino: vt præmissum est. Siquidem canimus nouem lectiones, nouem Psalmos, nouem antiphonas, & nouem responsoria: videlicet in vno que nocturno tres, siue tria. ad notandum omnes electos, qui fuerant ante legem, sub lege, & sub gratia, associatos esse in cognitione sanctæ Trinitatis, nouem ordinibus angelorum: & in cœlis ipſi Trinitati congaudere. & vsque in finem sociabuntur. Sicut autem angeli priores electi fuerunt, ita & Psalmi lectiones præcedūt. In dominicis quoque diebus, in quibus aliud festum non occurrit, tres nocturnos celebramus. † Et dicuntur in primo nocturno duodecim Psalmi & tres antiphonæ, quarū quælibet respondet quatuor Psalmis: & in plerisque locis, vnum Gloria Patri, quatuor Psalmis respondet. Sanè dominicam diem Dominus sua resurrectione glorificauit, & in ea Angelorum consortia promeruimus. Vnde dominica nox, dominicam resurrectionem omnium fidelium, qui ad memoriam reducet: & etiam resurrectionem omnium fidelium, qui ad

initio mundi fuerunt & vsque ad finē secuii futuri sunt: quia in resur-
19 rectione Domini omniū electorū resurrectio significata est. † Primum nocturnum recolit tēpus ante legē: scilicet tēpus legis naturalis. Duodecimus Psal. illius recolit resurrectionē omniū Sanctorū illius temporis præsertim duodecim Patriarchaū, qui tunc maximè vigauerunt, & vigilauerūt, à quibus populus Domini in duodecim tribus fuit propagatus: qui fuit Domino populus peculiaris, sicut in tempore gratiæ duodecim Apostoli præ cæteris præfulserunt. Quaternarius Psalmorum numerus, quatuor principales seu cardinales virtutes prætēdunt, videlicet prudentiā, iustitiam, fortitudinē, & temperantiam: quas virtutes credimus Sāctos Patriarchas suo tēpore præ cæteris habuisse, & aliis exemplo demōstrasse. Tres antiphonæ fidē sanctæ Trinitatis, sue delectationē in ea ostendunt, quarū quælibet respondet quatuor Psalmis: nam quilibet tenens fidem sanctæ Trinitatis, quatuor præmissis virtutibus est quadratus. Ciuitas enim in quadro posita est, sicut habetur Apoc. ca. penul. Ideò autē quatuor Psalmi, sub vno Gloria dicuntur, nec separantur: quia quatuor præmissæ virtutes inseparabiles sunt: sed qui habet vnā, habet omnes, sicut probat August. Item in eo, quòd sub vno Gloria Patri, sine glorificatione Trinitatis quatuor Psalmi cōputantur: ostenditur dictos Patriarchas, in vna fide Trinitatis dictas quatuor virtutes habuisse, & cæteris exēpla monstrasse. Verūm quidā omnes Psalmos primi nocturni sub vna antiphona cantāt, ad notādum delectationē, quā habent in cognitione Trinitatis. Quidam etiam ad quemlibet Psalmum dicunt Gloria patri: sed per antiphonas eos distingunt: quia quilibet tenetur ex suo dono reddere
20 laudes Trinitati ex hac dilectione, quā habet in cognitione Trinitatis. † Et attende: quia in prima distinctione temporis ante legē vigilauerunt Abel, Enos, Enoc, & Lamech, quòd in primis quatuor Psalmis innuitur. Beatus vir, cantat Abel, qui tanquam lignū plantatum secus decursus aquarum, dedit in tempore suo fructū iustitiæ: dum pro iusticia conseruanda succubuit. Quare fremuerunt, cantat Enos: quia Domino in timore seruiuit, dū nomen Domini inuocauit. Domine, quid multiplicati sunt cantat Enoc: quem Dominus suscepit, dum cum ad Paradisum transtulit. Domine, ne in furore, cātat Lamech, quem Dominus exaudiuit, dum ei talem filium dedit, qui genus humanum a furore Dei in arca saluauit. Quia igitur quatuor duntaxat Psalmi dicuntur, ideò duo Psalmi de matutinali officio subtrahūtur, videlicet:
Cùm inuocarē, &c. & Verba mea, & ideò illi potiùs quā alij: quia pri-
21 mus semper in cōpletorio, & secundus in secunda feria ad laudes dicitur. In secunda † verò distinctione primi tēporis vigilauerunt Noë, Sem, Gebet, & Thare. Domine Deus meus. cantat, Noë, quem Dominus in illa generatione iustum inuenit, & ideò aquis persequentibus saluum fecit. Domine Dominus noster. cantat Sem: quē Dominus gloria & honore coronauit: dum cum super fratres patris benedictione

sublimauit. Confitebor tibi. cantat Heber: qui mirabilia Dei narra-
uit, cùm ciuitatem gigantium dissipauit. In Domino confido. cantat
Thare: qui in vrbe Caldæorum positus, in Domino cõfidit: cuius pars
calicis ignis sulphur extitit. In † tertia distinctione primi temporis
vigilauerunt Abraham, Isaac, Iacob, & Ioseph, quod sequentes Psalmi
declarant. Saluum me fac. cantat Abraham: quem Deus saluum fecit
in cuius tempore sanctus defecit: quia idololatriç seruiuit. Vsquequo.
cantat Isaac, quẽ Dominus sacrificio respexit. Dixit insipiens, cantat
Iacob cui spes dominus fuit, vnde ibi dicitur: Exultauit Iacob & læta-
bitur Israël. Domine quis habitabit. cantat Ioseph, qui fuit sine macu-
la dum adulterium recusauit. Secundum verò nocturnum dominica-
le siue tres Psalmi qui nunc dicuntur cũ tribus antiphonis, & tribus
glorificationibus recolunt resurrectionem eorum, qui sub lege Mo-
saica fuerunt. † Et licet tunc multi Sancti fuerint, tamen tres ordines
fuerunt, scilicet legislator, cum suis imitatoribus: & Psalmista cũ suis,
& Prophetæ. Fuerunt namque aliqui aliqua doctrina legis contenti.
Fuerunt etiam aliqui, qui cum Dauid, vel ad modum ipius Domino
Psalmos decantauerint ante arcam eius. Fuerunt & prophetæ, quibus
datum fuit corrigere populũ doctrina & sapientia sibi à Deo data, &
prædicere eis futura. Propter hos ordines tres Psalm. dicimus, & qui
isti seruierũt Trinitati, cum dilectione spirituali, ideò ad singulos di-
cimus: Gloria Patri. cũ antiphona. Qui autẽ omnes Psalm. primi no-
cturni dicunt sub vna antiphona, & omnes secundi nocturni, sub tri-
bus, hoc attendunt: quia etsi illis, qui fuerunt tempore legis naturę re-
uelata fuerit aliquantulũ veritas, illi tamen qui fuerunt sub lege Mo-
si magis, & inde eis maior est exultatio, quod notat antiphonarũ re-
plicatio. Præterea, illis qui fuerunt sub lege naturæ, promissa fuit ha-
reditas: sed his qui fuerunt sub lege Mosi, collata. Et nota, quòd in
prima distinctione tempore legis, vigilauerunt sacerdotes, vt Aaron,
cum docuit, quos exprimit Psalmista: Conserua me, quorũ Dominus
pars fuit hereditatis & calicis. In secunda iudices vt Gedeon dum ia-
dicauit quos exprimit Psalmista: Exaudi Domine iustitiã meam, quo-
rum iudicium prodiit de vultu Omnipotentis. In tertia reges: vt Sa-
lomon, dũ populũ rexit, quos insinuat Psalmista: Diligã te, quos Do-
minus constituit super Gentes. † In tertio verò nocturno, tres Psalmos
dicimus, recolentes resurrectionem omniũ illorum, qui tẽpore gratiæ
siue in nouo Testamento, in tribus mundi partibus, scilicet Asia, Afri-
ca, & Europa, viguerunt, & vigebunt. Et quia tẽpore gratiæ maxima
facta est reuelatio & impletio veritatis, ideò Psalmi illi cantantur lę-
tius cum antiphonis habentibus allelu-Ia ad magis gaudium decla-
gnãdum, prout plenius in sexta parte sub Natali dicetur. Hinc etiam
est, quòd in quibusdam ecclesiis semper in omni tertio nocturno siue
dominicali siue festiuali, lectiones ex nouo Testamẽto subiiciuntur,
scilicet expositiones Euãgeliorum & dicitur, Te Deum laudamus, &

25 attende † quoniam in prima distinctione tẽporis gratiæ vigilauerunt
Apostoli, qui exprimuntur in Psalmo: Cœli enarrant. quia in omnem
terram exiuit sonus eorũ. In secunda Martyres, quos declarat Psalmi-
sta: Exaudiat te, quia dominus protexit eos in die tribulationis eorũ.
In tertia, Confessores, quos innuit Psalmista: Domine in virtute. qui
non sunt fraudati voluntate labiorũ suorum. Illud ergo interest inter
duodecim Psal. primi nocturni, qui sine antiphonis dicuntur, quia nõ
quilibet eorum habet antiphonã, & tres Psal. aliorũ nocturnorũ, qui
cum antiphonis dicuntur: quod interest inter duodecim Patriarchas
qui peregrini erãt, & sperabãt hæreditatẽ, quam posteri eorum posse-
derunt, & eorũ posteros, qui terrã patribus eorũ promissam hęredita-
uerunt. Inter illos quoque tres psal. tertij nocturni, qui dicuntur cum
antiphonis, habentibus allelu-Ia: & illos secundi nocturni, qui dicun
turcũ antiphonis, sine allelu-Ia, illud interest, quod inter illos, qui ha-
buerunt Testamentũ imitandum, & eos qui habent non imitandum:
maior nanq; est gloriatio noui, quã veteris Test. & de perceptis quam
26 de promissis. Præmissi igitur † tres nocturni, sunt illi tres anni ficul-
neæ, quam Dominus inutilem inuenit, dicens de illa: Dimitte me, vt
succidam, & respõsum est ei: Adhuc dimitte eã hoc anno, vt circun-
fodiam eã, & mittam stercora. Cantamus enim in primo nocturno, vt
recolentes facta patrũ, qui sub lege naturæ fuerunt non inutiles inue-
niantur. Cantamus etiã in secundo & tertio, vt recolentes facta Patrũ
qui sub lege Mosaica, & qui etiã ante nos fuerũt sub lege gratiæ, non
inutiles inueniamur: & si inutiles simus, oportet quòd pater noster fo
diat circa nos, dicẽs, reducẽdo nobis ad memoriã mortẽ illorũ, quos
vidimus paulò ante florere: Fili vide, quàm fortis fuit ille, quàm nobi-
lis, quàm diues, quàm potens: & ecce ad momẽtum transiuit. Oportet
etiam, vt stercora ponat peccata, videlicet ante oculos nostros ponen-
do, & si hoc non habet effectũ, dicat: In proximo est, quòd Dominus
ad radicem arboris securim ponet, & si te inutilẽ inuenier, in ignem
æternum vbi perpetuè comburêris, proiiciet. † Dicto de nocturnis fe-
stiuitatum, & Dominicarum nunc de nocturnis ferialibus siue nõ so-
lẽniam dierum pauca dicamus. Et quidem in illis dicimus duodecim
psalmos, vt nos Deo debere seruire in duodecim noctis horis osten-
damus. cuilibet horæ vnum Psalmum attribuentes, cùm nõ possumus
ingiter Deo seruire, prout in proœmio dictum est. Olim quidẽ varij
psalmi canebantur: nam alij quinquaginta, alij plures, alij pauciores
dicebant, sed angelo reuelante Patres cõuenerunt, vt duodecim dice-
rentur: qui Psalmi bini, & bini dicuntur, ad notãdum q̃ sine charitate,
quæ ad minus inter duos consistit, laudes nostræ vel opera nostra ni-
hil prosunt. In quibusdã tamẽ ecclesiis in diebus profestis inter duos
Psalm. Gloria patri, &c. interponitur ad notandum, quòd Christus est
Dei, & hominum mediator. In aliis verò Ecclesiis duo Psalmi sub vno
Gloria terminantur, ad notandũ quòd laudes nostræ tũc Deo acceptæ

sunt,si in charitate maneamus : & sic inter duos Psalmos nihil interponunt : quia inter Deum & proximũ,in quorum dilectione charitatis propriè cõsistit,mediũ non habetur: & secũdum hoc in duodecim Psalmis sexies tãtùm,Gloria patri,dicitur : sicut sex sunt mundi ætates.Præterea,sicut hominũ à natiuitate vsq; in finẽ vitę sex ætates naturaliter accidunt: ita in quotidiano nocturno sexies dicitur, Gloria patri,vt recolamus , quia vsq; in finẽ in dilectione perseuerare debemus propter eandem causam,tũc sex antiphonæ dicuntur , quæ quid significent,in Proœmio dictũ est vel propter sex opera misericordiæ: quæ si obseruauerimus,de tenebris huius noctis vel mortis ad veram lucem,& vitã peruenietis æternam.Tres †quoq; lectiones,quæ tũc ad dicuntur doctrinam electorum trium temporum significant : & cum ipsis interpollatè tria responsoria dicũtur:ad notandũ quòd quicquid electi in tribus temporibus docuerũt:& quicquid in tribus ætatibus agimus,ad Domini Trinitatẽ referimus,& Trinitatem in fide,spe & charitate glorificamus.Responsoria enim,à respondẽdo dicuntur.Ad hæc tres lectiones dicũtur,quia Dominus posuit tres vigilias,dicens: Si in prima,si in secunda , si in tertia vigilia venerit,& ita inuenerit: beati sunt serui illi. Quæ tres vigiliæ , tres ætates designant,scilicet pueritiam,iuuentutem & senectutẽ:in quibus bene vigilando,Deum laudare debemus. Et nota, quòd † psalmodia trium nocturnorũ tam in dominicalium, quàm ferialium,dicta vocatur:Vnde Exod.iij.c.Viam trium dierum ibimus in solitudine. Sanè Gregor.septimus,constituit vt in die resurrectionis vsque in sabbatũ in albis,& in die Pẽte. vsque ad sabbatum eiusdem tres Psalmi tãtùm ad nocturnos,tresque lectiones dicantur.Omnibus verò aliis diebus per totum annum, si festitas est,nouem lectiones legantur.Aliis verò diebus , scilicet in festis duodecim Psalmi & tres lectiones. In dominicis verò diebus pris Dominicis paschæ & Pentecostes.decem & octo Psalm.& nouem lectiones dicantur.Illi autem,qui singulis diebus prętер hebdomadas Paschæ & Pentecostes tres tantùm Psalmos, & tres lectiones dicunt, non ex regula Sanctorum Patrũ,sed ex fastidio hoc facere cõprobantur.Nocturnis finitis † cãpanæ pulsantur,&,Te Deũ lauda.alta voce cantatur, ad notandum quòd manifestè & mirificè Ecclesia tempore gratiæ,laudat Deum,& ad signandum quòd si bonis operibus doctrinæ sanctæ bene responderimus , ad cœlestem laudem cũ angelis peruenimus. Cantus quoque tunc alta voce factus , gaudium mulieris de dragma perdita inuenta significat:Quòd verò finis eiusdem Canetici ibi,per singulos dies,&c.& alij versus sequentes altiùs canuntur, significat congratulationem vicinarũ,quã mulieri propter drągmam repertam fecerunt.Compulsatio verò campanarum,conuocationem vicinarum repræsentat. In quibusdam etiam Ecclesiis luminaria accenduntur:nã & mulier ipsa lucerna accensa totã domũ euertit. Hoc etiã significat quòd Ecclesia Catholica per Christũ trahitur de infi-

no.Vel ipse hymnus futurũ gaudium & lætitiam repræsentat. quam Ecclesia requiescens à laboribus suis , est in die iudicij consecutura.

31 † Et est sciendum,quòd cùm beatus Ambr.beatum August.de Manicheis conuersum baptizasset,dixit:Te Deum laudamus. August.verò respondit:Te Dominum cõfitemur.& illo dicente : Te æternum Patrem,ille respondit,Tibi omnes angeli, &c. Et sic totũ illũ Hymnum alternatim composuerunt.Post,Te Deum laudamus ,vel quando illud non dicitur post omnes lectiones & responsoria, dicitur versus à sacerdote per quem excitat audientes , vt in Dei laude permaneant.

32 Et dicitur voce magis demissa ad notandũ,quòd non prodest clamor vocis,nisi adsit clamor cordis Verùm beatus † Benedictus aliter officium noctis ordinauit.non tamen dissentiens à præmissa Ecclesię ordinatione,vel illi in aliquo cõtradicens,sed ordini suo quidam peculiare constituens. Ipse nãq; instituit semel dici : Deus in adiutorium meum intende:& ter, Domine labia mea aperies. Propter reuerentiam vnitatis & Trinitatis. Deinde Psalmum, Domine quid multiplicati, eò quòd à summo surgens,dicit in eo : Ego dormiui,& somnum cepi,&c.Deinde in j. nocturno sex Psalmos & quatuor lectiones cum totidem responsoriis cantari instituit & totidem in secundo: per hoc vitam cõtemplatiuam innuens & actiuã.Senarius enim Psalmorum numerus,vitam designat actiuã,in qua sex opera misericordiæ conuenit exerceri:si quis ad contẽplatiuæ vitæ perfectionem voluerit peruenire,quæ per quatuor Euangelia designatur : & per quatuor lectiones similiter figuratur:quaternarius quidẽ numerus apud monachos,quadratam stabilitatem & Euangelicam in Sanctis exprimit,seu quadruplicem sensum Scripturarũ , propter quadrigas Aminadab.id est,historialem,allegoricum, tropologicũ , & anagogicum. In tertio verò nocturno tria Cantica cantari instituit , in laudẽ Trinitatis,à qua nobis vitæ perfectionem dari cum charitate credimus & speramus. Cantantur autem illa cantica,cum allelu-Ia : quod est canticum cœlestis lætitiæ, vt per hoc totam Trinitatem esse dignam cœlesti laude ostendatur,& ad quam plenè laudandã,non sufficit laus humana.Quatuor verò lectiones de Euangelio, quæ sequuntur significant,quòd laudatores Dei per quatuor Euangelistarum doctrinam, debent esse quatuor virtutibus insigniti. Per quatuor etiam responsoria,laudãtium alacritas designatur.Sed ne hoc bonũ agentes,illud sibi adscribant , sed totum Dei laudi attribuant : & se illius seruos ostendãt , subiungitur:Te Deum laud.postea legitur Euangeliũ,quod significat denarium,id est vitam æternam , quæ dignè deum laudantibus in fine reddetur,ad quod sequitur: Amẽ,id est.fiat nobis,quod ex Euangelio credimus & speramus:hymnus verò , qui sequitur, scilicet:Te decet laus,&c.gaudium quod sancti post laborem habent de

33 remuneratione denarij,significat. Monachi autem † nũquam nouem lectiones dicunt:nisi in exequiis mortuorum : vnde & in triduo ante

Psal. 66 paſcha ix. dicunt: quaſi exequias Domini repræſentantes. Ad laudes autem inſtituit Pſalmum illum: Deus miſereatur, noſtri primò abſq; antiphona decantari: tum quia tenebris fatiſcentibus, diluculo matutinæ laudes cantantur, ideò in eo dicitur: illuminet vultum ſuum ſuper nos: tum quia hoc officium ad Domini pertinet reſurrectionē, per quam accepimus miſericordiam & benedictionem.† Rurſus monachi Dominicam orationem ſublata voce dicunt, propter ſimplices, qui eam non intelligunt, aut obliuiſcuntur, & propter verſuros, quaſpinam odij gerentes in corde, fratres odiunt, nolentes dicere: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Hoc igitur dicere compelluntur in publico, vt purgentur ab illo vitio, tam in fine noctis, id eſt, in matutinis laudibus, quàm in fine diei, id eſt, in veſperis: vt noctem aut diem non pertranſeant ſine reconciliatione fratris. In aliis autem horis non dicunt ſublata voce: quia ſæpè contingit fratri fratrem iraſci, & quodam furoris impetu commoueri: qui licet ſtatim animum non cohibeat expectandus tamen eſt ad veniam: ſufficit enim, ſi ſol non occidat ſuper iracundiam eius. Dicunt etiam quatuor ſolummodo Pſalmos ad veſperas: prout in ſexta Parte ſub tit. de Tempore Aduentus dicetur.† Non vacat etiam myſterio, quòd monachi ſe toto corpore ab Oriente ad Occidentem gerant, ſignificantes Deum vbique adorandum fore: quaſi vbique præſentem, vel quia rationabili motu ab ortu noſtræ natiuitatis, vſq; ad occaſum mortis eum ſequi tenemur, ſicut & firmamentum naturaliter vertitur ab Oriente in occidentem: hoc etiam quædam deſignant Eccleſiæ, in quibus dicentes, Gloria Patri. ſe inclinãt ad Orientem: & ſubdentes: Sicut erat, &c. ſe vertunt in Occidentem. Deuotio namque in diuinis officiis eſt ſeruanda. Quia verò monachorum officium ad nos non pertinet, ad præſens de illo ſufficiat nobis ad hoc vſque dixiſſe.† Vltimò no. quòd monachorum ordo, figurat cherubim, qui inter angelorum ordines eximior prædicatur & habere probatur. Nam ſicut Cherubim, ita & monachi ſex alis velantur, dicente Scriptura: Sex alæ vni & ſex alæ alteri: duæ quidem in caput tegitur, demonſtrantur: illud verò tunicæ quod brachiis extenditur, ſiue dextra & læua, alias duas dicimus eſſe alas: & antè, & retrò alias duas: & ſic illud quo corpus tegitur, ſex alarum numerum implere aſſeritur. Habitus quoque eorum, habitum imitatur Sanctorum: de Helia namque legitur: Vir pilloſus, & zona pellicea accinctus renibus & de ipſo, & de illis ſimilibus dicit Apoſtolus: Circuierunt in melotis & in pellibus caprinis & de Ioan. Baptiſta inquit Euangeliſta: Zona pellicea circa lumbos. Adhuc cucula† monachorum ſumpta eſt à collobiis Apoſtolorum, quæ vt dalmatica, formabantur, & in eis forma crucis præferebatur: quia illi ſe vitiis & concupiſcentiis crucifigebant. Eius nigredo eſt mundi contemptus: longitudo perſeuerantia in bono.

Eſa. 6
4. Reg. 1
Hebr. 2
Matt. 3

SVMMARIVM.

1 Matutina laudes, quo conſilio inducta, & vnde dicta laudes. nu. 2.
3 Sacrificium iuge, in veteri teſtamento.
4 Officium Veſpertinum, in quo ſit dignius matutino.
5 Allelu-ia quando cantetur, quando ve intermittatur. & nu. 6.
7 Pſalmi quinque in matutinis laudibus, quid ſignent, quos ordine ſubiicit, & examinat.
8 Pſalmi octo qui dicuntur in laudibus, reſpondent octo ordinibus Eccleſiæ, quos vide, per nu. 9. 10. 11. 12. 13. 14.
15 Pſalmi duo, Deus meus: & Deus miſereatur. cur coniungantur & combinentur.
16 Eccleſia cur inuitet, cur nos inuitet ad iubilandum illo Pſalmo: Iubilate Deo, &c.
17 Pſalmus: Dominus regnauit, cur dicatur Dominicis & feſtiuis diebus, & Pſalm. Miſerere ferialibus.
18 Pſalmi qui dicantur in officio feriali, myſterialiter, loco illius Iubilate.
19 Cantica ſex, quæ in ſex feriis dicantur loco Pſalmi. Benedicite.
20 Canticum, an & in quo differat à Pſalmo, & quis primus Cantica inſtituerit.
21 Pſalmi, Deus meus, & Laudate Dominum de cœlis. cur nunquàm mutentur.
22 Mane in ſex diuiditur.
23 Pſalmi, qui per ſingulas ferias mutantur, & Cantica, quæ in illis dicuntur, quomodo inter ſe conueniant, & temporis gratia ſucceſſibus coaptentur, vide latè per diſcurſum.
24 Corona benignitatis Domini, vbi conſiſtat.
25 Pſalmus ſextæ feriæ.
26 Pſalterium diuerſimode portatur à diuerſis.
27 Capitulum ſequitur antiphonam, & quare.
28 Cantica, Benedictus, & Magnificat cantanda ſunt ſtando.

De Matutinis Laudibus.

CAP. IIII.

1 SVnt† nonnulli, qui Eſdræ ordinem ſequentes, de quo in principio huius Partis dictum eſt, matutinas laudes à nocturnis diuidunt, illas fore per ſe officium aſſerentes, & manè aurora rutilante, illas dicentes, prout in titulo proximo dictū eſt. Tali nãq; hora Chriſtus victor à mortuis reſurrexit. Vnde Marcus: Surgens Ieſus manè prima ſabbati. Vel ſaltem eius reſurrectio in matutino notificata eſt. Tali etiam hora ſuper mare ambulauit. Meritò ergo in hac ora laudandus eſt, vt ipſe, qui nos per ſuam ſanctam reſurrectionem ſaluauit, ſuper mare huius ſeculi nos ire faciat ſicco veſtigio, ſicut Petrum. Hac etiam hora mundum & angelos creauit: qui ſtatim poſt creationem

Mar. vl.

ſuam cantico laudes Creatori ſuo iubilauerunt. Laudes ergo matutinas rubeſcẽte aurora dicunt, ſcilicet in quarta vigilia, quam lucifer totam illuſtrabat, quæ & matutina dicitur à manè, quod eſt lumen: quia nobis manè lumen reducit ad coronam gloriq obtinendá, iuxta illud: Non ſit vobis vanum mane ſurgere ante lucem: quia promiſit Dominus coronam vigilantibus. Quid autem ſignificet tempus matutinæ laudis, dictum eſt in principio præcedentis Tractatus. Dicitur autem † Laudes: quòd illud officium laudem præcipuè ſonat diuinam, quam ei fecimus, pro eo, quòd à tenebris erroris nos ad lucem ſeu viam veritatis reduxit, & ad tentationes diaboli expellendas. Vnde Eſa. xxv. Expergiſcimini, & laudate, qui habitatis in puluere, quia ros lucis eſt. De hoc matutinali officio dicit Propheta: Ad te de luce vigilo Deus. Sanè matutinum † & veſpertinum officium ideò canimus, quaſi Domino iuge ſacrificium offeramus. Offerebatur enim Domino in veteri Teſtamento iuge ſacrificium, id eſt, mane & veſpere. Sed veſpertinum dignius erat matutino: quia pinguius, vt Iudæi dicunt, prout ſub Veſperis dicetur. Nos autem per matutinum officium intelligimus legem: per veſpertinũ, Saluatoris paſſionẽ, qui in veſpera mundi, ſcilicet in ſexta ætate obtulit ſe Deo Patri pro nobis. Vnde eleuatio manuũ mearũ, ſacrificium veſpertinũ. Reſpondet autem hoc ſacrificium illi: quia ibi Pſalmi ponũtur ſub quinq; diſtinctionibus, per Gloria Patri, ſicut & hic, Item ibi & hic hymnus cũ lectione, & verſiculo, ibi etiam Canticum Mariæ, & hic etiã Cãticum Zachariæ. Quia verò † officium veſpertinũ dignius eſt, propter rem dignior rem, quã ſignificat: omnia in maioribus ſolẽnitatibus, & in veſperno ſolẽnius cãtamus, quàm in matutino, reſpõſorium interponentes. Iſidorus dicit in lib. Etymologiarũ, ꝙ officiũ matutinũ, eſt lucis antium, ſic appellatũ à ſtella lucifero, quæ oritur mane inchoãte, vt dictũ eſt. Hoc officiũ laudũ plenũ eſt laudibus, prout dictũ eſt in principio prꝫcedentis tituli: ad quas ſacerdos per verſum, quẽ prꝫmittit excitat auditores, qui eſt quandoq; : In matutinis meditabor in te, quoniam doq;: Excelſus ſuper omnes Gentes Dominus. Vel alius, & deinde ſequitur uinũ implorat auxiliũ, dicens: Deus in adiutoriũ meũ intẽde. poſtmodùm chorus ad idem feſtinans, auxiliũ in ſumma Trinitate glorificat Deũ, dicẽs: Domine ad adiuuãdũ me feſtina. Gloria Patri. deinde antiphona inchoatur. Circa quod notãdum eſt quòd quædam Eccleſiæ in Dominicis, quæ ſunt à prima dominica poſt epiphaniã, vſq; ad ſeptuageſimã: & ab octaua pẽtecoſtes, vſq; ad aduentũ Domini, cantant ad laudes allelu-Ia, loco antiphonæ pro omnibus Pſalmis: tum quia, vt prædictum eſt, hoc officium laudibus eſt plenũ: allelu-Ia enim laus eſt angelica: tum, quia vt dominici dies reſurrectionem Domini repræſentent. Sicut ergo in tẽpore Paſchali, quod eſt reſurrectionis, allelu-Ia multiplicatur: ſic meritò & in eis debet multiplicari. Et ſic

Pſal. 62

Pſal. 140

† attendendũ quod in Dominicis, quæ ſunt ab octaua epiphaniæ, vſq;

ad Septuageſimam, concinunt allelu-Ia, iuxta cantum quarũdam antiphonarum ad natiuitatẽ Domini pertinentium: in Dominicis verò quæ ſunt ab octaua Pẽtecoſtes vſq; ad aduẽtũ, cantãt allelu-Ia iuxta cantũ ferialẽ antiphonarũ: quæ dicuntur ad, Benedictus, & de ipſo ſumuntur. Quia igitur in ſingulis Dominicis pro varietate antiphonarum ipſarũ etiã cantus in allelu Ia variantur, ideò iuxta breuitatẽ vel prolixitatẽ cuiuſlibet antiphonæ iuxta cuius cantũ multiplicatur vel minuitur, in ſingulis Dominicis numerus allelu-Ia. Adhuc ideò certus numerus in allelu-Ia non præfinitur, quoniam deuotæ animæ certus 6 numerus vel modus in laudando Deum præfigi non poteſt. † In aliis verò Eccleſiis paſſim in omnibus Dominicis ad primos tres Pſalmos loco antiphonæ, quaſi ad inchoandum Pſalmos bis concinunt allelu-Ia: ad infinitandum quod in Dei laudem, ex charitatis feruore procedunt, nec cãtant illud iuxta alicuius antiphonæ cantum, ad notandum, quòd iuxta Apoſtolum, charitas non æmulatur. Ad Pſalmum verò, Benedicite cantant antiphonã tres pueri, cui nec iubilus, nec allelu-Ia ſubiicitur, propter rationes infra ſcriptas. Ad pſalmũ verò, Laudate Dominum ter dicunt loco antiphonæ allelu-Ia, non iuxta alicuius antiphonæ cantum, ſed duntaxat ad inchoandum Pſalmum. Ter autem dicitur. Primò quia reſpondet tribus Pſalmis ſub ipſo Pſalmo: Laudate, contentis. Secundò, propter triplicem ordinem iuſtorum 7 Deum laudantium: de quo infrà dicetur. Porrò in laudibus † matutinis quinq; Pſalmi dicuntur: vt quinquẽ ſenſuum reparatio notetur & propter quinq; ſtatus Eccleſiæ Primus Pſalmus eſt: Dominus regnauit, in quo laudatur Deus, qui firmauit orbem terræ, ſcilicet in fide & reſurrectione: ideò hic Pſalmus pertinet ad regnum Chriſti. Secũdus eſt, Iubilate, qui pertinet ad Cõfeſſores: vnde ibi dicitur: Introite portas eius in confeſſione: & rectè incipit à iubilo: quoniã confeſſio valde placet Deo. Tertius eſt: Deus, Deus meus, &c. qui ſignificat ſtatum Martyrum qui ſitiunt ad Dominum: vnde dicitur ibi: Sitiuit anima mea, & quoniam tota noſtra ſitis & intentio eſſe debet in Trinitate, & ad Trinitatem, ideò ſequitur pſalmus: Deus miſereatur noſtri: in quo tota Trinitas notatur, dum ibi dicitur: Benedicat nos Deus Deus noſter, &c. dicitur enim ter Deus propter Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum. Quartus eſt Canticum trium Puerorum, Benedicite. quod eſt Danielis c. iij. ſignificans ſtatum Antichriſti, vt iam dicetur, & in fine huius Pſalmi non dicitur, Gloria Patri. primò, quia propter confeſſionem fidei, proiecti ſunt tres Pueri in caminum ignis: in quo facto, maximè Deo, & Trinitati derogatũ eſt. Secundò, quia vltimus verſus illius Pſalmi idẽ dicit, quod gloria Patri & in diuinis Scripturis nihil debet ſuperuacuum eſſe. Tertiò, quia in ipſo Pſalmo diſtinguitur tota Trinitas notificatur, & laudatur Deus in creaturis. Rurſus, dum Pſalmus iſte dicitur, nec ſedere nec genua flectere debemus: ſicut dicitur ſub ſabbato quatuor Temporũ, primæ hebdomadæ Qua-

1. Cor. 3

dragesimæ. Quintus Psalmus: Laudate Dominum in quo status ille notatur, quando post mortem Antichristi conuertentur Iudæi, vt iam dicetur: & in fine eius dicitur, Gloria Patri. ad ostendendum, quòd per bonam operationem sociabimur angelis, qui incessanter Deum laudant. Potest† etiam dici, quòd in Laudibus octo Psalmi dicuntur: quia officium istud mystice recolit statum Ecclesiæ ab initio Apostolicæ stabilitatis vsq; ad perfectionem electorum, qui in fine mundi futuri sunt: sub quo statu octo ordines Ecclesiæ, siue electorum in Ecclesia sancta per Baptismum saluari reperiuntur: sicut in arca Noë octo animæ illo significantes: per eam saluatę sunt. Per diluuium enim baptismus: per arcam verò Ecclesia significatur. † Primus ordo fuit Ecclesiæ primitiuæ, in Iudaico populo cõuersantis: qui per Christi prædicationẽ reformata, & ædificata est, sicut monstrat ille primus Psalmus: Dominus regnauit. In primo eius versu, vbi de Saluatoris regno, & ipsius agitur potestate. In secundo versu, agitur de fundatione Ecclesiæ, quæ tunc cœpit fieri, super illud fundamẽtum, quod est Christus: iuxta Apostolum. De quo etiam fundamento in titulo eiusdem Psalmi supra habetur. Cãtatur ergo hic Psalmus in laudibus: qui cõtinet laudes Christi.† Secundus ordo fuit primitiuæ Ecclesiæ, intrãtis ad Gentes per prædicationẽ Domini, & Apostolorũ mouentiũ omnẽ terram, id est, omnem Gentem ad iubilandum Deo: quod monstrat secundus Psalmus: Iubilate Deo omnis terra. Tertius† ordo fuit credẽtis gentilitatis: quã tertius Psalmus: Deus Deus meus. demõstrat offerre gratias, & benuolẽtiã Apostolorũ vocationi. † Quartus erit respicientis Iudaici populi, per Enoc & Heliam conuersi, quem ille quartus Psalmus: Deus misereatur nostri, monstrat ad Deum reuertum, poscere misericordiã eius: & tunc gaudebunt se cognoscere viam Dei, quam in Gentibus esse cognoscẽt. Quintus† erit eorũ, qui futuri sunt tempore Antichristi: cuius figurã præcessit Nabuchodonosor: qui licet tribulauerit Sanctos vtriusq; populi, nõ tamen desistẽt benedicere Deũ, ad instar trium Puerorũ, quos Deus liberauit de camino ignis ardentis, qui per illud quintũ Canticũ: Benedicite recoluntur: eo enim tempore iusti purgabuntur, velut in camino ignis non tamẽ vrentur, sed

Apoc. 1 ibi accipient formã auri. Vnde Ioannes in Apocal. vidit pedes eius similes auricalco, sicut in camino ardenti: vnde ritè sequitur ille Psalmus, & propter tribulationẽ quam designat, Antiphona illius sine Alelu-ia: & ipse sine gloria Patri, canitur. Hymnus autem ipsetres habet distinctiones. in prima inuitantur superiores creaturę ad laudem Creatoris, scilicet quæ sunt supra cœlum, quæ in cœlo, & quæ in aëre. In secũda inuitãtur ad hoc creaturæ terrenę, & quę mouẽtur in aquis. In tertia, inuitantur omnes spiritus, & animæ, vt cum omni creatura Domino benedicamus: quia sicut tres pueri Nabuchodonosor, & camini ignis: sic nos diabolum, & inferni incendium euasimus. Cantorum hoc Canticum benè cõuenit dici Dominico, & cuilibet festiuo

quia in prima die Dominus vniuersa creauit: & per suam resurrectionem postmodum innouauit, ideóque in ea die, & in festis, quæ resurrectionem dominicam imitantur dicitur: in quo die creaturæ ad creatoris laudem inuitantur. Hinc etiam est quod eædem laudes sunt in Dominicis, & festiuitatibus Sanctorum, & in tempore Paschali: quia repræsentant gaudia resurrectionis Christi, & nostræ. Sextus, septimus, & octauus erit eorum, qui vniuersaliter ex tribus mundi partibus, scilicet ex Asia, Africa, & Europa, cõuertendi, & colligendi sunt qui post Antichristi persecutionẽ, & eius mortẽ maiore pace fruẽtur, vsq; ad diem iudicij, quã nunc habebat Ecclesia, tunc enim erit senectus in misericordia vberi, in qua quiete triplex ordo iustorum, scilicet coniugati, continentes, & virgines, quos Iob, Noë, & Daniel exprimũt, & generaliter vniuersi Sancti, quibus aureola debetur: qui in tribus mundi partibus de tribulatione euadent regnaturi cum sponso Ecclesiæ celebrabunt laudes Dei, quæ continentur in illis tribus Psalmis, scilicet: Laudate Dominũ de cœlis. Cantate Domino Canticum nouum. & Laudate Dominũ in Sanctis eius. † Quæritur autem quare hi tres psalmi sub vna antiphona, & etiam sub vno Gloria Patri dicuntur. Respondetur, ideò, quia præmissi sextus, septimus, & octauus ordines electorum, qui ex dictis tribus mundi partibus colliguntur sine aliquo interuallo simul erunt, & pariter glorificabuntur. Continent etiam ipsi tres psalmi triumphum de mundo, carne, & diabolo, & quoniam vnum sine alio non habetur, ideò meritò coniunguntur. † Quęritur etiam quare præmissi duo psalmi, scilicet: Deus meus, & Deus misereatur nostri. combinãtur, & sub vno Gloria Patri, & sub vna antiphona dicuntur? Ad quod quadruplex est responsio. Primò, quia psalmus, Deus, Deus meus, significat sitim ad Deum: in psal. Deus misereatur nostri. Trinitas notatur, vt suprà. Ad significandum igitur sitim, & desiderium continuum ad Deum, hoc fit. Secundò ad notandum, quòd ante persecutionẽ Antichristi populus credẽtis gentilitatis, qui recolitur per psalmũ: Deus, Deus meus. & Iudaicus populus respicięs qui recolitur per psalmũ: Deus misereatur nostri vnũ erunt in fide, & postquã hi coniuncti erunt, veniet Antichristi tribulatio, vt præmissum est. Tertiò, quia primus psalmus illorum significat dilectionem Dei, vnde ibi dicitur: Sitiuit in te anima mea, &c. Secundus verò dilectionẽ proximi, vnde ibi dicitur: Vt cognoscamus in omnibus Gentibus salutare tuum: quæ ita connexæ sunt, vt vna sine altera Christiana possessionẽ nõ habeatur. Quartò, quia gratia quam Ecclesia in primo psalmo sentire videtur, in secundo collata esse monstratur: vnde ad gratiarum actionẽ, inuitatur cum dicitur ibi: Confiteãtur tibi populi Deus, &c. Rursus ideò in fine ipsius psalmi: Deus, Deus meus. non dicitur, Gloria Patri: quia in eo agitur de miseria humani generis, vnde ibi dicitur. Sitiuit anima mea Non enim omnes psalmi de miseriis & aliis aduersitatibus tractantes, laudant illum,

Psal. 101 Ezech. 4

Psal. 62 Psal. 66

pro il-

pro illis:quod tamen deberent:sed sequẽti psalmo,scilicet: Deus misereatur nostri. subiicitur Gloria Patri : quia in eo agitur de misericordia Dei:per quam generi humano bona conferuntur , & mala remouentur:Cæterùm prædicti duo psalmi,& psalmus,Laudate Dominum:numquàm variantur,ad designandum, quòd sine fide, & desiderio Trinitatis. quæ in præmissis duobus psalmis vnitis exprimuntur, & sine laude Dei , quæ per psalmum, Laudate,designatur, numquàm Christiani esse possumus. Quæritur etiam † quare Ecclesiam in psalmo illo:Iubilate.ad iubilandum nos inuitat,& tamen ipsa non iubilat Ad quod dici potest quòd officium laudum Domini resurrectionem significat , quæ iam cõpleta in capite,scilicet in Christo,adhuc est in membris implenda. Ad notandum igitur quòd iam in parte impleta est,non dicitur iubilus in fine antiphonarum, præsertim illarum quæ dicuntur super psalmos,in quibus fit mẽtio de resurrectione:est enim iubilus cantus spe gloriæ conceptus. Quia verò resurrectio adhuc in membris implenda est , ideò in quibusdã antiphonis iubilus dicitur. Vnde & in tempore paschali in versiculis. & responsoriis , & in alleIa,iubilamus propter nostram resurrectionẽ : quam speramus , quia non videmus , nec adhuc plenè exprimere possumus , ideò per vocem non significatiuam iubilamus. In antiphonis ergo non fit iubilus propter resurrectionem Domini,quæ impleta est : nec etiam in antiphonis laudum : in quarum psalmis fit mentio de resurrectione Domini,vt in tribus primis psalmis,nec in fine antiphonæ quarti psal-

Daniel.3 mi:quia Nabuchodonosor videns tres pueros, in camino ignis positos vidit & quartum,cum eis,scilicet Christum,eos cõsolantem. Qui enim sunt in tribulatione hoc solùm orant,ne deficiant , & potius ne tunc locus timendi,quàm sperandi:ideóque in fine antiphonæ huius psalmi nõ dicitur iubilus:præsertim,quia in tribulatione Sanctorum, gloria Dei non apparet. Sed in fine antiphonæ,quæ dicitur super psalmũ Laudate Dominũ.dicitur iubilus, quia in illo non fit mẽtio de resurrectione,sed de spe gloriæ quã expectamus,ex qua iubilus. De hoc iubilo dictũ est in procœmio huius partis. Porrò † primus psalmus in Dominicis,scilicet Dominus regnauit,qui est psalmus lætitiæ, commutatur in feriis in psalmũ, Miserere mei Deus: qui est psalmus penitẽtialis.Circa quod notãdũ est,quòd dies Dominicę,& festiui recolũt resurrectionẽ Sanctorũ: qui fuerũt ab initio: & erũt vsq; in finẽ seculi.Vnde in Dominicalibus, & in festiuis laudibus recolentes regnũ Dñi:post resurrectionẽ eius à morte corporis,siue gloriã resurrectionis electorũ,canimus psalmũ:Dñs regnauit.qui tamẽ dicitur in Dominicis ad primam, à Septuagesima vsq; ad pascha prout ibi dicetur. Dies verò feriales recolunt peregrinationes ipsorum Sanctorum, pœnitentiã:& ideò in ferialibus laudibus dicimus primum psalmum scilicet: Miserere mei Deus, recolentes nostrã resurrectionẽ à morte animarum per pœnitentiam:siue electorum peregrinationem &

nitentiam siue conuersionem. Quia enim Iudæi ad Petri prædicationem compuncti corde & conuersi illum frequentabant : inde inoleuit vsus , vt & nos qui de Gentili errore conuersi sumus , illum in officiis frequentemus : quatenus ad conuersionem & pœnitentiam prouocemur , per quam resurgere valeamus : de hoc etiam psalmo sub prima 18 dicetur. Adhuc † loco secundi Psal.scilicet, Iubilate, qui in Dominicis, & festiuis diebus dicitur,sex Psal.in sex feriis dicuntur: quia sicut primitiua Ecclesia , Sanctorum prædicatione hæreditatem accepit, & post ad Gentes intrauit , sic & gentilitas credidit : & sicut Iuda eius populus sanctorum prædicatione resipiscet in fine: & qui sub tempore Antichristi futuri sunt , persecutionem & tribulationem euadent , & populi post eius prædicationem ex tribus mundi partibus colligentur: vt præmissum est, ita & in loco Psalmi, Iubilate: qui Sanctorum prædicationem continet , dicitur in secunda feria Psalm. Verba mea , qui est vox Ecclesiæ ad hæreditatem Domini vocatæ. In septuagesima verò Psalm. Confitemini, prout ibi dicetur. Et in tertia feria Psal. Iudica me Deus: qui recolit quando primitiua Ecclesia intrauit ad Gentes. Et in quarta feria , psalmus , Te decet , qui cantatur in figura Gentium , quæ ab idolis conuersæ sunt ad Deum. Et in quinta feria psalm. Domine refugium,qui sic intitulatur: Oratio Mosi hominis Dei congruentis resipiscentiæ Iudæorum : Et in sexta feria psalm. Domine exaudi orationem meam : quem Dauid cantauit, quando filius suus eum persequebatur:persecutionem Antichristi significans. Et sabbato psalm.Bonum 19 est † confiteri Domino , qui sic intitulatur psalm. Cantici in die sabbati, id est, in die quietis, figurans Sanctos à tribus mundi partibus collectos post Antichristi persecutionem fore in quiete mansuros.& Domino confiteri & psallere. Præmissi ergo sex psalmi, ideo ita ordinan- 20 tur , vt in eis notari possit ordo Christianæ conuersionis. Verum loco psalmi, † Benedicite. sex cantica in sex feriis dicuntur: quia sicut psalmus ille continet gratiarum actiones trium puerorum, ita & in canticis continentur gratiarum actiones electorum.Talis enim est differentia inter canticum , & psalmum , qualis inter bonam operationem & gratiarum actiones. Moses autem legitur primus instituisse Cantica: quando Pharao submersus est, Exod.xv. deinde Delbora non ignobilis fœmina in libro Iudicum v. postea viri & fœminæ. Canticum est vox humana: Psalmus verò est,quod cantatur ad psalterium. Item psalmus demonstrat opera electorum illius ordinis quem significat , acta post conuersionem: Canticum verò ostendit laudem Dei,pro eiusdem operibus. De canticis dicitur in sexta parte sub Sabbato sancto. Rursus ideo per singulos dies feriales septimanæ secundus & quintus psalmus mutantur , quia sex psalmi & sex cantica , quæ per sex dies septimanæ, commutantur concordant in significationibus octo psalmis, qui cantantur in matutino dominicali, seu octo ordinibus electorum, de quibus præmissum est. Non incongruè igitur de die in diem ordinatim

canuntur,

canuntur, quemadmodum & Psalmi dominicales matutini canuntur: seu quemadmodum ordines electorum, quibus concordant numerantur: vt per electorum ordines in nouo Testamento de tempore in tempus sic ordinatim fuisse ostendatur. Psalmus † verò: Deus, Deus meus, & Laudate nunquàm omittantur nec prætermittantur: quia nullum fuit tempus nec erit, quo animæ iustorum non sitiant ad Deum fontem viuum: & quo laudent Dominum in excelsis. Vt autem hæc clarius pateant notandum est, quod quilibet dictorum sex Psalmorum habet in se hoc vocabulum Mane, vel æquipollens. Mane autem in sex † diuiditur, scilicet in mane temporis: in mane pectoris: in mane nostræ redemptionis: in mane hominis: in mane æternitatis, & in mane mundialis prosperitatis. Mane temporis est initium, & fundamentum fidei: de quo dictum est: Et factum est vespere & mane dies vnus. Mane pectoris est initium gratiæ, cùm scilicet gratia incipit lucere in corde, Vndecidat

hominem vltrà, & habitatorem quietis, id est, Saluatorem meum, per quem mihi quies deberet esse: imò cum videbat suos passim interfici, dicebat: Generatio mea ablata est, & iterum præcisa est velut à texente vita mea: cum adhuc ordirer, succidit me. Tamen sperans Ecclesia dicit: Viuens, supple nunc in protectione tua, viuens, scilicet post in futura quiete, ipse confitebitur tibi, sicut & hodie ego, supple liberata ab hostibus: & ego ita ago sicut pater bonus, qui notam facit filiis veritatem suam. In quarta feria recolitur illud tempus, quo Ecclesia cœpit exaltari, super inimicos suos, scilicet reddita sibi pace per Imperatorem Constantinum. Vnde cantat: Te decet hymnus Deus in Sion. Sion interpretatur speculatio siue contemplatio: quia tempore quietis
Psal. 94 potuit Ecclesia vacare contemplationi. Ad hoc etiam pertinet ritus, scilicet psal. Dauid, Canticum Hieremiæ & Ezechielis, de populo transmigrationis, vel verba peregrinationis, cùm inciperet exire. Sicut enim populus ille de Babylonia exiere cœpit, recepta licentia à Cyro, ita & Ecclesia de Babylonica persecutione per Constantinum Rom. Imperatorem liberata, quam patiebatur, sub diuersis Imperatoribus, habet spem proficiendi in melius, quousque perueniet in cœlestem Hierusalem. Vnde recolens præteritam persecutionem dicit: Verba iniquorum præualuerunt super nos: & profectum suum ostendens, dicit: Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. Corona † anni benignitatis tuæ est tempus gratiæ, quod per circulum dierum vsque in finem mundi decurrit: in quo campi, id est illi qui sunt pleni timore superbiæ caterues vbertate gratiæ replentur: propter hanc liberationem cantat Ecclesia Canticum Annæ matris Samuelis, quod cantauit liberata de persecutione suæ æmulæ Fenennæ, scilicet: Exultauit cor meum in Domino, quod est 1.Reg.ij.c. Cum enim Respublica cœpit per angelicos vires, & Imperat. Christianos ministrari potuit Ecclesia dilatare os suum, super inimicos suos, scilicet Iudæos. Paganos & Hæreticos. Vnde sequitur: Dilatatum est cor meum, &c. Eadè quoque pace qua gaudent Gentiles conuersi, gaudent & Iudæi cõuersi. Vnde in persona Iudaici populi cantamus in quinta feria, Domine refugium factus es nobis. Quod autem iste psalmus ad Iudæos pertineat, titulus ostendit, scilicet Oratio Moysi hominis Dei. Ad idem etiam pertinet Canticum Mosi, Cantemus Domino: quod est Exod. xv. c. in prin. Sicut enim exultauerunt Iudæi, interempto Pharaone cum exercitu suo, ita exultant hodie Christiani de inimicis diuersis Imperatoribus, qui Ecclesiam persequebantur odio nominis Christiani. In † sexta feria fit commemoratio passionis Domini. Vnde cantatur ille Psal. Domine exaudi orationem meam: cuius titulus est Psalmus Dauid, quando persequebatur eum filius eius Absalon. Sicut autem Dauid habuit plures filios: sed vnus illorum, scilicet Absalon, perfecutus est eum: ita & Dominus noster plures habet filios, de
Matth. 9 quibus nunc dicit: Non possunt lugere filij sponsi, quousque cum illis est sponsus: sed vnus illorum, scilicet Iudas persecutus est eum, qui dicitur

dicitur Absalon, quasi ab Abassalon, id est, pax patris propter osculum quod dedit Domino, quod est signum pacis. Ad idem pertinet canticum: Domine audiui auditum tuum, &c. quod est Abacuch iij. cap. in prin. In quo dicitur: Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius à f.e.i. mors. Per cornua, regna intelligere consueuimus: & est sensus: Cornua in manibus eius, id est, regnum in potestate eius. Hanc autem potestatem meruit sibi dari, vel potius sibi datam notificari per passionem: de qua ipse dicit: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Per cornua enim, conuenienter secundum hoc intelliguntur duo cornua crucis. Vnde videtur secũdum hoc, quòd potiùs esset dicendum, manus eius in cornibus, quã cornua in manibus eius. Maluit tamen sic dicere Abacuch Propheta, vt ostẽderet, quòd in potestate & in volũtate eius fuit eũ crucifigi, sicut ipse dixit: Nemo tollet à me animã meã, sed ego habeo potestatẽ ponẽdi animam meam, *Esaiæ. 53* & iterũ sumendi eã: ibi, scilicet in cruce abscondita fuit ad tẽpus fortitudo eius, quia reputatus est tanquã percussus à Deo, & humiliatus & ante faciẽ eius ibi mors: quia mors per eius mortẽ destructa est. Et nota quod hæc dies est quinta, à secunda feria, in qua agitur de passione Saluatoris sicut in dominicis nocturnis quinto loco ponitur Canticum, in quo ponitur contẽptus Nabuchodonosor: & victoria trium puerorũ in camino ignis vbi aspectus quarti erat similis filio Dei: vel (sicut habet alia translatio) Filio hominis: quia in passione Saluatoris facta est destructio diaboli & victoria Christiani populi de tribus partibus Orbis collecti per eũ, qui est verus filius Dei, & verus Filius hominis. In sabbatho verò fit cõmemoratio victoriæ populi Iudaici, qui erat coniunctus Ecclesiæ Dei, in fine seculi: & cantabit cum Ecclesia Psalmum: Bonum est confiteri Domino, ad annuntiandum mane, scilicet prosperitatis misericordiam tuam, & veritatẽ tuam per noctem: scilicet aduersitatis, qui Psalmus intitulatur: Laus Cãtici Dauid in die sabbathi. Vnde conueniens est, vt in die sabbati cantetur Psalmus ille, in quo agitur de persecutione Iudę, qui persecutus est Christum in figura Absalon, qui persecutus est patrem: & qui intitulatur, In die sabbati. Quòd autem Psalmus iste pertineat ad Iudaicum populum conuincitur ex illo versu, In decachordo psalterio cũ cantico. Psalterium decachordum dicitur lex, propter decem mãdata legis. Et nota, quòd
16 hoc psalterium † quidam portant: sed in eo non psallũt, vt Iudæi perfidi, qui nobis sunt in codicibus testes, in cordibus hostes. Quidã portant, & psallere videntur: non tamen psallunt, vt falsi & praui Christiani, qui cum tristitia & corde iniquo aliquãdo bona opera operantur. Quidam portant, & in eo psallunt, vt illi, qui cum hilaritate bonum operantur. Hoc autem erit in populo Iudaico, cum vnũ erit cum Ecclesia. Qualiter canticum Mosi: Audite cœli quod est Deute. xxxij. cap. pertineat ad sabbathum & ad populum Iudaicum ex verbis Bedę habeti potest, qui dicit super Lucam, quòd in diebus sabbati Iudæi ad

synagôgas consuebant, ad meditanda diuinæ legis mandata, postpo-
Psal. 132 sitis mundi negotiis, iuxta illud: Vacate & videte, quoniam suauis est
Dominus in memoriam ergo pristinæ religionis, Canticum, ipsum
Deuter. sabbato cantatur, in quo status illius populi, quem habuit, of-
fenso vel propitio Deo describitur. Post antiphonam † sequitur capi-
tulum, per quod fit exhortatio, ne deficiamus in via. Et dicitur quan-
doque: Benedictio & claritas. Apoc. vij. cap. Et quandoque: Fuistis ali-
quando tenebræ. Ephe. v. & quandoque, Nox præcessit, ad Ro. xiij. ea
vbi hortamur in fide perseuerare, misericordiæ operibus intendere, &
opera tenebrarum abiicere, & arma lucis induere, & consolamur per
repromissionem gloriæ. Et post capitulum sequitur responsorium. In
quibusdam tamen Ecclesiis non dicitur responsorium. Videtur enim
hoc superfluere propter responsoria, in nocturnis dicta, quia hodie
nocturnæ & laudes matutinæ vbique coniunctim cantantur. Hæc ta-
men ratio cessat, si laudis matutinę officium fit per se. In omnibus ta-
men aliis horis capitulum sequitur respõsorium. Post capitulum ibi
responsorium chorus exhortationi assentiens, hymnum resonat. Post
hymnum, sequitur versus. Quia enim per canticum Zachariæ, quod
statim sequitur, promissio notatur, & nos tardi sumus ad credendum
promissionibus, ideò præmittitur versus alta voce, vt excitemur ad
credẽdum Dei promissa. Et dicitur in quibusdam Ecclesiis versus, Re-
pleti sumus mane misericordia tua, in quo recolitur tempus, quo indi-
recompensabitur merces post huius seculi laborem. Vnde dicit Beda.
Psal. 66 Repleti sumus mane: præteritum ponens, pro futuro prophetali certi-
Psal. 67 tudine, quia in mane æternitatis misericordia Domini replebimur,
iuxta illud, Satiabor, cum apparuerit gloria tua. In aliis verò Ecclesiis
dicitur in matutinis, Domine meditabor in te. Consequenter chorus,
versu incitatus, subiicit Cãticum Zachariæ, scilicet, Benedictus, quod
est Luc j c quod semper dicitur, iuxta quod ait Apostolus, Seruiẽdum
est Deo, in psalmis, & hymnis, & canticis, id est, corde, ore, & opere. Si-
quidem per hymnum exprimitur lætitia, quam de consueta libertate
habemus. Et quia Christus hanc nobis lætitiam acquisiuit, ideireo ne
de huiusmodi beneficio ingrati esse videamur, in laudem Dei cantan-
do prorumpimus, antiphonam inchoantes. Et quia nos liberauit ea
grates referimus, alta voce cantando canticum ipsum. & quare? quia
visitauit nos existentes in miseria: & fecit redemptionem plebi sue.
Quare etiam hoc canticum alta voce dicatur, in vj parte sub. v. feria
Cœnæ Domini dicitur. Vel ideò post psalmos & lectiones, & versum
canticum ipsum dicitur, vt recordemur, quòd finito rẽpore noui Te-
stamenti, quod per præmissos matutinales psalmos significatur, re-
muneratio Abrahæ promissa nobis dabitur: si doctrina Christi imbi-
ti, quod per lectionem, & ad Dei seruitium visitati, quod per versum
significatur, sine timore, in sanctitate, & iustitia, omnibus diebus nos-
tris Deo. † Rursus ideò psalm. Benedictus, hoc loco dicitur: quia

in eo agitur de præcursore illius, qui in sexta ætate venit. Et iste est
sextus psalmus in laudibus. Et not. quòd quia hoc Canticum & Can-
ticum Mariæ, scilicet, Magnificat anima mea dominum, &c. Euange-
lia sunt ideò ea stantes cantamus. Cæterùm hæc duo cantica, non can
tantur in Ecclesia eo ordine, quo edita sunt: quem ordinẽ ponit Ma-
gister in historiis, vbi agit de ortu præcursoris. Nam Canticum Za-
chariæ prius cantatur, & tamen secundò editum est: quia enim ibi le-
gitur. Et erexit cornu salutis nobis. quod est factum in resurrectione.
Et quia loquitur ad puerum, qui fuit aurora solis: ideò cantatur in
laudibus. Canticum autem Virginis, quia legitur ibi. Respexit humili-
tatem ancillæ suæ: Ecclesiæ, scilicet ipsius Mariæ, quod quidẽ factum
est in sexta ætate: & agit de incarnatione ibi: Suscepit Israël puerum
suum: ideò canitur ad vesperas, scilicet in sexto officio diurno. Tertiò
Canticum Simeonis, quod sequitur, canitur in septimo officio: scili-
cet in completorio: quia orat se dimitti in pace, quod erat in septima
quiescentium. Rursus in tribus horis, tria dicimus Euangelia, scilicet
in aurora: Benedictus. quia ibi vera lux nuntiatur. In vespera, Magni-
ficat, quia in fine mundi, prout ibi dicitur, Deus superbos disperdet, &
humiles exaltabit. In completorio: Nunc dimittis: quia post iudicium
Sancti in pace regnabunt. Finito Cãtico, antiphona, quæ dilectionem
siue deuotionem, quam in laudando Deum habere debemus, signifi-
cat, repetitur. Dum autem versus ante ipsum Canticum dicitur, offer-
tur incensum, vt notetur deuotio ab igne charitatis egrediens: quæ in
omni laude esse debet. Thuribulum enim, est cor hominis: ignis, cha-
ritas: incensum, oratio: fumus in altum tendens, est deuotio, qua sur-
sum tendere debet, iuxta illud: Dirigatur oratio mea, &c. De hoc in Psal. 111.
quarta parte in titulo de Accessu Pontificis ad altare dictum est: & di-
cetur sub vesperis. Primò autem offertur incensum circa altare: nam
& sacerdos legalis mane intrabat templum, vt super altare incensum
offerret, vt dicetur sub titulo de Vesperis. Offertur itaque incensum
circa altare, vt notetur Canticum toto cordis affectu esse proferen-
dum. Et ne nobis accidat, quod contigit Zachariæ, cui dum incensum
offerret, apparuit angelus dicens, quòd ei nasceretur filius: quod quia
ille non credidit, obmutuit. Credamus igitur de promissionibus Dei,
ne à laude eius muti efficiamur. Alia etiam ratio sub vesperis dicetur.
Post canticum sequitur oratio, per quam est impetranda promissio:
de qua dictum est in Procœmio huius partis. De laudibus matutinis,
quas monachi dicunt in præcedenti titulo dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Prima, principium diurni officij, quorsum instituta.*
2 *Hymnus numquam mutatur in prima. & quid ita.*
3 *Antiphonam sequuntur Psalmi, in Prima.*

4 *Psalmi tres in Prima, & quid significent.*
5 *Psalmi: Beati immaculati. excellentia.*
6 *Psalmi nouem quare dicantur die Dominica, in Prima.*
7 *Responsorium hora prima.*
8 *Preces quæ dicendæ in prima.*
9 *Κύριε ἐλέησον in Prima.*
10 *Oratio Dominica dicitur in horis, submissè, & cur ita: & cur etiam perinde Symbolum Apostolorum. num. 11.*
12 *Obsecratio, quid.*
13 *Ecclesia, pro quatuor obtinendis, orat.*
14 *Prostrationes cur fiant in horis canonicis, & quando. num. 15.*
16 *Genu flectitur, etiam in priuatis orationibus.*
17 *Oratio Dominica, est sal officiorum diuinorum.*
18 *Pretiosa, antiphona, an in matutinis, an potius in Prima locum habeat.*

De Prima. CAP. V.

POstquàm de nocturnali præmissum est officio, conuenit aliqua dicere de diurno. Et primò de † hora prima, in qua Deum laudare debemus: tum quia est initium diei, & nobis dedit noctem, cum salute, & sine Satanæ impedimento transire, prout in completorio rogamus ipsum: tum quia tali hora Christus à Iudæis Pilato traditus est, *Mar. vlt* & etiam Angelus nuntiauit mulieribus, ad monumentum, orto iam sole venientibus, eum surrexisse: eadem etiam hora visus est in litore maris à discipulis piscantibus, dicens illis, Pueri, habetis aliquid *Ioan. 21* pulmenti? Tum quia eadem hora, Dominus conueniebat in templo, *Luc. 21* & populus manitabat, id est, mane expectabat: vel, id est, ad eum mane festinabat. Tum etiã quia Scriptura dixit: Primùm querite regnum Dei. Meritò ergo Ecclesia in hac hora. Dominum laudat, & eum inuocat dicens: Deus in adiutorium meum intende, cum glorificatione sequenti: & inde petit liberari, & à persecutione mundi, & à tentationibus diaboli, vt patet in Hymno: Iam lucis orto sydere, &c. † Est autem notandum, quòd in prima hora Hymnus ipse inuariabilis est, quoniam quolibet die præmissa liberatione egemus, similiter & in completorio Hymnus, Te lucis, &c. in quo petit Ecclesia à phantasmatibus liberari: qua etiam liberatione semper egemus: prout sub Completorio dicetur. Quædam etiam Ecclesiæ nunquàm variant antiphonam, ad primam. Cum enim Deus sit inuariabilis, qui est *α* & *ω*, id est, *Apoc. 1* principium & finis, idcirco quia semper à nobis primitias & decimas exigit tamquam semper soluentes primitias diei nunquá variant antiphonam, sed semper dicunt illam de Trinitate: nisi aliquod festum accidat: quia tunc fit de ipso festo. Aliæ tamen Ecclesiæ variant antiphonam, & Hymnum, & in Dominicis, & in feriis, & in festis Dei & Sanctorum. † Post antiphonam sequuntur psalm. & ex continentia præsentis

dentis hymni euidenter apparet, quare dicatur primus Psalm. Deus in nomine tuo, &c. in quo Ecclesia orat, à periculis & ab inimicis liberari: deinde se armat, primò contra hostes cingulo castitatis cùm dicit: Beati immaculati in via, &c. Secundò, galea salutis, scilicet spe, cùm dicit: Retribue seruo, &c. de quibus dicetur sub Sexta. Tertiò etiã scuto fidei, cùm dicit: Quicunq; vult saluus esse, &c. in quo fides nostra continetur: vt iam dicetur, quæ est scutum & munimẽ nostrũ, & victoria contra carnem, mundum, & diabolum: & eius omnes tẽtationes: vnde Petrus, Cui resistite fortes in fide, &c. Quartò, sumit gladium spiritus, quod est verbum Dei: dum dicit capitulũ siue lectionem, quæ pertinet ad doctrinam, quia oportet, vt præcedant bona operа, quę per psalmos significãtur: & tandẽ sequatur doctrina de spiritualibus & sacerdoribus, iuxta illud: Cœpit Iesus facere, & docere, *Act. 1*
4 † Sunt ergo tres psalmi, scilicet: Deus in nomine tuo saluum me fac. Beati immaculati in via. Retribuere seruo tuo. vt in tribus horis munimentũ contra impugnationes interiores & exteriores habeamus. Et dicuntur sub tribus glorificationibus, eò quod Trinitas in nostris operibus glorificatur. Secundus psal. est: Beati immaculati in via. vsq;, Retribue seruo tuo. Tertius est: Retribue seruo tuo. vsq;, Legem pone mihi Domine, viam iustificationum tuarum: qui ex octonariis versum constituuntur. Habet enim vnusquisque sexdecim versus: quorum duodecim significant duodecim Prophetas, alij quatuor dignãt quatuor maiores, scilicet Hieremiã, Esaiam, Danielem, & Ezechielem, siue duodecim Apostolos, & quatuor Euangelistas. Dicuntur ergo illi duo psalmi, ex sexdecim versibus constituti: vt ostẽdatur, quòd ea, quæ duodecim Prophetæ & quatuor maiores, siue duodecim Apostoli, & quatuor Euangelistę dixerũt, pro posse obseruare debemus. De octonariis dicetur sub tit. de Completorio. Sunt etiã quodammodò quinq; psalmi habito respectu ad diuisionẽ octonariorũ versuum, cuiuslibet Psalmi, significãtes quòd Ecclesia petit, ne mors ingrediatur per fenestras quinque sensuum nostrorũ: seu vt quinque sensus nostri, per diem diuinitùs muniantur. Primus est: Deus in nomine tuo saluum me fac. Secundus: Beati immaculati in via. Tertius: † In quo corrigit. Quartus: Retribue seruo tuo. Quintus: Adhæsit. † Et est sciendum, quòd à Psalmo, Beati immaculati in via, vsque ad Psalmum, ad Dominũ, cùm trib. cla. est vnus Psalmus continens duodecim capitula, qui secundum Ambrosium est Paradisus pomorum, & apotheca Spiritus sancti: ideò Ecclesia ruminat illum per horas, velut species aromaticas Paradisi, vt sit species aromatica Deo & mundo. Sed quæritur, quare Psalmus ille, Deus in nomine tuo saluum me *1. Reg. 23* fac. dicatur ad primam, quem Dauid cecinit dum Iudęi cum Saul tradere volebant: Respondeò: Ideò quia per cypheos, qui interpretantur florentes, intelligitur diabolus, qui caducam floriditatem suis ostendit. Ipse enim siue per se, siue per membra sua, insidiatur nobis, & nos

apertè persequitur, vt nos æternæ tradat morti. Ad vitandũ ergo eius
calliditatem, iste Psalmus in prima hora siue diluculo cantandus est,
quem Dauid cantabat, vt ab inimicis saluaretur. Post illum dicitur
Psalmus: Beati immaculati in via, qui plenus est moribus, quia opor-
tet, vt hi quos Deus liberauit de vinculis, & carcere inimicorũ mo-
ribus bonis, & in omni deuotione adsistant. † In diebus verò Domini-
Psal. 21 cis, in quibus matutinale dicitur, & historia mutatur, dicũtur ad pri-
mam quinq; Psalmi, qui sunt in fine ipsius nocturni Dominicalis, scili-
licet: Deus Deus meus, respice, &c qui Psalmi quare in prima dican-
tur sub Cõpletorio dicetur. In quibusdã tamen Ecclesiis dicũtur solũ
in Dominicis à Septuagesima, vsq; ad Pascha: quo etiam tempore di-
citur ad primam, Dominus regnauit: propter rationẽ ibi scripram. In
præmissis etiam Dominicis dicitur ad Primam Psalmus, Confitemi-
ni Domino, ne aliquid de Psalterio prętermittatur: quin totum in se-
ptimana dicatur: & quia ibi præsertim in versu illo: Hæc est dies, quã
fecit Dominus, &c. agitur de resurrectione, ad quam dies dominici
pertinent: & secundùm hoc in dominicis dicuntur ad primam nouem
psalmi, vt cum nouem ordinibus angelorum in resurrectionis gau-
dio Trinitatem laudare possimus. In primis quinque, scilicet: Deus
Deus meus, respice, & sequẽtibus de Christi passione cantatur, per
psal. Cõfitemini. & tres quotidianos, innuitur, quòd in quatuor mũ-
di partibus doctrinam quatuor Euangelistarum laudare debemus. In
psalmo, Deus in nomine tuo saluum me fac, petimus erroris depoñ-
tionem: in Confitemini exhortamur ad laudis cõfessionem: in Beati
immaculati ad laudis operationem: in Retribue ad mandatorum re-
tributionem. Verùm, quia fides, est fundamẽtum mandatorum, & vi-
ctoria quæ vincit mundum: quia cætera sine fide frustrãtur: ideò sub-
ditur symbolum fidei: Quicunq; vult: quod Athanasius Alexãdrinus
episcopus rogatu Theodosij Imperatoris ad eradicãdam invalescen-
tem hęreticorum perfidiam, & fidem catholicam diuulgandam, edi-
dit, & singulis diebus dominicis Ecclesia constituit cantari ad pro-
mam, quia populus ex tunc maximè ad Ecclesiam conuenit: vel quia
fides principium salutis existit. Quidam tamen ex curiositate, illud
omittunt in illis diebus, quibus in missa, Credo in vnũ Deum, dicun-
quidam autem dicunt, quòd dictus Athanasius fugiens à facie Con-
stantini Imperatoris in Treueri illud cõposuit: quandoque non dici-
tur in Ecclesia ex primaria Ecclesiæ institutione. Et aduerte, quia in
hoc symbolo, duæ principaliter sunt partes, scilicet de Trinitate, & de
incarnatione verbi, sed de libero arbitrio prætermittitur. Postea sequi-
tur capitulum, in quo pastor oues, & paterfamiliãs operarios, ne in
calore & labore deficiant, consolatur: de quo iam dicetur: & dicitur
quãdoq; capitulũ: Gratias vobis, & pax à Deo, ad Gal. j. & quandoq;
Pacem & veritatẽ: Zachariæ viij. dist. Post capitulũ sequitur respõsõ
rium: Christe † fili Dei viui: &c. vt Ecclesia ostendat se inuenire & ap-

plaudare his, quę in illo dicta sũt: nihilominùs tamẽ orat pro se. Vnde
postea subiicitur versus: Exurge Christe, id est, fac nos exurgere. Exur
gere autẽ à vitiis, nihil aliud est, quàm ad Dominũ redire. Sciendum
est autem, quòd quædã Ecclesiæ omittunt respõsorium illud: Christe
fili Dei viui, in Aduẽtu & in septuagesima: qua licet tam Patres qui
fuerunt ante legem, quàm qui fuerunt sub lege, sperarent per Christũ
à miseriis liberari: tum quia ipse in illo tempore nondum venerat:
ideirco cùm tempora illa recoluntur misericordia Christi minimè
inuocatur. In festiuitatibus tamẽ sanctorum, quæ in illis temporibus
occurrunt illud dicũt: quia in illis tẽpus gratiæ repræsentatur. Quæ-
dam tamen Ecclesiæ nõ dicunt capitulum, nec etiam respõsorium:
sed solùm versum, Exurge, volẽtes morem Apostolorũ imitari: quos
legimus post ascensionem ante aduẽtum Spiritus sancti, in orationi-
bus, & bonis operibus perseueraſſe, sicut Lucas dicit. ꝙ ipsi adoran- *Luc. 24*
tes reuersi sunt in Hierusalem, cum gaudio magno, & erant semper
benedicentes in templo & laudantes Deum. Nec legimus eos tunc
fecisse sermonẽ ad populũ: sed in die Pentec. dato eis Spiritu sancto,
hora tertia cœperunt tanquàm confirmati ad populum loqui: in quo
instruimur, quòd vsq; ad horam tertiã bonis operibus & orationibus
vacare debemus: & tunc tandem alios docere, quod notat ipsa lectio
seu capitulũ: nã psalmus ad opera, lectio verò pertinet ad doctrinam.
Propter hoc ergo lectionem in prima subtrahunt, & per consequens,
respõsorium quod ei respondere debet. Rursus, per primam, pasto-
ris opera intelliguntur. Vnde & tunc dicitur: Respice Domine in ser-
uos tuos, & in opera, &c. qui pastor, Christi exẽplo, debet prius opera-
ri, vt in aliis horis alios ad operã valeat exhortari, ideoq; non dicunt
capitulum, quod est exhortatio seu consolatio post Psalmos, per quos
opera significantur: sed post primam dicitur lectio, vt dictum est in
Prooemio huius Partis. † Subsequenter dicuntur preces: quoniam in
Cõcilio Agatheñ. de cõsec. dist. v. cõuenit, statutum est, vt preces siue
capitula Psalmis, in singulis horis dicantur. Dicuntur autem propter
tria. Primò, ad resecãdas superfluas cogitationes. Secundò, ad impe-
trandam misericordiã, propter oues errantes, & operarios fatiscen-
tes. Tertiò, ad postulandum auxilium contra tentationes vt possimus
in Dominica oratione Patrem securiùs inuocare. Et dicũtur hoc mo-
do. Primò nãque dominica oratio dicitur, in qua sunt vij. petitiones,
propter septem dona Spiritus sancti habenda: vt iam dicetur. Sed quia *Esa. 10*
muscæ motientes perdunt suauitatẽ vnguenti, præcedat ipsum Κύρι-
ε ἐλέησον. Oportet † enim tale quid præcedere, quod inanes cogitatio-
nes repellat à mente: vt dicendo ipsam orationem dominicam, mens
quæ inuisibilia loquitur, sola inuisibilia cogitet. In diuinis siquidem
officiis ante ipsam orationẽ dicitur ter vel semel Κύρι ἐλέησον & post
semel vel ter Χριστὲ ἐλέησον: & iterum ter vel semel Κύρι ἐλέησον. Dici-
tur ter Κύρι ἐλέησον ad notandũ tres status diuinitatis & diuinæ ma-

ieſtatis:quos aliquo modo in Eccleſia celebramus. Sed ſemel dicitur propter vnam ſubſtantiam.Primus ſtatus fuit,ante aſſumptam humanitatẽ,quando Trinitas inuocabatur, ſine copulatione humanæ naturæ : & dicebatur Dominus , quia Dominus nomen illi. Secundus, poſt aſſumptam humanitatem,ſcilicet quando Chriſtus videbatur in terra:& nihilominùs credebatur à ſuis Deus & Filius Dei:propter aſſumptam enim humanitatem,quæ vncta eſt oleo ſpirituali , vocatur Chriſtus. Vnde in medio ſtatu dicimus , χύριε ἐλέησον.Quando igitur dicimus χύριε ἐλέησον , oſtendimus eum numquàm fuiſſe ſeparatum à ſubſtantia ſanctæ Trinitatis,licet fieret homo. Sed quando ſemel,oſtẽdimus eum fuiſſe ſolùm inter homines, & neminem ſibi per omnia ſimilem habuiſſe. Tertius ſtatus fuit ex eo tẽpore,quo voluit clarificari aſſumptam humanitatem plus, quàm eſſet , quandiu mortalis erat:quia ergo in illa clarificatione oſtenſa eſt Trinitas,ideò dicimus ter Κύριε ἐλέησον : ſemel verò dicitur propter vnam ſubſtãtiam. de horum verborum efficacia dictum eſt in quarta Parte ſub titul. de Κύριε ἐλέησον. Et noto,quòd præmiſſi ſtatus dicuntur,propter nos,non propter Deum , apud quem non eſt tranſmutatio nec viciſſitudinis obũbratio.Poſt Κύριε ἐλέησον ſequitur dominica oratio,in qua ſunt ſeptem petitiones:propter habẽda vij Spiritus ſancti dona:per quę merentes ſeptem virtutes : & per iſtas à ſeptẽ vitiis liberati,ad octo beatitudines perueniemus. Et dicitur voce demiſſa & ſecretè. † Primò, vt per hæc verba,humilitatis & orationis deuotio ſignificetur. Secundò,vt quaſi ad inreriora reuerſi,ipſas res cũ magna diligentia mentis capiamus,quas verbis pronuntiamus. Tertiò, quia in ea Deo loquitur,qui nõ tantum verba,ſed renes ſcrutatur & corda.Quartò,ad intandum,quòd oratio ipſa potiùs habet efficaciam in deuotione cordis,quàm in clamore oris.Licet enim Moſes ad Dominũ non clamaret ore,tamen Dominus, qui magis attendit clamorem cordis quàm oris,inquit ei:Quid clamas ad me?Eod.xiiij. cap. Finis tamen ipſius orationis altè pronuntiatur:vt ab omnibus confitetur , & vt auxilio precũ adſtantium reſpondentiũ,Amen.à tentatione liberemur : quia ſicut ait Auguſt.Impoſſibile eſt multitudinẽ non exaudiri. Principiũ quoq; eius publicè pronũtiatur , vt per hoc populi adſtantes ad orandum inuitẽtur.Sanè.Dominica oratio dicitur, vt vita ſpiritualis animæ impetretur , propter quod immediatè illa dicta ſubiicitur : Viuet anima mea,& laudabit te,&c.deinde ſequitur:Etraui ſicut ouis,quæ &c.in quo fit confeſſio Non enim poteſt in Deo viuere qui non con- *Hebr.2*
fitetur. † Conſequenter dicitur : Credo in Deum in quo fides noſtra continetur:ſine qua impoſſibile eſt Deo placere , & per quam contra omnia aduerſa armantur,qui per dominicam orationẽ mũdantur.Et dicitur voce demiſſa, finis verò alta,ad notandũ quòd corde creditur ad iuſtitiam,ore autem cõfeſſio fit ad ſalutem. extrà de ſacra vnct. de quo in quarta parte dictũ eſt,vbi de Symbolo agitur.Poſteà ſacerdos quaſi

quaſi ſuſpirãs dicit:Et ego ad te Domine clamaui,&c.Iuxta illud Dauid:De profundis clamaui ad te Domine : quia verò non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris:(quia peccatori dixit Deus : Quare tu enarras iuſtitias meas,& aſſumis Teſtamẽtum meũ per os tuũ.xij.q.vij.§.quod inſtatur.) Ideo petit ſibi gratiã cõfitẽdi:qua repletus poſſit dignè laudare,dicens : Repleatur os meum laude. Subſequuntur etiam poſteà multæ preces, quibus Eccleſia obſecrat, orat, poſtulat:& gratias agit, iuxta doctrinã Apoſtoli ad Tim. Obſecrat,dum dicit:Domine auerte faciem tuam à me,&c. † Propriè autem obſecratio eſt , quando cum adiuratione petitur:vt cum dicitur:per paſſionẽ tuam libera nos Domine. Orat,dum bona ſibi dari petit , vt ibi:Cor mundum crea in me Deus,& ſpiritum rectum.Poſtulat,dum à ſe mala ſibi cõtraria remoueri petit,vt ibi : Dignare Domine, die iſto ſine peccato nos cuſtodire. Gratias verò agit , pro iam receptis: cum dicit,Benedic anima mea Domino:de hoc etiã ſub tit.de Tertia dicetur. Poteſt etiam & aliter dici,quoniã oratio Dominica cum ſequentibus precibus,& cum pſalmo : Miſerere mei Deus ſecundùm magnam miſericordiã tuam.ideò dicuntur,quoniam ſunt intra Eccleſiã noſtrã,qui minima & qui maxima committunt : pro minima committentibus, & pro ſeipſo ſacerdos orat,quando κύριε ἐλέησον, & orationẽ Dominicã dicit , in qua neceſſe excuſare poteſt, niſi veraciter : Dimitte nobis debita noſtra. ſicut & nos dimitti.&c. pro maiora committentibus:& per pœnitentiã reſurgentibus dicitur pſalmus:Miſerere mei Deus, ſecundùm magnã miſericordiã tuam:qui propriè pertinet ad pœnitentes:prout dictum eſt ſub titulo de Laudib. Matutinis,& viuet anima mea,&c.quia anima mortua fuit poſt mortale peccatum.Errorem etiam ſuum exponit dicens:Erraui ſicut ouis,quæ periit,&c. Medicinam quærit,vbi dicit? quære ſeruũ tuum Domine:quia mandata tua non ſum oblitus,id eſt, paratus ſum adimplere.† Rurſus in his precibus Eccleſia orat pro peccatis : & præſertim pro quatuor orat, ſcilicet pro immunditia remouenda. Et pro triſtitia, quæ ex morſu conſcientiæ remouenda. Et pro lætitia conferenda:pro quibus dicit quatuor particulas illius pſalmi : Miſerere mei Deus,ſecundũ magnã miſericordiam tuam. Pro immunditia remouenda, dicit: Auerte faciem tuam à peccatis meis , & omnes iniquitates meas dele. Quaſi dicat, Noli ea ęternaliter punire.Sed quia poſſet eſſe,quòd homo nõ curaret ea deleri,ex quo in præſenti nõ puniretur,ideò addidit:Et omnes iniquitates meas dele.Pro munditia verò cõferenda,dicit:Cor mũdum crea in me Deus. Sed quia etiã collata munditia homo eã ſibi collatã ignorat, & adhuc conſciẽtiæ morſu torquetur,ideò addidit:Ne proiicias me à facie tua:& Spiritũ ſanctum tuum ne auferas à me. Deinde pro lętitia conferenda,dicit:Redde mihi lætitiam ſalutaris tui,& Spiritu principali.&c. Sed quia adhuc reſtãt inimici qui nos ad mala trahere conantur , qui ſunt tres,ſcilicet caro,mũdus, & diabolus , idcirco con-

Pſal. 49
Pſal. 70
2.Tim. 2
Pſal.50
Pſal.101

tra inimicos pohit tres versiculos, scilicet: Eripe me Domine ab homine malo, & alios duos sequentes. Inimicis verò repulsis, iam laudare potest, vnde dicit sic: Psalmum dicã nomini tuo, &c. & quia omni tẽpore laudandus est, adiũgit: Et reddã vota mea, &c. & etiam in omni loco: ideò adiũgit: Exaudi nos Deus salutaris noster. Adhuc, quia per passionem redempti sumus, & per eam nostra oratio recipit efficaciã: ideò reducimus ad memoriã, quæ in passione Domini legimus & cãtamus, videlicet: Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus & immortalis. Inde hortamur animam nostram ad benedicendum sibi, propter beneficia nobis collata, ibi: Benedic anima mea Domino, &c. Cõsequẽter verò, vt pura sit oratio, communem facit confessionem: per quam à venialibus mundamur sine quibus communis vita facilè non ducetur. Et quia hominis confessio nil valet, nisi interius conuertatur: ideò subiungit: Conuerte nos Deus salutaris noster: & auerte iram tuam à nobis. Prætereà, quia in principio diei est, orat à peccato per diẽ liberari, dicens: Dignare Domine die isto, sine peccato nos custodire: sine quo vix potest esse momentum humanitatis fragilitas. Et quia necesse est, vt misericordia Dei sequatur sicut præuenit, ideirco addit: Fiat misericordia tua Domine super nos, &c. Demũ orat pro diuersis gradibus Ecclesiæ, & tandem concludit per psalmum: Miserere mei Deus, secundùm magnam misericordiã tuam. postquàm noster opilio solus orat, pro omnibus in collecta. † Dùm autẽ sacerdos orat seu preces huiusmodi dicit in diebus festis, se ad terrã prosternit vt maiorem in se & aliis exciter deuotionẽ: sed finito Psalmo, Miserere mei Deus, surgit cæteris prostratis manentibus, & stans orationẽ dicit, quoniã vicem gerit illius sacerdotis, qui in cœlo est, qui pro nobis quotidie interpellat. Primò ergo iacendo cũ cæteris orat, sicut & Dominus, cuius vicarius est, priùs, quàm resurgeret, cũ peccatoribus conuersatus, & in cruce prostratus est: posteà stando orationem dicit: vt illius resurrectionem recolat, cuius vicem gerit. In quibusdam tamen Ecclesiis omnes illo surgẽte surgunt, in quo significant se spẽm recepisse à peccatis resurgẽdi. Et nota, quod sola Ecclesiæ vnitas adorando in faciem cadit. † In profestis ergo diebus quandoq; prostrati oramus: in quo octo significãtur. Primum, infirmitas corporalis: quia de puluere sumpti sumus. Secundum, infirmitas animi: quia per nos non erigimur. Tertium, est erubescentia: quia non audemus oculos in cœlum leuare. Quartum, prudentia: quia videmus vbi cadimus, id est, in terrenis affligimur. Quintum, vt cordis cõtritionem significemus, Sextum, quia Christũ adorantes, eum ad terrã descẽdisse, & exanimalia bruta tacere, & animam corporali mole grauari. Octauum, vt ipso

Psal. 130

Rom. 8

vt ipso actu confiteamur nos esse peccatores, & terrenis desideriis inhærere, ventrem terræ & animam pauimento infigimus, & hoc est introductum ab Abrahã, qui cadens in terram, Dominum adorauit: quẽ Prophetę imitari fuerunt. Vnde Origenes in Homilia illius Euãgelij: Erant Ioseph & Maria mirãtes super his, &c. ita dicit: Sancti prophetæ quando angustius aliquid contẽplabantur, cadebant in facies suas, vt peccata per ruinam corporis plenius purgarentur. † Quandoque etiam in priuatis orationibus genua flectimus: vt Salomõ & Apostolus dicens: Flecto genua mea ad Pa. do. no. extrà de immu. Eccles. decret, vt per hoc omne genu Christo flecti innuamus: sed tunc non prostrati, sed facie erecti stamus, quasi ipso actu dicentes, trahe me post te. Quid dicere debemus, dum genua flectimus. in sexta Parte sub titde Paschã dicetur. Et quandoq; stamus, quasi lætantes, quòd in domũ Domini ibimus. In primo quidẽ modo exprimimus cõditionem nostram, in secundo desideriũ, in tertio spẽ. In diebus verò dominicis, & in Paschalibus genuflectio nõ fit: nec dicitur per horas Κύριε ἐλέησον, nec oratio dominica: sed stãtes oramus propter lætitiã resurrectionis quã tũc recolimus, de quo in sequẽti Parte sub Festo Paschæ, dicetur: nec in diebus Pẽte. quibus recolimus libertatẽ per aduentũ Spiritus Sancti nobis datam, nec in aliis festiuis diebus, propter lætitiã ipsarũ festiuitatũ, in quibus recolimus sanctã societatẽ angelorũ & Sanctorum, qui iam sunt in lætitia sempiterna: nisi pro præsentia corporis & sanguinis Christi. In his tamen diebus stantes, capite inclinato orare debemus, sicut & deuotæ mulieres ad monumentũ fecerunt: & nunc etiã huiusmodi flebiles preces vitæ præsentis emittimus, ad notãdũ, quòd in futura resurrectione, vbi erit vera libertas, & vera societas, nulla precatio exercebitur pro miseris, de hoc dicetur in sexta Parte sub tit. de Sabbato post Pẽteco. In † quibusdã tamẽ Ecclesiis in omnibus officiis dicitur dominica oratio, licet stando: nã illa est sal & condimẽtũ sacrificij. Et sicut in veteri Testamẽto nullũ sacrificiũ sine sale fiebat, ita & nullũ officiũ nostriũ sine illa fieri debere videtur: de hoc etiã dictũ est in Proœmio huius Partis. Sanè, preces huiusmodi, mystice humilitatẽ significãt, prout sub Cõpletorio dicetur: versi ad Orientem illas dicimus, de quo dictũ est in Proœmio huius Partis. Vltimò, subiicitur oratio, quã salutatio, scilicet, Dominus vobiscũ. præcedit & etiam sequitur: quia sicut Dominus postquàm resurrexit salutauit Apostolos, dicẽs, Pax vobis. & posteà locutus est eis: & post locutionẽ iterũ dixit: Pax vobis. ita presbyter eius vicarius, postquàm surrexit ab accubitu, salutat fratres, dicẽs: Dominus vobiscũ: & pro eis orat, & post orationem iterum dicit: Dominus vobiscũ. q. d. Si gratiã Dei impetrastis in illa perseuerate: & iterum populus dicit: Et cum spiritu tuo. Ac si dicat: Orasti pro nobis, & nos pro te oremus. De hoc dictum est in quarta Parte, sub tit de Salutatione ad populũ. Nouissimè dicitur: Benedicamus. de quo dictũ est in Proœmio huius Partis. Postquã verò

Genes. 18

3. Reg. 8

Epheſ. 3

Cantic. 1

Pſal. 121

Matt. 28

Leuit. 2.

Ioan. 20

Verò Ecclesia direxit † orationem ad Dominum, implorat orationes ut Sanctorum dicens: Pretiosa in conspectu, &c. quod non est de prima: inde est, quod quidam dicũt illud post matutinas laudes. Et iam quidam interponunt inter primam, & Pretiosa, primam de beata Virgine: & quidam Missam animarum, & quidam religiosi hoc in capitulo dicunt. Aliqui tamen dicunt esse de prima, secundùm ea, quæ dicta sunt in Proœmio, vbi agitur de Lectione, continuantes illud cum prima. Deinde sacerdos ad honorem Trinitatis orat generaliter pro se, & pro omnibus dicens ter, Deus in adiutor. &c. Vel dicitur ter, vt petat auxilium contra insidias diaboli, carnis & mundi, vel ad honorem Trinitatis. Et ideò subiicitur: Gloria Patri, &c. Nec post Gloria Patri. sequitur allelu-Ia: pro eo, quòd locus, in quo hæc dici consueuerunt, putà capitulum, sacer non est. Sicut enim sacer locus significat illam Hierusalem in qua vox illa angelica, scilicet, allelu-Ia, auditur: ita locus ille non sacer, peregrinationem nostrã repræsentat, in qua peccamus: deinde quia dũ in hac vita sumus, peccamus, ideo subiungimus: Κύριε ἐλέησον, & Pater noster: & postea: Respice Domine in seruos tuos, &c. vbi dicitur: Et dirige filios eorum: Filij nostri sunt cogitationes, quæ de mente nostra nascuntur: quas ad opera Domini implenda rogat dirigi: opera verò manuum nostrarum, sunt opera exteriora, quæ inferius à cogitationibus procedunt. Sed quia omnia ad vnum tendunt, ideò postea dicit opus singulariter, cùm dicit: Et opus manuum nostrarum dirige. Et iterum opilio siue pastor pro omnibus ouibus orat generaliter dicens: Dirigere dignare Domine, &c. Oratione verò seruitium concluditur: vt diuina gratia, quæ actiones nostras præcedit, etiam ipsas subsequatur.

SVMMARIVM.

1 *Oratio cur fiat hora tertia, & quàm variè, pro loci, regionis, & professionis conditione.*
2 *Oratio, obsecratio, & postulatio, quid differant.*

De Tertia. CAP. VI.

HOra tertia Deo laudes exoluimus: quoniam in illa secundum Marcum, Iesus linguis Iudæorum † morti adiudicatus est, & à Pilato ad columnam ligatus est & flagellatus. Meritò ergo hora illa oramur, vt sicut, scilicet ab Adam per diaboli suggestionẽ separatus est, ita per Christi crucifixionem dignetur eadẽ hora Spiritus sanctus in cordibus nostris infundi. In hac etiam hora repromissus Spiritus
Act. 2 sanctus datus est Apostolis, & visibiliter Dei magnalia loquebantur: vnde in Act. Apostolorum: Non sunt isti ebrij, cùm sit hora tertia diei: propter quod dicitur hymnus: Nunc sancte nobis, &c. Dicitur etiam
Psal. 118 psalmus: Legẽ pone. quia tunc lex noua data est Apostolis. Quia verò homo

rò homo per legem Dei à morbo peccati sanatur, iuxta illud Sapientiæ: Nec herba, nec malagma sanabat eos, sed tuus sermo, Domine, *Sapiẽ. 16* & ideò in quibusdam Ecclesiis capitulum illud dicitur: Sana me Do- *Psal. 40* mine, &c. Hiero. xvij. c. & responsorium: Sana animam meam, &c. Et quandoque dicitur: Charitas Dei diffusa est, Rom. v. cap. & quandoque illud: Obsecro vos fratres, per misericordiam Dei. Roman. xij. c. Rursus *Psal. 26* quia non potest sanari, nisi conseruetur: ideò sequitur versus: Adiutor meus esto, &c. quasi dicat: Quamuis liber & sanus in via tua sim constitutus: tamen non sufficio sine tuo adiutorio peruenire ad illã meridiem: de qua dicitur: Indica mihi, vbi pascas, vbi cubas in meredie: vnde dicitur. Adiutor meus esto Domine: & subiungitur, ne derelinquas me, id est, incœptum meum ne intermittas: quia sine te nihil est conatus meus. Neque despicias me, id est, ne contemnas, quòd ego mortalis te
1. Tim. 2 æternũ audeo quærere: quia tu es Deus meus, qui me creasti & recreasti, salutaris meus, id est, qui sanas plagas peccati mei. Deinde omnes ad orationem prosternuntur, & prosequitur Sacerdos modum orationis, quem Apostolus docet, dicens: Primò omnium fiant obsecrationes, orationes, postulationes, & gratiarum actiones pro omnibus, & 2 his qui in sublimitate sunt. † Obsecratio fit cum adiuratione pro maiore remouendo. Oratio, pro bono impetrando, vel pro malo superando. Postulatio, pro bono adipiscendo siue cumulando. Gratiarum actio *Psal. 131* pro bono iam collato conseruando. Obsecratio, est ibi: Ego dixi Domine, &c. vbi petit vulnera sanari, & medicinam dari. Oratio ibi: Fiat misericordia tua Domine: vel ibi: Ostende nobis Domine. Postulatio ibi. Cõuertere Domine vsquequo: vbi postulamus, vt per Domini auxilium omnia nobis aduersa remoueãtur. Gratiarum actio ibi: Sacerdotes tui induantur, &c. & hoc pro nobis omnibus. Item orat pro regibus: & pro his, qui sunt in sublimitate, dicens: Saluum fac Regem, &c. Oremus pro Pontifice nostro, & pro omnibus viuis, dicens: Saluum fac populum tuum &c. Et pro defunctis, dicens: Oremus pro fidelibus defunctis. Sequitur etiam Miserere mei Deus: pro his qui sunt in grauioribus peccatis: sicut præcessit dominica oratio, pro his, qui sunt in quotidianis. Post hoc surgit opilio siue sacerdos: & omnibus prostratis manentibus, orat pro vniuersis, de quo dictum est sub prima.

SVMMARIVM.

1 *Sexta ad quid instituta.*
2 *Dei dilectione quantò quis magis rapitur, tantò à terrenis deficit.*

De Sexta. CAP. VII.

1 HOra sexta pro nobis † crucifixus, & clauis confixus est Christus quare tenebræ super omnem terram factæ sunt vt sol in morte Domini sui lugens, se quasi nigris tegeret vestibus ne illum crucifigentibus

tibus lumen præberet. Hac etiam hora, in die Ascensionis, cum Discipulis discubuit. Meritò ergo Ecclesia illa hora Deo laudes exhibet, gratias ei agens, quia pro ipsa Christus pati voluit, propter quod ipsum
Cantic. 5 diligit vehementer. Vnde in Canticis: Nuntiate dilecto: quia amore
Psal. 118 langueo, & ob hoc tunc dicitur Psalmus: Defecit in salutari tuo anima
Psal. 35 mea, &c. dicitur etiam responsorium: Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo, supple, quia dignatus est pati
Gene. 4 pro me, id est, pro salute animæ meæ. Hac etiam hora Adam de Paradiso eiectus est. Rectè ergo illa hora Deum deprecari debemus: vt vnde ille propter superbiam eiectus est, illuc per humilitatem, & bonam operationem redeamus. Sanè officium sextæ statui temporis respondet, sicut & officia aliarum horarum. In prima namque hora est inchoatio, in tertia profectus, in sexta consummatio, secundum quod sol in prima incipit lucere. In tertia magis calet. In sexta est in summo feruore: quod indicant verba hymnorum, quæ in ipsis horis, & etiam in nona præmittuntur. Inchoationi respondent verba quæ dicuntur ad primum in psalmo: Deus in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua libera me, id est, separa me à Cyphæis. In principio namque nostræ conuersionis incipimus à malo separari, vnde ibi meritò petimus, qui tandem loco & præmio separati sumus. Ad idem pertinet, quod dicit secundus Psalm. Vtinam dirigantur viæ meæ, & quod dicit tertius psal. Retribue seruo tuo, quod exponitur, id est, frequenter tribue, & vbi dicit: Viuifica me, &c. supplendum est, qui præmortuus erat per
Psal. 118 peccatum: vnde petit per gratiam iustificari. Ad profectum pertinet, quod dicitur in principio tertiæ: Legem pone mihi Domine, viam iustificationum tuarum: & exquiram eam semper. Sibi enim posito in via petit dari legem correctionis. Ad consummationem pertinet, quod dicitur in principio sextæ: Defecit in salutari tuo anima mea: postea in salutari tuo, defecit in terrenitate: vel defecit in salutari tuo, id est, anima mea tendens in salutare tuum, defecit in terrenitate. † Quanto enim qui magis tendit in dilectionem Dei, tanto magis deficit à terrenis, & quasi præ nimio desiderio languet. Iuxta illud Cantic. ij. Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo. Per flores quidem, initia bonorum operum, per mala, perfectio accipitur, quæ etiam alios accedens quodammodo consolatur: non tamen hic plenam recipit consolationem, sed potius affligitur ex dilectione. Vnde sequitur. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: & in verbum tuum superaui. Et in secunda parte: Quomodo dilexi legem tuam Domine. Et in tertia, Oculi mei defecerunt, in salutari tuo anima mea, quoniam exaudisti, &c. Ad hanc perfectionem pertinet responsorium, Benedicam dominum, & versiculus, Dominus regit. Nam sicut habet ab translatio, Dominus pascit me, nihil mihi deerit in loco pascuæ ibi me collocauit, id est, Dominus est pastor meus, in quo sum totus & sufficiens. Vnde sequitur. Et nihil mihi deerit, spiritualem enim sublimationem

credit à Deo sibi conferendam, qui iam scit se esse collocatum in loco pascuæ, vbi fideles in fide plenius corroborantur. Vnde dicit, Ibi me collocauit. Quem enim Dominus pascit in aduentu Spiritus sancti, eundem regit, id est, in bonis operibus facit eum delectari, & per rectum iter ducit ad tutissimam ciuitatem Hierusalem. Tali nihil deest, teste Apost. qui dicit: Omnia in eo possum, qui me confortat. Dicit autem *Philip. 2* quandoque capitulum illud: Alter alterius onera portate: ad Galath. vj. Quandoque illud: Nolite conformari huic seculo. Roman. xij. cap.

SVMMARIVM.

1 *Nona, quorsum instituta, & eius forma.*
2 *Temporis status insinuat virtutum statum.*
3 *Responsoria Dominicarum in Tertia, Sexta, & Nona, conuenienter respondent responsoriis ferialibus.*

De Nona. CAP. VIII.

1 HOra Nona Christus clamans emisit spiritum. † Mori enim voluit pro homine illa hora, in qua homo de Paradiso expulsus est. Et in eadem hora per mulierem & lignum redemit, quos per mulierem & lignum deceperat hostis: vt ars artem falleret, & medelam ferret, vnde hostis læserat. In eadem quoque hora miles latus Christi aperuit, *Ioan. 19* ex quo duo nostræ salutationis sacramenta, scilicet aquam baptismi, & sanguinem nostræ redemptionis nobis eduxit, & velum templi scissum est, & monumenta aperta sunt. Eadem hora Inferna penetrans inexterminabiles tartari tenebras confringens, serásque eius comminuens, captiuitatem Sanctorum secum trásuexit ad cœlos, ignáque romphea subiecta antiquum incolam in Paradiso restituit. Eadem etiam hora cœtus Apostolorũ ad orandum conuenire consueuit, & Petrus & Ioannes ascendebant in templum causa orationis. Petrus quoque eadem hora *Actu. 3* ascendit in cœnaculum, oraturus quando raptus est in extasim: & linteolum plenum repilibus de cœlo ante se dimitti vidit audiens, Petre macta & manduca. Meritò igitur propter has prærogatiuas hac hora Deum ecclesia laudat, dicens Psalmum: Mirabilia & cætera: responsorium: Redime me domine: orãs pro sua redemptione, ne oblita esse vi- *Actu. 10*
2 deatur quòd tali hora redempta est † illud autem cõsiderandũ est quòd *Psal. 25* in hora nona iam sol declinauit à centro: status ergo temporis innuit statum virtutum, innuit enim feruorem virtutum, in quo animus priùs erat, propter tẽtationes esse tepefactum. Nam vt ait Beatus Greg. Vitia nos tentant, virtutes nos humiliant. Cùm enim vir perfectus tentatur ab altitudine intimi gaudij, descendit ad considerandum suam fragilitatẽ, & ad vidẽdum, quam facilis sit ad casum, vt patet in Apostolo, qui dicebat: Ne magnitudo reuelationũ extollat me. Gaudebat enim Paul⁹ *2. Cor*

de reue

de reuelatione, dolebat de tentatione, Vnde ipse dicit: Propter quod
ter Dominum rogaui &c. Nisi enim sibi molesta esset tentatio, non ro-
garet, vt tolleretur. Non est tamen sublata: quia per infirmitatem vir-
tus, cui gaudium debetur, perficitur. Has tribulationes & angustias
notant aliqui versus Psalmorum nonæ: vt in j. parte. Tribulatio & an-
gustia, &c. & in secunda: Multi qui persequuntur: & in tertia, Etraui-
Psal. 18 &c. Ab eisdem petimus liberari in responsorio: Redime me, id est, fac
vt effectum redemptionis tuæ, quæ facta est in sanguine tuo, sentiam
in tribulationibus meis: hoc idem est in versu: Ab occultis meis munda
me, id est repelle à me malam cogitationem, & compesce suaserem:
secundum August. † Et nota, quòd responsoria dominicalia in tribus
horis, scilicet tertia, sexta, & nona conuenienter respondet, respon-
riis ferialibus. Nam in responsorio feriali ad tertiam, scilicet, Sana ani-
mam meam, &c. petitur sanitas vulnerum, quæ præterita peccata fe-
cerunt, & in responsorio dominicali: Inclina cor meum, &c. Et in ver-
su: Auerte oculos meos, &c. petitur cautela de futuris, quod fit in im-
pletione diuinorum mandatorum. Item in feriali responsorio sexæ-
Benedicam Dominum, &c. fit iugis diuinæ laudis promissio. In Domi-
nicali responsorio: In æternum Domine, &c. fit promissi impletio: ibi
enim promittit se laudaturum: & hìc laudat. In responsorio verò fe-
riali nonæ: Redime me Domine, &c. petitur redemptionis effectus: quo
fit, vt vis mentis, id est, amor, sit directus ad Deum. Et in responsorio
dominicali: Clamaui, &c. promittitur effectus pedis, id est, amoris fer-
licet clamor ad Deum: ex amore est enim clamor cordis. In pluribus
tamen Ecclesiis sunt eadem, tam in ferialibus quàm in dominicali-
bus. Et est notandum, quòd versus qui dicuntur in tertia, in sexta, & in
nona neumam habent, ad designandum quòd in nulla hora exprime-
re valemus gaudium & brauium sempiternum. Capitulum quandoque
dicitur: Omnia probate Thessal. v. ca. & quandoque: Sicut in vno cor-
pore multa membra habemus: Roman. xij. cap.

SVMMARIVM.

1 *Vesperæ ad quid institutæ, quid referant, & quot psalmis constent. num. 1.*
2 *Officium diei sequentis, incipit à vesperis, & cur ita.*
4 *Officium matutinum & vespertinum, præferuntur aliis psalmorum numer.*
5 *Thymiama quid notet, & à quo offerendum.*
6 *Mariæ Canticum, promissa Dei continet, & eius expositio. num. 7. & cur potius in vesperis cantetur, quàm aliis horis. num. 8.*
9 *Lampades cur accenduntur in vesperis, maximè sub Canticum Mariæ.*
10 *Officium mortuorum, ad quid careat secundis vesperis.*
11 *Religiosi collationem Completorio præmittunt, & qua id ratione, ad exemplo.*

De Ves-

De Vesperis. CAP. IX.

1 IN hora vespertina significat Ecclesia, primum † aduentum Domini, qui fuit vergente mundi vespere, id est, vltima ætate, de quo psallēs reddit gratias Deo, iuxta illud Apostoli: Nos sumus, in quo fines se- *1 Cor. 10*
culorum deuenerunt, de pœnit. dist. iij. sic enim. in fin. Prætereà, Chri- *Ioan. 10*
stus in vespere de cruce depositus fuit, eadem quoque hora in cœna *Luc. 24*
sacramentū corporis & sanguinis instituit, pedes discipulorum lauit,
discipulis euntibus in Emaüs in habitu peregrini, in fractione panis,
se manifestauit. Meritò ergo Ecclesia catholica Christo in hac hora
2 gratias agit. Est tamen duplex mundi vespera, prout in sexta parte sub
Epiphania dicetur. Sanè, sicut † ait Ricardus episcopus Cremonensis
in Mitrali, officium diei sequentis in vesperis: quia vespertina syna-
xis, id est hora, primum est officium, secundum Esdræ consuetudinem
in quaternario numero prout dictum est in proœmio huius partis.
Vnde vespertinum officium à vespere stella nominatur, quæ in prin-
cipio noctis oritur. Prætereà licet ab initio mundi dies præcederet
noctem: in nocte tamen dominicæ resurrectionis nox cœpit præce-
dere diem, vt dicetur in sexta parte, sub Sabbato sancto, in principio:
3 Dicit autem Ecclesia in hac hora quinque Psalmos. † Primò propter
quinque Christi vulnera: qui pro nobis obtulit sacrificium in vespera
mundi. Secundò ad correctionem, vt videlicet defleamus, & petamus *Hier. 9*
veniam peccatorum, quę in die per quinque sensus corporis commit-
tuntur & ad nos intrant. Iuxta illud Hier. Mors intrauit per fenestras
nostras. Quis enim est, qui visu non concidat, capiatur? Tertiò, per ip-
sos quinque psal. munit se ecclesia contra nocturnales tribulationes.
Hæc enim hora insinuat fletum eorum, quibus occidit sol iustitiæ, & *Psal. 29*
ita sunt in vespera, de quo dictum est: Ad vesperam demorabitur fle-
tus, qui durabit vsque ad matutinum, id est, quousque sol fidelibus o-
riatur, qui occiderat peccatoribus, secundum quod legitur. Et ad ma-
tutinum lætitia: & propter easdem etiam causas pectus quinque digi-
tis tundimus. Rursus seculares dicunt quinq; psal. religiosi verò qua-
4 no. † quòd vespertinum matutinúmque officium cæteris in numero
psalmorum præferuntur, eò quòd in senaria operum distinctione, ve-
spere & mane solummodo memorantur: & in veteri lege matutini, &
vespertini officij quantitas commendatur. Quinque ergo psalmi in
vespertinis hebdomadæ officiis dicūtur, & cantātur psalmi secundum
tertiā diei, vt ecce in septima die, scilicet in sabbato propter resurre-
ctionem, quæ sequitur agimus de victoria, & laude Dei, quæ sequitur
victoriam. Vnde in j. psalm. scilicet, Benedictus Dominus, ad literam
agitur de victoria Dauid contra Goliam, quantùm verò ad spiritua-
lem sensum de victoria nostra, qua diabolum superamus: quia ergo
post victoriam nihil restat, nisi laudare Dominum, per quem victo-

 riam

riam habemus, ideò sequuntur quatuor Psalmi, qui sunt de laude. In primo enim laudem promittit Ecclesia: Exaltabo te domine. In secundo seipsam incitat: Lauda anima mea Dominum. In tertio alios inuitat: Laudate Dominum. In quarto congratulatur cœlesti Hierusalem dicens: Lauda Hierusalem Dominum, &c. Et sic de aliis sextis & Psalmis. In quibusdam Ecclesiis statim post Psal. sequitur hymnus; & post hymnum lectio siue capitulum, in quibusdam econuerso, & in quibusdam Hymnum non cantant. Qui post Psalmos immediatè Hymnum cantant, congruum ordinem seruare videntur: quoniam primò est in corde dilectio, quæ per antiphonam designatur; deinde sequitur bona operatio, quam Psalmus designat, posteà mentis exultatio, quæ per hymnum notatur. Sed quia exultatio sæpe negligentiam parit, idcirco sequitur lectio seu capitulum, quæ hominem ad cor reuocat. Qui verò lectionem hymno præponunt, volunt Hymnum loco responsorij obtineri. Vnde cùm in festiuitatibus, responsorium post lectionem cantatur, hymnum prætermittunt. Ad maiorem tamen exultationem, notandum est, quòd in quibusdam Ecclesiis vtrunque cantatur: & tunc responsorium præcedit Hymnum, ad notandum, quòd tunc maximè respondere debemus exhortationi præcedens capitulum factæ, post quod statim sequitur responsorium. Tamen generale est, quòd quandocunque cantatur responsorium, cedere debet lectio, cui respondere debet. Qui verò Hymnum non cantant, illud attendere videntur, quòd Canticum beatæ Mariæ sequitur, quod excludit responsorium: cuius locum tenet Hymnus. Nam si Canticum Zachariæ in laudibus matutinis excludit responsorium, multò magis Canticum Beatæ Mariæ virginis excludere debere videtur in vesperis. Et nota, quòd ad vesperas dicitur ad capitulum: Benedictus Deus & Pater. ij. ad Corinth. j. & illud: Dominus autem dirigat. ij. ad Thess. iij. Post hymnum sequitur versiculus videlicet in sabbato. Vespertina hora, &c. In aliis diebus: Dirigatur Domine, & vesperque versus vespertinum tempus designat, in quo cantatur: quod fe-
Psal.140 nant verba illa, quæ in Psalmo sequuntur, scilicet: Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Optat enim, vt oratio dirigatur ad Dominum: quod de veteri Testamẽto tractum est, vbi habetur, quòd hora vespertina sacerdos intrabat sanctum tabernaculum vel templum, vt offerret thymiama super altare incensi: sicut mane intrabat vt offerret incensum. Hoc † thymiama, significat suauitatem odoris. Hinc habet consuetudo, vt dum dicitur versiculus, sacerdos thuribulum accipiat altare ad implendum iuge sacrificium, sic enim fiebat in lege, in qua duo agni offerebantur: vnus manè, & alter serò: & hic pinguedo ad notandum quòd vis charitatis crescit. ideò ergo thurificatur, vt semper bonus odor Deo proficiendo in scientia, & doctrina, & etiam quia propter promissiones Dei debemus tales esse, vt simus boni odoris. Vel ideò in vesperis & matutinis post Psalmos & lectionem, dum versus dicitur, incensatur, ad notandum, quòd nemo potest bonum odorem Deo reddere vel bonum exemplum operãdi aliis dare, quod per incensum significatur, nisi prius in Dei seruitio operetur: quod per Psalmos, & alios doceat, quod per lectionem notatur. Vnde, mos inoleuit quòd in præcipuis festiuitatibus antiphona ad Magnificat, & Benedictus ter dicitur siue toties canẽdo protelatus, donec omnis populus, qui adest, incensi repleatur odore. Et vltimò dicitur cum neuma, voce quidem non significatiua, prout dictum est in Proœmio huius Partis. Sacerdos autem, qui maior est Ecclesia officio; vt qui vicem tenet Aaron, debet incensum offerre, vt sit thymiama sempiternum coram Domino, & suaue flagrãs odor, iuxta illud: Dirigatur Domine ad te oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. De hoc dictũ est, sub laudibus matutinis. Dicitur ergo in vesperis versiculus exhortationis, scilicet vt excitet pigros ad intelligẽdum promissa Dei: quæ
6 continẽtur † in Cantico illo beatæ Mariæ Magnificat anima, &c. quod est Luc. j. c. Prima promissio facta fuit Noë. Vnde Gen. Ponam arcum meum in nubibus cœli & hæc impleta est. Secunda Abrahæ, & Dauid. Abrahę dictum est: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Dauid dictum est: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam, & hęc impleta est in beata Virgine, quod notatur in Cantico suo, ibi: Recordatus misericordiæ suæ. Per hoc ergo certi sumus, quòd dabit nobis vltimam, scilicet paradisum. Ideò autem Canticum ipsum quotidie dicitur, vt frequentior Dominicæ incarnationis memoria animas fidelium in opere Dei, & in doctrina se exercentiũ ad deuotionem operis incepti accendat. Cùm enim in Cantico ipso notentur cogitationes, sicut in Psal. opera, si diligenter beatæ Mariæ actus & dicta sæpè recolimus, obseruantia castitatis & virtus operationis semper ad ipsius operationis imitationem perseuerabunt in nobis. Nec etiã nos mouebit fauor humanus indebitus: non temporalium immoderatus appetitus, non temporalis affectio, non de impetrãda commissorum venia desperatio. Nempè non nos mouebit indebitus fauor humanus: quia cum beata Virgo commẽdaretur à beata Elisabeth, dicere: Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me, &c. non ipsa mota fuit humano fauore, sed seruans humilitatẽ clamauit: Magnificat anima Do
7 minum, & tandem adiecit: Quia respexit humilitatem ancillę suæ. Et not. quòd † dicit Respexit humilitatem, & nõ dicit: Respexit virginitatem, inuens mentis virginitatẽ prę ualere corporis integritati. iterum, ideò dixit humilitatẽ, quia Deus superbis resistit, eosque Beatorum forte secernens, per varia pœnarũ loca, pro peccatorũ impetate dispergit. Nõ nos mouebit immoderatus temporaliũ appetitus: quia sicut ipse dixit iudex noster: Diuites dimisit inanes. &, Deposuit potentes de sede. Non tẽporalis afflictio nos mouebit: quia Deus exaltat humiles. In hoc enim Cãtico exẽplo humilitatis eius reformamur, & filij dei incarnatio, p quã deposuit potẽtes de sede, & exaltauit humiles ad

Psal.140 Gene.9 Gene.22 Psal.88 Luc.1 Iac.4

memoriã reducitur, vt fidei nostræ deuotio excitetur, non desperatio de cõmissorum impetranda venia: quia misericordia eius à progenie in progenies timentibus eũ.† Beda dicit, quòd inde inoleuit consuetudo, vt in officio vespertino cantetur Canticũ beatę Mariæ virginis, & potius in vespertino quã in aliis officiis. Primò, quia in ipsa vespera mundi, suo singulari assensu mundo succurrit perdito. Secũdò, quia per hoc fit incarnationis in vespera mũdi factæ, iugis recordatio. Tertiò, quia ipsa est stella maris, quæ in huius mũdi vespere nobis lucem recepit: sicut vespera stella, de qua dicitur vespertinũ officiũ, in initio noctis lucere incipit. Quartò, vt mẽs nostra per diem variis fatigata cogitationibus, imminẽte quietis, scilicet noctis tempore, recolendo dicta Dei genitricis, quidquid superfluum vel nociuũ diurna evagatio contraxerit, totum hoc precibus, & lachrymis ea intercedente mundetur. Quintò quia virgo portauit Dominum in vespera mundi. Rursus canitur in sexta laude: quia Dominus in sexta ætate venit, sicut & Canticum Simeonis in septima propter septimam ætatem quã escentium prout tactum est sub Laudibus Matutinis. Cæterùm hoc Canticum, est exultatio laborantium, quorum spiritus exaltat in Domino, quia fecit eis magna, qui potens est, cuius misericordia est in secula.' Ob hanc † exultationem repræsentandã lampades accenduntur in vesperis: vel pro hoc cantico principaliter accendũtur, eò quòd de Euangelio est, vel vt nos de numero adolescentulum & quinque prudentum, curramus cum lampadibus bonorum operum in odorem vnguentorum beatæ Virginis, intrantes cum ea in gaudium Domini nostri. Et quia opera nostra non sunt in lampadibus radiãtia, nisi fuerint charitate informata, ideò canticum clauditur ab antiphona, per quam charitas designatur. Recantata antiphona, in profestis diebus prosternit se Ecclesia, in oratione, prolixiùs orans, quàm in aliis officiis: quia specialiter orat pro his, quibus occidit sol iustitiæ: licet & pro aliis oret, & faciat ea, quæ dicta sunt superiùs sub titulo de Tertia, vbi de precibus agitur. In solennibus verò diebus statim dicitur collecta, & quasi stantes oramus. De quo, & in quibus officium vespertinum cum hora prima conueniat, ibi etiam dictum est.† Mortuorum officium incipit à vesperis: non tamen habet secundas vesperas: ad notandum, quod hoc officium finem habebit, quando animæ salutandorum ab omni pœna liberatæ, æterna beatitudine fruentur. Sed sancti, de quorum glorificatione in anima iam certa est Ecclesia, primas & secundas vesperas habent: si in festo eorum nouem lectiones dicantur. Primas enim habent, pro glorificatione animæ iam perceptæ. Secundas, pro glorificatione corporis, quam habebunt, quæ nũquam finem habebit. Si verò habent tantum tres lectiones, primas vesperas habent tantummodò, non quia & ipsi duplicem stolam habituri non sint, cùm hoc omnibus electis conueniat, sed Ecclesia, ad ostendendum differentiam præmiorum illis & istis debitorum, magis solemnizat

Matt. 25

bizat pro illis, de quorũ maioribus meritis sibi per miracula vel per alia documenta constat: quãuis ad plenum certa esse non possit. Nam & stella differt in claritate à stella. Vnde Augustin. ait in sermone de beato Stephano: Cùm pretiosa sit mors Sanctorum, quid distare inter martyres potest: præcipuus esse videtur, qui primus est. Aliquando tamen in vesperis præcedentibus dicitur solummodò antiphona, & collecta de festo sequenti: prout dicetur sub Vigilia Natalis.† Postremò notandum est, quòd religiosi ante completorium, prætermittunt collationem, quę è sanctis Patribus originem traxit, qui dictis vesperis conuenire, & de Scripturis sacris conferre solebant, ad instar operariorum, ad recreationem adinuicem confabulantium: ideoq; tunc Vitas vel Collationes Patrum, & his similia, quæ potiùs sunt ad recreationem & delectationem, legunt, & eruditiores, si dubium occurrerit interrogant.

1 Cor. 15

SVMMARIVM.

1 *Completorium, cur, aut qua significatione admonitioneve institutum. Item vnde dicatur.*
2 *Completorij officium, incipit à Psalmo: Conuerte nos, & cur ita.*
3 *Completorium, quatuor Psalmis constat.*
4 *Psalmus: Qui habitat dicitur contra nocturnas tentationes.*
5 *Psalmi. In te Domine speraui. quare dicuntur tantùm sex versus.*
6 *Psalmos an debeat hymnus sequi in completorio.*
7 *Symeonis Canticum, cur cantetur in completorio.*
8 *Horarum canonicarum partes omnes.*
9 *Preces cur dicantur in completorio.*
10 *Symbolum Apostolorum, cur dicatur in prima & completorio.*
11 *Officia diurna, in Psalmis non variantur: nocturna sic, & cur ita.*
12 *Psalmi quinque, cur in prima, & versus: In manus tuas, &c. in completorio potiùs, quàm in aliis horis ponuntur.*
13 *Numerus undenarius, quid signet.*

De Completorio.

CAP. X.

1 IN hora † completorij Christus orauit Patrem. Eadem quoque hora sanguineas guttas sudauit, & etiã corpus eius in sepulchro positum fuit, & custodes deputati. Meritò igitur in hac hora Ecclesia Deo laudes & gratias agit. Illa etiam in memoriam æterni gaudij celebrat. Nam completo electorũ numero in illa hora, complebitur gaudium electorum in die generalis retributionis. Et inde est, quòd completorium significat gaudium. Dicitur autem completorium, quia in eo completur communis vsus locutionis, cibi & potus, & aliorum, quæ necessariò pro corporis sustentatione sumuntur: & secundum hoc etiam significat finem vitæ præsentis.† Sanè, hoc officium incipit præ-

ter morẽ aliorum officiorũ: Conuerte nos Deus, &c. Quia enim quaſ-
tota die pſalmodię inſiſtimus & penè impoſſibile eſt, quin aliquẽ pul-
uerẽ ſuperbię cõtraxerimus: & quia ſæpè erramus, iuxta illud: Errauí
ſicut ouis, quæ perìit. Inde eſt, quòd nos humiliãtes dicimus: Cõuerte
Pſal. 118 nos Deus, &c. Prætereà, quilibet quantũlibet perfectus & bonus, exi-
ſtimare ſe debet imperfectũ ſiue inſipientẽ, iuxta illud: Iuſtus accuſa-
Prou. 18 tor ſui eſt: ideò dicit ſacerdos: Conuerte nos, &c. in his verbis indicãs
ſe peruerſum. Bonarũ quippè mentiũ eſt, ibi culpã agnoſcere, vbi cul-
pa nõ eſt. v. diſt. ad eius de pœnit. diſt. ij. ſi enim in prin. Nã & ſi dixe-
1. Ioan. 1 rimus, quòd peccatũ non habemus, ipſi nos ſeducimus. Hinc eſt, quod
etiã conſequenter inuocamus diuinũ adiutorium dicentes: Deus in
adiutoriũ meum intende vt, Cõuerte nos. referatur ad præterita ma-
la tollenda: &, Deus in adiutorium. ad bona opera futura facienda:
quia ſine Dei adiutorio quicquã boni facere nõ valemus. Quia verò
totũ ad laudẽ Trinitatis faciendũ eſt, ideò ſequitur: Gloria patri &c.
ſus incipientes per, cõuerte nos Deus ſalutaris noſter, oramꝰ, vt nos
à malis cõuertat, & iram ſuam à nobis auertat: & quia merita noſtra
non ſufficiunt, eius adiutorium poſtulamus, dicẽtes: Deus in adiuto-
rium, &c. Dicuntur† autem quatuor Pſalmi ad obtinendam remiſſio-
nem peccatorum: quæ committimus dum ſumus in hoc corpore, ex
quatuor elementis, & ex quatuor humoribus, vel complexionibus
compoſito. extrà de celeb. miſſ. in quadam. ſeu quia corpus ipſum ex
his compoſitum contra pericula & phantaſmata noctis munimus, &
Deo commendamus: ideóque tunc dicitur: In manus tuas Domine
commendo ſpiritum meum: &, cuſtodi nos, &c. Et incipit Eccleſia, à
voce perfectionis, dicẽs, Cùm inuocarem, exaudiuit me, &c. hoc enim
perfectorũ eſt. Sed quia perfecti ſe debẽt reputare imperfectos: extrà
Iob 9 de purg. cano. accepimus de pœnit. diſt. ij. ſi enim, prope prin. Iuxta
illud Iob: Etiam ſi ſimplex fuero, hoc ignorat anima mea, ideò ſequi-
tur in eodem Pſal. miſerere mei, ſupple, Domine: & exaudi orationem
Pſal. 4 meam: quod eſt dicere imperfectorum. Poſteà aliis admonitis ad be-
num, facit in eodem Pſalmo mentionem de pace æterna ibi: In pace
in idipſum, id eſt quæ eſt inuariabilis, quam pacem ſemper in mente
ria debemus habere, & maximè, dum corpus quieſcere debet in lec-
to, mens debet quieſcere in Deo: debet etiam quieſcere in ſpe, vnde
ſequitur ſecundus pſalmus: In te Domine ſperaui, &c. Sed† quia ſpes
non eſt ſine timore, aliter enim præſumptio eſſet: ideò ſequitur ter-
tius pſalmus, de tentatione, ſcilicet: Qui habitat in adiutorio Altiſ-
ſimi, &c. in quo Deus promittit liberare Eccleſiã. Diabolus enim ex
quaſi fur de nocte incedens: & ideò nocte imminente dicit Eccleſia
illum pſalmum, contra nocturnas tentationes. Dicitur ergo ille pſal-
mus, vt à quatuor tentationibus liberemur, ſcilicet à timore noctur-
no, à ſagitta volante in die, à negotio perambulãte in tenebris, ab in-
curſu, & dæmonio meridiano, id eſt, ab incurrente dæmonio. Primo

:ſt leuis & occulta. Secunda, eſt leuis & manifeſta. Tertia, grauis &
occulta. Quarta grauis & manifeſta. In quinto verò pſalmo, ſcilicet:
Ecce nunc benedicite Dominum, &c. benedicit Eccleſia Deum, pro
liberatione tentationum nocturnalium ibi: In noctibus extollite ma-
nus veſtras in ſancta, & benedicite Domino. Dicit enim Augu. ſuper
hunc pſalmum: Nox, res triſtis eſt: dies læta eſt. Ergo per noctem in-
telligitur aduerſitas, per diem proſperitas: in aduerſitate benedicen-
dus eſt Dominus, ſicut & in proſperitate, exemplo Iob, qui amiſſis fi-
liis & rebus omnibus dicebat: Dominus dedit, Dominus abſtulit, &c.
Sit nomen Domini benedictum. Vnde & hic dicitur: Benedicite Do-
minum. Sed quæritur, quare† dicuntur tantummodo ſex verſus illius
pſalmi: In te Domine ſperaui, non confundar in æternum. Reſponde-
tur, ideò, quia Dominus dicendo ſextum verſum, videlicet: In manus
tuas Domine commẽdo ſpiritum meum: ſexta ætate mundi, ſextoq;
die carne obiit, vt iam dicetur. Rectè ergo ſex verſus tantùm eiuſ-
demq; pſalmi in completorio cantamus, vt in hac ſexta ætate, in qua
per eum redẽpti ſumus ſicut habet finis vltimi verſus ibi: Redemiſti
me Domine Deus veritatis. cõformemur dormitioni eius, vt ſcilicet
6 tnẽbra quieſcant, & cor vigilet. Sicut caro eius in ſepulchro quieuit,
& diuinitas vigilauit. †Notandum autem eſt, quòd in quibuſdam Ec-
cleſiis ſtatim poſt pſalmos dicitur hymnus: ea fortè ratione, quia per
bonam operationem peruenitur ad exultationem abſq; omnis pur-
gationis medio, ab his, qui purgati tranſeunt ab hac vita: alia etiam
ratio iam dicetur. Et ſic priùs dicunt Hymnum, quàm capitulum, ad
oſtendendũ myſticè, q illi in quibus cõpleta ſunt ſignificata præce-
dentium laudũ, ſeu perfecti, qui per cõpletoriũ ſignificãtur, prœueniũt
exhortationẽ, quę per capitulũ ſignificatur. Nec tn capitulũ prętermit
tũt, quia hìc sẽper vtilis eſt exhortatio ad perſeuerandũ in bono: quia
nec nocet admiſſo ſubdere calcar equo. In aliis autem Eccleſiis inter
pſal. & Hymnũ interponũt antiphonã, vel allelu-Ia per antiphonã ſe-
quẽtes ordinẽ beati Ignatij, de quo in prœmio dictũ eſt. In aliis ve-
rò Eccleſiis ſtatim poſt Pſal. antiphonã, vel allelu-Ia: ſequitur lectio
ſiue capitulum cum reſpõſorio: In manus tuas Domine, &c. vel alio,
quia, vt dicunt, in omni officio dici debet lectio. Poſteà adiiciunt hy-
mnũ: Te lucis &c. In quo optãt protegi in nocturnis tribulationibus.
Alij verò nõ dicũt lectionẽ, prout in Prœmio huius Partis dictũ eſt,
ſed ſtatim poſt Pſal dicũt verſiculum: tum quia tempus illud dormi-
tionis, non aptum eſt ad doctrinam, tum quia poſt cõpletorium, non
ſolùm cibi & potus, verumetiam doctrina, quæ per lectionem ſignifi-
catur referenda non eſt. Hinc eſt, quod ſtatuit beatus Benedictus, vt
poſt completoriũ nemo loquatur. Dicitur autem capitulum: Tu au-
tem in nobis es Domine. Hier. xiiij. cap. Religioſi in hoc officio ante
omnia lectionem præmittunt, dicentes: Fratres, ſobrij, &c. Ne ordi-
nem Eſdræ excedere videantur, repræſentantes in hoc etiam Mariam

Matt. 14 Magdalenam, de qua Dominus dixit: Præuenit vngere corpus meum in sepulchro, id est, hoc fecit, quod factura erat mortuo si licuisset. ita & hæc lectio, quasi vngit reddendo animas attentas ad vigilandum ante commendationem dormitionis. Post Hymnum subiicitur verbiculus: Custodi nos Domine, vel alius, qui notat totius officij effectũ. Postulat enim Domini custodiam contra noctis pericula. Et dicitur acuta voce, & cũ neuma: ex quo excitati & memores facti ineffabilis gaudij, quod erit merces laboris nostri, canimus cãticum Symeonis: Nũc† dimittis, &c. Quod est Lucæ ij. cap. Primò, vt illius exemplo pacem inuenientes, mereamur videre lumen. quod est Christus. Secundò, ideò istud Canticum canimus, quia sicut sanctus Symeon cupiens ex hac vita in alteram transire, illud cecinit, sic & nos cùm dormire debeamus, quasi morituri, quia somnus est quasi mortis imago, illum canimus, per quem nos Domino commendamus. Tertiò, propter causam sub Vesperis dictã. Quartò, quia Canticum illud est de vtroque aduentu. Vnde meritò illud dicimus, vt promissionibus alliciamur, & à vitiis quiescamus. Considerandũ est autem† quòd cũ septem sint partes cæterarũ horarum, scilicet versus, cum Gloria patri, Hymnus, Psalmus, lectio, cantus preces, & oratio, in tribus tamen horis, scilicet in matutinis laudibus, & vesperis, & in cõpletorio additur & octaua, videlicet Canticũ Euangelicum. quoniã hæ tres horæ pertinent ad octauam, id est, Domini resurrectionem: quia mane surrexit. In vespere se discipulis manifestauit. In completorio, discipulis ait: Pax vobis. Eapropter in his tribus horis hymnus, qui est exemplum læritiæ ipsum sequitur: vt continetur in Euangelio gratiæ. Euangelium gratiæ huius officij, est Canticum Symeonis, scilicet: Nunc dimittis, in quo pacem rogamus æternã, vt sicut Symeon trãsire cupiens, postquàm vidit Christum dimitti rogauit: sic & nos post lumen fidei perueniamus ad splendorem spei, vbi erit pax æterna, †Consequenter oratio dominica & preces dicuntur: quibus etiam cõtra noctis phantasmata nos munimus. Subiicitur etiã Symbolum, in quo nostræ fidei professio continetur: vt si fortè nos mori contigerit in confessione fidei moriamur. Fit etiam in quibusdam Ecclesiis, Iacob. 5 sicut & in prima, confessio generalis. Alterna enim confessione inuicem nos emẽdamus. Iuxta illud: Confitemini alterutrum peccata vestra, ne demus requiem tẽporibus nostris, donec inueniamus locum Domino. Precibus & oratione completur hoc officium, iuxta illud Apostoli: Orantes pro inuicem, vt saluemur. Rursus preces, mystica humilitatem significant, quę in fine debet esse: quia sicut in principio ipsa necessaria est, ad quod significandũ voce humillima hoc seruitũ Psal. 37 inchoatur: ita in consummatione cadẽ humilitas monstrãda est, contra superbiam: in qua ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem. Post preces opilio noster siue sacerdos, cõmendans Domino gregem suum, dicit collectam. Vnde non est congruum, vt post hoc officium aliquid

10 aliquid aliud fiat, nisi quod pertineat ad quietem. Et attende, † quoniam ad primam & ad completorium Apostolorũm Symbolum non dimittimus: quia cuncta opera nostra in eius nomine incipimus, & concludimus in quem credimus. Similiter ad vtrumque officium confessionem, & Miserere mei Deus adiicimus, vt quicquid in nocte peccauimus, aut in die deliquimus, per confessionem & pœnitentiam diluamus, adimplentes illud: Confitemini alterutrum peccata vestra. Respicientes etiam illud, quod olim sacerdos farinæ assarium offerebat, in die vicis suæ, medietatem in mane, & medietatem post meridiem. Sacrificium autem nostrum, est spiritus humiliatus. Vltimò no-
11 tandum est, quòd omnia † officia diurna quantum ad psalmos, inuariabilia sunt, nocturna verò variabilia. Per noctem enim, intelligitur mundus iste, qui variabilis est: per diem verò, ille æternus, qui est invariabilis: de quo scriptum est: Ordinatione tua perseuerat dies. Et est verior litera, Perseuerat in singulari, quàm perseuerant in plurali: licet aliter quasi communiter proferatur. Hoc etiam officium in quibusdam Ecclesiis, quantum ad hymnum, inuariabile est, prout subtit. de Prima dictum est: & etiam quantum ad psalmos, lectionem, preces, & collectam, ita quòd pro nullius Sancti solennitate, sicut nec officiũ primæ variatur: pro eo, quia in illa de pace, & specialiter de illa, ad quam suspiramus, agitur, quæ vt præmissum est, inuariabilis est: hoc duntaxat excepto, quoniam in dominicis diebus dicunt ad primam
12 illos quinque psalmos, scilicet: Deus Deus meus respice in me, &c. Et sequentes psalmos: Confitemini, prout ibi dictum est † Sed quare illi quinque psalmi in prima, & versus, In manus tuas Domine, &c. in cõpletorio potiùs, quàm in aliis horis ponuntur? Responsio, Christus cui in his horis canimus, qui est principium & finis, in cruce pendens, legitur incepisse psalmum illum, Deus Deus meus, & omnes psalmos sequentes feriatim, vsque ad dictum versum dixisse: & ibi finiuisse, & spiritum emisisse. Meritò igitur & nos in passionibus huius seculi constituti, ad ipsius imitationem in hora prima, quæ est in principio horarum diei, & non alibi dictos quinque psalmos, & in completorio, quod secundum aliquam considerationem, est finis, siue vltima horarum die, debemus dicere versum ipsum. Quòd verò hoc officium ad vltimam diei horam pertineat, hac consideratione apparet. Nam in prima dicis quatuor octonarios versum in psalmis: duos pro prima, & duos pro secunda horis: & in tertia sex, duos pro tertia, duos pro quarta, & duos pro quinta. Et in sexta sex: duos pro sexta: duos pro septima & duos pro octaua. Et in nona sex: duos pro nona, duos pro decima, & duos pro vndecima. Restat vltima hora, scilicet duodecima, ad quam pertinet completorium, quod notat hymnus: Te lucis ante terminum. Præmissos autem octonarios combinamus. si duo charitatis præcepta obseruamus, facimus vndecim combinationes: vt pro quauis hora diei in qua deliquimus, vnum Domino legis & charitatis

binarum offeramus, vt pro prima, Beati. pro secunda, Retribue. pro tertia, Legem pone. pro quarta, Memor esto. pro quinta. Bonitatem. pro sexta, Deficit. pro septima, Dilexit. pro octaua, Iniquos. pro nona Mirabilia. pro decima, Clamaui, pro vndecima, Principes. Fiunt ergo vndecim combinationes ad emendandum vndenarium nostrę transgressionis: & in quolibet octonario aliquid de lege Domini memoratur: quia per eam vinea colitur: & denarius æternitatis acquiritur.

Sunt ergo xxij. octonarij, qui per horas diei dicuntur, propter rationem sub tit. de prima, dictam. Et dicuntur bini & bini, & sic duplicati fiunt xj. Vndenarius † enim numerus, significat transgressionem: sicut denarius perfectionem. Dicuntur ergo per vndecim: vt ea quæ in illis dicuntur transgressionem mandatorum suorum nobis relaxaret.

***

LIBER

LIBER SEXTVS. 475

SVMMARIVM.

1 *Annus solaris, quatuor temporibus distinguitur.*
2 *Annus magnus huius mundi, quatuor temporum varietate mensuratur. & num. 3. 4. 5.*
6 *Tempus Hyemis & deuiationis, repræsentat Ecclesia, à Septuagesimæ vsque ad Pascha.*
7 *Tempus Veris & renouationis, in aduentu Domini.*
8 *Tempus Æstatis & reconciliationis, in tempore Paschali.*
9 *Tempus Autumni & peregrinationis, à Pentecoste, vsque ad aduentũ.*
10 *Tempora quatuor huius mundi, considerãtur iuxta quatuor diei summas partes. Item iuxta quatuor summas Christi actiones & nu. 11.*
12 *Officia cur Ecclesia inchoent à tempore Veris, siue renouationis.*
13 *Libri quinam legendi per totum anni circulum, in Ecclesia, vide per discursum num. 14. 15. 16. 17. 18. 19.*
20 *Testamentum duplex, vetus & nouum, & quid testamentum.*
21 *Scriptura, cur dicantur vetus Testamentum, & quare Scriptura, nouum. num. 22.*
23 *Officium Ecclesiasticum, in quibus consistat.*
24 *Libri Ecclesiastici, tres sunt.*
25 *Graduarius liber: & quid trophonarius num. 26.*
27 *Liber lectionum, plures sunt, quos percurrit num. 28. 29. 30. 31. 32.*
33 *Dauidis, Pauli, & Matthæi scriptura cur frequentius vtatur Ecclesia.*
34 *Psalterij triplex vsus, & quoties à Hieronymo versum.*

ARGVMENTVM.

De officiis Dominicarum, specialiter, & quarumdam feriarum, & festiuitatum Domini, & ieiuniorum quatuor temporum. CAP. I.

IN proxima præcedenti parte, de diuinis officiis in genere diximus nunc autẽ de specialibus & diuersitatibus eorundẽ, per anni circulum ostẽdamus: videlicet de officiis Dominicarũ, & quarundam feriarum & festiuitatum Domini, & de ieiuniis quatuor temporum, & de conuenientia ipsorum officiorum tam nocturnaliũ quàm etiam missæ, non vnius dũtaxat Ecclesiæ, sed diuersarũ officia prosequẽtes. † Ad + quorum euidentiã est distinctio temporũ præmittẽda. Si quidem annus solaris quatuor tẽporum successione dilabitur, scilicet hyemis, in quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

in quo semina iaciuntur. Veris, in quo seminata prodeunt, & in spicas acuuntur, Æstatis, in qua messes albescunt, & falce succiduntur, & Autumni, in quo per ventilationem grana à paleis separata, in horreis reponuntur. Sic & magnus vitæ præsentis annus durans ab initio seculi, vsque ad finem mundi, quatuor temporum varietate mẽsuratur. † Primum tempus fuit deuiationis in genere humano, videlicet ab Adam, vsq; ad Mosem, in quo declinauerũt homines à cultu Dei, qui vera lux est facti idololatræ & nil illuminationis doctrinæ habentes: & simul inutiles facti sunt, & non fuit qui faceret bonũ, vsq; ad vnum. Tunc enim homo reliquit creatorẽ suũ, & de lapide dixit: Tu es Deus meus. Hoc tempus, quia fuit ignorantiæ & cæcitatis, bene concordat hyemi, in quo obscuritas regnat. Secundum † tẽpus, fuit reuocationis siue renouationis: videlicet à Mose vsque ad natiuitatem Christi, quo edocti sunt homines per legẽ & Prophetas de aduentu Christi, de cuius ratione peccati, & dilectione vnius Dei. Tũc Dominus dixit ad Israël:

Deut.6 Audi Israël: Dominũ Deũ tuum adorabis, & illi soli seruies. & doctus est homo, quid sibiipsi, quid Deo, quid proximo facere teneretur. Postmodum ob eandẽ causam suscitauit Prophetas, vt scilicet prædicatio hominẽ magis ab erroribus reuocaret. Hoc tẽpus cõcordat cum Vere, quod habet aliquid luminis, sed multum obscuritatis. † Tertium tempus fuit regressionis, siue recõciliationis, & visitationis: videlicet

2.Cor.6. à natiuitate Christi vsque ad ascensionem eiusdem, per quam facta

Luca 1 est gratia hominibus, & prædicatio Euangelij, de quo dicitur: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Hoc est tempus gratiæ: quia Oriens nos visitauit ex alto: in quo tẽpore Dominus, qui est sol iustitiæ, mundum sua præsentia visitauit, & propria doctrina sufficienter illustrauit. Hoc tẽpus concordat cum æstate, in qua claritas regnat. † Quartum, est peregrinationis, videlicet ab ascensione Domini, vsque ad diem iudicij, vbi erit consummatio seculi: quod tempus est habens multum luminis, quia Dei misericordia reuelata sunt diuina mysteria. Habet tamen aliquid obscuritatis nostra negligentia faciente: & sic concordat cum Autumno, qui habet aliquid obscuritatis, sed plus claritatis. In primo tempore, vigor fidei, flos spei, fructus charitatis, frigore infidelitatis exaruit. In secundo vinea Domini aliquatenus viruit & floruit. In tertio virens & florens fructus yberrimos attulit. In quarto, cadentibus foliis verborum, decolorari cœpit. Rursus tempus deuiationis, dictum est tempus culpæ, & pœnæ.

Luca 18 Nam propter ipsam deuiationem homo subiectus est culpæ: & propter culpam pœnæ. Vnde dicit Dominus: Putas, cũ venerit Filius hominis, inueniet fidẽ super terrã? Tempus renouationis dicitur, tempus doctrinæ, & prophetiæ propter decalogum, per quod docuit Deus populum humanum. Tempus reconciliationis, dicitur tempus liberatis & gratiæ atque lætitiæ. Tempus peregrinationis dicitur tempus luctus & pœnæ, siue laboris, & pœnitẽtiæ: quod nos facimus declinationis & negligẽ-

& negligentiæ. Primum, fuit desperationis. Secundum, respirationis, Tertium, liberationis. Quartum, exercitationis. Hæc quatuor tempora repræsentat. Ecclesia singulis annis, siue status Ecclesiæ per hæc quatuor tempora variatur. Tempus hyemis & † deuiationis, in quo mors regnauit, repræsentat Ecclesia à Septuagesima vsque ad Pascha, recolens casum, & pœnam primorum parentum, propter eorum culpam: & ideò cantica lætitiæ, excepto, Gloria Patri, subticentur, prout sub tit. de Septuag. dicetur. Siletur enim, Gloria in excelsis Deo, quando in testimonium pacis auditum est quando veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit. Tempus † Veris & renunciationis, repræsentat Ecclesia in aduentu Domini, per quem omnia renouata sunt vsque ad natale Domini. Vnde ad notandum, quod patres illius temporis habuerunt aliquid luminis: sed multum obscuritatis, respectu sequentium, minora Cantica lætitiæ cantat: Gloria Patri, & allelu-Ia: sed maiora supprimit, scilicet Gloria in excelsis, Te Deum laudam⁹, & sequentias, prout ibi dicetur. Quia enim hoc tempore peccatum regnauit, non propter ignorantiam, vt mors prius, sed propter carnis infirmitatem, ideò canitur allelu-Ia: quia patres huius temporis sub lege fuerunt; sed Gloria in excelsis siletur, quod signum est pacis & iustitiæ, quam lex dare nequiuit. † Tempus æstatis & reconciliationis siue regressionis repræsentat Ecclesia ab octaua Paschæ vsque ad octauam Pentecost. quia per paschalem agrum reconciliamur Deo: omnia Cantica lætitiæ & ferè post omnes dictiones, allelu-Ia multiplicamus, ad significandum habitum gaudium de nostra resurrectione. Significat etiam tempus illud, statum fidelitatis æternæ: tunc &, Gloria in excelsis: canitur, quia in resurrectione iustitia, id est, charitas perficietur, & plena pax dabitur. Duplex enim allelu-Ia canitur, in albis, & in dominicis illius temporis, & stantes tunc oramus. In priuatis verò feriis, Gloria in excelsis, & duplex allelu-Ia non canitur, licet sæpè allelu-Ia, præterquàm in lxx. dicatur prout sub titulo de Septem diebus post Pascha, & in sequenti titul. dicetur. † Tempus autumni & peregrinationis, repræsentat Ecclesia, ab octauis Pentecost. vsque ad aduentum Domini: quia nobis Deo reconciliatis, non restat, nisi vt nos peregrinos reputemus cum Psalmista dicente: Aduena ego sum & peregrinus &c. cantans omnia lætitiæ Cantica, ad designandum gaudium his quibus sunt diuina mysteria reuelata: quandoque tamen aliqua cantica subticet, nec multiplicat allelu-Ia: sicut fecit in tempore præcedenti, ad significandum declinationem à bono, quam nobis negligentia nostra parit, & cantat allelu-Ia in spem resurrectionis, & Gloria in excelsis, pro iustitia reddita. Item quotidie dicit allelu-Ia, sed non Gloria in excelsis: vt dicetur sub Tempore Aduentus. Cantat etiam allelu-Ia, post graduale in signum laboris, per quem ad patriam vitæ transeundum est. Ex præmissis colligitur euidenter, quòd rectè in principio hyemis homo, quasi desperans, dicit: Circundederunt me gemitus mortis: in principio *Psal.17*

Veris,

Veris, quasi respirans dicit, Ad te leuaui animam: in principio æstatis architectus Ecclesiæ Petrus, renatis per baptismum, & illuminatis per
1. Pet. 2 gratiam, dicit: Quasi modo geniti infantes, &c. In principio autumni, exultans de Dei misericordia, dicit: Domine in tua misericordia speraui, sed attendens miseriam, in quam ex sua negligentia lapsus est, fiatim subiungit versiculum, Vsquequo Domine obliuiscéris me in finem, & graduale: Ego dixi Domine, miserere mei, sana animam meam, quia peccaui tibi. † Rursus hæc quatuor tempora considerantur secundùm quatuor principales diei partes, quæ sunt nox, pertinens ad tempus deuiationis: nox enim obscura est, & idololatræ cæci erant. Aurora, pertinens ad tempus reuocationis. Meridies, pertinet ad tempus reconciliationis, siue regressionis. Et vespera, pertinet ad tempus peregrinationis. † Designatur etiam per quatuor principales Christi actiones, quæ sunt natiuitas, passio, resurrectio, & aduentus ad iudicium. Ad natiuitatem pertinet circuncisio, apparitio, baptismus, & purificatio. Ad passionem ieiunium, & tentatio. Ad resurrectionem, ascensio in cœlum, & sancti Spiritus emissio. Ad aduentum ad
Matth. 3 iudicium, transfiguratio, & miraculorum operatio. Item, passio comparatur hyemi, natiuitas Veri, resurrectio æstati, aduentus ad iudicium, autumno: quando vetus dierum sedebit, tenens ventilabrum in manu sua, & mundabit aream suam, &c. Item natiuitas Christi concordat tempori reuocationis seu renouationis propter Prophetas, qui eum multis modis prædixerunt: passio Christi tempori deuiationis propter pœnam culpæ priorum parentum. Resurrectio, tempori re-
Psal. 38 gressionis, propter lætitiam. Aduentus ad iudicium, tempori peregrinationis, quia huiusmodi tempus durabit vsque in diem iudici: vnde Propheta: Aduena ego sum apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei. Tempus ergo reuocationis siue renouationis, quæ facta est per legem & Prophetas, durat vsque ad natale Domini tantùm, vt patet: missum est: alij tamen dicunt, quod vsque ad Septuagesimam, & ibi incipit tempus deuiationis. Sed secundum primum dictum, quæritur de tempore, quod est à natali Domini vsque ad lxx. sub quo dicto tempore continetur. Super quo dicunt quidam, quòd tempus quod est à natali, vsque ad octauas Epiphaniæ, pertinet ad tempus regressionis, quod est tempus gaudij, sicut & illud: vnde & in quibusdam Ecclesiis tunc albis vtuntur vestimentis, sicut tempore Paschali, neque tunc ieiunatur, nec genua flectentur. Reliqua verò pars, scilicet ab octauis Epiphaniæ vsque ad lxx. sub tempore peregrinationis continetur: & licet Esaias legatur die natalis Domini, non ideò dies illa est, secundum ipsos, de tempore reuocationis. Alia enim consideratione hoc fit, & ante Euangelium in nocturnis, & ante epistolam in missa. Supponitur enim tunc basis columnæ, vt per vtrumque Testamentum patet: tas Christi probetur. † Item quæritur, quare à tempore Veris siue renouationis, seu reuocationis incipiunt Ecclesiæ officia: Videtur enim quòd

quòd deberent incipere à tempore hyemis, siue deuiationis, quia prius est deuiatio, quàm à deuiatione reuocatio. Præterea, in tempore deuiationis legitur primus lib. Theologiæ, scilicet Geneseos. Super hoc dicunt quidam, quòd hoc facit ecclesia ne incipiat ab errore. Sed certè non dicitur tempus illud deuiationis, eò quòd ecclesia illo tempore deuiet: sed quia errorem priorum parentum recolit, vt nos ad pœnitẽtiam trahat, & ideò hæc ratio non placet. Est ergo ratio, quæ per aduentum Domini noua facta sunt omnia. Vnde Apo. Ecce noua fac. omn. ideò in honorem aduentus Domini, à tempore renouationis incipit ecclesia officium suum. Præterea, si inciperet ab hyeme, vtens verbis desperatio- Apoc. 21
nis, posset homo illa audiens desperare. Meritò ergo incipit à Vere vt cùm posteà audierit verba desperationis, non desperet: quia præcessit
13 certa promissio veræ liberationis, quæ fit in aduentu. Incipit ergo à tempore renouationis, seu reuocationis, in quo tenet rem. † Qui autem libri, & quibus tẽporibus legantur, breuiter est videndum. Et quidem in plerisque locis ab aduentu Domini vsque ad natale eius legitur Esa. qui quantò de Christo vrbaniùs cæteris prophetauit, tantò natiuitati eius legitur viciniùs, præterquàm in ieiuniis quatuor temporum, quæ proprias habent lectiones. In ipsa etiam natiuitate non solùm de illo legitur & cantatur: sed etiam de causis ipsius festiuitatis, prout in
14 omnibus fieri solet festiuitatibus, quod fit, ad ostendendum magnum gaudium nobis cœlitus datum. † In prima verò dominica post natale legitur in quibusdam ecclesiis de epistolis Pauli ad ipsam pertinentibus natiuitatem. In octaua natalis de Sermonibus, & de Homilia Euangelij eiusdem dici. In Epiphania de Esai. secundum Gelasium Papam. xxv. dist. sancta. in palea. In octaua Epiphaniæ de homilia eiusdem dici.
15 Ab octaua epiphaniæ vsque ad lxx. canitur de Psalmis: & leguntur epistolæ Pauli: in quibus legitur de labore & luctu, & pugna eius † In Septuagesima verò, vsque ad Dominicam ante ramos palmarum, legitur Pentateucum. Septuagesima enim tempus nostræ captiuitatis & pœnæ & culpæ designat: de qua mysticè ad Hierusalem redire debemus, sicut per Hebræos olim de Babylonica captiuitate exeuntes, figuratum est. Vt ergo memores sint captiuitatis suæ, qui sursum tendunt legitur primò de Adam, qui in principio mundi factus est, & de ejectione eius de Paradiso: deinde de diluuio, & quomodo Abraham exiuit de terra sua, & de mundi huius laboribus, exemplum patientiæ: & sicut olim Hebræi captiui ducti in Babyloniam, in tristitia fuerunt ferè vsque ad finem septuaginta annorum: & concessa sibi licentia repatriandi gaudentia dierum, scilicet in Septuagesima tacemus voces, & Cantica lætitiæ vt præmissum est, & sub titul. de Tempore aduentus dicetur, quindecim tamen diebus ante Pascha legitur Hierem. quia ille apertiùs, quàm alij de passione tractauit, & in propria passione, Domini passionem præsignauit. Ab octauis verò Paschæ quindecim diebus vel

secundum

secundum alios, vsque ad quartam Dominicam post pascha Apocal. legitur & cantatur propter mysteria passionis, & resurrectionis, quæ Ioanni reuelata sunt, & Apostoli prædicauerũt. In Apoc. enim fit mentio de ciuitate noua Hierusalem. † Deinde vsque ad Ascensionem leguntur epistolæ canonicæ & Actus Apostolorum, & cantatur de Pascomis: quia & Dauid prophetauit de passione, & resurrectione & Ascensione, & Apostoli prædicauerunt, quæ à Domino didicerunt, vsque ad Ascensionem eius corporali præsentia perfruentes. Inter Ascensionem verò & Pentecosten cantatur de ipso, festo: quia Discipuli sursum subleuati, promissa Patris munera expectabant. Ab octauis Pentecost. vsque ad Calend. Augusti, leguntur libri Regum & Paralipomenon, & cantatur, Deus omnium: quia sicut Samuel, Saul, Dauid, & alij pro lege Domini pugnauerunt: sic & nos postquam accepimus donum Spiritussancti in baptismo, virtute debemus pugnare contra dæmones formati, nati, nutriti & armati. † A Calendis Augusti vsque ad Calendas Septembris, legitur & cantatur de Sapientia: quia in pugna maxime necessaria est sapientia, vel quia Augustus sextus est mensis, & in sexta ætate, quia Deus venit, debemus propter eius præsentiam sapienter viuere, quia inter nos audita est sapientia ipsa, quæ ex ore altissimi prodiit. Rursus mensis ille calidus est & medius in anno. Per quod media hominis ætas designatur: & in media ætate, vbi quisque absq; sensu vitiorum plus ascenditur, plus succurrere debet sapientia. In Septembri legitur & cantatur de Iob, Tobia, Esdra, Iudith, & Hester: quia hi aduersa patienter sustinuerunt, & Ecclesia in fine mundi aduersa omnia pro Domino tolerabit. † Ad Calendas Octobris, vsque ad Nouembrem leguntur libri Machabæorum, & cantatur de eis: quia iste octauus mensis lætitiam resurrectionis mysticat, quia sicut Iudas finitis præliis & restaurato templo in hymnis & confessionibus beneplacitis dicebant Dominum, sic in gloria resurrectionis & magnæ festiuitatis deuictis præliis diabolí, sancti & iusti in Domino festinabunt, & gaudebunt, iuxta illud, Beati qui habitant in domo tua, Domine. † A Calendis Nouembris, vsque ad aduentum Domini leguntur Ezechiel, & Daniel, & duodecim prophetæ minores, cum responsorijs: Vidi Dominum, &c. Ezechiel enim vidit quatuor animalia in figura quatuor Euangeliſtarum, quæ natiuitatem, passionem, resurrectionem, & ascensionem docuerunt. Isti ergo ideò ante aduentum leguntur: quia clarius Christi aduentum prædixerunt. Denique Aurelius Papa in Bucardo. lib. iij. cap. hi qui statuit vt qui inuenti fuerint libros famosos & ignotos in Ecclesia legere vel cantare, excommunicentur. Ex præmissis ergo liquet quod in Ecclesia libri noui & veteris Testamentorum leguntur, quod etiam in suis locis dicetur. de ordine etiam aliorum librorum dicetur sub dominica ij. post Penteco. † Et est notandum, quod Testamentum dupliciter accipitur. Nam promissio ipsa, scilicet id quod testatur seu legitur, dicitur testamentum. Vnde noui Testamen. dicitur g. gratia

gratia fidelibus promissa, scilicet fides & charitas. Cæteræ virtutes sine vita æterna in futuro, & virtus in præsenti vita, & Apostolus ideò noui Testa. testator est: vt repromissionem accipiant, qui vocati sunt, hæreditatis æternæ. extrà de cele. mis. cum Marthæ. § cæterũ. Scriptura etiam, qua illa promittuntur, dicitur Testamentum. Vnde nouum Testamentum, dicitur scriptura noui Test. & vetus Testamen dicitur scriptura vete. Testamen. de consec. dist. iiij. sicut in sacra. in princ. Et hæc quasi humana similitudine dicũtur. Sicut enim qui testamentum condit, hæredem instituit, chirographum facit, testes aduocat, agenda per hæredem dicit: sic & Deus Pater volens filios Israël in terra promissionis hæredes instituere. chirographum fecit, id est, legem dedit testes acciuit, scilicet Mosem & Aaron, & agenda per illos edixit: & hoc est vetus Testamen. Sed quia in eo transitoria & temporalia promittebat. extrà de cele. mis. §. cæterum. ideò Christus volens Christianos, scilicet fideles, æternæ hæreditatis hæredes facere, cõsequenter nouum Testam. condidit, scilicet Euangelium, aduocauit testes testes scilicet Apostolos, eisque agenda indixit, quod Testament. tandem morte propria confecrauit. Prætereà testamentum est testatio mentis, qua quisque, quod mente concipit, ore testatur: & per scripturam corroborari iubet. xiiij. q. ij. §. Et illud. Vnde de hac etiam similitudine hic & illa scriptura dicitur Testamentum. Cæterùm ideò illa scriptura dicitur vetus Testamentum. † Primò, quia vetera, id est, terrena, scilicet ad veterem hominem pertinentia promittebat, dicens: Si hæc & illa feceretis, bona terræ comederis, & iterum: Terrã fluentem lacte & melle dabo vobis, & similia. Vnde illud vetus & transitorium fuit. Secundò dicitur vetus Testamen. quod per veterem hominem, scilicet per Mosem veterem vetustate peccati ministratum fuit. Tertiò, quia nouo superueniente cessauit, & desiit tanquam aliquid vetustum. Vnde Apostolus: Vetera transierunt, ecce noua facta sunt omnia. Quartò, dicitur vetus respectu noui, quia eo fuit antiquius tẽpore. Quintò, quia vetustare peccati nos liberat. † Hæc verò scriptura nouum dicitur Testamentum. Primò, quia noua, id est, cœlestia, scilicet ad cœlestis hominis conseruationem pertinentia promittit dicens: Qui agrum aut domum, &c. centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Secundò, dicitur nouum, quia per nouum hominem, id est, ab omni peccato immunem, scilicet per Christum ministratum est. Tertiò, dicitur nouum, id est vltimum: quia nouissimum homini testamentum immobile perseuerat. quod testamentoris obitu confirmatur, vt extrà de cele. mis. cum Marthæ §. cæterùm. & xiij. q. ij. c. vlti. Hinc enim dicitur æternum, id est, perpetuum quasi durabile ac immutabile, de quo dictum est in iiij. Parte sub septima particula Secreti, super verbo, Noui & æterni. Christus enim iam non moritur, & mors illi vltrà non dominabitur. de consec. dist. secunda, semel. Quartò dicitur nouum respectu veteris: quia illo magis est nouũ tempore,

Hebr. 9

2. Cor. 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel quia vetus lex est quasi radix : ipsum verò nouum Testamentum est quasi fructus. Quintò, quia innouat: non enim illud dicunt, nisi homines renati ex vetustate per gratiam pertinentes iam ad nouum Testamentum, quod est regnum cœlorum.† Circa libros ecclesiastici officij sciendum est, quod ipsum officium consistit in cantu & in lectione de cãtu tres sunt libri, de lectione sex. Sunt etiam quidam alij libri ecclesiastici, prout in secunda parte in fine Tractatus de Sacerdote dictum est. Sanè tres libri de cantu, sunt antiphonarius, graduarius, & trophonarius. Antiphonarius, à digniori videlicet, ab antiphonis nomen sumpsit: quas beatus Ignatius patriarcha audiuit per angelos decantari: cum tamen ibi sint responsoria atque versus. In plerisque tamen locis liber iste responsonarium, à responsoriis, quæ ibidem continentur, appellatur. Graduarius, dictus † est à gradualibus, quæ in eo continentur qui à pluribus officiarius nuncupatur, ab officiis seu introitibus, qui ibi continentur. Gruduale, dictum est à gradibus: prout dictum est in quarta parte sub titu. de graduali. De intitulatione graduarij, antiphonarij, & lectionarij, in sequenti tit. dicetur. † Tropharius est liber continens τρόπους, id est, cantus qui cum introitu missæ dicuntur, præsertim à monachis. Vocantur etiam τρόποι sequentiæ seu prosæ Κυριελέησον, & neumæ. Et dicitur à τρόπος quod est cõuerbo: de quo in eadem parte sub tit. de Introitu dictum est. Quidam etiam hunc librum prosarum, à prosis appellant. Vitalianus cantum Romanum instituit, & organo concordauit.† Cæterum libri lectionum sunt 4: isti: Primus, est bibliotheca. Secundus, homiliatius. Tertius, passionarius. Quartus, legẽdarius. Quintus, lectionarius. Sextus, sermologus. Bibliotheca, à Græco nomen accepit, & est nomen æquiuocum, sicut locus, in quo libri reponuntur, & volumen, ex omnibus libris veteris & noui Test. à Hiero. compositum.† Homiliarius & liber continens Sanctorum Homilias: & legitur in Dominicis, & in natali, & in festis Sanctorum propria Euãgelia habentium: & in Pascha & Pentec. cum ferialibus eorundem. Homilia autem, idem est quod bona laus, siue verbum ad populum. Et not. quòd plures fecerunt Homilias, videlicet Aug. Hiero. Beda, Orig. Greg. & alij. Beda tamen alias non composuit, nisi quas Aug. composuerat: sed suis verbis easdem superuestiuit. Augustin. verba disputationis habuit, Beda verò stylum sermonis & lectionis. Quare Beda vocatur venerabilis, vt in septima parte sub festo dicetur. Item non omnes Homiliæ authenticæ sunt, vt quædam Origenis, qui ad hæresim dicitur declinasse. Aliquæ tamen Homiliæ ipsius à beato Hieronim. teste Papa Gelasio, leguntur fuisse correctæ seu approbatæ. xv. dist. sancta. in palea. Et quandocunque illa in Ecclesia leguntur, nomen Authoris, propter hæresis infamiam subticetur, sicut & nomen Salomonis, qui deceptus fuit à mulieribus, tacetur in lectionibus propter infamiam idololatriæ, sed dicitur : Lectio libri Sapientiæ : sic etiam quia Moses hæsitans ad aquas contradictionis

Dominum exacerbauit, non dicitur Lectio libri Genesis Mosi legislatoris, sicut dicitur: Lectio libri Apoc. beati Ioannis Apostoli. De hoc agitur in Proœmio. v. partis & sub Sabbatho Paschali. Volunt tamen quidam, quòd in principio Homiliarum ipsius dicatur: Homilia Origenis correcta seu approbata à Hieroni. & in sequentibus dici debet 29 Homilia eiusdem.† Passionarius est liber continens passiones Sanctorum, & legitur in festis Martyrum. Plures autem sunt passionarij, quorum quidam canonizati, quidam verò teste Papa Gelasio. xv. distinct. sancta in palea. sunt apochryphi: vt de b. Georgio & Cyricio, & Iulita, & alij quidam quos hæretici compilasse dicuntur : quare in Ecclesia legi interdicuntur. Antheros Papa statuit Martyrum gesta scribi, & in Ecclesiis haberi, & hoc propter maximum presbyterorum numerum 30 Martyrio coronatum.† Legendarius autem vocatur liber ille, vbi agitur de vita & obitu Confessorum, vt Hilarij, Martini, & aliorũ Con- 31 fessorum, & legitur in festis eorum, duntamen authenticatus sit.† Lectionarius est, in quo lectiones epistolarum Pauli, & aliæ legũtur: qui 32 quandoque epistolarius dicitur, & etiam legẽdarius dici potest.† Sermologus, est liber continens sermones, quos papa & alij plures Sancti compositerunt : & legitur in festis Confessorum à natali vsque ad octauas Epiphaniæ, in purificatione beatæ Mariæ & in festo omnium 33 Sanctorum, & in pluribus aliis. † Considerandum est quoque trium Scripturas præcipuè in Ecclesia frequentari: scilicet Dauid Prophetæ, qui fuit homicida, proditor & adulter. Matthæi Apostoli, qui fuit publicanus, & in hoc ipso infamis : & Pauli qui fuit crudelis Christi & Ecclesiæ persequutor, & etiam August. qui fuit Manichæus, & tempore Theodosij Imperatoris conuersus est: quod fit in exemplum, videlicet vt alij peccatores non desperent, sed sperent, si tamen pœnituerint, posse veniam consequi : quantumlibet graui noxa perplexi sint, 34 & orationes & eleemosynas eorum post pœnitentiã posse Deo complacere.† Et est sciendum quòd beatus Hierom. tempore Damasi Papæ correxit psalterium lxx. interpretum, quod tunc cantabatur vbiq; & adhuc iuxta ordinationem Greg. papæ qui postremò officium ecclesiasticum ordinauit, secundum illud: antiphonas, responsoria, allelu ia tractus, & alia quædam in Ecclesia decantamus. Subsequenter verò psalterio ipso iterato corrupto, idem Hiero. illud de nouo interpretatus est ex Græco transtulit in Latinũ, prout ipse in ipsius psalterij Proœmio attestatur: quod nouum dictus Damasus rogatu ipsius Hiero. instituit decantari, & vulgariter Gallicum appellatur, & quasi vbique legitur & ferè cõmuniter cum suo Proœmio in textu Bibliæ habetur. Præmissum verò psalterium secundum lxx. Romanis remansit: & hodie illo vtuntur. Denique idem Hieron. attendens, quod Iudæi nobis improperabant, quòd psalteriũ falsificauerimus, quoniam à suo verbo discordabat, tertiò psalteriũ de verbo ad verbũ ex Hebræo transtulit in Latinũ, quod in pluribus à Gallico discrepat à Romano: pauci

tamen illud habent quamuis ab omnibus & in textu bibliæ deberet haberi. Et not. quòd quidam portant psalteriũ, sed in eo non psallunt, prout dictum est in tit. de Laudibus Maturinis. Quæ sunt Dominicæ, & dies, & priuilegiati, & principales, & qualiter dies Dña maior est aliis diebus, quibus nominibus dies septimę appellẽtur & qui sunt dies profesti, qui festiuales, siue solennes, in Proœmio vij. Partis dicetur. Grego. pap. xcij. dist. c. fi. instituit, ne in Ecclesia Roma diaconi cantare debeant: sed solùm Euangelicæ lectionis officia inter missarum solennia exoluant. Psalmos verò ac reliquas lectiones subdiaconi: vel si necesse fuerit minores ordines exhibeant siue dicant.

SVMMARIVM.

1 *Aduentus, est initium officij Ecclesiastici.*
2 *Petrus Apostolus, Aduentum instituit, in honorem quadruplicis Dominici aduentus.*
3 *Aduentus primus Christi, quid attulerit homini, quid secundus, quid tertius, quid quartus.*
4 *Aduentus per quot septimanas celebretur.*
5 *Per tres Aduentus hebdomadas, accipimus trium temporum partu.*
6 *Aduentus ieiunium, est exultationis partim, partim & mœroris.*
7 *Vrbanus Papa secundus officium beatæ Mariæ quotidianum instituit.*
8 *Antiphonæ laudum Dominicarum Aduentus, quare terminentur per Allelu-Ia.*
9 *Aduentus, quo tempore incipiat, & quot diebus constet. num. 10.*
11 *Aduentus prima Dominica, vnde inchoetur.*
12 *Aduentus intitulatio, cur duplex, & cur duplex inchoatio. Rationes vide ibid. & num. 13. 14. 15.*

De Tempore Aduentus.

CAP. II.

QVoniam, sicut præmissum † est, Ecclesiastica officia ab Aduentu Domini, quod est tempus renouationis incipiunt, meritò ab hoc tempore ducimus initium assumendum. † Prænotandum igitur est, quòd beatus Petrus primò instituit tres septimanas integras ante natale venerari, in commemorationem aduentus Christi: & quartam, quæ tamen nunquam perficitur: quia vigilia natalis non est de aduentu, vt infrà dicetur. Agitur ergo aduentus Domini per quatuor septimanas ad magnificandum, quòd est quadruplex aduẽtus Filij Dei, sed vltima nunquam finitur, quia Sanctorum gloria quæ dabitur in vltimo aduentu, scilicet ad iudicium numquàm terminabitur. Primus aduentus est in carnem, scilicet in vtero Virginis assumptam, de quo dictum est: Osanna filio Dauid: benedictus, qui venit in nomine Domini. Secundus, in mentem, qui descensus fit quotidie in cordibus fide-

fidelium per Spiritũ sanctum, de quo Ioan. xiiij. c. Ad eũ veniemus, & apud eum mansionem faciemus. & dicit Sap. ix. Domine, emitte sapientiam tuam, vt mecum sit. De his habetur Abacuch. ij. Si morã fecerit, expecta eum: quia veniẽs veniet & nõ tardabit: Tertius aduentus est in morte cuiuslibet: de quo dicit beatus Iac. Patientes estote, vsq; ad aduentum Domini. & Mat. xxiij. Si sciret paterfamiliãs qua hora veniret fur, &c. ideò & vos estote parati, &c. & iterũ: Si in prima vigilia venerit, id est, in iuuentute, & in secunda, &c. & ita inuenerit, scilicet in pœnitẽtia, beati sunt serui illi. Quartus erit in maiestate, qui erit in die iudicij. De illo legitur Esa. iij. c. Dominus ad iudicium veniet cũ senioribus populi sui. † Et not. q̃ primus aduẽtus liberauit animas à diaboli seruitute. Secundus, liberat eas à peccato. Tertius à pœna. Quartus, corpora liberat. Veruntamẽ Ecclesia nõ celebrat nisi duos aduentus, scilicet in carnẽ & ad iudiciũ. Nam primũ & secundũ reputat pro eodem: ideò enim venit in carnem, vt veniat in mentem; ideóque dictum est: Veniens veniet, & non tardabit. veniens, scilicet in carnem, veniet, scilicet in mentem, & iterum, quia vterque misericordiæ est. Similiter tertius & quartus habentur pro eodem: quia vterque est iustitiæ ratione vnius effectus. Celebrat ergo Ecclesia aduentum huiusmodi, sub binario, vt filiis suis generet timorẽ & amorẽ Dei. vnde in Psal. Eleuamini portæ æternales, &c. Timor Domini sanctus qui permanet in ætern. & amor, scilicet ipsius qui similiter in æternum durabit. Vnde j. ad Cor. xiij. c. Charitas nũquàm excidit. de pœ. dist. ij. charitas. timorẽ autem debemus ei, vt domino amorem vt Patri Vnde Malach ij. Si ego sum pater, vbi est amor? & si Dominus, vbi est timor: Celebratur ergo aduentus per quatuor septimanas. In † prima specialiter de primo aduentu cantat Ecclesia. In secunda & tertia de secũdo, & hoc ideò, quia anti qui Patres primum aduentum tantùm expectauerunt. Secũdum verò Anti qui & Moderni. In quarta verò septimana, recolit Ecclesia tempus, in quo Dominus descendit in vterũ Virginis. Vnde tunc: Rorate cœli desuper, & nubes pluãt iustum. aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Item tempus à primo aduẽtu, vsq; ad secundũ, recolit Ecclesia inter Pentec & aduentũ Domini, in quo cãtat allelu-Ia, in spe resurrectionis, & Gloria in excelsis Deo. pro iustitia reddita: & dicit quotidie allelu-Ia, quia spes eius nõ infirmatur. Sed gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, nõ dicit quotidie, sed tãtùm in festis: quia semper in fide. nõ semper in operibus laudat. Quotidie enim offẽdit: licet semper in fide iustitiã teneat. De hoc est dictum in Proœmio huius Parti, & dicetur sub titulo de Septem diebus post Pascha. Cæterùm per † tres aduẽtus hebdomadas trium temporum Patres accipimus. † Primi, fuerunt ante legem, qui procul à Deo remoti clamabant: Ad te leuaui. Secundi, sub lege, qui doctrina legis instructi, & ideò ad lumen propiùs accedentes, in introitu populus Sion appellatur. Tertij,

Iaco. 6

Esa. 65

fuerunt prophetæ, præsertim illi, quos inuenit Christi natiuitas, vt Symeon: quibus quia redẽptor esse propè dicitur cantantur in introitu: Gaudete. Asserunt etiã quidam, quòd in officio primæ hebdo. agitur de vocatione Iudæorum. In officio secundæ, de vocatione Gentium, vnde ibi dicitur: Ad saluandas omnes Gentes. In officio terræ, de vocatione vtriusq; populi. Vnde ibi dicitur: Nota sit omnibus hominibus. Rursus cãtatur in prima, in persona Ioannis. In secunda, prophetarum. In tertia, Apostolorũ. In quarta, in persona Doctorum. Tẽpore aduentus tacetur. Gloria in excelsis, quod pertineat ad natiuitatẽ vt in nocte natiuitatis deuotiùs & auidiùs decantetur, ad notandum hunc Hymnum primò fuisse nocte illa ab angelis decãtatum: quàm quàm maior gloria Christi est in Ecclesia tempore noui Testamenti, quàm fuerit in veteri. Tacetur etiam, Ite, missa est. quod pertinet ad resurrectionem. Meritò autem tacetur vtrunq; in aduentu: quia tãc vtrunq; expectatur. Pari etiam ratione tacetur, Pax vobis, quod similiter ad resurrectionem. Tacetur etiam, Te Deum laudamus: quia nondum præsens est, quem expectamus, & ad præsentes tantùm hoc Cantico vti solemus Et not. quòd hæc tria non semper se concomitantur, vt dicetur in Proœmio vij Partis. Sed quare Allelu-Ia, non tacetur hoc tempore, cùm sit Cantieum lætitię, nam in aduentu est ieiunium, ne tũc nuptiæ celebrantur? Præterea, aut est ieiunium mœroris, aut exultationis. Si mœroris, omnia Cãtica exultationis debent taceri. Si exultationis, omnia debent dici: ergo & Gloria in excelsis Deo. † Solutio: Hoc ieiunium est partim exultationis, & partim mœroris. Exultationis est, ratione primi aduẽtus, scilicet in carnẽ: de quo mentio fit in hoc tẽpore. Mœroris est, propter secundum aduentum, scilicet ad iudicium, de quo fit etiam ibi mẽtio: & ideò in eo quædã Cantica lætitiæ dicuntur propter aduentum misericordiæ & exultationis, & quædam subticentur, & ieiunatur, propter aduentum seueritatis & mœroris. Allelu-Ia ergo non subticetur, quoniam tempore aduentus aliquid est lætitiæ propter spem quã habuerunt de Christi incarnatione: & propter nostram certitudinem, quam habemus per primum aduentum de futura glorificatione. sed in septuagesima non sic: quia totum tempus illud mœroris est, & ideò tunc non dicentur Cantica angelorum, sed hominũ, vt ibi dicetur. In festis verò nouem lectionum, quæ occurrũt in aduentu, debet celebrari missa de festo solennis in tertia, cum Gloria in excelsis, &c. Ite, missa est. & deponitur cappæ nigræ seu violaceæ, & assumuntur solennes à minister. & sacerdote, prout festum requirit. In hora verò nona de ieiunio missa dicitur: & tunc dalmaticæ & subtilia, siue tunicellæ dimittuntur, & competentes tempori & ieiunio resumuntur, sicut in tertia parte habetur. de Dalmatica dictum est. In hoc quoque tempore officium beatæ Mariæ virginis non dicitur in Ecclesia: quia totum officium huius temporis ad laudẽ eius pertinet. † Et nota quòd Vrbanus papa secundus, qui fuit creatus M.lxxviij. & sedit annis xij mensibus quatuor in concilio apud Claromon celebrato, statuit, vt officium beatæ Mariæ virginis quotidie diceretur: & in die sabbati solenniter fieret: in quo officio matutino dicuntur illæ lectiones: O beata Maria, quis dignè. sumptæ ex illo sermone Augustini: Loquimur dilectissimi, &c. Hoc etiã tempore non debet fieri specialiter commemoratio alicuius Sancti præcedentis Christi aduentum, non quia omnes illi in infernum descenderunt: & ideò Ecclesia Occidentalis pro eis nõ solẽnizat: nec etiam sequẽtium, quia cum hoc tempore Ecclesia de aduẽtu filij Dei solennizet, non est aliorum solennitas admiscenda, imò minor cedit maiori: quia aduenięte principe, cessat magistratus. Idcirco cùm ipse sit præmium & corona Sanctorum omnium, & sit omnia in omnibus, & sufficiẽtia singulorum: superfluum foret recurrere ad aliorum suffragia mẽdicata. C. de pala. sacra largi. l. scrineis. in pria. lib. xij. Generalis tamen commemoratio omnium Sanctorum, bene fit: quoniam licet Sancti ex aduentu filij Dei speciale gaudium & præmium assecuti fuerint, maius tamen ad generale gaudium eorum extitit, quia creaturam rationalem ex vnione ad diuinam naturam viderunt ineffabiliter sublimatam: quia ergo bonum cõmune præponderat particulari, & per consequens generale gaudium eorum gaudio speciali: quia illud, quod præmissum est, fuit omnibus sanctis vtriusq; Testamenti ad gaudiũ, idcirco conueniens est, vt tempore ipsius aduentus eorum gaudium communiter & generaliter recolatur, & in generali omnium Sanctorum commemoratione, singulis diebus dicitur antiphona illa: Ecce Dominus veniet, & omnes Sancti eius cum eo, & erit lux magna in die illa, allelu-Ia, quæ pertinet ad quartũ aduentum, in quo apparebit gloria Sanctorum. Dicitur etiam cum ipsa antiphona oratio illa: Conscientias nostras quæsumus Domine visitando purifica, &c. in qua similiter concordando cum antiphona, fit generaliter commemoratio de omnibus Sanctis, dum dicitur ibi: Vt veniens cum omnibus Sanctis, & tunc pertinet ad quartum aduentũ, scilicet in maiestate. In multis tamen locis subtrahũtur verba illa: cũ omnibus Sanctis, & tũc pertinet ad secũdũ aduentũ, scilicet in mẽte. Nõ fit etiã cõmemoratio de cruce, sicut fit in aliis tẽporibus, ne prius videat Dominus passus, quàm natus. & iterũ ne fiat contra illud præceptum Exod. xxiij. & xxiiii. non coques hœdũ in lacte matris suæ, id est, Christũ non crucifiges, dum adhuc tener & lactans est. Cõtra hoc præceptũ fecerũt tũc Iudæi, qui Christũ eadem die, id est, eadẽ sexta feria, in qua, vt quidã dicũt conceptus est, crucifixerunt. † Notandum autem est quòd tempore aduentus omnes antiphonæ dominicales in matutinis laudibus terminãtur, pet Allelu-Ia, ad significandum gaudium de certitudine aduẽtus saluatoris habitum, vt in matutino officio sit quasi prædictio: & in matutinis laudibus notetur exultatio. Item, in prima, secunda & tertia hebdomada, reperiuntur responsoria

dominicalia,sed in quarta sunt specialia: quæ per hebdomadam cantãtur:& sunt quindecim:quia ille expectatur vẽturus, qui instituera vetus Testamentum,& erat instituturus nouum. Quindenarius enim numerus cõsistit ex septenario,& octonario:at septenarius ad vetus, octonarius vero ad nouum refertur Testamentum.In singulis quoq; septimanis cantus renouatur,propter gaudium proficienciũ,qui pro- *Psal.83* ficiunt de virtute in virtutem,vt videãt Deum Deorum in Sion.† Il- lud etiam notandum est,quòd prima dominica aduẽtus nunquã esse potest ante quinto Calẽdas Decembris:nec etiam post tertio Nonas Decembris:sed quæcunq; illarum septem literarum,quæ inter dictas Calendas & nonas includuntur,repræsentauerit dominicam: ibi est prima dominica aduentus.sed & in dominica proximiori festo beati Andreæ,vel Calendas Decembris siue antè,siue retrò,est semper initium aduẽtus:& si ipsum festum cadit in dominica, ibi etiam est initium aduentus.†Aduentus cõtinere debet xxj.diem,id est,tres septimanas integras ad minùs præter vigiliam natalis Domini. Veruntamen cùm aduẽtus incipiat à die dominica,si fortè cõtingat similiter natale in die dominica venire,oportet tempus aduentus per quatuor hebdomadas protelari:alioquin vigilia natalis & sabbatum quatuor temporum cõcurrerent in eadem die,quod esse non potest. lxxj.dist. de leui.quia vtrunq; illorum proprium habet officium, & ad diuersa tempora pertinet.Nam sabbatum,est de aduẽtu: sed vigilia ad temporis gaudij pertinet cùm non sit de aduẽtu sed de natali:& sic adoeptus nõ haberet viginti vnum diem:excepta vigilia natalis,sicut dictũ est.Quòd vigilia pertineat ad tẽpus gaudij,patet ex ipsa ordinatione Gregorij,qui vltimas aduẽtus antiphonas posuit de Euangelio,scilicet:Completi sunt dies.&,Ecce completa sunt omnia. Quando ergo natale est in dominica, quatuor tempora celebrantur in penultima hebdomada Si autẽ natale venerit in secũda feria, vel deinceps vsq; in dominicã:tunc post viginti vnum diem habebit, in quo fiat vigilia:& quãdo festum venerit in secunda feria,fiet officium de vigilia in die dominica,quæ propriũ non habet officium:& tunc propter dominicam cantabitur allelu-Ia:sed ieiunabitur in sabbato præcedẽti, etiam dicetur sub titulo de capite Ieiuniorum.†Non est etiam ignorandũ, quòd licet in principio siue in prima dominica aduentus contetur introitus: Ad te leuaui animã meã Deus si quis tamen diligẽter attendat in dominica præcedenti illã,præparatio aduentus eaquòd ad quædam inchoatur,quod ostẽdit epistola, quæ nunc secundã *Hier. 23* quosdã legitur:Ecce dies veniunt,dicit Dominus.Et suscitabo David germen iustum,&c. finis Euangelij eiusdem diei, scilicet Abiit Iesus trans mare Tyberiadis quod est Ioannis xj.c.Hoc idem insinuat, vbi dicitur: Hic est verè Propheta,qui venturus est in mũdum.vt redimeret populum, &c. Satis enim cõueniẽs est,quòd in præcedenti domi-

nica inchoẽtur, quia non respiraret despernas, nisi certa promissio veræ liberationis præcederet:qua audita, respirans clamat: Ad te leuaui animã Deus meus,&c. In quinta igitur hebdomada ante natiuitatem Domini inchoatur præparatio aduentus,quo ad quçdam.Vnde & in antiquis gradualibus & lectionariis titulus est talis:Quinta dominica ante natiuitatem Domini:nam ab illa dominica vsque ad natiuitatem Domini sunt quinque officia dominicalia, & quinque epistolæ,& quinque Euangelia. In quarta verò dominica ante natiuitatem Domini inchoatur præparatio aduentus,quòd ad officium matutinale,& quòd ad multiplicem officiorum varietatem,& innouationem. quia ego quatuor sunt officia dominicalia, ab illa dominica vsq; ad *14* natiuitatẽ, & ideò in antiphonariis nouis intitulatur quarta dominica †Quadruplex autem ratio huius duplicis intitulationis librorum,& inchoationis aduẽtus reddi consueuit.Prima,quia per lectionarium recolimus aduentum Domini in mundum, significatum esse, per quinque mundi ætates.Per antiphonarium verò,recolimus aduẽtum Domini nuntiatum esse per quatuor ordines librorum, scilicet per legem,per Prophetas, per Psalmos, & per initium Euangelij narrantis Domini conceptionem.Initium Euangelij vocamus, quicquid est in Libro Lucæ: qui historiam ante natiuitatẽ Domini pleniùs cæteris prosecutus est:sicut de angelo à Zacharia misso annũtiante natiuitatem præcursoris.& sicut de prophetia illa:Benedictus Dominus *13* Deus Israël, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Et de Gabriele Archangelo ad Virginem misso:& similibus. † Secunda est: quia actor lectionatij nos hortatur, vt purgemus hospitiũ nostri corporis:quod per quinque sensus fordidatũ est, ad suscipiẽdum Deum: quia in fordibus habitare despicit rex venturus. Actor verò antiphonatij nos docet purgare corpus nostrum,constãs ex quatuor elementis,facientes dignam mansionem Deo regi venturo.Iuxta illud: Ego *14* & Pater,ad eum veniemus,& mansionem apud eum faciemus.† Tertia est,quia in quarta dominica aduentus,quæ ad spirituales, & nõ in quinta dominica,quæ ad seculares,pertinet: vt dicetur in tit. seq. innouantur cantus,Spiritualium enim est, Canticum nouum cantare,& non secularium, qui cùm adhuc quasi veteres sint:& mala eorum adhuc recentia potiùs lugere,quàm gaudere debẽt.Renouatus quidem *15* cantus,gaudiũ electorũ significat:qui proficiũt de virtute in virtutẽ, in qua videbitur Deus deorum in Sion.† Quarta est,quia in Ecclesia *Psal.83* duo sunt ordines hominum expectantium Domini aduentum,&,studentium, ad dignè suscipiendum Deum venturum. Vnus ordo in seculari cõuersatione studet:alter in spirituali. Seculares,qui rebus trãsitoris student, quæ quinque corporis sensibus administrantur, per quinque hebdomadas intelliguntur.Iuxta illud Euangelij Ioan. Erant *Ioan.6* viri,quasi quinque millia.Siquidem quinque millia viri,Deum secuti, designant eos,qui in seculari adhuc habitu positi,exterioribus, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

possident, bene vti nouerant: ipsi namque saturantur quinque panibus, quia legalia instituta eis proponenda sunt, qui per quinarium numerum propter quinque libros Mosi intelliguntur: Per quatuor verò septimanas spirituales intelliguntur, qui rebus transitoriis abiectis nudi nudum sequuntur Christum, qui per quatuor Euangelia ad potiorem perfectionem excitantur. Quòd etiam ad istos quaternarius numerus pertineat, apparet in alio Euangelio, in quo quatuor millia hominum, qui sunt Euangelica perfectione sublimes, leguntur refecti septem panibus, id est septiformi gratia eruditi & repleti. Hanc distinctionem figurauit Dominus Mosi, quando in ingressu tabernaculi iussit poni septem columnas, & ante oraculum vnam, ante Sancta Sanctorum quatuor prout legitur Exod. xxvj. & xxxij. cap. Siquidem quinque columnæ exteriùs positæ sunt seculares, qui in exterioribus maximè versantur: quatuor columnæ ante Sancta Sanctorum, sunt spirituales, qui quasi interiùs positi, Domino deuotiùs obsequuntur. Vna columna ante tabernaculum vnitatem fidei, quam tam isti, quàm illi colunt designant: & propter hanc causam clerici seculares in vespertinis officiis quinque Psalmos cantant, monachi verò, & religiosi, qui altiorem elegerunt viam, nonnisi quatuor, in quo se perfectiores ostendunt. Quod autem quadratum est ex quacumque parte vertatur, manet idem & firmum. Similiter & perfectus quocumque loco & tempore, idem immobilis manet.

SVMMARIVM.

1 *Dominicæ primæ Aduentus officium.*
2 *Responsorium Dominicæ primæ Aduentus, & eius expositio.*
3 *Hominis magna ignorantia.*
4 *Responsorium primum Aduentus, habet tres versus, & cur. & numero 5. 6. 7.*
8 *Responsorium secundum Aduẽtus. Tertium, nu. 10. Quartum. 11. Quintum, sextum, septimum. nume. 12. Octauum, & nonum. nu. 14.*
9 *Visio est triplex.*
15 *Missæ Aduentus introitus, prima Dominica.*
16 *Dei facies, intelligitur diuina cognitio.*
17 *Euangelium de Aduentu in Hierusalem, cur hodie legatur.*

De prima Dominica Aduentus Domini. CAP. III.

PRima dominica † de aduentu, quæ est quarta à natali Domini, & 1
in qua secundum quosdam inchoatur officium aduentus, pertinet
ad spirituales. Et ideò, in ea innouantur cantus: præcedens verò, quæ
quinta est, ad seculares sicut in præcedenti tit. dictũ est. Ad spirituales
pertinent duo versiculi, quorum vnus frequentatur in vespertino offi-
cio, scilicet: Rorate cœli desuper. alter in matutino, scilicet: Vox clamantis in deserto. in primo ostenditur, quid facere debeant: in secũdo exequa-

exequuntur. Ipsi sunt cœli rorãtes, & nubes pluentes: ros est subtilior, & pluuia grossior. Tunc sunt rorantes, quando de incarnatione Saluatoris subtilia dicunt, vt illud: Verbum caro factum est, & similia: tunc sunt pluentes, quando grossiora, id est, intellectu faciliora dicunt, sicut est, quòd Maria desponsata est Ioseph, & quòd puer natus est in Bethleem, & reclinatus in præsepio, & huiusmodi. Isti faciunt, quòd aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Ad literam, terra est virgo Maria, quæ aperta, quãtum ad fidem cordis, sine damno virginitatis, cõcepit & peperit Saluatorem. Sed moraliter, terra est cor humanum, quod viri spirituales sua prædicatione aperiunt: vt germinet Saluatorem, id est, Christus in eo reformetur, Iuxta illud Apostoli: Filioli mei, quos iterum parturio: donec Christus reformetur in vobis. Isti sunt, vox clamantis in deserto, id est in mundo: Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Viæ sunt opera, semitæ sunt cogitationes, quas debemus parare in aduentu Saluatoris. Hanc præparationẽ notat oratio, quæ post communionem hac die in missa sequitur: Suscipiamus Domine misericordiam tuam in medio, &c. & ex eo, quòd in fine illius orationis dicitur: Congruis honoribus præcedamus. Viam ergo parare, est pœnitentiam agere, prædicare. Semitas rectas facere, est post mandata consilia obseruare. Sanè huius dominicæ totum matutinale officium, pertinet ad primum aduentum, vt præmissum est. Legitur enim in Esa. quid de aduẽtu loquitur apertiùs, quàm aliquis alius Propheta: vnde in ij cap. ipsius habetur: Ecce mons, &c. 2
in primo verò habetur de nequitia Iudæorum. Primum respõsorium † est: Aspiciens à longe. quod est de primo aduentu: & non sumitur de aliquo libro Theologiæ, nec compilatum est à Gregorio ordinatore matutini officij, sed à quodam eius monacho, quod inde apparet: quia illud intra hebdomadam non repetitur, sed omnia alia responsoria, sic, quæ ab ipso Gregor. edita sunt. Et si obiiciatur, quòd illo dempto non remanẽt, nisi octo responsoria isti dominicæ, respondetur, quòd nouem sunt computato illo, Ecce dies veniunt, quod secundum ordinem Grego. nouum est, cantatur in vesperis sabbati præcedentis. Cantatur autem hoc responsorium in persona Ioannis Baptistæ, vel sponsæ dicentis: Aspicieus à longe à terra videlicet ad cœlum, video Dei potentiã venientem: & licet proprie patri potentia assignetur, hic tamen per potentiã accipe Filium Dei, cui data est potestas in cœlo & in terra, qui est potens Dominus in prælio: cui propheta. Accingere gladio tuo super femur tuũ potentissime. Hic venit dum se visibilem monstrauit & nebulam totam terrã tegentem. Hæc nebula est Dei misericordia, quæ præstat refrigerium contra æstum vitiorum. Hanc Moses intrauit, cum ad suscipiẽdum legem ascendit. Hanc Petrus intellexit, cum in nube lucida videns Dominũ, Mosem & Heliam dixit: Faciamus hic tria tabernacula. Hæc populum in desertum deduxit, & ab igne protexit. Hæc est virtus altissimi, quæ Virginem

Ioan. 2
Matth. 2
Luc. 2
ad Ga. 4
Esaiæ 40
Psal. 44
Matt. 17
Luc. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

ginem obumbrauit,quæ totam terrã tegit,quia misericordia Domini
plena est terra.Hæc etiã nebula, est humanitas Filij Dei, quæ totum
mundũ saluat.Medicina enim omnium in festinatione nebulæ. Ne-
bula etiam potest dici infidelitas seu ignorantia. Ignorabat enim
† homo Deum,seipsum, natale solum & concupiscentiam esse pecca-
tum. Hæc nebula totam terram tegebat, quia omnes declinauerunt,
simul inutiles facti sunt.Ite obuiam ei & dicite : Nuntia n.s.t.qui re-
Ioan.1 gnat.es in populo Israël.Similia dicit Ioãnes Discipulis, Parate viam
Domini,& per discipulos ad Christũ:Tu es qui venturus est,an alium
expectamus ? Obuiam sponso, scilicet per viam charitatis : & dicite.
Nuntia nobis,quasi dicat:Reuela nobis per tuam præsentiam, si tu es
Messias in lege promissus , & si regnaturus es in populo Israël. Porrò
† insolito modo primum responsorium habet in quibusdam Ecclesiis ,
tres versus,sicut & responsorium primum natalis Domini. Primò,ad
significãdum, quod iste aduentus Domini saluat homines trium tem-
porum,scilicet illos,qui fuerunt ante legem, & sub lege , & sub tem-
pore gratiæ:& propter hoc etiam fit triplex repetitio. Prima à remo-
tiori quo ad finem,& postea à minus remoto,& postea à propinquio-
ri, ad ostendendum quòd Patres primi temporis remotiores fuerunt
ab aduentu Christi quam Patres secundi,& tertij,& Patres secundi re-
poris magis remoti quam Patres tertij : deinde reincipitur responso-
rium ad denotandum desideriũ,& ad significandũ,quòd debemus at-
tribuere finẽ & principiũ boni operis ei, qui est α & ω.xxxv.distinctio-
Apoc.1 ne ab exordio.Vltimo,dictis versibus subiungitur : Gloria patri.quia
omne desiderium & seruitium , ad Deum tr num est referendum : &
ibi non fit reiteratio partis,sed totius responsorij : quia post vitã præ-
sentem,omnia opera consumentur , & tunc erit Dominus omnia in
omnibus , & consummatio & sufficientia omnium. Secundò , ideo
† præmissum responsoriũ tres habet versus, & vnũ Gloria, ad signan-
dum quatuor aduentus , de quibus in cap. præcedenti præmissum est:
& ad designandum quatuor tempora, scilicet tẽpus ante legem ,tem-
pus legis,prophetiæ & gratiæ. Alloquens enim Ecclesia omnes homi-
nes,qui fuerunt ante legem , quorum pauci secuti sunt vnum Deum,
dicit primò versum:Quique terrigenæ,&c.id est:O vos omnes mali,
boni,diuites & pauperes,ite obuiam ei,& dicite:Indica nobis, si tu es
ipse,qui regnaturus es in populo Israël. In secundo versu,in persona
hominum , qui fuerunt sub lege , in qua aliquid fuit imperfectionis,
quia data fuit infirmis:alloquitur ipsum legislatorẽ : Qui regis Israël
Intende, quasi diceret, Qui populum Israël in lege tua regis, & nec
pastor ouẽ deducis,indica nobis si tu es ipse,qui regnaturus es in po-
pulo Israël In tertio iam ex dictis Prophetarum certificati de aduen-
tu Saluatoris,ex desiderio clamant : excita potentiã tuam,& veni,qui
regnaturus es in populo Israël. In aliis verò ecclesiis , est tertius ver-
sus:Tollite portas.In quarto,gratias agens Saluatori,de aduentu suo,

6 qui dignatus est venire : imò toti trinitati : dicit, Gloria Patri. † Ter-
tiò , responsorium ideò tres habet versus , quoniam lex , & psalmodia,
7 & prophetia hunc Saluatoris aduentum pronunciauerunt. Quartò,
tres † versus , patres trium puerorum significant. Patres quidem ante
legem, hunc aduentum præuiderunt. Patres sub lege , desideraverunt.
Patres gratiæ, prædicauerunt. Dicit ergo Ioannes Baptista , vel eccle-
sia: Vos patres ante legem quique terrigenæ ,& fi. h. s.in v.d.& pau-
per , ite obuiam ei. Terrigenas vocat malos , qui terrena sequuntur.
Filios hominum dicit,bonos diuites:subdit quos terrigenas appellaue-
rat, propter pauperes, quos filios hominum. Vos ergo quique , id est,
quilibet terrigenæ malitia diuites , & filij hominum spiritu pauperes,
qui estis simul in vnum,in vno ouili agni & hœdi: ite obuiam ei,vt vos
mali per ingressum recipiatis , vos boni per progressum proficiatis.
Vos etiam Patres sub lege , dicite , Qui regis Israël , inte. qui deducis
velut ouem Ioseph, nuntia nobis, &c.qui regis Israël, id est, Iudaicum
populum per doctrinam legis Domini videntem. Qui deducis , id est,
de virtute ducis,velut ouem,id est, innocentem Ioseph, id est,populum
Gentilem, augmentatum per frumentum mortificatum: intende super
nos,id est,lumen pietatis infunde,& nuntia nobis,&c.Vos quoque pa-
tres, sub gratia dicite : Tollite portas principes vestras , & eleuamini
portæ æternales, & introibit rex gloriæ, qui regnaturus, &c.O princi-
pes & potestas aëris huius & ô genimina viperarũ, tollite,id est, auser-
te portam mortis , id est, vitia, per quæ diabolus intrat ad corda. Et ô
portæ æternales , id est , virtutes ad æternitatem ducentes , eleuamini
contra vitia: & per vos introibit,& habitabit in vobis rex gloriæ, qui
regnaturus est in populo Israël. Et not. quod ad tertium versum non
respondetur : Nuntia nobis : quia Patres noui Testamenti certificati
sunt de aduentu Christi:Patres gratiæ certi sunt de introitu regis glo-
riæ.Verum quia nunquàm sufficit,nec sufficiet fides incarnationis sine
fide Trinitatis, ideò succinitur: Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto,
& quia qui venit in humanitate,venturus est etiam in maiestate, ideò
responsorium denuò repetitur. In repetitione verò nubem , accipias
8 ad literam iuxta illud : Veniet in nubibus cœli : & sicut nubes suscepit *Matt. 13*
eum: & alibi : Nubes & caligo in circuitu eius. Secundum † responso-
rium est: Aspiciebam in visu noctis , sumptum per Gregorium de Da-
niele cap. septimo . Christum venturum prophetantem , qui his verbis
mysterium incarnationis Verbi,quod in principio erat apud Deum,ap-
9 paruit dicens : Aspiciebam in visu, aut visione noctis. Triplex quidem
est visio,† scilicet noctis ante gratiam:diei sub gratia,& lucis in gloria.
In nocturna viderunt Patriarchæ & Prophetæ , qui sub nube fuerunt:
& hoc Daniel aspiciebat in visu noctis. In diurna viderunt Apostoli,
quibus Christi humanitas apparuit. In lucida videbunt filij Dei facie
ad faciem. Hanc distinctionem veritas in Euangelio innuit, dicens:
Abraham exultauit , vt videret diem meum , vidit & gauisus est. Ite-
rum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum, multi reges & Prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt. Sequitur, Ecce in nubibus cœli Filius hominis veniebat. Nubes cœli, caro verbi: de Esa. Ascendit Dominus super nubem leuem. Et datum est ei regnum & honor, scilicet nomen, quod est ab æterno datum, sed in tempore manifestatum, & omnis populus, tribus, & linguæ seruient ei. Nam vt Esaias ait, curuabuntur ei omnia genua, & iurabit omnis lingua in Domino. Tertium responsorium: † Missus est angelus Gabriel: quibus verbis Lucas texuit ordinem annuntiationis. † Quartum est: Aue Maria gratia plena: quibus idem Lucas modum conceptionis annexuit dicens: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Superueniet in te, inquam, in proteendo te, & ab omni sorde purgando, & exinde virtus altissimi, scilcet verbum Dei, obumbrabit tibi, ex te carnem sumendo: quod enim ex te nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei. Christus enim, qui non est conceptus ex virili semine, meritò nascitur, & Filius Dei appellatur. Sequitur versus: Quomodo in me fiet istud? interrogatiuè, & quo modo sunt duæ dictiones: vel admiratiuè, & est vna dictio. Quintum responsorium est: † Saluatorem: in quo incarnatio per Apostolum confirmatur. Sextum est: Ecce Virgo concipiet. Septimum: Ecce dies veniunt: in quibus hoc idem per Prophetas roboratur. Octauum † Obsecro Domine: in quo idem propter legem comprobatur. Nonum est: Audite verbum: in quo idem per Prophetas comprobatur. † Laudes matutinæ vtrumque sonant aduentum. Non enim agitur aliquando de vno aduentu, quin & de alio misceatur: sed pauca de secundo habentur: & hoc propter repræsentationem gaudij, ne spes luxuriet in præsumptionem. Siquidem prima antiphona, quæ de hoc Ioëlis sumitur, est apertè de primo aduentu. Vnde ibi dicitur: In illa die, scilicet quando Messias venit, montes, id est, Apostoli seu magni prædicatores, stillabunt dulcedinem, scilicet verbi Dei, & colles sicut minores prædicatores, fluent lac, scilicet simplicis doctrinæ minoribus, & maioribus. Secunda, scilicet: Iucundare: partim est de Esaia parrim de Zacharia. Tunc enim iucundata est secundum Zachariam Sion, id est, Ecclesia de Iudæis, & exultauit Hierusalem, id est, Ecclesia de Gentibus. Tertia, scilicet: Ecce Dominus veniet: est de secundo aduentu, scilicet in maiestate. Quarta est: Omnes sitientes, tunc enim omnes, id est, de omni genere sitientes, scilicet salutis & fidei, riæ doctrinam venerunt, secundum Esaiam, ad aquas baptismatis & doctrinæ. Quinta est: Ecce veniet propheta magnus, & ipse renouabit Hierusalem, scilicet dando legem: & noua condendo præcepta. *Esaie 55*
Hoc tempore dicitur per horas capitulum illud: Egredietur virga. Undecimo capitul. & illud: In diebus Hierem. vigesimo tertio capitulo, & illud: Erit in nouissimis. Esai. secundo capitul. & illud: Ecce vicgo. Esai. capitul. & illud: venite ascendamus. Esaiæ secundo capitulo. Ad missam † verò introitus est: Ad te leuaui, &c. quia per aduentum Domini

Domini in carnem, spes maximè eleuatur. Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret & iterum: Proprio Filio non pepercit, &c. Et nota quòd si quidam excitentur, alij tamen somno torpent, ideò cantor incipiens: Ad te leuaui animam meam: exaltando vocem ab inferiori ad superius procedit, quod proprium est excitantis: quod etiam notatur in epistola, vbi dicitur: Hora est nos iam de somno surgere. Sequitur versiculus: Vias tuas Domine demonstra mihi: quia Christus veniens nobis vias suas indicauit. Vnde Esaiæ: Eite mons domus Domini, &c. Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas. Quæ autem sint viæ illæ, ostendit epistola, quæ est ad Romanos decimotertio capit. Scientes, quia hora est iam nos de somno surgere. In eo enim, quod ibi dicitur: Nox præcessit: dies autem appropinquauit, assignatur effectus, quia factus est dies, quando natus est sol: & ideò sequitur sic, vt in die honestè ambulemus, scilicet in omnibus operibus bonis, & induamus nos in similitudine Christi: vt sic filij Dei simus, quia propter hoc filius Dei factus est homo, vt homo fieret Filius Dei. Orationes primum aduentum respiciunt, & possunt etiam adaptari congruè ad secundum. Posteà sequitur responsorium, in quo ostenditur spes, quæ facta est in ortu Solis: Vniuersi, qui te expectant, &c. Sequitur allelu-Ia. Ostende, &c. quia tunc ostendit dominus faciem suam, quam qui videt, saluatur. Vnde, cum dixisset dominus cæco: Quid vis vt faciam tibi? Respondit: Raboni, vt videam. quam famen non poterant homines anteà videre, quia erant in regione vmbræ mortis, sed lux orta est eis, quod possunt videre. Quod autem dicitur: *Ioan. 13*
Ostende nobis Domine faciem tuam: est sensus: Da nobis cognitionem *Rom. 8*
tuam. Facies † enim Dei in Scripturis sanctis non caro, sed diuina cognitio intelligitur: quia per faciem conspectans quis cognoscitur. *Rom. 13*
Sequitur in quibusdam Ecclesiis Euangelium Matth. ei vigesimoprimo capit. Cum appropinquasset &c. quod ad passionem pertinet, quo *Esaie 2*
ad literam. Ad diem verò hanc, quo ad allegoriam, & spiritualem † intelligentiam. Venit enim tunc Dominus Hierusalem per Bethphage, qu: interpretatur domus buccæ, id est, ad Ecclesiam, quæ parua erat, in qua Christus apparuit per confessionem, & per montem Oliueti, per quam designatur eminentia misericordiæ, per quam venit Filius Dei in mundum, & misit discipulos suos dicens: Ite in castellum, id est, in mundum, & inuenietis asinam & pullum, id est, Iudaicum populum, qui duræ cernicis est, & Gentilem, sine iugo legis. Item, per huiusmodi animalia, ostendit vias suas: humilia enim sunt. Vnde in Matth. *Matt. 11*
Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Legitur etiam ideò, quia ibi habetur: Benedictus, qui venit in nomine: quod pertinet ad primum aduentum, & propter alia verba legitur in aliis Ecclesiis illud: Cum appropinquaret Iesus: quod dicitur in dominica palmarum. In aliis verò Ecclesiis legitur Euangelium: Principium Euangelij

Iesu

Iesu Christi, &c. quod est Mar.j.cap.propter illa verba: Ecce ego mittam angelum meum ante faciem tuam. Et not. quòd in textu Euangelij non continetur principium, sed initium. Sed Ecclesia ponit principium, pro eo quòd legens Euangelium statim præmisit in titulo: Initium sancti Euangelij: ne idem repeti videatur. In nonnullis Ecclesiis etiam legitur: Erunt signa. Sequitur offertorium de spe: Ad te leuaui animam meam: & postcommunio de eodem, & propter idem leguntur Euangelium illud: Erunt signa: quod est Luc.xxj.cap. quod pertinet ad secundum aduentum, vbi dicitur: Propè est regnum Dei. Cui adaptatur epistola, vbi dicitur: Propior est nostra salus te, quia propè est regnum tuum Domine: ideò Ad te leuaui, dicit in introitu cantor, id est, verus homo: vel Ioannes Baptista, vt quidam dicunt, dicit: Ad te leuaui animam meam, Deus meus, & ideò vias tuas domine demonstra mihi, & hoc in responsorio: ostende nobis domine misericordiam tuam, & hoc in allelu Ia: & quasi de misericordia certificatus, concludit in postcommunione: dominus dabit benignitatem, id est, affectum bonum: & terra nostra, scilicet caro, dabit fructum suum, id est, bona opera.

SVMMARIVM.

1 *Aduentus dominica secunda, & quo officio constet num. 2. 3.*
4 *Missa aduentus, secunda dominica introitus, atque eius interpretatio.*
5 *Euangelium dominicæ secundæ aduentus.*

De secunda dominica Aduentus Domini.

CAP. IIII.

IN hac secunda dominica aduentus, vt præmissum est, agitur † de secundo aduentu: verùm quia gaudere melius est quam flere, & delectio melior, quàm timor, ideo in eo quædam dicuntur pertinentia ad secundum aduentum, & quædam ad vtrumque. Ecce enim in matutinis primum responsorium est: † Hierusalem, citò veniet salus tua, tunc omnes plorabunt: modo est tempus gaudij. Aliud est de primo & secundo aduentu. Præterea, ibi sunt duo versus secundum quosdam ecclesias, ad idem exprimendū, sicut & in allelu-Ia: vt iam dicetur. Primus est: Hierusalem, si me audieris, &c. & vtitur Dominus verbis Moysi, vt intelligatur, quòd ipse est, qui Moysi loquebatur. Aliquando etiam vtitur verbis Salomonis: vt sciamus, quod ipse est sapientia, de qua locutus est Salomon. Istud responsorium sumptum est de Michæa, & etiam illud, quod sequitur, scilicet: Bethleem, quædam tamen ecclesia illud dicunt dominica sequenti, & est de primo aduentu, & loquitur de generatione temporali Christi & æterna: de temporali autem dicit Bethleem ciuitas Dei summi: quia in Bethleem natꝰ est. De æterna, cùm dicit: Et egressus eius sicut à principio dierum. De aliis responsoriis patet.

patet. In laudibus prima antiphona est de † secundo aduentu: Ecce in nubibus cœli, &c. In missa verò introitus patet ad vtrunque hoc modo: Populus Sion. Ecce Dominus veniet ad saluandas Gentes Esa.xxx. ca. In vtroque enim aduentu saluat. Sequitur: Et audiram faciet dominus vocem laudis suæ. Ipse enim est turtur, cuius vox audita est in terra nostra, quia attulit nouum tempus. Vox eius in secundo aduentu erit: Venite benedicti Patris mei, &c. versus autem pertinet ad secundum aduentum: Qui regis Israël, intende: qui deducis Ioseph, id est, de hoc mundo, ducis Ioseph, id est, augmentum, id est, in bono: sicut ouem, id est, simplicem: & quia in matutinis primum responsorium 4 est: Hierusalem, & in missa † introitus est: Populus Sion: ideò in hac dominica fit statio in ecclesia: quæ dicitur Hierusalem. Sequitur oratio: Excita domine corda nostra: ad præparandas vnigeniti tui vias, &c. quæ est de primo aduentu tantùm. Epistola verò de secūdo: Quæcunque scripta sunt, &c. ad Roma.xv.c. per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus, & sic inuitamur ad spem, vt quæ parimur; leuia fiant. Responsorium pertinet ad vtrūque. Ad primum, dem dicit: Ex Sion species decoris eius. Ad secundum, cum dicitur: Deus noster manifestè veniet. versus verò ad primum tantùm dicit: Congregate, scilicet ô vos angeli illi Sanctos eius, id est, prædicatores bonos, qui ordinant Testamentum eius, scilicet nouum: super sacrificia, id est, vetus Testamentum. Prius enim est, quod animale est, sicut dicit Apost. deinde quod spirituale. Vel quod dicit: Congregate. hoc in primitiua Ecclesia, maximè necessarium fuit, scilicet ô vos boni prædicatores, vt Paulus & alij. Deinde sequitur, allelu-Ia, quod insolito modo habet duos versus secundùm quasdam Ecclesias: & hoc fit quia ibi de duplici aduentu agitur. Primus est de primo cùm dicitur: Lætatus sum, &c. Ante primum enim aduentum Christi desperabant homines de salute. Tunc verò lætati sunt, quando audierunt, quòd Filius Dei, homo factus erat. Secundus versus est de secundo. Stantes erant pedes nostri, id est, affectus nostri in atriis, &c. Iam enim in spe & desiderio ibi sumus. Euangelium est Luc.xxj.ca. scilicet, Erunt signa in sole & luna, &c. & est de secundo aduentu tantùm: ibi enim ostenduntur signa, quæ fient ante diem iudicij: quoniam totus mundus turbatione sua iudicium Domini ostendet. Ibi etiam sequitur: His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra. Ecce appropinquabit redemptio vestra. Ecce spes. Quædam verò Ecclesiæ legunt Euangelium: Cum audisset Ioannes in vinculis, quod similiter ad secundum pertinet aduentum, ex eo quòd Ioannes quærit: Tu es, qui venturus es: an alium expectamus? Cui Dominus: Ecce ego veni ad redimendum, & rursus veniam ad saluandum, quod ex signis coniecturare potestis, quia & cæci vident, &c. Offertorium est primo aduentu. Postcommunio: Hierusalem, &c. quæ est Baruch.iiij. & v.ca. est de vtroque. In tertia verò & quarta feria, & sabbatho leguntur Euan-

Cantic.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

gelia de testimonio Christi, scilicet de Ioanne, & de testimonio Ioannis, de Christo & eius aduentu. De quo etiam loquitur epistola: Patientes estote, quæ tunc dicitur.

SVMMARIVM.

1 *Aduentus dominica tertia, & eius officium.*
2 *Missa aduentus, tertia dominica, introitus.*

De tertia dominica aduentus Domini.

CAP. V.

SEquitur iij. dominica, in qua similiter agitur de secundo † aduentu: vnde in nocturnis primum responsorium est: Ecce apparebit Dominus super nubem candidam, id est, super carnem, quæ erit candida, per gloriam immortalitatis, vt mali timeant in secundo aduentu. Nam in primo aduentu apparuit Dominus super nubem leuem, id est, immunem à peccato, & sumitur hoc responsorium de Apocalypsi, vbi dicitur: Vidi & ecce nubes candida. Versus est de vtroque aduentu. In laudibus prima antiphona est de secundo aduentu: Veniet Dominus & non tardabit, & illuminabit abscondita tenebratum. ij. qu. ij. multi. Omnia enim manifesta erunt, quia libri conscientiarum aperti erunt coram eo. † In missa verò introitus est de secundo aduentu: Gaudete in Domino semper, & iterum dico gaudete: ad Philip. iij. ca. Apostolus enim non loquitur de primo aduentu, cùm dicit: Dominus propè est: sed de secundo aduentu: vnde inuitat ad gaudium spirituale, per quod firmiter expectamus gaudia secundi aduentus: vnde dicit: Gaudete in Domino semper, scilicet expectando secundum aduentum, & repetitur Gaudete, quia gaudium spirituale facit nos diuiciter sustinere omnia aspera mundi, vt nihil euellat nos à spe æternorum: & ideò, quia ita necessarium est gaudium spirituale, ilta repetit vel propter gaudium de vtroque aduentu, quod habent Sancti. Huius gaudij custos, est modestia: & ideò sequitur: Modestia vestra, &c. Hoc gaudium, quod est pax omnibus Sanctis, optat Ecclesia filiis suis, in versu, cùm dicit: Et pax Dei, quę exuperat omnem sensum, scilicet hominis, quia nullus homo habet totum vsum pacis huius collectæ, scilicet: Aurem tuam quæsumus Domine, est de aduentu in meatem. Audita enim collatione de aduentu Domini sacerdos orat, vt tenebras, quas patimur in eo: quòd falsò iudicamur, sua visitatione illustret. Epistola: Sic nos existimet homo, &c. quæ est j. ad Cor. iiij. ca. est de secundo: aliæ Ecclesiæ dicunt epistolam: Gaudete in domino semper, quæ est ad Philip. iiij. c. responso. j. qui sedes super Cherubim, manifestare coram Ephraim, id est fructificãtem in bonis operibus. Beniamain, id est, filium dextræ & Manasse, qui oblitus est terrenorum. hoc fiet in iudicio. Versus etiam: Qui regis Israël. est de primo quod dicitur

dicitur ad secundum allelu-Ia. Excita Domine, etiam est de primo Euangelio: Cum audisset Ioannes, &c. quod est Matth. xj. cap. similiter de primo. Quidam enim de discipulis Ioannis non credebant Christum esse Messiam promissum in lege, vnde misit eos ad Christum vt interrogarent eum: Tu es, qui venturus es, an aliam expectamus? vt per visa miracula Christum iam venisse cognoscerent. quasi diceret: Ipse multò meliùs scire deberet, quam ego, & dixit eis Iesus, Cæci vident, &c. Quasi diceret. Vos estis magistri, non ergo scitis, hoc quod dicitur in Isai. xxxv. Tunc saliet sicut cervus claudus, & aperientur linguæ mutorum, & loquitur de tempore Messiæ. quasi. di. Facta procundo: Dicite pusillanimes confortamini. oportet enim, quòd pusillanimes confortentur ad hoc, vt sustineant tribulationes: & sic expectent cum fiducia secundum aduentum.

SVMMARIVM.

1 *Ieiunia quatuor temporum in primitiua Ecclesia ter fiebant in anno hodie quater & cur ita. num. 2. 4. 5. 6. 7. 8. 9.*
10 *Anni quatuor temporum qualitas.*
11 *Ieiunia triplicia item, primitiarum.*
12 *Ieiuniorum dies, pridem institutus, mutatus est à Leone Papa.*
Ieiuniorum tractum est à veteri lege, & num. 13.

De quarta feria, & ieiuniis quatuor temporum.

CAP. VI.

IN hac septimana fiunt ieiunia quatuor temporum. Vnde hîc primò de illis, secundò de aliis ieiuniis, tertiò de huius diei officio prosequamur. In † primitiua quidam Ecclesia statutum fuit quòd ieiunia quatuor temporum fierent ter in anno. Sed Calixtus Papa lxxvj. disti. ieiunium constituit quater in anno fieri: nam & Iudæi quater in anno ieiunabunt, scilicet ante Pascha, ante Pentecosten, ante Scenophegiam in Septembri, & ante Encænia, de quibus dicetur in proœmio vij. partis. Si enim tantùm ter in anno in tres partes diuisio ieiunare-tur, forte aliqui remanerent dies, de quibus primitias nõ redderemus: in istis enim ieiuniis primitias temporis exoluimus, vt iam dicetur. De quibus Zacharias ait: Ieiunium quarti, sexti, & decimi, domui Iuda, & Hierusalem dies festos vertet in gaudium. Quater ergo ieiunamus in anno. † Primò, vt quatuor eleméta in nobis vitiata, id est, corpus nostrum ex eis constans, in quatuor anni temporibus castigetur. Homo enim constat ex quatuor elementis, quantum ad corpus, & ex tribus potentiis, quantùm ad animam, scilicet rationali, concupiscibili, & irascibili. Vt ergo illa moderentur in nobis, quater ieiunamus in anno per tres dies: vt quaternarius numerus ad corpus, & ternarius

Zacha. 8

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad animam referatur. Siquidem annus diuiditur in quatuor tempora, quæ sunt Ver, Aestas, Autumnus, & Hyems, quæ propter sua delectamenta à Dei amore nos auertere solent. Ver † calidum, & humidum: tunc ergo ieiunamus, vt elementũ amoris castigetur in nobis, ne contentiat falsæ pulchritudini Veris. Ieiunamus itaque contra luxuriam, ex humore & calore nascentem. Aestas calida est, & ficca: tunc ergo ieiunamus, vt elementum caloris in nobis castigetur, ne consentiat incendio carnalis: Vel tunc ieiunamus contra superbiam, quia tunc fructus terrarum qui florent & maturantur, superbiendi materiam præstant. Autumnus est frigidus & siccus: tunc ergo ieiunamus, ne aliquo langore animi, arescamus & defluamus: & sine pinguedine olei in tabernaculo æterno inueniamur. Vel tunc ieiunamus contra auaritiam: quia tũc messes colligimus, & habemus. Hyems frigida & humida est: vnde tunc ieiunamus, ne membra nostra flexu atque luxu soluantur in comessationibus & potationibus, ac per hoc amor Dei negligatur: vel tunc ieiunamus contra pigritiam quia torpemus frigore. Ieiunamus ergo † in dictis quatuor temporibus anni, vt per ieiunia præseruemur à vitiis, & quę deliquimus, in illis purgentur. Rursus quoniam quodlibet tẽpus tres habet menses, ideò quater ieiunamus in anno tres dies: vnũ diem ieiunantes pro mense, vt sic satisfaciamus in die, quo deliquimus in mense. † Secundo, etiam ideò ieiunamus, nam primum ieiunium fit in Martio, scilicet in prima septimana quadrageſimæ, vt in nobis virtutum germina oriantur, vt in nobis inarescant vitia; quæ nequeunt omnino extingui. Secundum fit in ęstate, in septimana Pentecostes: quia tunc venit Spiritus sanctus: & nos debemus esse feruentes in Spiritu sancto. Tertiũ fit, in Septembri ante festum Michaëlis, quãdo fructus colliguntur, & nos debemus Deo reddere fructum bonorum operum. Quartum fit in Decembri, quando herbæ moriuntur: quia & nos mundo mortificare debemus. Tertiò † ideò, quia Ver refertur ad pueritiam, æstas ad adolescentiã, Autumnus ad maturitatem, siue virilitatem, Hyems ad senectutem. Ieiunemus ergo in Vere, vt simus pueri, per innocentiam, in Aestate, vt efficiamur iuuenes, per constantiam, in Autumno, vt maturi per modestiam, in Hyeme, vt senes per prudentiam & honestam vitam. Quarto ideò in quartuor † anni temporibus ieiunamus, vt Deus nobis eniteat omnia, quæ ad humanum vsum in illis tẽporibus de terra nascuntur. Quintò, ad significandũ quatuor, quæ fuerũt in illis quatuor temporibus scilicet conceptio Domini in Vere, natiuitas in Aestate. Sextò, secundũ Hier. ob † diuersas plagas quæ in illis tẽporibus acciderũt. In quibus autem diebus & quare hæc ieiunia fiant in viij. parte sub ti. de anno solari dicetur. Hæc ergo ieiunia vocãtur quatuor temporũ: quia in præmissis quatuor anni tẽporibus fiũt. Vocantur etiã ieiunia trium: † pro eo quia fiũt tribus diebus quib' homines ieiunãt in septimana. Antiqui enim ieiunabãt eisdẽ feriis, & posteà superaddita sunt ieiunia ista. Vocãtur etiã ieiunia primitiarũ: quia cũ in lege præceptũ sit, vt primitiæ & decimæ Deo dentur, placuit sanctis Patribus, vt dicit Aug. in lib. de Doctrina Christiana, soluere decimas, & primitias tẽporis. Vnde pro primitiis instituerũt ieiunia quatuor temporum, & inde dicta sunt ieiunia primitiarũ: pro decimis verò instituerũt ieiunia quadrageſimæ. Sciendũ † autem est, ꝙ ieiunia Vernalia primò instituta fuerũt in prima septimana Martij, Æstiualia, in secũda Iunij, Autumnalia, in tertia Septẽbris, Hyemalia, in quarta Decembris: sed propter multa, quæ inde surgebãt incõmoda, statuit Leo Papa lxxvj. dist. huius, vt Hyemale fiat in tertia septimana aduentus. Vernale, in prima septimana quadrageſimæ. Aestiuale in prima septimana post Pentec. Autumnale verò fiat secundũ veterẽ institutionẽ. Quare ieiunia instituta sunt in dictis mẽsibus, & quare in eis fiunt ordinationes, vide in septima parte sub sabbato post dominicam xvij. & in Procœmio secundæ partis. Caue tamen in computatione septimanarum mensis Septembris: quia si ipse mẽsis incœperit in prima, vel in secunda, vel in tertia, vel in quarta feria, illi dies computãtur pro prima septimana illius mensis, & in tertia ab illa ieiunium fiet. Si verò mensis ipse cœperit in quinta, vel in sexta, vel in septima feria, tunc in sequenti dominica incipies computare primam septimanam: & in tertia post illum ieiunium fiet, & sic dies præcedentes nihil operantur, quantùm ad computationem septimanarum. Verum iuxta primariam Ecclesiæ institutionem ieiunia Veris dicuntur prima, quia fiebant in primo mense, scilicet in Ianuario: qui apud Romanos primus mensis fuit. Ieiunia Aestatis dicuntur quarta: quia fiebant in quarto mense, scilicet in Iunio. Ieiunia Autumni septima: quia fiunt in mense septimo, scilicet in Septembri. Ieiunia Hyemis decima: quia fiunt in decimo mense, scilicet in Decembri. Vnde Zacha. viij. cap. Ieiunium primi, & ieiunium quarti, & ieiunium septimi, & decimi scilicet mensis, erit domui Iudæ in gaudium. lxxvj. dist. ieiuniũ quarti. Sed cùm hæc ieiunia recolant quatuor anni tempora, vt dictum est, quare aguntur in primo mense, & in quarto, & in septimo & in decimo, cùm principia temporum non sint in his mensibus? Respondeo, Hoc † ieiunium tractum est de veteri lege: vnde agitur in illis mensibus nostris secũdum numerum mensium illius temporis. Iudęi enim secundùm lunationes ieiunabant, scilicet in prima, in quarta, in septima, & in decima: & hoc est quod legitur ieiunium primi, ieiunium quarti, ieiunium septimi, & ieiunium decimi: quia sicut in prima lunatione est principium anni illorũ sic & Martius est principium anni nostri. Quod autem ieiunia nostra ortum habuerunt à veteri lege, apparet ex † hoc, quòd à ieiunio Veris, vsq; ad æstiuale sunt xiiij. hebdomadæ, quia tot generationes fuerũt ab Abraham vsque ad Dauid. Item, ab æstiuali vsque ad autumnale, sunt similiter xiiij. septimanæ:

quia tot generationes fuerunt à Dauid, vsque ad Ieconiam. Item ab autumnali, vsque ad Hyemale, aliæ xiiij. quia tot reges fuerunt à Ieconia, vsque ad Christum, computatis regibus illis, quos Matthæus in suo Euangelio prætermisit.

SVMMARIVM.

1 *Ieiunium, quid. & nu. 2. & vnde dicatur. nu. 3.*
4 *Ieiunij inest authoritas, ex tribus.*
5 *Ieiunij commendatio, & vis.*
6 *Ieiunium aliud quàm multiplex, & eorum particularis discutio. nu. 7.*
8 *Vigiliæ, quid, vnde dictæ, & sublatæ.*
9 *Votorum multiplex differentia.*
10 *Ieiunium compassionis, & quotupliciter fiat ipsa compassio. nu. 11.*
12 *Ieiunia, quæ ab Ecclesia instituta.*
13 *Ieiunare qui teneantur.*
15 *Ieiunium soluere, ante horam, peccatum est.*
16 *Ieiunandum an sit in vigiliis Apostolorum, & quorum. & numero 17. 18. 19.*
20 *Ieiunium habent inter martyres, solus Laurentius: inter confessores, Martinus.*
21 *Ieiunium soluunt serui præguſtantes cibos.*
23 *Piscis caro cur non interdicitur in ieiunio.*

De aliis ieiuniis.

CAP. VII.

QVia de ieiuniis quatuor tẽporum mentio facta est, consequens est, vt de aliis ieiuniis hic aliqua perstringamus †. Est autem ieiunium, communis omnium membrorum satisfactio, vt, scilicet membra satisfaciant secundùm peccatum, quod commiserunt vel gesserunt: vt si gula peccauit, ieiunet, & sufficit: quia enim sola fuit in culpa, sola sit in pœna. Similiter si oculus: vnde Hiere. Oculus meus
Tre.3 deprædatus est animam meam, & per fenestras oculorum meorum mors intrauit in animam. & Augustꝰ. Oculo nihil est nequius. & sic de aliis membris. † Vel ieiunium, est parsimonia victus & abstinentia eorum. Augu. dicit: Maximum & perfectum ieiunium, est abstinere ab antiquitatibus, & carnis voluptatibus, & delectationibus huius seculi. Vnde Pius Pap. de consec. dist. v. nihil. ait: Nihil prodest orare & ieiunare, nisi mens ab iniquitate, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur. & dicitur † ieiunium, à ieiuno, quod est quoddam intestinum in homine, quod semper est vacuum & subtile: sic & nos ieiunantes debemus esse vacui à superfluis & à vitiis tam in corpore, quàm in mente. † Authoritas ieiuniis est ex tribus: ex persona, & ex loco, & ex tempore. Ex persona, quia præcepit Deus Adæ & Euæ, vt abstinerent à fructu ligni scientiæ boni & mali. Et loco, quia in paradiso institutum

um fuit, & initium habuit xxxvj. distin. vj. Ex tempore: quia ab anti-
quo præceptum est celebrari: creato nãque homine, in primo mun-
die exordio dictum fuit ei: De ligno scientiæ boni & mali ne comedas.
Et quia fuit celebratum ante legem à Mose & sub lege ab Helia: &
intempore gratiæ à Christo. Moses enim non comedit, neq; bibit xl.
diebus. Helias quoq; ambulauit xl. diebus & xl noctibus in fortitudi-
ne subcinericij panis, & Christus xl. diebus, & xl. noctibus ieiunauit.
Fuit etiam celebratum in sex ætatibus. Nam in ea ætate, quæ fuit ab
Adam, vsq; ad Noë, fuit abstinentia carnium, & vini. xxx. d. ab exor-
5 dio. à Noë verò, in posterum fuit cõcessum vinum & carnes, & sic de
cæteris ætatibus. † Commendatur autem ieiuniũ exemplis, quoniam
Eia quandiu ieiunauit, & abstinuit in paradiso, & virgo permansit,
Adam, quia ieiunium violauit, à deliciis paradisi in summam miseriã
corruit. Helias, quia ieiunauit, in cœlum curru igneo raptus est. Mo-
ses post ieiunium, cum Deo locutus est. Hierusalem per ieiunium, li-
beratur à Sennacherib tempore regis Ezechiæ & Esaiæ. Iona quoque
predicãte, præstatur venia Niniuitis in sacco & cinere, & ieiunio, præ-
6 sentiam agentibus. Ieiunamus etiam exemplo Apostolorum, vt di-
cunt sub quarta feria Pentec. † Porrò ieiunium aliud corporis est &
carnis, aliud mentis, aliud auaritiæ, aliud fastidij, aliud dispẽsationis,
aliud deuotionis aliud votiuæ promissionis, aliud suppletionis, aliud
compassionis, aliud inspirationis, aliud circunspectionis, aliud ratio-
nabile aliud irrationabile, aliud qualitatis, aliud quãtitatis, aliud nu-
meri, aliud summæ exactiõis, aliud alteratis, aliud zerophagiæ, aliud
mœroris, aliud exultatiõis, aliud vnitatis, siue hypocrisis, aliud virtu-
7 tis siue charitatis, aliud indictionis, aliud necessitatis, aliud institutio
nis, aliud volũtatis, aliud prauitatis. † Sanè ieiunium corporis & car-
nis est, quãdo quis abstinet à cibis, ne nimis pingueſcat: vel vt ab in-
firmitate liberetur: vel quia cõcedere nõ potest: & hoc nullius est me
riti. Ieiunium mentis est, quãdo quis abstinet à vitiis vel etiam à ci-
bis, ne cito pingueſcat lasciuiis. Ieiuniũ auaritiæ, vt bursæ parcatur.
Ieiunium fastidij est, quòd fit vt appareat Ieiunium dispẽsationis est,
8 quod celebratur in vigiliis solẽnium dierum & magnarũ festiuitatũ,
vt natalis Domini: quæ ideò dicuntur vigiliæ, quoniã antiquitus in
præcipuis ciuitatibus duo nocturnalia agebãtur officia, & populus
qui ad festa veniebat tota nocte, in Dei laudibus in ecclesia vigilabat,
quod adhuc Romæ & in plerisq; locis in magnis festiuitatibus, præ-
sertim sanctorum patronorum Ecclesiarum obseruatur. Sed quia lu-
sores & cantores conueniebant, & turpibus cantilenis & saltationi-
bus, & comessationibus, potationibus, & fornicãtionibus intendere
cœperunt, propter hæc & multa alia incõuenientia, quæ fiebant, hu-
iusmodi vigiliæ sunt interdictæ, & institutum vt loco earum fiant ie-
iunia, quæ ieunia adhuc retinent nomen officij: nam cõmuniter vi-
gilias & non ieiunia nuncupantur. Si quis tamen ieiunare, & honestè

in Ecclesia vigilaret vtique benefaceret: prout fit in natiuitate Ioannis baptistæ, propter eius reuerentiam. Hæc igitur institutio dicitur dispensatio: quia ieiunium ponitur loco vigiliarū: de hoc dictum est in v. parte sub tit. de nocturnis. Ieiunium deuotionis est, ad quod quis necessariò non tenetur, quod inferius voluntarium appellatur. Ieiunium votiuæ promissionis est, vt si quis vouet, quòd certa die ieiunabit, vel à carnibus abstinebit. † Et nota quòd vota ex discretionis sensu, comite ratione emissa, Deo reddēda sunt, iuxta illud: Vouete & reddite Deo vota vestra: Votorum autem aliud est necessitatis, aliud spontaneæ voluntatis. Necessitatis est, quod est fidei annexū, vt quod fit in baptismo, putà fidei catholicæ professio, & Satanæ abrenuntiatio, vt votum obseruationis decem præceptorum legis & continentiæ, quam quis in susceptione sacri ordinis vouet: & talia vota quilibet inuiolabiliter obseruare tenetur. Spontaneorum verò vororum aliud est indiscretū, aliud discretum. Indiscreta sunt vota puerorū & puellarum dum sunt in parentum potestate. Vnde illis vouentibus irritari possunt. Si igitur puella intra nubiles annos vouerit castitatem perpetuam, licitè nubere poterit, parentibus vel curatoribus illā ad hoc cogentibus. Indiscretum est etiam votum mulieris, in potestate viri existēntis: vnde si illo inscio vouerit peregrinari, vir votum huiusmodi poterit reuocare, quia ipsa non habet potestatem sui corporis, sed vir. Indiscretio etiā attenditur, quandoq; circa prouectos & litteratos, vt si fortè quis vouerit, ad quod perficiendum, sufficere nequiret vel in quo natura ita debilitaretur, quòd posset fieri suipsius homicida, vel quod sine licentia alterius complere nequit, vel quod non ex deliberatione, sed ex iracundię calore emittitur: talia potius sunt ſpernēda, quàm executione digna. Ieiuniū suppletionis est, vt si quis vltra penitentiam sibi à sacerdote iniunctam, aliquid suppleat de suo † Ieiunium cōpassionis est, vt si sacerdos alicui dicat: Pro hoc peccato cantare duas missas & ieiuna, & ego pro te cantabo, & tres dies ieiunabo, propter hoc tamen debet aliquid recipere, quia sacerdos debet compati proximo suo, & orare pro eo, etiā ieiunare, potest dici compassio: vt si quis petit à sacerdote pœnitentiam patri suo iniunctam vt pro patre peragat partē illius. † Quatuor enim modis fit iuiuniū di compassio, quandoq; per sacrificia, quandoq; per ieiunia, quādoq; per orationes, quandoq; per eleemosynarum elargitionem Ieiunium inspiratiōis est, vt in beato Nicolao qui adhuc infans & minēs in cunabulis, tribus diebus in hebdomada, à mamillis matris sīæ abstinebat: vel, vt alij dicunt, quarta feria & sexta, semel tantùm sugebat mammillas. Ieiunium circumspectionis est, quando pro aliqua imminente tempestate, pro periculo hostium, vel pro casu cuiuslibet angustię iunamus. Ieiunium rationabile est, quando cibum & poū moderate sumimus, nec naturam debilitamus. Vnde Apostolus: Rationabile obsequium vestrum non in comessationibus, & ebrietatibus Iranos-

nabile est, si quis velit ieiunare per duos vel per tres dies: vel per totam hebdomadam, quod nō approbat Deus: vult enim hominem sic ieiunare, vt cogatur natura vitiis mori, non vt cogatur dissolui. Vnde prohibetur ieiunium, quod quidam faciunt à Cœna Domini, vsq; ad pascha. Ieiunium qualitatis est, si quis vouet se vlterius nō comesturum carnes. Ieiunium quātitatis est, si quis comedat ad pondus, vel ad mensuram, non plus vna die, quàm alterā: vel si quis voueat se nō comesturum, nisi tanti ponderis panem. Ieiunium numeri est, quando quis vouet, quòd de cætero non comedet, nisi vna vice in die cogitās quòd comedere pluries in die, beluarū est, & comedere bis, hominū, semel angelorum. Ieiunium summæ exactionis est, in his, qui nō comedūt, nisi olera, radices, & herbas: vt Ioānes Bap. in deserto, & Maria Ægyptiaca in eremo: qui cum duobus panibus tantum, ordanem tranſiēs, austeram vitam in eremo xlvij. annis egit. Ieiunium alternitatis est, vt cùm quis vno die comedit & alio die ieiunat. Ieiuniū zorophagiæ, est sicca comestio, à ζωρὸς quod est vinū, vel siceū, & φαγεῖν, quod est comedere. Vnde Prisicianus in Zorophago Bisantij. Sicca verò comestio est, vt in fructibus, pomis, piris, castaneis & consimilibus: quidam tamen siccam comestionem appellant legumina, siue cruda, siue cocta, etiam si lixata comedantur cum cocleari. Ieiunium mœroris consistit in vno, scilicet in abstinentia ciborum, & fit propter duo, scilicet propter corporalem abstinentiam & spiritualem sponsi: hoc repræsentat Ecclesia in tribus quatuor temporibus. Ieiunium exultationis consistit in duobus, scilicet in abstinentia ciborum, & mūdanarum rerum: & fit propter vnum, scilicet propter internæ dulcedinis prægustationem, iuxta illud: Gustate & videte. hoc repræsentat Ecclesia in vigilia & hebdomada post Pentec. Vtrumq; verò repræsentat in tempore aduēnus, prout ibi dictum est. Est ergo duplex ieiunium, scilicet tribulationis & gaudij, siue mœroris & exultationis, sicut habetur in gl. super illo loco Matt. ix. ca. Nunquid possunt filij sponsi lugere, quādiu fuerit sponsus cum eis? Ieiunium vanitatis siue simulationis, vel fictionis, est in hypocritis. Ieiunium virtutis siue charitatis est in sanctis & perfectis. Ieiunium indictionis est vt in die beati Marci. Ieiunium necessitatis est in imperfectis. Institutionis, est ieiunium quadr. & alia à sanctis Patribus instituta: quæ quare instituta fuerint iam dictum est, & dicetur sub tit. de capite ieiuniorum. Et nota, quòd ieiunium indictionis, necessitatis & institutionis, ad idem referuntur. † Ieiunia necessaria, id est, per Ecclesiam instituta & indicta, sunt ieiunia quatuor temporum & vigiliarum, Apostolorum, natiuitatis Domini, beati Ioannis Baptistæ, omnium Sanctorum, assumptionis beatæ Mariæ, beati Laurentij, quadragesimæ, & sextæ feriæ, præter illas, quæ sunt inter Pascha & Pentec. & præterquàm si natiuitatē Domini in ea venire contingat, nisi tunc aliqui voto vel religioni sint adstricti. Dicunt tamen quidam, quòd ieiunium sextæ feriæ non est necessi-

tatis,nisi quò ad carnes:alioquin nō liceret Cisterciensibus illud mutare.Sed secundum Leonem Papam licet non sit necessitatis sabbaro à carnibus abstinere,rationabilis tamen consuetudo & canon Innoc. aliter interpretatur,eò quòd in illo triduo post passionē Domini tota fides in sola beata virgine Maria remansit. Generalia quoque & specialia ieiunia per episcopos in synodo & conciliis instituta solui non debent.† Siquidem ad necessaria ieiunia tenentur doli capaces,cùm & ipsi delinquere possint: dispensari tamen potest circa hoc cum impuberibus,& etiam constitutis in maiori ætate, & cum senibus,& infirmis ac debilibus. Mulieres verò licet propter virorum prohibitionem ieiunia votiua voluntaria dimittere debeāt, prout suprà dictum est, indicta tamen per Ecclesiam non licet, etsi in illis sacerdos forte propter scandalum, cum eis valeat dispensare. Aliter enim indicta ieiunia redimi pecunia, vel alio modo nequeunt, nisi casualis necessitas subsit:tunc enim bene possunt redimi vel commutari, sicut & ieiunium festi, quod est die lunæ, sit in sabbato. Vnde & in quibusdam locis, in quibus sunt ecclesiæ sancti Quintini,non ieiunatur in vigilia omnium Sanctorum,sed die tertia præcedenti. De hoc dictum est in proœmio secundæ partis,Posset etiam statui, vt quidam dicunt,vt in dictis ieiuniis bis,parum tamen comederetur, sicut faciunt Cistercienses operantes, qui ad tollendum scādalum & charitatem seruandam aliquid prægustant, nec propter hoc ieiunium per Ecclesiam indictum soluere dicuntur Voluntaria verò, scilicet ad quæ aliqui voto vel proposito se adstringunt:vel etiam quæ sacerdotes præter indicta propter peccata imponūt, licet commutare & redimere,etiam si nulla causa subsit, dummodo vtilior sit compensatio. † Cæterùm comedere ante horam comedēdi,& ante missam in ieiuniis statutis, & necessariis mortale peccatum esse sacri canones affirmant, in voluntariis verò veniale. † Circa vigilias Apostolorum notandum est, quòd ieiunium paritatis,quādo videlicet paria sunt Sanctorum merita, pariter ieiunamus: sicut patet in vigiliis beatorum Iacobi & Bartholomæi, & aliorum Apostolorum, qui non habent ieiunia instituta,nisi in quibus ieiunamus,pro eo quòd fuerunt Apostoli:quoniam alij Apostoli vigilias habent. Cùm enim sint meritis pares, decet vt omnes habeant ieiunia. vnde concil.Bracharense dicit,quòd omnium Apostolorum vigiliæ sunt ieiunandæ præter vigilias Apostolorum Philippi & Iacobi & Ioannis Euangelistæ. Ecclesia tamen Gallicana non tenet,nisi de sex Apostolis,& de quatuor eorū ieiuniis.Petrus & Paulus habent pariter vnum, quia eadē die passi sunt. Simon & Iudas habent aliud,Matthæus habet tertium,Andræas quartū ; in vigilia istorum ieiunandum est, vt sicut illi passi sunt pro Christi nomine, sic & nos cū eis compatiamur,si cū eis regnare velimus. De aliis verò Apostolis institutū non est propter aliqua impedimenta. Ecce enim festa Philippi & Iacobi est inter Pascha & Pentec. quod tēpus gaudij est & lætitiæ

lætitiæ:ideóque tunc non est ieiunium. Si opponatur de ieiuniis litaniarum,respondetur quòd necessitas interuenit,prout ibi dicetur, vel id non est ieiuniū necessitatis, sed voluntatis : & de eo, quòd quidam propter expectationē Spiritus sancti ieiunauit ab Ascēsione, vsque ad Pentecosten, pro eo quòd Apostoli dicuntur hoc tēpore ieiunasse. re-
17 spondetur,† quòd nulla scriptura authentica dicit Apostolos tūc ieiunasse.Vnde tunc ieiunandum non est,quia tempus illud est de tempore paschali.In vigilia tamen Pentecostes bene ieiunandum est, vt per ieiunium mūdati & purificati Spiritum sanctum digne suscipere meream ur.Item,Iacobus Zebedei frater Ioannis Euangelistæ,occisus est ab Herode in diebus azimorū,quare ieiunium non habet, nec etiam tunc de illo festum celebratur, prout in septima parte sub ipsius festo dicetur.De beato Bartholomæo cuius festum celebratur,nono Calendas Septēbris, dicitur, quod fuit excoriatus, & sequenti die obiit , & sicsi haberet vigiliam oporteret quòd esset tertia die ante quod esset contra normam aliorum festiuorum ieiuniorum.Quidam autem celebrant festum excoriationis,alij obitus,& melius. Sed sicut in concilio Bracharēn. cauetur in hoc consuetudo cuiuslibet Ecclesiæ est ob-
18 seruanda.† Barnabas autem non habet ieiunium,quia non est de numero xij. Apostolorum,nec dicitur Apostolus, nisi quia cum esset socius Pauli , missus etiam fuit ad prædicandum. Vnde, Segregate mihi Barnabam & Paulū. De beato quoque Thoma non est ieiunium statutum quia eius festum est in aduentu Domini,vbi continuum est ieiunium.Matthias etiā ieiunium institutionis nō habet,quia frequenter festum illius solet contingere in quadragesima,& semper est in sepuagesima: & tunc est tempus ieiuniis vel quia non fuit in primitiuis Apostolis,sed post passionem Domini sorte est electus,& per electionem aliorum loco Iudæ constitutus. Vnde propheta:Et episcopatum *Act.2* *Psal. 108*
eius accipiat alter. Decretalis tamen dicit, quòd hic habet vigiliam & ieiuniū.nec est vis,siue istud festum fiat in prima die bissextili, siue in secunda,prout in viij. parte sub anno solari dicetur. Ioannes Euan-
19 gelista festum habet tertia die post natale Domini, & tunc non est ieiunium propter festa tunc occurrentia,tum quia ipse die illa non
20 obiit,modo in die festi beati Ioannis Baptistæ. † Si tamen fieri posset bonū esset in omnibus Apostolorū vigiliis ieiunare.† Beatus Laurentius solus inter martyres , & solus beatus Martinus inter confessores ieiunium habent.Porro dicunt quidam quod non soluit ieiunium,licet peccet in ieiuniis indictis , præterquam in quadragesima comedit caseum & oua. Alij contradicunt. Ex causa tamen in aliquibus locis hoc posset concedi.iiij. dist. deinde. De ieiunio itaque quadragesimæ Greg. ita dicit: Par autē est , vt qui his diebus à carne animalium abstinemus ab omnibus quoque quæ sementinam trahunt originem carnis,ieiunemus à lacte,videlicet caseo & ouis. Quidam autē hæretici dicunt,quòd Christiani numquā debeerent carnes,caseum,& oua

come

Universidad de Deusto
Biblioteca

comedere: quia, vt dicunt, hoc non legitur in nouo Testamento, imo
Apostoli iudicarunt abstinere ab immolatis simulachrorum, & san-
Act. 15 guine, & suffocato: & Apostolus: Si esca scandalizauerit f.m. non m. c.
1. Cor. 8 in æter. & alibi: bonum est, non manducare carnem, neque bibere vi-
Rom. 14 num, &c. Non legitur etiam, vt dicunt, quod Christus ex aliqua natu-
ra eorum, quæ mouentur, discipulis ad manducandum daret, nec
etiam ante se manducare sineret præter pisces: nec ex fructu alicuius,
quæ moueat se, excepto fructu apum. Electuariis verò non aliter vti
licet: nisi sicut alio cibo delicato. Secus est in medicina curatiua: præ-
seruatiuam tamen, vbi nullum est signum instantis necessitatis, rece-
pere nõ licet. Quidam tamen dicunt, quòd pro nulla medicina nec
etiam pro electuariis ieiunium soluitur: nec etiam pro potu ante ci-
bum vel post. † Sic enim videtur inductum ex consuetudine ecclesiæ
ieiunantis, & hoc tolerantis. Senescalchi autem, vel quilibet alij seruí-
tores, vel portantes encænia, non soluunt ieiunium, si præguſtant ci-
bos ante dominos, fortè de toxico dubitantes. Quibus etiam canibus
monachi abbatibus seruientes, & alij seruitores possunt carnes præ-
gustare. Idémque etiam de medicis præguſtantibus medicinas. Tem-
pore ieiuniorum pretiosæ vestes deponuntur, & humiles assumuntur,
& carnes tam solidæ quam liquidæ dimittuntur. † Sed cùm pisces sa-
sint caro, quare hoc tempore comeduntur? Respõsio: Deus non ma-
ledixit aquis, quoniam per aquam baptismi futura erat remissio pec-
catorum, hoc enim elementum dignissimum est, quod sordes ablue-
& super quod Spiritus Domini ante mundi constitutionem ferebá-
tur: terræ verò maledixit in operibus hominis. Inde est, quòd omne
genus carnis, quod in terra versatur, tam quadrupedia, quàm aues, in
ieiuniis non licet comedere. Et licet quædam aues circa mare versen-
tur, & in aquis, quædam in eis vel ex eisdem nascantur, magis tamen
ad naturam terræ à qua nutrimentum percipiunt, ad hoc pertinere
dicuntur. Adhuc, cùm quidam pisces sint habentes ex vna parte for-
mam quadrupedis animalis, & ex altera piscis, biuerus in ieiunio pe-
test comedi ex parte, quæ piscis videtur: ex alia verò minimè. Adhæ-
piscis vsus secundum Greg. ita Christiano relinquitur: vt hoc ei mita-
mitatis solatium non luxuriæ pariat incentiuum. Denique, qui à car-
ne abstinet, nequaquam sumptuosiora maritimarum belluarum con-
uiuia præparet. Vinum quoque in ieiunio sic bibere permittitur, vt
ebrietatem omninò fugiamus. Vnde in pœnitentiali Romanorum
tum est, vt pœnitens paruis piscibus, & mediocri seruisia tempore
vtatur, extrà de homic. c. ij. Postremò notandum est, quòd licet ma-
Greg. in homilia illius Euangelij: Homo quidam dies fecit cœnam
magnam. refectio corporis in diebus ieiuniorum postquam nulla alia
paratur: non prandium, sed cœna vocatur.

SVMMARIVM.

1 *Officium quartæ feriæ ieiuniorum aduentus.*

2 *Lectiones duæ, cur legantur quarta feria quatuor temporum, in missa vna tantùm. num. 3.*

4 *Diaconus vnus in quibusdam ecclesiis, incensat quinta feria aduentus, & quare.*

De officio quartæ feriæ

CAP. VIII.

1 NVnc ad huius diei officium redeamus. † Siquidem in hac quarta feria examinantur ordinandi, an sint idonei ad suscipiendos ordines, vel non: quoniam in quarta ætate Leuitæ à Dauid, & à Salomone ad templi ministeria distributi sunt. Et inde est, quòd duæ lectiones
2 † leguntur ad missam: quarum prima, quæ legitur sub tono nocturnali, scilicet declinante, significat vetus Testamentum & secunda quæ legitur sub communi tono, scilicet ascendente, significat nouum Test. ad significandum ordinandos in vtroque Testamento debere esse instructos. Monendi enim sunt, qui ad ordinem sacrum conscendunt, vt habeant notitiam legis & prophetarum, quibus possint alios erudire. Prima lectio erit: In nouissimis. Esai. ij. Secunda est: Locutus est dominus. Esa. vij. c. Sed & lex & prophetæ in quarta mundi ætate viguerunt. Documenta ieiuniorum habemus à vet. Test. vt præmissum est. Semel geruntur quia tam in lege quã in prophetis Deus vnus coli præcipitur. Quoties autem in iiij. feria duæ lectiones leguntur, toties in proximo sabbato possunt generaliter ordines celebrari, quod sexies cõtingit, videlicet ter in quadragesima & ter extra quadragesimam, de quo
3 dictum est in procemio secundæ partis. † In sextis verò feriis ieiuniorum quatuor temporum vna duntaxat lectio ad missam legitur: quia lex & prophetæ quæ fuerunt in quarta ætate in vno Euangelio, in sexta ætate recapitulantur. Sanè huius quartæ feriæ Euangelium est: Missus, &c. quod est Luc. j. c. in quo paranymphi recitatur annuntiatio, Virginis consensus, & Domini incarnatio, quę propheticis tubis fuerat antè declarata. Vnde præcipit Propheta introitum: Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum. Esai. xlv. Rorate cœli: dicit & pluere: quia descendit Verbum in aulam credulæ virginis, sicut pluuia in vellus. Cœlos dixit & nubes angelos, & prophetas, qui enarrant gloriam Dei. In propheticalectione: Erit in nouissimis diebus: quod est Esa. ij. c. agitur de monte Domini, qui de paruo lapide creuit in montem, qui regnabit in domo Iacob in æternum, vnde rectè subditur in graduali: Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Et *Psal. 44* quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? In epistolari lectione, Locutus est Dominus ad Acham, &c. quæ est Esa. vij. cap. manifestè agitur de beata virgine Maria, cui ritè succinitur graduale: Prope est Dominus: & ne qua surrepat dubitatio, subditur in offertorio: Confortamini. Aliæ tamen ecclesiæ dicunt: Aue Maria gratia plena

Universidad de Deusto
Biblioteca

plena Dominus tecum: benedicta tu in mul. & benedi. fruct. ventris tui: quod sumitur ex dicto Euangelio. Communio est: Ecce virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emanuel. Esai. vij. cap. Lo † matutinali verò officio, in quibusdam ecclesiis, psalmodia finita, diaconus & subdiaconus, & acolyti in albis cum candelabris, & thuribulo processionaliter iussu prælati ad pulpitum pergunt, vbi diaconus pronuntiat euangelium: Missus est angelus Gabriel à Deo, & eius homiliam: deinde incensat altare: & posteà ipse & subdiaconus sedent, donec vnus acolytus incensauerit chorum, quod quidem fit ob reuerentiam dominicæ annunciationis, quæ in ipso euangelio continetur. Nempe prælatus illos mittit, ad notandum quòd Deus pater prophetas præmisit ad prænuntiandum Domini incarnationem futuram, & Gabrielem archangelum misit ad annuntiandum eam virgini Mariæ. Diaconus euangelium pronuntians est angelus annuntians Virgini, quòd conciperet. Altaris thurificatio est Spiritus sancti ipsi Virgini obumbratio. Ministrorum quies siue cessio, est ipsius Virginis timor, & cogitatio qualis esset angeli salutatio. Chori verò thurificatio, est Patrum illius temporis de Filij Dei incarnatione diu desiderata exultatio gratiarum actio, & congratulatio.

4

SVMMARIVM.

1 *Feria sexta vnam tantùm lectionem habet in Missa.*

De sexta feria. CAP. IX.

1

IN sexta feria vna † tantum lectio ad missam legitur: quia actor noui & veteris Testamenti, de quibus præmissum est: Vnus solus Deus est: & quia ex vtroque Testamento vnum euangelium factum est. Est
Esaiæ 12 est epistolaris lectio: Egredietur virga de radice Iesse: quæ est Esai. & manifestè de aduentu, & beata virgine Maria, intelligitur, quæ cùm esset immaculata virgo propè fuit. Ideóque in introitu ecclesia præcinit. Propè esto mihi domine: & in versu: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Et ad idem pertinet euangelium, Exurgens Maria: quod est Luc. j. ca. Graduale, Ostendo nobis domine misericordiam tuam: & offerenda, Deus tu. vel secundum alios, Audi Israël. Primum respiciunt aduentum quem quia cœli enarrauerunt, id est, Apostoli prædicauerunt, in secundo aduentu, cum domino iudicaturi, idcirco ei hymnum dicunt sanctos Apostolos, de quibus habetur in cantico Virginis, de quo fit mentio in præmisso euãgelio, vbi dicitur, Depositit potentes de se. & exal. hu. id est, superbos Scribas, & Pharisæos, & exal. hu. id est,
Luc. 1 Apostolos: & in communione, Ecce dominus veniet Zachariæ vlt. cap.

SVMMARIVM.

1 *Sabbato quatuor temporum aduẽtus: quatuor lectiones tantùm veteris Testamenti legantur: & quid ita. Limit. num. 4.* 2 *Iustitia*

2 *Iustitia beneficium.*
3 *Ieiunium, quodnam perfectissimum omnium.*
5 *Lectiones cur Romæ legantur Græcè & Latinè.*
6 *Euangelium cur dicat nouiter ordinatus: item cur & epistolam.*

De Sabbato. CAP. X.

1

IN † die sabbati dicuntur iiij. lectiones de veteri Testamento ante lectionem illam, Angelus Domini: quæ sumuntur de lege & prophetis, & in quibusdam ecclesiis prima est: Clamabunt: quæ est Esai. xix. ca. secunda est: Lætabitur: quæ est eiusdem xxx. cap. Tertia est: Super montem: quæ est eiusdem xl. cap. Quarta est: Christo meo: quæ est eiusdem xlv. c. Ideò autem sunt quatuor, quia quatuor sunt ordines benedicentium Deum, videlicet prælati, clerici, religiosi, & laici, siue populus, quos enumerat dicens: Domus Israël benedicite dominum: per hoc populus domus Aaron benedicite dominum: per hoc prælati. Domus Leui benedicite dominum: per hoc ministri: Qui timetis dominum, *Psal. 134* benedicite dominum: per hoc religiosi intelliguntur. Prima ergo lectio pertinet ad populum, secunda, ad prælatos, tertia ad ministros, quarta ad omnes religiosos. In his enim lectionibus informantur ordinandi, vt ad exempla sanctorum patrum dictorum quatuor ordinum cum eis benedicant dominum: siue, vt benedictio illorum veniat super eos. Vel ideò quatuor leguntur, quia ieiunans debet habere quatuor virtutes cardinales, scilicet temperantiam, quia ipsum ieiunium temperantia est, prudentiam, vnde Apostolus: Rationabile sit obsequium vestrum. Fortitudinem: vnde Prouerb. vltim. De muliere forti, *Rom. 12* id est, de ecclesia: Accinxit fortitudine lumbos suos, quia oportet nos multùm laborare ad hoc, vt caro nostra munda sit, quod cum magna fit pugna, quia valde corrupta est, spinas & tribulos germinat, & ideò cum magna attritione venit ad candorem, sicut & b. ssus, & iustitia, vnde Esaias, & erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius: de Christo loquitur in membris: quando enim fit iu-
2 stitia † in terra, recedunt latrones, similiter quando iustitia fit, à nobis recedunt praui motus, & non sperant, licet in nobis habitent. Si verò *Esaiæ 11* non fiat iustitia, non recedunt, vnde Esaias, Quia non facimus iustitiam, non recesserunt habitatores terræ, vbi est iustitia ibi pax. Fides autem, est cinctorium renum eius, quia vt dicit Gregor. Despectus ter-
3 renorum, restringit, fluctus carnalium voluptatum. † Vnde si ieiunas à cibis corporis, oportet vt ieiunes à cibis dæmonis, & comedas cibos mentis, qui autem sic ieiunat, non nocebit eis ignis tribulationis, nec ignis mundanus, sicut nec tribus pueris nocuit ignis fornacis Babylonis, & ideò sequitur lectio Dañ. iiij. Angelus domini. Præcedit autem ipsa lectio ordinationem clericorum ad notãdum, quòd nemo rite potest ad consecrationem accedere, nisi prius trãseat per fornacem atque *Eccle. 27*

in for

1. Tim.3 in fornace Deum benedicat, iuxta illud Sapient. Vasa figuli probat for-
Danie.3 nax, & homines iustos tentatio tribulationis: quia qui ad sacrum acce-
dunt ministerium, probandi sunt in camino multarum tribulationum
& tentationum. Iuxta illud Apostoli: Et hi probentur primò, & sic mi-
nistrent. Propter ordinandos enim legitur, ad significandum, quòd sic
viuere deberent: vt non noceat eis aliquis ignis regis Babylonis, id est,
diaboli, sicut ignis tribus pueris non nocuit. Et sequuntur benedictio-
nes, scilicet hymnus: Benedictus es Domine, &c. Quia post probatio-
nem coronantur, & à domino benedicentur. Et in fine subiicitur ver-
sus, Gloria patr. &c. in laudem & honorem Trinitatis, quod non fit post
Psalm. Benedicite: tum quia ibi in vltimo versu fit mentio de Patre, &
Filio, & Spiritu sancto: tum quia ibi, in festo trium puerorum tota
Trinitas fuit dehonestata: hi verò versus præcedentes ad solius Patris
pertinent laudem, & in ordinandis Trinitas honoratur. Choro autem
licet sedere, dum lectio ipsa dicitur, sed non in cantu: aliud enim signi-
ficat ipsa lectio in legendo, aliud in cantando, vnde nunc stare debet
episcopus & clericus: quoniam non debemus quiescere, qui scimus pro-
ros illos pro Deo laborasse. Dicuntur † autem in sabbatis ieiuniorum
vij. lectiones euangelio connumerato, eò quòd septem sunt ordines.
& quidam dicunt xij. pro eo, quòd antiquitùs Romæ, & adhuc in Con-
stantinopoli fieri dicitur: legebantur Græcè & Latinè, & legebantur
xij. lectiones per xij. lectores, quorum sex erant Græci, & sex Latini.
Erant tamen solummodò sex in sententiis, quoniam illæ sex sine euan-
gelio, quæ legebantur Latinè, legebantur & Græcè, sicut si diceremus
Amen & posteà dixerimus. Verè: non ideò duæ res erunt. † Ideò autem
legebantur dupliciter: quia Romæ erant Græci, quibus Latina lingua
incognita erat: erant etiam Latini permisti, quibus Græca incognita
erat. Vel hoc fiebat, ad notandum vtriusque populi vnionem. Cæterum
ad orationem, quæ dicitur post lectionem, Angelus Domini: scilicet
Deus qui tribus pueris &c. non flectit ecclesia genua, licet in oratione-
bus aliarum lectionum antè flecteret præter quàm in octauis penteco-
stes ad ostendendum, quòd ecclesia conformis est tribus pueris. Fecit
Danie.3 enim Nabuchodonosor statuam, & cogebat omnes adorare eam, sed
tres pueri cum Daniele noluerunt genua flectere ante statuam, sicut
debent esse ordinandi, qui ante statuam, id est, ante mundi gloriam ge-
nua non flectat. Quare clerici ordinentur, & quare in sabbato, dictum
est in procœmio secundæ partis. Quidam conferunt sacros ordines suce-
lectionem, Angelus, & epistolam Pauli, vt post ordinationem propo-
nant ordinatis epistolam & Euangelium ad instar boni pastoris, qui
mittens filium, monet eum, quid & qualiter acturus sit. Ordinati enim
per capellas mittendi per epistolam monentur, vt alios corrigentes
Matt.28 benedictionem, quàm acceperunt custodiant. Per euangelium verò di-
citur eis: Euntes, docete omnes Gentes. Nonnulli etiam subdiaconatum
ante epistolã ratione prę̃missa præstito continuè, post eam diaconatum

& sacerdotium præbent: quibus præstitis in vocem lætabundã erum-
punt, dicentes: Benedictus es domine, eò quòd hi præsertim ordines
inuitantur ad laudes, & præstantur, citra Euangelium: quia Moses &
Aaron Leuitas in tabernaculi ministerium ordinauerunt, & Christus Luc.10
lxxij. ordinatos ad prædicandum misit. † Debet autem legi epistola,
scilicet, Romanus, &c. Quæ est ij. ad Thess. ij. ca. ab aliquo de ordina-
tis die ipsa: quia episcopus debet priùs ordinatos admonere, & posteà
ad maiorem admonitionem, epistolam illis tradere. Præterea ordi-
natus doctrinam sibi in ordinatione tradita per hoc se reducere in o-
pus ostendit. Propter eandem etiam rationem, vnus de nouiter ordi-
natis legit tunc Euangelium: Anno xv. quod est Luc. iij cap. post epi-
stolam etiam cantatur tractus, qui significat grauitatem: qua sacra-
tus seu ordinatus seruare debet, ne in superbiã elatus in laqueos in-
cidat diaboli. Communio est: Exulta satis, quæ est Zachariæ nono ca.

SVMMARIVM.

1 *Aduentus Dominicæ quartæ, & missa introitus. nu. 3.*
2 *Tubarum vsus vnde.*
4 *Antiphonæ septem, incipientes ab ô, cur cantantur ante Domini natiui-*
tatem.
5 *Aduentu Christi liberatus est homo à septem morbis: quos penè refe-*
runt septem antiphonæ, incipientes ab ô.
6 *Hebdomada proxima natiuitati, præparatio merito nuncupatur. Et cur*
sex diebus ante natiuitatem dicantur laudes propriæ.
7 *Dominica vacans, quæ, & cur sic dicta.*

De Dominica quarta aduentus Domini.

CAP. XI.

1 IN † quarta dominica aduentus primum responsorium in nocturnis
est: Canite tuba, quod sumptum est de Ioele: Antiquitùs enim Iu-
2 dæi † canebant tubis ad inuitandum homines ad nuptias, & ad so-
lennitates, & ad mouendum castra. Vnde nunc præcepit Dominus
prælatis, vt cantent tubis, inuitantes Gentes ad nuptias noui regis,
quarum dies instat, scilicet dies natalis Domini, in qua Christus de-
sponsauit sibi humanam naturam: secundùm quod dicitur in Psal. Et
ipse tanquàm sponsus procedens de thalamo suo. Canite igitur quia
propè sunt nuptiæ: & propter præmissam causam, cantores hac septi-
mana altius solito, vocem suam exaltant in responsoriis, & in introi-
tibus: vt qui prius sopore negligentiæ oppressi, lectionibus excitari
nolumus, saltem vociferationibus & tumultu cantum excitemur. Si-
quidem in septem annis ante annum iubileum præcepit Dominus ca-
nere tubis, pro ipsius anni instantis lætitia. In hac autem historia hu-
ius dominicæ partim ex prophetis, partim ex Euangelio compilata,

communia ex vtriusque decantantur aduentus, & præsertim vocatio Gentium, declaratur per Christi aduentum, vbi in persona Apostolorum,vel doctorum dicitur: Canite tuba,& vocate Gentes.Sanè gentilitas videns calciatam fore diuinitatẽ,in vtero virginali, clamat † ad eam in introitu:dicens secundùm quasdam Ecclesias: Memento nostri Domine in beneplacito p.r.hoc est in Filio: in quo bene complacuisti ex militibus populi, qui fuit tuus ab initio mundi. Et ideò congratulatur alteri in epistola, dicens secũdum quasdam Ecclesias:Gaudete, quæ est ad Philip. iiij. Sed iuxta considerationem vteri virginalis, cantat in graduali Dominum propè esse, & celerem eius aduentum.In allelu-ia verò:Veni Domine.in offerenda,Confortamini, & in communione:Ecce Virgo desiderat,& consolatur, & causam concludit consolationis.Porrò ad ostendendum desiderium antiquorum Patrum,in fine aduentus, cantantur septem antiphonæ: vnaquæque secundum ordinem suum,sua die,vsque ad natale,quę incipiunt ab O. Prima est: O sapientia, &c. Sunt autem septem, quia dirigunturad Christum, in quo requieuit spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, &c. Esai.ij.per quæ septem dona fuæ incarnationis nobis gratiam ministrauit:prout in ipsis septem antiphonis apparet.Sunt etiam septem:quę cantantur in designatione antiquorum Patrum qui septenario seruientes aduentum Domini expectabant. Vnde in omnibus dicitur:Venit.vel septem sunt propter septem dona Spiritus sancti, quæ Christus veniens largitus est mundo,& per quæ expectantes illuminati sunt.Et sunt omnes secundi toni.Primò, quia quælibet loquitur de vtroque aduentu. Secundò, quia signant nobis geminam dilectionem,scilicet Dei & proximi.Tertiò,propter geminam Christi ad quem diriguntur naturam, vnde:Geminæ gyges fabricatæ.Quartò,quia ipse antiphonæ notant desiderium tam antiquorum Patrum expectantium primum Saluatoris aduentum,quàm Modernorum expectantium secundum.Omnes ergo sunt secundi toni.Et signum quòd secundum expectamus aduentum. Et aduerte,quia illæ quæ habent in prin. verba pertinentia ad diuinitatẽ pertinent ad eos, qui expectant primum:vt ô sapientia,& ô adonay. Adonay autem interpretatur Dominus, quia dominatur cũctę creaturæ,vel qua omnia dominationi eius seruit.Illæ verò quę habent verba pertinẽtia ad humanitatem pertinent ad expectantes secundum,vt,O radix Iesse & O clauis Dauid.Sunt etiam quædam quæ vtrique conueniunt:vt O rex gentium.NamDei Filius dicitur rex secundum diuinitatẽ,iuxta illud:Domine in virtute tua lætabitur rex,&c.Sæpiùs tamen secundum humanitatem rex dicitur:quia secundũ eã,est vnctus oleo lætitiæ præ participibus suis.† Rursus Ecclesia in his septem antiphonis ostendit multiplicitatem morbi sui, & ad quãlibet petit remedium sui medici. Nam ante Dei filij aduentum in carne eramus ignorantes siue cæci

Psal. 103

Psal. 61
Psal. 20
Psal. 44

pœnis ęternis addicti serui diaboli,mala peccati consuetudine vincti, tenebris obuoluti, exules à patria, & expulsi. Ideoque indigebamus doctore,redemptore, liberatore, eductore, illuminatore, saluatore: quia igitur ignorantes eramus ideóque ab ipso doceri indigebamus, vnde in prima antiphona clamamus:O sapientia,quæ ex ore, &c. Eccl.xxiiij.& Sap.viij.& Esa.xl.cap.quia verò parùm prodesset. si docemur, & non redimeremur, ideò in secunda ab ipso redimi postulamus:O adonay,&c.Exo.vj.& xiij.& xix.& xx.c.sed quia nihil prodesset,si essemus docti & redẽpti, & adhuc post redemptionem tenemur captiui,ideò in tertia petimus liberari:O radix Iesse.&c.Esa. xl. & lij. cap:Sed quid prodesset captiuis,si essent redempti & liberati, si tamẽ nõdum essent ab omni vinculo absoluti, vt scilicet sub peccato essent, & vincti liberè quò vellẽt,ire non possent? & ideò in quarta ab omnibus peccati vinculis educi petimus.O clauis Dauid &c. Apostol.iij.& Esa.xlij.& Luc.j.c.Præterea,quia hi qui diu fuerunt in carcere,oculos habent obtenebrantes,nec clarè videre possunt, ideò post absolutionem à carcere restat nos illuminari,vt videamus quò ire debeamus,& ideò in quinta hoc petimus:O oriens,&c.Zach.vj.Sap. vij.& Malach. vlt.& Luc.j. ca. Sed si essemus docti & ab inimicis penitus liberati,& illuminati,quid valeret,nisi deberemus ad regnum perduci & ibidem saluari:& in duabus sequentibus petimus saluari:O rex Gentium &c. & Aggei.ij.& j.Pet.ij.Eph.ij.& Gen.ij.c.in qua petimus salutem Gentium:&,O Emanuel,&c.Esa.vij.Mat.j.& Esa.xxxiij.& Gen.p.c.in qua petimus salutẽ Iudęorum.In quibusdam verò Ecclesiis adduntur aliæ duæ. Prima in honorẽ beatę virginis Marię,quæ cõcipit:secunda pro angelo,qui ad Virginem introiuit,vel in honorẽ sancti Thomæ cuius festum tunc accidit.Duæ quidem adduntur,vt perficiatur nouenarius numerus, ad designandum quia per septẽ dona Spiritus sancti peruenimus ad nouem ordines angelorũ, quorũ quilibet desiderabat Christi natiuitatẽ,vt impleretur numerus ipsorũ, qui de cœlo ceciderunt. Quædam etiã Ecclesiæ cantant duodecim, quæ exprimũt duodecim Prophetas,qui Christi aduẽtum prædixerũt,quæ etiã duodecim Apostolorum testimonia roborauerunt, ex quo duodecim tribus & duodecim milia signati saluãtur:sed non sunt nisi septem habentes veniã. Omnes autem incipiũt per ô,quod potiùs admiratiuè ponitur, quàm vocatiuè.Cantantur in vesperis,quia Dominus venit in vespera mundi.Hic est Helias,qui sc;ò,carne,& in mane pane vescitur: Dominus, scilicet noster,qui in vltima ætate mundi carnem assumpsit: & in diluculo resurgens in panem angelorum transiuit.Et † nota, quòd hæc hebdomada proxima natiuitati,præparatio meritò nuncupatur, & ea historia:Clama in fortitudine,cantatur, quæ nõ vt quidam simplices autumant,ad quatuor tempora, sed ad Domini pertinent proximam natiuitatem.Vnde cum sex matutinalibus laudibus decantatur: quoniam quælibet illius feria proprias habet ad laudes antiphonas, quia

Apoc. 7

per ſex ætates Antiqui ſe ante aduentũ præparauerunt: & nos per ſex opera miſericordiæ ad ſecundum etiam præparamur: Verũtamen ſeriales antiphonas, quę in illa feria: in qua occurrit feſtum ſancti Thomæ ſcriptæ ſunt, octaua die anteà quidã canere conſueuerunt. Decet enim ante natiuitatem Domini cantus & omnes antiphonas, & feré omnia reſpõſoria renouari, quia ſicut per plures & frequentiores nuntios magis ac magis mouetur animus ſubditi, ad ſolicitudinẽ honorificè ſuſcipiendi prælatum, ſic & renouatione cantus, magis & magis mouemur ad curam noſtræ præparationis in ſuſceptione Domini, & vt per quotidianam renouationem cantus, excitemur frequentiùs ad turpes & terrenas cogitationes purgandas, vt ſit dignum habitaculum, & ornatum vẽturo regi regum piis cogitationibus præparemus.

Rom.13 Poteſt tamen & totus aduẽtus præparatio nuncupari: vnde in principio legitur: Abiiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, &c. quæ omnia præparationis ſunt inſignia. Intitulatur autem in antiquis libris dominica † iſta: Dominica vacans. Primò, qui oſtendit

Matt. 18 quòd omnis ſanctus vacat, ex quo Ioannes, quo inter natos mulierum

Ioan.1 non ſurrexit maior, non eſt dignus ſoluere corrigiam calciamenti, ſecut dicitur in Euangelio huius dominicæ, id eſt, incarnationis myſteria denudare: & propter hoc dominus Papa non facit ſtationem apud aliquem ſanctum. Secundò dicitur vacans, quia non habet proprium officium, ſed mutuat alienum, ſcilicet: Rorate cæli, &c. & hoc propter ordines præcedentis diei: in quibus fuit apoſtolicus occupatus. Sæpè enim in Decembri conſueuerunt ordines ab apoſtolicis celebrari. Tertiò, quia numerum dierum aduentus excedit, ſcilicet xxj. quare inter dominicas aduentus non debuit computari: ſed vacans potiùs appellari. Quartò, quia apoſtolicus olim hac die dominica eleemoſynis vacabat: & tam ipſe, quàm ſui circa hoc intenti nullam ſtationem faciebant: propter quod dicta eſt vacans, ſcilicet à ſtatione & indulgentia. Quædam eccleſiæ dicunt in hac dominica Euangelium, Miſerunt Iudæi quod eſt Ioan. j. cap & epiſtolam, Gaudete. quæ eſt ad Philippen. iij. cap. Aliæ verò dicunt epiſtolam: Sic nos exiſtimet quæ eſt ad Corinth. iij. cap.

SVMMARIVM.

1 *Natalis Domini vigilia, & officium.*
2 *Officij diurni intentio.*
3 *Prophetia cur præmittatur epiſtolæ vigiliæ natalis Domini.*
4 *Pſalmi qui dicantur in veſperis vigiliæ natiuitatis Domini.*

De vigilia natiuitatis Domini.

CAP XII.

IN † vigilia natiuitatis Domini, eſt inuitatorium: Hodie ſcietis quia v.d. & l.n. & m.v.g.e. quod eſt tranſumptũ de Exo. xvj. c. Ex eo, quod ibi dicitur: veſpere ſcietis quia eduxit vos Dominus de terra Aegypti,

& mane v.g.e. Et poteſt dici, quòd hæc breuis clauſula, ex vna parte ad natiuitatem, ex alia pertinet ad reſurrectionem: ſic hodie, ſcilicet in vita præſenti ſcietis, quod veniet Dominus, id eſt, panis viuus, qui de cœlo deſcendit, & ma. vi. gloriam eius, id eſt, reſurrectionis gloriã nõ ſolùm humanam, ſed etiã gloriã diuinitatis eius. Sanè, in hac vigilia Eccleſia monet, & inuitat filios ſuos, vt parati ſint ad ſuſcipiendum Dominum. Vnde in nocturnali officio primum reſponſorium eſt: Sanctificamini, ſcilicet filij Iſraël, id eſt, viri ſpirituales, qui videtis Deum per fidem, & parati eſtote, vt interſitis ad nuptias: quia non erit in cœna, qui eiicitur è nuptiis. Moraliter non obſeruabit conſilia, qui præcepta tenuit adimplere. Sequitur in verſu: Et mane vj. glo. eius. id eſt, aduentum gloriæ eius, vel mane ad literam. Et hæc vltima pars de Exodo ſumpta eſt, ſed prima non eſt ſumpta

2 de aliquo libro. Dicitur etiam capitulum: Gaudete in Domino, Philip. iiij. cap. Diurni † verò officij intentio eſt oſtendere, quòd Chriſtus natus ſit, & hoc dicitur in epiſtola: Paulus ſeruus, &c. Quæ eſt ad Roma. j. cap. & in Euangelio: Cùm eſſet deſponſata. quod eſt Matth. j. cap. Hæc etiam die deſponſatio legitur Mariæ, vt ſciat quòd alij fuit

3 deſponſata, ſcilicet Ioſeph, & ab alio fuit fœcundata, ſcilicet à Spiritu ſancto. † Quædam tamen Eccleſiæ ad hoc, vt incredulis maior certitudo ſit, præmittunt prophetiam: Propter Sion, &c. Quæ eſt Eſa. xlij. cap. in qua oſtenditur ipſum fore naſciturum. Natus autem eſt, vt populum ſaluum faceret, & terræ iniquitatem deleret: hodie in ſpe per ſacramenta gratiæ, mane in te, per reuelationem gloriæ. Hęc parent in introitu & in graduali. Hodie ſcietis. Exod. xvj. cap. & in alelu Ia Craſtina. Quidam tamen dicunt allelu-Ia, Aue Maria. & hoc quando vigilia eſt in dominica. Tunc enim dicitur allelu-Ia, propter reſurrectionem Domini. Idem etiam patet in poſtcommunione: Relabitur quæ eſt Eſa. xl. cap. Sed quia in eius incarnatione erat fugis. in quo pro eis oratur. Quantus ſit, oſtendit Pſalmus, qui ad introitum cantatur, ſcilicet: Domini eſt terra, & plenitudo eius. de quo

4 etiam dicitur offerenda: Tollite portas principes veſtras, &c. In † veſperis autem vigiliæ natalis Domini dicunt quidam pſalmos: Laudate pueri Dominum. Laudate Dominum omnes Gentes. Lauda anima mea Dominum, Laudabo. d. in Laudate Dominũ, quoniam bonus eſt pſalmus. & Lauda Hieruſalem Dominum, lauda Deum tuum Sion. in quibus inuitamur ad laudes. Alij verò dicunt: Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini. Qui confidunt. In conuertendo Dominus captiuitatem, &c. Memento Domine. & Benedictus Dominus Deus. & meritò, qu'a primus deuotos inuitat ad laudandum fugiter & prædicandum, ſecundus monet in Deo confidere. In tribus ſequentibus redditur cauſa, quare laudibus ſit inſtandum, & in Domino confidendum, ſcilicet quia noſtram captiuitatem conuertit, &

Pſal.23

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal. 17 multùm magnificauit, quia promissa compleuit, dum fructum vētris Dauid super sedem eius instituit: quia inclinauit cœlos, & descendit, qui demùm de alto manū suam emittet, vt nos eripiat ab aquis multis, & à filiis alienis. Vesperæ autem istæ priuilegiatæ sunt: quia cum cætera officia vespertina propter superueniens festum murentur, istæ non mutātur. In vigiliis etenim aliorum festorum capitulum, Hymnus, Antiphona & collecta. In aliquibus etenim Ecclesiis totis vesperis diei officiis expletis, solūmodò antiphona & collecta de sequenti festo dicuntur, eò quòd Dominus in vesperis, id est, in vltima ætate mundi venit ad saluandum saltem reliquias generis humani.

SVMMARIVM.

1 *Natalis Domini officium, quid in summa.*
2 *Christus cur in fine anni nasci voluit.*
3 *A natali Domini, dies sensim crescunt.*
4 *Natalis Domini festum eadem die mensis semper occurrit: cætera autem mutantur festa. Rationem vide nu. 5.*
6 *Natalis Domini officium nocturnum, & eius significatio. num. 7. 8. 9. 10. 12. 16.*
11 *Iubileus, quid notet.*
13 *Euangelia quot dicantur in nocturnali officio natalis Domini.*
14 *Ioseph potius, quàm Mariæ genealogia, cur computetur.*
15 *Mariæ & Ioseph genealogia describitur.*
17 *Thelesphorus papa, instituit tres Missas cătari in die natalis Domini, & quod eius fuerit institutum de prima. nu. 18. 19.*
20 *Prophetiæ diei natalis Domini cur præmittantur epistolis.*
21 *Missa secunda natalis Domini, cur cantetur sub auroram.*
23 *Missa tertia natalis Domini, hora tertia cantanda.*
24 *Missa tres instituta in die natiuitatis Dominica, quid signent. ibidem videndo, & per nu. 24. 26. 27.*
25 *Christus, quomodo intelligatur primogenitus Mariæ.*

De officio natalis Domini.

CAP. XIII.

QVæcunque in officio Natalis Domini dicuntur, de exultatione †natiuitatis sunt: quia sicut cantatur in responsorio: Descendit de cœlis Christus, id est, de sinu Patris vt appareret visibilis. Vnde Egressus eius à Patre, id est, ab occulto, & intimo Patris. Sequitur, Intruoinit, scilicet per aurem Virginis, id est, per fidem, quę ex auditu,
Luc.1 cur legitur in epistola ad Rom. Vnde cū dixit ei angelus: Spiritus sanc-
Cantic.5 ćtus superueniet in te, & virtus altissimi obūbrabit tibi. Spiritui sācto acquieuit. Iuxta illud, in cāticis: Fossulū ostij mei aperui dilecto meo. ostiū, desideriū, est pessulū, discretio, quasi per discretionē aperui desiderium meū dilecto meo: & hoc audito dixi: Ecce ancilla Domini,
Luc.1 fiat mihi secundùm verbū tuum. Non sicut Eua, quæ fregit pessulum, quasi

quando voluit esse sicut Deus. Introiuit dico in vterum Virginis, quo accepit carnē nostrā, & exiuit per portam clausam in regionē nostrā. De hac porta dixit Ezechiel: Porta hæc clausa erit in æternū. & exiuit de mūdo per portam aureā, id est, charitatē: quia per crucē. Maiorem enim charitatē nemo habet, quàm vt animā suā ponat quis pro
Ezec.43 Ioan.15 amicis suis. Et † est aduertendū, quòd Dominus in fine anni nasci voluit: vt ostenderet se in vltima mūdi ætate venire, in sexta feria conceptus, in dominica natus, in sexta feria crucifixus fuit, & dominica resurrexit, vt qui hominē in sexta feria plasmatū perdiderat, in sexta feria liberaret, & qui dixerat in dominica: Fiat lux, in dominica ve-
Gen.1 niens oriens ex alto nos illuminaret. De hoc dicetur sub tit. de parascene. Et in nocte natus est, vt se sub carne latētem venire resignaret: vel vt se ad illuminandā noctem nostram venire monstraret, quoniā habitātibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Vnde ab † eius natali dies prolongantur, quia credentes in eum ad æternitatis lucē vocantur: rationabiliter itaq; nocturna officia celebrantur. Cùm au-
Esa.9 tem cætera festa Saluatoris, † scilicet passio, resurrectio, ascensio, pentecostes, & alia sint variabilia, quia non celebrātur semper in eisdem calendis siue in eadem die mensis: quare hoc festum est inuariabile, cùm semper est in eisdē calendis, siue eadem die mensis? Respondeo secundum Augustū. Hoc festum pertinet ad memoriam tantùm, vnde sufficit per illud memorari quota die mensis Christus natus fuit, & ideò semper eadē die mensis celebratur licet ipsa feria varietur propter mutatioē literæ dominicalis: alia verò festa pertinent & ad memoriam & ad sacramētum. Verbi gratia: Christus passus est sexta feria, vt hominem qui in sexta feria ceciderat, redimeret, & sic de aliis: & ideò oportet, quòd sub diuersis calendis fiant, in eadem tamen feria, scilicet in dominica. Præ ereà, semper pascha nostrum accipitur dominica prima post pascha Hebræorum, quod est semper xiiij. luna: quia ergo luna xiiij. non semper est eodem tempore, vel eadem die mensis, imò variatur secundū annos solares, ideò & pascha nostrum, non semper est eodem tēpore, nec in eadem die mensis, licet semper sub eadē feria, scilicet in dominica celebretur. Rursus † ideò Pascha, Pentecostes & alia festa variabilia sunt, nec certæ diei mensis sunt annotata, ne videamur imitari Iudæos, qui semper illa celebrant in certis calendis. Alcuinus verò dixit, quòd ideò hoc festum per singulos dies variatur, quia natus est nobis, qui per singulos mūdi dies la-
6 uat illos, qui per peccatum Adæ sunt maculati. Circa † officium nocturnale sciendum est, quòd inuitatorium, scilicet: Christus natus est nobis, &c. in persona angelorum cāratur, à quibus pastores vel potius omnis populus ad adorandum natum Dominum inuitatur. Nouem verò psalmi dicuntur per tria nocturna, vt notetur, quòd omnes sancti Patres qui fuerunt in tribus tēporibus, scilicet ante legem, sub lege, & tempore gratiæ in nouo Testamento, sociati sunt per aduentū

Christi,nouem ordinibus angelorum:vt sicut angeli sanctę Trinitati congaudent,sic & illi cōgaudeāt. In primo psalmo igitur de æterna Christi genitura,& ineffabili.In secūdo de eius incarnatione. In tertio de laudibus sponsi & sponsæ,idq; in tribus primis lectionibus per Esa.Oracula testificamur,qui non tam propheticè,quàm Euangelicè incarnationem Christi descripsit.Prima est:Primo tempore Esa.ix.c. Secunda est:Consolamini,consolamini populi meus, dicit Deus vester.Esa.xl c.Tertia est:Consurge,consurge.Esa.xlij. ca.in ipsis etiam fit promissio:in aliis ostenditur promissionis impletio. † Primus nocturnus recolit tempus ante legem,seu eos, qui fuerunt ante legem, vt Abraham, Isaac, & Iacob:secundus nocturnus recolit tempus legis,seu eos,qui sub lege fuerunt,vt Dauid & Prophetas, & alios plures,& ideò in antiphonis quæ cātantur in illis duobus nocturnis,quæ ad vetus Testamentum pertinet,non dicitur allelu-Ia : quoniam Patres illorum temporum differebantur ab æterno gaudio, scilicet à patria,in qua iuxta Apocalypsim,cantatur allelu-Ia.Tertius verò recolit nouum Testamentum,quod habuit initium à baptismo ,quod tertio tempore,scilicet gratiæ nobis collatum est,seu eos, qui fuerūt in nouo Testamento,vt sunt Apostoli,Martyres, Confessores, & alij sancti.Ideóque in illis antiphonis,quæ eos recolunt, & quæ ex nouo Testamento sumuntur , canitur allelu-Ia , quoniam istos plus honorauit suus aduentus,quàm præcedentes Patres, ita vt si digni de hoc mundo migrant,illicò in cœlum transferantur,& societati sanctorū iungantur,quod antiqui Patres longo tempore expectauerunt,murmurantes infra claustra inferni.Ante † nocturnos solent in quibusdam locis super altare tres panni poni, ad designationem præmissorum trium temporum,& in singulis nocturnis singuli amoueri. Primus niger pro tempore ante legem. Secundus albus,pro tempore relationis. Tertius rubeus, pro tempore gratiæ propter dilectionem sponsæ candidæ & rubicundæ.In quibusdam quoq; Ecclesiis suspenduntur boni panni,in quibusdam viles , & in quibusdam nulli prout in prima parte dictum est sub tit.de picturis. Sanè, ad primū responsorium primi nocturni,dicuntur in quibusdam Ecclesiis tres versus, propter causam redditā sub prima dominica aduentus,& post quodlibet trium responsoriorū priorum dicitur,Gloria Patri,&c.hocideò quoniam in tribus responsoriis tria † significantur , scilicet restauratio angelorum , reparatio hominum , & modus , quo ista facta sunt. Restauratio angelorum notatur in primo vbi dicitur:Gaudet exercitus angelorum.Reparatio hominum,in secundo,vbi dicitur:Pax vera descendit.Modus verò,quo & facta sunt,& potius quo descendit ille, qui fecit, insinuatur in tertio,quod est in quibusdam locis:Descendit de cœlis.In quo ostenditur,vt præmissum est, Deum descēdisse à Patre,in Virginē, & ita ad nos el per hoc quod in ipso responsorio cantatur,quòd intrauit in regionē nostram,recolitur liberatio habitantium

tium in regione vmbræ mortis. Quia ergo hæc facta sunt per Trinitatem, idcirco post quodlibet illorum trium responsoriorum , Gloria
10 Patri cantatur , quod ad laudem pertinent trinitatis. Rursus † sicut manna habebat saporem similem cum melle:ita & Christus duo habuit in se,videlicet humanitatem & deitatem. Humanitas:per similam; Deitas per mel intelligitur. Vnde etiam in hoc secundo responsorio dicitur:Hodie per totum mundū melliflui facti sunt cœli : quasi diceret:Totus mundus mellificatus, & dulcoratus est. In tertio verò responsorio fit triplex iubilus,scilicet in Fabricæ, in Tanquā, in Gloria Patri,in quo quidem in tribus Saluatorem commendamus, ostendentes,quòd qui ineffabiliter fabricam mundi creauit , & ineffabiliter de Virginis thalamo processit,& ineffabiliter æqualis Patri,& Spiritui sancto permansit:sicut fuit ab æterno,sic nunc est,& erit in æternum.& hic tria triplici iubilo significamus , primum primo,secūdum secundo,& tertium tertio:& vt expressius tertium significetur,in quibusdam Ecclesiis cantatur, Gloria Patri,&c. & sicut erat in principio,
11 &c.vsque ad Amen. † Et nota, quod fit iubilus super a.& super o. Super a,in Fabricæ,& in Tanquam. Super o,fit gloria patri ad notandū, *Apoc. 1*
quòd cui fit,est α,& ω,id est,principium & finis. Iubilus autem quandoq; notat expectationem nostram , vt dicetur sub tit. de septem diebus post pascha, quandoq; nostram infirmitatem vt in versu:Tanquā sponsis:quandoque rei,de qua agitur,magnitudinem,vt ibi : Fabricæ mundi,quandoque gaudij immensitatem, vt in fine responsorij:Verbum caro. ibi enim signat immensitatem gaudij : quod viri sancti habent de eo , quòd Verbum caro factum est,plenum gratia & veritate.
12 De iubilo dictum est in proœmio quintæ partis. † Restat adhuc de sex responsoriis dicere. Et quidem in primis duobus secundi nocturni,agimus de partu,in tertio de parturiente. In duobus verò primis tertij nocturni,agimus de parturiēte,& in tertio de partu,in quo consuetudinem mulierū imitamur. Consueuerunt enim mulieres visitare parturiētes,& partum, & eis munuscula sua dare:& nos parturientem,& partum quodammodo visitamus eum, pro modulo nostro eos magnificamus.Ipsæ verò laudes,sunt munuscula,quæ offerimus. Dicitur etiam ad horas capitulū:Paulus seruus. Roma j.& illud, Multifariè ad Hebræ.j.c.& illud:Apparuit gratia.ad Titum.ij. & illud , Ap-
13 paruit benignitas.ibidem.iij.cap.In † nocturnali verò officio tria leguntur Euangelia,vt habeat Ecclesia quod intendit.Vult enim ostendere vtramq; naturā esse in Christo , vt sic plures sint testes natiuitatis Christi, & propter hoc etiam leguntur lectiones in quibus August. & alij Sancti inducūt ad hoc authoritates infinitas , scilicet ab eis qui fuerunt ante legem,sub lege,& post legem:quoniam integrum est iudicium,quod plurimorum sententiis confirmatur.extrà de offi dele. prudentiam. Legitur & quartum Euangeliū Mat.scilicet:Liber generationis post nonū versum in quo exprimitur eius generatio:vt ostē-

datur eum fuisse de genere Patrum eorum, quibus est facta promis- *Psal.88*
sio scilicet Dauid & Abrahã. Dauid in Psalmo: De fructu ventris, &c.
& j Paralip. Cùm dormieris cum Patribus tuis, suscitabo semẽ tuum
post te. Abrahæ verò Gene. xvj. dictũ est: In semine tuo benedicentur
omnes Gẽtes & ideò dicit in principio: Filij Dauid, filij Abrahã. Quia
illis specialiter facta est promissio, & sic ostẽditur, quòd ipse erat Mes
sias, qui promissus est in lege & Prophetis. Et no quòd Mat. describit
hîc genealogiam, descendendo vsq; ad Ioseph. Luc. verò ascendendo,
prout sub Epiphania dicetur. Sed † quare potiùs Ioseph quàm Mariæ 14
generatio computatur, cùm etiam Christus non fuerit filius Ioseph?
Respondeo: quia ambo de eadem tribu fuerunt. Et tribus, id est, ge-
nealogia, per mares non per fœminas distingui solet & computari in
veteri Testamento. Numerando ergo vsq; ad Ioseph, perinde est, ac si
vsque ad beatam Virginem processissent. Præterea, Christus maluit
filius fabri vocari, quàm matrem propter suspicionem adulterij la-
pidari. Et reuera filius est illius fabri, qui fabricatus est auroram & so- 15
lem. † Et scias, quòd natiuitas beatæ Mariæ ex tribu Iuda, & regia
stirpe Dauid originem duxit, & traxit, prout Scriptura sæpe testatur
dicens Christum de semine Dauid descendisse, qui de ipsa sola natus
est. Siquidẽ Dauid inter cæteros duos filios habuit, scilicet Nathan
& Salomonẽ. Ex catena siue generatione Nathã, descẽdit virgo Ma-
ria. Quoniam ex catena ipsius Natham. Leui genuit Melchi, & Pan-
theram. Panthera virgo genuit Barpantherã. Barpanthera Ioachim,
Ioachim virginem Mariam, vt dicetur in vij. parte sub festo Philippi
& Iacobi Apostolorum. Ex catena vero Salomonis, descendit Ioseph,
vir ipsius Mariæ, quoniã ex catena ipsius Salomonis Nathã ex vxo-
re sua genuit Iacob. Defuncto autem Natham, Melchi ex tribu Na-
tham filius Leui, & frater Pantheris nupsit vxori ipsius Natham, scili-
cet matri Iacob, ex qua genuit Hely: & sic facti sunt fratres vterini Ia-
cob & Hely. Mortuus est autem Hely, ex tribu Natham, sine liberis
cuius vxorẽ accepit Iacob frater eius ex tribu Salomonis, & suscita-
uit semen fratri eius & genuit Ioseph. Ioseph igitur, natura est filius
Iacob, ex descensione Salomonis, secundum legem verò Hely, qui ex
Natham. Nam qui nascebatur secundum naturam, quidem filius erat
generantis, sed secundum legẽ defuncti. Deinde cantatur, † Te Deum 16
laudamus, te Dominum confitemur, in omnium antecedẽtium actio-
nes gratiarum, & ad designandum exultare nos cum Angelis & con-
gratulari de dragma perdita inuenta, in quibusdã tamen Ecclesiis fi-
nita prima missa, cantatur dictum Euangeliũ Matthæi: Liber gene-
rationis. & hoc ideo, quia duo testes ad minus nobis necessarij erant:
primus testis erat Luc. qui in Euangelio missæ: Exiit edictũ à Cæsare
Augusto, &c narrauit iuxta verbũ Euãgelij, Deum natum in ciuitate
Dauid. Adducitur ergo alius testis, dicens eum natum de Dauid. Ad-
dicat non tantũ est natus de ciuitate de Dauid, sed etiam Dauid. Vide

Matthæus prius nominat Dauid, quam Abraham, dicens filij Dauid,
filij Abraham, quamuis & alia possit esse causa, qua prius Dauid no-
minatur, scilicet quia Dauid fuit prior Abraham dignitate: nam il-
le patriarcha, iste patriarcha, & rex. Audito igitur in Euangelio missæ
vno teste ab ecclesia, quia vix est quod vni testi soli credatur, ideo ad-
iecto alio, scilicet Matthæo, qui etiam generationem dominicam de-
scribit, tunc plenè confidens Ecclesia exultans clamat: Te Deum lau-
damus, vt in ore duorum, trium vel plurium stet omne verbum extra
de testi. in omni. ij. quæstio. iiij. §. j. Adhuc, quia vix est, quod vni testi
credatur, hinc est quod vnus terminat missam, dicens in quibusdam
ecclesiis: Benedicamus domino & ecclesia quasi voce demissa, re-
spondet: Deo gratias. Rursus finita missa dicitur Euangelium: Liber
generationis. & postea, Te Deum laudamus. quia generatio duinita-
tis præcessit generationem humanitatis. Et quia illarum notitia, fuit
nobis laudis materia, ideò laudes sequũtur. Missa ergo laudes præce-
dit quia prius fuit æterna genitura: de qua missa illa loquitur, quàm
aliqua creatura fuerit, quę Deum laudare potuerit. In laudibus matu- 17
tinis quasi choreã ducimus, vnde in prima antiphona dicimus, Quem
vidistis pastores? &c. & ipsi responderũt, Natum vidimus. Circa † mis-
sæ verò officiũ notandum est, quòd Thelesphorus papa statuit in die
ista debere cantari tres missas, ad ostendendum quòd Christi natiui-
tas saluauit patres trium temporum, scilicet patres ante legẽ, sub le-
ge, & post legem. Prima canitur de media nocte ad ostendendũ, quòd
illi qui fuerunt ante legem, non fuerũt illuminati aliqua lege & per
illam etiã ostenditur, quòd panis qui quotidie sacrificatur & mãduca
tur in altari, vnde licet: Christus, natus est in Bethleẽ in media nocte,
& in hac sic dicit Luc vnde Sapien. xviij. Dum medium silentium te-
nerent omnia, & nox in suc. m. iter ha. &c quod ad literã exponitur de
natiuitate Domini: hoc etiam insinuat Euangelium huius missæ &
collecta illa: Deus qui hanc sacratissimam carnem tuam, &c. & pro-
phetia illa: Populus gentium, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem
magnam Habitantibus in regione vmbræ mort. &c. & epistola & se- *Esaiæ 9*
quẽ omnia, quæ in illa missa dicuntur. Idem etiam Thelesphorus papa 18
de consecra. distinctio. j. nocte, statuit in hac missa † hymnum angeli-
cum, scilicet: Gloria in excelsis. solenniter decantari, ad recolendum,
quòd angeli nocte ista illũ decantauerunt, in qua ab angelis pastori-
bus est nuntiatus. Vnde in Euangelio legitur: Et subitò facta est cum
angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium & dicentium: Gloria *Luc. 2*
in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, &c. † No- 19
tandum est autem, quòd hæc missa & laudes matutinæ terminantur
in plerisque locis vna oratione, ad ostendendum quòd totũ illud offi-
cium idem indicat, scilicet natiuitatem æternam & temporalem, vn-
de ipsa missa incipit: Dominus dixit ad me: Filius meus es tu: ego ho- *Psal. 2*
die genui te, quod tãtum de generatione æterna, seu de generatione

Christi

Christi intelligitur: quod verò sequitur: Ego hodie genui te, de vtraq; est, & exponitur hodie, id est, æternaliter. Nam secundum August. hodie præsentiam significat, & quod æternũ est, semper præsens est. Verùs de temporali, scilicet: Quare fremuerunt Gẽtes & populi meditati sunt inania: quasi diceret: Pro nihilo, cùm Christus Deus & homo

Psal. 109 sit Responsorium de æternali in quo dixit: Deus pater, ego pater sum. Tecum principium. Vnde & ibidem sequitur: In die virtutis tuæ scilicet in die resurrectionis. In splendoribus sanctorum, scilicet in luce omnium sanctorum: & dicit in splendoribus Sanctorum, pluraliter, propter diuersos effectus ex vtero, id est, ex intima bonitate mea. Ante luciferum genui te, id est ante omnem creaturam: quasi diceret, Ab æterno. Epistola verò: Paulus seruus, quam quidam in vigilia dicunt, & euangelium de temporali. Vnde epistola dicitur: Ex semine David, secundum carnem. In euangelio dicitur: Exiit edictum à Cæsare Augusto, quod est Luc. ij. cap. In aliis verò ecclesiis dicitur epistola: Apparuit gratia Dei, quæ est ad Titum ij. cap. Ante † epistolam legitur immediatè prophetia. Primò, vt basis sit sub columna, innitente basi. Non enim quæ dicuntur in euangelio, crederentur impleta, nisi forent in veteri testamẽto prædicta. Secundò ideò in vigilia & in hac missa duæ lectiones sine interuallo dicuntur: vna de prophetia, alia de Apostolo, quia Christus pro duobus populis in pariete coniungẽdis nascitur. Tertiò, quia super basim prophetarum fundata est columna Apostolorum. Quartò, quia actiui & contemplatiui per hanc natiuitatem in vna fide saluantur. Quintò, quia per vtrumq; Testamentum Christi natiuitas concorditer prædicatur. Hi sunt duo cherubim, qui propitiatorium tegunt, quique in propiciatorium vertis vultibus respiciunt, vt dictum est in procœmio iiij. partis. Quidam tamen nullam dicunt prophetiam, significantes quod vetera transierunt, & noua facta sunt omnia: quasi dicat: De ipso facto cesset figura quia veritas venit. Secunda † missa canatur in diluculo in exordio diei: quãdo Christus in cunabulis adoratus est à pastoribus: & hoc primò ad ostendendum, quòd sancti patres & prophetæ qui fuerunt sub lege scripta, aliquantulam cognitionem Dei habuerunt: sed non tantam, quantam nunc habemus: & ideò incipit à promissione, quæ facta est antiquis in veteri lege: Lux fulgebit hodie in domo Domini, &c. Secundò ideò, quia sicut dominus à Gabriele fuit nuntiatus priùs, quàm nasceretur: sic ante initium diei suæ natiuitatis missa canitur. Tertiò, propter ortum nouæ lucis: quia ille qui natus est in ortu suo, tam in vtero quàm ex vtero fuit lux vera. Dicitur ergo in ortu huius temporalis lucis: quasi ipso facto dicatur: Orta est lux. Huic consonat introitus scilicet lux fulgebit, & graduale in quo dicitur: Deus Dominus, & illuxit nobis: & quod sequitur in introitu: Et vocabitur admirabilis. sumitur Esa. ix. c. A quibusdã tamen dicitur de nocte, eò quòd pastores nocte illa visitauerunt præsepe Domini: quod notat Euangelium

lium eiusdem missæ: Pastores, &c. Luc. ij. cap. Prædicitur etiam tunc in quibusdam ecclesiis prophetia: Spiritus Domini, super me: quæ est Esa. xlj. ca. Deinde dicitur epistola: Apparuit benignitas. quæ est ad Titum iiij. cap. Communio est: Exulta filia Zachariæ ix. cap. Tertia † verò missa, quæ die clara, & hora tertia, quando illuxit nobis dies redemptionis nostræ festiuius celebratur, ad tempus refertur gratiæ, in quo descendit lux magna de cœlo, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Velum enim templi scissum est in duas partes. Vnde Sapient. Aperta sunt prata: & apparuerunt herbæ virentes. *Prou. 27* Epistola: Multifariè: quæ est ad Hebr. j cap. & Euangelium leguntur de æterna generatione. Vnde dicitur in epistola: Filius meus es tu, ego hodie genui te: & de temporalibus habetur ibi: Multifariè multisque modis. In euangelio verò de æterna, vnde incipit: In principio: quasi dicat: In principio creaturarum erat verbum, quo est Ioan. primo capite. Dicitur etiam tunc in quibusdam ecclesiis prophetia: Propter hæc sciet: quæ est Esaiæ quinquagesimo secundo cap. Communio est: Viderunt. Esa. lij. cap. & Psalm. Prima † ergo missa est de æterna genitura. Secunda, est de promissione Antiquis facta: vnde cantatur: Lux fulgebit in domo Domini, non dicitur fulsit, vel fulget. Tertia, est de veritate nobis exhibita: vnde cantatur: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis. Esai. nono cap. ibi vtitur futuro ad notandum promissionem: hîc præterito, ad notandum promissionis impletionem. Et quia æterna genetatio, est nobis occulta, iuxta illud Esai. Generationem eius quis enarrabit? ideò missa de æterna genitura nocte profunda cantatur. *Esai. 53* Quia verò Antiqui patres quibus facta est promissio, certi erant de incarnatione Domini, sed non tantùm, quantum patres noui Testamenti, quibus exhibita est veritas, ideò missa de promissione Antiquis facta cantatur illucescente aurora, in qua est modicum lucis, sed secundum ipsum introitum videtur, quòd deberet esse lux fulgens, sed non est ita: quia lux in aurora, rubet, in tertia, fulget, in sexta, feruet, in vespera, tepet. Quia verò temporibus noui Testamenti manifesta est veritas, inde est quòd missa, quæ est de exhibitione veritatis, clara luce cantatur. † Prima ergo missa pertinet ad generationem æternam, scilicet de patre sine matre: secunda ad temporalem, scilicet de matre sine patre: tertia compacta est, quia de vtraque agit, & ideò pertinet ad æternam simul & temporalem. Notandum tamen est quòd in missa, quæ est de æterna genitura, legitur euangelium de humanitate, scilicet: Exiit edictum à Cæsare August. In alia verò quæ est de veritate nobis exhibita, legitur euangelium de diuinitate, scilicet: In principio erat verbum: ad notandum, quòd ex quo humanitas diuinitati fuit vnita, nec humanitas sine deitate, nec deitas sine humanitate fuit, nec erit. Hanc rationem asserit magister in psalterio: Aiunt quidam, quòd cum in collectis, in lectionibus, in euangelio, & in offertorio primæ missæ enidenter natiuitas de Virgine memorent, intentio totius officij ad temporalem

poralem potest natiuitatem referri, & exponunt in introitu, Hodie, id est, hac die ante luciferum stellam, videlicet maturinam, genuite, id est generationem tuam sum operatus: & quod in euangelio dicitur: Maria peperit filium suum primogenitum: exponitur † primogenitum, id est, ante quem nullus: extrà de verb. sig. nam & ego. Officium verò secundæ missæ aiunt † concordare dictis pastorum dicentium, vt legitur in euangelio: Transeamus vsque ad Bethlehem. & vj. quæstione v. hoc fa-
Num.24 ctum est: qui gratulantes, dicunt in introitu: Lux fulgebit. Orta enim erat stella ex Iacob. Vel dicitur: Lux fulgebit in persona legis, quæ temporalem natiuitatem antiquis patribus repromisit. Et subditur: Dominus regnauit decorem indutus est: illum, scilicet decorem, quo coronauit eum mater sua, hoc est humanitas. Et addunt in graduali: benedictus qui venit in nomine Domini, & in allelu-Ia. Dominus regnauit. Et quis, & quantus sit, in offerenda supponunt, dicentes, Dominus enim firmauit orbem terræ. Et quia primus paries est ex Hebræis, ideò primitiæ, scilicet pastores in communione loquuntur ad eos, Exulta filia Sion, id est, Ecclesia. † Officium tertiæ missæ personat mirabilia Verbi dei; quòd erat in principio. & incipit esse caro, sicut legitur in euangelio. Hoc Verbum, est puer qui secundum propheram natus est nobis, vt canimus in introitu, & hoc est canticum nouum, de quo prophera in versu, Cantate domino canticum nouum. Hoc quoque Verbum, est illud salutare, de quo protinus canitur in graduali, Viderunt omnes: hæc est lux magna, quæ descendit in Virginis vterum, qu illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum de qua dicitur in euange-
Psal. 88 lio. In principio erat Verbum, &c. Hìc demùm, est ille dies rex, & potens, cui dicitur in offerenda, Tui sunt cœli, & tua est terra. In fine primæ & secundæ missæ dicunt quidam. Benedicamus domino: prout dictum est sub titulo de aduentu. Ab hac autem die, vsque ad octauam epiphaniæ responsoria, & eorum versus dicuntur cum allelu-Ia, ad repræsentandum summam lætitiam, quæ aduenit tempore gratiæ.

SVMMARIVM.

1 *Dominica intra octauam natalis Domini, & quod fiat officium & eius expositio. num. 3. 4.*
2 *Silentium est triplex.*
5 *Christus positus est in signum tripliciter.*

De dominica infra octauam natalis Domini.

CAP. XIIII.

IN dominica, † quæ intercedit intra Octauam natalis domini canta- 1
tur de natiuitate domini. Vnde introitus missæ est, Dum medium si-
lentium tenerent, omnia, &c. Sapient xviij. cap. Est autem triplex † si-
lentium, scilicet ignorantiæ, desperationis & gloriæ, silentium igno-

rantiæ fuit ante legem quia ignorabant peccata sua, & ideò non clamabant ad dominum. ad Roman. x. Mors regnauit ab Adam, vsque ad Mosem, postquam autem lex data est ad cognitionem peccati multo tempore seruauerunt legem. Ad vltimum verò desperauerunt, quando, scilicet omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, tunc fuit silentium desperationis, postquam autem Christus ruptum est silentium. *Psal.13* Vnde clamant omnes laudes Dei. Silentium gloriæ, veniet, quando impletum erit totum desiderium nostrum. In silentio desperationis ve- 3
niet Dominus: vt ei attribuatur salus humani generis, qui est verus medicus. Et hoc est, quod dicit: † Dum medium silentium. Sequitur: Et nox, id est, diabolus in suo cursu medium, id est commune iter haberet. Omnes enim communiter ad inferos descendebant. Omnipotens sermo tuus, id est, Filius tuus Domine pater, qui dicitur sermo patris quia per eum natus est: à regalibus sedibus venit quærere, & facere regis. Vel ad literam: Dum omnia tenerent medium, id est, commune silentium de nocte, scilicet quando omnia silent, & nox in suo cursu medium iter perageret. Ad literam: Omnipotens sermo tuus, à regalibus sedibus, vel quia media nocte natus est Dominus, & concordat epistola, quæ est Gal. iiij. cap. vbi dicitur: At vbi venit plenitudo temporis, &c. *Psal. 44* responsorium est: Speciosus forma, &c. quia immunis ab omni peccato, & omnibus virtutibus plenus. Sicut enim habetur ad Col. iij. In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, id est ad modum trinæ dimensionis, id est, communi modo sicut in omnibus est, scilicet essentialiter, præsentialiter, & potentialiter. Item secundum gratiam est in Sanctis: & secundum vnionem est in Christo: & ideò diffusa est gratia in labiis tuis. Gratia, quia nunquam sic locutus est homo, diffusa est inquam, quia in ore eius fuit lex clementiæ, vt cùm dixit: Mulier, *Prou.vl.* nemo te condemnauit, nec ego te cõdemno: vade, & amplius noli pec- *Luc.2* care. Et cum dixit: diligite inimicos. &c. euangelium: Erat Ioseph. Luc. ij. ca. similiter ad natiuitatem pertinet quantum ad principium: licet & 4
ad alind pertineat: Erant pater eius, scilicet puta iuus, & mater mirantes super his quę dicebantur de eo, scilicet à pastoribus. † Sequitur in Euangelio prophetia Symeonis. Ecce positus est hic in ruinam, scilicet infidelium, & in resurrectionem multorum, scilicet fidelium, & in signum, id est, in signationem, cui contradicetur. q. d. si in viridi hoc faciunt, in atido quid fiet? vel in signum, id est, in ostensionẽ, quia per humilitatem & paupertatem itur in paradisum, vel in signum, id est, in signaculum. Vnde Io. j. quem signauit Pater & misit in mundum, vt eo signaremur. Et Aggeus: Ecce posui te in signaculum, quia elegi te. Et in Cãticis: Po- *Agge.2* 5
ne me, vt signaculum super cor tuum, &c. † Positus est ergo Christus in *Canti. 8* signum tripliciter, scilicet in significationẽ, in ostensionem, & in signaculum. Rursus hoc officium: Dum medium, &c. vox est primitiuæ ecclesiæ, in qua recolit Domini natiuitatem, cuius fructus prædicat in epistola, quia de seruitute transiuimus ad adoptionem, per ipsum commendat

mendat secundum sapientiam in euangelio, vbi dicitur: Puer crescebat, & confortabatur plenus sapientia, secundum potentiam. In alleluia: Dominus regnauit. Et in offerenda: Dominus enim firmauit secundum pulchritudinem. In graduali: Speciosus forma: In postcommunione verò: Tollite puerum. Matth. ij. cap. tempus fugæ vocatur, quo descendit Dominus in Ægyptum, & mysticè respicit ad gentilitatis adoptionem: quia Dominus de Iudæa transiuit ad Gentes, vt eas adoptaret hæredes.

SVMMARIVM.

1 *Circuncisio cui primùm fuerit iniuncta, & an eius nomine festum inducatur falsò, aut temerè. num. 13. 14.*
2 *Circuncisio, quibus de causis instituta.*
3 *Circuncisio, quando & qualiter fiebat.*
4 *Circuncisio, cur fiebat in præputio.*
5 *Circuncisio quid conferret.*
6 *Circuncidi cur voluerit Christus, causas adfert num. 7. 8. 9. 10. 11.*
12 *Circuncisio, quibus de causis fuerit mutata in baptismum.*
15 *Commercium quid.*
16 *Circuncisionis dies, quinque de causis, est solennis.*
17 *Circuncisionis diebus, multa superstitiosè olim gentiles & pagani agebant.*

De festo Circuncisionis.

CAP. XV.

Genes. 7 HIc de festo circunsionis dicendum est. Sciendum †autem est, quod circuncisio primò iniuncta est Abrahæ & semini eius, id est, Hebræis ex eo nascituris, vt sic probaret, an obediret vel non: sicut & Adam ad probationem obedientiæ mandatum accepit, ne de ligno vetito manducaret. Fuit autem præcepta circuncisio propter quinque causas.† Primò, vt per obedientiam mandati Abraham placeret Deo, cui per præuaricationem Adam displicuerat. Secundò, data fuit in signum magnæ fidei Abrahæ: credidit enim se habiturum filium in quo benedicerentur omnes Gentes per fidem, id est, per quam spiritualis circuncisio impleretur, vt sic iustificaretur & ipse. Tertiò, vt in hoc signo discerneretur ab omni natione populus ille. Quartò vt circuncisio facta in virili membro, per quod generatur creatura mortalis, & in quo libido solet dominari, castitatem corporis & mentis seruandam, & impudicitiam resecandam indicaret. Quintò, quia non poterat melius significari per Christum tolli originale peccatum: cum præputio quippè omnis homo nascitur, quemadmodùm & cum originali peccato. † In carne præputij ideò est iussa fieri, quia in remedium instituta est, id est, contra originale peccatum, quod à parentibus contraximus corrupti concupiscentia, quæ in parte illa magis dominatur: & quia

quia in membro illo culpam inobedientiæ homo priùs cognouit, decuit quòd & in illo signum obedientiæ acciperet. Fiebat † circuncisio die octauo ex legis præcepto. Leui. xij. & fiebat cum lapideo cultello, ad significandum, quòd post septenarium huius vitæ, in octaua die, id est ætate, quæ erit resurgentium, omnis ab electis per petram, id est, Christum abscindetur corruptio carnis, & spiritus, quando liberabimur à seruitute corruptionis, quando circuncidetur à peccatis anima cuiusque credentis in eum. Duæ itaque res sunt illius sacramenti, scilicet circuncisio à peccatis in præsenti, & circuncisio ab omni corruptione in futuro. Christus autem non indigebat circuncidi, vt iam dicitur. Conferebat circuncisio † suo tempore remissionē peccatorum, sicut & nunc baptismus. Vnde Greg. de cons. dist. iiij. quod apud. extrà de bap. maiores. Quod apud nos valet aqua baptismi, hoc egit apud veteres vel pro paruulis sola fides, vel pro maioribus virtus sacrificij, vel pro his, qui de Abrahæ stirpe prodierunt, mysterium circuncisionis. Sed quare † Christus qui fuit agnus immaculatus, non habens maculam neque rugam, qui peccatum nō fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, voluit circuncidi? Respondeo: Sicut voluit in templo presentari, sicut & baptizari, sicut & de agno paschali cū Discipulis epulari, sic voluit in corpore circuncidi propter nos. † Secundò, ne Iudæi dicerent eum non esse Messiam in lege promissum quia non esset circuncisus nec viueret secundum legem, qui de seipso dixit: Non veni soluere legem, sed adimplere. Tertiò † ratione nostri, scilicet propter figuram, etenim circuncisio ita carnalis, figurat præsentem spiritualē, quæ est gratia, & futuram, quæ erit in gloria, nec dedit nobis exemplum carnaliter circumcidendi, sed spiritualiter per vitæ innouationem. Nam secundùm Ber. dupliciter debemus circuncidi, scilicet extetiùs in carne, & interiùs in mente. † Quartò, ratione sui, vt scilicet se veram carnem assumpsisse ostenderet. Quintò, ne dæmones † circuncisionis mysterium agnoscerent: cùm enim illa contra originale peccatum fieret, credidit diabolus, & hunc qui circuncidebatur similiter peccatorem esse, propter quam etiā causam voluit, vt mater eius virgo perpetua desponsaretur. Sextò, propter perfectam humilitatem † tanquam esset peccator, voluit hoc fieri, licet non indigeret, sicut & ex humilitate voluit baptizari subdendo se minori. Vbi sit caro præputij Christi, dictum est in quarta parte sub septima particula canonis, super verbo Noui & æterni. † Fuit autem mutata circuncisio in baptismum quatuor de causis. Primò, quia sacramentum baptismatis est perfectius. Secundò, quia magis commune. Mulieres enim circuncidi non poterant. Tertiò, quia magis gratia plenum. Per circuncisionem namque tantùm peccatum remittebatur, sed gratia ad bene operandum per eam non præstabatur, nec virtutes dabantur, vel augebantur. † In baptismo non solùm peccatum remittitur, sed gratia coopetandi confertur, & virtutes augentur: ideoque rectè ait Apostol. quòd

Matth. 5

1. Pet. 2

Abrahã cepit circuncisionẽ tãtùm in signũ. Quartò propter honestatẽ: honestius enim est aqua lauari, quã corpore mutilari. Sed videtur quòd de circuncisione non debeat fieri festũ, cũ dicat Apostolus: Circuncisio nihil prodest. extrà de bap. maiores. Et iterũ: Si circuncidimini, Christus nihil vobis proderit. Prętereà, cùm ecclesia non faciat festum de passione Domini, videtur quòd in circũcisione, in qua incipit passio Domini quando primum sanguinem suum fudit, nõ sit faciendũ festũ, sed potiùs lamẽtum, sicut & in passione. Ad hoc dicitur, quòd festum nõ sit de circuncisione: sed de octaua natalis Domini. Sed non aliquid impedit nos dicere quòd fiat festum de circuncisione, quæ fuit in octaua resurrectionis, à culpa & à pœna, & est causa meritoria illius, & propter illud gaudium Ecclesia solennizat. Ad hoc verò, quod obiicitur de passione respõdetur quòd alia de causa Ecclesia dimittit facere festum in die, quia Dominus passus est, quàm propter passionem, scilicet quia tũc Dominus posuit peccata nostra in statera. Vnde Iob. Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior in statera. Oportuit enim Filiũ Dei pati pro peccatis nostris, vt nos redimeret ab omni peccato: & ideò luget Ecclesia magnitudinem peccatorum suorum, considerans quòd sol erubescẽs propter peccata hominũ obtenebratus est, de quo dicetur sub parasceue. † Celebratur ideò hodie octaua natiuitatis, quæ est octaua suppletionis, prout dicetur in proœmio septimæ partis. Est etiam hæc octaua alterius negotij significatiua. Duplex est enim negotium, quod in ea figuratur: vnum circuncisio Domini, quod in Euangelio exprimitur: alterum aduentus hominis ad Deum. Est enim duplex aduentus, scilicet Christi ad homines, de quo in natiuitate actũ est, & hominũ ad Christum, de quo in hac octaua agitur: quod notant antiphonæ laudum, vt illa: O admirabile commercium. Nam commercium est, vbi † aliquid accipitur, & aliquid datur. Dominus namque accepit nostram humanitatem, vt nobis daret suam diuinitatem, quod notatur in verbis ibi sequentibus, scilicet, Animatum corpus sumens de Virgine. Per hoc enim notatur, quod Dominus accepit. Per hoc autẽ quòd dicitur Largitus est nobis suam deitatem. notatur quod dederit. Secunda vero quarta antiphonę terminatur: Te laudamus Deus noster. q. d. Ad te veniemus laudando te. Tertia terminatur: Dei genitrix intercede pro nobis. q. d. Intercede, vt filius tuus suscipiat nos. In quinta dicitur illud, quod dixit Baptista: Ecce agnus Dei. q. d. Ad eum venite discipuli mus: vnde Andræas & alius discipulus Ioannis hoc audito secuti sunt Dominum. In antiphona verò quæ est suprà, Benedictus, dicitur: Innouantur naturæ. nostra enim natura recedendo à Deo est inueterata, & redeundo est innouata. † Notandum quoque est, quòd quinque sunt quæ hanc diem reddunt solennem. Primum est, quia hæc die duo festa concurrunt scilicet parientis & partus. Vnde & duæ missæ celebrantur. Prima, de partiẽte, scilicet de beata Virgine, in qua dicitur introitus:

Rom. 2
Gal. 5

Ioh. 6

troitus: Vultum tuum. & communio: Simile est regnum cœlorum homini negotiatori. Matt. xiij. c. Secunda est de partu, scilicet de filio, in qua dicitur introitus: Puer natus est nobis vel in aliis Ecclesiis: Dum medium silentium. Vnde & in quibusdã gradualibus officium vtrumque intitulatũ inuenitur. Et ideò quia hoc festũ est de beata Virgine, fit hodie statio apud Ecclesiã sanctæ Mariæ trans Tyberim: quamuis quidam scripserunt, quòd fit apud sancta sanctorũ ad Lateranum, pro eo quòd caro circuncisionis Domini ibi dicitur conseruari, prout dictum est in iiij. parte sub vij. particula canonis. Epistola est: Apparuit benignitas. quę est ad Tit. iij. Euangeliũ est: Postquã cõsummati sunt. Luc. ij. Allelu-ia. Multifariè. Heb. j. Secundum, quod facit hanc diem solennem, est octaua, de qua dictũ est. Tertium, impositio noui & salutiferi nominis, de qua dicetur sub tit. de sabbato sancto, vbi agitur de baptismo, quod nomẽ triplex est, scilicet Filius Dei, Christus, & Iesus, sicut ex Euangelio colligitur, de hoc dictũ est in proœmio secundæ partis. Quartum, est effusio sanguinis Iesu Christi: hodie enim primò sanguinem suum pro nobis fundere cœpit: qui eum postmodum sæpe fundere voluit. Quintum est signaculum circuncisionis, quod Christus hodie pro nobis dignatus est suscipere propter causas prædictas. In quibusdam ecclesiis subdiaconi fortes & iuuenes faciũt hodie festum, ad significandum quòd in octaua resurgẽtium, quæ significatur per octauam diem, quia circuncisio fiebat, nulla erit debilis ætas, non senectus, non senium, non impotens pueritia: sed omnes conuenemus in virum perfectum, cum hoc mortale induet immortalitatem, & hoc corruptibile, incorruptionem, vt præmissum est: de hoc dicetur in septima parte sub festis sanctorum Stephani & Ioannis. † Postremò notandum est, quòd olim Pagani & gentiles in his calendis multas superstitiones obseruabant, quarum aliquas Aug. in quodam commemorat sermone xxvj. q. vlt. non obseruet. Credentes enim (inquit) Ianum quendam Deum esse, eum tunc venerabantur, ei duas facies figurantes, vnam antè, aliam post eò quòd est principium anni sequentis, & finis præcedentis. Assumebant enim formas monstruosas: alij ex pellibus pecudum, alij ex capitibus bestiarum, alij vestientes runicas muliebres, alij auguria obseruabant, dantes vel recipientes diabolicas strenas, alij mensas lautè præparatas tota nocte manere fanebant, putantes totum anni spatium conuiuia tali cibi abundantia perdurare: quæ veritas prohibet Christianos facere.

1.Cor. 15

SVMMARIVM.

1 *Epiphania quid, & eius diei officium. ibid. infra, & nu. 10. 11. 16.*
2 *Magi, qui & vnde dicti.*
3 *Stella, quæ Magis apparuit, quid.*
4 *Magi, quæ, & cur munera Domino obtulerunt.*
5 *Theophania, secunda Apparitio.*
6 *Epiphaniæ die non debet quis baptizari, nisi summa necessitate cogente.*

7 *Bethphania,tertia Apparitio:quarta.num.8.*
9 *Inuitatorium,cur non habeat locum in die Epiphaniæ.*
12 *Christi genealogia,variè tradita per Matthæum,& Lucam.*
13 *Epiphaniæ tria Euangelia.*
14 *Mundi vesperа,duplex.*
15 *Epiphaniæ Missa expositio,& quid ea populo nuntiet in Italia num.17.*

De festo Epiphaniæ.

CAP. XVI.

SEquitur festum epiphaniæ,quod est vocabulum † Græcum, & sonat Latine manifestatio,siue apparitio, & est idē cum festo natiuitatis:nihil enim nasci profuit, nisi apparuisset. Verum pro tripl. ici apparitione hodie solennizat Ecclesia:vnde & in codicibus antiquis hic dies Epiphaniarum pluraliter intitulatur, & ideò tripliciter nominatur,scilicet epiphania, theophania, & bethphania. Epiphania dicitur quantum ad illam apparitionem Domini,quę facta est Magis perstellam.† Magi autem ipsi fuerunt Gaspar,Melchior,& Balthatar,& fuerunt reges, iuxta illud Psalmistæ : Tibi offerent reges munera. & in- *Psal. 67*
rum:Reges Thar.& insul.mu.of.reg.Ara.& Sabba do.adducent, quo- *Psal. 71*
rum corpora de Mediolano in Coloniam translata fuerunt Et dicuntur Magi,à magnitudine scientiæ. Per Astronomiam enim cognouerunt,quia stella illa non erat ex constitutis à principio:sed illa de qua Balaam magister suus propheтauerat,Nu. xxiiij. Orietur stella ex Iacob,& consurget virga de Israël,& de Iacob erit,qui dominetur:& ideò mori sunt,vt ductu illius stellæ venirēt in Bethleem,vt regem natum,quàm eis prophetauerat Balaam,adorarent.Et dicitur epiphania ab ἐπί quod est supra,& φάνεια, quod est apparitio:quia de sursum illa *Matth.2*
fuit apparitio,scilicet de cœlo:vel ab ἐπί quod est super, quia scripsit est:Vsque dum veniens staret suprà,vbi erat puer.Erat quidem proximior terræ quàm aliæ stellæ:& hæc facta sunt tredecima die à natiuitate Domini,qua die stella Magos ad præsepium duxit. Et dicāt quidam† quod stella illa fuit Spiritus sanctus,qui posteà descendit super Dominum baptizatum in specie colūbæ , & ipsis Magis in specie stellæ.Alij,quòd fuit angelus,qui apparuerat pastoribus Iudæis , scilicet illis tanquam ratione vtentibus in forma irrationabili:istis verò Gentilibus tanquàm irrationabilibus in specie irrationabili Alij & verius quòd fuit de nouo creata:quę peracto officio suo rediit in primordialem materiam.Alij dicunt,quòd cecidit in puteum:vbi adhuc dicitur apparere solis tantùm virginibus. Solet autem quæri quomodo tam citò,videlicet intra xiij.dies, de tam remotissimis regionibus Hierosolymam venerunt,quæ dicitur esse in medio mundi:iuxta illud Psal. *Psal.63*
Rex noster operatus est salutem in medio terræ. Dicit Iid.quòd ante natiuitatem stella illis apparuit,vt possent ibi esse in tempore opportuno.Hier.dicit,quòd in die natalis Domini primò ab eis visa est.Sed vene-

verunt in Dromedariis,iuxta illud propheticū:Inundatio camelorum operiet,Dromedarij, Madiam & Effa.qui velocissimè currunt. Vnde & dicuntur,à ἄρμας,quod est cursus, & ἀρὸς , quod est virtus:& *Esa.6.*
sunt minores camelis,sed velociùs currunt,quàm illi,scilicet tantum
4 in vno die,quantum equus in tribus.† Quæritur etiam , quare Magi venientes munera obtulerunt ? Respondeo quòd secundùm Bedam antiquitus nullus ad regem vel dominum vacuus introibat,quod per se & Chaldæi obseruant.Secundò,secundùm Bedam , obtulerunt autem beatæ Virgini propter inopiæ subleuationē.Thus contra stabuli fœtorem.Myrrham,propter membrorum pueri consolidationem, & vermium expulsionem.Tertiò,quia aurum ad tributum , & thus ad sacrificium , myrrha verò ad sepulturam pertinet. Per hæc ergo tria infinuātur in Christo regia potestas,diuina maiestas,& humana mortalitas.Quartò , quia aurum significat dilectionem, thus orationem
myrrha carnis mortificationem , quæ tria offerre Deo debemus. Se-
5 cunda apparitio,fuit eadem† die in baptismo,multis tamen annis reuolutis, scilicet xiij.die tricesimi vel tricesimi primi anni : vnde Lucas:Et ipse Iesus erat incipiēs,quasi annorū xxx. & ideò hæc apparitio dicitur theophania a θεὸς,quod est Deus, & φάνεια , quod est apparitio,quia ibi Trinitas apparuit : Pater in voce , & Filius in carne , &
6 Spiritus in colūba.Quidā autē hæretici dixerunt solū in die epiphaniæ† baptizari debere,pro eo,quòd Christus tūc fuit baptizatus:nec dari Spiritum sanctum baptizato in alia die , & Græci eadem die ba-
7 ptizant:ob quam hæresim extirpandam sancti Patres decreuerūt neminē,nisi in articulo necessitatis eadem die baptizari debere.† Tertia apparitio fuit posteà , similiter eodē die anno reuoluto cùm esset xxx annorum,& xiij.dierum,scilicet quādo manifestauit se esse Deū per mutationem aquæ in vinum,quod fuit primum miraculum apertum,quod Dominus fecit in Cana Galilææ : vel simpliciter primùm quod fecit.Et hæc apparitio dicitur,bethphania, à βάπτω , quod est domus , & φάνεια quod est apparitio:quia ista apparitio facta fuit in domo in nuptiis. De his tribus apparitionibus fit solennitas in hac die. Sed quia Ecclesia non potest perfectè de omnibus vnā & eandē diem solēnizare,ideò de stella plenè exequitur,& de aliis aliquid admiscet vt notetur quòd tres fuerunt in illa die apparitiones:quæ leguntur in Euangelio tanquam sub die eadem factæ. De primo verò miraculo hodie totum cātatur officiū,,quia in eo specialiter natiuitas Domini Gentilibus est notificata:de sancto duo responsoria cātantur,scilicet primū:Hodie in Iordane,&:In columbæ specie, quod à pluribus Ecclesiis ponitur nonum : & ideò primum & nonum quia baptisma est primum sacramentum nostræ redemptionis , per quod reformamur, & similes angelis efficimur, quorum sunt nouem ordines. Bruno autem Signien.episcopus corrector officij antiphonarij,dixit quòd in responsorio:In columbę specie. & in antiphona:Vox de cœlo.quæ dici-

tur in octaua ad laudes,non debet esse verbum istud: Ipsum audite, quia in baptismo non fuit hoc dictum à Patre, sed in transfiguratione,& qui agunt festum trãsfigurationis cãtant responsorium in quo illud cõtinetur,quasi dicat;Ego sum testis, quòd hic est ille, qui promissus est in lege Deut xviij.vbi dixit Moses:Propheta de gente tua, & de fratribus tuis suscitabit tibi Deus:ipsum audietis,&c. Qui autẽ verba eius,qui loquetur in nomine meo audire noluerit,ego vltor existam. De tertio verò miraculo cum aliis cantatur vna antiphona, scilicet tribus miraculis.Beda † etiam dicit, in commento super Lucam,quartam apparitionem factam fuisse eadem die anno reuoluto, cùm esset xxxj.annorum:scilicet in fractione quinq; panum:& saturatione quinque millium hominum: & illa dicitur phagiphania, à φάγειν, quod est bucca,siue comedere. Sed de hac hodie nihil agitur. Præterea,dubitatur, vtrum hoc cõtigerit ista die: tum quia in Originali Bedæ non sic legitur:tum quia Ioan.vj.vbi de hoc miraculo agitur,dicitur:Erat autem proximum pascha, &c. Ideò autem instituit fuit hac die festum de tribus miraculis,quia hæc dies fuit antiquitus celebris in honorem Augusti Cæsaris, propter triplicem eius triumphum,quo suo tempore Romano imperio tres regiones subiugauit, scilicet Parthiam, Ægyptum, & Madiam. Illam ergo celebritatem Ecclesia in melius commutauit, videlicet ad celebrandum Christo pro eius triplici miraculo.In quibusdam Ecclesiis nõ dicitur hac die ad nocturnos:Domine labia mea aperies.nec,Deus in adiutoriũ.nec, Gloria Patri.nec hymnus,ad notandam promptitudinem Gentium, quæ statim stella apparente venerunt. Ex abrupto ergo ad nocturnos venitur,quasi ipso facto dicat Ecclesia: Quibus nõ est narratũ de eo, veniebant,& qui non audierunt,contẽplati sunt.Esa.liij.c. Vel potest dici,quòd in hoc festo fit præcipuè mentio de Gentilium conuersione, quos illi tres Magi initialiter præcesserunt. Quia erga conuersionem ipsorum Gentilium,adhuc erat imperfecta, quia in paucissimis, scilicet in ipsis tribus Magis: idcirco in signum huius Ecclesia omittit cantica,quia iam conuersorum seu perfectorum esse videntur: sicut Gloria Patri, hymnum, & huiusmodi. Hac etiam de causa non ponitur:Domine labia mea aperies. nec, Deus in adiutorium. quia

Rom.10 secundum Apostolum:Corde creditur ad iustitiam,scilicet prius, ore autem confessio fit ad salutem,scilicet posteà.Inuitatorium etiam non dicitur, propter quatuor rationes. † Primò, ad ostendendum quòd Ecclesia in primitiis suis venit de Gentibus ad Dominum, non quòd

Matt.20 tata,vel vocata per præconem aliquem,sed sola stella duce, iuxta illud: Nemo nos conduxit.vt sic incutiatur erubescentia eis,qui tardè credunt,cùm multos habeant prædicatores. Magi enim non vocati venerunt adorare Christum.Secundò, vt nos qui quotidie inuitamur & excitamur ad adorandum, & deprecandum Deum, videamur detestari inuitationem fraudulentam Herodis dicentis Magis: Ite, & *Matt.5* inter-

interrogate diligenter de puero, &c Tertia est causa, quia ipsa res nos inuitat,scilicet,stella per quam significatur fides, quæ ducit nos ad Deum,& illuminat nos in nocte huius seculi. Quarta, quia Psalmus:Venite,qui idem dicit, dicitur in nocturnis, & sic idem repetiretur.Licèt ergo hac die non dicatur inuitatorium: tamen psalmus inuitatorius, scilicet,Venite exultemus: in tertio nocturno ad septimam antiphonam dicitur, ad ostendendum quòd in tertio tempore,scilicet gratiæ sufficienter inuitata est Ecclesia,de Gentibus, & nullius se excusare potest: quia in omnẽ terram exiuit sonus eorum. xix.distinct.ita.& quia tertio tempore,scilicet gratiæ data est vniformis gratia in plenitudine. Dicitur quoque ad septimam antiphonam,ad notandum,quòd per baptismum datur Spiritus septiformis. Per hebdomadam,dicitur inuitatorium,in persona Magorum, aliis, qui non viderant, nuntiantium. Leguntur autem tres lectiones de Esa.qui expressius loquitur de Christi natiuitate:de qua siue de natiapparitione hoc festum est.† Sed quæritur, quare in quibusdam Ecclesiis in principio tertij nocturni huius festi canitur Psalm. Deus noster refugium.cum antiphona:Fluminis, &c. cum ipse præcedat in ordine psalterij vltimum Psalm.j.nocturnæ,& omnes secundæ? Respondeo:Tertium nocturnum recolit nouum testimonium quod est tempus gratiæ, qua propter hoc tertium nocturnum habet in capite antiphonam.Fluminis:quæ cum dicto Psalm. nouum tangit Testamentum:& ideò dictus psalmus tunc & non priùs dicitur. Præterea, antiphona ipsa habet allelu Ia, quod non ponitur in antiphonis primæ vel secundæ nocturnæ,vt dictum est sub natali. Rursus, ideò ponitur in septimo loco: quia pertinet ad septiformẽ gratię Spiritum, per vim baptismi collatum. Sequentes etiam antiphonæ cum suis psalmis nouum indicant Testamentum, & hi tres psalmi monstrant commotionem Gentium contra prædicationem Apostolorum. subuersionem idolorum,& cõuersionem fidelium. Romana tamen Ecclesia dictam antiphonam: Fluminis.cum suo psalm. ponit in primo nocturno:& psal.Venite.in tertio,secundum rectum ordinatum, naturalẽ ordinem Psalmorum:& congruè, quia Gentes tempore gratiæ venerunt ad fidem.† Et attende,quòd antiphonæ in prima parochia siue nocturna,continent sacerdotes,& in secunda reges, in tertia vsq; ad angelos peruenitur. Post tertium nocturnum statim cantatur euangelium,Luc.Factum est autem.in quo de baptismo Saluatoris plenè agitur,& eius genealogiam describit:quia vt præmissum est,hoc festum de natiuitate est.† Notandum autem est quòd Matt. in euangelio:Liber generationis.enumerat generationem illam incipiens ab Abraham, descendendo vsque ad Ioseph, virum Mariæ, de qua natus est Iesus, &c. ostendens, per hoc quòd à summo cœlo fuit egressio eius, & qualiter Dominus ad nos descendit. Similiter Esa.xj cap.Dona Spiritus sancti enumeraus,vltimò ponens timorem

dicit: Et repleuit eum spiritus timoris Domini. Sed Lucas in hoc euangelio: Factum est autem. illam enumerat ascendendo: quia post baptismum eam enumerat, nec sistit eam in Abraham, sed in Adam, vsque ad Deum procedit per gradus sic: Qui fuit Hely. ostendens per hoc, quòd à baptismo iter est ad Deum: sed hoc quasi per quosdam gradus virtutum, qui significantur per Patres gradatim ordinatos: & tangit filios, secundùm legem, non secundùm naturam sic: Qui fuit Natham, qui fuit Dauid, supple filius, scilicet adoptiuus. Vna ergo generatio describitur descendendo, altera ascendendo, quoniam vna carnalis, altera spiritualis In vna ponitur Genuit: vbi carnalis generalis, & temporalis successio exprimitur. In altera ponitur, Qui fuit, vt notetur spiritualis generationis adoptatio: & describitur ascendendo, vt notetur spiritualis ascensus. Prima terminata est in Virginis partu. Secunda in nobis inchoata est per baptismum. Tria ergo sunt †euãgelia huius solẽnitatis: vnũ est de baptismo, scilicet: Factum est secũdũ de Magis, scilicet: Cùm natus esset Iesus, quod dicitur in missa, & ibi dicitur: Sic enim scriptum est per prophetam, scilicet Michæam. c. v. Tertium est de nuptiis, quod dicitur in dominica sequẽti post festũ Hilarij. Sanè, prẽmissa duo euãgelia de generatiõe Christi de nocte dicuntur: vnũ in natiuitate, alterũ in epiphania, quia vtraq; Christi generatio fuit in nocte, id est obscura, & priorum sensibus nõ intellecta. De hoc autẽ sub natali dictum est. Post euangelium ecclesia exultando dicit: Te Deum laud. Parùm ergo agitur de baptismo Domini in nocturnali officio, sed suppletur in octa. in qua agitur de apparitione facta in baptismo, præsertim in antiphonis laudum, quas ostendunt effectũ baptismi in nobis, scilicet vt baptizemur, vt à peccatis per nostrum lauacrum abluamur. Omnes enim vnius & septimi toni sunt: vnius ad notandum ecclesiæ vnitatem, in qua solũ baptisma prodesse potest. Septimi, ad notandum quòd in baptismo datur septiformis gratia Spiritus sancti. Vel quia per baptismum peruenitur ad septimam ætatem quiescentiũ. Si enim aliquis statim post baptismum dignè acceptum, decedat, mox recipit primam stolam, quæ datur in septima ætate, id est in secũda vespera. Antiphona vero ad Magnificat, est octaui toni: quia in vespera mundi nobis dabitur stola secunda, id est gloria corporis, quam in octaua ætate, nos scripturos speramus.† Duplex est enim mundi vespera. Prima est, sexta ætas, secundùm quã Dominus in vespere mũdi natus est, iuxta illud: Vergente mundi vespere. Secunda est, finis mundi, in qua vel postquã dabitur nobis gratia carnis, de qua dicitur: Ad vesperam demorabitur fletus. Nam vsque tunc erit fletus miseriæ nostræ, sed tunc erit finis: dicitur etiam ad horas capitulum illud: Surge, illumina. & illud: Super te autem. & illud: Inundatio. quæ sunt Esa. lx. cap. † Missa huius diurnum officium similiter pertinet ad primum principale & præcipuum miraculum, scilicet ad primitias Gentium, & ad munera Magorum,

gorum, & ad Christi natiuitatem. Vnde introitus, qui sumitur de Esa. licet non sit, ibi continuè est: Ecce aduenit &c. Ecclesia enim de Gentibus electa pro suæ vocationis initio gaudens gratiosum laudis præconium offert Deo pro sua salute, dicẽs. Ecce. &c. quasi dicat. Ecce, in propatulo est, quòd Dominus natura dominator effectu aduenit, id est, ad nos venit, & carnem assumpsit: vel vt alludamus præsenti diei, ad nos venit, id est qui in carne latebat, per multa signa Deus esse apparuit, vt per stellam, per Magorum munera, per vocem paternam, & per Spiritum sanctum in columba: & propter hoc vtitur aduerbio demonstrandi, Ecce: ostendens apparitionem filij Dei quasi ad oculum, per præmissa. Epistola, Surge. illuminare. & graduale: Omnes de Saba, &c. sunt de eodem, & sumuntur de Esa. lx. c. & euangelium de eodem, scilicet Cùm natus esset, &c. quod est Matt. ij. c. Ex quo sumunt alleluia, & communionem. Sicut autem in Matutino officio fit suppletio in octaua, vt iam tactum est, ita & de missæ officio simpliciter fit suppletio. † Nam introitus missæ hodiernæ notat gaudium Gentium de aduentu Saluatoris exultantium: & in collecta hortatur Gentes ad contemplandum eius speciem, quam per fidem cognouerunt. Reliquum totum est de miraculo huius diei, scilicet de Gentibus per stellam ductis. † Non est etiam prætermittendum, quòd in Italia in missa huius diei, futurum pascha populis annuntiatur. Sacerdos namque vel alius post offertorium, dicit alta voce: Annuntio charitati vestræ gaudium magnum, quod erit omni populo, quia septuagesima erit tali die & pascha tali. In concilio verò Brachareñ. de consec. dist. iij. placuit primum. ita legitur: Placuit vt postquàm omnia in concilio sacerdotum fuerint ordinata, super venturum ipsius anni pascha, quo Calendarum die, id est, quo die ante, vel post Calendas, vel quoto à luna debeat suscipi, à metropolitano episcopo intimetur: quod cæteri episcopi vel reliquus clerus breuiculo subnotantes vnusquisque in sua Ecclesia aduenientes natalis Domini die, post euangelicam lectionem populo annuncier, hoc tamen non vbique seruatur. Rursus in concilio Carthaginẽ. ead. dist. placuit. j. statutum est, vt dies paschæ formarum, scilicet literarum subscriptione omnibus intimetur. Dies verò concilij. xj. Calen. Nouemb. seruetur. Quidam tamen vltramontani episcopi in synodo, quam celebrant die Mercurij proximiori festo beati Lucæ, pro missa annunciant. Quidam asserunt in vigilia epiphaniæ ieiunandum fore, eo quod sibi proprium officium appropriatur, & alleluia in officio, nisi in dominica interueniat, subticetur, & dicetur euangelium: defuncto Herode: quod est Mat. ij. cap.

SVMMARIVM.

1 *Epiphaniæ octaua, & quid notet.*
2 *Antiphonæ octauæ Epiphaniæ cur sint de septimo tono.*

De octaua Epiphaniæ. CAP. XVII.

DE octaua epiphaniæ in omni cantu & in lectione Esa. † quæ legi-
tur pro epistola, scilicet Domine Deus meus agitur de baptis-
mo. Vnde ibi dicitur, Exultent solitudines Iordanis: ideo quia in Ior-
dane vim regeneratiuam Dominus contulit, aquis instituēdo baptis-
mum: & quia Gentes, quæ à Deo prius erant quasi in solitudine desere-
ti, ad eum redeunt. Octaua ergo epiphaniæ suppletionis est, vt in tit.
præcedenti dictum est, quia sicut in festo recolimus, quomodo Chri-
stus baptizatus est, ita in octaua rem, propter quā baptizatus est, quod
antiphonæ illius diei ostendunt. In octaua igitur de secundo epipha-
niæ miraculo, scilicet de baptismo iubilatur, vt in antiphona: Veterem
hominem. & cæteris quæ sequuntur, quæ quia translatæ sunt de Græ-
co in Latinum, grauius continent in dictamine idioma. † Et sunt de 2
septimo tono, quia pertinent ad baptismum, vbi septiformis gratia
Spiritus sancti operatur, & sunt nouem, quoniam per ianuam baptis-
mi peruenientes ad consortium nouem ordinum angelorum. Sunt
tamen octo, de hoc expressius agentes propter veram octauam, ad
quam baptisma ducit. Et merito baptismi officium ad octauam differ-
tur: quia vicem tenet circuncisionis, quæ in octaua celebratur. Et can-
tatur hac die inuitatorium: quia prædicantibus Apostolis, ad bapti-
mum sunt homines inuitati. Quædam verò Ecclesiæ dicunt hac die
ad missam Euangelium: Venit Iesus à Galilæa, quod est Matth. iij. c.
Alij dicunt: vidit Ioannes Iesum venientem ad se. quod est Ioan. c. j.
quæ ambo pertinent ad literam, ad baptismum Christi & epistolam:
Surge, illuminare.

SVMMARIVM.

1 *Dominica prima ab Epiphania, & eius missæ introitus. num. 2. Item to-*
tius officij summa ratio.
3 *Dei thronus vt simus tria necessario requiruntur.*

De prima dominica post Epiphaniam. CAP. XVIII.

DE prima † dominica post epiphaniam, scilicet infra octauas, di-
cturi præmittimus, quòd ab epiphania vsque ad septuagesimam
possunt esse sex dominicæ ad plus: & vna ad minus: in quibus omni-
bus intendit Ecclesia in nocturnis officiis ostendere apparitionem

Domini, vt stella oriatur in nobis, quæ ducat nos in Bethleem supe-
riorem: & ferè omnia, quæ hoc tempore dicuntur ad gaudium pertinent. Verūtamen, nonnisi tres ex ipsis dominicis proprium habent of-
ficium, & ideò quando quatuor sunt aut plures, sequens officium di-
citur in quibusdam ecclesiis, in prima dominica post octauas: quan-
do verò sunt tres dominicæ tantùm, dicitur in dominica infra octa-
uas. In hac ergo dominica, scilicet infra octauas, monet nos ecclesia
2 in introitu, vt offeramus Domino aurum, quia rex regum est: & thus,
quia Deus deorum: & hoc quidem facit in duobus sequentibus. † Et
est introitus: In excelso throno vidi sedere virum quem adorat mul- *Esaiæ 6*
titudo angelorū. quod sumptum est de illo loco Esa. Vidi Dominum
sedentem super solium &c. quod enim hic dicit thronum, dicit ibi so-
lium, quod idem est: & quod dicitur hic multitudo angelorum, idem
est, quod dicitur in Esa. quòd angeli canebant: Sanctus, sanctus,
sanctus. Sanè thronus excelsus, est Ecclesia, in qua sedet Deus, qui mo-
net nos, vt adoremus Christum sicut verum regē. Epistola verò mo-
net nos vt offeramus myrrham dicens: Obsecro vos per misericordiā
Dei vt exhibeatis corpora vestra, hostiam viuentem, sanctam, Deo
placentem, &c. ad Ro. xij. ca. & per hoc ostenditur myrrha, quæ intel-
ligitur in carnis mortificatione. Euangelium est de apparitione Do-
mini. Cùm factus est Iesus annorum xij. &c. Luc. ij. c. vbi sequitur:
3 Mater eius inuenit eum in templo disputantem cum sapientibus, &
docentem. † Potest etiam dici, quòd ad hoc vt efficiamur thronus, in
quo Dominus sedeat, tria sunt nobis necessaria: munditia carnis, hu-
militas mentis, & exultatio in Domino. Ad munditiam carnis, inui-
tamur in Epistola, vbi dicitur: Obsecro vos, &c. vt suprà. Ad humili-
tatem mentis in Euangelio Christi exemplo, de quo ibi legitur, quòd
parentibus subditus erat. Ad exultationem in domino, in graduali, in
quo benedicimus domino, qui fecit mirabilia solus, & in allelu-Ia. &
in offertorio, in quo domino iubilare iubemur. Interest tamen inter
allelu-Ia & offertorium: quia in allelu-Ia tantum semel dicitur: Iu-
bilate Deo omnis terra, in offertorio autem geminatur sub diuersa
melodia: ad notandum, quòd in gaudio Domini crescere debemus:
quia sumus mysticum corpus: vnde in euangelio dicitur: Puer autem
crescebat, &c. in communione quæ est Luc. ij. notatur Christi huma-
nitas, secundum quam vocat eum filium, & quasi increpans dicit: Fili
quid fecisti nobis sic? & deitas secundum quam ipse dicit: Nesciebā-
tis, quia in his, quæ sunt Patris mei, oportet me esse.

SVMMARIVM.

1 *Dominica secunda post epiphaniam, & eius officium.*
2 *Psalmi & Epistola Pauli cur maximè legantur ab epiphania, ad se-*
ptuagesimam vsque.
3 *Missæ officium in secunda dominica post epiphaniam.*
4 *Augustus Imperator, ex glebis terræ ab vniuerso orbe allatis iussit mō-*
ticulum

ticulum fieri Romæ, super quo tandem ecclesia quædam structa est.

5 *Nuptiæ spirituales.*

6 *Misericordiæ opera, quæ.*

7 *Aquæ mutatio in vinum, quid notet mysticè.*

De dominica secunda post Epiphaniam. CAP. XIX.

IN hac secunda dominica, quæ est prima post † octauas in sequentibus dominicis cantatur in quibusdam ecclesiis ad vesperas in sabbatis responsorium: Peccata mea Domine, sicut sagittæ infixæ sunt in me: sed antè, quàm vulnera generentur in me, id est, peccata alia, sana me, &c. & propter eandem causam dicitur in primo responsorio matutinali: Domine, ne in ira. Ostendit enim ecclesia suis filiis pœnas ignis purgatorij & inferni: quia comedendus est agnus Paschalis, cum lactucis agrestibus, & vt molamur inter duas molas, scilicet spem & timorem. Quia verò intendit ecclesia nobis manifestare fidem Filij Dei, vt dictum est, quòd sit melius per epistolas Pauli & Psal. ideò leguntur ipsæ epistolæ & Psalm. cantantur. Omnia enim ferè responsoria ab octaua Epiphaniæ vsque ad septuagesimam sunt de Dauid non de bellis, sed de Psalmis in quibus instruimur de bonis operibus: quia fides sine operibus mortua est, extrà de sac. vnc. c. j. & quia maximè in psalmis Dei misericordiam imploramus: & propter hoc quidam legunt de psalmis hoc tempore, vt sic responsoria lectionibus correspondeant, sed Psalmi legi non debent, nisi prout quidam faciũt triduo ante pascha. Et † nota quòd penè omnia responsoria dominicarum huius temporis vsque ad septuagesimam sumũtur de nocturno dominicali, & de quinque psalmis qui sequuntur, scilicet: Deus Deus meus, respice & aliis respõsoriis secundæ feriæ: similiter de eius nocturno sumitur, & ita ferè de omnibus aliis. Epistolæ verò Pauli leguntur. Primò, quia ipse præ cæteris de fide locutus est, per quã quasi per stellam Christus cognoscitur. In illis enim ad pœnitentiam reuocamur. Secundò, quia sicut prophetæ nasciturum Dominum prædixerunt, & maximè Esa. vnde Esaiam ante natiuitatem Domini legimus, ita & Apostoli Deum natum prædicauerunt, & maximè Paulus, qui plus aliis laborauit: vnde eius epistolas post natiuitatem legimus, Christum natum ostendentes. Breuiter autem notandum est, quòd pro natiuitate Saluatoris variis modis à die natiuitatis, vsq; ad octauam epiphaniæ ostensa exultauimus: verũ quia exultationem, quæ debuit spiritualis, penè omnes conuertimus in carnalem, comessationibus, ebrietatibus, & iocis inutilibus vacantes, inde est, quòd in hac dominica, quæ est prima post octauam epiphaniæ in officio nocturno historia: Domine, ne in ira &c. cantamus, in qua Domini misericordiam imploramus, & per pœnitentiæ lamentum peccata deflemus: & quia quolibet die peccamus, ideò quælibet dies sua debet habere spe-

cialia officia, scilicet responsoria. Dies ergo Dominicus habet sua scilicet nouem, & secunda feria habere debet sua, scilicet tria, & sic de aliis. Sicut enim in hebdomada ante natiuitatem, ad notandum Saluatori, desiderium singulis diebus singula responsoria, & singulas antiphonas in laudibus cantauimus, ita ad notandum planctum nostrum, & desiderium pœnitendi singulis diebus post octauas epiphaniæ, propria responsoria deputamus, & tam in nocturnis psalmis, quàm in laudibus matutinis, quolibet die dicimus antiphonas speciales, quæ feriales dicuntur: quia illæ tantùm in ferialibus diebus vel noctibus cãtantur, nisi festum impediat, excepto tempore, quod est à pascha, vsque ad octauas pentecost. Circa missæ officium † sciendum est, quòd introitus huius dominicæ est: Omnis terra &c. & dicitur ad idem, quòd & aliud officium, scilicet ad ostendendum apparitionem. Sed illud totum plenum est hac voce: Iubilate propter innouationem nostram quia nouus rex canit: Omnis terra, &c. quoniam † Augustus Cæsar ad gloriam imperij Romani iussit, vt de singulis ciuitatibus orbis aliquis Romam veniret, affetens inde tantum terræ, quantũ pugnus claudere posset, vt per hoc appareret omnes Romano imperio fore subiectos: ex qua terra factus est in vrbe quidam monticulus, super quem fabricata fuit quædã Ecclesia à Romanis, ad fidem conuersis, quæ fuit in hac dominica dedicata: quia ergo monticulus ille de omni terra factus est, ideò in festo dedicationis illius ecclesiæ, super illum cõstructæ cantatur: Omnis terra, &c. & sicut Cæsar Augustus ab omnibus mundi partibus adorabatur, à quibus terra illa apportata fuit, ita Deus ab omni terra, id est, ab omnibus hominibus, siue ab omni genere hominum adoratur. Beatus quoque Gregor. tali die pacẽ fecit in orbe, & propter hoc in collecta huius diei posuit: Et pacem tuam nostris concede temporibus. Hanc igitur pacem, & Christi veram adorationem operatur vera dilectio proximi, ad quam inuitamur in epistola: Habentes donationes, &c. ad Roman. xij. cap. in qua monemur, vt donationes à Christo habitas ad aliorum ædificationem exerceamus, vnde ibi dicitur: Necessitatibus sanctorum communicantes. Ad idem etiam in Euãgelio inuitamur exemplo Domini, qui sicut ibi legitur, in nuptiis mutans aquam in vinum, magna miracula faciẽs, necessitatibus eorum subuenit: quorum intererat ministerio Euangelij, quod est, Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ. Ioan. ij. cap. Sed bene conuenit: quia ad confirmationem nostram, facta sunt miracula, & dona data nobis, & tanquam in nuptiis spiritualibus apponit Apostolus viginti fercula principalia dicens: Siue prophetiam secundum rationem fidei, &c. Cana enim, zelus interpretatur: Galilæa † transmigratio: quòd igitur nuptiæ factæ sunt in Gana Galilææ significat, quod in corde illius, qui cœlum, id est, ardentem amorem habet transmigrandi de vitiis ad virtutes, de mundo ad patrem, de terra ad cœlum

fiunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

fiunt nuptiæ,& Christus Dominus ibi est, cum matre sua, hoc est enim de primis lætitiis, in illo corde, vbi fiunt nuptiæ, quòd Christes natus est de Virgine: ibi mutatur aqua in vinum,id est,insipiditas operum,in lætitiam spiritualẽ.Ad has siquidẽ nuptias celebrandas Innocent. Papa iij. instituit hac die stationẽ apud venerabile hospitale Spiritus sanctus fieri,vbi tanquã in Cana Galilææ,est zelus trãsmigrandi de vitijs ad virtutes.Ibi siquidem positæ sunt sex hidriæ,id est,institutæ sunt † & perfectissimè exercentur sex opera misericordiæ,quæ sunt,pascere esurientem, potare sitientem, colligere hospitem, vestire nudum, visitare infirmum,adire incarceratum,& mortuũ sepelire:& est ibi mater Iesu, quoniã in honorẽ beatissimæ Mariæ virginis illius loci est ecclesia dedicata. Inuitatur etiam & filius eius Iesus cum discipulis ad has nuptias, quoniam effigies Iesu Christi, quæ sudarium siue † Veronica vocariter appellatur, hac die ex institutione eiusdem Innocen.à domino papa & cardinalibus, populis fidelibus ad has nuptias pietatis, & misericordiæ celebrandas illuc conuenientibus, ibi solenniter demonstratur.In offertorio autem,quasi præ gaudio correizamus, quod spirituaIis facit ebrietas, geminantes verba tam in offertorio quàm in eius versibus:geminamus enim illud,Iubilate Deo omnis terra:similiter,alIud: Reddam tibi vota mea:& illud. Locutum est os meum in tribulatione mea. Duo enim sunt genera hominum verba gemmantium vel multiplicantium,scilicet correizantes & infirmantes,siue afflicti. Correizantes,vt hîc infirmantes, vt in versibus offertorij: Vir erat in terra, quia hîc tam in offertorio, quam in versibus duplicamus verba: ibi verò tantùm in versibus quasi ridiculosè geminantur.Et est ratio,quia institutor officij loquitur ibi in offertorio tanquam historiographus rem simpliciter narrans, & tanquam non ægrotans, de Iob, in tertia persona loquens: cuius patientia nobis in exemplum commendatur. In versibus verò eiusdem offertorij, loquitur tanquam infirmus præ dolore, multiplicans verba, dicens: Vtinam appenderentur peccata mea, &c. Ægrotanti enim loqui conanti verba intercipiuntur, & semicepta vix offeruntur:reducens nobis ad memoriam Iob ægrotantem & dolentem, cuius verba sæpè repetit more ægrotantis, cui anhelitus non est sanus neque fortis, & ideò imperfecta verba sæpè repetere solet. Geminantur etiam verba in offertorio, quod dicitur in dominica quinquagesimæ: & in illo quod dicitur feria v. post secundam dominicam quadragesimæ. Ideò autem hoc præcipuè in offertorio,quia in eo præcipuè ostenditur offerentis affectus. In postcommunione, Dicit Dominus Ioan. ij. cap. mysticè ostenditur, quòd † dominus aquam in vinum mutat nobis, scilicet aquam timoris, in vinum diuini amoris: aquam literæ, in vinum spiritualis intelligentiæ: aquam mortalitatis in vinum immortalitatis.

SVMMARIVM.

1 *Dominica tertia post epiphaniam, & eius officium triplex. & num.3.4.*
2 *Leprosi sanatio,quid significet,& quotuplex lepra.*
5 *Euangelium dominicæ tertiæ post epiphaniam. & num.7.*
6 *Naturam mutare solus Deus potest.*
8 *Quadragesimam à natali, vsque ad purificationem, cum lætitia celebrare debemus.*

De dominica tertia post Epiphaniam.
CAP. XX.

1 TErtia dominica † post epiphaniam nos monet cum angelis adorare vnum regem, dicens in introitu: Adorate Dominum omnes angeli eius, &c.monet etiam adorare cum ipsis, quia dixit Ioanni Angelus in Apoc. Conseruus tuus sum, & fratrum tuorum. Sequitur ibi: Audiuit, & lætata est Syon, id est,ecclesia. Et nota quòd iste introitus habet in se festum hypopantis,quando est secundus ab octaua semper, vel ipsum contingit nisi septuagesima impediat: inde est, quòd verba huius introitus cum verbis inuitatorij illius festiuitatis conueniunt: in introitu namque dicitur: Audiuit,& lætata est Syon: in inuitatorio verò dicitur: Gaude, & lætare Syon: occurrens Deo tuo: quibus etiam conueniunt verba responsorij illius festi, scilicet: Adorna thalamum tuum Syon: euangelium: Cum descendisset Iesus. Matth. viij. est de sanatione leprosi vbi dicitur: Domine, si vis potes me mundare: ecce fides:vnde dicit ei: Volo,mundare.Sed epistola quæ est. Nolite esse prudẽ.&c.ad Roman.xij.cap.non videtur concordare euangelio:sed bene 2 concordat & competit mystico sensui vel intellectui.Nam sanatio † leprosi, significat quòd Deus vult sanare nos à lepra volatili,quæ est hæretica prauitas, quæ euolat per totum mundum, & ab omni alia lepra, scilicet ab omni peccato: per stellam,id est, per fidem natiuitatis & apparitionis: huic intellectui concordat epistola, & primam lepram removet. cum dicit: Nolite esse prudentes apud vosmetipsos: hoc solùm est causa hæresis, quòd homo vult proprio sensui inniti & intelligentia Scripturarum: extra de const.c.ij.xxxvij.dist.relatum aliam lepram removet,cum dicit:Nulli malũ pro malo reddentes:sed si esurierit inimicus tuus,ciba illum,&c.Potest etiã dici,quòd in officio huius dominicę inuitatur angeli,ad Domini orationem,pro sua reintegratione:quæ est in conuersione Iudæorum & Gentilium.Vnde in graduali causa redditur:Ad conuersionem Gẽtilium pertinet quod dicitur:Timebunt Gentes nomen tuum,&c.ad conuersionẽ Iudæorũ quod dicitur:Quia ædificauit Dominus Syon. Pro hac reintegratione dicitur in allelu-Ia: Adorate Dominũ omnes angeli eius.Ad idem etiã pertinet euangelium, in quo agitur de curatione leprosi, sub figura Iudaici populi, & de curatione Centurionis sub figura Gentilis populi à Domino spiritualiter curati,& cum vtriusque populi curationem operatur dilectio proximi:

Apoc. 22
Psal. 96

ideo

ideo in epistola inuitamur ad eam, vbi dicitur: Ne reddamus malum pro malo, sed bona coram Deo, & hominibus exhibeamus. In offertorio Ecclesia de vtroque populo collecta Deum laudat, dicens: Dextera Domini fecit virtutem &c. Et quia Christus vsque in diem iudicij, quia tum est ad corpus mysticum semper augetur, ideò cantatur communio in pluribus Ecclesiis: Puer Iesus crescebat, &c. licet in aliis dicatur: Mirabantur omnes, &c. Luc. iiij. c. Christus enim paruulus fuit, cùm à paracis Iudæis cognoscebatur, & creuit, quia non tantum à Iudæis, sed etiam à Gentibus cognitus est. Illud autem: Mirabantur omnes &c. satis bene conuenit: quia Iudæi & Gentiles videntes mirabilia eius: & audientes dona admirantes conuertebantur. Sanè officia præcedentium dominicarum, quidam referunt ad tres annos, quibus dicit Dominum post baptismum prædicasse, & diuinitatem suam miraculis declarasse. Dicunt enim eum tribus annis prædicasse, & partem quarti anni, quantum est à natiuitate, vsque ad passionem. Primum officium refert ad hoc, quod angeli legũtur ministrasse Domino post baptismũ, & post
Matt.4 ieiunium, & post diaboli tentationẽ: vnde in officio illo dicitur: Quem adorat angelorũ multitudo. Quia ergo angeli in principio istorũ trium annorum statim post baptismum, post tentationem angeli accesserunt ei ministrantes, ideò post epiphaniam in dominica, quæ occurrit octauas, cantatur in introitu: In excelso: & legitur euãgelium: Cùm factus esset Iesus annorum duodecim. Et bene cõgruit, vt illud post duodecimam diem natiuitatis proxima dominica legatur, quod post annos duodecim constat esse peractum, & si necesse fuerit etiam in sequenti Dominica repetatur. Secundum † officiũ dicunt esse de miraculis, quia in secundo anno miraculis manifestius coruscauit: & ideo in secunda dominica legitur epistola, in qua gratiarum dona scribuntur, & euangeliũ de initio signorũ Domini recitatur. Quod etiá ea congruit ratione, quia hoc miraculũ secundo baptismatis anno legitur esse peractum: quo quia literæ in spiritum, terræ in cœlum, corruptibilis in incorruptibile mutatio figuratur, ideò quod omnis terra Deũ adoret in introitu iubilatur. Tertium † officium dicunt esse de conuersione Gentium & Iudæorum: Prout iam dictum est. Quia enim in tertio anno sua passione redemit, per quam vtrũque populum ab æterna infirmitate curauit, ideò legitur euangelium de infirmo & leproso curatis: propter quod fit in cantibus verborũ geminatio, vt in introitu: Lætata est Sion, &c. f i. & in graduali: Timebunt Gentes & reges & in allelu-Ia: Exultet terra, & lætentur insulæ: & in offertorio, Dextra Domini. Et quia per triusque populi curationem, adauctus est numerus angelorum: ideò in introitu inuitantur ad laudes cùm dicitur: Adorate, &c. Quia verò non sanatur putridus humor, nisi deponatur superbię tumor, ideò dicitur in epistola, vt ad exemplum Christi patientis, & non persecutientis: Non reddamus malum pro malo reddentes. Hæc quidem tria officia nobis inuuant, Christi beneficia nobis præstita ad testificandum corda nostra. Vnde

Vnde cantamus in offertoriis: Iubilate. Iubilãdum enim est, quòd nos 5. eduxit de claustris inferni, & liberauit de inferno inferiori. Quartum autem euangeliũ, in quo agitur de dormitione Domini in nauicula, & de excitatione, ad illam partem anni referũ in quo Dominus obiit & resurrexit. Dormitio nãque Domini in nauicula, est eius dormitio in cruce, & eius excitatio, est eius resurrectio, quã suorum vota citiùs fieri exegerunt. Quintum euangelium ad hoc refertur, quòd post Domini resurrectionem sensum suis aperuit, vt Scripturas intelligerent: vnde in eo grates refert Patri, qui reuelauit ea paruulis, & abscondit à sapientibus huius seculi. Omnes autem epistolæ huius temporis, ad dilectionẽ Christi pertinent, quæ facit, vt simus inuicẽ Christi membra: vnde dicitur in prima epistola, scilicet quæ legitur in prima dominica post octauam, quòd donationes nobis à Deo datas ad ędificationem aliorum exerceamus. In hac secunda dicitur: ne malum pro malo reddamus. In tertia dicitur: vt inuicem diligamus. In quarta dicitur, vt viscera misericordię habeamus. Quod verò dicitur in quinta, hoc facit, vt prælatis humiliter subiiciamur, exemplo Christi, qui parentibus subiectus fuit. Item quod dicitur in primo euãgelio, scilicet quod legitur in prima dominica post octauam: hic aquam nobis conuertit in vinum, quod in secundo lepram peccati tollit, quod in tertio Dominum dormiẽtem excitat in nobis, quod in quarto nobis secreta reuelat. Potest etiã & aliter dici, quòd sicut à die natalis vsque ad Epiphaniam, apparuit ex officiis humanitas Saluatoris, sic & in his tribus dominicalibus officiis diuinitas manifestaretur eiusdem. Nã in primę dominicæ euangelio dicitur. Nescietis, quia in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse: In quo Dominus manifestè declarat se esse Deũ illum, scilicet cui millia millium seruiũt angelorum, propter quod in introitu dicitur quòd eum adorat multitudo angelorum. In graduali collaudant: & ad idẽ in allelu-Ia & offertorium terrã inuitant, dicentes: Iubilate Deo omnis terra. Sed quia laus Saluatoris nõ benè sonat in labiis peccatorum, ideò Apostolus in epistola præhortatur, & obsecrat vitæ sanctimoniam. Communio verò consonat euangelio. In secundæ verò dominicæ euangelio, dicitur quòd Dominus ad nuptias inuitatus aquam conuertit in vinum, quod fuit magnum suæ diuinitatis indicium. † Solus enim Deus potest naturam mutare: nostrũ corruptibile in gloriam reparare, propter quod omnis terra eum adoret, psallat, & iubilet confiteamur, & lauder, & angelos ad laudandum inuiter, vt apparet in introitu graduali, allelu Ia & offertorio. Cõmunio verò consonat euangelio. In tertiæ dominicę euangelio † dicens Dominus: Volo mundare. benignitatem & potestatem suæ diuinitatis ostendit: vnde leprosus mundatus, quasi coraula tam angelos quàm homines ad Dominum adorandum inuitat dicens in introitu: Adorate Dominũ. & in graduali: Timebunt Gentes. In allelu. Ia verò, & in offertorio dicẽs: Dextera Domini, causam reddit, Communio consonat

Matt.11
Roma.12
Roma.12
Roma.13
Coloſ.3
Ioan.2
Matth.8
Matth.8

euangelio. Ecce quàm euidenter in his tribus dominicalibus officiis diuinitas apparet,quæ vt præmiſsũ eſt,tres ſunt:quia tribus annis Dominus prædicauit.Sunt quoque nonnulli,qui totum huius tẽporis ſpatium,ſcilicet à natali,vſque ad purificationem adſcribũt infantiæ Saluatoris,ideò non debent in eo,vt aiunt,fieri commemorationes ſanctorum,maximè de cruce,ne obiiciatur:Non coquas hædum in lacte matris, & propter hoc etiã in vigiliis nocturnis de nouo legitur Teſtamento, propter præſentem vitam eiuſdem hominis Chriſti quam *Exod. 23* dies iſti ſignificant.Magnus quoque præco,vel præceptor ſanctæ natiuitatis Paulus,in legentium manus accedit:qui cùm veteri lege nouam conferens gratiam legem ſanctorum deprimebat,& legem fidei cum palma iuſtitiæ ſubleuabat,& eſt hoc tempus quædam quadrageſima Chriſti conſtans ex duobus perfectis numeris,ſcilicet ex ſenario duplicato,& xxviij. Duplicitas ſenarij duplicem ſignificat perfectionem,ſcilicet humanitatem corporis & diuinitatem animę: vnitas maior numeri perfecti diuinitatis vnitatem.†Ideò ſicut in xij. diebus,ſicut licet qui ſunt inter natale & apparitionem iubilatur de apparitione humanitatis:ſic in vigintiocto, qui ſunt ab apparitione vſque ad purificationem de apparitione diuinitatis. Hanc quadrageſimam cum gaudio celebramus,quia Chriſti incarnatio fuit gaudium angelorum & hominum.Poſtquam quadrageſimam ſequitur *ὑπαπαντή*,id eſt,præſentatio Domini in templum per quam excitamur,ad præſentandum *Tit.2* nos Deo Patri. Quadraginta ergo dies præſentem ſtatum demonſtrant Eccleſiæ, vbi per quatuor mundi partes ſatagimus, vt decalogum impleamus,id eſt iuſtè & piè viuamus in hoc ſeculo, expectantes beatam ſpem,& aduentum gloriæ magni Dei.In qua præſentatione apparebit nobis Dominus glorioſus: & ideò his diebus cantatur verſus. Quoniam ædificauit dominus Syon: & videbitur in gloria ſua.Inde eſt etiam, quòd ſicut præmiſſum, eſt circa *ὑπαπαντὴν* mirifice cantatur introitus:Adorate quia nunc erit nobis facie ad faciem manifeſtum choros angelorum Dominum adorare.

SVMMARIVM.

1 *Dominica quarta poſt Epiphaniam.*
2 *Charitatem habens,nihil timet.*
3 *Fides,& charitas,ſerenitatem gignunt in mente hominis.*

De dominica quarta poſt Epiphaniam.

CAP. XXI.

QVarta dominica poſt epiphaniam non habet proprium † officium:quia non ſemper ſunt quatuor ſeptimanę vſque ad ſeptuageſimam.Habet tamen euangelium proprium,quod eſt: Aſcendente Ieſu in nauicula,&c Matt.viij.ca. & habetur ibi quomodo Dominus mitiga

mitigauit,& ſedauit tempeſtatem maris,& dixit Diſcipulis ſuis: Cur timetis modicæ fidei? quaſi dicat: Modica fides eſt cauſa timoris & 2 tempeſtatis cordis.Qui enim † habet charitatem,nihil timet: & hanc habet,qui veram fidem habet,& ideò de charitate eſt epiſtola:Nemini quicquam de beatis,niſi vt inuicem diligatis, &c.quæ eſt ad Rom. xiij.cap.Euangelium ſignificat,quòd ſi Chriſtus dormit in nobis,tempeſtas oritur: qui enim habet fidem,habet Deum.Vnde Auguſt. Fides in te,& Chriſtus in te.Dormit igitur Chriſtus in nobis,quando in nos torpet fides:& tunc oritur tempeſtas tentationum in cordibus. Redit autem tranquillitas,ſi excitatur fides, quæ excitatur per charitatem: & ideo in epiſtola diei huius dicitur:Non occides.Diliges proximum 3 tuum ſicut teipſum. Fides † enim & charitas ſerenitatem faciunt in mente hominis.His tribus ſententiis horum trium euangeliorum,reformatur homo omnibus modis.Primò enim, mundatur ſicut leproſus. Secundò ſedatur tempeſtas tentationum. Tertiò ſiunt nuptiæ in corpore ipſius. Sed primò ponitur euangelium de nuptiis: quia dignior eſt ille ſtatus,& hi ſunt tres ſtatus in hominibus ſecundum augmentum manifeſtationis Chriſti.

SVMMARIVM.

1 *Dominica quinta poſt epiphaniam euangelium, & officium.*

De dominica quinta poſt Epiphaniam.

CAP. XXII.

1 EVangelium† quintæ dominicæ poſt epiphaniam ſumitur de Matthæo:Confitebor tibi Pater cœli & terræ, &c. in quo oſtenditur, quibus Deus ſe manifeſtat,ſcilicet paruulis,manſuetis:vnde dicit: Et reuelaſti ea paruulis.& poſt:Venite ad me omnes,qui laboratis &c.& bene conuenit epiſtola ad Coloſſ iij.cap. induite manſuetudinem, & pietatem, id eſt, induite vos noua veſte: & cum nouo rege non ſitis. Noua enim fecit Dominus omnia.Aliæ verò Eccleſiæ legunt euangelium:Simile eſt regnum cœlorum quod eſt Matthæi xiij.cap. *Matt. 11*

SVMMARIVM.

1 *Dominica ſexta ab Epiphania,nihil habet proprium, mutuatum tamen à duabus præcedentibus.*

De dominica ſexta poſt Epiphaniam.

CAP XXIII.

SExta dominica † quia ratò contingit, non habet proprium,niſi orationes tantummodò.Sed ei à duabus præcedentibus mutuatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMARIVM.

1 *Septuagesima tempus est pœnitentiæ, & quot de causis illa instituta.n.2.*
3 *Annorum computatio, à principio mundi.*
4 *Septuagesimæ quinque sunt.*
5 *Septuagesima, vnde dicta, vnde sexagesima, vnde quinquagesima. Item, vnde quadragesima, & cur non tricesima dicatur consequenter.num.6.*
7 *Quadragesima, est decima totius anni.*
8 *Peccata septem modis remittuntur.*
9 *Septuagesima finitur sabbato in albis.*
10 *Septuagesima tempus iudiciale captiuitatis refert.*
11 *Babylonicæ captiuitatis descriptio, atque etiam mysticè.*
12 *Septuagesimæ tempore, cur subticeantur cantica lætitiæ. & num.13.14.15.16.17.*
18 *Allelu-ia, cur iteretur sabbato ante septuagesimam.*
19 *Allelu-ia, quid differat à versillo: Laus tibi Domine.*
20 *Psalmi duo per dominicas noctes, ad laudes mutantur à septuagesima vsque ad pascha.*
21 *Introituum missæ adaptatio, à septuagesima, vsque ad pascha.*

De dominica septuagesimæ.

CAP. XXIIII.

POst tempus † reuocationis, sequitur tempus deuiationis, scilicet tempus pœnitentiæ, quod est septuagesima. Visa namque via, quæ ducit in Bethleem superiorem, per stellam, id est, per fidem pœnitentiæ homo, quòd deuiet ab illa.† Prænotandum autem est, quòd septuagesima instituta fuit propter tria. Primò, propter redemptionem sabbati, vel secundum alios quintæ feriæ, in qua sancti Patres statuerant ieiunari, prout iam dicetur. Secundò, propter repræsentationem: quoniam repræsentat lxx. annos Babylonicæ captiuitatis, prout iam dicetur. Tertiò, propter significationem, quoniam per hoc tempus figuratur deuiatio, exilium, & tribulatio totius humani generis ab Adam vsque ad finem mundi: quod quidem exilium sub reuolutione septem dierum peragitur, & sub septem millibus annorum includitur. Septuaginta enim dies septuaginta centenas annorum intelligimus. & quidem ab † initio mundi, vsque ad'ascensionem Domini, sex millia annorum computamus. Ex tunc verò, quicquid temporis sequitur vsque ad finem mundi, sub septimo millenario comprehendimus, cuius terminum solus Deus nouit: quia hoc Deus Pater in sua posuit potestate. Nec mireris de eo, quod dictum est de sex millibus annorum: quia uersimodè etenim anni computantur. Nam & alij dixerunt, quòd ab origine mundi fuerũt solùm quinque millia, & ducenti anni vno mi-

nus, vsque ad Christi natiuitatem: vel secundùm alios, vsque ad passionem: secundum alios verò vsq; ad baptismum eius. Alij dixerunt, quòd ab Adam, vsque ad natiuitatẽ Christi secundum carnem completa fuerunt quinque millia ducenti vigintiocto anni. In historiis legitur, quòd secundum septuagesimam ab Adam, vsque ad decimumquintum annum imperij Iulij Cæsaris computantur anni quinquies mille ducenti, vigintiquinque. Sed secundum Hebraicam veritatem quatuor millia. Computatio tamen sex millium annorum à Methodio potiùs mysticè, quam chronicè, est vera inuenta. Christus igitur in sexta mundi ætate nos ab hoc exilio in spe æternæ retributionis reddita innocentiæ stola per baptismum eripuit. Sed consummato tempore nostri exilij, vtraque stola perfectè decorabit, vt iam dicetur. Sciendum autem est, quòd quinque † sunt septuagesimæ. Prima est, septuagesima annorum, scilicet Iudaicæ captiuitatis, in qua fuerũt Iudæi captiui in Babylone lxx. annis: de qua Hieremias dicit: Trademini in manu hostili: & seruietis Nabuchodonozor lxx. annis: & sic est construendum: Trademini in manu hostili, scilicet Nabuchodonosor: & seruietis lxx. an. non enim Nabuchodonosor vix tot annis. Secunda, est lxx. dierum, quæ incipit in hac dominica, qua cantatur: Circundederunt: & terminatur in sabbato in albis, secundum alios in pascha, vt iam dicetur. Tertia, est septuagesima peregrinationis nostræ, scilicet totum tempus huius vitę, quod vij. dierũ reuolutione agitur. Quarta, est septuagesima hebdomadarum: quæ similiter incipit à: Circundederunt me, sed terminatur in sabbato quo cantatur: Sitientes. Quinta, est septuagesima ætatum, scilicet vij. ætates, quarum sex sunt morientium, & septima quiescentiũ. Harum autem septuagesimarũ duæ sunt figuratiuæ, scilicet septuagesima ætatũ, & septuagesima nostræ peregrinationis. tres sunt figuratæ, scilicet septuagesima annorum, dierum, & hebdomadarum. De vltimis duabus primò dicendũ est. Nam septuagesima hebdomadarũ figurat septuagesimam ætatem: vt hebdomadà pro ætate ponatur. Inde est, quod in vij. ætate animæ fidelium requiescunt, licet quædã ad tempus sint in purgatorio, & idcirco in principio septimæ hebdomadæ ætatum cantatur: Lætare Hierusalem. vbi ponuntur tria verba lætitiæ, scilicet lętare, gaudentes, & exultetis. quia sancti in septima ætate gaudent de visione Trinitatis secundũ quod visum est Doctoribus, iuxta septuagesimam hebdomadarũ factæ sunt illæ denominationes, scilicet sexagesima, septuagesima, quinquagesima, & quadragesima. Vnde † septuagesima dicta est, quia septima est ab illa, in qua cantatur: Lætare Hierusalẽ. Sexagesima, quia sexta est ab illa. Quinquagesima, quia quinquare non dicitur tricesima, quæ est tertia ab illa? respondetur quòd secundũ varios variè inchoatur abstinẽtia. Nã regulares incipiunt ieiunare à septuagesima, Græci à sexagesima, clerici à quinquagesima:

tota militia Christiana à quadragesima, additis quatuor diebus hebdomadæ præcedentis. Sed videtur potius debere dici septena, qua septuagesima: quia sicut dictũ est, nõ sunt nisi septẽ hebdomadæ à Circundederunt me. vsque ad, Sitientes. Sed idcirco hoc fit: vt hæc septuagesima aliquo modo respõdeat septuagesimæ Iudaicæ captiuitatis. Sicut enim multi ex illis authoritate Cyri, qui cognominatus est Christus, in patriã redierunt, & in fine omnes: ita & ante finẽ septuagesimæ ætatũ, quæ per septuagesimã hebdomadarũ figuratur, multi ad patriã per Christũ redierũt, & tandem omnes redibunt. Aiũt etiam quidam, q̃ septuagesima sic dicitur, quia habet exordium lx. dierũ, quos continet sexagesima, quia habet initium lx. dierum, quos continet, & sic de quinquagesima & quadragesima. Nũc dicamus de tribus primis. Nempe septuagesima dierũ, repræsentat septuagesimam annorum, & figurat septuagesimam sine tempus nostrę peregrinationis, de quo iam dicetur. Visum est autem magno Imperatori Carolo, quòd septuagesima, quinquagesima, sexagesima, quadragesima, non propter numerũ sic denominentur, nõ enim à septuagesima sunt lx. dies, sed tantùm sexaginta quatuor: nec à sexagesima, vsq; ad paschã sunt lx. dies, sed tantũ quinquaginta tres: sed sic dicta sunt propter cõsequentiã numerãdi hoc modo Quia enim in lege præceptũ erat, vt primitiæ & decimę darẽtur Deo: placuit sanctis Patribus soluere decimas dierũ, constituẽtes pro huiusmodi decimis quadragesimã. Nã ab officio, Inuocauit, vsq; ad paschã, demptis dominicis diebus, sunt xxxvj. dies, qui sunt decima trecentorũ lx. dierũ, ex quibus, annus cõstat. Supersunt tamẽ quinq; dies in anno, qui videtur remanere indecimati: de quo dicetur sub quarta feria quinquagesimæ. Et est vocatũ tẽpus illud quadragesima: quia habet sex septimanas: prout dicetur sub prima dominica quadragesimę. Theleſphorus verò papa iiij. dist. statuimus. & duobus c. seq. & Greg. de cõse. dist. v. quadragesima volẽtes, quòd clerici aliquid adiicerent ad pẽsum sanctę religionis, & voluptuosius quàm laici ieiunarent, adiecerunt septimam septimanam, & vocatum est tempus illud quinquagesima propter duas causas, scilicet quia quinquaginta dies sunt ab, Ẽsto mihi: vsq; ad diẽ sanctã paschæ, & etiam propter consequentiã numerandi: nam post quadragesimã sequitur quinquagesima Prętereà, sicut † per sex hebdomadas sex misericordiæ opera intelliguntur, sic & per septem hebdomadas, septem modi significãtur, quibus crimina remittuntur, scilicet per baptismum, per martyrium, per eleemosynas, per indulgentiã, per prædicationem, per charitatẽ, per pœnitentiam. Posteà verò, quia priùs statutum erat quòd Christiani deberent quinta feria ieiunare, Melchiades papa, de cõse. dist. iij. ieiunium. instituit, q̃ nemo ieiunaret in quinta feria, sicut nec in prima, vt sicut prima feria solẽnis erat propter Domini resurrectionẽ, & ita in v. feria esset propter eius cœnam & ascẽsionem. Vnde & adhuc die ipsa lautiùs epulamur: & idcirco placuit sãctis Patribus

tribus addere octauã hebdomadã, in redemptionẽ quintarũ feriarũ & vocatũ est tẽpus illud, Sexagesima, propter consequentiã numerandi. Nã sicut quinquagesimus numerus quadragesimũ, ita sexagesimus quinquagesimũ comitatur. Si enim omnes quintas ferias & primas, id est, dies dominicos subtraxeris, ab hoc tẽpore tantùm xl. dies ieiunabiles restant, in quibus nõ tantũ decimas solues, sed & ieiunij dominici numerũ implebis. Inno. quoq; Papa: de cõse. dist. iij. instituit ne sabbato ieiunaretur, eò quòd Dominus in sabbato in sepulchro quieuit, in signũ nostræ futuræ quietis, in qua omnis afflictio à nobis excluditur. idem etiam statuerunt Melchiades & Siluester Papæ, ne propter abstinentiam sextę natura nimis debilitaretur. Et idcirco addita est nona hebdomada, & vocatum est tempus illud septuagesima similiter, propter consequentiam numerandi. Nam si subtraxeris ab hoc tempore omnes primas ferias, & quintas, & sabbata, & diem paschæ, nõ restant tibi nisi triginta sex dies, qui, vt dictum est, sunt decima dierum. Incipit autem septuagesima à mœrore, & terminatur in lætitia, sicut & pœnitentia, quam significat: & sicut psalmi pœnitẽtiales. Itẽ partẽ habet in tristitia, & partẽ in lætitia semiplena: quoniam qui cum pœnitentia transeunt, percipiunt vitam æternã, vel animarũ beatitudinẽ, vel saltem certã in purgatorio expectationẽ. † Itẽ incipit à dominica & terminatur à sabbato eò, quòd à mãsione paradisi nostra captiuitas inchoauit, & vsq; ad futurã requiẽ perdurabit: vel quia qui per peccatũ à Domino nostro recessimus, per pœnitẽtiã ad requiẽ reuertemur: & terminatur sabbato in albis, & sic extenditur per decẽ hebdomadas, quia per decalogũ ad lætitiã peruenitur. Rursus incipit à Februario, iuxta Zachariam j. c. qui dicit, quòd in vndecimo mense Sabath in secundo anno Darij factum est ad eum verbũ Domini. Sabath quidem, nostra lingua vertitur in virgã: sonat enim austeritatẽ & correctionẽ, quia in hoc tẽpore septuagesimæ de peccatis nostris, per quæ sumus à diabolo captiuati nos corripere & emendare debemus. Verũ sexagesima in quarta feria in albis, quinquagesima in die paschæ, quadragesima in cœna Domini terminãtur. Nã duo dies qui sequuntur, & quatuor qui sumpti sunt de quinquagesima supplẽt locum sex dierũ dominicarũ, vt sic respõdeamus pro modulo nostri ieiunij, ieiunio Domini, qui ieiunauit xl. diebus. A septuagesima quippe, vsq; ad sabbatum in albis, sunt septuaginta dies, & à sexagesima, vsq; ad quartã feriã in albis, sunt lx. dies & sic de aliis. Decebat enim, vt sicut fuerunt tres Israëlitici populi, de captiuitate reuersiones, prima sub Zorobabel, secunda & tertia sub Esdra, vt iã dicetur: sic & nos nostra peccata deflentes, & de peccatis misericordiã implorãtes, tres faceremus terminationes, scilicet in sabbato, in quarta feria, & in pascha, vt reuertemur ad gloriam triũphatis: & quarta in cœna Domini propter quatuor euangelia, per quæ in his formamur. Sunt autẽ sex dies inter principium septuagesimæ & principium sexagesimæ, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

sex inter principium sexagesimæ, & principium quinquagesimæ, & sex inter principium quinquagesimæ, & quadragesimæ. inter finem verò septuagesimæ & sexagesimæ duo, & inter finem sexagesimæ & quinquagesimæ duo, & inter finem quinquagesimæ & xl. duo similiter: & ita habemus à principio vnum senariũ, & à fine duos senarios. A fine verò, habemus duo & duplex binarium, quod hoc figuret: Alcuinus ostendit, dicens ꝙ vna fuit mors Christi, scilicet mors corporis quam per vnum senarium significamus, & mors nostra duplex est, scilicet animæ & corporis: quũ significamus per duos senarios. Christus autem per vnam suam mortem duplam nostram destruxit. Iterũ vna fuit resurrectio Christi, scilicet resurrectio corporis, quã significat vnus binarius: & nostra resurrectio dupla est, scilicet resurrectio animæ à peccato: & corporis à corruptione quã significat duplex binarius. Et Christus sua simpla resurrectione, duplam nostrã munit. †Septuagesima ergo tẽpus iudiciale captiuitatis repræsentat. Significat Nabuchodonosor populũ Iudaicũ, propter eius peccata ab Hierusalẽ
Psal. 138 in Babylonẽ duxit: & septuaginta annis operibus duris affectus est. Vbi in organis & citharis, & aliis instrumẽtis, sicut cõueniebat in Hierusalem non cecinit, dicẽs: Qũo cantabimus cãticũ Domini in terra aliena? imò vestibus miseriæ fuit vsus. † Finitis verò lx. annis Cyrus rex Persarum, qui & Christus dictus est, regẽ Babylonicum subiugauit, populoq; redeundi licentiã cõcessit. Vnde pars sub Iesu magno sacerdote cũ Zorobabel ad patriã rediens templum Hierosolymis cũ gaudio reædificauit, pars autem in captiuitate remansit, vsq; ad cõpletionẽ septuaginta annorũ, quibus expletis sub Dario & Assuero, & quidã sub Esdra, & quidã sub Neemia, videlicet, reuersi sunt, & tũc duplex gaudium habuerunt. Sane mysticè Nabuchodonosor est diabolus, Babylonia mũdus, vel infernus, Hierusalẽ, paradisus, populus, genus humanum. Nabuchodonosor ad Hierusalẽ populũ captiuauit: & diabolus genus humanũ à paradiso in hunc mundum, vel in infernũ deiecit, vbi lxx. annis illũ affecit: vel quia præsens vita septem dierũ curriculo volutur, vel quia septẽ millibus annorum includitur, prout iam in principio dictũ est. Populus cantica lætitiæ suspendit, & genus humanum à canticis exultationem in Deum siluit: populus vestimentis miseriæ vsus fuit, & genus humanum vestimento maledictionis operti fuit, iuxta illud: Fiat sicut vestimentum, quo operitur. Populus post lxx. annos sub Iesu rediit, & genus humanum in sexta ætate per lesum verũ sacerdotẽ remeauit: quidam sub Esdra, quidam sub Neemia redierunt. Esdras, interpretatur adiutor, Neemias, consolator: quia omnes verè fideles finita huius tẽporis captiuitate per Christum adiutorem, & per Spiritum sanctum consolatorem, ad patriam sunt redituri: & tunc duplicatum gaudium habebunt in glorificatione corporis & animæ. †Rursus hæc omnia repræsentat Ecclesia à lxx. vsque ad sabbatum in albis. Quia enim populus Israël, siue genus humanum

num deiectum fuit in miseriam, idcirco incipit: Circundederunt me
c Psal. 17 gemitus mortis. Item, quia ille siluit à canticis lætitiæ: ideò Ecclesia cantica lætitiæ, scilicet allelu-Ia, & Gloria in excelsis Deo, & Te Deũ, subticet. Adhuc, quia populus perdidit vestem virtutum, ideò Ecclesia vestibus cultioribus & solennioribus, vt pote dalmaticis & tunicellis & huiusmodi, quæ sunt vestes lætitiæ, non vritur, sed potius luguibribus. In cibis quoque, videlicet ieiunando tristitiam repræsentamus, vnde Zachariæ viij. Cum ieiunaretis per hos lxx. annos, nunquid ieiunium ieiunastis mihi? ideóque proximam hebdomadam Græci ieiunium ipso sanctificabant. † Item quia ille anno sexagesimo per Cyrum, qui Christus dictus est, reditum in patriam, & liberationem à seruitute recepit, sic & nos in sexta ætate seculi sumus per Christum à seruitute diaboli redempti, nobísque reddita est innocentiæ stola per baptísmi remissionem: ideóque in sabbato sancto vnum Allelu-Ia cantamus, iam spe quietis æternæ & recuperationis patriæ gratulantes.
14 † Et sicut pars populi cum Zorobabel repatriauit, pars verò in captiuitate remansit, sic & pars fidelium defunctorum cum Christo resurrexit, pars in expectatione remansit. Sed quia & graues fuerunt labores eorum, qui in Hierusalem sunt reuersi, in longitudine viæ, & in apparatu reditus ideo & nos in præsenti Ecclesia laboramus & ingemiscimus, & tunc statim post allelu-Ia cantamus tractum Laudate Dominum, qui laborem significat: dicitur tamen de laude Domini congratulando propter resurrectionem. Illi quoque cum lætitia redeuntes in itinere vexabãtur & nos per totam hebdomadam paschalem graduale cum allelu-Ia cantamus: per graduale laborem, per allelu-Ia gaudium designantes. † Deinde illi omnes completo anno lxx.
15 ad patriam sunt reuersi, & plenam susceperunt lætitiam & nos sabbato in albis quo vt præmissum est, septuagesima terminatur, duplex alelu-Ia cantamus significantes quod finito exilij nostri tempore captiuitas absoluetur, & stola geminabitur. Hoc igitur tempore lætitiæ cantica subticentur. & vt præmissum est, de quibus dicitur Here. vij. Faciam quiescere vocem gaudij & lætitiæ, vocem sponsi & sponsæ, siquidem sponsus à nobis abiit. Cùm igitur statum Ecclesiæ nondum redemptæ recolimus, & nostrum incolatum plangimus, merito alia deponimus, quod specialiter illam gloriam significat, de qua dicitur in Psal. Exurge, gloria mea exurge, psalterium cum cithara, exurgam diluculo. Nempe gloria patris, est filius qui citharam nostræ humani-
Psal. 56 16 tatis factam adsumpsit, quam in passione fractam per resurrectionem in psalterium reformauit. Non dicuntur etiam † alia cantica lætitiæ, tum quia hoc tempore repræsentatur Ecclesiæ status nondum per Christum redemptæ. Et hæc cantica sunt ad Christum specialiter pertinentia: tum quia in ipso tempore nos peccatores repræsentamus, & in ore peccatoris non bene resonant præconia Saluatoris. Verumtamen canticum trium puerorum, & Gloria Patri, & Filio, &c. non subti-

ticetur : quia numquam fuit aliquod tempus in quo non fuerint alti-
qui trinitatis cultores. † Leo papa de conſe. diſt. j. hi tuo. dicit quod
ideo hymnos illos, ſcilicet allelu-Ia. & gloria in excel. quos angeli ca-
tauerunt in ſeptuageſima intermittimus: quia peccato veteris homi-
nis à conuentu angelicæ iubilationis expulſi, in huius miſeriæ vitæ
Babylonæ ſuper flumina eius ſedemus, & flemus, dum recordaremur
illius Sion, in qua Deum decet hymnus. A ſeptuageſima ergo quan-
do protoplaſtus lapſus eſt recitare allelu Ia, & Gloria in excel. in ec-
cleſia nomen hebdomadibus ſcilicet vſque in paſcha intermittimus:
vbi Chriſtus reſurgens à mortuis triſtitiam noſtram vertit in gau-
dium, & allelu-Ia nobis redit. De hoc etiam dictum eſt in proœmio
huius partis. Quæ cantica lætitiæ dicantur in feſtis, quæ occurrunt in
lxx. dicetur in proœmio vij. partis. incipit ergo lxx. à mœrore: & in
gaudiũ terminatur, vt præmiſſum eſt. † Et nota quòd in ſabbato præ-
cedenti ſæpè & ferè per omnia cantuum officia allelu-Ia iteratur: pro
eo quòd illud diligimus, & in theſauro cordis recondimus, ſicut ami-
cum iter longinquum profecturum ſæpè amplectimur, & eius os, fa-
ciem, & cætera oſculamur. Rurſus ideò in ſabbato ad veſperas gemi-
natur ſeu multiplicatur, quoniã in lapſu Adæ, qui erat in magna quie-
te gaudium perdidimus: ſed animabus requiem recuperamus, & cor-
poribus in reſurrectione denique geminabimus. Quidam autem in
ipſo ſabbato, dimittunt allelu-Ia, ad ſextam, quidam ad nonam, qui-
dam ad veſperas, quidam verò ad nocturnam huius dominicæ, & qui-
dam ad primam dominicam huius diei: quæ varietas prouenit ex di-
uerſitate inceptionis diei, de qua in proœmio ſeptimæ partis dicetur.
Rom.3 Rectiùs tamen dimittitur in veſperis, quia tunc dies incipit, quòd ad
diuina officia: quia nox præceſſit, dies autem appropinquabit: & hoc
etiam ſtatuit Alexander Papa ij. vt eius geminatio ad finem præce-
dentis temporis pœnitentiæ, quam laus ſequitur euangelica refera-
tur, & eius depoſitio luctui ſequentis tẽporis aſſignetur. Vnde & quæ-
dam eccleſiæ deponunt allelu-Ia cum gaudio magno. Aliæ verò cum
gemitu & ſuſpirio: illi, repræſentãt futuram reparationem, iſti de pa-
radiſo eiectionem. Cæterùm, quia hoc tempus mœroris eſt, non di-
cuntur cantica angelorum, ſed hominũ: vnde pro depoſito allelu-Ia,
dicit Eccleſia in principiis horarum: Laus tibi Domine, Rex æternæ
gloriæ. non quòd æquipolleat, † Allelu-Ia enim, eſt vox angelica, iſta
humana: illa Hebraica, & ideò dignior, iſta Latina, & ideò minùs di-
gnior. In antiphonis reſponſoriis, dicunt quidam: In æternum. In miſ-
ſa verò pro allelu-Ia dicimus tractum: nec fit commutatio in Hebrai-
cam linguam, quæ ſicut Hieronym. ait ſuper Eſaiam, Græco ſermone
opulentior eſt: nec in Græcam, quæ Latina ditior eſt, ſed in Latinam
allelu-Ia commutatur, quæ omnibus pauperior eſt, ad ſignificandum
paupertatem præſentis vitæ. † Et nota, quòd à ſeptuageſima vſque
in paſcha per dominicas noctes duo pſalmi murantur ad laudes, ſci-
licet

licet Miſerere mei: qui eſt pſalmus pœnitentialis, in locum pſalmi:
Dominus regnauit, qui eſt pſalmus lætitiæ, & ad præfectionem infor-
mat: Pſal. Confitemini, in locum pſalmi: Iubilate. & hoc ideò, quia per
pœnitentiã venitur ad laudis confeſſionem, & per timorem ad ſpem.
Quiſque enim in peregrinatione, quam ſeptuageſima ſignificat poſi-
tus, timori & ſpei eſt ſubditus. Pſalmus enim: Miſerere, timorem quem
oportet fragiles peccatores in præſenti peregrinatione de vindicta
Dei habere deſignat, informans eos, vt peccata ſua plangant: qui verò
poſt dolorem cordis & confeſſionem reatus fiducia accedẽdi ad Do-
minum habenda eſt, ideò Deum laudantes dicimus ad alterutrum
pſalmum. Confitemini. Rurſus pſalmus: Cõfitemini. dicitur hoc tem-
pore ad laudes, ad notandum pueros debere inſtrui, vt in ramis pal-
marum ſciant laudes Domini decantare. Quoniam hic pſalmus pro-
priè ad illum pertinet maximè propter illum verſum: O Domine ſal-
uum me fac, ô Domine, bene, &c. vel ideò, vt per mortem, & confeſ-
ſionem cõſequamur peccatorum remiſſionem. Dictus verò pſalmus:
Dominus regnauit etiam pſalmus, Deus meus reſpice, &c. & ſequen-
tes hoc tempore dicuntur ad primam, ne aliquid de pſalterio præter-
mittatur, quin totum ſaltem in ſeptimana dicatur: quod totum in ec-
Ex. cleſia primitiua in die legi ſolebat. † Cæterùm quia vt præmiſſum eſt,
per ſeptuageſimam totum vitæ noſtræ ſpatium accipimus, meritò
officia dominicarum, quæ ſunt à ſeptuageſima, vſque in paſcha, va-
riantur: per quod notantur ordines vitæ noſtræ ſeu cuiuſlibet animæ
fidelis, poſtquam peccauit. Per primum enim ſcilicet: Circumdederunt
me habemus aliquem peccata confitentem. Per ſecundum, ſcilicet, *Eſa. 58*
Exurge. habemus eundem petentem. Per tertium, ſcilicet, Eſto mihi.
ipſum orantem eſſe Dominum adiutorem ſibi. Per quartum, ſcilicet
Inuocauit me. cognoſcimus Dominum illum audientem ſibi adiu-
torem eſſe iuxta illud: Te orante, dicam: Ecce adſum. Per quintum,
ſcilicet reminiſcere. habemus illum credentem vel ſperantem. Per
ſextum, ſcilicet, Oculi mei, intelligimus eum bonæ operationis pro-
miſſionem facientem. Per ſeptimum, ſcilicet: Lætare Hieruſal. vbi de
hoc dicetur, accipimus eum de hac paſſione exultantem. & quod
etiam requies ſit multis data in hac vita. Per octauum, ſcilicet. Iu-
dica me Deus. Videmus eum à Deo confirmatum in virtutibus, & bo-
nis operibus, quod iam confidenter vult, & poſtulat iudicari in con-
ſummatione æterna. Per nouum, ſcilicet, Domine ne longè: intelligi-
mus, quod iam ſit collocatus in ordine angelorum. Orat enim ibi
habere perſeuerantiam, & quod iſtud totum valeat adipiſci, ſubiun-
git cauſam, ſcilicet per reſurrectionem, quod habetur per decimum
officium, ſcilicet Reſurrexit, de hoc etiam ſub dominica quadrageſi-
mæ dicetur.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Septuagesimæ officium.*
2 *Genesis liber cur legatur in septuagesima. & nu. 3.*
4 *Septuagesima quodnam officium habeat in missa.*
5 *Septuagesimæ Epistola, & summarium nu. 6.*
7 *Tractus sequitur responsorium, in septuagesima.*
8 *Septuagesima, quod habeat euangeliū, & qualiter accipiatur. & nu. 11.*
9 *Terra est omnium mater.*
10 *Iugum est, in quolibet statu & gradus super filios.*

De officio Septuagesimæ. CAP. XXV.

NVnc de officio præsentis dominicæ aliqua dicemus. † Sanè vt præmissum est, filij Israël seruierũt septuaginta annis regi Babylonis, & posteà liberati redierunt in Hierusalẽ. Similiter oportet nos seruire ipsi tota vita ista, vel per culpã & pœnã, vel ad minus per pœnã. Propter quod volẽs ecclesia agit pœnitentiã, tãquã posita in captiuitate Babyloniæ, id est, huius mũdi, vt quãdoq; liberetur, & perueniat ad Hierusalem cœlestẽ, & propter hoc facit septuagesimam: & ideò in- *Gene. 70* cipit † legere quinq; libros Mosi, quia ista vtilitas pœnitẽtiæ per gra- *Gene. 1* dus distinguitur in illis. Primus enim liber, scilicet Gene. instruit nos in initialibus pœnitentiæ, in fide, scilicet & in timore, quæ sunt essentia pœnitentiæ, quia per ea concipitur pœnitentia. In fide autem nos instruit, sicut & in symbolo: quod enim ibi dicitur. Visibilium & inuisibilium, dicit hic: In principio creauit Deus cœlum & terram, scilicet cœlum empyreum, & ea quæ in eo sunt, quæ sunt inuisibilia: & terrã, id est, omnia ista visibilia. Et sicut ibi exprimitur persona Patris, & Filij sic & hic. In principio, id est, & in Filio creauit Deus, scilicet Patec cœlũ & terrã, posteà, exprimitur persona Spiritus sancti, cùm dicitur: Et Spiritus Domini ferebatur super aquas, id est, Spiritus sanctus, qui creauit & regit omnia. Instruit etiã nos in fide incarnationis, & passionis, vt credamus Christũ, in quantũ homo passum fuisse, & non in quantũ Deus, & hoc per Isaac, qui non fuit immolatus, sed aries. Item instruit nos, vt credamus Christũ datũ esse ex gratia, non ex meritis, sicut Isaac. Instruit etiã nos in fide resurrectionis, & ascẽsionis, & Spiritus sancti missionis per Ioseph, qui post venditionẽ sublimatus est in Aegypto distribuẽs triticũ per totã Aegyptum: sicut Christus post venditionem sublimatus mundo, distribuit triticum verbi Dei per prædicatores suos per totum mundum. Cuius causa fuit resurrectio, ascensio, & Spiritus sancti missio. Incutit etiam timorem per Adam, ne nos per vitium gulæ, siue per inobedientiam eiiciamur de paradiso spirituali, sicut ille de paradiso terrestri: & per Cain nos instruit, vt caueamus ab homicidio, & per ciuitates penitùs destructas, vt caueamus à vitio Sodomorum, & ab omni vitio per diluuium, & iterum à vitio

vitio gulæ, per Esau, qui propter esum lenticulæ ruffæ reprobatus est. Præterea, quia in lxx. recolimus miseriã nostram, quam propter pec- 3 cata parentũ nostrorũ incurrimus, ideò librum † Geneseos legimus, vbi agitur de expulsione primorum parentum de paradiso, & de aliis de quo etiã cantamus responsoria: In sudore vultus tui. & illud: Ecce Adam, &c. Ad maiorem tamen miseriam designandam, priùs legimus & cantamus de dignitate hominis, scilicet quòd est factus ad imagi- nem & similitudinem Dei, quòd in paradiso etiam collatus est, quòd socia ei facta est, & quod nec mori, nec aliquam pœnam pati pos- 4 set, nisi ex culpa sua proueniret. † Officium autem missæ est: Circun- dederunt me, &c. vbi confitetur ecclesia se esse in pœna & laboribus inflictis propter peccatum: quæ sunt, fames, sitis, calor, frigus, lassitudo, ægritudo, & mors ipsa, per prauam cõscientiã, & amaritudo, fœtor tenebræ, quales sunt dolores inferni. Sed ne iste luctus generet in nobis acediam siue tristitiam, quæ mortem operatur, ponit in ver- *Psal. 7* su consolationem. Diligam te Domine, virtus mea, &c. vt sic possit di- *Psal. 41* cere. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes, &c. Et aduerte, quia hæc ver- *Gene. 4* ba: Circundederunt, &c. sunt etiam vox ecclesiæ primitiuæ plorantis in Abel protomartyre præcẽtore, cuius sanguis de terra clamauit ad Dominum, quæ aperuit os suum, & suscepit eum de manu Cain fratris eius. Vnde statio est ad sanctum Laurentium, cuius mors pretiosa nouo & inaudito genere passionis clamauit in cœlum, & audita est in vniuersum mundum. Vnde & ecclesia Romana per cæteris est au- 5 thenticata martyribus. † Ne autem ecclesia desperet, iam proponitur ei in Euangelio triplex salubre remedium, & in epistola triplex præmium. Remedium est, vt si vult ab illis plenè liberari, in vinea animæ suæ laboret, abscindendo vitia & peccata, posteà in stadio vitæ præsentis, currat per pœnitentiæ opera, deinde viriliter in agone pugnet contra omnia diaboli tentamenta: quod si fecerit, triplex remedium habebit, quia laboranti dabitur denarius, currenti brauium, pugnan- 6 ti corona. † Verùm quia non libenter homo suscipit onus pœnitentiæ nisi videat præmium: ideò ostendit præmium in epistola prima ad Corint. ix. Nescitis, quia hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium. Est enim brauium præmium currentium, per quod significatur beatitudo æterna: quæ est præmium currentium in regnum æternum: quod ostenditur vt libentius agant homines pœnitentiam, & vt magis fleant peccata sua. Vnde psalm. super flumina Babylonis illic, &c. & sicut in cursu exteriori remouentur, quæ *Psal. 136* impediunt cursum, sicut dicit Apost. se facere, cùm dicit: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, &c. q. d. Leuigo me, id est, leuem facio *1. Cor. 9* ad hoc, vt possim currere: sic facit ecclesia macerat enim carnem suam, vt remotis omnibus nociuis ad brauium vitæ æternæ melius currere possit. Et bene respondent ei responsoria: Adiutor in opportunitatibus *Psal. 26* in tribulatione. Tribulatio enim, opportuna & vtilis est homini, quoniam

Universidad de Deusto
Biblioteca

niam facit nos recordari æternorum gaudiorum. Nec sequitur alleluIa: quia fabricet Ecclesia cantica lætitiæ, vt præmissum est. † Post responsorium sequitur tractus à trahendo dictus, & est suauis auribus, licet, De profundis clamaui, &c. ad notandum quòd in gemitibus & suspiriis trahit Ecclesia vitam suam de profundis peccati vel pœnæ, sed ad consolationem interponuntur verba misericordiæ, cùm dicit: Quia apud te propitiatio est. Sed quia nullo modo vult ecclesia quòd filij sui cadant in acediam, ideò post tractum sequitur euangelium † de denario diurno, id est, de beatitudine æterna, quam ostendit filiis suis, vt hilariter faciant pœnitentiam. Simile est regnum cœlorum homini patrifamiliàs, qui exiit primo mane, &c. Matth. xx. c. Homo est vinea Dei, & ecclesia, quam quilibet debet colere pro posse suo, in aliis per prædicationem, & in se per bonam operationem: & si bene coluerit, habebit vitam æternam quæ dicitur denarius. In denario est imago & superscriptio, & nos habemus imaginem Dei apertam susceptionem, quia erimus & dicemur dij & filij Dei, vnde Psal. Ego dixi, dij estis & filij excelsi omnes. Sequitur offertorium. Bonum est confiteri Domino, &c. In quo monemur laudare Deum in tribulatione: quod possumus facere viso denario, ad quem videndum petiit ecclesia illuminari dicens in postcommunione: illumina faciem tuam, &c. Potest etiam & aliter dici secundum Innocent. iij. in sermone huius diei. Legitur enim quod occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adæ à die exitus de vētre matris eorum, vsque in diem sepulturæ in matrem omnium. † Siquidem mater omnium hominum terra est, & eadem omnium est sepultura, propter quod ille dicebat: Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. In præmissis autem verbis circa statum humanæ conditionis tria considerandasunt, videlicet ingressus, & progressus, & egressus. De progressu præmittitur: Occupatio magna creata est omnibus hominibus & iugum, &c. de ingressu subiungitur: † A die exitus de ventre matris eorum, &c. egressu concludit: Vsque in diem sepulturæ in matrem omnium. Sanè in quolibet statu graue iugum super filios Adæ imponitur, grauius quidem in ingressu, grauius in progressu grauissimum in egressu. Vnde meritò Propheta flebat, dicens: Quare de vulua matris egressus sum, vt videam laborem & dolorem, & consumerentur in confusione dies mei? Formatus est enim homo de terra, conceptus in culpa, natus ad pœnam. Verè itaque occupatio magna creata est omnis homo, & iugum graue, super filios Adæ: & beati, qui occupantur in bonis, miseri, qui in malis. Beati quoque, qui iugum Christi portant: miseri, qui iugum diaboli. Hanc humanæ conditionis miseriam considerans Ecclesia gemit, dicens in introitu: Circundederunt me dolores inferni, &c. in quibus verbis Propheta recolit lapsum humanum. Ne verò præreà nimio dolore desperet, ideò statim commemorat misericordiam creatoris in graduali: Adiutor, &c. Occupationem autem honestam & vtilem

Psal. 81
Psal. 9
Psal. 80
Ecclc. 40
Psal. 17

vtilem Dominus inducit in euangelio: † operarios conducens, vt reddat illis mercedem: inhonestam verò & inutilem docet Apostolus, in epistola euitare: Nescitis (inquit) quòd hi, qui in sta. cur. eo. q. cur. sed vnus accipit brauium: sic currite, vt cōprehen. &c. & sequitur: Ego autem sic curro, non quasi in incer. In tractu verò: De profundis, &c. prophera inter iugum, & iugum distinguit: dicens enim: Si iniquitates, &c. inuuit iugū diaboli: de quo per Prophetam dicitur: Compurruit iugum à facie Dei: vnde mox subdit: Quia apud te propitiatio, &c. Ecce iugum Christi suaue, de quo veritas inquit: Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. In summa autem officium missæ continet afflictionem in introitu, ieiunium in oratione, bellum in epistola, auxilium in graduali, in euangelio in vineam inducimur, vbi compatimur & conregnabimus.

Esai. 10
Matt. 11

SVMMARIVM.

1 *Sexagesima, quorsum instituta, & quid sonet. num. 2.*
3 *Sexagesimæ euangelium.*
4 *Filij Ecclesiæ triplices. & num. 5. 6.*
7 *Paulus, cur nominetur in collectis sexagesimæ.*

De Sexagesima. CAP. XXVI.

1 POst septuagesimam sequitur sexagesima. † Sicut autem Ecclesia celebrat septuagesimam in ministerio, quia quemadmodum filij Israël per fletum exierunt, & liberati sunt per lxx. annos, de seruitute Babylonica: sic & ipsa Ecclesia de seruitute diaboli, cui oportet modò seruire, liberata est saltem per pœnitentiam factam in septenario huius vitæ: sic etiam in ministerio celebrat sexagesima: licet enim institutaa fuerit in redemptione quintarum feriarum, prout dictum est sub septuagesima: fuit tamen etiam instituta propter significationem: quoniam significat tempus viduitatis Ecclesiæ & illius mœrorem propter absentiam sponsi, qui peccatoribus adest per gratiam, & viatoribus per humanitatis præsentiam. Licet enim Christus nobis sit præsens, secundum diuinitatem, iuxta illud, Et ero vobiscum vsque in consummationem seculi: tamen secundum quod est homo, in cœlo est, sedens ad dextram Patris. Nempe fructus septuagesimus viduis debetur: in consolationem autem illius absentiæ sponsi qui ad cœlum raptus est, dantur Ecclesiæ duæ animæ, scilicet sex operum misericordiæ excitatio, & decalogi impletio. † Vnde sexagesima 2 sonat sexies decem, vt per sex, opera misericordiæ, per decem decalogus intelligantur. Sexagesima enim ex senario & denario constat: vt sicut Dominus post opera sex dierum benedixit diei septimæ, sic post perfectionem operum decalogi peruenimus ad beatitudinem æternam, & dicetur nobis: Venite benedicti Patris, &c. & ideò in sexagesima

Matt. 27
Genes. 2
Matt. 25

gesimalegitur euangelium:† Cùm turba plurima.Luc.viij.ca.de semine verbi Dei, vt homines seminent opera misericordiæ ad habendam illam benedictionem: Et quia semen in pluribus suffocatur, ideò clamat alta voce in introitu: Exurge, quare obdormis Domine? In tertia verò dominica, scilicet quinquagesimæ ostendit, per quem velit liberari, scilicet per Deum: vnde in introitu dicit: Esto mihi in Deum protectorem:& quia Dominus prope est omnibus inuocantibus eum, sequitur liberatio in sequenti dominica, vnde dicit in introitu: Inuocauit me,& ego exaudiam eum. Impossibile est enim,quin ille liberetur,qui aperit per confessionem peccata sua,quæ sunt dolores ducentes ad infernum,& dolet dolore satisfactorio,& petit à Domino liberari. Quia verò peccata hominem à Deo separant, ideo dubitando dicit: Exurge. Item dicit ter, Exurge in hodierno introitu, propter triplices hostes. † Primò enim clamat pro filiis, qui tentantur per aduersa, sed nō succumbunt, vt Paulus: propter quos dicit primò, Exurge, quare obdormis,id est obdormire videris,non exaudiendo vel liberando:& hoc iustis. Pariter enim exierunt tres pueri de fornace Babylonis, quàm intrauerat. Vnde non dormit,sicut habetur Hier.ij.Vigilantem virgam ego video. & dicit Dominus statim: Bene vides, quia vigilabo ego super gregem meum,& super filios meos,Psal.Ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israël, & quantùm ad istos dicit postea: Obliuiscere tribulationis: quia singula singulis debent reddi. † Secundi filij sunt, qui in pugna cadunt,& propter istos dicit Ecclesia:Exurge,ne repellas in finem: quare faciem tuam auertis. q. d. Ostende faciem tuam & reuertentur ad te. † Tertij filij sunt qui per blanda tentantur, nec succumbunt:sed quia aduersa non tolerant,periculum est ne prosperà eos tangant, & propter hoc dicunt: Exurge Domine adiuua nos, & libera nos. Propter nomen sanctum tuum: propter hoc sequitur & libera nos. De hoc etiam in dominica sequenti dicetur.Epistola verò,Libenter sufferetis j.ad Cor xj.c.hortatur nos,vt quæramus Dominum & despiciamus & sustineamus læsores,& tanquàm hoc cognoscentes dicimus respondentes:Sciant Gentes,quoniam,&c.Tractus ostendit terram commendatam,id est conscientiā peccatorum.In euangelio ergo semen tamquoniam in lxxij.in vineam inducti sumus: est autem Euangelium: Exiit qui seminat seminare semen suum,&c. Et hoc fecit beatus Paulus, qui seminauit semen suum id est,verbum Dei, & propter hoc sit hodie statio apud sanctum † Paulum, & inde est quod in fine collectæ huius dicitur,Doctoris Gentium,&c.Sæpe enim secundum stationes officia ordinātur,vt hodie: quia enim statio est ad sanctum Paulum,ideo de eo fit mentio in collecta:& eodem modo in quinta feria ante Ramos Hierusalem, & in sabbato ibi sequenti, vt ibi dicetur. Protenditur autem sexagesima vsque ad quartam feriam post pascha,in qua cantatur:Venite benedicti Patris mei:quia illi qui in operibus misericordiæ se exercent, audient illud: Venite benedicti Patris mei, &c. Vt ipse testatur & tunc sponsæ ianua aperietur,& sponsi amplexu fruetur,vnde in epistola admonetur, vt ad instar Pauli tribulationem de absentia sponsi patienter expectet, in euangelio seminationi bonorum operum semper insistat,& quæ quasi desperans clamauerat. Circundederunt me gemitus mortis,& dolores inferni,&c. Nunc ad se rediens petit in officio, in tribulationibus adiuuari, & ab ipsis eripi, dicens Exurge Domine,adiua nos,&c.

Psal.14 *Psal.70* *Psa.144* *Danie.3* *Psal.120* *Psal.43* *Luc.8* *Matt.25*

SVMMARIVM.

1 *Quinquagesima,est multiplex.*
2 *Quinquagesima Psalmorum,est triplex.*
3 *Quinquagesima annorum,annus Iubileus.*
4 *Quinquagesima quid notet,& vnde dicatur.nu.6.*
7 *Ieunium auspicari debent clerici à quinquagesima.*
8 *Quinquagesimæ officium matutinum.*
9 *Homo sanctus arcui comparatur cœlesti.*
10 *Quinquagesimæ officium quodnam in missa.*
11 *Charitatis quindecim gradus.*
12 *Pœnitentia,tria necessariò requirit.*

De Quinquagesima.

CAP. XXVII.

1 SEquitur de quinquagesima.In primis autem †notandum est,quòd multiplex est quinquagesima scilicet dierum,annorum, psalmorū personarum,& denariorum.Quinquagesima dierum, triplex est. Vna à dominica ista vsque ad diem paschæ. Alia à Pascha, vsque ad pentec.de qua dicitur in concilio Aurelian.de consec. dist. iiij. sacerdotibus,quod ante paschę solennitatem,non quinquagesima supplendum est,quia illa seruatur post pascha, sed quadragesima teneatur. Tertia ab octaua paschæ, id est à sabbato in albis, vsque ad sabbatum post pentē.Prima,est pœnitentiæ, afflictionis, & abstinentiæ. Tunc enim homines abstinent à carnibus,& continent à luxuriis.Secunda,est lætitię & exultationis.Tertia,figuræ siue gloriæ,& glorificationis: figurat enim octauam ætatem,vbi vtatur stola,scilicet,animæ & corporis
2 induemur.Et inde est, quod duo allelu-Ia in illa quinquagesima cantamus.† Quinquagesima quoque psalmorum triplex est : & tres statos Christianæ religionis significat.Primus est pœnitentiæ : secundus iustitiæ : tertius laudis vitæ æternæ, ideoque prima terminatur in Psalm. Miserere mei Deus. secunda in Psalm.Misericordiam & iudicium, terra:Omnis spiritus laudet Dominum quod est in fine psalmi: Laudate Dominum de cœlis.Hæ tres quinquagesimæ significant dies diluuij. Tot enim diebus fuit aqua super faciem terræ, scilicet centum quinquaginta. Ideò ergo tres quinquagesimas psalmorum can- *Gen.7*

tamus, vt Deus à tali diluuio & ab omni periculo nos defendat. † In
quinquagesima verò annorum, erat annus iubileus, qui quinquage-
mus erat. Tàta enim erat septenarij celebritas, quòd septima dies ce-
lebrabatur, scilicet sabbatũ, & septima septimana: vt per pentec. sep-
Exod. 21 timus mensis, vt september, & septenarius annus iubileus, in quo
omnes serui liberabantur. Si verò aliquis esset qui nollet liberari, sed
remanere in seruitute domini sui, ducebatur ad postes tabernacu-
li, vel templi, & perforabatur eius auris, cum subula, quod erat signum
seruitij, nec deinceps manumittebatur, etiam si vellet. Item omnia
quæ tellus ex granis eo anno procreabat, omnibus erant communia:
non enim colebatur illo anno. Omnia etiam debita illo anno remit-
tebantur, & possessiones alienatæ restituebantur, prout sub pentec.
dicetur: vnde iubileus, remittens, vel initians interpretatur, per quem
rectè pœnitentia figuratur, per quam vera libertas tribuitur, & à dia-
boli seruitute liberamur: per eam etiam peccatorum debita remit-
tuntur, & hæreditas æterna atque cœlestes mansiones restituuntur.
† Quinquagesima ergo, pœnitentiæ tempus & remissionis significat.
Psal. 50 Inde est, quòd hoc tempore psalmus: Miserere mei Deus qui est quin-
quagesimus, & est tempus pœnitentiæ, & remissionis, frequentatur, &
legitur & cantatur de diluuio. Nam sicut per diluuium mundus pur-
gatus est à malis hominibus: ita per pœnitentiã purgatur *peccator*
id est, minor mũdus, scilicet homo, à vitiis & criminibus. Rursus qua-
quaginta dies in pœnitentia ducimus, vt in quinquaginta sequenti-
bus diebus, scilicet à pascha vsque ad pentecost. quos in lætitia susci-
acturi non excedamus, qui in die pente. Spiritus sancti gratiam susci-
pere mereamur. Finitur enim quinquagesima in die paschæ; quia
pœnitentia ad nouitatẽ vitæ resurgere facit. De quinquagesima so-
sonarum sermo habetur in Ge. Abraham quæsiuit à Domino, si qui-
quaginta boni essent in populo, nunquid parceretur eis: imò dixit
Dominus postea de quinquaginta, & sic vsque ad decem. † De quin-
quagesima denariorum, habetur sermo in euangelio, vbi agitur de
duobus debitoribus, quorum vnus debebat centum denarios, & alius
quinquaginta: sed de ea nihil ad præsens. Dicitur autem quinquage-
ma quasi quinquies decem, significans tempus remissionis: vt dictum
est. Quinquagenarius enim numerus consistit ex quinario & dena-
rio in se multiplicatis. Nam qui opera quinque sensuum corporis per
decem legis mandata moderatus fuerit, secure dicere poterit, quòd in
vltimo die quinquagesimæ, scilicet in pascha cantatur, scilicet, Resur-
rexi. & adhuc tecum sum, &c. † Et not. quòd Theleſphorus & Gre-
gorius papa. iiij. distin. statuimus. ij. cap. & cap. sequen. statuerunt, vt
clerici incipiant à quinquagesima ieiunare. Iustituta est quinquage-
ma, † primò, propter suppletionem, vt videlicet supplerentur dies do-
minici, qui de ieiunio quadragesimæ subtrahuntur: & sic quadragin-
ta diebus ieiunaretur, prout sub septuagesima est dictum. Secundò,

propter significationem: quia significat tempus remissionis, vt præ-
missum est. Tertiò, propter repræsentationem: quia non solùm rem-
pus remissionis significat, verumetiam statum beatitudinis repræ-
sentat. Nam in quinquagesimo anno serui efficiebantur liberi, vt prę-
missum est: & quinquagesimo die agni immolati lex data est: & in
quinquagesimo die à pascha datus est Spiritus sanctus, & ideò hic nu-
merus statum beatitudinis repræsentat: vbi erit adeptio libertatis, &
& cognitio veritatis & perfectio charitatis. † Matutinale dici huius of-
ficium est de diluuio, vt Ecclesia incutiat timorem filiis suis, ne pec-
cent per luxuriam, sicut in missa post communionem: ne peccent per
gulam. Et quia hæc duo vitia maximè dominantur in illo tempore,
ideò agit de diluuio, per quod pœnitentia designatur, vt præmissum
est. Sed ne timor nimis desperare faciat dicit responsorium: Ponam
arcum meum in nubibus cœli, in signum fœderis, quod exponitur
allegoricè de Christo vel de quolibet sancto secundum suũ modum.
Arcus enim † ille, quantò magis ad cœlum eleuatur, tantò magis ad
terram deprimitur, ita sanctus homo, quantò magis eleuatus est ad
cœlestia tantò plus se humiliat, iuxta illud: Quantò maior es, hu- *Eccle. 5*
miliare in omnibus. Item arcus iste est signum fœderis: similiter &
Christus. Vnde in Psalm. Respice in faciem Christi tui. & sancti etiam *Psal. 83*
sunt fœderis signum, quia possent iram Dei tenere, sicut fecit Moses
lxv. distinct. disciplina. Item arcus ipse portentum est: ita & sancti,
quia si Dominus ita suos affligi permittit, quid erit de malis? vnde
legitur in Ecclesia. Vidit arcum, id est sanctum: & benedicit, qui fecit
illum. Notandum autem est, quòd primò cantantur quædam respon-
soria de diluuio. Secundò, quædam de obedientiæ Abrahæ, postremò,
de cæco illuminato, ad nòtandum, quòd qui per pœnitentiam pecca-
ta sua diluerit, & mandatis dominicis vt Abraham obedierit, à Do-
mino plenè illuminari merebitur. Porrò, in officio missæ Ecclesia
† rogat Deum, & inuocat pro filiis suis afflictis, dicens in introitu:
Esto mihi in Deum protectorem. posteà verò pro lapsis & dicit: Et in *Psal. 70*
domum refugij &c. Et causam subdit, scilicet per fidem cùm dicit:
Quoniam firmamentum meum & refugium meum. &c. Tertiò, pro
tentatis in prosperitate existentibus, cum dicit: & propter nomen
tuum dux mihi eris, & enutries me. De hoc etiam in præcedenti do-
minica dictum est. Sequitur versus: de spe. q. d. Quia merito spei dabis
mihi hoc: In te Domine speraui. Oratio pro afflictis est, scilicet, Pre-
ces nostras quæsumus, Domine, &c. Epistola est de charitate. j Corin.
xiiij. cap. Si linguis hominum loquar. q. d. Omnes virtutes eo modo,
quo haberi possunt, sine charitate, nihil valent ad vitam æternam,
Et ponit † ibi quindecim gradus ex quibus perueniunt ad regnum
cœleste. Primus gradus est, Charitas patiens est. Secundus, benigna
est. Tertius, Non æmulatur, &c. Deinde sequitur commendatio cha-
ritatis: Charitas nunquàm excidit. Quoniam autẽ non potest homo

Universidad de Deusto
Biblioteca

habere charitatem, nisi fiant mirabilia, maius enim est de impio facere pium, quàm creare cœlum & terram, ideò sequitur responsorium: Tu es Deus, qui facis mirabilia: versus est: Liberasti in brachio tuo, id est, in Christo per fidem Christi. Et sequitur tractus: Iubilate. cuius *Psal.76* verba videntur esse contra illud, quod per tractum significatur, scilicet dolores, per quos Ecclesia trahit vitam miseram. Sed die quòd iubilatio seu exultatio, non est contrarium tractui: quoniam homo beatus in ipsis miseriis exultat, & etiam quando homo liberatus est, *Act. 5* in miseriis gaudet: vnde in Actibus Apostolorum: Ibant Apostoli *Prou.14* gaudentes, &c. Et illud Salomonis: Cor, quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus. id est diabolus, hoc est super omne gaudium. Euangelium est de fide passionis, & resurrectionis: Ecce ascendimus Hierosolymam, &c. Lucæ xviij. cap. & quia per fidem cæci illuminantur: ideò statim sequitur cæci illuminatio, qui valde sapienter petiit, dicens: Domine, vt videam: quia visio erit tota merces. Offertorium similiter est de fide: Benedictus *Psal. 118* es Domine, &c. Et aduerte, quia in euangelio cæcus petitionem geminat, dicens bis: Fili Dauid, miserere mei, & in offertorio similiter etiam gratias de illuminatione vtriusque populi duplicat, dicens bis, Benedictus es Domine. & in aliis etiam verbis magis ac magis dupliciter illuminari postulat, dicens bis: Doce me iustificationes tuas. vel bis dicens: Iustificationes tuas propter viam testimoniorum, & veritatis & mandatorum. Postcommunio, scilicet: Manducauerunt & saturati sunt nimis. est de timore, vt ad memoriam reducamus, quod dicitur de Iudæis: Adhuc escæ eorum erant in ore ipso- *Psal.77* rum: & ira Dei descendit super eos. Quia enim comederant vsque ad nauseam, statim Deum ad iracundiam concitauerunt: vt videlicet, incutiatur nobis timor, ne per gulam offendamus Deum, sicut Iudæi. Hoc autem facit Ecclesia: quia solent homines magis intendere gulæ propter carnis præuium, quod imminet: de quibus dicit Gregor. distinct. iiij. denique. quòd relinquendi sunt suo ingenio cum venia. Et ideò bene competit huic diei. Potest etiam † & aliter dici, quòd tria sunt necessaria, quæ proponuntur nobis in epistola & in euangelio, ad hoc, vt opera pœnitentiæ quæ per quinquagesimam figurantur, sint perfecta, scilicet charitas, quæ proponitur in epistola: Memoria dominicæ passionis, & fides, quæ intelligitur per cæci illuminationem: & hæc proponuntur in euangelio: vera fides, sine qua Deo nemo placere potest, opera facit acceptabilia: memoria passionis reddit facilia: charitas facit esse continua. Et sicut ecclesia primò desperans clamauerat: Circundederunt me. &c. & post ad se redeans, adiuuari petebat, ita hîc iam concepta fiducia, & spe veniæ propter pœnitentiam, quasi Dominum tenendo, orat & dicit: Esto mihi, &c. vbi petit quatuor, scilicet protectionem illis, qui sunt in aduersis, firmamentum illis qui sunt in gratia, refrigerium illis, qui sunt in culpa, &

& ducatum illis, qui sunt in prosperis. Epistola verò nos ponit in expeditione armis muniri docens tractus, triumphatori militiæ nos docet seruire, ei quidem, qui nos fecit, non ei, cui nos vendidimus. Et not. euangeliorum consequentiam rationabiliter ordinatam: nam in septuagesima vineam colimus, in sexagesima agrum seminamus, siue semen spargimus: in quinquagesima fructum lucis in cæco illuminato colligimus.

SVMMARIVM.

1 *Quadragesima sequitur quinquagesimam, & eius commendatio post numero 2.*
2 *Ieiunium, primũ instituit Petrus Apostolus, & quorsum institutũ. nu. 3.*
4 *Quadragesima, offerimus Deo decimas.*
5 *G. Durandus, ordine fuit prouincialis.*
6 *Quadragesima, cur sub Ver inchoetur, & producatur ad Pascha, præter tamen rationem temporis, quo Christus ieiunauit.*
7 *Quadragesima, cur in Missa dicatur: Humiliate capita vestra Deo.*
8 *Genua cur flectamus in quadragesima sub illam collectam: Humiliate capita vestra Deo. & nu. 9. 10.*
11 *Psalmus frequens in quadragesima: Qui habitat.*
12 *Quadragesimale tempus, est tempus luctus.*
13 *Ieiunium, cur inchoetur in quarta feria. & nu. 14. 15. 16. 17.*
18 *Cineres, cur imponãtur capitibus, in capite ieiunij, & vnde is mos ortus.*
19 *Pœnitentiæ vis summa, & quotuplex sit. nu. 20.*

De feria quarta in capite ieiuniorum.

CAP. XXVIII.

1 POst quinquagesimam † sequitur quadragesima, quæ est numerus spiritualis pœnitentiæ, in qua ieiunat Ecclesia, & pœnitet de peccatis suis. Per pœnitentiã enim, quæ in quadragesima perficitur, peruenitur ad quinquasimam, id est, ad annũ iubileum, hoc est ad remissionẽ peccatorũ, vt prœmissum est. Incipit autẽ quadragesima à dominica sequenti, in qua cantatur: Inuocauit me. sed in feria quarta ieiu- 2 nium inchoatur, vt iam dicetur. Beatus Petrus † primò instituit ieiuniũ quadragesimæ ante pascha. Nec vacat à mysterio, quòd quadraginta sex diebus à capite ieiunij vsq; ad pascha in abstinentia sumus. Nam post Babylonicã captiuitatem xlvj. annis ædificatum fuit templum Domini: vnde & nos post captiuitatem Babylonis, id est, confusionis vitiorum xlvj. diebus per abstinentiam & bona opera, nosmetipsos templum Deo ædificamus. Quare autem xl. diebus ieiunetur, & quare dicitur quadragesima, sub dominica sequenti dicetur. Sanè ieiunium quadragesimæ cõmẽdatur ab institutione, & à tribus tem-

poribus,& à personis,quæ in illis ieiunauerunt.Rursus† ieiunia ideò sunt instituta:quoniam in veteri lege præceptum erat decimas Deo, & primitias de omnibus bonis reddi: vnde & nos idipsum facere debemus,& etiam de nobisipsis, scilicet de corpore & de mente, & de tempore. de his aliis ieiuniis dictum est sub quarta feria tertiæ hebdomadæ aduentus.Siquidem de nobis decimas, & primitias Deo offerimus:quãdo bonũ operamur. In quadragesima soluitur numerus decem dierum,quoniam secundum Greg.de consec. distinct. v. quadragesima à prima dominica quadragesimæ, vsq; in pascha sex hebdomadæ computãtur:quarum dies sunt quadraginta duo ex quibus dum sex dies dominici subtrahuntur de ieiunio, remanent tantùm triginta sex dies abstinentiæ:qui sunt quasi decem anni.Vt ergo numerus quadraginta dierum,quibus Christus ieiunauit,impleatur:recipiuntur ex institutione Gregorij Papæ de consecratione distinct. v. quadragesima quatuor dies præcedẽtis hebdomadæ:videlicet quarta,quinta,sexta feriæ & sabbatum: & secundùm hoc dicitur quadragesima,quasi quatuor cum decima:quoniam triginta sex diebus, qui sunt decima,adduntur quatuor, vt præmissum est: quorum primus est sanctificationis & mundationis,quia tũc tam animam,quàm corpus mũdamus capitibus cineres aspergẽtes. Reliqui tres sunt de primitiis dierum,qui soluuntur in quatuor tẽporibus anni.Sed cum triginta sex dies prædicti sint decem trecentorum sexaginta dierum: & annus constat ex trecentis sexaginta quinq; diebus, & sex horis: patet,quòd cùm ieiunamus triginta sex dies,ratione decimę:remanent quinque dies indecimati,& sex horæ, sed de illis ieiunamus quatuor dies præcedẽtis hebdomadæ, vt sacer numerus cõpleatur, vt præmissum est.Sed secundum hoc adhuc remanent triginta horæ indecimatæ,videlicet vnus dies,qui cõtinet vigintiquatuor horas, & sex horas sed potest dici,quòd pro decima illius tẽporis in sabbato sancto tardiùs cœnamus,vel fortè propter hoc die illa tardiùs, scilicet de nocte missa celebratur,vt dictum est in procemio quartæ partis.† Nos verò prouinciales † ieiunium quadragesimæ in præcedenti secunda feria inchoamus,& sic duos dies plus cęteris nationibus ieiunamus:& hoc non solùm propter quandam honestatem, vt videlicet sic biduo purificati,in quarta feria sacrum ieiunium inchoẽmus, verùm etiam propter eo,quòd quadragesima in magno die Iouis cœnæ terminatur, prout sub titulo de septuagesima dictum est.Vltimos ergo duos dies nõ ratione quadragesimæ, sed propter causam ibi dictã & propter eorum sanctitatem ieiunamus.Clerici etiam in quinquagesima ieiunium inchoare tenentur,prout ibi dictum est.Quidam autem dixerunt,quòd præmissi quatuor dies adduntur alia de causa,videlicet tres, pro tribus diebus quatuor temporũ,qui in quadragesima contingunt:quartus,pro vigilia paschæ quã ieiunare debemus, sed præmissa ratio verior est.Sed cùm in quadraginta† inuitemur per ieiunium Christi: vt præ-

præmissum est,& ipse statim post baptismum, scilicet epiphaniã, suũ ieiunium inchoauerit, quæritur quare hoc tẽpore ieiunium inchoamus,& illud cum pascha continuamus: & non eodem tempore, quo ipse ieiunauit,cùm ipsius actio, nostra debeat esse instructio. duodecima quæstione secunda exemplum Ad quod quadruplex est ratio. Prima,quia in quadragesima repræsentamus populum Israël qui fuit quadraginta annis in deserto, & statim pòst celebrauit pascha. Secunda, quia homines tempore verno naturaliter ad libidinem commouentur,ad quam restringendam institutum est hoc tempore ieiunari.Tertia,quia Christi passioni resurrectio continuatur: igitur rationabile fuit vt afflictio nostra continua esset passioni Saluatoris. Cùm enim ipse pro nobis passus sit, & nos ei compati debemus, vt ita tandem conregnemus, & post passionem statim resurrectio subsequatur,iuxta illud Apostoli:Si compatimur,& cõregnabimus:nam & ægrotus magis affligitur,cùm approximat sanitati. Quarta, quia sicut filij Israël priùs,quàm agnum comederent,se affligebant, & lactucas agrestes, id est, amaras, comedebant, ita & nos per pœnitentię amaritudinem debemus priùs affligi,vt statim post dignè possimus comedere agnum vitæ, id est, corpus Christi, vt mystica ca- 7 piamus paschalia sacramenta. † Porrò in missis quadragesimalibus frequentatur: Humiliate capita vestra Deo, eò quòd illo tempore diabolus magis impugnat nos. Vnde Deum humiliter orare, & nos ipsi humiliare debemus, & vt nos sub omnipotentis Dei manu humiliemus: dicitur etiam: Flectamus genua. de quo dictum est sub 8 quarta parte sub titulo de salutatione. Et † est sciendum, quòd Flectamus genua.&,Humiliate capita.sese comitantur, & neutrum dicitur in dominica die. Nam, vt ait Gregor. qui in dominica die genua flectit,Deum resurrexisse negat:propter multas quidem causas, notandos nos ad terram prosternimus, prout dictum est in quinta parte sub prima. Dicitur etiam oratio super populum post, Humiliate capita,&c.propter temporis sanctitatem, & ad notandum, quòd in hac vita pro nobis est orandum,vt in futuro audire mereamur à Domino:Venite benedicti Patris mei, &c. quæ quidem oratio est vicaria sanctæ communionis. Olim enim omnes communicabant, & communicaturos diaconus ad flectendum genua inuitabat: nunc verò, quia multi suscipiunt corpus Domini indignè, pro communione vtimur oratione, diacono sicut prius suo fungente officio & dicente: Humiliate capita vestra Deo: quia quicunque humiliauerit se, exaltabitur, & quisquis hic bonis actibus benedicetur, æternæ benedictioni postmodùm adscribetur. In hac ergo oratione sacerdos milites Christi pugnæ commendat ad dimicandum contra hostem antiquum, & insidias inimicorum: & ideò præmunit eos per ministrum armis humilitatis, dicens: Humiliate capita vestra Deo: & sic tandem capitibus humanitatis quasi confirmans eos, infundit super eos protec-

Matt.25

Luc.18

ctionem suæ benedictionis: & hoc magis in septuagesima, quoniam aduersarius noster tunc sollicitus circuit, quærens quem deuoret.

1. Petr. 5 † Secundò, in prima collecta genua flectimus in postulatione iustitiæ, 9
quæ est necessaria in præsenti vita: in vltima verò reuerenter inclina-
mus in gratiarum actionem pro diurno denario vitæ futuræ. † Ter- 10
tiò, in prima collecta flectimus genua pro pugna præsentis vitæ, affli-
ctionem laboris & continentiæ ostendentes. In vltima verò, quæ est
pro gratiarum actione caput humiliamus, per quod mentis humili-
tas designatur: quia in æterna vita omnis labor excludetur, sed humi-
litas semper stabit: de hoc dicetur sub sabbato primæ hebdomadæ
quadragesimæ. Item in fine missæ dicitur: Benedicamus Domino:
de quo dictum est in quarta parte sub titulo de oratione nouissima.
Hoc etiam tempore cortinæ in Ecclesia suspenduntur, de quo dictum
est in prima parte sub titulo de picturis. Porrò Ecclesia † his diebus in 1
magno certamine constituta in quadragesima frequentat psalmum:
Qui habitat: quia psalmus ille informat in certamine positos spem
suam in domino ponere, & omne adiutorium ab eo deposcere, de quo
sub dominica sequenti dicetur. Hoc tempore diaconus casulam iu-
per humerum portat: de quo dictum est in parte secunda, sub titulo
de diacono. Ab hac quoque quarta feria, vsque ad dominicam pal-
marum, dicitur omni die præfatio de ieiunio. Etiam dominicis diebus
apud quosdam. In illa vero dominica, & sequentibus diebus dicitur
præfatio de passione. Sed videtur esse incongruum, quòd in domini-
cis diebus cantetur præfatio de ieiunio, cum in illis non ieiunetur, &
ideo quidam dicunt in illis quotidianam præfationem: sed licet non
ieiunetur numero, ieiunatur tamen qualitate, id est in cibo quadrage-
simali, sicut in aliis diebus. In quibusdam tamen Ecclesiis incipiunt di-
cere præfationem de passione in dominica de passione, & in quibus-
dam etiam dicunt præfationem de ieiunio, vsque ad quartam feriam
ante pascha. Verum licet vt præmissum est quadragesimali ieiunio
quod incipit in dominica quadragesimæ, superadditi sint quatuor dies
solennitates tamen officij quadragesimalis tempore incipiunt in eo-
dem dominica: sicut prius & nõ ante, nec in hoc immutatio facta fuis-
quamquam potius ex incuria, quàm ex certa scientia hoc contigisse
credatur, nam idem deberet esse caput ieiunij & officij, & secundum
hoc videtur, quòd in dictis quatuor diebus deberent immediate post
missam dici vesperæ. Circa † quod notandum est quod quadragesi- 11
male tempus, est luctus, & pœnitentiæ tempus, pœnitentes autem di-
conuertuntur ad Christum, à tenebris ad lucem transeunt, vesperti-
num vero tempus propter defectum & obscuritatẽ, imperfectionẽ
designat. Quia ergo pœnitẽtes nõ imperfectioni & defectui: sed po-
tius perfectioni & lucri veritatis insistunt, idcirco cõuenienter quan-
tũ ad vesperas dictũ tẽpus lucis ex institutione Gibilon. Cõci. de cõ-
secra. distinct. j. solent præuenitur, vt sic statim post missam dicantur

quæ alias circa noctis tempus consueuerant dici. Hoc tamen quatuor
prædictis diebus præcedentibus non seruatur, qui diebus quadragesi-
malibus superadditi ex alia causa fuerunt. Vel potest dici, quòd quia
quadragesimali tempore propter dispositionem ad paschalem solen-
nitatem & correctionem delictorum præteritorum, sanctioribus ope-
ribus insistẽdum est, ideo prouisum est, vt eo tempore, quo seruamus
illa ieiunia, plures orationum supplicationes ieiunij agamus: & pro-
pter hoc non solum alias horas, verumetiam vesperas ante cibum di-
cimus. Prædictis tamen quatuor hebdomadis hoc non seruatur, ad re-
præsentandum primariam dispositionem pœnitentium, qui in suis
primordiis non possunt tot sanctitatis obseruantiis insudare. Hoc
tempore dicitur ad horas capitulum, Conuertimini. Ioël. ij. capit. &
illud inter vestibulum, quod est ibidem: & illud, Clama, ne cesses, Esa.
lviij cap. & illud: Derelinquat impius. Esa. lv. ca. & illud: Frange esu-
rienti. Esa. lviij. capit. † Sanè hæc quarta feria quatuor priuilegiis in- 13
signitur. Primum, quia tali die incipimus ieiunare: quod fit quadru-
plici ratione. Primò, pro eo, quòd Christus legitur quarta feria suum
ieiunium inchoasse, quod inde videtur, quia natus est die dominica: &
si quis diligenter computet annos ex tunc, vsque ad xxx. secũdum ra- 14
tiones computi, inueniet eum in tertia feria baptizatum fuisse, & se-
quenti die intrans in desertum, inchoauit ieiunium. Secũdò, ideò † in
quarta feria ieiunium inchoamus, quia in quarta ætate Salomon tem-
plum ædificauit. & nos quasi fundamentum illius templi, quod ex no-
bis construitur, faciamus ieiunando, vt in pascha templum Domini
esse possimus. Vnde Apostolus: Templum Domini sanctum est, quod 15
estis vos. † Tertiò, ideò, in quarta feria ieiuniũ incipit: cùm enim ec- 2. Cor. 6
clesia in diebus dominicis quadragesimæ non ieiunet, propter gau-
dium, quod habet de resurrectione Domini, quæ in illa die facta est.
In resurrectione Dominus legitur bis comedisse: semel cum discipulis Luc. 24
euntibus in Emaüs, & iterum, quando intrauit clausis ianuis ad disci-
pulos & attulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis. Ideò incipit
ieiunare ab hac quarta feria antecedente dominicam illam, quæ pro-
pter hoc vocatur caput ieiunij. De hoc etiam iam præmissum est. 16
† Quartò quia sicut iam dicetur hoc tempore ad bellum procedimus:
ideò quatuor diebus huius hebdomadæ ieiunamus, vt quatuor arma-
tr virtutibus, scilicet instítia, fortitudine, prudentia, & temperantia,
quatuor mala, quæ per primum parentem incurrimus, deploremus,
scilicet quòd de paradiso eiecti sumus, quòd in hac valle miseriæ ci-
bo ad modum iumentorum indigemus, quòd in infernum descendere 17
timemus, quòd in patria cum Domino non gaudemus. † Quintò, vt
defleamus quatuor mala, quæ fecimus, scilicet peccatũ cogitationis,
operis, consuetudinis, & locutionis. Secundum priuilegium est, quia
illa die audiuntur confessiones publicè pœnitentium, & eis pœniten-
tiæ imponuntur. Tertium, quia tunc cineres capitibus aspergũtur,

vt iam dicetur. Quartum, quia in die ista fit processio, qualem per totum annum fieri non contingit: pœnitentes namque tunc ab ecclesia cum processione, & cruce eiiciuntur, & in die cœnæ in eadē recipiuntur, sicut sub illa die dicetur. Processionem quidem facimus: quia tunc ad bellum contra hostes incedimus: quia quasi in expeditione, à sept nagesima, vsque tunc fuimus. Procedentes ergo cōtra hostes armis nostris armamur, quæ sunt humiliatio, oratio, afflictio, & eleemosynarū largitio. Humiliatio sicut iam dicetur est in cinere. Oratio, quia tunc dicimus: Parce Domine, &c. Afflictio, de qua in euangelio: Cùm ieiunatis, &c. Eleemosynarum largitio, quæ maximè hoc tempore frequentanda est: vnde: Absc̄de eleemosynam in sinu pauperis. Talibus itaque armis armati, ad bella procedimus. Vnde collecta huius diei est: Concede nobis omnipotēs Deus præsidia militiæ Christianæ, sanctis inchoare ieiuniis, &c. Cærerùm in hac die officium vsque ad nonam differimus: non tantùm quia Dominus hora nona expirauit: sed etiam propter gastrimargiam nostram. Adeò namque ventri dedimus, quòd audita missa statim ad cibum curreremus, & de horis parum aut nihil curaremus. Vnde in concilio Gabilon. de cōsecratione, distinctione prima solent. dicitur, quod ad missam concurrendum est, & auditis missarum solēniis & vespertinis officiis ac largitis eleemosynis, ad cibum accedendum est. Hac etiam † die benedicitur cinis, & in signum humilitatis capitibus aspergitur, sub his verbis, Cinis es, & in cinerem reuerteris: quod dictum fuit Adæ Gen. iij. ca. Et lob pœnitentiam in fauilla & cinere egit, prout legitur lob vltimo c. Et a Dominus: In domo puluēris puluere vos aspergite. Micheæ j. ca. Item legitur Iudith. iij. cap. quòd filij Israël humiliauerunt animas suas in ieiuniis, & cinis super capita eorum. Et Abraham inquit: Loquar ad Dominum meum cum sim puluis & cinis: Gen. xviij. c. & Mardocheus indutus est sacco, spargens cinerem capiti suo, Hester. iij. cap. & filiæ Sion conspersērunt cinere capita sua. Treñ. iiij. cap. Et hoc est, quod sicut ex libro pontificali habetur: Pœnitentes & morituri in signum pœnitentiæ & humilitatis, & quòd terra & puluis sunt, se in cinere vel solo prosternunt, & cilicium induunt: quòd ex veteri Testamento tractum est. Legitur enim Esa. lviij. ca. quod pœnitentes sacco & cinere sternuntur. Idem Hierem. xxv. ca. Aspergimini cinere, quia completi sunt dies vestri. Item Ionæ iij c. Rex Niniuæ indutus est sacco, & sedit in cinere. Item Treno. iij. cap. Virgines Hierusalem accinctæ sunt ciliciis. Item in psalmo xxxv. Induebar cilicio. Fit etiam hoc, ad † significandum, quòd sicut in eiectione Adæ de paradiso, maledicta est terra in opere suo: sic per humilitatem pœnitentiæ terra nostra, licet liberum arbitrium nostrum benedicitur per pœnitētiam: vt non spinas & tribulos, sed dignos fructus pœnitentiæ germinet. Inuitatur autem omnes ad pœnitētiam, generaliter cum dicitur in antiphona: Immutemur habitu. &c. Ieiunemus, & ploremus ante Deum, &c.

Eccle.29

Et ostenditur causa, quare debeāt homines ieiunare, scilicet quia Dominus expectat eos ad pœnitētiam. Vnde introitus est: Misereris omnium Domine propter pœnitentiam. & est Sap. xj. c. omnes etiam orationes quæcumque dicuntur, faciunt, ad idem in epistola: Conuertimini, &c. quæ est Ioēlis ij. ca. ad hoc inuitantur generaliter parui & magni, & vtriusque sexus: vnde dicit: Sanctificate ieiunium. Vocate cœtum, congregate populum, &c Sequitur responsorium: Miserere mei Deus. & cap. quod respondet epistolæ: ostendens † triplicem effectum pœnitentiæ. Primum quia per eum habemus remissionem peccatorum & collationem gratiæ, & conculcationem inimicorum. Vnde sequitur: dedit in opprobrium conculcantes me. Sequitur tractus: Domine, non secundum peccata nostra, &c. qui significat laborem, qui in pœnitentia habetur. Et dicitur iste tractus, vsque ad dominicam de passione in secunda, quarta, & sexta feriis: vt in diebus arctioti ieiunio deputatis incœptæ pœnitētiæ memores orationes ieiunio combinemus. In euangelio autem: Cùm ieiunatis, &c. Matth. cap. vj. legitur de modo ieiunandi, vbi dicitur Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, quia omnis pœnitens debet vngi oleo spirituali, quod est spiritualitas mentis, tanquam athleta & pugil Domini, sicut habetur in Ecclesiastico, Oleum de capite tuo non deficiat, & faciem tuam laua, id est, interiorem hilaritatem exterius demonstra, ne videaris hominibus ieiunans, id est, sic ieiuna, vt non intendas fauorem humanum sed solius Dei: & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi Offerenda est: Exaltabo. vbi est gratiarum actio de impetranda remissione. Communio est: Qui meditabit, in qua est aliorum exhortatio de legis meditatione, & consonat euangelio, quia meditari in lege, est thesaurizare in cœlo.

Eccle.9

Psal.29

Psal.1

ANNOTATIO.

* Ieiunium. Quadragesima ieiuniorum habet authoritatem, & in veteribus libris ex ieiunio Mosi & Heliæ, & ex euangelio: inquit Augusti. epist. 119. vt de Moyse patet Exod. 24. & 34. de Christo, Matth. 4. Luc. 9. De ieiunij prætereà institutione & qualitate, abundè cùm alibi, tum vel ex concilio Gabilonensi, in c. solent. de consec. dist. j.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia in tribus consistit.*

De quinta feria. CAP. XXIX.

SEquitur de quinta feria: siquidem inuitati sunt omnes in præcedenti die sicut ibi dictum est ad pœnitentiam. Sed quia pœnitētia 1 † cōsistit in tribus, scilicet in oratione, ieiunio, & eleemosyna, ideò in

tribus

tribus sequentibus diebus agit de his tribus, & primò de oratione in hac quinta feria, & ideò incipit introitus: dum clamarem ad Dominum. Fit autem oratio ab aliquo, quandoque pro se, quandoque pro alio. Vt ergo ostendatur quantum valet ab aliquo, pro se facta oratio: sequitur epistola: Ægrotauit. Esaiæ xxxviij. ca. In qua proponit Ecclesia regem Ezechiam in exemplo, qui oratione pro se facta impetrauit à Domino quindecim annos vitæ suæ superaddi. Vt etiam Ecclesia ostendat, quantum valet oratio pro alio facta, legitur euangelium: Cùm intraret Iesus Mat. viij. ca. de Centurione, qui rogauit Dominum pro puero suo, vt sanaretur, quod impetrauit.

SVMMARIVM.

1 *Ieiunium spirituale, Deo placet: non carnale, & sexta feria officium, numero 2.*

De sexta feria. CAP. XXX.

IN sexta feria agitur de ieiunio, & ostenditur quale † ieiunium placeat Deo, scilicet spirituale, non carnale: vnde epistola agit de hoc. Clama, ne cesses. Esa. lviij. ca. & pòst, Quare ieiunauimus, & non aspexisti, &c. Et Dominus respondet: nunquid tale est ieiunium quod elegi? contorquere, quasi circulum caput, &c. quasi diceret: Non placet mihi tale ieiunium quod aliquis se cruciet tantùm, sed quòd dissoluat fasciculos impietatis, id est, ab omni peccato abstineat, quod fit per charitatem. † Vnde sequitur euangelium: Audistis quia Matt. v. c. Agens de charitate, vbi dicitur, licet hoc in ecclesia non legatur: Dictum est Antiquis: Non occides. Ego autem dico: Non irascaris.

SVMMARIVM.

1 *Sabbatum præcedens primam quadragesimæ Dominicam, non habet quicquam proprium.*

De sabbato. CAP. XXXI.

IN sabbato agit ecclesia de eleemosyna, & de sabbato, quia per præmissa tria, scilicet orationes, ieiunia, eleemosynas venitur ad sabbatismum mentis, vbi pœna iam facta quæ spectat ad pœnitentiam, id est pax quæ quies, & sabbatismus mentis, se osculantur, id est, conueniunt. Et propter hoc sequitur apertè in epistola: Esa. lviij. cap. Si abstuleris de medio tui catenam, scilicet peccatorum: & cætera quæ ibidem sequuntur, tunc vocaberis sabbatum delicatũ, quę ibidẽ sequuntur: & hoc idem dicitur in euangelio: Cùm sero esset, &c. Matt. vj. Vbi dicitur de discipulis laborantibus in mari, per quos pœnitentes designantur, quòd Dominus ascendit in nauiculam cum eis, & statim facta est tranquillitas, quia Deo præsente in corde hominis pacificatur anima,

1 anima, & tranquillum fit ibi. Hoc † sabbatum licet habeat epistolam & euangelium, sicut nonnulla alia per anni circulum: non tamen est cantibus officiatum: quia secundum quosdam nondum erat solenni ieiunio deputatum. Hodie verò ieiunamus, vt ad quietis vitæ æternæ sabbatum perueniamus.

SVMMARIVM.

1 *Quadragesima prima dominica, quæ dicitur quintana, & cur dicta quadragesima, eiúsque introitus. num. 6.*
2 *Ieiunium, cur dimensum quadraginta diebus, & cuius exemplo. num. 3.*
4 *Pœnitentiæ fructus quis.*
1 *Ieiunij principium interrumpit ordinem historiarum, in prima dominica quadragesimæ.*
7 *Epistola Pauli: Hortamur vos, &c. militem Christianum armat quatuor virtutibus cardinalibus.*
8 *Tentator cum viribus, versutia & fraude sit homine superior, qui audeat homo certamen cum eo inire.*
9 *Tentatio est quadruplex.*
10 *Tentator, quotupliciter Dominum tentauit.*
11 *Missæ introitus, in prima feria primæ dominicæ quadragesimalis.*
12 *Cruces quando velentur, & velum ante altare suspendatur.*

De prima dominica quadragesimæ. CAP. XXXII.

1 IN hac dominica, in qua cantatur: Inuocauit me &c. incipit quadragesima, quæ significat tempus pœnitentiæ spiritualis: & † vocatur dominica quintana: quia quinta est à pascha. Quid autem significent quinque quadragesimæ: dictum est in primæ parte sub titul. de picturis. Dictum est autem quadragesima, licet in ea sint quadraginta duo dies, vsque ad pascha. Primò, quia ecclesia non curauit de duobus, quæ minutias non attendit, sed summam numeri ponit, quamuis sit parum plus vel minus. Secundò, quia quadragesima non protenditur, nisi vsque ad diem cœnæ Domini: quæ est dies absolutionis. Nam per quadragesimam bene obseruatam, & per veram pœnitentiam, peruenit homo spiritualiter ad cœnam agni. Vnde Apoc. Beatus, qui vocatus est ad cœnam nuptiarum agni: & secundum hoc solùm sunt quadraginta dies. Tertiò, quia filij Israël laborantes in deserto, quadraginta annis cibati manna, per quadraginta mansiones venerunt in terram promissionis. quo etiam exemplo. xl. diebus à delictis corporis abstinentes, verbis vitæ reficimur, orationi vacamus, vt tandem per Iesum Christum in terra viuentium introëamus sicut illi, per Iesum Naue, id est, Iosue in terram promissionis introducti sunt. Ideò autem secundum Hier. sunt in ea quadraginta duo dies, quia Dominus venit ad nos per

Apoc. 9
Num. 33
Matth. 1

quadra

Universidad de Deusto
Biblioteca

quadragintaduas generationes, computatis Ieconia patre, & Ieconia filio, & ipso Domino. Sanè totum tempus vitæ nostræ quadragesima est. Ieiunamus autem † quadraginta diebus, incipientes à præcedenti quarta feria. Primò, secundùm Augustì. quoniam Matthæus quadraginta generationes posuit. Ad hoc enim Dominus suo quadragenario numero ad nos descendit, vt nos ad eum nostro quadragenario numero ascendamus. de cons. distinct. v. ieiunium. Secundò, secundùm eundem, qua ad hoc vt habeamus quinquagenarium, quadragenario adiiciēdus est denarius. Ad hoc enim vt perueniamus ad requiem beatam, oportet nos toto tempore præsentis vitæ laborare. Vnde & Dominus cum Discipulis quadraginta diebus mansit, & post decimam diem Spiritum sanctum misit. Ieiunamus ergo quadraginta diebus. Nam † & Moses accipiendo legem ieiunauit quadraginta diebus: similiter *Exod.24* & Helias. Dominus quoque noster quadraginta diebus ieiunauit: ideoque cibo, & hoc pro institutione & exemplo. Vnde nonnulli vnam tantùm quadragesimam obseruant: illi verò pro merito ieiunauerunt. Communius tamen est tres quadragesimas seruare, eò quòd Moses, vt tradunt Hebræi, ter ascendens ad Dominum, ieiunauit: vel potiùs, quia tres in tribus leguntur ieiunasse quadragenis, scilicet Moses, Helias, & Dominus. Quare autem quadraginta sex diebus sumus in abstinentia: dictum est sub præcedenti quarta feria. Considerandum est autem quòd tempus quadragesimæ, pœnitentiæ adscribitur. Pœnitentiæ autem † fructus sunt ieiunium, vigilia, & aliæ carnis afflictiones, elemosyna corporalis & spiritualis, & alia misericordiæ opera, oratio & deprecatio, & aliæ species contemplationis, fletus, lachrymæ, & alia insignia contritionis. Ideò de his & similibus ad pœnitētiam pertinentibus, in nocturnis & diurnis officiis hac die, & sequentibus legit & cantat Ecclesia copiosè. Et propter hoc etiam hoc tempore dicitur regulariter octies in canonicis horis psalmus ille pœnitentialis: Miserere mei Deus secundùm magnam misericordiam tuam, &c. Et est notandum quòd propter ieiunij principium † ordo interrumpitur historiarum. Cùm enim in septuagesima & sexagesima cantatum fuerit de Adam: & in quinquagesima de Noë & Abraham, in hac prima interponitur de fructibus pœnitentiæ, in secunda verò de Iacob, in tertia de Ioseph, in quarta de Mose. Antiquitùs tres instituit Ecclesia sexagesimas, de quo tactum est in prima parte sub titulo de ecclesiasticis sacramentis. Sanè, quia, vt dictum est sub quarta feria cinerum, hoc tempus est Christianæ militiæ, & in quo diabolus fortius contra nos resurgit: ideò ne homo desperet quasi confortatiuum quoddam canit Ecclesia introitum: † Inuocauit me, &c. Quo audito, spe fit homo fortis. Vn- *Rom.12* de dicit, Apostolus: Spe fortes, in tribulatione gaudentes. Et Esa. xxx. In silentio, & in spe erit fortitudo vestra. Siquidem in his duobus consistit tota fortitudo hominis spiritualis, scilicet in silētio, id est, à tumultibus seculi, nihil de his quæ sunt seculi appetendo, & in spe æterna desiderando,

desiderando, per epistolam quæ incipit: Hortamur vos. ij. Corint. ij. cap.

7 Armat Ecclesia † milites suos quatuor cardinalibus virtutibus. Primò, fortitudine, cum dicit: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, &c. quæ ibi de fortitudine dicuntur, & quia sequitur: In omnibus exhibeamus nos, sicut Dei ministros in multa patientia. Secundo, temperantia, cùm dicit: In castitate & ieiuniis multis. Tertiò, prudentia, cum dicit: In scientia, id est, prudentia. Sunt autem idem subiectio, scientia, & longanimitas: quia scientia & longanimitate scimus cōuersari in medio prauæ & peruersæ nationis, & bonitate & suauitate, quæ est in Spiritu sancto hoc totum pro eodem sumitur. Sequitur: In charitate non ficta, quia omnia sine fictione fieri debēt. Quartò, iustitia cùm dicit: Per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris. Post epistolam sequitur responsorium: Angelis suis Deus mandauit de te, &c. Vt sic securè homo possit pugnare, sequitur tractus: Qui habitat in adiutorio: in quo *Psal.90*

8 agit de tentatione. Tractus verò, Deo, dicitur quia ibi ostenditur quod hæc vita misera distrahitur multis doloribus & laboribus. † Et quia posset conqueri aliquis de inæqualitate istius pugnæ, quia tentator potentissimus est, vt haberur in Iob: Non est potestas sub cœlo, quæ ei va- *Iob. 41*
leat comparari: & sapiētissimus, quia multa vidit, & crudelissimus, quia vt dicit Hier. Crudelis est, & non miserebitur: homo autem infirmissimus & ignorans, & ideò in ipso tractu ponitur solutio huius: quia ad hoc permittit Deus inimicum tētare, vt homo timeat, & ad Deum con- *Hier. 6*
fugiat, quia scit & potest, & vult liberare, & sic in se non speret, sed in Deo, qui promittit, quod liberabit, si cōfugiat ad eum. Vult ergo Deus, vt homo habeat timorem de inimico forti, & spem de promissionibus futurorum, & de dilectione Dei vehementissima: ergo sequitur quod *Matt.23*
vult eum protegere, quemadmodùm gallina protegit pullos suos examore vehementi: & est spes de custodia angelorum: homo autem si

9 molatur inter duas molas, timorem scilicet & spem, efficietur panis placens Deo: & sic vincet omnem † tentationem siue sit leuis & occulta, quæ dicitur timor nocturnus: siue leuis & manifesta, quæ dicitur sagitta volans in die: siue sit grauis & occulta, quæ dicitur negotium perambulans in tenebris: siue sit grauis & aperta, quæ dicitur dæmonium meridianum. Hæc quatuor genera tentationū vincet, quilibet sic armatus: vt dictum est: Sed in euangelio non sunt nisi tres tentationes vbi dicitur: Ductus est Iesus in desertum &c. Matt. iiij. c. & comprehenduntur quando que omnes tentationes sub quarternario, vt dictum est, quandoque sub ternario, vt in eodem psamo inferiùs dicetur. A laqueo venantiū, id est, ab opere malo: & à verbo aspero, id est, à peccato oris.

10 Tentatus † autem fuit Dominus à diabolo triplici tentatione, scilicet tentatione gulæ, cùm dicit ei, Dic vt lapides isti panes fiant: cupiditatis, scilicet cùm dixit: Hæc omnia tibi dabo, si procedens adoraueris me. Et inanis gloriæ, scilicet quando diabolus voluit eum deiicere de pinnaculo, sicut fecerat alios prædicatores multos: & vicit eum Dominus

Universidad de Deusto
Biblioteca

minus per authoritates sacræ Scripturæ, quod significatum est in hoc, quod Dauid lapidibus sumptis de torrente deiecit Goliam: docens nos debere armari gladio verbi Dei, præter illa arma, quibus nos armat Apostolus in epistola hodierna, vt sic sufficienter ad pugnam armati simus. Potest etiam dici, quòd à principio septuagesimæ Ecclesia tot tribulationibus pressa desperans clamauerat: Circundederunt me gemitus mortis, quasi à nulla parte euadere posset. In principio verò sexagesimæ, vbi etiam de hoc dictum est, & dicetur in quarta dominica, quasi posita inter desperationem, & spem clamauit: Exurge quare obdormis Domine? In principio quinquagesimæ iam desperans clamauit: Esto mihi Domine in Deum protectorem: imò deprecatiuam mutans
Esai. 49 in affirmatiuam dixit: Dux mihi eris, & enutries me. † Nunc verò in 4 principio quadragesimæ ostendens se exauditam dixit: Inuocauit me, & ego exaud. epistola dicit: In tempore placito exaudiui te. In gradu. li, datur nobis angelorum custodia. In tractu, diuina protectio: quia circundamur scuto veritatis. In euangelio, ad exemplum Saluatoris ab hoste triumphus, cui dicimus: Vade retrò Satana. In offertorio etiam diuina protectio notatur, cum dicitur: Scapulis suis obumbrabit tibi, &c. in postcommunione dæmonum subiectio, vbi dicitur: Super aspidem & basiliscum. Ab hac die † vsque ad parascenem, cooperiuntur cruces, & velum ante altare suspenditur, de quo in prima parte dictum est sub titulo de picturis. Hæc dominica priuilegiata est: quia est initia & limes quadragesimæ, quæ repræsentat tempus, quo filij Israël morati sunt in deserto. Tria quidem fuerunt in populo Israël, quorum duo commemorauimus, scilicet peregrinatio, quæ fuit in Ægypto, quando Iacob & filij sui profecti sunt in Ægyptum: captiuatio, quæ fuit in Babylone, & dispersio, quæ fuit facta à Tito & Vespasiano per totum mundum, quam non commemorauimus, quia ab illa nunquam reuocabuntur: de qua dictum est: Tradam eos in manu, de qua non poterunt surgere. In hac dominica ad horas dicitur capitulum: Fratres hortamur vos, ne in vacuum, &c. ij. Cor. vj ca. & illud: Ecce nunc tempus. ij. Cor. vj. cap. & illud: In omnibus exhibeamus: ibidem. Et fit hodie statio apud basilicam Lateran. quæ constructa est in honorem Saluatoris, & plus quàm prophetæ Ioan. eò quòd officium hodiernum Saluatoris nostri prophetice resonat fœlicitatem.

SVMMARIVM.

1 *Officium secundæ feriæ, primæ dominicæ quadragesimalis.*
2 *Tentator conatur auferre nobis considerationem cœlestium præmiorum, vt facilius in eius retia irrepamus.*

De secunda Feria. CAP. XXXIII.

POstquàm Dominus & † Apostolus armauerunt militem suum, non restat, nisi vt pugnet: quia hostes semper parati sunt. Quia verò opera

opera misericordiæ specialiter & maximè fit pugna ista: ideò de ipsis est feria ista quæ agit de eleemosyna. Rursus quia onus pugnæ non libenter suscipitur, nisi intuitu præmij: ideò in hac secunda feria est introitus: Sicut oculi seruorum, &c. Et Dominus in epistola: Ecce ego requiram oues meas, &c. quæ sumpta est de Ezechiele xxiiij. ostendit *Psal.123* præmium, cùm dicit: Et pascam eas: qui enim pascit Dominum in paupere, & Dominus pascit eum: sicut ibi legitur in montibus Israël, in mansionibus æternis. idem habetur per euangelium: Cùm venerit Filius, &c. Matth. xxv. ca. vbi dicitur: Venite benedicti, &c. Esuriui, & de-
2 distis mihi manducare. † Debemus autem habere oculum ad ipsum non tantùm sinistrum, vt respiciamus pœnas æternas, & propter hoc bonum faciamus, hoc enim esset timor seruilis: sed etiam dextrum, vt consideremus præmia. Istum oculum vult nobis auferre diabolus, & nititur quantùm potest: vnde j. Reg. xj. cap. Rex Ammonitarum noluit inire fœdus cum Iabitis, nisi erueret eis dextros oculos. viij. q. deguandum, sicut miles, qui non habet oculum dextrum.

SVMMARIVM.

1 *Feria tertia primæ Dominicæ quadragesimalis, & eius officium.*
2 *Cogitationes Domini, quales.*

De tertia Feria. CAP. XXXIIII.

1 TErtia feria agit de oratione & sumitur introitus de psalmo, qui est oratio: † Domine refugium factus es nobis. Pugnamus enim orando. Vnde Iesus gnauè in eremo pugnabat; & Moses orabat, meri- *Exod.17*
tò qui pugnabat, non deficiebat: quia ille orando vincebat. xxxviij. distinctio. si quis vult, Epistola verò: Quærite Dominum & Esa lv. ca. docet nos orare, & inuitat nos ad orationem. Quærite Dominum, scilicet derelinquendo vitia, & peccata: quia mitis est ad ignoscen-
2 dum: non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ. Quæ verò sint cogitationes eius, ostendit Hieremias dicens: † Ecce ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis. Si enim ex verò corde rogatur & quæritur, statim pacificatur quantumcunque deliquerit in eum homo, & hoc dum inueniri potest, scilicet in præsenti: Ecce ostenditur effectus orationis, quia per eam homo Deo pacificatur. Idem etiam habetur per euangelium: Cùm intrasset. Matth. xxj. cap. in quo dicitur: postquàm eiecit ementes & vendentes de templo, dixit: Domus mea, id est, homo in quo habitat: domus orationis vocabitur: In epistola monemur ad petendum, vt habitet in nobis: in euangelio, vt det nobis æterna gaudia. Cætera, quæ in graduali, in offerenda, & postcommunione cantantur, sunt quærentium Dominum orationes, & consolationes & gratiarum actiones.

SVMMARIVM.

1 *Feria quarta primæ Dominicæ quadrageſimalis, eſt de ieiunio, vnde ſolennitas geminatur.num.2.& eius officium duobus conſtat verſibus num.3.*

De quarta feria. CAP. XXXV.

QVarta feria eſt de ieiunio, ſed quia illa dies eſt ſeptima à capite ieiunij † Septimus autem numerus & ſeptuageſimus idem ſignificat: idem enim ſignificat numerus multiplicatus & numerus multiplicans. Septuageſimus verò ſignificat liberationẽ à captiuitate, ideò *Pſal.24* in introitu qui eſt: Reminiſcere, &c. petit liberationem, ſcilicet quæ habetur per ieiunium: & in epiſtola & in lectione monemur ad ieiunium, exemplo Moſi & Heliæ. Lectio, quæ legitur propter ordines, ſumpta eſt Exod. xxiiij. Aſcende ad me in montem, &c. Epiſtola verò *3.Reg.10* de tertio Regum: Venit Helias, &c. Quale autem ieiunium, debeat eſſe, ſcilicet ſpirituale monſtratur nobis per ieiunium Moſi: vtilitas verò per Heliam. in azymo enim cibo peruenitur, vſque ad montem Dei Oreb, id eſt, ad altitudinem menſæ illius, quando comedemus ſupra mẽſam patris Chriſti in regno ſuo. Per ieiunium quidem, ira Dei temperatur & mitigatur, quod oſtenditur per euangelium Matt. xij. cap. Acceſſerunt ad ieſum, &c. in quo habetur de Niniuitis, quia iram Dei temperauerunt per ieiunium ſuum. † Et nota, quòd in hac feria ſolennitas ieiunij duplicatur: quia ieiunatur tam ratione quadrageſimæ, quàm ratione ieiunij quatuor temporum. Quia verò pernitentium aſperiùs ieiunantium corpora deſiccantur, in his non habitat, ſicut dicitur in euangelio, ſpiritus immundus, qui ambulat per loca arida, quærens requiem, & non inuenit. Corpora enim ieiunio deſiccata faſtidit: ideò ad ieiunia libentius appendenda, Moſi & Heliæ præmittuntur exempla, quorum vterque in ſingulis lectionibus quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunaſſe perhibetur. Itaque propter ieiunij geminationem, ſcilicet † quadrageſimæ quatuor temporum, duo verſus in graduali ponuntur. Ea quæ in introitu, graduali, tractu, communione & offerenda cantantur, ſunt confolationes & orationes, vt ieiunantes à tribulationibus eripiantur, & de his, qui ieiuniis affliguntur, inimici dominentur. Hæc quarta feria in hoc priuilegiata eſt: quia illi in ſabbato ſequenti ordinandi ſunt, interrogantur de Scripturis ſacris, & examinantur: de quo & quatuor lectiones leguntur ad miſſam, ſub quarta feria tertiæ hebdomadæ aduentus dictum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Feria quinta primæ Dominicæ quadrageſimalis, quem habeat Miſſæ introitum.*

2 *Confeſſio, eſt triplex.*

3 *Feria quinta primæ Dominicæ quadrageſimalis, carebat olim proprio officio, & quid hodie.*

4 *Euangeliorum & epiſtolarum varietas, & vnde in diuerſis Eccleſiis, quinta feria primæ Dominicæ quadrageſimalis, fuerit profecta.*

De quinta feria. CAP. XXXVI.

1 2 QVinta feria eſt de † confeſſione per quam etiam pugnatur, & eſt introitus: Confeſſio & pulchritudo. † Eſt autem triplex confeſ- *Pſal. 95*
ſio ſcilicet fidei, peccati, & humilitatis. Qui habet hanc cõfeſſionem, pulchritudo eſt in conſpectu eius. In conſpiciendo enim Deum, humiliamus nos, & Deo ſimiles ſamus imitando ipſum. Epiſtola verò, ſcilicet, Orauit Eſdras, &c. ſumitur de Eſdra ix. cap. In qua eſt oratio Eſdræ, & confeſſio, qui orauit ſicut etiam Daniel orauit: Peccauimus, & iniuſtè egimus &c. Et per iſtam confeſſionem meruerunt remiſſio- *Daniel.9*
nem peccatorum: & ita oſtenditur effectus confeſſionis. In aliis Eccleſiis legitur epiſtola: Fictus eſt ſermo Domini. Ezech. xviij. cap. Quæ etiam loquitur de effectu confeſſionis Euangelicæ. Egreſſus inde Ieſus, &c. Matth. xv. cap. Eſt de muliere Cananæa: quę per confeſſionem fidei, cum dixit: Domine adiuua me, & per confeſſionem humilitatis, eim dixit: Nam & catelli. &c. meruit filiæ ſuæ ſaniratem: & dictum eſt ei: Mulier, magna eſt fides tua. Quidam autem legunt euange- *Ioan. 8*
lium, in quo Iudæi gloriantes, quòd eſſent filij Abrahæ conuincuntur non eſſe filij Abrahæ, quia non faciunt opera eius: ſed eſſe ex patre diabolo, eius opera faciendo. Vel vt quibuſdam moris eſt legitur euangelium, quod alij legunt feria quinta ſequentis hebdomadæ de diuite, qui apud inferos cruciatur, patremque vocans, & deprecans Abraham, non vt filius exauditur. His conſonat illud propheticum, quod in epiſtola promittitur, quòd ſi vir iuſtus genuerit filium ſanguinem effundentem, & vniuerſa deteſtanda facientem, ipſe quidem in iuſtitia ſua viuet: filius autem eius, qui operatus eſt iniquitatem, morte moriatur. Cætera, quæ ſunt in introitu, graduali, & offerenda, ſunt laudes & orationes iuſti. Communio: Panis, quem ego dedero. *Ioan.vj.* cap. declarat, vnde iuſtus viuat, ſcilicet de carne Chriſti. † Et attende quòd quinque feriæ propria olim non habebant officia, ſed à dominicis æſtiualibus officiabantur: & earum euangelia non ſunt de ieiuniis inſtituta, ſed de diuite & Lazaro & viduæ filio ſuſcitato.
4 † Olim etenim non ieiunabant: ſed vt in dominicis ſolennizabant: ſed poſtmodùm à Greg. iuniore quadrageſimę fuerunt adiunctæ ieiunio, prout dictum eſt ſub ſeptuageſima & officioſitate. Et inde eſt, quòd varietas epiſtolarum & euangeliorum in quintis feriis reperitur. De hoc dicetur ſub quinta feria ſequentis hebdomadæ.

SVMMARIVM.

1 *Feria sexta prima Dominicæ, quadragesimæ & eius officium, tum euangelium num. 2.*

De sexta feria. CAP. XXXVII.

IN sexta † feria, quæ est nona dies ieiunij, qui numerus est angeli- 1
cus, petit Ecclesia liberari ab omnibus tribulationibus. Et est introi-
tus: De necessitatibus, &c. Et fit hoc per angelos, & maximè per an-
gelum magni consilij: & ideo legitur euangelium † Ioan. v. Erat dies
festus &c. In quo dicitur quod angelus Domini descendit in piscinam
& mouebatur aqua, & sanabatur vnus: ideò vnus, quia tantùm vnitas
Ecclesiæ sanatur. Sed ne in contradictione peccemus: sicut Iudæi qui
Hier. 31 dicebant istud prouerbium ironicè: Patres nostri manducauerunt vu-
uam acerbam in deserto, & dentes filiorum obstupescunt, id est, nos
punimur propter hoc, quod non est iustum: ideò legitur epistola de
Exod. 20 Ezechiel. xviij. cap. Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Filius non
portabit iniquitatem patris, nisi imitetur patrem in malitia. Vindicat
enim Dominus iniquitatem patrum in filios, in his, qui oderunt eos.
extrà de reg. iur. nisi. j. q. iiij. per totum.

SVMMARIVM.

1 *Sabbatum primæ Dominicæ quadragesimæ & eius officium. 2. 5.*
3 *Genua quare non flectamus ante sextam orationem, in Sabbato primæ Dominicæ quadragesimalis.*
4 *Prædicatoris officium.*

De sabbato. CAP. XXXVIII.

POsteà verò non restat, nisi sabbatismus. † Et est epistola de sabba- 1
to mentis: Fratres hortamur vos. Per sabbatum verò mentis, ve-
nitur ad sabbatum æternitatis: & ideò dicitur euangelium de trans-
figuratione Domini, in qua apparuerunt tantùm Moses, & Helias,
quorum exemplo animatur Ecclesia ad ieiunium. † In missa huius 2
diei lectio prima est: Orauit Moses. Deuteur. xxv. cap. Secunda est: Di-
xit Moses filiis Israël. ibidem. xj. cap. Tertia est: Orationem faciebant
ij. Machab. j. cap. Quarta, est. Miserere nostri. Ecclesia. xxxvj. ca. Quin-
Daniel. 3 ta est: Angelus Domini, de qua dictum est sub quarta feria tertiæ do-
minicæ de aduentu. Quia ergo pro ordinandis orat Ecclesia, cantat
introitum: Intret in conspectu, &c. Et graduale: Propitius esto, &c. Et
protector noster aspice, &c. Et conuertere Domine &c. Et dirigatur
Domine oratio mea, &c. Et ad Dominum, cùm tribularer clamaui
& exaudiuit me &c. Ad quinque lectiones flectit genua: vt quia
que sensus ordinandorum à Domino dirigantur. † Quia verò dia- 3
coni & sacerdotes tanquam perfectiores æternis intendere tenen-
tur, inde est, quòd ante sextam lectionem, siue ante epistolam, non
dicitur

dicitur. Flectamus genua: sicut nec ante euāgeliū. Hoc etiam fit pro-
pter reuerentiam apostolicæ lectionis, & propter eandem etiam cau-
sam ad orationem super populum genua nō flectimus, sed solùm ca-
put inclinamus. Rursus quia multum valet deprecatio Ecclesiæ assi-
dua: quis enim est, qui nō audiatur in tribulationibus? idcirco quinto
loco legitur lectio de tribus pueris de camino ignis liberatis, & se-
quuntur gratiarum actiones in cantico: Benedictus es Domine, &c.
Quia verò officium prædicationis etiam ad subdiaconum pertinet,
idcirco sequitur epistola Pauli j. Thessal. vlt. ca. Rogamus vos, corri-
4 pite inquietos, consolamini pusillanimes, &c. † Officium enim prædi-
catoris est alios corripere, & reliqua facere, quæ in epistola ipsa do-
centur: & ita epistola ipsa pertinet ad ordinatos saltem in sacris.
5 †Deinde sequitur tractus: Laudate Dominum omnes Gentes, lauda-
te eum omnes populi. in quo omnes inuitamur ad Dei laudem, qui
ministros suos sua misericordia confirmat. Tractus ergo & cāticum:
Benedictus es. sunt ordinatorum. Et quia sacerdotes in virum perfe-
ctum commutari debēt, quorum ministerio panis & vinum transub-
stantiatur in corpus & sanguinem Domini, inde est, quòd legitur
Euangelium de transfiguratione: Assumpsit Iesus Petrum, &c. Matt.
xvij. cap. Debent enim transfigurari, ita quòd in eis non appareat, nisi
resurrectio Dei: Sed quia in præsenti vita sine tribulatione, aut vix,
aut nūquam esse possumus, propterea semper ad Dominum clama-
dum est: inde sequitur offertorium: Domine Deus salutis meæ, &c.
Et postcommunio: Domine Deus in te speraui, &c. Priuilegiatum est
hoc sabbatum: quia in eo ordines celebrantur.

SVMMARIVM.

1 *Dominica secunda quadragesimæ, non habet proprium officium, & quare idipsum: & eius graduale, & tractus. nu. 3.*
2 *Benedictio, quotuplex.*
4 *Rebecca, gratia interpretatur.*

De secunda dominica quadragesimæ.

CAP. XXXIX.

1 HÆc secunda dominica † intitulatur Dominica vacat, pro eo,
quod proprio caret officio: ideò autem caret proprio, quia cum
in præcedenti hebdomada occurrant quatuor tempora, in quorum
fine ordines celebrantur. habebat antiqua Ecclesiæ institutio, vt post
finem diei sabbati inciperet officium ordinum, & in die dominica
terminaretur: & ita officium, quod in fine diei sabbati incipiebatur,
vsque in diem dominicam protendebatur, & sic tunc ipsa dominica
proprio carebat officio. lxxv. distinct. quod à Patribus. extra de temp.
ord. literas. Verùm, quia difficile erat à sexta feria, vsque in diem do-

minicam nihil comedere, factum est vt in sabbato ordines celebrentur, & in die dominica, quæ vacat officio, officium quartæ feriæ præcedentis repetatur. Potest etiam dici, quòd Ecclesia suspendit organa sua in hac dominica: quæ est quinta à septuagesima, ad similitudinem populi, qui existens in captiuitate nec altare, nec templum habuit, imò organa sua suspendit: quare proprium non habet officium. Sicut autem dominica ista vacat ab officio proprio, ita & omnes quintæ feriæ quadragesimæ, quondam proprio carebant officio, prout sub quinta feria dicetur. Et attende, quòd hęc dominica vacat solùm cantu diurno, nec vacat omni officio, nec euangelio, & ideò solum in graduali debet intitulari Dominica vacat, & non in antiphonario, nec in euangelio, & in quibusdã Ecclesiis dicitur euangelium: Egressus: quod dictum est in proxima quinta feria. in aliis: Assumpsit Iesus Petrum. Verùm in præcedenti dominica dictum est, quòd in ipsa dominica armauit Dominus militem suum, quatuor cardinalibus virtutibus, & gladio verbi Dei. Sed quia vt præmissum † est in secunda feria pugna non libenter suscipitur, nisi præmium ostendatur, ideò agitur in hac secunda dominica de benedictione: quæ est quintuplex, scilicet benedictio liberationis, gratiæ, augmenti gratiæ, contẽplationis, & gloriæ. Quia verò benedictio illa impetratur per orationem, ideò dominica ista cõsistit in oratione: vnde dicit in introito Reminiscere miserationũ tuarum Domine, &c. petens cantu lugubri liberationẽ à vitiis, & peccatis & spiritibus immũdis. Hæc est prima oratio, & prima Dei benedictio, scilicet liberationis. In epistola verò quæ est, Rogamus vos, &c. j ad Thess. iiij. petit sibi dari secundam benedictionẽ, scilicet gratiæ, siue gratiã ad bene ambulandum, & bene agendum, dicens: Hęc est enim voluntas Dei, vt dignè ambulemus: vt sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificationem, scilicet vt fit cœleste corpus, & cœlestia appetat: & in honorem, scilicet vt sit Deo dignum templum, quia sedes Dei & templum Spiritus sancti sunt nostra corpora, vt ait Apostolus: Omnis qui castè & piè viuit, templum Dei est: & Spiritus sancti sedes. Et in hac sola dominica ideò est †graduale, & tractus, eo quòd ipsa tota consistit in oratione liberationis. Oratio exprimit laborem & planctum, quæ duo significantur in graduali & tractu. Est autem graduale: Tribulationes, &c. Tractus est: De necessitatibus, &c. Alij autem dicunt tractum: Dixit Dominus mulieri. qui est Matt. xv. cap. Tertia benedictio, est benedictio augmenti gratiæ. Quarta contemplationis. Quinta benedictio gloriæ. Quia verò benedictiones huiusmodi non habentur vel conquantur sine magna lucta, ideò in nocturno officio de lucta Iacob cum angelo, & in vtero agitur: vt exemplo Iacob supplantemus fratres nostros malos, scilicet si quid nobis inferunt iniuriæ dissimulantes: & sit pugna ista in vtero Rebeccæ, id est, Ecclesiæ. † Rebecca enim gratia interpretatur. In primo responsorio in nocturnis agitur de augmento

mento gratiæ. Dicit enim Isaac ad filium: Tolle arma tua, pharetram & arcum extrà. Arma prædicatoris, sunt Sacræ scripturæ, quæ dicuntur pharetra: quia de eis sumuntur sagittæ ad percutiendum diabolũ. Iacob igitur, id est, verus prædicator venatur, & interfecit homines bona venatione & interfectione, scilicet per afcũ sacræ Scripturæ, & in se occidit bestias, id est, vitia & peccata, scilicet porcum luxuriæ, &c. & tunc cœnat cum eo Isaac, id est risus, scilicet Dominus qui delectatur in talibus. Sunt enim ei deliciæ cœnare cum talibus: vnde secundum responsorium est: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, id est paradisi: hoc etiam est id, quod suprà dicit Apostolus: Vt sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatione & honore. Sequitur versus: Qui maledixerit ei, sit ille maledictus. Omnes enim, qui populo Christiano iuniori maledicunt, maledicti sunt, vt Iudæi, Gentiles, & alij. In tertio responsorio dicitur: Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam. Esto Dominus fratrum tuorũ, seruiant tibi tribus & populi. hæc benedictio datur Ecclesiæ, vt omnibus dominetur. Ista verò tria responsoria sunt septimi toni, ad significandum, quòd ipsa Ecclesia impetrat nobis gratiam septiformẽ Spiritus sancti. In secundo nocturno, in quibusdam Ecclesiis est responsorium: Si Dominus, &c. in cuius versu dicitur: Iacob erexit in titulum lapidem, oleum fundens desuper. quod nos facimus, cùm imitatione Christi, bona agimus. Vngimus enim eum per fidem cũ ipsum hominem plenum gratiæ esse credimus, & duo responsoria sunt de primo & vnum de sexto tono: quia de Christo agunt, qui est principium, & finis, & in sexta ætate vnctus fuit oleo lætitiæ præ participibus suis. In septimo verò responsorio orat Iacob: Eruc me de manu fratris mei, quia valde eum timeo. Valde enim debet timere sanctus, ne corrumpatur à malis. In octauo responsorio agitur de benedictione contemplationis. Vnde ibi loquitur de lucta Iacob cum Angelo, quia per orationem debemus luctari cum Domino, donec habeamus statũ contẽplationis. Et dixit ei angelus: Dimitte me, aurora est, id est, satis habes fidẽ, vel caritatẽ, vel gratiã. Nec debemus dimittere donec de luctatione contra vitia faciat nos contemplatiuos, quia regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Tunc autem videtur sine nubilo peccati. Vnde in nono responsorio dicit Iacob, Vidi Dominum facie ad faciem, id est sine nubilo peccati, non sine velamine creaturam. Hac ratione Ecclesia Parisiensis dicitur legere hac die Euangelium de transfiguratione: quæ est benedictio gloriæ, & ita patet, quòd habita benedictione liberationis gratiæ, & augmenti gratiæ contemplationis, & considerato præmio gloriæ, libenter & fortiter pugnant milites Christi.

Gene. 27

Psal. 44

SVMMARIVM.

1 *Feria secunda secundæ Dominicæ quadrageſimalis, & eius officium.*

De ſecunda feria. CAP. XL.

SEcunda feria eſt de oratione: vnde in epiſtola, quæ incipit, Orauit † Daniel, &c. Dan. ix. capit. oſtenditur quantum valet oratio cum ieiunio. Daniel, id eſt, vir deſideriorum orauit pro populo ſuo, & abſtinuit à regalibus cibis, & vſus eſt leguminibus, & ideo exaudita eſt oratio eius, ſicuti ei dictum eſt ab angelo. Sed quia nihil valet oratio, niſi quæ fit in cognitione Dei, ideo ſequitur Euangelium Ioan. viij. Ego vado, & quæritis me, & non inuenietis, dicit Dominus Iudæis, & iterum: Ego ſum deſurſum, &c. ego non ſum de hoc mundo: & non cognouerunt eum, & ideo adhuc manent in peccatis ſuis. Ibi dimittit Dominus ſpirituales à carnalibus, id eſt, aquas, quæ ſunt ſub firmamento ab his, quæ ſunt ſuper firmamentum, & ita huic ſecundæ feriæ competit opus ſecundæ diei: & ideo introitus eſt, de ſecundo tono. Carnales enim non poſſunt orare Deum, quia non cognoſcunt eum. Nam qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Ixxxij. diſtinct. propoſuiſti. Nempe ea, quæ in introitu graduali, offerenda, & communione cantantur, ſunt orationes, conſolationes, & laudes conuerſæ Gentilitatis, cui Dominus exhibuit intellectum.

SVMMARIVM.

1 *Feria tertia ſecundæ Dominicæ, quadrageſimalis, & eius officium. num. 2.*
2 *Ieiunium laudabile.*

De tertia feria. CAP. XLI.

TErtia feria eſt de † opere diei tertiæ, quod eſt, Congregentur quæ omnes in locum vnum, & terra fructificet. Hoc ſit quando homo non curat de voluptatibus carnis, & ieiunat per charitatem. *Luc. 20*
Ieiunium laudabile eſt, vt homo † non ſit multum curioſus de cibo corporali, vt dicitur in euangelio: Nolite ſolliciti eſſe ſollicitudine, ſcilicet ſuffocante, ſed ſollicitudine prouidentiæ poſſumus & debemus, ideò introitus: tibi dixit cor meum, exquiſiui te. & eſt tertij toni propter opus tertiæ diei. In epiſtola verò: † Factus eſt ſermo Domini &c. iij Reg. xvij. c. hortatur eccleſia, vt non ſimus multum ſolliciti & hoc propter Heliam, qui paſtus eſt à vidua Sareptana, & à coruo: & ipſe etiam pauit viduam, dicens: Non deficiat farina hydriæ, id eſt, gratia de corde: & oleum de lechyto, id eſt gratia ſeu vnctio ſpiritualis deſuper. Hoc idem hortatur per euãgelium: Super cathedrã Moſi, &c. Matt. xxiij. capit. vbi ſequitur: Vnus eſt magiſter veſter: & vnus eſt pater veſter, qui in cœlis eſt, qui habet curam de omnibus. Ruitur Sareptana mulier introitu affectum ad Chriſtum oſtendit dicens: Tibi dixit cor meum. In graduali ſe ipſam conſolatur & hortatur dicens:

dicens: Iacta cor tuum: in offerenda, miſericordiam petit, in communione, quaſi ſecura ſe mirabilia narraturam promittit, dicens: Miſerere mei Deus, & narrabo mirabilia tua.

SVMMARIVM.

1 *Feria quarta Dominicæ ſecundæ quadrageſimalis, id eſt, pœnitentiæ dies: & miſſæ introitus. nu. 2.*

De quarta feria. CAP. XLII.

QVarta feria eſt de † pœnitentia, quæ feria eſt dies pœnitentiæ, in illa enim traditus eſt Saluator. & oſtenditur in epiſtola: Orauit Heſter, &c. Heſter xiij. ca. quantum eam oratio faciat efficacem. Per orationem Heſter quæ cùm Regina exiſteret, induta fuit cilicio, impetrauit ſuſpenſionem Aman in patibulo, quod parauerat Mardocheo. Quia verò pœnitentia concipitur timore iudicij. ideò de Pſalmo pœnitentiali, qui intitulatur per octauam reſurrectionis, ſcilicet, Domine ne in furore tuo. ſumitur introitus: † Ne derelinquas me, &c. quia verò non valet pœnitentia niſi imitetur Chriſtum, ideò ſequitur euangelium: Aſcendens Ieſus, &c. Matthæi xx. capitul. de cruce Chriſti: vt habetur: Ecce aſcendimus Hieroſolymam. & loquitur ibidem de filiis Zebedæi, qui petierunt, vt vnus ſederet à dextris, & alius à ſiniſtris, & dixit eis Dominus. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum, &c. qui non bibit de calice gloriæ, & poſtponit ſe Chriſtus Apoſtolis in exemplum, qui hoc iraſcebantur.

SVMMARIVM.

1 *Feria quinta dominicæ ſecundæ quadrageſimalis, & officium. num. 2. 3.*
4 *Feria quinta in quadrageſima, olim carebant proprio officio.*
5 *Gregorius ieiunium inſtituit, & officium quintæ feriæ quadrageſimalis.*

De quinta feria. CAP. XLIII.

QVinta † feria eſt de piſcibus & auibus, id eſt, de non confidentibus in Domino: & confidentibus in homine, de quibus habetur in epiſtola: Maledictus homo, qui confidit in homine. Hiere. xij. cap. & ponit carnem brachium ſuum, &c. & poſt, Benedictus vir qui confidit Domino. Et hæc oſtenduntur per euangelium: homo quidam, &c. Luc. xvj. quod eſt de diuite & Lazaro. Dives enim non confidebat in Domino & ideò in inferno poſitus eſt. Pauper verò cõfidebat, & ideò in ſinu Abrahę requieſcit. In offertorio: Precatus eſt Moſes, &c. oſtenditur quod oratio iuſti efficax eſt. Moſes enim erat ouis, quia mansuetiſſimus hominum fuit: & eſt forma ieiunij, & placationem impetrauit ſuper iram, quia Dominus iratus erat Iudæis propter vitulum

conflatilem. † Rursus quoddam hodie legitur euangelium, in quo x
Ioan.8 docet Dominus non in hominis, sed solius Dei testimonio confidendum, de seipso enim loquēs ait secundum carnis fragilitatem: Si ego testimonium perhibeo de memetipso, testimonium meum non est verum, & infrà: Ab homine testimonium non accipio, & infrà habeo te-
Hiere.8 stimonium maius Ioanne. His consonat præmissa lectio de Hiere. Maledictus homo qui confidit in homine, &c. Et infrà: Benedictus vir qui confidit in Domino. Confidens igitur orat in introitu, & in graduali, & etiam in offerenda persona Mosi, in qua sit verborum repetitio: quia sæpè ad Dominum pro populo intercessit. De hoc etiam dictum est sub dominica post epiphaniam. Communio: † Qui manducat, Ioan. vj. ca. ostendit quid vtilitatis proueniat cōfidenti, scilicet quòd in Christo maneat, & Christus in eo: & hæc communio bene congrueret sabbato, ante dominicam palmarum. † Notandum autem quòd sicut præcedēs dominica vacat ab officio, prout ibi dictum est, ita & omnes quintæ feriæ in quadragesima, quondam proprio carebant officio, excepta fortè quinta feria cœnæ domini. Illa tamen mutuat introitum à tertia feria illam præcedenti. Nam sicut quælibet quinta feria authoritate Melchiadis Papæ de consec. dist. iij. ieiunium. soluta erat à ieiunio, ita & ab officio. Vnde beatus Grego. ad lum in quinta feria instituit officium: nihilominus tamen horæ & matutinæ ac vespertinum officium cantabantur. Vnde necessarium erat, vt super Benedictus, & Magnificat, antiphonæ de euangeliis aliorum dierum sumptæ dicerentur. † Sed Gregorius instituit ieiunium & officium quintæ feriæ, ea tamen quæ prius instituta erant de matutinis & vespertinis officiis, non mutauit: inde est quòd antiphonæ quæ cantantur super Benedictus & Magnificat, in quintis feriis, non consonant euangeliis illius diei: de hoc in quinta feria præcedentis hebdomadæ dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Feria sexta Dominicæ secundæ quadragesimalis, ad patientiam, & mansuetudinem hortatur: & eius officium. nu. 2.*

De sexta feria. CAP. XLIIII.

1 SExta feria † agit de opere sextæ diei, in qua factus est homo, & hortatur nos ecclesia ad mansuetudinem & patientiā, vt omnem iram, quod dicitur à cordibus nostris remoueamus, & hoc exemplo Ioseph & Christi, & in epistola, Dixit Ioseph. Genes. xxvj. capitul. de Ioseph, qui multa passus est à fratribus suis: & tamē sublimatus est, velim nolint. † In euangelio Matth. xj. monemur ad prædicta exemplo Chri-
Psal.16 Psal.119 Psal.11 sti: Homo erat paterfamiliàs, qui plantauit vineam, id est, Iudaicum populum per doctrinam legis, ad vltimum misit Filium suum, ad cultores vineæ, ad quos prius miserat seruos, quem interfecerunt. Per hoc autem, scilicet mansuetudinem & patientiam satiabimur in futuro. vnde introitus est: Ego autem cum iustitia apparebo in conspectu tuo, satiabor dum manifestabitur gloria tua. Ad tolerandas etiam persecutiones, propter iustitiam, hortatur in graduali: Ad dominum cùm tribularer, & in offertorio: Domine in auxilium, & communione: Tu domine seruabis.

SVMMARIVM.

1 *Sabbatum secundæ Dominicæ quadrage. quid agat. eiúsque officium. num. 2. 4. 5.*

3 *Peccator hœdo comparatur.*

De sabbato. CAP. XLV.

1 SAbbatum agit de conuersione vel confessione, per † quæ cessat homo ab opere seruili, & sic sabbatizat, & recipit benedictionem à Domino, qui benedixit diei septimo. Ad hoc autē instruimur per legem domini, & gratiam Spiritus sancti: vnde introitus est de lege:
2 † Lex domini, &c. & est primi toni, quia conuersio ad Deum, est prin- *Psal. 18*
cipium bonæ vitæ: vnde sequitur: Conuertens animas. Sequitur: Iustitiæ Domini rectæ lætificantes corda: quia dant sabbatum spirituale, & hæc principaliter habentur per gratiam, quod ostenditur per epistolam: Dixit Rebecca, &c. Ge. xxvij. c. In qua habetur quòd Rebecca
3 monuit Iacob, vt afferret patri suo Isaac duos hœdos. Per Rebeccam gratia Dei intelligitur: quæ nos monet, & inspirat nobis † Deo abominationem de peccato & confessionem, quæ per hœdos designatur. Hœdus enim animal fœtidum est: & habet carnes sapidas. Cur enim homini fœtet peccatum suum nisi vt cōfiteatur illud? quod valde placet Deo & angelis eius: quia gaudium est angelis Dei, super vno peccatore pœnitentiam agente. Sequitur autem in epistola: De rore cœli, id est, de gratia cœlesti: & de pinguedine terræ. id est, abundantia temporalium sit benedictio tua: & præponitur de rore cœli, quia bona spiritualia præponuntur temporalibus, & postea sequitur, De pinguedine terræ, quia primùm quærite regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis. Boni enim omnia habent: vnde Apostolus: Tan- *1.Cor.6*
quam nihil habentes, & omnia possidentes. extrà de priuile. nimis. Mali similiter petunt benedictionem, qui per Esau designantur: sed quia ipsi præponunt temporalia spiritualibus, dicitur eis: De pinguedine terræ & de rore cœli erit benedictio tua. Etsi enim habeant aliqua spiritualia, tamen ea præponunt temporalia. Sequitur respon-
4 sorium: Bonum est confiteri Domino, &c. quasi dicat ecclesia: ex quo *Psal.9*
per confessionem & confessionem peccati, & reprobationem habetur benedictio, & temporalia & spiritualia. Bonum est cōfiteri Domino: Item habetur in euangelio Luc. xv. † Homo quidam habuit filios duos, & petit vnus dicens: Da mihi partem hæreditatis, quæ me contingit, & diuisit illis substantiam suam. Et pòst ille cōsumpsit omnia:

postea

Universidad de Deusto
Biblioteca

postea fuit tanta fames in terra,ad quam venit, vt cõpelleretur fame esse porcarius, id est subulcus, & dixit reuersus ad se: Quanti mercenarij.&c. Quando enim homo omnia bona sua amisit,per peccatum nõ habet quid comedat:& permittit ita Deus ipsum cadere,vt arguat eum malitia sua,vt legitur Hier.ij.circa medium. & moriatur fame: & dicat, Quot sunt,scilicet in Ecclesia,qui habent iucũditatem mentis,& ego fame pereo?Reuertar in domo patris mei.vnde in Exodio habetur, quòd Ægyptij compellebant filios Israël exire de Ægypto, habetur de conuersione. Rursus tam in euãgelio vbi habetur de duotunc recipitur & datur ei prima stola, id est gratia:& ita in euangelio bus filiis qui in epistola,vbi agitur de Iacob & Ioseph,duorum populorum Iudaici videlicet & gentilis significatio continetur. Iudaicus gratiam spiritualem amittit, Gentilis verò conuersus ad pœnitẽtiam, de lege Domini,in introitu gloriatur & cantat. In graduali verò Domino confitetur & laudat: in offerenda,oculos suos petit illuminari, ne dormiat,vt inimicus non prævaleat ei.† Et attende,quòd rationabiliter in secunda quadragesimæ hebdomada legitur euangelium de filio prodigo reuertente ad patrem : quia Gentilis populus per doctrinam legis & euangelij, ad creatoris cultum reuertitur, & quiuis pœnitens per fidem & operationem,vel per duo præcepta charitatis Domino reconciliatur.Communio est,Oportet te.Luc.xv.

SVMMARIVM.

1 *Dominica tertia quadragesimæ est confessionis,& eius efficium. num.1*
2 *Confessio est duplex.*
3 *Ioseph Christum refert.*
4 *Confessio, qualis esse debeat.*

De Dominica tertia Quadragesimæ.
CAP. XLVI.

TErtia † dominica est confessionis, & quarta refectionis : sicut enim suprà dictum est, Dominus in prima dominica quadragesimæ armauit militem suum,in secunda ostendit ei præmium:amodo ergo non restat, nisi vt ostendatur via:quia per confessionem & refectionem illuc venitur. Est ergo dominica ista confessionis. Est autem † duplex confessio,scilicet peccati & laudis,quas habere debet homo. Per humilitatem enim confessionis expectat homo à Deo omnia,quæ expectat, scilicet liberationem & donum gratiæ, & omnia alia bona : vnde introitus : Oculi mei semper ad Dominum, &c.& est septimi toni : quia per septiformem gratiam Spiritus sancti, euellitur homo de laqueo diaboli, per confessionem enim scrutantur mala : & ideò fit statio ad sanctum Laurentium, qui per confessionem liberatus est.Hæc humilitas liberauit Ioseph,de manibus fratrum suorum, & de carcere: & ideò cantatur de ipso in officio nocturnali. Adhoc dominica

Psal.24

dominica ista, sexta est à dominica lxx.& sexta feria: Dominus crucifixus est: & ideò fit mentio † de passione Domini, quæ per Ioseph significatur, & ita etiam ipsi diei competunt quæ dicuntur. Nam Christus per humilitatem liberatus est ab insidiis fratrum suorum, id est, Iudæorum,& exaltatus est in tota Ægypto,id est, in mundo,& ita quæ literaliter acta sunt circa Ioseph,spiritualiter sunt facta circa Christum & nocturnum officium ordinem comitatur historiæ. Cùm enim in præcedenti dominica cantatum fuerit de Iacob , in hac succinitur de Ioseph,qui venditus à fratribus,illos in fame ditauit: & Christus à Iudæis crucifixus, sua morte humanum genus redemit, & redimendo à dæmonio liberauit, prout in euangelio legitur hodierno.† Cæterum qualis debeat esse confessio ostẽdit Apostolus in epistola: Fratres imitatores mei estote,&c.ad Ephes.v.cap.Primò enim esse debet in humilitate,scilicet vt humiliemus nos Deo, & ita in nouitate vitæ ambulemus.Secundò, in perseuerantia, scilicet vt homo non redeat ad vomitum: & vt infamia peccati remoueatur. Vnde dicit: Fornicatio autem & immunditia, non nominentur in vobis, &c.hoc fit per perseurantiam in bona vita. Ad hoc idem hortatur in euangelio, in fine, in quo ostenditur , quòd gratia expellit peccatum, Erat inquit Iesus eiiciens dæmonium,&c.Luc.xj.cap.& Matth.xiiij.Iesus,id est gratia: iste idem dæmoniacus cæcus dicitur à Matth.& Beda. Cæcus inquit Beda, videt: mutus loquitur : possessus à dæmonio liberatur : & cùm eiecisset dæmonium locutus est mutus, quia quando data est homini gratia,confitetur, & loquitur in confessione. Postmodùm ostendit Dominus stabilitatem regni sui , per indiuiduam charitatem, & instabilitatem regni diaboli. Omne(inquit)regnum in seipsum diuisum desolabitur,& sic regnum diaboli & suorum , qui diuisi sunt à Deo , destruetur. Sed regnum Dei maner in æternum , & ita inuitat omnes homines ad regnum suum , quod manet. Propter hoc debet homo perseueranter agere opera confessionis , quia per ea habebitur regnum cœlorum : & ideò responsorium: Exurge Domine,non prævaleat homo, id est,diabolus,qui nobis intendit auferre regnum cœlorum: hoc igitur intendit Ecclesia,vt simus perfecti in confessione, & similiter perfectè moriamur peccatis, per bonam vitam etiam infamia peccati deleatur, sicut dicit Dominus per Esai.Perdam Babylonis nomen.Hoc dicit quia gratia expellit peccatum & infamiam. Sequitur & reliquias , germen Babylonis ciuitatis, id est. memoriam delectabilem: vt scilicet homo deleat,quando ad memoriam reducet.† Rursus,quia sicut in euangelio dicitur : Surdus audiuit, & mutus verba Dei narrauit, ideò dicitur in introitu : Oculi mei semper ad Dominum : & ne iterum deficiat, misericordiam implorat,subdens: Respice in me.& in graduali: Exurge Domine. Deinde vox quondam muti facta fœcunda , cuius os aperuit sapientia,preces suas ingeminat, & decenti similitudine in tractu perorat dicens : Ad te Domine. in offerenda iam loquens prædicat

Psalm. 9
Esai. 14
Psal. 18

iustitias

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal.83 iustitias Domini rectas, eo quòd à se humiliato dæmonium exierat: sed ad Iudaicum populum superbientem spiritus immundus redierat. In communione de muto factus orator gratulatur, quòd sicut passer inuenit sibi domum, & turtur nidum.

SVMMARIVM.

1 *Feria secunda dominicæ quadragesimalis, quid designet, & eius officium. num. 2.*

3 *Iordanis quid, mysticè.*

De secunda feria. CAP. XLVII.

IN dominica præcedenti dictum est, quòd Dominus saluat per confessionem: in hac verò secunda feria, ostenditur, † quòd Dominus saluat per baptismum. Sed quia baptismus datur per Trinitatem, ideò 1
Psal.55. de † Trinitate est introitus: In Deo laudabo verbum, & ponitur ibiter a hoc nomen Deus, & est de tertio tono, quod totum contingit propter hoc quod loquitur de Trinitate. Epistola verò: Naâmam princeps, &c. quæ est iiij. Reg. v. cap. est de Naâmam quem misit rex Syriæ Dominus suus ad Helisæum, vt sanaret eum: & præcepit ei, vt in Iordane se lauaret septies, & fieret eius caro sicut caro pueri, & ita factum est. † Iordanis interpretatur descensus humilitatis, in qua Ecclesia mundari petit, & hoc facit ad præceptum Domini, quærens per humilitatem salutem in aqua: quæ est inferior creatura. Postmodùm sequitur responsorium: Deus laudem meam ne tardaueris, in quo Ecclesia humiliat se per confessionem, & est tertij toni ratione prædicta. In euangelio verò: Dixerunt Pharisæi ad Iesum, Luc. v. Ostendit Dominus quòd non sunt missi Prophetæ nisi ad humiles, sicut Helisæus ad Naâman, & Helias ad viduam: & ostendit superbiam Iudæorum. Posteà dicit: Iesus autem transiens per medium illorum ibat: ad significandum quòd humilis quicquid fiat, viam suam non derelinquat.

SVMMARIVM.

1 *Feria tertia tertiæ Dominicæ, in quadragesima, & eius officium. & num. 3.*

2 *Dæmones, creditores & exactores nostri.*

De tertia feria. CAP. XLVIII.

Psal.21 TErtia † feria est de oratione & misericordia, per quæ etiam salua 1
tur Dominus. Vnde introitus est: Dum clamarem ad Dominum. Epistola verò: Mulier quædam &c. est iiij. Reg. cap. iiij. de vidua cuius filios creditor in seruitutem redigere contendebat, & eius vasa oleo repleuit Helisæus, dicens ei, quòd de parte olei redderet debitum, quod debebat & de reliquo ipsa, & filij sui viuerent. Vidua est Ecclesia, cuius sponsus

sponsus Christus non est præsens corporaliter, siue visibiliter quæ venit 2
ad Christum: creditores † sunt dæmones, vnde diabolus exactor dicitur, quòd pecuniam suam, id est, immunditiam à nobis exigit, cum vsuris. Vnde Esai. xiiij. cap. Quando cessauit exactor, quieuit tributum. Sed Christus per opera misericordiæ liberauit nos ab huiusmodi creditore. Et petitur huiusmodi liberatio in responsorio: Ab occultis meis Psal.18
munda me Domine. Euangelium verò quod est Matth. xviij. cap. est de misericordia, scilicet, si peccauerit in te frater tuus, corripe eum. Si ignorat, doce. Si pœnitet, dimitte: non dico septies, sed etiam septuage- 3
ties septies, id est, quoties peccauerit, dimitte. Rursus † vidua pro filiis Psal.16
ad Helisæum orans dicit in introitu: Ego clamaui: & in graduali: Ab Psal. 117
occultis. Demùm precibus exaudita gratias agit in offerenda: Dextera Psal.10
Domini. Et docet in communione: Domine quis, &c. quales se debeat exhibere, qui volunt oleum misericordiæ, scilicet qui volunt requiescere in monte, ingrediantur sine macula, & operentur iustitiam.

SVMMARIVM.

1 *Feria quarta dominicæ tertiæ, in quadragesima, & officij ratio.*

De quarta feria. CAP. XLIX.

1 IN quarta † feria agitur de impletione mandatorum, per quam Dominus etiam saluat. Sed quia per gratiam est implerio mandatorum, ideò est introitus: Ego autem in Domino sperabo: & est primi toni, ad Psal.30
ostendendum, quòd spem debemus ponere in solo Deo. Epistola verò: Honora patrem, &c. est de Exod. xx. cap. in qua sunt insti. uta vel distincta præcepta Domini: Honora patrem & matrem, &c. In responsorio verò petitur gratia, in quo ostendit homo infirmitatem suam dicens: Miserere mei Deus, quoniam infirmus sum, quasi diceret: Non possum per me adimplere mandata. In euangelio: Accesserunt ad Iesum &c. Matth. xv. cap. tedarguit Dominus iactantiam Iudæorum qui magis innitebantur traditionibus hominum, quàm Dei: & reprehendebant Discipulos Domini de traditionibus legis vel seniorum. Quibus Dominus dixit: Hypocritæ, &c. non lotis manibus mãducare, non coinquinat hominem, & ostendit per quæ saluamur & iustificamur. In hac quarta feria, fit primò scrutinium, prout in proxima quarta feria dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Feria quinta tertiæ dominicæ, in quadragesima quid referat, & quod varium habeat officium. & num. 2.*

De quinta feria. CAP. L.

1 IN quinta feria † ostendit Ecclesia † non esse salutem nisi à Domino, & maximè per virtutes: vnde introitus est: Salus populi ego sum, &c. & est quarti toni propter quatuor cardinales virtutes. Epistola verò:

verò: Factum est verbum,&c. est de Hier. vij. ca. vbi dicitur: Bonas facite vias vestras, & studia vestra: & hoc propter bona opera virtutum & reprehenduntur Iudæi, qui credebant se non posse damnari: quia habebant Domini templum, & omnes alios damnatos esse dicebant: vnde
Psa. 144 sequitur responsorium: Oculi omnium: ostendens, quòd in solo Deo sperandum est. Euangelium verò: Surgens Iesus. Luc. iiij. c. est de sanatione socrus Petri, per quod ostenditur quòd in solo Deo sperandum est: quia ab ipso & per ipsum salus mentis & corporis est. † In aliis verò Ecclesiis legitur euangelium sequentis dominicæ: Abiit Iesus, &c. & aliter incipit. Operamini: in quo improperat Dominus turbę quòd magis curabant de salute corporis, quàm mentis: quoniam voluerunt eum facere regem post miraculum factum de saturatione quinque millium hominum de duobus piscibus & quinque panibus: & hortatur eos, dicens: Operamini non cibum qui perit: sed qui permanet in vitam æternam. Cui congruè præmittitur præmissa lectio Hier. vbi Dominus promittit se habitaturum cum eis, & sic quasi regem futurum eorum qui talem cibum fuerint operati, vt calumniam non faciant innocenti, &c. sanguinem non effundant, &c. Rursus introitus, scilicet: Salus populi vox est Domini populum consolantis: graduale, offertorium, & communio, voces sunt populi de regis gratia confidentis. In hac autem quinta feria, in qua agitur de salute, sit statio ad sanctos Cosmam & Damianum, qui medici fuerunt, & homines corporaliter & spiritualiter sanabant: ideò de ipsis fit mentio in collecta.

1 2 3 4 5 6

SVMMARIVM.

1 *Feria sexta dominicæ tertiæ in quadragesimæ, & quale, quid vt portendens habeat officium.*

De sexta feria. CAP. LI.

SExta † feria, quæ est dies crucis, ostenditur, quòd per crucem est sa-
Psal. 85 lus: vnde introitus est: Fac mecum signum in bonum, id est, crucem.
Ioan. 15 Maiorem charitatem nemo habet, id est, maius signum charitatis, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis. Epistola verò: Conterebrunt. &c. quæ est Numeri. xx. c. est de Mose, qui bis percussit petram, & fluxerunt aquæ, vt biberent homines & iumenta. Per binam percussionem,
Psal. 27 duo ligna crucis intellige. Petra Christus est: & fluxerunt aquæ doctrinarũ & gratiarum, vt possit bibere totum genus humanum. Responsorium est: In Deo speravit cor meum, & adiutus sum: quia in sola cruce perfecta est humani generis salvatio. In euangelio verò: Venit Iesus in ciuitatem, &c. Ioan. iiij. ca. ostendit Dominus, quòd non solùm pro nobis crucem sustinuit: sed & multos alios labores. Vnde sequitur ibi: Iesus ergo fatigatus ab itinere &c. & dicuntur ibi octo, in quibus instruxit Dominus Samaritanam: quæ parent in euangelio: & ideò responsorium est octaui toni. Communio est: Qui biberit. Ioan. iiij. cap.

SVMMARIVM.

1 *Sabbatum dominicæ tertiæ quadragesimæ, iustitiam & misericordiam Domini ad salutem ducere ostendit, & eius officium & nu. 4.*
2 *Introitus officiorum, variat sæpè in versu.*
3 *Mortis vmbra, quid.*
5 *Antiphona: Media vita expositio.*
6 *Via triplex.*

De sabbato. CAP. LII.

1 IN sabbato † verò ostenditur, quòd Dominus saluat per iustitiam & misericordiam. vnde epistola: Erat vir. Daniel. xiij. cap. loquitur de Susanna, quæ saluata est per iustitiam. Euangelium est de muliere deprehensa in adulterio: quam Dominus liberauit per misericordiam. Ecce quomodo euangelium & epistola concordant. Quia ergo adultera in euangelio saluata est per misericordiam, ideò videns Ecclesia infirmitatem filiorum suorum, petit se liberari per misericordiam in introitu, dicens: Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum. Et est quinti toni, propter quinque quæ ponuntur in collecta, quæ est talis: Præsta quæsumus omnipotens Deus, vt qui se affligendo carnem ab alimentis abstinent, sectando iustitiam à culpa iuuentur, id est, à delectatione quinque sensuum: sicut Daniel, Susanna, & Ioachim. Misericordiam Dei non consequentur, qui sic non iciunant. Sequitur versus introitus semiplenus, scilicet Rex meus, & Deus
2 meus. Et ideò † notandum est, quòd in introitibus aliquando duplex versus ponitur, aliquando dimidius, frequentius vnus: duplex vt in introitu defunctorum Requiem: versus, Te decet, &c. & alius, Exaudi orationem, &c. quia oramus pro defunctis, propter stolam corporis & animæ, quas rogamus ei dari. dicitur etiam secundus versus, quia succedit in locum illius versus. Gloria Patri, qui in officio defunctorum tacetur, pro eo quòd mortui Trinitatem vlterius laudare nequeunt. Ad cuius laudem pertinet iste versus. Sæpius verò vnus dicitur, quia ad vnum tantùm, scilicet ad Deum vertere nos debemus. Dimidius autem hic ponitur: quia qui misericordiã Dei impetrat, suam debet imperfectionem in operibus confiteri: psalmus tantùm opus significat. Post epistolam sequitur responsorium: Si ambulem, &c. quòd
Psal. 22 hec ei respondet, quem Dominus liberat, nullus ei nocere potest: igitur
3 † si ambulem in medio vmbræ mortis, non timebo mala, &c. vmbra mortis, est mors temporalis. q. d. Et si transeam per mortem temporalem, non est timendum ex quo Deus adiuuat. Et sequitur versus Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt: quia tribulationes Domini consolantur hominem bonum. Est autem primi toni: quia in solo Deo ponenda est spes. In euangelio verò: Perrexit Iesus. Ioan. viij. ostendit se Dominus authorem misericordiæ, cùm dixit mulieri

Universidad de Deusto
Biblioteca

adulteræ:Vade,& amplius noli peccare.Item misericordia fuit,quod dixerit:Qui sine peccato est vestrum,primus mittat in eam lapidem. iij.q.viij.qui sine.In offertorio petit similiter per misericordiam liberari,cùm dicit : Gressus meos dirige. & pertinet ad octauam resurrectionis:postcommunio verò,ad beatitudinẽ,quæ est.Nemo te,Ioan. viij. cap.Illud † autem notandum est, quòd in huius sabbati complet. *Psal. 111* torio antiphona : Media vita. cantatur : eò quòd nunc mediana quadragesimæ incipiat hebdomada : quia verò eam in præcedenti feria cantant:numerum dierum ieiuniis afflictorum attendunt.Hanc itaque sub breuiloquio duximus exponendam.† Media vita,Christus est:ipse enim mediator est Dei & hominum.x. dist. quoniam. Ipse est via,veritas,& vita. viij. dist. qui contenta. Ipse quidem sanctus,ipse Deus,ipse fortis,ipse misericors & Saluator.Ad Christum ergo sermo dirigitur:O media vita,id est,ô Christe.Vel media vita,sancta Trinitas est,quæ in se vita,& nobis vita media,id est,sufficiens,& communis ad quam sermo dirigitur. O media vita , id est, ô sancta Trinitas, ideoque subdistinguitur,sancte Deus,sancte fortis,sancte & misericors, id est,Pater & Filius & Spiritus sanctus : à quo & per quem, & in quo saluamur & ideò Saluator etiam Trinitas appellatur. Ad quemcũque tamen sermonem dirigimus , adiutorium quærimus : quia in morte sumus in miseriis præsentis vitæ:petimusque,ne tradat nos amaritudini mortis æternæ.Vel supple,ô Domine existentes in vita media sumus in morte.† Prima fuit vita iustitiæ & innocentiæ, in qua creatus est homo.Secunda,est vita peccati,& miseriæ,in qua lapsus est homo. Tertia , erit vita immortalitatis & gloriæ , ad quam reparabitur homo.Nos igitur dum sumus in media vita,sumus in morte:quia in vita peccati , mors est vitæ iustitiæ : & ideò quærimus adiutorem. Alias Ecclesiæ dicunt media vitæ, quia enim nunc est medium quadragesimæ,quæ vitam præsentem, quæ sine peccatis non ducitur, repræsentat,meritò dicitur antiphona ipsa : In morte,id est , in peccatis : quæ ducunt ad mortem. Et quia in epistola fit mentio de Susanna , ideò propter æquiuocationem vocabuli fit hodie statio apud sanctam Susannam.

SVMMARIVM.

1 *Dominica quarta quadragesimæ,quid agat,& qui libri in ea legantur. num.2.3.*
4 *Diabolus quatuor modis nos affligit.*
5 *Aetates mundi.*
6 *Introitus missæ dicendæ in quarta dominica quadragesimæ.*
7 *Bonæ cœlestis patriæ quatuor.*
8 *Rosa aurea Pontificis maximi,quid significet.*
9 *Rosa spiritualiter significat Christum,& eiusdem rosæ ratio.num.10.*
11 *Romanus Pontifex.Petri est successor,Christi vicarius.*

De Dominica quarta quadragesimæ.

CAP. LIII.

1 SEquitur dominica † quarta in qua agitur de superna Hierusalem, & quia in terram illam venitur eo die , quo filij Israël venerunt in terram promissionis , prout sub septuagesima dictum est : ideò nunc *Exod.3* 2 legitur † Exod. vbi dicit Dominus : Videns vidi afflictionem populi mei,qui est in Aegypto & descẽdi,vt liberarem eos de manu Pharaonis:sicut autem Dominus liberauit populum per plagas missas contra Pharaonem, similiter & per plagas liberat de manu diaboli , qui non vult dimittere nos,nisi in manu forti,vt ibi habetur. Prima plaga , est conuersio aquarum in sanguinem , per quam peccatum infidelitatis significatur. Per alias plagas significatur , quòd homo per multas tribulationes & pœnas,quas habet dum moratur in peccato,cogitur redire ad Dominum , sicut de filio prodigo legitur. Legitur ergo Exod. *Exod.14* quia per fidem est exitus à seruitute diaboli & per baptismum,qui significatur per mare rubrum,& per impletionem mãdatorum. Quando verò homo talis est, facit seipsum tabernaculum Domino:qui ve- 3 rò nõ faciet ei hoc tabernaculum,nec ipse faciet in futuro.Post †Exo. sequitur liber Leuitici,qui est tertius in Pentateucho,qui pertinet ad Leuitas,qui debebant Domino offerre sacrificia : vnde liber est oblationum. Ex quo enim homo implet mandata & facit tabernaculum Domino non restat nisi oblationes Deo offerre. Debet tamen sal apponere in omni sacrificio suo, quia cum discretione debet omnia facere. Quia ergo tales debent esse mundi ab omni peccato & offerre Domino hostiã mundam,sanctam, & immaculatam:ideò sequitur in Leuitico de mundatione lepræ,& dicitur ibi multoties,Sancti estote, *Leuit. 19* quoniam ego sanctus sum.Et quia hoc fit in solennitate cordis, & debent omnia fieri cum gaudio , postea in eodem libro agitur de solennitatibus.Rursum,quia nullus ita perfectus est, quin peccet aliquando,saltem venialiter , ideò ibi habetur de dubitatione Mosi ad aquas contradictionis:qui nec propter hoc dimisit opus spirituale facere,vt ad vocem suam fluerent aquæ,cum dixit: Ascendat puteus,id est, doctrina sacra Cæterum sicut mulier ostendit ex vna parte pomum filio suo,& ex alia inimicum,vt veniat ad se:similiter & Dominus,iuxta illud Oseæ xj. cap.In funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis. Vnde in officio nocturnali ostendit inimicum,qui non vult dimittere populum,nisi in manu forti,& in manu diuina,scilicet per prædicatores:& i eò primum responsorium est:Locutus est Dominus ad Mosen,&c. Si quidem Moses ex aquis assumptus est,Christus per quẽ liberamur ab huiusmodi inimico,vel quilibet prædicator, qui ex aquis 4 Scripturæ debet assumi : & est quarti toni,quia † quatuor modis nos affligit diabolus, scilicet interficiendo mares,id est,bona opera , vel virtuosos,quos submergit in flumine deliciarum huius mundi : & co-

git seruire in luto luxuriæ, & latere auaritiæ, & palea inanis gloriæ. Porrò quidem, quia populus in illa septuagenaria captiuitate fleuit super flumina Babylonis, & in fine Cyro permittente lętabundus exiuit, & gratulans Hierusalem introiuit: ideò cum prima dominica populus captiuatus fleuerit, dicens: Circundederunt me. & in secunda orauerit dicens: Exurge, in terra quoque orauerit, dicens: Esto mihi. in quarta consolationem acceperit dicente Domino: Inuocauit me, ego exaudiam eum. in quinta etiam rursus orationi insteterit, dicens: Reminiscere miserationum tuarum. in sexta verò Dario licentiam retribuente, consolationem de reuersione percepit, ideoque dixit: Oculi mei. In hac septimana tanquã in fine septuagesimę ingrediens Hierusalem gratulabundus exultat, dicens: Lætare Hierusalem. de hoc etiam dictum est sub prima dominica. † Septenarium quoque præsentis vitæ, quę septem dierum circulo siue curriculo voluitur, vel potius septem ætatibus, quibus mundus ipse distinguitur: sicut per dies septuaginta, sic per septem dominicas sancta repræsentat Ecclesia. Prima enim ætas ab Adam, vsque ad Noë. Secunda verò, à Noë vsque ad Abraham: vel secundum quosdam ad Mosem. Tertia, à Mose, vsque ad Dauid. Quarta à Dauid vsque ad transmigrationẽ Babylonis. Quinta à transmigratione Babylonis ad aduentum Domini. Sexta, ab aduentu Domini, vsque ad finem seculi. Septima, similiter vsque ad eundem finem. simul enim concurrunt: sed illa in vigilantibus & laborátibus: ista in dormientibus, & quiescentibus, vbi requiescũt electorum animæ inter vbera lactantis matris suæ supernæ Hierusalem. In prima dominica velut in infantia mundi, homo à Paradisi delectatione dejectus, clamat: Circundederunt. In secunda velut in pueritia mundi cooperiens homo, spem suæ reconciliationis voce Noë quasi præcentoris, implorat acceptilationem reconciliationis, dicens: Exurge, quare obdormis Domine? In tertia velut in mundi adolescentia concipiens homo suam liberationem de Aegyptiaca seruitute suæ protectionis, & liberationis accelerationem voce Mosi orat, dicens: Esto mihi in Deum protectorem. Quarta designat iuuentutem Ecclesiæ, qua regum diademate coronatur, & sapientia Prophetarum ornatur. Vnde illud officium voce Dauid, quasi præcentoris in cantibus celebratur. Quinta senectutem Ecclesiæ, in qua calor naturalis incipit deficere. Nam populo in Babylone captiuato Ecclesia captiua nec templum habuit, nec templum, imò organa sua suspendit: ideoque in quinta dominica vacat officio. Sexta, senium Ecclesiæ, scilicet fides seculorum, cum Filius Dei venit in mundum, & de diaboli potestate liberauit genus humanum. Ne igitur sit immemor accepti beneficii, & ingratum, gratulatur & ait: Oculi mei semper ad Dominum. Hæc autem septima & vltima significat sabbatum mundi, in quo sanctorum animæ requiescunt: illic Hierusalem, quæ sursum est, quæ libera est, quæ mater nostra est, lætatur: vnde dicitur Dominica lętitię. Est enim septima

septima septuagesima: & per septenarium significatur septima ætas eorũ, qui sunt in requie. Repræsentat enim hæc dominica libertatem cõcessam filiis Hierusalem redeundi à Babylone anno sexagesimo, quam habuerunt plenariam in anno septuagesimo. Vnde totum huius diei officium de lætitia est, ad repræsentandũ illorum lætitiã, & etiam nostram: quoniam finitis sex ætatibus erimus in septima à mũdi exilio liberati, cum cœlestem paradisum, quæ est patria nostra 6 intrabimus. Cantatur ergo † hodie introitus: Lætare Hierusalem. ad ostendendum quòd sicut illi, qui cum ingenti lætitia à Babylone venerunt in Hierusalem, ita & nos ab hoc mundo lętantes, in cœlestem Hierusalem veniemus. Babylon enim interpretatur confusio vnde significat mundũ vel infernum: quia in hoc mundo est confusio vitiorum, & in inferno tormentorum. Dicitur etiam hæc dominica refectionis: quia in ea Dominus refecit & satiauit quinq; millia hominum vel quia in ea ostenditur cœlestis Hierusalem, ex qua omnis refectio est. Quia ergo Ecclesia lætatur pro hac refectione, ideò cantat: Lætare Hierusalẽ, id est, Ecclesia. ibi enim æterna requies promittitur. In nocturnali enim officio cantatur responsoriũ: Audi Israël præcepta Domini, & ea in corde tuo, atq; in libro scribe. Et dabo tibi terrã fluentem lac & mel. Posteà sequitur in introitu: Ab vberibus consolationis eius. Hæc verba sunt duo Testamenta, de quibus sumuntur promissiones dulces, in quibus est consolatio nostra. Et sunt in ea tria verba lętitiæ, scilicet lætare, gaudete, & exultate. Ratio quare, posita est sub titulo de septuagesima in principio. Et sumitur iste introitus de Esa. vlt. c. sed de antiqua translatione: quia in Esaia sic non iacent verba hæc. versus verò de psalmo, qui loquitur de Hierusalem superna, scilicet: Lætatus sum, &c. est quinti toni propter quinq; millia hominum, quos refecit. vel ideò, quia illic qui cohibent, & refrænant, & bene ordinant quinq; sensus corporis, illi habebunt huiusmodi refectionem & consolationẽ, de qua in introitu habetur & quæ petitur in collecta: Concede quæsumus omnipotens Deus, vt qui ex merito nostræ actionis affligimur, tuæ gratiæ cõsolatione respiremus. Scripserunt tamen quidam, quòd quia Alber. Papa qui tamen in chronica non inuenitur, celebrauit tali die Romæ in dicta Ecclesia, quæ vocatur Hierusalem, ideò cantatur: Lætare Hierusalem. Et nota, quòd in quibusdam Ecclesiis de hac die & in festo annũtiationis Domini duæ collectæ dicuntur, vt quasi duplex festum exoluere videantur: quod non sit in aliis præcipuis festiuitatibus, etiam natiuitatis Domini, & similibus: quia illæ per octauas producuntur, nec vnius diei duntaxat obseruantia, sicut ista coangustantur. Sequitur epistola: Scriptum est, quoniam Abrahã duos filios habuit, &c. ad Gal. iiij. cap. Vbi sequitur: Quæ sursum est, Hierusalem libera est, quæ est mater nostra. Hoc autẽ dicit, vt non timore seruili seruiamus Domino, sed amore. Responsorium est de eodem: Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, &c. & est septi- *Psal. 121*

mi toni propter ſeptimam ætatem, in qua erimus in quiete. Sed quia adhuc ſumus in labore, ideò ſequitur tractus, ſed ſuauiſſimus: Qui cõfidunt in Domino, ſicut mons Sion, &c. in quo oſtẽditur, quòd qui in Domino ſolo ſperant, habebũt illam refectionem. Sequitur euangelium: Abiit Ieſus trans mare Galilææ, &c. Ioan. vj. cap. Quinq; panes, quibus Dominus refecit nos, prout ibi legitur, ſunt quinq; libri Moſi: duo verò piſces, ſunt pſalmi & prophetias, vel libri Ioſue & Iudicum, quia de illis ſeptem libris ſumuntur orationes in hac dominica: & ita reficit omnes. offertorium eſt: Laudate. & eſt ſecundi toni, ad oſtendendum, quòd Deum laudare debemus pro corporali refectione & ſpirituali. Poſtcommunio verò, eſt: Hieruſalem, quæ ædificatur vt ciuitas, &c. Et loquitur de illa Hieruſalem: quę libera eſt: & eſt † quarti toni, propter quatuor, quę ibi dicuntur. Primum eſt, quia omnia ſunt communia. Ibi enim Deus eſt omnia in omnibus. Secun-
1. Cor. 15 dum eſt, quòd æternaliter participantur ea, quę ibi ſunt: vnde dicit: Cuius participatio eius in idipſum. Tertium eſt, quòd nullus de filiis diaboli poteſt ibi aſcendere, vnde dicit: Illuc enim aſcenderũt tribus, tribus Domini. Quartum, quia ibi eſt continua laus Dei: vnde ſequitur: Ad confitendum nomini tuo Domine: & inde eſt illud: Beati, qui habitant in domo tua Domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. In hac dominica Romanus pontifex celebraturus † ad Eccleſiam pergens, & rediẽs ab eadem auream in manu ſub aſpectu populi ferr ſam. Circa quod duplex inſurgit ratio: vna ſecundùm literã, altera ſecundùm ſpiritum. Sanè ſecundùm literam, ne fidelis populus, propter quadrageſimalis obſeruantiæ aſperitatem ſub continuo labore deficiat, quia quod caret alterna requie, durabile non eſt: ideò in hac media quadrageſimæ quoddã recreationis ſolatiũ interponitur, vt anxietas tẽperata leuiùs ſufferatur, iuxta illud: Interpone tuis interdum gaudia curis. Hodiernum nãque officium tota lætitia plenum eſt, & in omni verborũ clauſula iucunditas exuberat, gaudium reſonat, hilaritas inculcatur. Tria iraq; repræſentat dies iſta: ſcilicet charitatẽ, poſt odium, vnde dicitur: Lætare Hieruſalem, & conuentũ facite omnes, qui diligitis eam. Gaudiũ, poſt triſtitiã, vnde: Gaudete in lętitia, quia in triſtitia fuiſtis. Et ſatietatem poſt famem: vnde: Vt ſatiemini ab vberibus conſolationis veſtrę. Quę tria pariter deſignantur in rosis proprietatibus huius floris: charitas in colore iucũditas in odore, & ſatietas in ſapore. Roſa quippe, præ cęteris floribus colore delectat, odore recreat, & ſapore cõfortat: delectat in viſu, recreat in olfactu, & confortat in guſtu. Nẽpe roſa in manu Romani Põtificis, gaudium Iſraëlitici populi deſignat, quando per gratiam Chriſti data eſt illi de Babylonica captiuitate licentia redeundi. Deinde illa donatur nobiliori & potẽtiori, qui tunc in curia reperitur, in quo nobilitas & excellentia illius peculiaris populi Domini deſignatur. Demum ille cum multo equitatu & lætitia ingenti ciuitatem cum roſa circuit, figuratus

gaudium illius populi in ciuitatem Hieruſalem reuerſi, atque commotionem totius fidelis populi & Eccleſiæ lætitiam de præmiſſis.

9 Spiritualiter † autem flos iſte florem illum ſignificat, qui de ſe dicit in canticis. Ego flos campi, & lilium conuallium. Et de quo Propheta, Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Qui vere eſt flos florum, id eſt ſanctus ſanctorũ, quia præ cæteris floribus id eſt, ſanctis colore delectat in viſu. Nam ſpecioſus forma præ filiis hominum, in quem deſiderant angeli proſpicere. Qui odore recreat in olfactũ, quia ſicut legitur in Caticis. 1. c. Meliora ſunt verba tua vino fragrantia vnguentis optimis. Qui ſapore cõfortat, in guſtu, quia panis quẽ ipſe dat, caro ſua eſt pro mundi vita, omne delectamẽtum

10 habẽs, & omnis ſaporis ſuauitatem. Hic eſt enim, qui de quinque panibus & duobus piſcibus quinque millia hominum ſaturauit. Triplex autem † eſt in hoc flore materia, aurum videlicet, muſcus, & balſamũ, quia triplex eſt in Chriſto ſubſtantia, deitas, corpus, & anima. Sed balſamo mediante muſcus auro coniungitur, quia anima mediãte corpus coniungitur deitati. Diuina enim natura tantæ ſubtilitatis eſt vt corpori de limo terræ formato nõ congrueret vniri niſi rationabili ſpiritu mediante. Rurſus flos ipſe aureus eſt, quia rex regum, & Dominus dominantium, cuius rubor apparuit in inſignitis paſſionis, & odor in gloria reſurrectionis. Huius floris baiulus eſt vicarius

11 Saluatoris. Romanus † vero Põtifex ſucceſſor vtique Petri & vicarius Ieſu Chriſti qui hunc florem fidelibus populis demonſtrat, non omni tempore, ſed in hac dominica tantum quæ ſeptima eſt ab illa quæ ſeptuageſima nuncupatur, quia Chriſtus nõ in qualibet hora, ſed in ſeptima tantum ætate videtur ab illis qui beata requie conſolabuntur. Rurſus in vrbe oſtenditur non alibi, quam apud baſilicam, quæ ſanctæ crucis in Hieruſalem appellatur: quæ ſupernæ Hieruſalem typum obtinet, & ſpeciem repræſentat, de qua dicitur in epiſtola hodierna: Illa, quæ ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt, quæ eſt mater noſtra, in qua Chriſtum angeli ſancti, & beatæ animæ contemplantur ad quam merito dicitur. Lætare Hieruſalem. & conuentum facite omnes, qui diligitis eam. quaſi dicat, Vos catholici, non hæretici. Differt autem hodierna ſtatio ab illa, quæ fit ibidem in ſecunda dominica aduentus, quia illa futuræ beatitudinis eſt annuntiatio: hæc quaſi præſentis contemplatio. Vnde & feſtiuius agitur, quia ſpei noſtrę feſtiuitas eſt. Hæc etiam die Chriſtianus coronatur Imperator, vt ſemper coronę ſupernę Hieruſalem meditetur. Dauid ter in regem vnctus eſt, vt decetur ſub dominica poſt aſcenſionem. Hęc ergo dominica priuilegiata eſt, quia repręſentat licentiam redeundi de ſeruitute ad libertatem populo Iſraëlitico conceſſam, & lętitiam ex hoc habitam.

Cantic. 2
Eſa. 11
Pſal. 44
Cant. 1

SVMMARIVM.

1 *Feria ſecunda in quadrageſima, dominica ſecunda, ratio.*

De secunda feria. CAP. LIIII.

SEcunda feria est † de iudicio. Vnde in epistola: Venerũt duæ, & c. iij. Re. ij. c. agitur de iudicio Salomonis, duabus mulieribus de puero contendentibus. extrà de præsumptio. c. j. Mulier vna quæ dixit, quòd diuidatur puer: est synagoga, quæ diuidere conata est puerum Iesum: alia mulier, quæ dicit: Detur ei infans viuus, est ecclesia. Vnde in responsorio petit hæc mulier puerum: Esto mihi in Deum protectorem, id est, petit sibi dari Christũ. Euangelium: Propè erat, Ioan. ij. c. similiter est de eiectione vendentium, & de iudicio: vbi habetur quòd non credebat se Iesus eis, quia nixi sunt eum interficere. posteà sequitur de passione sua: Soluite, id est, soluetis templum hoc, & in triduo excitabo illud: sciebat enim quid facturi erant. Quia verò ex passione Domini est omne gaudium, ideò in offertorio cantat ecclesia: Iubilate. In introitu autem petit iudicari, sed priùs petit misericordiam: Deus in nomine tuo saluum me fac, scilicet per misericordiam: & in virtute tua iudica me, & est quarti toni: quia ibi habetur: Ab insurgentibus in me libera me, id est ab inimicis: qui quatuor modis, sicut dictum est sub dominica insurgunt contra nos: & ideò sicut dominica fuit de misericordia, ita secunda feria est de iustitia.

1

Psal. 60

Psal. 53

SVMMARIVM.

1 *Feria tertia dominicæ quartæ quadragesimæ de quo agat: tum de Epistola. nu. 2. tum de euangelio. nu. 3.*

De tertia feria. CAP. LV.

TErtia † feria est de oratione, id est, de efficacia orationis: quæ scilicet sit salua iustitia, quod ostenditur in epistola: Locutus est, &c quę est Exod. xxxij. ca. vbi sequitur: Dimitte me, vt deleã eum: & Moses orauit pro populo, & Dominus dimisit peccatum, salua tamen iustitia: quia reseruauit sibi vindictam. Vnde etsi propter illud peccatũ quod commiserunt in Christum præcipuè puniantur, tamen & propter illud, quod commiserunt tunc, scilicet adorando vitulum: vnde dicit dominus in euangelio: Implete mensuram patrum vestrorum, quia verò tam efficax est oratio, ideò in introitu dicit ecclesia: Exaudi orationem, & c. versus: Contristatus sum in exercitatione mea. Contristatus enim fuit pro dilatione patriæ, & incolatu miseriæ. Quia verò exercitatio Christiani est in coërtione à petulãtia, & lasciuia quinque sensuum, idcirco quinto resonat hunc introi. Ecclesia. Et sequitur epistola: Locutus † est, &c. in qua sicut dictum est impetrauit Moses dimissionem peccati salua iustitia, & filij eorum mererentur introire terrã promissionis: ideò in responsorio orat ecclesia, vt merceatur ipsam impetrare filiis suis, vt intrent terram promissionis, licet

1

Mat. 23

2 dora-

adorauerunt vitulum conflatilem, id est venerati sunt lasciuiam & pompam mundi, dicens: Exurge domine fer opem nobis. & versus: Deus auribus nostris audiuimus, quoniam tu liberasti eos, & condonasti eis, similiter & fac nos spiritualiter. Postmodum sequitur euangelium: † Iam die festo. Ioan. vij. ca de obstinatione Iudæorum, qui dicebant: Quomodo hic literas scit cùm non didicerit? & dixit Dominus: Moses dedit vobis legem, & vos vultis me interficere quasi dicat: Contra legem vestram vultis facere & facitis: & dixerunt, dæmonium habes. Ecce quomodo obstinati fuerunt. & hoc est quòd in epistola habetur: Recesserunt citò à via, quam ostendisti eis. Ecclesia verò ostendens se non consentire peccatis, dicit in offertorio: Expectãs expectaui dominum: ostẽdens se expectare Christum vsque ad finem. Et quia bene expectat, qui à lasciuia quinque sensuum abstinet, ideò quinti toni est. Per hanc autem spem reducitur nouus populus in terram promissionis: vnde sequitur postcommunio: Lætabimur in saluari tuo. & est primi toni, quia omnis lætitia à Deo est.

Psal. 49

Psal. 39

Psal. 32

SVMMARIVM.

1 *Feria quarta dominicæ quartæ quadragesimæ quid tractet.*
4 *Scrutinium quid.*
3 *Scrutinium qua solennitate fiat, & nu. 6. & quo tempore, quáve hebdomada nu. 4.*
5 *Scrutinium cur fiat quarta feria quartæ dominicæ quadragesimæ.*
6 *Frons sedes est pudoris.*
8 *Scrutinij cæremoniæ explicantur.*
9 *Ecclesia quid adhibeat circa scrutatos.*
10 *Scrutinium populis annuntiandum, & qua forma ibid.*
11 *Lectiones duæ leguntur in quarta feria quartæ dominicæ quadragesimæ.*

De quarta feria. CAP. LVI.

1 SEquitur † quarta feria, quæ est catechizandorum, quia in ea die ducuntur ad ecclesiam catechumeni & catechizãtur, id est, instruũtur: & hoc est tertium scrutinium, vt iam dicetur. Vt autem seruiamus consuetudini ecclesiæ Italiæ quæ scrutinij solennitatem obseruat, & iuribus de illo loquentibus: & quia etiam quædam de his, quæ de illo fiunt, vbique in baptizãdo seruantur, ideo aliqua de illo dicamus, videlicet quid sit scrutinium, & vnde dicatur, & vnde originem trahit, quãdo & quoties, & quare in temporibus statutis fiat, quid in eo fiat, vsque ad exorcismum, & quid ab ipso ingressu, vsque ad finẽ, & quare hæc omnia fiant: & quid ab exorcismo, vsque ad ecclesię ingressum, & quid ab ipso ingressu, vsque ad finẽ, & quare hæc omnia fiant: subsequenter verò de officio missæ huius diei dicemus. Scrutiniũ † nihil aliud est, quam fidei & religionis Christianæ inquisitio. Est enim quasi quoddam iter seu præparatio ad baptismũ: & dicitur à scrutãdo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

id est,inquirendo:quia fidei religionis inquisitio fit in eo. Vnde originem traxerit,iam dicetur. Incipit autē fieri scrutinium in quarta feria tertiæ hebdomadæ quadragesimæ, sed in hac quarta fit solenne. Fiebāt enim in primitiua ecclesia septem scrutinia: duo, scilicet in quarta feria,& sabbato tertiæ hebdomadæ, & duo in hac quarta feria, & sabbato huius quartæ hebdomadæ,& duo in quarta feria, & sabbato quintæ hebdomadæ:& vnum in quarta feria vltimæ hebdomadæ, in quibus adulti qui venturi erant ad baptismum, docebantur orationem dominicam,& symbolum,vt in sequenti tunc sabbato,in quo baptizandi erant,vtrumque ante baptismum scirent, & adhuc hodie in quibusdam ecclesiis septem fiunt scrutinia,propter septiformem gratiam Spiritus sancti. Sed tertium videlicet hac die solennissimum, & in omnibus ecclesiis ordinem Romanum sequentibus. † In quolibet scrutinio dicitur missa scrutinij,, videlicet: Dum sanctificatus fuero. de qua iam dicetur. Dicuntur etiam propriæ collectę pro catechumenis,vt, Omnipotens sempiterne Deus, Ecclesiam tuam iter remediis, &c. Sed quæritur, quare tertium scrutinium fit solenne, & non primum nec secundum? Respondetur,ad notandum, quòd nec prima ætas,id est,infantia:nec secūda,id est,pueritia, ita apta est scrutinio Dei, sicut illa in qua maximè discretio boni & mali haberi incipit, & in qua contra carnem pugnatur. Inde est etiam,quod non prima tribus, id est,tribus Iudæ, nec secunda, id est, tribus Symeon, sed tertia, id est, Leuitica, sacrificiis Domini est deputata: sed nec in primo libro Pentatheuci, nec in secundo agitur de sacrificiis, sed in tertio, prout dictum est in præcedenti dominica: fit autem scrutinium in hac † septima hebdomada à septuagesima: quia dum Iudæi fuerunt in Babylonica captiuitate, misti fuerunt inter eos, quidam de Gentilibus: vnde post eorum reditum ignorabatur de pluribus, vtrum essent Iudæi vel non: quidam etiam dicebant se esse de Leuitica tribu, qui non erant,& se sacerdotes, qui non erant. Ideóque Esdras & alij sapientes genealogias diligenter scrutati sunt,& Iudæos à Gentilibus, & Leuitas à non Leuitis segregauerunt: ita & nos in hac septima hebdomada, quæ finem illius septuagesimæ Babylonicæ captiuitatis significat, scrutinium facimus, vt credentes ab incredulis segregemus, quos in sacrosancta solēnitate redemptionis nostræ ex aqua & Spiritu renouamus. Non enim in primitiua Ecclesia alio tempore baptismus celebrabatur,nisi fortè mortis periculo imminēte. Omnes igitur Ecclesiæ, prolis, quam per anni circulum verbi pabulo generabant, haec dic nomina sua dabant: in quibus perscrutādū erat ne qua radix amaritudinis inesset, vt in hæreticis, ne priùs illis sancta darentur, quàm Christiana fides radices in eorum mētibus fixisset. j. q. vij. quoties de conse. dist. ij. ego. Vnde nominibus datis quilibet eorū per dies sequentes vsq; ad pascha fidei regulā audiebat,& sic lactatus, & grandescens in plenilunio,id est,in baptismo plena fide symbolum reddēs Christo in ba

† in baptismo commoriebatur,& resurgebat. Porrò in hac iiij. feria fit scrutinium propter multa.† Primò,quia ipsa præfigurata est à quarta seculi ætate,quæ fuit à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis. In qua non solum Iudææ gentis inchoatū est imperium, verum etiam Christi & Christianorum regnum ex promissione sumpsit exordium, *Psal.88* iurāte domino Dauid: De fructu ventris tui ponā super sedem tuam, ideóque meritò in hac feria catechumeni ad Christi nomen accedūt & Christiana religio in ea initium capit. Secundò, quia sicut in quarta feria stellæ creatæ sunt,& in cœlo Soli & Lunæ coniunctæ: ita & fideles hodie concipiuntur,quæ Christo Soli & Ecclesiæ lunæ coniunguntur,& in cœlo,id est,in Patris regno iam splendent in spe,& in futuro splendebunt in re. Tertiò, quia sicut in quarta ætate ædificatum est templum domini, per Salomonem, sic & in hac quarta feria præparamus baptizandos, vt sint templū domino. Quartò, quia in quarta feria cœpit nostra redemptio, in qua proditus est dominus à Iuda, vt pro redimenda Ecclesia moreretur: ideò & in quarta feria isti præparantur, vt effectum percipiant redemptionis. Quintò, quia agnus xxiiij. diebus obseruabatur & præparabatur.& luna quindecima immolabatur, decet, vt Ecclesiæ noua soboles quæ ad commoriendum Christo in Baptismo præparatur, diebus quindecim anteriori ieiunio spiritualiter saginata, ætati lunæ quæ illam significat, exeuitur. Sextò, quia quarta hominis ætas, scilicet iuuentus per quartam feriam significata, apta est prælijs, & gubernaculo imperij, & ideò catechumeni præparantur in quarta feria ad prælium contra diabolum: & ad regnum, & imperium regni Dei. Hoc † autem ordine scrutinia celebrantur, quoniam à principio vsque ad exorcismum hæc fiunt. Primò quidem, fit nominum baptizandorum per acolytum descriptio: & eorum per nomina in Ecclesia vocatio. Secundò, masculorum ad dexteram,fœminarum ad sinistram, ad ianuam Ecclesiæ vbi fidē petunt,reductio. Tertiò,per exorcistam gemina interrogatio,vna de renuntiatione diaboli,alia de fide Christi. Quartò, dæmonis exufflatio. Quintò,crucis in fronte expressio. Sextò,dicitur oratio. Septimò, fit in ore salis impositio. Quòd igitur nomina per acolytum scribuntur,ex quo ipse etiam notarius dictus est,significat quòd nomina fide *Philip.3* vocationem fidelium ad vitam æternā. Cæterùm, ianua Christus est. *Ioan.10* Ducuntur igitur crediturí ad ianuam, id est ad Christū qui de seipso dicit: Ego sum ostium,per me si quis introierit,saluabitur. Quòd verò masculi ponuntur à dextra & fœminæ à sinistra, designat quòd viriliter agentes à dexrris, & effœminati à sinistris in iudicio statuuntur. quòd abrenuntiāt diabolo. Per hoc se à iugo eius,cui ex originali fiūt obnoxij subtrahunt,per hoc enim, quòd fidem Christi cōfitentur,iugo Christi se subiiciunt. Dæmonis exufflatio,est potestatis eius debilitatio. Crux,quæ imprimitur fronti, est vexillum nostrū, quo diabolum vi

lum vicimus,non sit aliud signum, nisi crux,vt in hoc solo signo diabolus sciens se esse victum,cõtremiscat & fugiat.† Fit autem in fede pudoris,id est,in fronte ne erubescat fidelis confiteri dominum suum esse crucifixum.Oratio contra diabolum,est munitio.Sal in ore positum est sapientiæ condimentum. Hæc plenius dicta sunt in parte prima sub titu.de vnctionibus,& dicetur sub sabbato sancto. Nunc dicenda sunt quæ ab exorcismo,vsque ad ingressum ecclesiæ fiunt. Primò, diabolus exorcizatur, & ter repetũtur verba illa: Audi maledicte diabole,&c.Secundò masculi seorsum ponuntur.Tertiò,ad monitionem diaconi capita inclinant catechumeni:& super eos oratio dominica & symbolum dicitur. Quartò,à sacerdote aures & nares illorum saliua tanguntur.Quintò,ab acolyto,illuminãtur.Sextò à diacono euangelium super eos dicitur. Septimò, per ostiarium in ecclesiam introducuntur.† Primò ergo exorcizatur diabolus,id est, adiuratur vt à fideli bus recedat. Ter repetuntur verba: Audi maledicte diabole, &c. quia in cõfessione Trinitatis diabolo resistitur.Sursum masculis,& deorsum fœminis fit exorcismus : quia maioribus maiora, minoribus minora sunt proponenda.Quòd ad admonitionem diaconi capita inclinant, significat, quòd cum Deo communicaturi acclamante diacono capita inclinabunt:& hæc ratio pro communione habetur.Quòd symbolum & dominicã orationẽ sacerdos super capita eorum dicit, notat quòd templum domini contra diabolum munit. Aures & nares saliua tangit vt doctrinam de ore prædicatoris procedentẽ fideles libenter audiant,& ipsa eis bene redoleat, quo adusque spiritum habent in naribus,id est,quandiu viuunt.Ipsorum illuminatio,est tenebrarum ignorantiæ & peccati,per lumen intelligentiæ effugatio. Euangeliũ quod super eos dicitur, est doctrina Saluatoris,qua instruuntur.Deinde per ostiariũ introducuntur , quia post impletionem euangelij , per ostium,id est per Spiritum sanctum in cœlestem patriam introducentur. Post hæc dicẽda† sunt ea , quæ ab ingressu Ecclesiæ vsque ad missam fiunt.Primò , masculi ad Austrũ statuuntur , fœminæ ad Aquilonem: inde quatuor lectiones super eos leguntur, & quatuor initia euangeliorum : deinde duo , vnus masculus, & vna fœmina in sanctuariũ à acolytis portantur,pòst symbolũ Græcè super masculos,Latinè super fœminas dicitur. His peractis Ecclesiam ingrediuntur , & missa celebratur.Quòd autem masculi ad Austrũ, & fœminæ ad Aquilonem statuuntur: significat, quod fortiores hostibus tentationum obiicendi sunt,& debiliores humiliter sunt erudiendi. Quòd quatuor lectiones super eos leguntur,significat doctrinam quatuor euangeliorum, eam instruuntur. Vnde statim quatuor initia euangeliorum leguntur super eos,quasi cõgreget eos à quatuor partibus orbis. Quòd vnus masculus,& vna fœmina portãtur in sacrarium, significat quòd de vtroque sexu fideles ascendẽt in cœlum.Sed non ascendet,nisi vnus,id est in vnitate Ecclesiæ constitutus , sicut in probatica piscina non sanabatur,nisi vnus.Quòd symbolũ legitur super masculos Græcè , & super fœminas Latinè,per duas linguas,quibus symbolum legitur, omnem linguam intelligimus.Nam in Græcis viguit sapientia,in Latinis, scilicet Romanis, potentia : & ita per has duas tanquàm excellentiores omnem linguam intelligimus,quasi cum Apostolo ad Philip. ij. c. dicamus:Omnis lingua cõfiteatur , quia Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei Patris. Expositionẽ orationis dominicæ, & symboli in quarta parte, in suis locis exposuimus. † Et attende quòd ante hanc quartam feriam in dominica , vel in secunda feria , est huius feriæ scrutinium,populis annuntiandum his verbis:Scrutinij diem dilectissimi fratres, quo electi nostri diuinitùs instruantur , imminere cognoscite:ideóque solicita deuotione sequenti quarta feria circa horam nonam conuenire dignemini,vt cœleste mysterium,quo diabolus cum sua pompa destruetur,& ianua cœlestis regni aperietur,inculpabili ministerio peragere valeamus. In hac verò feria quarta finitis missarum solemniis presbyter annũtiat, vt sabbato proxima ad scrutinium reuertantur , & sic iterum atque iterum annuntiat , donec septem scrutinia celebrentur.Sanè expleto scrutinio, dicitur missa, vt præmissum est, in qua legitur lectio & epistola : quia baptizandus in duobus est catechizandus,id est,instruendus, scilicet nouo & vete.Testa.maximè in illis, quæ pertinent ad baptismum. † Rursus quia instruendus est in fide , & in moribus, ideò duæ lectiones leguntur, de quibus in eis cum suis responsoriis disputatur. Legitur enim de Philippo, quòd Eunucho euangelizauit Iesum. Et secundùm Augustinum , euangelizare Iesum , est, non tantùm docere credenda, sed etiam,quæ sunt post baptismum seruanda. In prima ergo lectione, scilicet, Sanctificabo, &c. quæ sumpta est de Ezech. xxxvj. de fide agitur , vbi dicitur : Tollam quippe vos de Gentibus,& congregabo vos de vniuersis terris, & effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris: & dabo vobis cor nouum.Fideles enim de variis terris congregati sunt in Ecclesia, & aqua salutaris baptismi super eos effusa est : qua ab vniuersis peccatis & erroribus sunt mundati , & datum est eis cor nouum, vt credant in Christum. De hac lectione sumitur introitus : Dum sanctificatus fuero &c. vel baptizatus dicitur cor nouum. In versu autem: Benedicam Dominum, &c. sunt gratiarum actiones de hac sanctificatione : & est tertij toni, quia sanctificatio pertinet ad Trinitatem : Verum quia per talem sanctificationem fiunt homines filij,ideò subsequitur in graduali: Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos: quod est septimi toni,propter septem dona Spiritus sancti,quæ dantur in baptismo: vel quia ad hoc , quòd quis verè credat in Christum , necesse est , vt timeat Deum , ideò sequitur ipsum graduale, vbi sequitur de timore.Initium sapientiæ timor Domini est.Qui ergo radicem imponit credulitatis,eum à timore inchoare oportet,iuxta illud, A timore tuo Domine concepimus , & peperimus spiritum salutis. In secunda lectione,

Actor.8

Psal.33

Psal. 111

Universidad de Deusto
Biblioteca

lectione, scilicet in epistola: Lauamini, &c. quæ sumitur de Esai. j. cap. *Esa. 26*
agitur abundanter de moribus, vbi dicitur: Quiescite agere peruersè, discite benefacere, &c. & posteà concluditur: Et venite & arguite me, dicit Dominus. q.d. Si hoc feceritis, & vos non remunerauero, iure me tanquàm iniustum redarguere potestis: item dicitur ibi: Lauamini, scilicet per baptismum, & mundi estote, id est, manete mundi, scilicet per pœnitentiam. Et quòd possunt, ostendit, dicens: Auferte malum cogitationum vestrarum, & si fuerint peccata vestra, vt coccinum, quasi nix dealbabuntur, &c. Verùm, quia illi qui fidem veram & bonos mores seruant, ad hæreditatem Domini pertinere probantur, idcirco ibi- *Psal. 30*
quitur graduale: Beata Gens, cuius est Dominus Deus eius: populus quem elegit Dominus in hæreditatem sibi. Hi efficiuntur cœli qui verbo, id est, filio Dei firmantur, vnde sequitur versus: Verbo Domini cœli firmati sunt, &c. Item, quia in talibus locum habet beatitudo, ideo graduale illud est primi toni, quia beatitudo à solo Deo est: Ab his quæ non discrepat euangelium præcedens, scilicet: Præteriens Iesus, &c. Ioan. ix. cap. quod est de illuminatione cæci, quia cæci illuminantur in baptismo: vnde dicitur ibi: Lutum fecit Dominus ex sputo, & præcepit cæco, vt lauaret se in natatorio Syloë, id est Christi, qui missus fuit à Patre, id est in baptismo, vel in doctrina Christi de quo dicitur Genes. vlt. cap. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius donec veniat qui mittendus est: Hebræus habet, Donec veniat S lo, id est, Missus. Postmodùm, in gratiarum actione sequitur offertorium secundi toni: propter illuminationem & confirmationem. Dicto autem offertorio, archidiaconus ascendit pulpitum clamans alta voce: Si quis est catechumenus, exeat foras, prout dictum est in procœmio quarta partis: & tunc omnes catechumeni exeunt foras: & sic fit septies per totam baptizentur, videlicet in quolibet scrutinio: quia qui non regenerati sunt, nec inter Dei filios computari, nec Christi mysteriis communicare interesse. Quidam tamen catechumenos ante Euangelium de Ecclesia eiiciunt: quod non laudamus, cum eis sit euangelium prædicandum, sicut & Apostoli primitiis Gentium euangelium prædicauerunt. sed sacrificiis interesse non debent, tum quia sacerdos orat pro circumstantibus, quorum fides Deo cognita est, nota deuotio: at isti nondum fideles vocantur: tum quia quod conficitur fidelibus, porrigitur. In postcommunione verò agit gratias cœcus de illuminatione sua, dicens: Lutum fecit Dominus ex sputo. Ioan ix. & est primi toni, quia ad locum, vnde exeunt flumina, reuertentur, vt iterum fluant, sic autem recognoscendo bona debemus agere Deo gratias. Hæc autem quarta feria in hoc priuilegiata est, quia in ea leguntur duæ lectiones pro omnibus, quod in sequenti sabbato ordines celebrantur, item quia hac die ordinandi examinantur, item quia hac die fit scrutinium baptizandorum in sabbato paschali, vt præmissum est.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Feria quinta quartæ dominicæ quadragesimalis, & missæ introitus.*
2 *Epistola allegoria expositio.*

De quinta feria. CAP. LVII.

1 QVinta feria † ostendit, quòd non est sanctificatio, nisi à Deo: vnde introitus est: Lætetur cor quærentium Dominum & pòst: Quærite faciem eius semper: & est secundi toni: quia quæritur vt habeatur, & posteà, vt amplius habeatur. Quantò enim magis habetur, tantò magis quæritur. Epistola verò: Venit mulier, &c. iiij. Regum iiij. cap. Et est de resuscitatione filij mulieris Sunamitis, quem resuscitauit Helisæus, & incuruauit se super puerum, & pueri qualitati se conformauit: puer *Psal. 104*
2 verò septem oscitationes emisit, & est resuscitatus. † Nempe Sunamitis interpretatur captiua: filius eius, genus humanum, quod dicitur puer, propter paruitatum sensus: baculus, de quo ibi dicitur, est lex, quæ percutit dicens: Oculum pro oculo, &c. quæ neminem ad perfectionem ducit. Hebr. vij. Helisæus verò, id est, Christus inclinauit se super hunc puerum, id est, exinaniens se, factus est ei similis, & resuscitatus est. Sed oportet, vt septem oscitationes emittat. Prima, est fidei: quia sine fide non est introitus. Primò enim, veritati debet quis credere, & omnia possibilia sunt credenti. Domine, inquit leprosus, si vis, potes me mundare, & dixit: Volo, mundare. Secunda oscitatio, est timor. Tertia, est dolor de peccatis: quia misericordia non fit sine iustitia. Quarta, propositum confitendi. Quinta, est propositum satisfaciendi. Sexta, propositum decæterò non peccandi: quòd scilicet, non offendat Deum creatorem suum: & omnia ista debent fieri in spe vitæ & gloriæ: vnde spes est septima oscitatio. Responsorium est: Respice in testamentum tuum: & pòst, Exurge, id est, fac nos exurgere: & est quinti toni, propter quinque sensuum reparationem siue innouationem. Euangelium verò: Ibat Iesus, &c. Luc. vij. cap. est de resuscitatione filij viduæ: cui dixit Dominus: Adolescens tibi dico, surge. In quibusdam tamen Ecclesiis dicitur illud euangelium: Sicut Pater suscitat mortuos, & viuificat, &c. Sequitur offertorium: Domine ad adiuuandum, &c. septimi toni, propter septem excitationes in gratiarum actiones. Postcommunio verò, est de æterna beatitudine, scilicet Domine memorabor iustitiæ tuæ: cui competit dare æternam beatitudinem quæ erit octaua resurrectionis. *Marc. 9* *Matth. 8*

SVMMARIVM.

1 *Feria sexta Dominicæ quartæ quadrag.*
2 *Euangelium, Erat quidam, &c. Ioan. xj. semper legitur in sexta feria Dominicæ quartæ quadrag.*

De sexta

Universidad de Deusto
Biblioteca

De sexta feria. CAP. LVIII.

SExta† feria prorsus idem dicit, quod quinta, & est introitus: Medi- 1
tabitur, &c. Versus: Cœli enarrant, id est, sancti: & est primi toni, quia in solo Deo ponit spem. In epistola: Ægrotauit, &c. iij. Reg. xvij. ca. ponitur resuscitatio filij viduæ ab Helia. Responsorium est: Bonum est sperare in Domino: supple, quia resuscitat: & est quinti toni, cuius ratio in præcedenti feria etiam dicta est. Sequitur euangelium: Erat quidam. Ioan. xj. c. de resurrectione Lazari, qui hac die resuscitatus est. Et offertorium in gratiarum exhibitionem: Populum humilem saluum facies Domine, &c. primi toni, eadem ratione, quia scilicet in solo Deo sperandum est. In postcommunione verò habetur, quòd ad preces ea-
Psal. 17 rum, scilicet Mariæ & Marthæ suscitatus fuit Lazarus. Videns Dominus flentes sorores Lazari, &c. Ioan. xj cap. Per quod significatur, quòd ad preces sanctorum suscitat Deus mortuos spiritualiter dans eis primam gratiam: & ideò est primi toni, propter primam resurrectionem, scilicet animæ.† Et attende, quòd semper hac die, quæ est quintadecima, à passione Domini legitur prædictum euangelium, quia constat hac die Lazarum suscitatum esse de quo euangelio sumitur responsorium: Ocurrerunt Iudæi &c. quod hodie in quibusdam Ecclesiis cantatur: cui hodie congruè in euangelio præmittitur dicta lectio de filio sarepteæ mortuo, quem suscitauit Helias, ponens eum super lectum, & expandens se tribus vicibus super eum. Nempè hæc mulier, est Ecclesia, quæ fide suscipit Christum in hospitio cordis. Filius eius, est quilibet fidelis, qui moritur, cum morte dignum peccatum committit. Lectus Heliæ, catholicam designat Ecclesiam: quam solæ animæ reminiscuntur, quæ per fidem Trinitatis à morte resurgunt. Cætera, laudes confessiones, & consolationes, sunt cuiuslibet hominis à peccatis resuscitati.

SVMMARIVM.

1 *Sabbatum quartæ Dominicæ quadrag. quid tractet.*
2 *Ordines conferuntur sabbato quartæ Dominicæ quadragesimalis. & cur ita.*

De sabbato. CAP. LIX.

SAbbatum† verò de largitate Saluatoris est, vnde introitus est: Si- 1
Esa. 60 tientes venite ad aquas: doctrinæ, scilicet & baptismi. Sequitur, & bibite cum lætitia: & hæc ad sabbatum mentis pertinent: & ostenditur largitas Dei, qui paratus est largè dare cuilibet, & benignitas eius, vnde dicit: Venite bibere aquas, scilicet quæ mundificant, & sanctificant gratis. Sequitur versus: Attendite populo meus: in quo ostenditur, quod ea, quæ hoc de aquis doctrinæ intelligitur: secundi toni, propter mundationem animæ

animæ & corporis, & sumitur de Esa. Epistola est: In tempore placito exaudiui te. Esa. xlix. cap. Et post: Nunquid potest mulier obliuisci infantem suum? Ecce ostenditur largitas vel charitas Dei erga nos. Postea sequitur responsorium: Tibi derelictus est pauper in gratiarum actiones, quarti toni, propter quatuor virtutes per quas sanctificat. In euangelio verò, quod est Ioan. viij. ca. de eadem largitate agitur: Ego sum lux mundi. Non dicit huius hominis, vel illius: sicut flos campi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Ostendit ergo, quòd paratus est illuminare omnem hominem, qui sequitur ipsum. Cæterum, qui videt, currit: qui currit peruenit, exceptis superbis. Vnde sequitur, Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. Respondit eis scilicet Iudæis Iesus: Nonne scriptum est in lege vestra, quòd duorum hominum testimonium verum est? Videbant enim miracula, & ita Pater erat testis eius, & relinquit eos Dominus, quasi superbi disputatores, non curant illuminari. Soli enim humiles 2
illuminantur. Vnde sequitur offertorium: Factus est Dominus: primi toni, quia solus Deus potest illuminare. † Quia igitur in hoc sabbato ostendit Ecclesia largitatem Domini, dantis gratiam in baptismo & in doctrina: quibus ex largitate Dei abundanter datur gratia: ideò fiunt ordines in illo die, & etiam quia imminet tempus passionis Domini, in qua arctiùs se tenere debent, vt qui priùs ebrij erant à modò sobrij sint: & iterum se dicunt immolare Deo hostiam sanctam, Deo placentem. Hoc etiam sabbato fit scrutinium baptizandorum, quia catechumeni ad requiem æternam, quæ per sabbathum intelligitur, veniunt per baptismum. Vnde in quibusdam Ecclesiis hodie duæ lectiones leguntur in missa ex eadem causa, in quarta feria præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Dominica de passione, & eius officium.*
2 *Passionis officium cur Ecclesia auspicetur à dominica quinta quadr.*
3 *Hymnum, Vexilla regis prodeunt, &c. cur Ecclesia cantet, dominica quinta in passione Domini,*
4 *Gloria Patri, &c. cur tempore passionis intermittatur.*
5 *Sanctorum commemoratio, quare fiat dominica quinta in passione & num. 6.*
7 *Missa introitus, dominica quinta in passione Epistola. num. 8. 9.*

De dominica quinta in passione Domini.

CAP. LX.

1 SEquitur dominica de passione Domini, scilicet de Cruce. † Incipit autem huius celebritas passionis à fine sabbati, id est, vespera, lucem huius dominicæ præcedente: quia Lazaro in præcedenti sexta

feria ſuſcitato quidam de Bethania abierunt ad Phariſeos, narrantes eis miraculum: & cùm in illa ſexta feria fuerit παρασκευὴ, id eſt, prima dies menſis, ad ſanctificationem, multi Iudæi, Pontifices, & Phariſæi conuenerant ibi: quia † audientes ſignum, mox, vt ait Ioannes, hoc eſt in ſabbato, collegerunt concilium aduerſus Ieſum, & ex illa die cogitauerunt, vt interficerent eum: ac deinceps Ieſus non palàm ambulat apud eos, qui nondum venerat hora eius, ideoque in veſperam ſabbati, quaſi poſt horam eiuſdem concilij publicum luctum incipit Eccleſia ſuo compatiens Domino, vt capiti membra: & extunc lugendo recitat vexillum regis, myſterium crucis, acerum, fel, & arundinem, clauos, & lanceam perforati corporis, diem paſſionis, retiones patientis, & illuſiones inimicorum, & inſidias eorum: hæc & his ſimilia in veſperis & nocturnis plangit officiis, quæ de authentcis veteris & noui Teſtamentorum ſunt congeſta ſcripturis. Præterea poſt præcedentium ſeptem dominicarum ordinatiſſimam diſpoſitionem, quibus, vt præmiſſum eſt, ſeptem mundi ætates figurantur: quia omnes ſunt Domini paſſione redempti, meritò ipſis dominicæ paſſionis celebratio inchoatur, & quaſi longa funeris pompa præmiſſa demùm ſequitur ipſa ſalutis noſtræ victima, ingerens oculis ea quæ pro nobis pertulit vulnera & mortis inſignia. † Rurſus ideo Eccleſia canitat: Vexilla regis prodeunt, &c. vt ſi forte aliqui ſunt lapſi veniant ad vexillum, quod omnes amaritudines facit eſſe dulces: quod ſignificatum eſt per lignum proiectum in aquas Marath. Semper enim & maximo iſto tempore debemus habere in memoria dominicam paſſionem. Vnde in Canticis: Faſciculus myrrhæ dilectus meus, mihi inter vbera mea commorabitur: quia memoria paſſionis dominicæ ſecum non patitur amaritudinem peccati. Ideò autem ſpiritualiter duabus ſeptimanis ante paſcha paſſio Domini recolitur. Primò, quia ipſe duobus, & pro duobus populis paſſus eſt. Secũdò, quia duo Teſtamenta per duas hebdomadas exprimimus: vetus, quod prędixit Dominum paſſurum, & nouum, quod oſtendit ipſum paſſum. Tertiò, quia in duobus huius ſeculi temporibus, ſcilicet ante legem, & ſub lege, eadem paſſio vaticinata eſt. Quartò, vt hæ duæ ſeptimanæ reducant nobis ad memoriam murmurationem eorum, qui ante legem, & ſub lege in inferno fuerunt, vſque ad tempus gratiæ. quod in tertia hebdomada ſcilicet paſchali ſignificatur. Ab hac namque die qua Gloria ſpiritus dimittitur, duæ ſunt hebdomadæ vſque ad paſcha. Tunc verò tertia eſt, in qua reſtauratur omnis dimiſſa glorificatio. In tertio enim tempore, quod fuit ſub gratia, omnia beneficia, quę Patres noſtri expectauerunt in Eccleſia redduntur. † Ideò autem Gloria Patri dimittitur quia ille verſus ad laudem pertinet Trinitatis, quæ fuit in paſſione Domini, quam ab hac die repręſentat dehoneſtata. Cõſtat enim quòd Chriſtus qui eſt ſecunda in Trinitate perſona, fuit dehoneſtatus. Sed in reſurrectione, Gloria Patri reſumitur: quia per reſurrectionem ſuam glorioſa

quia

Exod. 15
Cantic. 1

gloria immortalitatis glorificatus. Sed certè hæc proteſtatio fuit ſpetacetur propter humilitatem, per quam ad Chriſti paſſionem peruetacetur in introitibus & reſponſoriis: quia illa ſunt de paſſione, & in Venite exultemus Domino. in pſalmis verò & hymnis non: quia Pſalmus ſignificat operationem. Ipſum enim non perſequebantur, niſi linguis, tractando de nece ipſius: nec ipſe bonum deſiit operari. Non ergo tacetur in totum: quia remiſſio debet eſſe luctus, eò quòd non ſtatim poſt habitum conſilium de nece eius traditus eſt agnus in manibus impiorum. Sed in triduo ante paſcha omnino tacetur: quoniam tunc maximè ſancta Trinitas dehoneſtata eſt, licet enim ante dies illos de nece Domini ageretur: tunc tamen vapulat, ſpuitur, alapatur, & crucifigitur. Vnde Eſa. Et vidimus eum non habentem ſpeciem, neque decorem. Vel quia tũc ſepulturam Domini celebramus: quæ maximè fuit eius humiliatio. Ab hac etiam dominica in quibuſdam Eccleſiis tacetur ad primam: Chriſte fili Dei viui. tum quia ex tũc Eccleſia eius mortem & paſſionem repræſentat: tum quia ſecundũ Iudæorum reputationem non poterat aliis miſereri: qui ſeipſum ſaluum facere non poterat. De hoc dictum eſt in quinta parte ſub tit. de prima. Non fiunt etiam ſpirituales commemorationes de ſanctis, neque de pace ab hac dominica, vſque ad ſabbatum poſt Pentecoſtem: quamuis poſt laudes dicatur: Pretioſa in conſpectu Domini, &c. Ad primã oratio: Domine Deus omnipotẽs, &c. † In quibus commemoratio generalis fit de ſanctis. Circa quod ſciendum eſt, quòd commemoratio ſanctorum duplici ex cauſa fieri conſueuit: videlicet ad recolendum corum ſanctitatis meritum, & impetrandum patrocinium nobis ſalutarium, quæ duo diligentiſſimè in Chriſto, noſtro capite, paſſionis & reſurrectionis ſuæ tempore nobis attendenda monſtrantur: quia paſſionis ſuæ tempore præbuit eximium humilitatis & ſanctitatis exemplum. Poſt reſurrectionem verò ſuam apud Patrem, ſicut teſtatur Ioannes, noſter aduocatus factus eſt ſingularis. Vt igitur noſtra intentio illo præcipuè tempore feratur in ſuæ ſanctitatis exemplum, & in illo ſpes noſtra ſolum eleuetur, ad vnicũ eius & ſingulare refugium, & patrocinium: idcirco cõuenienter tunc illorum ſanctorum ſpecialia ſuffragia dimittuntur. Hinc etiam eſt, quòd quædam Eccleſię omittunt poſt primam dicere: Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius, &c. Incipientes ibi: Deus in adiutorium meum intende, &c. Et in illa etiam oratione: Domine ſancte, Pater omnipotens, &c. quę dicitur ad primam, prætermittuntur verba illa: Per interceſſionẽ beatiſſimæ virginis Mariæ, & omnium ſanctorũ, Qui verò dicunt: Pretioſa aſſerunt illud, quod non eſt hora nec pars canonicæ horæ, prout dictum eſt in quinta parte ſub tit. de prima. Fit autem aliqualis † & generalis ſanctorum commemoratio in Eccleſia: quia propter eorũ multitudinem

1. Ioan. 2

Eſaiæ. 53

& nostram imbecillitatem, de ipsorum quolibet, sicut debitum esset, solennizari nō potest. Et ex hoc etiam apparet, quare omittitur com-
Ioan.10 memoratio de pace, quia sicut ait Apostolus ad Colos. j. Christus pacificauit per sanguinem crucis eius. siue, quæ in terris, siue quæ in cælis sunt: & post resurrectionem suam pacem Discipulis suis annuntiauit, & cum eis ipse, qui pax nostra est, continuè vsque ad ascensionem suam conuersatus, tunc eis pacem suam dedit, dicens: Pacem meam do
Psal. 42 vobis: & in Pentecoste consolatorem mittere dignatus est. Incassum ergo fieret commemoratio de pace. † Introitus autem incipit ab oratione Domini in passione: Iudica me Deus, & discerne causam meam, &c. In hoc enim instruxit nos in orando. Sequitur: Emitte lucem, &c. Quia qui videt præmia, fortis efficitur in pugna: & veritatem tuam, &c. Qui enim videt vera bona, de facili ducitur in æterna tabernacula: & est quarti toni, propter formam crucis, vel propter quatuor, quæ petuntur, scilicet iudicium, discretio, liberatio, & fortitudo. † Epistola verò scilicet Christus existens pontifex futurorū bonorum per amplius & perfectius, &c, quæ est ad Hebræos ix. ca. ostendit efficaciam passionis Christi. Per passionem enim eius in æterna tabernacula dicimur: cuius memores esse debemus. Sed quia non omnes intrabunt, nisi qui faciunt eius voluntatem: ideò sequitur responsorium: Esto mihi in Deum protectorem, & in locum refugij, vt saluum me fac. Et est tertij toni, propter liberationem à triplici inimico. † Postmodùm sequitur euāgel. Miserunt principes. Ioan. vij. c. In quo dicit Dominus Scribis & Pharisæis: Quid vultis me interficere? & loquitur de resurrectione sua, & ascensione, & Spiritus sancti missione: propter hoc, vt illi qui sunt in cruce qui sustinent multa à malis, sicut ipse Dominus, semper habeant respectum ad fructū charitatis: vnde: Ascendam in palmam, vt apprehendam fructum eius. In offertorio: Domine conuerte, & eripe animam meam, &c. Petit liberari ab inimicis in anima. Et est sexti toni: quia liberatio animæ, perfecta liberatio est. Senarius enim numerus, perfectus est. In postcommunione: Dominus virtutum, ipse est rex gloriæ. attribuit Deo liberationem suam, &c. Et est tertij toni: quia ille est Deus Trinitas, qui liberat. † Dicitur autem ad horas capitulum illud: Attende Domine. c. Et illud: Domine, omnes qui te derelinquūt. Ibidē xvii. Hier. xviij. c. Et illud: Confundantur qui me. quod est ibidem. & illud: Tu autem do. xx. c. Et illud: Dominus Deus aperuit. Esa. i. c.

SVMMARIVM.

1 *Feria secunda Dominicæ quintæ in passione. & officium. num. 2. 3. 4. &*

De secunda feria. CAP. LXI.

1 Secunda † feria est de crucifixione nostra, & maximè de ieiunio: quia debemus crucifigere membra cum vitiis, & concupiscentiis, sicut præcedens dominica est de cruce. Sed quia non potest homo ieiunare, nisi liberetur ab inimicis visibilibus & inuisibilibus, diabolo, scilicet & mundo, & malis hominibus, ideò Ecclesia petit in introitu liberari ab inimicis: & est tertij toni, propter liberationem à triplici
2 inimico. † Epistola verò est: Factum est verbum. Ioan. iij. ca. in qua inuitamur ad ieiunium per exemplum Niniuitarum, qui solius Ionæ, & vnica prædicatione ieiunium indixerunt, etiam iumentis, vt liberarentur à temporali subuersione, quantò magis nos debemus pœnitentiam suscipere, ad vocem veri Ionæ, scilicet Christi & Apostoli, vt à subuersione spirituali liberemur. In responsorio. petit similiter liberari ab inimicis, & est versus: Deus in nomine tuo saluū me fac. tertij toni, propter virtutem Trinitatis & liberationem à triplici
3 inimico. † Postmodùm sequitur euāgel. Miserunt principes. Ioan. vij. c. In quo dicit Dominus Scribis & Pharisæis: Quid vultis me interficere? & loquitur de resurrectione sua, & ascensione, & Spiritus sancti missione: propter hoc, vt illi qui sunt in cruce qui sustinent multa à malis, sicut ipse Dominus, semper habeant respectum ad fructū charitatis: vnde: Ascendam in palmam, vt apprehendam fructum eius. In offertorio: Domine conuerte, & eripe animam meam, &c. Petit liberari ab inimicis in anima. Et est sexti toni: quia liberatio animæ, perfecta liberatio est. Senarius enim numerus, perfectus est. In postcommunione: Dominus virtutum, ipse est rex gloriæ. attribuit Deo liberationem suam, &c. Et est tertij toni: quia ille est Deus Trinitas, qui
4 liberat. † Dicitur autem ad horas capitulum illud: Attende Domine. c. Et illud: Domine, omnes qui te derelinquūt. Ibidē xvii. Hier. xviij. c. Et illud: Confundantur qui me. quod est ibidem. & illud: Tu autem do. xx. c. Et illud: Dominus Deus aperuit. Esa. i. c.

Gal. 5

SVMMARIVM.

1 *Feria tertia Dominicæ quintæ in passione inuitat ad patientiam: & quod eius diei officium. & nu. 2.*

De tertia feria. CAP. LXII.

1 Tertia † verò feria ad patientiam inuitat: vnde introitus est: Expectabo Dominum, &c. Versus: Dominus illuminatio mea. Deus enim dat patientiam, & qui illuminatus est, patientiam habet: & est septimi toni, quia patientiam cōcinitur respectu quietis æternę. Postea sequitur epistola: Congregati sunt. Dan. iij. c. In quā ostenditur effectus patientiæ, quia ibi habetur, qūo Babylonij miserūt Danielē in lacum leonum: nec tetigerunt eum, & missus est ei cibus à Domino

per Abacuc: & significat quòd per patientiam liberat nos Dominus à spiritualibus Babyloniis: & quandoque etiam liberat corporaliter, & dat vitam æternam, iuxta illud Apoc. Qui vicerit dabo ei manna absconditum. † In responsorio. Discerne causam meam de gente non sancta, &c. petit liberari, ne succumbat. Deinde sequitur: Emitte lucē tuam & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt. Ecce semper petit lucē, quam qui videt, patientiam habet, & sic liberatur. & est quinti toni, quia petit liberari à tentatione quinque sensuum, vel ab inimicis, qui nocuerunt per quinque sensus. Intrat enim mors per fenestras corporis. In euangelio vero: Ambulabat Iesus in Galileam, &c. ostenditur secretio bonorum & malorum, tempus vero bonorum erit in futuro. Vnde debet dicere patiens, sicut dixit Dominus: Tempus meum nondum est, & debet sperare in Domino. Vnde sequitur offertorium: Sperent in te, qui te nouerūt Et quia semper sustinent malos, ideo in postcommunione: Redime me Domine, &c. petit liberari, quæ est septimi toni, propter requiem, quæ speratur.

1 *Feria quarta Dominicæ quintæ in passiõe, liberationẽ à solo Deo expetit.*
2 *Encænium quid.*

De quarta feria. CAP. LXIII.

1.Cor.10 QVarta feria † ostendit, quòd à solo Deo est liberatio, quia fidelis est Deus, qui non permittit nos tentari supra illud, quod possumus sustinere. Vnde introitus est, Liberator meus. Et versus: Diligam te Domine, fortitudo mea, &c. Ecce ponit Deum fortitudinem suam. Et est tertij toni, propter donum Trinitatis & propter simplicem inimicum: In epistola vero, Locutus est Leui. xix. ca. Enumerantur præcepta, vbi ostenditur Iudæos non obseruare illa in hoc, quod persequebantur innocentem, & omnes etiam, qui persequuntur bonos, qui sunt timendi, quia sunt inimici Domini. Vnde ibi habetur: Non iniuste iudicabis Et ideo in responsorio: Exaltabo te, &c. petit liberari: quod est septimi toni, propter septiformem gratiam. in Euãgelio vero, Facta sunt Ioan x. cap. ostenditur, quid fecerit Dominus † in encæniis, quia Iudæi tulerunt lapides, vt iacerent in eũ: & dixit Dominus: Multa bona opera feci vobis, propter quod vultis me lapidare? Encænium, festum erat dedicationis templi, hoc est de reparatione ipsius à Machabæis. Sequitur: Et hyems erat: hoc erit in die iudicij, quãdo reparabitur verum templum quantum ad bonos, & hyems malorum erit. Boni vero cognoscent Dominum, sicut in euangelio dicitur. Vos autem cognouistis me, quia Pater in me est, & ego in Patre. Et tunc plene liberabitur Ecclesia, sicut petit in offertorio: Eripe me Domine de inimicis meis, &c. quod est septimi toni: quia tunc erit vera quies, vel propter gratiam septiformem: quia vero beatus erit, qui erit in illa quiete, quod non erit sine innocentia, ideò est postcommunio: Lauabo inter innocentes manus meas, &c. Et introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam, id est ad altare quietæ mētis, ad altare supernum. Quod est octaui toni: quia hoc erit in octaua ætate, sicut dictum est. Quarta ergo feria, est de encæniis, id est de dedicatione, quæ plenè fiet in futuro, quando ecclesia perfectè dedicabitur Deo.

1 *Feria quinta Dominicæ quintæ in passione, quid immoletur Deo: & eius diei officium nu. 2. 4.*
2 *Ad fletum spiritualem duo prouocant.*

De quinta feria. CAP. LXIIII.

1 IN quinta feria immolat ecclesia hostias spirituales, per † quas possit consequi illud gaudium: sed quia non impetratur misericordia, nisi confitendo iustitiam, ideò dicit in introitu confitendo iustitiam Dei erga nos: Omnia quæ fecisti nobis Domine, in vero iudicio fecisti. Dan. iij. c. Si misisti tribulationes, bene factū est: quia peccauimus tibi. Et posteà petit misericordiam: Da (inquit) gloriam nomini tuo. & fac nobiscū secundū multitudinem misericordię tuæ. Versus est: Magnus Dominus, & laudabilis nimis. & est tertij toni, quia qui cõfitetur, debet confiteri tripliciter peccatū suū. In aliis tamen ecclesiis est versus: Beati immaculati. Idem habetur in epistola, quæ sumpta est de Dan. iij. cap. Orauit Daniel. Domi. Deus, ne despicias, &c. Quia peccauimus, & non est nobis sacrificium, &c. Ita enim dicebant filij Israël, quando erant in Babylone: sic & nos possumus dicere, quando sumus in peccato. Non est sacrificium: sed in spiritu humilitatis & in
2 animo contrito suscipiamur Domine à te. † In responsorio: Tollite hostias, &c. Monet nos offerre hostias spirituales. Versus est, Reuelabit Deus condenda. aliter enim posset offerre spiritualiter, nisi Deus removeat tenebras à corde. Et est quinti toni: quia talem oportet in quinque sensibus mactari. Vnde sequitur euangeliū, Luc. vij. Rogabat Iesum, in quo habetur, quomodo beata Maria Magdalena impetrauit veniam lachrymis: quia quot habuit in se oblectamēta, tot mactando se, hostias spirituales obtulit Deo in corpore suo. In offerto-
3 rio, Super flumina, &c. ostenditur † quomodo silendum sit, & quomodo oportet lugere. Duo enim sunt quæ hoc faciunt, scilicet memoria peccati præteriti, & recordatio cœlestis Hierusalem: quoniam quãdo homo suas miserias mũditiæ comparat angelorum, flet super flumina Babylonis. Est & primi toni: quia hoc debet esse primum in memoria, scilicet finis, propter quem sumus. In postcommunione orat, vt dominus memor sit promissionũ: Memento verbi tui seruo tuo, in quo spem mihi dedisti. Et est octaui toni: quia in octaua ætate fiet illa dedicatio. In quibusdam tamen ecclesiis legitur euangelium, vbi

dicitur: Cùm quidam vellent apprehendere Iesum, & tamen nemo misisset manum in eum, dixerunt pontifices ad ministros: Quare non adduxistis eum? Responderunt ministri: Nunquam sic locutus est homo, sicut hic loquitur. † Hac etiam die conuenienter legitur illud euãgelium, vbi dicitur quod reuersi sunt vnusquisque in domum suã. In offertorio verò dicitur: In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra: quia post hanc diem nullum euangelium legitur, in quo dominus Iudæis publicè prædicasse narretur. Ecce ergo illud diuinitatis organũ in illis salicibus, & fluctuosis hominibus Babylonis suspensum est.

SVMMARIVM.

1 *Feria sexta dominicæ quintæ in passione, quid agat, quòdve habeat officium. & nu. 2.*

De sexta feria. CAP. LXV.

SExta feria est de passione, & orat Christus, dans † nobis in introitu formam orandi: Miserere, &c. Et est quinti toni: quia non potest fieri liberatio sine quinque sensuum cohibitione. In epistola: Domine omnes, &c. Hierem. xvij. c. petit suã liberationẽ & inimicorũ confusionẽ. In respõsorio verò similiter cõqueritur de inimicis, & maximè de hypocritis, qui pacificè loquebãtur, &c. scilicet eùm diceban- *Matt. 22*
Magister scimus, quia verax es, & tamẽ dolus erat in corde, vnde: Vide Domine, &c. † In euãgelio: Collegerũt Pontifices & Pharisæi, &c. Ioã. xj. c. Similiter dolus exprimitur, & dicitur ibi, Veniẽt Romani, & tollent locũ nostrũ & Gentem: quia iam ablatum erat sceptrũ de Iuda: & dux de femore eius, & Pilatũ præsidem Romanæ potestatis habebãt. Quia verò vbi est dolus & crudelitas, ibi maximè indiget homo sapientia, vt sapienter respondeat: ideò in offertorio petit intellectum, vt possit respondere sine peccato. Benedictus es Domine, doce *Prou. 25*
me iustificationes tuas, &c. Et respondebo, sicut dicit Dauid iij. Reg. Dimitte eum, vt maledicat mihi sicut præcepit Dominus. Tales enim sunt virga domini. Vnde Augusti. Vnde superbiunt impij, quia non facit Pater meus virgam suam? Et in prouerb. Fili mi, stude sapientiæ vt possis respõdere sermoni. Et est septimi toni: propter Spiritus sancti gratiam septiformem. Postcommunio quoque: Ne traderis anxio, &c. Eadem ratio est septimi toni, in qua petit liberari.

SVMMARIVM.

1 *Sabbatum vacans, & vnde hoc nomen sortitum.*
3 *Sabbatum vacans, in quo sit priuilegiatum.*

De sabbato. CAP. LXVI.

SEquitur sabbatum † quod dicitur sabbatũ vacans, sicut & secunda dominica quadragesimæ. In hoc enim sabbato intendere con-

suenit dominus Papa pauperibus Christi dando eleemosynam, & mandatum celebrando: tum quia in cœna Domini propter officij magnitudinem hoc facere non poterat: tum quia sicut dicit Ioan. Ante *Ioan. 12*
sex dies paschę venit Iesus in Bethaniam, & factum est conuiuium in domio Mariæ & Marthæ vbi fuit Lazarus, quem Dominus suscitauit, & tunc Maria vngendo nardo pistico vnxit pedes Iesu. Apostolicus ergo in memoriã eius, quod illa deuotissimè egit, facit mẽbris Christi quod ipsa capiti fecit, vt pedes Iesu vngendo id est, domini vestigia sectando: & capillis tergendo, id est, superflua pauperibus erogando, vt impleatur domus odore vnguenti, id est, mundus impleatur bona fama. Quia ergo hac die circa præmissa charitatis opera exercen- 2
da occupatus est, ideò vacat † hoc sabbatum à proprio officio, & mutuo accipit à quinta feria antecedenti. Vel in quibusdam ecclesiis à sabbato antecedenti: Sitientes venite ad aquas. Legitur epistola de Hierem. xviij. capit. Dixerunt impij. &c. In qua sunt malæ cogitationes, quæ præcesserunt passionem. Venite, cogitemus contra iustum *Psal. 48*
cogitationes: & postea percutiamus eum lingua. Tales autem non habent sabbatum: quia non est pax impiis, dicit dominus. In euangelio verò. Sublenatis, &c. Ioan. xvij. capit. Rogat pro se, & pro discipulis, & pro omnibus fidelibus vt habeatur sabbatum, quod erit per vnitatem & charitatem in futuro: quãdo vnum erimus, sicut Pater & Filius sunt vnũ, id est, in maiori approximatione, quæ possit esse illi vnitati, quia Pater & Filius vnum sunt. In aliis verò ecclesiis legitur euangelium: Cogitauerunt autem. Ioan xij. c. In quibusdam tamen ecclesiis legitur euangelium, de proditione Iudæ: Amen, amen dico vobis, nisi mandu- 3
caueritis, cui rectè præmittitur lectio Hiere. vbi dicitur: Venite, cogitemus contra iustum cogitationes. † Hoc sabbatum priuilegiatum *Ioan. 6*
est, quia vt præmissum est, dominus Papa tunc eleemosynas dat, & mandatum facit: & quia hac die vt quidam dicunt, Christus discubuit in domo Simonis leprosi, & Martha ministrabat ei, & Maria lachrymis suis pedes eius lauit, & propriis capillis tersit.

SVMMARIVM.

1 *Dominica in ramis Hieremias legitur duplici ratione: & eius dici celebre officium. nu. 4. 5. 7. 13. 14. 15. 16.*
2 *Processionem in ramis palmarum, facit ecclesia, in eáque stationes aliquot. nu. 3. & eius forma. nu. 6.*
11 *Rami cur gerantur virides, dominica sexta quadragesimæ. & nu. 9.*
12 *Rami, cur benedicantur sexta dominica quadragesimæ.*
17 *Hierusalem decima luna venit Christus, & cur ita.*
Dominica in ramis palmarum, cur hoc nomine sortita, & quàm variè appelletur. nu. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De dominica sexta in ramis palmarum.

CAP. LXVII.

IN dominica † in ramis palmarũ,& in passione domini legitur Hieremias duplici ratione Primò,quia ipse manifestius de passione domini prophetizauit,quàm alij.Secundò , quia per eius passionem præfigurata est passio domini, quia deplorando captiuitatem Iudæorum per Babylonios factam,præfigurauit & Romanam quam incurrerunt propter Christi passionem. In nocturnali autem officio, dicitur inuitatorium: Ipsi verò non cognouerunt vias meas. quod dicitur inuitatorium per contrarium , quia inuitat nos ad cognoscendum vias domini, per contrarium actum Iudæorum , qui non cognoscentes vias domini , non introierunt in requiem ipsius. In primo verò responsorio,ostenditur securitas patientium tribulationes:& causa quare non est timenda tribulatio.Quia Deus est adiutor in die,qua inuocauit te, &c.Versus est : In die tribulationis meæ inuocaui , &c. Quia si Deus
Iob 17 adiuuat, non est timendum. Vnde Iob.Pone me iuxta te , & cuiuslibet manus pugnet contra me,& est primi toni, quia à solo Deo speranda est liberatio & auxilium. Sequitur responsorium:Ingrediente domino.secundi toni , quia laudabant pueri dominum , scilicet vtramque naturam in Christo:deitatem,cùm dicebant : Osanna,id est, salua obsecro humanitatem,cùm dicebant:Fili Dauid:vel Deum corde & ore pueri laudabant sicut Iudæi corde & ore conuiciabãtur.† Circa diuinum verò officium dicendum est , quòd post sabbatum in quo ostenditur deuotio Mariæ , sequitur dominica in qua ostenditur deuotio puerorum:vngimus enim dominum cum Maria,& cum pueris venerамur.Et ideò facit Ecclesia hac die processionem corporaliter & spiritualiter.Exierunt enim pueri extra castra obuiam domino venienti de Bethania in Hierusalem : & nos similiter debemus extra castra, id est,extra delicias carnis exire, obuiam ei, sicut dicit Apostolus:Exeamus extra castra , improperium eius portantes. & sicut illi , sic & nos in processione nostra cantamus : Osanna. vnde in egressu de Ecclesia cantatur antiphona : Pueri Hebræorum. & nos debemus esse pueri Hebræorum, id est,innocẽtes,& debemus esse pueri Hebræorum, id est,transitium omnia terrena,siue peccata. Postmodum † facit ecclesiæ introitum in aliquo loco competenti,ibi cum deuotione & lætitia suscipitur verbum Dei, id est , Christus , qui est verbum Patris , susceptus est cum lætitia à pueritia in Hierusalem. In scripturis enim siue sermonibus est Christus:vnde ipse in euangelio:Scrutamini Scripturas, illæ enim loquuntur de me , & est ipse dulcedo Scripturæ. † Legitur
Ioan.5 autem euangelium de Matthæo 21. cap. Cùm appropinquasset Iesus Hierusalem,&c.misit duos de discipulis suis,dicens : Ite in castellum quod contra vos est. vnde alibi legitur : Misit discipulos suos septuaginta duos binos & binos,id est,habentes geminam charitatem Dei &
Luc.10 proximi. Misit inquam,quærere asinam & pullum , id est , Iudaicum populum & Gentilem,vt eos duceret in cœlestem Hierusalem. Et legitur ideò hac die : quia ibi de fructu passionis habetur. Posteà can-
1 tatur:Occurrunt turbæ cum floribus & palmis:& nos similiter debemus ei occurrere cum floribus virtutum & palmis victoriarum. Palma enim significat victoriam , vnde:Iustus vt palma florebit in domo *Psal.9* Domini. Et secundum Greg ex qualitate palmarum designatur proficiens vita iusto rum:& est octaui toni , propter victoriam Christi in capite , & in membris per quam peruenitur ad octauam resurrectionis.Deinde redeunte processione cantatur canticum puerorum, scilicet:Gloria, laus,& honor tibi sit Rex &c.per aliquos ecclesiam ingredientes, præsertim per pueros:quia ingrediente domino in sanctam
6 ciuitatem Hebræorum pueri,&c.innocentes enim laudabant eum.Et nota quòd Theodolphus † Aurelianẽsis Episcopus apud Ludouicum Imperatorem , Caroli magni filium , falsò à quibusdam suis æmulis accusatus , ab eodem est Andegauis carcerali custodiæ mancipatus. Cùmque in hac dominica iuxta domum in qua custodiebatur,processio transiret , ille fenestra aperta factóque silentio hos pulcherrimos versus à se editos,scilicet , Gloria, laus, & honor sit tibi Rex Christe redemptor:cui puerile decus prompsit , osanna pium.Israël es tu , rex Dauidis,&c.præsente imperatore cantauit, cui intantum placuerunt,
7 quòd mox illum à vinculis absoluit, & Episcopatum sibi restituit, atque eos hac die in fine processionis cantari instituit. In egressu † ecclesiæ post canticum puerorum cantatur responsorium : Ingrediente domino in sanctam ciuitatem , quod est primi toni propter primam ætatem,quia soli Deo cantandum est. Rursus cantus puerorum , qui fit iannis clausis,significat illud, quod cantus & occursus illorum puerorum significabat.Præfigurabat enim occursum & lætitiam angelorum recipientium Christum in cœlum post resurrectionem,quam sibi & sequentibus se per suam sanctissimam passionem meruit aperiri: cuius quidem clauso angelos non extrà miserat,sed aditum hominibus non præbebat:& ideò pueri qui sua puritate angelos significant, intra ianuas clausas,quasi Domino venienti occurrentes ad aperiendum cœlum, vt eorum repararetur ruina, versis vultibus cum lætitia & clamore proferunt hymnum laudis eis qui sunt extrà, cum gaudio respondentibus, ipsos intrantes cum Christo in suum consortium receperunt.Hinc est quòd in ingressu Ecclesiæ cantatur responsoriũ:Ingrediente Domino in sanctam ciuitatem, &c.declarãs hæc , quę dicta sunt,figurari per ea quæ fiunt. Cùm enim ibi fiat mentio de resurrectione,nam ibi fit mentio de palmis , quæ victoriam Christi de morte & diabolo significat:accipit Ecclesia factum illorum puerorum in signum præcedens eius quod iam dictum est, & factũ istorum in recordationem illius. Sanè ante crucem & † in cruce rami virides insi-
8 guntur,ad notandum quòd omnem virtutum vitorem à crucifixo habemus.

bemus. Christus enim ramus viridis fuit, habens in se, & nos ab ipso omnem virorem virtutum. Vnde ipse dicit: Si in viridi hoc faciunt, in arido quid fiet? In summa ergo dum † processionē facimus Christum, venientē ad nos suscipimus: cum pueris obuiamus, si innocentiā seruamus. Oliuas gerimus, si pacis & misericordiæ operib. indulgemus. Palmas portamus, si de vitiis & diabolo victoriam obtinemus. Virentes flores & fr[illegible]es gestamus, si virtutibus exornamur. Vestimēta sternimus carni mortificantes. Ramos carpimus, sanctorū vestigia imitantes. Quòd processio ciuitatem vel castrum egreditur, ouanter ad
Gal.6 crucē, & ad loca promontoria, siue eminentia vadens, recolit pueros Hebræos iuisse versus montem Oliueti: innuēs etiam quòd absit nobis gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Qui autem ponitifici extra vrbem, iuxta crucē, cum suis constituto occurrūt, & cum ipso ciuitatem ingrediuntur, accuratiùs agunt. Imitamur enim populum Israël & pueros eorū, qui extra ciuitatem Domino occurrerunt, & cum eo illā ingressi sunt. Hæc ergo magna processio repræsentat illam, quæ tali die facta est à turbis, & pueris Iudæorum cum veniret Iesus Hierusalem, super asinam sedens. Significat etiam, quòd Dominus ad nos veniet, & ad æterna tabernacula nos ducet. Vel fortè recolit processionem filiorum Israël, qui hac die Iordanem siccis pedibus transierunt, & cum triumpho terram promissionis intrauerunt. Nec est hæc processio inter alias dominicales cōputanda. Hæc enim ipsa est præconium passionis: illæ verò, sunt significatiuæ, & rememorativæ dominicæ resurrectionis, vel ascēsionis. Vnde rectiùs faciunt qui antè, quàm tertia dicatur illas præmittunt. Hanc verò processionem post tertiam huius diei cum palmis celebrant. De hoc sub ascensione dicetur. † Et quidem huic processioni lectio Zachariæ & Euangelium Ioannis rectè præmittuntur, quoniā ibi dominica processio inuitatur: hic historia declaratur: In tractu infantes ad præconia inuitantur. Passio in missa legitur. Benedicuntur † autē & distribuūtur rami, et per sacerdotē, licet Christus eos nec benedixisse nec distribuisse legatur? tum quia Christus nō honorauit eos, sed fuit ab eis honoratus, & ex eis: tum quia populus ille Iudæorū fecit hoc corporaliter & sporaliter, sed nos agimus hoc sacramentaliter, & spiritualiter ad effectum, qui in eorū benedictione exprimitur. Illi namque ferentes ramos, triumphum Christi nondum completum, sed tempore passionis complendum præfigurabant. Vnde non oportuit ramos distribui, vel benedici à Christo: quia nondum figura fuerat impleta. Ecclesia verò per tales repræsentat triumphū Christi iam completum secundum illud Col. ij. Expoliās principatus & potestates, trāsduxit confidēter palam triumphans illos in semetipso. Quia ergo non solùm ipse triumphator est, sed etiam per ipsius gratiam & sanctificationē triumphabunt omnes electi, conuenienter & benedictio ramorum, & distributio per sacerdotem, qui Christum repræsentat, debet experi. Quare autem

autem nō sit festum de dicta asina sicut fit de cruce, dicetur in septima parte sub festo crucis. Post processionem sequitur statim missa de passione Domini, quia debemus gaudere de fructu passionis, & compati, quia pro nobis passus est. Ibi enim est, vnde lætemur, scilicet de amore, quem ostendit nobis in cruce: & vnde tristemur, scilicet de peccatis
11 nostris, quæ tot sunt quòd propterea oportuit filium Dei pati. Venit autem decima † luna siue die primi mensis, id est, ante sex dies paschæ ad ciuitatem, in qua pateretur, vt esset in domibus Iudęorum: sicut præceptum erat in Exod. xxvij. cap. & in Deuter. Decima luna accipietis agnum, immolabitur autem agnus, quarta decima luna, id est, decimaquarta die primi mēsis ad vesperam. Et Dominus eadem hora agnum cum Discipulis manducans, vbi legalis paschæ decreta compleuit. Egressus est cum eis statim ad locum orationis, & circunspectis omnibus, cum iam vesperæ essent, exiuit in Bethaniam, cum duodecim Discipulis. Nempè mystičè decima luna venit, quia populus Israëliticus decima luna egressus est de Ægypto: similiter per istum verū agnum, est data libera potestas populo Israëlitico, id est, videnti Deum per fi-
13 dem, exeundi de peccato, quod non fuit datum per Mosem, & virgam eius, id est, per disciplinam & sacerdotium legale. † In principio ergo missæ reducens Ecclesia ad memoriam dominicam passionem incipit ab oratione dicens: Domine ne longè facias, &c. & est octaui toni, si-
14 gnificans quod per passionem venitur ad resurrectionem. † Sequitur epistola: Hoc enim sentite ad Philipp. ij. cap. in qua ostenditur passio, & passionis fructus. Dicit ergo: Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, id est, imitamini ipsum, vt sicut habuit charitatem, qua voluit pati: ita & vos habeatis charitatem, qua patiamini omnia tormenta temporalia: vt habeatis humilitatem quæ in Christo maximè fuit: mansuetudinem & patientiam & intellectum realem, vt sentiatis. Citò enim sentitur dulcedo Spiritus sancti, in corde quando est ibi: & hi quidem sunt fructus passionis, scilicet dulcedo in corde, & gloria.
15 Quædam tamen Ecclesiæ legūt lectionem: Venerunt enim in Hierusalem. Exod. xv. c. † Viso autem hoc fructu fit homo patiens, quia generat patientiam consideratio fructus: & ideo sequitur responsorium, quod respondet epistolæ, in quo ostenditur, quomodò per passiones venitur ad gloriam: & dicuntur ibi tria, quare est tertij toni. Primum est: Tenuisti manu tua meam dexteram Domine, & confirmasti me in bono. Secundū est: In voluntate tua deduxisti me. Talis facit quicquid Deus vult. Tertium est: cum gloria suscepisti me. Primum, est causa crucis. Secundum, ipsa crux. Tertium, fructus ipsius: versus est: Quam bonus Israël Deus: quando scilicet deducit suos ad passionem: vnde de beato Stephano legitur: Lapides torrentis illi dulces fuerunt. Posteà sequitur tractus: Deus Deus meus respice in me, & quare me dereliquisti, &c.
16 Et est secundi toni: quia ibi ostenditur passio, & fructus ipsius: vnde & titulus illius psalmi est, pro sumptione matutina. Euangelium † de passione

sione est, scilicet Scitis, quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur. Matth. xxv. cap. Est etiam offertorium scilicet: Improperium expectauit cor meum Deus, & miseriam: quod sumptum est de psalmo septuagesimo octauo: qui totus ex persona Saluatoris orantis in passionis agone conscribitur: quasi diceret Ecclesia: Ex quo Christus tot passus est pro nobis peccatoribus libenter patiar. Vnde dicit: Expectaui supple: quasi rem dulcem. Postcommunio de passione est, scilicet, Pater, si fieri potest, &c. Matth. xxv. c. & Mar. 8 c. & Luc. xxj cap. Et est octaui toni, propter rationem præmissam. In quibusdam Ecclesiis, dicitur in hac dominica & in diebus sequentibus præfatio de passione, prout dictum est sub quarta feria cinerum. Dicitur autem † hæc dominica in ramis palmarum, eò quòd tunc rami palmarum, si haberi possunt in processionem, portantur. Dicitur etiam alibi dominica Olivarum: quia rami oliuæ portantur, quod fit ad repræsentandum filios Israël qui cum ramis palmarum & oliuarum venienti Domino obuiam exierunt. Sequens quoque septimana Maior vocatur, eò quòd maius & prolixius habet officium † Dicitur etiam Pœnosa quia tunc præcipuè debemus vitia nostra punire. Vel quia Dominus in ea laborauit, & pœnas sustinuit recreando: sicut & in prima mundi hebdomada creando. Dicitur quoque Indulgentiæ: quia pœnitentes in ea absoluuntur. Dicitur etiam Sancta, quoniam in ea impij iustificantur. Hæc † autem dominica in tribus priuilegiata est. Primò, quia illa die filij Israël intrauerunt terram promissionis, & Iordanem sicco vestigio transierunt: siue enim contingit quòd eo anno tot dies fuerunt vsque ad pascha, quot sunt ab hac dominica. Secundò, quia hac die veniens Dominus de Bethania, cum honore maximo, in Hierusalem susceptus est. Tertiò, quia eadem die Dominus à templo ementes & vendentes eiecit.

SVMMARIVM.

1 *Feria secunda dominica in ramis, quid designet, & eius officium. numer*
2. 3. 4.
5 *Passio Domini, non recipit benedictionem, & cur ita.*
6 *Passionem cantantium voces, variè mutantur. & num. 7.*

De secunda feria. CAP. LXVIII.

SEcunda feria † ostendit causam passionis, scilicet in Christo humilitatem & patientiam, & in Iudæis crudelitatem & inuidiam, in Iuda cupiditatem & auaritiam: & est introitus quarti toni, propter famam crucis. Epistola verò sumitur de Esa. 50. cap In qua ostenditur principalis causa passionis Domini: Dominus Deus aperuit mihi aurem, scilicet, ad intelligendum, & propter hoc dedi genas meas vellentibus, &c. † In quibusdam Ecclesiis in hac & in tertiis feriis dicuntur duæ lectiones in missa: pro eo, quòd Christi passio à lege & Prophetis prænuntiata

fuit: In responsorio petit liberationem suam: Exurge Domine & intende, &c. versus: Effunde frameam: & est tertij toni: quia virtute Trinitatis liberamur ab inimicis. Framea est spata, quasi tremia, vel quasi ferrea. In euangelio † verò, scilicet ante sex dies paschę, &c. ostenditur triplex causa passionis: & dicit ante sex dies paschæ, non ideò, quòd sex dies futuri essent ante pascha, sed quia ibi causa passionis ostenditur. In Iuda ostenditur causa cupiditatis, eò quòd dixit: Vt quid perditio hæc? erat enim habens loculos: & ideò sic dicebat, vt nummos furaretur, vt haberetur in Ioan. In Iudęis causa est inuidia: quia moti sunt in eum propter laudem puerorum dicentes: Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & ideò quærebant interficere eum. In ipso verò Christo est frudificatio totius generis humani: vnde in Euangelio dicitur: Nisi granum frumenti, &c. In quibusdam tamen Ecclesiis in secunda feria legitur passio secūdùm Marcū, scilicet, Erat pascha & azyma post biduum, &c. Et in tertia feria dictum Euangelium secundum Ioannem, scilicet, Ante dies sex paschæ, sed primi magis videntur historiam sequi, quia post biduum, id est, post tertiam & quartam ferias: in quinta feria paschа, id est, agnus paschalis immolatus fuit. Præterea secunda dies creationis mūdanæ minus est cæteris ornata diebus. Nam cùm dixisset Deus quòd esset bonum: in quo numerus binarius infamatur: quia primus ab vnitate degenerat. & diuisionem significat. Vnde in eo facta est aquarum diuisio. Non est † ergo mirum si hæc dies secunda, quæ illam respicit minus cæteris in officio dominicę mortis purpuretur insigniis. Sed non est multum attendendum, vtrum in secunda vel in tertia feria legatur passio. Quia enim quatuor Euangelistæ passionem Domini descripserunt, ideirco secundùm quemlibet eorum passio legitur ex institutione Alexandri Papæ, eo ordine, quo scripserunt. Nam die dominica legitur passio secundum Matthęum, qui primus scripsit. Secunda vel tertia feria secundum Marcum, qui secundus scripsit. Quarta secūdùm Lucam qui tertius scripsit. Sexta feria, secundùm Ioannem, qui vltimò. Mediolanenses non legunt passionem, nisi secundùm Ioannem, quia in illa describitur esse sublatus, qui author est benedictionis: vnde non est à quo petatur. Legitur quoque sine luminaribus, quia ille mortе extinctus nuntiatur, qui secundùm Ioannem lux est mundi: & vt repræsentetur, quia eius Discipuli tunc quasi extincti sunt, quibus ipse viuens dixerat: Vos estis lux mundi. Non fertur etiam incensum: ad notandum, quòd tunc feruor deuotionis vel orationis, qui per incensum designatur, in Apostolis tepuit, vel potiùs quasi extinctus fuit. Legitur etiam sine salutatione, siue sine Dominus vobiscum: in detestationem salutationis Iudæ: & sine responsione: non enim responditur Gloria tibi Domine, quia in ipsa exprimitur, quòd Christus fuit à suis separatus per mortem corporaliter & spiritualiter, qui metu

mortis

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortis eo derelicto fugerant, & nulla gloria sibi erat. † Non legitur etiam tota sub tono euangelij; sed cantus verborum Christi dulciùs modulantur, ad notandum quòd dulciùs verba Christi in ipsius ore resonabant, quàm in ore cuiuslibet euangelistæ referentis, cuius verba in tono euangelij proferuntur. Verba verò impiissimorum Iudæorum clamosè & cum asperitate vocis, ad designandum quòd ipsi Christo asperè loquebantur. In fine tamen in quibusdam Ecclesijs benedictio petitur, incensum portatur, & sub euangelij tono legitur: quia finita est iam narratio passionis, & extunc omnia verba sunt euangelistæ narrantis quę post Christi mortem vsque ad resurrectionem contigerunt. In aliis † tamen Ecclesijs finis passionis quæ ad sepulturam pertinet, in tono legitur doloroso, vt plàctus mulierum de passione Christi lamentantium designetur: de quo planctu dicit Dominus in euangelio: Filiæ Hierusalem, nolite flere super me, &c. & ad maiorem deuotionem & amaritudinem propter Christi passionem in animis audientium excitandum. Et legitur super nudum pulpitum; prout sub feria sexta dicetur. In offertorio: Eripe me, petit liberari, sicut & in responsorio: & erubescant petit persecutores suos confundi: & post primi toni, vt sic in regione quiescentium gaudeat.

SVMMARIVM.

1 *Feria tertia dominicæ in ramis, quid agat. & num. 2. 3. & quæ sit Ecclesia salutem suam in cruce consideret.*

De tertia feria. CAP. LXIX.

TErtia feria similiter † de passione: quia manifestè quærebant eum interficere, vt habetur in euangelio: Erat autem pascha & azyma post biduum, &c. Et quia ecclesia considerat salutem suam in cruce tripliciter, scilicet in amore, quem dominus noster nobis ostendit in cruce: & in imitatione crucis, & in salute nobis data per crucem: ideò dicit in introitu: Nos autem gloriari oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi &c. ad Gal. vlt. c. Epistola verò est: dicit Hieremias: Hiere. xi. Hier. xi. c & habentur in eo verba Iudæorum de crucifixione Christi: Mittamus lignum in panem eius, id est, ipsum, qui se dicit panem de cœlo descendi: & hoc erat dictum per lignum crucis: destruamus ipsum, vel doctrinam eius. Sequitur † responsorium: Ego autem, & tertij toni propter triplex meritum, quod ibi notatur: primum cum dicitur: Induebar cilicio, id est, non ostendebam eis deitatem: sed asperitatem humanitatis: & hæc fuit humilitas & sapientia. Aliud notatur ibi: Humiliabam in ieiunio animam meam, scilicet, nō reddendo malum pro malo: sed etiam pro eis orabam: & hoc est tertium: vnde dicit: Et oratio mea in sinu meo conuertetur, supple, ex quo eis non prodest: quia non sunt digni. † Euangelium verò: Erat pascha. Mar. xiiij. cap. et de passione, vbi dicitur, quod dominus crucifixus fuit hora tertia: & hoc dicit, vt ostendat eorum impetuositatem: quia hora tertia liturgis Ioan. 6 cum crucifixerunt, dicentes: Crucifige, crucifige, non cessantes. In offertorio petit se custodiri à diabolo, & à membris eius. Vnde dicit: Custodi me de manu peccatoris, id est diaboli: & ab hominibus iniquis erue me: & est secundi toni. In postcommunione: Aduersum me. ostendit malitiam persequentium, & meritum patientium. Sequitur ibi: Et in me psallebant, qui bibebant vinum, &c. id est, filij diaboli, qui inebriabantur de calice Babylonis.

SVMMARIVM.

1 *Feria quarta dominicæ in ramis, Christus venditus fuit à Iuda: & eius dei tum significatio, tum officium. & num. 5. 6. 7. 9. 10.*
2 *Genu omne cur flectatur in nomine Iesu. & num. 8.*
3 *Verba: Omnis lingua confiteatur. cur intercepta fuerint in introitu missæ quarta feria dominicæ in ramis.*
4 *Bosra ciuitas.*
11 *Sanguis à Christo quinquies exiuit.*
12 *Fetorium triplex.*
13 *Ieiunandum quarta feria dominica in ramis, & quam ob causam.*

De quarta feria. CAP. LXX.

1 QVarta feria, est illa, in qua Dominus venditus † fuit à Iuda: quia non solum voluit pati pro nobis; sed etiam vēdi, vt liberaret nos
2 venditione: qua primus parens vendidit nos diabolo, per esum pomi veriti: vnde Esa. Gratis venundati estis, & sine argento redimemini, similiter multi venduntur se diabolo per momentaneam delectationem, sicut Adam vendidit se pro esu pomi veriti. Quarta ergo feria venditus est sol iustitiæ, ad nostram salutem, & quarta feria formatus
2 est sol visibilis ad mundi lucem. Orauit † autem Dominus, sicut habetur in euangelio huius diei flexo genu: & idcirco in introitu qui est ad Philip. ij. ca. inuitat Ecclesia, vt in nomine Domini omne genu flectatur cœlestium: inuitat Ecclesia, vt in nomine Domini omne genu flectatur terrestrium: infernorum, quia eos eduxit de lacu, in quo non erat aqua, liberauit: Infernorum, quia eorum ruinā reparauit: terrestrium, quia eos vt dicit Zacharias: & est tertij toni, propter tria quæ inuitant ad flectendum genua. Sequitur: † Et omnis lingua confiteatur: quia Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei Patris. & sumitur de Apostolo. Veruntamen ordinator officij intercepit verba illa? Et omnis lingua confiteatur. cò quòd Iudaica silet. Deinde sequitur lectio: Dicite filiæ Sion: Ecce Saluator tuus venit. Esai. lxij. cap. vbi habetur de mercede: dicitur etiam ibi, Ecce merces eius cum eo, &c. Et dixerunt angeli (quosdam enim latuit in carnatio.) Quis est iste, qui venit de Edom, id est de terra. tinctis vestibus, id est membris corporis, quæ sunt vestimenta diuinitatis: sanguinis purpura tincta de Bosra. † Bosra

est ciuitas in Moab, & interpretatur firma siue munita: hoc est de inferno: id est, de terrena habitatione: translatiua enim Bosra est Hierusalem, quam Dominus quondam suo firmauit auxilio, sed facti Moabitæ, id est, ex patre diabolo, vestes reges tinxerunt purpura sanguinis. Respondit: Ego qui loquor iustitiam, & sum propugnator ad saluandum. & dixerunt: Quare ergo rubrum est indumentum tuum? quasi dicat: Quare cruentatus es pressura crucis, si tu iustitiam loqueris? At ille respondit: Torcular calcaui solus, scilicet pro omnibus, vt omnes liberarentur, & de Gentibus non est vir mecum. Post lectionem verò cantatur responsorium: Ne† auertas faciem tuam, &c. In quo orat ipse, vt per passionem veniat ad gloriam. Quia verò in agonia prolixius orauit, vt habetur in euangelio, ideò sumitur offertorium, & postcommunio de psalmo, qui intitulatur: Oratio pauperis cum anxiaretur: excepto versu responsorij, qui est: Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Epistola est similiter in Esai. liij. cap. Domine quis credidit, &c. In qua etiam describitur in eodem schemate, in quo ab euangelista repræsentatur in passione, vbi, &c. Non est ei species, neque decor. & infrà: Sicut ouis ad occisionem ducetur. Post† epistolam sequitur tractus: & in solito modo, scilicet immediatè, & hoc ideò, quia Ecclesia arctius laget, quàm soleat, & se plangit, vt dictum est in quarta parte sub titulo de tractu. Tractus enim significat planctum, & ideò in tota sexta feria non dicuntur, nisi tractus: responsorium verò est pœnitentium, & quia Dominus non est ista die crucifixus, sed tantùm venditus, ideò non solùm dicitur tractus, verumetiam & responsorium † Passio, quæ sequitur: Appropinquabat, &c. Lucæ xxij. cap. Conuenit cum præcedentibus, in qua exprimitur consilium Iudæorum, Iudæ proditio Domini passio. Postcommunio est: Potum meum cum fletu miscebam: potum, scilicet passionis, quando videlicet sudor eius erat sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Potest etiam dici, quòd duo sunt nobis necessaria, scilicet oratio & patientia, secundùm quod docuit Dominus: Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. Ad hæc quidem duo inuitamur in introitu ad orationem, cùm dicitur: In † nomine Iesu omne genu flectatur. Ad patientiam, exemplo Saluatoris de quo subiungitur: Christus factus est pro nobis obediens vsque, &c. Non est enim obediens, in tribulatione, nisi qui libenter tolerat. Duæ lectiones ideò leguntur, quia hac die Dominus traditus est pro duobus, & à duobus populis, & in quibusdam Ecclesiis ad vtranque genua flectunt: quia ab vtroque populo adoratur. Præterea hac die sicut August. consilium inierunt Iudæi quomodo Iesum occiderent, & occiderent: & Iudas venit ad eos, & pacti sunt sibi pecuniam se daturos. Sicut ergo Ecclesia repræsentat in sexta feria astutiam Iudæorum, ita & in quarta consilium eorum. Quidam autem legunt primò lectionem illam: Dicite filiæ Sion. & posteà illam: Domine

quis credidit. alij verò econuersò. Primi quidem attendunt solùm illud, quod diximus, scilicet quòd venditio Iudæ, quæ facta fuit quarta feria: passionem Domini præcessit, de qua venditione fieri videtur sermo in illa lectione: Dicite filiæ Sion. in illo verbo: Ecce merces eius cum eo. Alij autem † attendunt, quòd primus homo duas mortes incurrit, scilicet carnis & animæ, & Christus nos ab vtraque liberauit. Et quia mors animæ mortem corporis præcessit, ideò prius legunt lectionem illam, in qua agitur de morte animæ & de liberatione ab ipsa. De morte animæ agitur in illa: Domine quis credidit, &c. ibi: Omnes quasi oues errauimus, & vnusquisque in viam suam declinauit. De liberatione verò statim sequitur ibi: Dominus posuit in eo iniquitates eorum omnium nostrorum: & iterum: Si posuit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum. Ad animam etiam pertinet graduale vnicum habens versum, scilicet: Ne auertas faciem tuam à puero tuo, id est, ab eo, qui paruus & humilis apparet in experientia tribulationis. Sequitur † versus: Saluum me fac, &c. vsque, Non est substantia. Aquæ enim, scilicet seditionis Iudæorum vsque ad animam Saluatoris tollendam peruenerunt, & illi qui erant limus profundi, infirmitati eius prævaluerunt. Sicut autem Saluator animam suam posuit pro animarum nostrarum redemptione, ita, & corpus subiecit pro corporum redemptione. Vnde in secunda lectione de ipsius corpore agitur sanguine proprio rubricato vbi dicitur, Quis est iste, qui venit de Edom &c. Et ibi: Quare rubrum est vestimentum tuum, &c. Ipse respondit: Torcular, &c. Et quia de sola miseratione passus est dominus pro nobis, ideò Propheta in persona ecclesiæ lectionem illam concludit, dicens: Miserationum domini recordabor: laudem annuntiauit super omnibus, quæ reddidit nobis dominus Deus noster. Quia verò per quinque sensus corporis peccauimus, ideò sequitur tractus: Domine exaudi orationem meam, &c. Habens quinque vulnera Christi: seu quia quinquies exiuit sanguis ab eo. † Primò in circuncisione. Secundò, in oratione. Tertiò in flagellatione. Quartò in crucifixione. Quintò, in lanceatione. Et in ipso tractu genus humanum petit auxilium, & confitetur defectum, quem ex peccato primi parentis incurrit, cùm dicit: Quia defecerunt dies mei, sicut fumus. Dies enim, est vita hominis: cuius nox est mors: sed hæc vita est abbreuiata, & defecit propter superbiam primi parentis, quæ per fumum intelligitur. Et sequitur: Ossa mea, sicut in frixorio confrixa sunt. Ossa, sunt vires interiores vel fortes, quę sunt Ecclesia, quæ carnes, id est, carnale sustentant. † Frixorium enim triplex est, scilicet peccatorum recordatio, proximorum compassio, futuri iudicij meditatio: in his frigitur bonus homo. Clauditur autem tractus, sicut & lectio in misericordia Domini. Vnde vltimus versus est: Tu exurgens domine, misereberis, &c. † Hæc igitur quarta feria priuilegiata est, quoniã legũtur in ea duæ lectiones, propter ordinandos

in sabbato sequenti. Item, quia in ea die Christus venditus fuit xxx. denariis: sicut & Ioseph xxx. argenteis. Quia seruus non est super dominum: nec discipulus super magistrum. xxvj. dist. Quis dubitet, & quòd ab hac quarta feria sumptum est, quòd semper in quarta feria ieiunare, & abstinere à carnibus, & carnalibus desideriis debemus: & in memoriam venditionis Christi hæc feria secundum locum obtinet, post sextam feriam, per totum annum in ieiuniis pœnitentialibus.

SVMMARIVM.

1 *Cœna Domini quæ tractanda habeat.*

De quinta feria. CAP. LXXI.

IN hoc † tractatu quintę ferię de cœna Domini hoc ordine procedamus. Nam primò generaliter dicemus aliqua de officio sequentium trium dierum, posteà specialiter de officio huius dici. Et primo de introductione publica pœnitentium in ecclesia & de sacramentis, quibus hæc quinta feria specialiter insignitur. Secundò, de triplicis olei consecratione. Tertiò, de huius diei missæ officio: vbi etiam agitur de pedum lotione, & officio vespertino. Quartò, de altarium denudatione: & tam de ipsorum, quàm de pauimenti Ecclesiæ lotione, & de corporis Dominici reseruatione, & de quibusdam aliis.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia luget tribus diebus passionis, & cur ita.*
2 *Feria quinta Dominicæ in ramis, matutinas vertit in tenebras: & de eius diei solemnitate. num. 28. 29.*
3 *Campanæ cur sileant, sexta Dominica in ramis, tribus diebus, & num.*
4 *Signa cur fiat cum tabula, ad tenebras sextæ feriæ Dominicæ quadrag.*
6 *Horarum principia cur omittantur feria sexta Dominicæ in ramis. Item, alia multa solemnitates, circa legitimum ecclesiæ officium. num. 7. 8. 9. 10.*
11 *Hominum tria genera per Christum saluata.*
12 *Treni Hieremiæ vnde dicantur.*
13 *Trenis cur inseratur alphabetum.*
14 *Hebraicarum literarum interpretatio.*
15 *Candelæ in tenebris Dominicæ sextæ quadragesimæ, cur extinguantur & num. 16. & quot accendantur. num. 17. & quid illæ significent & similiter etiam numero. num. 18. 19. 20. 21. & quid earum extinctio. num. 22. 23. 24. 26. & quid de ea, quæ remanet ceteris extinctis. num. 25. Clamor & benedictio post Benedictus in tenebris, quid significet.*

De eadem quinta feria. CAP. LXXII.

PRænotandum † autem est, quòd Ecclesia luget tribus diebus: quia tot diebus fuit Dominus in sepulchro: sicut enim Ionas fuit in

ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ita & Filius hominis, fuit in medio terræ, &c. Quod synecdochicè dictum esse asserit Augustinum: nec discipulus super magistrum. xxvj. dist. Quis dubitet, & quòd ab hac quarta feria sumptum est, quòd semper in quarta feria ieiunare, & abstinere à carnibus, & carnalibus desideriis debemus: & in memoriam venditionis Christi hæc feria secundum locum obtinet, post sextam feriam, per totum annum in ieiuniis pœnitentialibus. Nam pars illa sextæ feriæ qua fuit in sepulchro, accipitur pro nocte, & die sextæ feriæ: & nox diei dominicæ similiter pro nocte, & die ipsius diei accipitur. Dies verò sabbati integra est, scilicet nox cum die suo, id est, spatium videlicet viginti quatuor horarũ. Est ergo sensus: Fuit Dominus in sepulchro tribus diebus & tribus noctibus, id est tribus temporibus, quorũ quodlibet constat ex die & nocte. Sic enim loqui consueuimus, quia si aliquis etiam minima parte alicuius diei fuerit in aliquo loco, dicimus eum ea die ibi fuisse. Fuit enim secundum ipsum quadraginta horis in sepulchro, videlicet quatuor horis sextæ feriæ, & viginti quatuor sabbati, & duodecim noctis diei dominicæ, quia quadrificum orbem morte transgressionis decem mandatorum mortuum viuificauit. Sed secundum præmissa videtur, quòd triduana Domini sepultura debeat celebrari sexta feria, sabbato, & die dominica. Sed respondetur, quòd quia Dominus in nocte diei dominicæ resurrexit, noctem illam ad honorem resurrectionis solemniter celebramus. Vnde necesse est, quod quinta feria præueniamus & ita triduo, scilicet quinta & sexta feriis, & sabbato humiliationem Domini in mœrore celebremus, quia & in quinta feria iam inteneuerat nefarium commercium Iudaicæ proditionis. Quidam tamen cuilibet præmissorum trium dierum. xxxiij. attribuunt horas, volentes Christi defuncti exequias septuagintaduabus horis celebrare & tristitiam septuagintaduorum Discipulorum merito per hoc exprimere. † Sane Ecclesia his diebus tenebras colit & matutinas in tenebras finit. Primò, quia in luctu & mœrore est, propter Domini passionem, & propter eius triduanam mortem exequias celebrat triduanas. Secundò, officium tenebrarum, significat non tam tenebras materiales, quæ fuerunt super faciem terræ dum pendebat sol iustitiæ in cruce: fuit enim tunc eclipsis miraculosa non naturalis per tres horas, videlicet à sexta hora vsque ad nonam inclusiue, quam etiam spirituales, quæ in illo triduo in cordibus fidelium extiterunt. Tertiò, per hoc quod tenebras colit tenebrarum priuatus insinuatur, quia his diebus incœperunt præcedere dies. prout sub sabbato sancto dicetur. † In his vero tribus diebus silent campanæ, quia tunc siluerunt Apostoli, & prædicatores, & alij, qui per campanas intelliguntur. Sonus autem campanarum significat sonum prædicationis, de quo dicitur. In omnem terram exiuit sonus eorum. Non enim iam circuibant euangelizando vicos, & vrbes sed hymno dicto exierunt cum Iesu in montem oliueti: quibus cum Dominus dixisset, Ecce appropinquat, qui me tradet, præ tristitia dormitauerunt, & laudibus confiteri cuerunt. Vnde & à completorio siue à vespera, qua Dominus traditus fuit campanarum silentium inchoatur. A vespera autem qua Dominus traditus est quando videlicet Discipuli fugerunt, campa-

nis silentium indicitur. Alij videlicet ad primam huius quintæ feriæ, & non vlterius pulsant campanas, sit tamen signum cum tabula. † Primò ad significandum Christi humilitatem, qui se abscondit & vsque ad mortem, & sepulturam se humiliauit. Ligni quidem vsus, humilior æris sono hoc ostendit, & inde Ecclesia Orientalis vsum adhuc tenet lignorum, & vt populus humilior reddatur. Secundò per signum tabulæ, terrorem accipimus. Tabula ergo percutitur, quia magnus timor Apostolis à Iudæis incutiebatur. Tertiò, per lignum in ligno malleum scilicet in tabula suspensum, intelligimus Christum qui est lignum plantatum secùs decursus aquarum: qui in crucis ligno pependit, & pendens orabat & prædicabat dicens: Pater dimitte illis: quia nesciunt quid faciunt. Cum ligno autē tantum pulsant, quia tunc solus Christus prædicator habebatur: & solus torcular calcauit. Quartò, per tabulam ipsam, lignum fructiferum, scilicet Christū, per malleum, quo tabula percutitur, lignum præuaricationis significatur. † Quintò, ideò campanæ & non signum tabulæ vel alterius huiusmodi silent: quia licet maiora signa nostra, videlicet Apostoli à laude Dei in Christi passione siluerunt, minora tamen signa, vt mulieres non siluerunt, imò secutæ sunt ipsum, vsque ad crucem. † Principia quorumlibet horarum, scilicet Deus in adiutorium: & fines, scilicet Per Dominum. & Benedicamus. & huiusmodi dimittuntur: quia recessit, & nobis absentialis est sacerdos, & pastor bonus, qui est α & ω, id est, principium & finis, qui etiā est summus sacerdos, & caput nostrum, & traditus impiis, nec est, à quo peramus quòd intendat in adiutorium nostrum. Percusso namque pastore nostro, discipuli eius dispersi sunt. Sic ergo istud officium, quod caret principio & fine, quasi mortuum & vidua tum videtur: quia & Patres nostri viduati post mortē Christi fuerunt. Non dicitur etiam Gloria Patri: quia in Christi passione abscondita fuit fortitudo gloriæ ipsius Christi, & in eius morte Trinitas visa est extincta: in cuius laude dicitur ille versus: De hoc etiam sub dominica de passione dictū est. Hoc etiam notatur in quibusdam ecclesiis, in quibus his diebus duo tantùm cerei ante altare ardent, tertio extincto, prout sub titul. de pascha dicetur. In his quoque tribus diebus salutatio non fit, quia dominus vobiscum, nō dicitur, vt viteretur pessima salutatio, per quam Iudas tradidit Christū dicens: Aue rabbi. Pax etiam non datur, pro eo, quòd Iudas osculo tradidit Christū: & quia in duobus sequentibus diebus altari non consecratur, nec dicitur: Pax domini sit semper vobiscum. nec, Dona nobis pacem. In quibus dā tamen ecclesiis datur hodie pax, pro eo quòd hac die sacramentū sacramētorū, scilicet eucharistiæ institutum est. † His quoque diebus fit officium humilius solito, propter domini humiliationem & tridui nam eius sepulturam, quam celebramus. Veruntamen nocturnale officium, per quod significantur propheriæ prophetarum, alta voce & manifestius cātātur, quia prophetæ & alij sancti Patres veteris Testamenti alta & aperta voce, quæ de Christo erant vētura, prædixerunt: & quod Spiritus sanctus ibi dictabat remota formidine nuntiarunt. Diurnum verò officium, per quod Apostolorum prædicatio figuratur voce demissa, & quasi sub silentio cantatur: quia tunc Apostoli omnino tacuerunt, aut saltem occultè prædicauerunt. † Incipit autem tenebrarum officium: Zelus domus tuæ comedit me, id est, amor vehemens ecclesiæ fuit causa, quare passus sum. Non dicitur inuitatorium imitemur, sed potiùs per silentium detestemur pestiferum Iudæorum consilium, & conuentū factum, vt Iesum caperent in sermone: & eum morti traderent. Præterea tunc Apostoli dispersi erant, qui alios ad dominum inuitare & conuocare consueuerant. † Hymnus etiam laudis non dicitur: quia tunc factus est opprobrium hominū, & abiectio plebis. Finis dominicæ orationis, quę dicitur ante lectiones, dicitur in silentio, pro eo quòd de euangelio sumitur. Nam tunc euangelica enuntiatio fugientibus Apostolis cessauit: & est notandum, quòd Christus cuius est ipsa oratio, auulsus à cæteris, & quasi in silētio orauit: sed tunc fit sonitus per tactum ligni cum manu, quia & Christus in ligno crucis pendens, voce magna clamauit. † non dicuntur etiam in lectionibus: Iube domine benedicere: nec, Tu autem domine, quia recessit pastor & sacerdos, qui gregi benedicere & misereri debet: sed quia illum propter peccata amisimus, ad hoc vt eū recuperare valeamus, admonemur per versum illum: Hierusalem, Hierusalem, cōuertere ad dominum Deū tuū, qui in fine lectionum dicitur, vt ad pœnitentiam conuertamur: nam post luctum gaudere possumus. Per hoc autem, quòd dicitur bis Hierusalem, arguitur duritia Iudæorum, & peccatorum, sicut alibi in euangelio: Hierusalē, Hierusalem, quę occidis Prophetas, &c. Rursus per Iube domine, intelliguntur ad prædicationem euntes: per Tu autem, inde redeūtes. Ideò ergo neutrū dicitur, quoniam Apostoli, quos repræsentant, qui lectiones legunt, his diebus fugerant: vnde nec ad prædicationem missi sunt, nec qui missi erant, sublato domino redierunt. Omnes antiphonæ sunt de passione & compassione. † In his etiam tribus noctibus nouem psalmi nouem lectiones & nouem responsoria diuisim per singula nocturna cantātur, ad ostendendum quòd Christus in infernum descendens tria hominum genera: scilicet virgines, coniugatos, & continentes inde rapuit, & ad angelorū societatem transuexit: quæ tria genera in euangelio distinguuntur per eos, qui in mola, & per eos qui in agro, & per eos qui in lecto sunt. Tria ergo huminum genera, scilicet qui fuerūt in lege naturali, & in tempore legis, & Prophetarum, per tria nocturna recolimus: & sicut illi per mortem domini in tribus sociati sunt nouem ordinibus angelorum, scilicet in actionibus, cognitionibus, & gaudiis, ita per tres noctes dominicæ sepulturæ nouem psalmi, nouem lectionibus, & nouem responsoriis subduntur: psalmi enim ad actiones, lectiones ad operum Dei cognitionem, responsoria verò

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad gaudium,& ad cantum pertinent angelorum. Cæterùm tres primæ lectiones,vel in quibuſdam eccleſiis ſex,ſunt de Trenis Hier.deflentis captiuitatem populi ſui:non ſolùm Babylonicam,ſed etiã Romanam,quam incurrunt propter paſſionem domini:& ideò dicuntur lamentabiliter in perſonam ſanctorum de Iudæis,qui deflent caſum gentis ſuæ.Sicut enim ille deplorauit mortem Ioſię,regis occiſi in futuram deſtructionem gentis:ita & nos deploramus mortem & paſſionem Chriſti regis noſtri. In fine autem Lamentationũ dicit idẽ Hier. Spiritus oris noſtri, Chriſtus dominus captus eſt in peccatis noſtris. Aliæ verò tres ſunt de expoſitione pſalmi tractãtis de paſſiõe:& ideò voce depreſſa leguntur tres vltimæ de epiſtola Pauli j.ad Cor.xj.Cõuenientibus vobis in vnum,&c.vbi oſtendit Apoſtolus quomodo debet cœna Domini ſumi.Ex quibus ſex lectionibus apparet,quòd Prophetæ præuiderunt Chriſtum occidendum, & Apoſtoli docent occiſum.Dicuntur autem Treni,id eſt,†lamentationes,à Trenato mõte, vbi lamenta animarum,quæ ibi puniuntur,ſæpè audiri dicuntur.Inde etiam dicitur Trenum,quod eſt plenum lamẽtationis & funeris. Dicuntur etiam Treni:quia ſemper tres verſus poſt vnamquanq; literã Hebraici alphabeti ſequuntur,quod alphabetum totum per ordinem in illis Lamentationibus ponitur.† Primò,quia mos fuit Hebræis ſi quid ponere in eorum cãtibus,ſiue luctus ſiue lætitiæ alicuius rei multum notabilis;prout patet in vltimo capitulo Prouerbiorũ:Mulierem fortem,&c.& inquibuſdam aliis locis, prout habetur in proœmio libri Regum.Secundò,quia ſicut dixit Hierem.in eodem proœmio & in prologo Bibliæ verſus,quibus dictæ literæ anteponuntur in Lamẽtationibus Hierem.incipiunt in Hebræo ab eiſdem literis.Tertiò,vt per hoc notetur cæcitas & duritia Iudæorum, qui res tanquam alphaberum notiſſimas,videlicet paſſionem filij Dei intelligere, & credere nolunt, dicẽte Propheta:Miluus in cœlo,turtur,& ciconia cognouerunt tempus aduentus ſui:Iſraël autem me non cognouit,& populus meus non intellexit. † Quartò, quia interpretationes literarum ipſarum maxima ex parte continent ſententiam verſuum quibus anteponuntur.Circa quod notandum eſt,quòd Aleph,interpretatur doctrina.Beth,domus.Gimel,plenitudo. Daleth, tabularum ſeu ſcripturarum.Et hæc ſiquidem eſt prima cõnexio literarum ipſarum:nã dicitur quod doctrina eccleſiæ, quæ eſt domus Dei, eſt in plenitudine ſcripturarum,He,iſta:vau & zay hæc Beth,vita.hæc eſt ſecunda connexio,vbi dicitur,quòd iſta & hæc doctrina, quam prædiximus eſt vita quam viuimus.Thet,bonum, Ioth principium : & eſt tertia connexio,vbi dicitur quòd bonum eſt principium per Scripturas,quas ſpeculum ſaltem in enigmate agnoſcere Dominum. Caph, manus. Lamech, cor vel diſciplina. hæc eſt quarta connexio, vbi dicitur quòd in vtero cordis diſciplina exigitur: quia nihil facere poſſumus,niſi quę faciẽda erunt,agnouerimus.Mem,ex ipſis.Num,ſempiternum.

Hiere. 8

ternum. Samech, adiutorium:hæc eſt quinta connexio, vbi dicitur quòd ex ipſis Scripturis eſt nobis ſempiternum auxilium.Ayn oculus. Phe,errault.Sadech,iuſtitia vel conſolatio:hæc eſt ſexta connexio,vbi dicitur quòd ſæpè dicta Scriptura, eſt oculus errantibus, & conſolatio.Caph,aſpice ſuper. Res,caput.Syn ſuper vulnus.Thau.ſignum vel conſummatio:hæc eſt ſeptima cõnexio, vbi etiam in numero ſit myſticus intellectus, vbi dicitur: Aſpice in ſcriptura contineri caput noſtrum à quo habemus medelam ſuper vulnera, & ſequitur cõſummationem,id eſt,vitam æternam. Sic ergo Saluatoris exequiæ celebrantur,vt in modico apice, ab aliorum defunctorum exequiis diſtare videantur.† Conſequenter candelæ & lumen extinguntur : nam hæ tenebræ tribus noctibus celebratæ, ſignificant tenebras quæ tribus horis fuerunt Chriſto in cruce pendente:vel ideò tribus noctibus lumen extinguitur:quia verum lumẽ triduo iacuit in ſepulchro. Circa quod aduertendum eſt, quòd quidam accendunt ſeptuaginta duas candelas, quidam vigintiquatuor, quidam quindecim, quidam duodecim, quidam nouem, quidam ſeptem, & ſecundum quoſdam non eſt numerus certus,omnes tamen non ſine myſterio agunt.† Septuaginta-duæ candelæ quæ extinguuntur,deſignant ſeptuaginta duos diſcipulos quorum prædicatio in morte Chriſti penè extincta eſt:ſignificant etiam quòd dominus ſeptuaginta duabus horis iacuit in ſepulchro per ſyneedochen intellectus:vel tot accenduntur,propter lxxij. nationes ſeu genera linguarum.† Vigintiquatuor candelæ accendũtur Primò, quia ſol ille,qui mundum xxiiij.horis diei & noctis illuminat:ſignificat Chriſtum verum ſolem,qui extinguitur:quia Chriſtus occubuit veſpere paſſionis, & tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram. Secundò, dies cuius maius lumen Chriſtus eſt : nox verò cuius minus lumen eccleſiæ eſt,luminaria ſunt Apoſtoli, & alij viri Apoſtolici:qui ſunt quaſi xxiiij horæ, quæ diei Chriſto, & nocte eccleſiæ famulantur. Vigintiquatuor luminaria ergo extinguuntur:quia Apoſtoli in vnoquoque per vigintiquatuor horas latuerunt. Tertiò, vigintiquatuor candelæ deſignant verſum:Gloria,&c.qui in nocturnis feſtiuitatum vigintiquatuor vicibus ſolet dici. Primò poſt, Deus in adiutorium:ſecundò poſt inuitatorium tertiò, poſt hymnum nouies in pſalmis trium nocturnorum, ter in reſponſoriis, & Te Deum laudamus: quaſi Gloria Patri eſt. Iterum, ad laudes ſemel poſt.Deus in adiutorium, quinquies in pſalmis ſequentibus, ſemel in hymno : & ſemel poſt, Benedictus. Verſus enim ipſe in hoc officio tacetur, vt præmiſſum eſt:quia ille in cuius laudem, dicitur in ſepulchro iacet. ideóque vigintiquatuor candelæ ad hoc deſignandum extinguuntur.vel ſignificant xij. Apoſtolos, in quorum honore toties dicitur, Gloria Patri in nocturnis, prout dictum eſt in proœmio quintæ partis. † Quindecim candelæ ſignificant xij. Apoſtolos & tres Marias, quæ ſequebantur Dominum, quæ extinguuntur,quoniam tunc omnes laudes Dei

tacuerunt. Apostolis tamen fugiẽtibus, ipsæ Mariæ, quia minùs timebant, circa Christum quoad poterant versabantur: vnde legitur: Pelli
Iob 9 meæ consumptis carnibus adhæsit os meum: & de. sunt tan. le. c. den. 19
meos. labia, id est. mulieres, quæ sunt quasi pellicula circa dẽtes. † Vel
quatuordecim ex illis candelis significant, quatuordecim articulos
fidei: quorum extinctio, significat extinctionem fidei factam in fuga
Apostolorum: extinctio verò vltimæ cãdelæ significat mortem Chri-
sti. † Duodecim candelæ accensæ repræsentant duodecim Apostolos, 20
quæ extinguuntur, ad notandum quòd Apostoli tunc siluerunt & fu-
gerunt, & penè extincta est fides in eis. † Nouem candelæ significant 21
genus humanum, quod per peccatum se à nouem ordinibus angelo-
rum, & à vera luce exclusit. † Septem candelę significant gratiam Spi- 22
ritus septiformis, quæ in cordibus discipulorum penè fuit extincta.
Vbi verò non obseruatur certus candelarum numerus, sed quilibet
laicus pro velle candelam apponit, huiusmodi candelę significant Pro-
phetas, & alios sanctos Patres, qui Christum vẽturum lumen nostrum
prænuntiantes & verba salutis prædicãtes, diuersis pœnis vexati mor-
tui sunt & extincti. Porrò omnes candelæ non simul, sed vna post a- 23
liam extinguuntur, quia discipuli non simul à Christo sed successiuè
vnus post alium discesserunt. Alia etiam ratio iam sequitur. † Quidã 25
extinguunt eas post singula cantica, vsq; ad plenã extinctionem: figu-
rãtes quòd singulis cãticis siue psalmis mœstitia decidimus, quia ve-
rus sol occubuit gaudiúmq; nostrũ in luctũ est cõuersum, iuxta illud:
Cecidit corona capitis nostri, conuersus est in luctum chorus noster. 26
Alij in tribus vicibus eas extinguunt: recolentes triduanam Domini se-
pulturam. † In quibusdam quoque ecclesiis candelę quadam manu
cerea extinguuntur, quę significat manum Iudę: de qua Dominus di-
Matt. 26 xit: Qui intingit manum mecum, &c. Quę fuit quasi cerea, id est, ad
malum flex. bilis: per quam Christus Rex noster, & vera lucerna tra-
ditus fuit, & quãtùm in illo fuit extinctus. Candela autem, quę in me-
dio est, nõ † extinguitur: sed in fenestra vel arca accensa seruatur oc-
cultè: vt posteà reueletur, & ecclesiam illuminet. Nempè candela ipsa
sub eis lumen occultatum significat. Primò fidem, quę in sola Virgine
remansit: per quam posteà omnes fideles docti & illuminati sunt. Se-
cundò, significat Christum qui licet videretur secundum carnẽ extin-
ctus, tamen secundum diuinitatem, quę illis erat occulta, viuebat, &
posteà resurgens cum luce clarissima se suis discipulis manifestauit.
Tertiò, occultati luminis, quod videbatur extinctum, reuelatio no-
tat fidei illuminationem in Apostolis, & aliis, in quibus tunc penè ex-
tincta erat. Quartò, notat fidẽ post infidelitatem. Quintò, notat quòd
ignis Spiritus sancti, qui in fidelibus videtur extinctus: iterum reluc-
scet in eisdẽ. Sextò luminis renouatio, significat noui Testamenti re-
nouationem. † Septimò, luminaria succeſſiuè vnũ post alterum extin-
guntur, & vnum quasi penè extinguitur, quia absconditur, & posteà

reuelatur, id notandum, quòd peruersi vineæ cultores, & generatio prauna nuntios patris, videlicet Prophetas, per varia tempora comple-
to suo ministerio Prophetiæ occiderunt, & tandem patris hæredem,
quem in sepulchro positum lumine occultato figuramus, cuius lumi-
nis reuelatio, est resurrectionis eius manifestatio, & commemoratio.
Sanè candela quæ vltima extinguitur, est maior cæteris, secundùm
quosdam, & significat Christum qui fuit Dominus Prophetarum: se-
cundum alios verò vbi nõ est maior cæteris, similiter significat Chri-
stum qui reputatus est vnus ex Prophetis, & vltimus extinguitur, quia
nullus post eum apud illos Propheta surrexit: sed extinctus eis perfi-
diæ tenebras dereliquit. Et ad canticum euangelicum candela ipsa
extinguitur: quia Christus euangelizans occiditur. Et attende, quòd
in hoc officio pastoris officia, vt capitulum subticentur quia pastores
dispersi fuerant: versus tamen, quod est minorum officium, non omit-
titur, quia Discipuli minus cogniti videbantur. Vnde & hoc officium
27 triduanum potius à minoribus celebratur in typo minorum discipu-
lorum, & mulierum, qui Dominum sequebantur. † Vociferatio ad
Benedictus & tumultus popularis, qui tunc fit, concrepatio est Iudæ
proditoris, & tumultus cohortis, quam cum gladiis & fustibus Iudas
contra Christum adduxit: vel cæci discipuli salutatio dicentis: Aue
rabbi. Tertiò canticum ipsum tunc alta voce dicitur, ad notandum,
quòd multi interfecto antichristo gaudebunt. Clangor canentiũ Κύρι-
ε ἐλέησον, est tumultus Dominum persequentium, & eum ironicè adorã-
tiũ: vel significat lamẽta sanctarũ mulierũ, quę sequebantur Dominũ:
quæ leguntur posteà lamentari sedentes cõtra sepulchrũ. τρεχοὶ verò,
id est, versus illi, qui in illis qui tribus noctibus, cũ Κύριε ἐλέησον, & Do-
mine miserere: quasi lamentabiliter cantantur, significãt lamentatio-
nes & dolores mulierũ, de cognatione sua, quæ à Galilæa fuerant se-
cutæ Iesum: inter quas erant Maria Magdalena, & Maria Iacobi, &
28 Maria Solome, plorantes iuxta sepulchrum. † In quibusdam Ecclesiis
tropis cantatis, procidentes ad terrã, dicunt in tenebris sub silentio:
Miserere mei Deus & collectã: Respice quæsumus Domine, in quo ri-
mor Apostolorũ in occultis notatur. Posteà fit cũ manu vel alio quo-
dammodo sonitus ante luminis reuelationem: qui sonitus repræsen-
tat terroris eorũ incussionem, vel ex tumultu cohortis, vel ex terræ
motu: in quibusdam tamen Ecclesiis ignis nouus de lapide product-
29 tur: quia per Christum mediatorem nostrum nobis Spiritus sanctus
infunditur. † Ab hac quoque die vsque ad octauã pentecostes in qui-
busdam Ecclesiis officium beatæ Mariæ omittitur, vt memoriæ atque
reuerentiæ passionis & resurrectionis: de quibus in Ecclesia hoc tem-
pore agitur, ardẽtiùs insistatur. Cùm enim honor & obsequiũ specia-
liter hoc tẽpore Christo eius nato in nostra humanitate passo & glori
ficato impensim redundet, in ipsam matrem, nulla quidé sibi fit iniu-
ria ipsum officium omittendo. Omittitur etiã officium mortuorum,

quia

quia cùm recordatio beneficiorum Christi præcipuè, quæ ipse passionis & resurrectionis suæ tempore contulit, omnem nostrum effectum & intellectum requirat. Proinde Ecclesia illud solum officium, quod ad ipsum Christum spectet, in quo de eius passione & resurrectione agitur, eo tempore agit: vt sic non ad plura dispersa, ad vnum duntaxat vehementiùs occupetur. Nec per hoc defuncti qui sunt in purgatorio dispendium patiuntur: quia cùm sint nobis per charitatem vniti, beneficia nostra secundùm quòd meruerunt, participantur ab eis: nec expressius memoria pro illis fieri posset, quàm agendo memoriam de morte & resurrectione Christi, per quam à pœnis liberari expectant. Extra ecclesiam tamen vtile est ipsa officia dicere.

SVMMARIVM.

1 *Officium diurnum feria quinta Dominicæ quadragesimæ, & eius formæ, etiam sunt. num. 3.*
2 *Remedia duo contra peccatum.*
4 *Pœnitentes cur & quomodo admittantur in Ecclesiam sexta feria Dominicæ in ramis & nu. 5. 6. 7.*

De diurno huius diei officio.

CAP. LXXIII.

SEquitur de diurno † huius diei officio videre. Et quidẽ hæc quinta feria insignitur sacramentis, tum ab Ecclesia, tum à Domino institutis: in qua die, primò pœnitentes in Ecclesia introducuntur, qui in capite ieiunij, de ea ejecti fuerant. Vnde in canone Inno. ita legitur: De pœnitẽtibus verò, qui siue ex grauioribus omissis, siue ex leuioribus pœnitentiã gerunt, si nulla interueniat ęgritudo, quinta feria ante pascha eis remittendum Romanæ Ecclesiæ consuetudo demõstrat. Primò ergo, de pœnitentium introductione in Ecclesiam, dicturi, aliqua de ipsorũ ejectione præmittamus. Siquidẽ misericors & miserator Dominus, cuius misericordię nõ est numerus, sicut in psalmo habetur: misericorditer semper agens & peccatorũ salutẽ sitiẽs per huius mũdi pelagos periculosè nauigantibus: & quãdoq; fluctuãtibus prouida alia multa remedia specialiter duas naues siue tabulas parauit. Prima est baptismus. † Secunda pœnitentia, sicut Apost. ait ad Eph. & quidam pœnitẽtes de Ecclesia ejiciũtur, repræsentat exilium & ejectionẽ Adæ & Euæ de paradiso propter esum pomi. Peccatores ergo de Ecclesia ejicimus, & ejectis pœnitentiam septennem, aut aliam pro criminum qualitate imponimus, & ejecti per septem hebdomadas extrà morantur: quia genus humanum in Adam lapsum iudicio Dei in hoc exilio septem milibus damnatur annorum. Maria quoque lapsa, septẽ diebus extitit extra castra: Forma ejectionis habetur in cõcilio Agathe. *Num. 12* Ejectionẽ verò Cain à facie Domini, repræsentat Ecclesia excõmunicando viros sanguinum, præcipuè cum candelis extinctis: quia & ille & isti spiritum vitiis extinxerunt, quæ candelæ in prolatione anathematis debent proijci, & pedibus conculcari: nec vlterius debent ad aliquem vsum, sicut nec sal infatuatum assumi. Ejecti ferunt candelas in manibus ad significandum, quòd pro opere quo primi parentes porrexerunt manus, ad pomum vetitum, apposita est ignea rumphæa in paradiso. Clauduntur coram eis fores Ecclesiæ in signum aditus paradiso quondam obclusi. Quòd de loco ad locum † vadũt, siue in exilium mittũtur, significat, quòd Cain post mortem fratris profugus & vagus fuit super terram. Quòd ciliciis & laneis vtũtur de Iob tractum est, qui pœnitentiam in faúilla & cinere agens, sacco se operuit: & de Niniuitis qui similiter fecerunt. Cilicium quoque portãt, in signum pellicearum tunicarum Adæ & Euæ, Ioan. etiam habitum recolentes. Carcer pœnitentiæ à Ioseph initium habuit. Quòd comam & barbam nutriunt: tractum est de Ioseph, cui in carcere posito, ista excreuerunt. Quod iacent, aut sedent in terra, sumptum est de Iob, qui in sterquilinio sedit: in terra etiam comedunt, quasi ipso facto dicant: Maledicta est terra in opere tuo. Non dicitur eis, Aue, quia nondum erat mutatum nomen Euæ. Quòd pedes nudant, nuditatem repræsentant Adæ. Quòd ieiunantes; quòd indigent ornatu gloriæ, quòd baculis vtuntur, tractum est de Iacob, qui peregrinans in baculo Iordanem transiuit. In his etiam omnibus inuitantur ad humilitatem & purgatoriam confessionem, & tam peccatorum, quàm æternæ pœnæ meditationem, & quòd sint memores suæ peregrinationis. Nãque ejiciuntur de Ecclesia, & post eos cantant: In sudore vultus tui vesceris pane tuo, hoc ideò fit, vt videntes Ecclesiam pro eis esse confusam, magis ac magis cõfundantur: in vestimentis quippe sordidis & excremento crinium & barbæ, multiplicatio miseriæ peccatorum insinuatur, quasi dicãt ipso facto: Iniquitates meæ multiplicatæ sunt super capillos capitis mei. Quòd in terra iacẽt, eis æternam damnationem ad memoriam reducit: quasi dicant: Domine perdes omnes qui in terram descenderunt, id est, qui dediti sunt terrenis, nisi respiciant. Quòd de loco ad locum cum baculo vadunt: eis ad memoriam peregrinationem suam reducit, qui per peccatum recesserunt à Deo: in baculo enim intelligitur correctio, & consolatio, & sustentatio, quasi dicant: Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Est autem baculus cubitalis: quia in qua mensura mensi fuerint, remetietur eis. † Sed quæritur quare hac die pœnitentes in Ecclesiam introducuntur? Respõdeo, In quinta feria Deus creauit pisces & volucres: pisces in aquis reliquit, volucres in aëra leuauit, iuxta illud: Magnæ Deus potentiæ, qui ex aquis, &c. partim remittis gurgiti, scilicet pisces, partim leuas in aëra, scilicet volucres. Per pisces intelliguntur cupidi, auari, & luxuriosi, qui in flexu cupiditatũ huius mundi delectantur. Volucres sunt spirituales, qui in spiritualem cõuersationem quasi in aëre leuantur. Pœnitentes igitur in quinta feria in Ecclesiam introducuntur

Genes. 4 *Iob. 42* *Ioann. 5* *Gene. 41* *Iob. 2* *Genes. 3* *Gene. 32* *Genes. 3* *Psal. 68* *Psal. 21* *Psal. 22* *Marc. 4*

cuntur: & quasi segregati à malis & ab huius mundi deliciis, in cœlis animo conuersantur. Præterea, in fine quintæ ætatis, quam hæc quinta feria significat, Ioan. Bap. pœnitentiam prædicauit, & Dominus noster venit in mundum, peccata absoluens: prout in prima huius diei de oratione dicitur. † Rursus in hac die institutum est sacramentū sacramentorum, scilicet corporis & sanguinis Domini, cùm Dominus vetus finiuit testamentum, & nouum inchoans, panem & vinum in corpus & sanguinem suum transsubstantiauit, quod est sacramentum misericordiæ. Quia ergo Christus solus de misericordia crimina tollit, vt prædictum est, ideò pœnitentes hac die reconciliantur, quia hac die misericordiæ consecrauit sacramentum: & inde est quòd missa huius diei solenniter cantatur, vt ibi dicetur. Meritò igitur hac die, quæ tota in remissionem peccatorum consecrata est pœnitentes reconciliantur ad percipienda corporis & sanguinis Domini sacramēta. Decuit itaque hoc sacramentum sacramentorum in fine instituí quintæ feriæ, aduenientе sexta feria, eò quòd in fine quintæ ætatis, & in primordio sextæ, lex finē, & euāgelium sumpsit exordium. † Præterea, hac die absolutio- tur, quia in ea die Christus fuit captus & ligatus, quę ligatio absolutionem nostram operata est. Hac etiam die Christus lauit pedes Discipulorum suorum, vt pedes & affectus nostros lauet, id est, soluat à peccatis. † Forma verò reconciliationis est hæc. Erit pōtifex ad patentes ianuas Ecclesię, vbi iacent pœnitentes prostrati in terra, & eos vice Christi vocat ad timorē Domini, dicens ter: Venite. ve. ve. filij audite me, timorē Domini docebo vos. Hanc esse Christi vocē probat ti. psal xxviij. de quo sumitur qui talis est psalmus Dauid cum mutauit vultum suum coram Abimelech. Abimelech interpretatur patris mei regnum: per quem Iudæos accipimus, coram quibus verus Dauid mutauit vultum suum, id est, sacrificandi ritum: & ferebatur in manibus, quando panem & vinum dedit discipulis, dicens: Hoc est corpus meum: & hic est sanguis meus: quod quidem hodie factum est. Dicens ergo pontifex vicarius Iesu Christi, Venite pœnitentes: inuitat ad corporis sanguinisque conuiuium. Proinde, pro eis orat, genua flectit, eos admonet, cōsignat, recōcilians in Ecclesiam introducit. Illud etiam notabile est, quòd vsque hodie ianuæ Ecclesiæ patent: ad notandum venientes ab Austro, vel ab Aquilone. i. iustos & peccatores quando accedunt ad misericordiam, nō esse prohibendos, & à pascha in anteà patebunt, eò quòd in octaua nostræ resurrectionis nullum erit improperiū peccatorum electis. Illud quoque notabis, quòd pœnitētes in Ecclesia recepti, crines & barbam, quam nutrierant deponunt: & se vestes mundas & cultiores deponūt. Gene. 41 pœnitentialibus induunt, à Ioseph capientes exemplum, qui de carcere ductus, tonsus & lotus est, & vestibus decoratus: per hoc quoque innuitur, quòd deponētes multitudinē peccatorū, induunt vestimēta virtutū.

SVMMARIVM.

1 *Oleum consecratur sexta feria Dominica in ramis, idque tribleiter.* 2 *Oleum*

2 *Oleum tripliciter consecratur, & de cuiusque proprietate.*
3 *Oleum infirmorum quomodo consecretur, & quare. num. 5. 6. 7. 8.*
4 *Oleum chrismatum.*
9 *Olei chrismatis consecratio.*
10 *Chrisma ex quibus conficiatur, & qualiter, quáque solennitate. num. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & quid mysticè sonet illa celebritas tanto apparatu. num. 18.*
19 *Oleum benedictum salutatur, & quoties, & quorsum.*
20 *Episcopus ter exhalat in ampullam olei benedicti, & cur idipsum.*
21 *Oleum cathecumenorum, & eius vsus duplex. num. 22. 23.*

De eadem quinta feria. CAP. LXXIIII.

1 HAc etiam quinta feria † secundo loco tripartitum oleum consecratur: quoniam hodie agnus Dei ad victimam, scilicet vesperam immolabatur: de cuius sanguine vterque postis, & superliminare domorum in quibus erat edendus, liniebatur, vt hoc signo viso exterminator Ægypti domos sacri conuiuij præteriret intactas: in quo præfigu- Exod. 12
ratam est quòd si frontibus nostris vnctione chrismatis quasi sanguine Christi qui vnctus interpretatur, signum crucis imprimitur, diabolus in domibus animarum nostrarum nullam nocendi habet potestatem. Rectè ergo, qua die illud figurantium agebatur, significatum solenniter celebratur. Sed diceres: Consequens igitur esset, vt hac die pueri confirmentur, id est in frontibus chrismate sacro signentur. Respondeo: Sancta Ecclesia illum, in quo passus est Dominus, lectui dedicauit: & solennitatis & conuiuij gaudium in diem tertium, quo resurrexit Dominus, reseruauit: & tunc demum pro recuperata salute animarum, quæ est patrata in sexta feria, & pro futura corporum resurrectione, quæ donata est nobis in Ecclesia paschalis agni conuiuium celebremus dicentes: Pascha nostrum immolatus est Christus, itaque epulemur. Sumentes ergo illud: vnde postes nostrarum frontium signare 1. Cor. 5
debemus: rectius ab ipsa significatione vsque ad conuiuium paschale cessamus: vt tunc submerso Pharaone transeuntes per mare rubrum signantes domos contra exterminatorem paschale conuiuium celebremus. Sed diceres: Cur itaque in sabbatum chrismatis consecratio non differtur? Respondeo, quia ab hac quinta feria vsque ad vesperam sabbati, à missarum solēnis vacamus: ipsum autem chrisma nonnisi intra missarum solennia fas est consecrari, sed ante missam baptismum conuenit celebrari, prout sub sabbato sancto dicetur. Vel ideò, in quinta feria cōsecratio celebratur, quia Christus in quinta fuit vnctus ætate: nam in quinta venit, qui in sexta sanguinem consecrauit, de cuius vnctione dicit Daniel: Vngatur sanctus sanctorum. Et Esa. Spiritus Domini super me, eò quòd vnxit me, ad euangelizandum misit me: & Dauid: Daniel. 9 Esai. 11

Vnxit

Psal. 44 Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, præ consortibus tuis: cuius vnctio extunc cœpit, cùm Verbum caro factum est, cùm plenitudo diuinitatis in eo corporaliter habitauit: tunc autem completa est, cùm in baptismo super ipsum Spiritus sanctus in specie columbæ descendit. Ideóque vnctio, quæ hodie conficitur ad vngendum, vsque ad baptismum differtur, vt significemus Spiritum sanctum, super Dominum in baptismo visibiliter descendisse, & nos in baptismo Spiritum sanctum accipere. Ex his itaque patet in vespera sabbati statim post baptismum esse confirmandum, vt posteà celebretur paschale conuiuium, & quod quibusdam placet, saltem in paucis esse tunc confirmationis mysterium inchoandum. Quia † igitur de triplici oleo mentio facta est, notandum est, quòd triplex sacramentum ex eadem substantia fit oleum, ostendendum, quòd licet vnus sit Spiritus sanctus, multifortis est tamen secundùm dona sua: vnde Apostolus j. Corint. xij. Alij per Spiritum datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, alij fides, alij gratia sanitatum, &c. Hoc triplici oleo coaptamus quod inde apparebit, si olei triplicem proprietatem attendamus. Olea enim, vt dicit Isid. est arbor pacis insignis, cuius pinguedo valet ad reficiendos artus lassos & infirmos, & est pabulum luminis: quòd est arbor pacis, refertur ad oleum chrismatum: quòd pabulum est luminis, refertur ad oleum catechumenorum: quòd artus lassos & infirmos reficit, ad oleum infirmorum. Hæc igitur tria præcedentibus verbis Apostolo coaptantur. Siquidem in multitudine pacis esse videtur, qui dulcedinem internæ suauitatis

Psal. 34 gustauit, sicut dicit psalmus: Gustate, & videte quoniam suauis est Dominus. Saporem huius dulcedinis senserat ille, qui dicebat: Gratia Dei

2. Cor. 15 sum, id quod sum, j. ad Corint. xv. ca. Hæc gratia est donum sapientiæ, quæ intelligitur per pacis oleum. Verùm, quia hunc saporem libenter in alium deriuat vir fidelis, idcirco alij datur sermo scientiæ. Scientia enim est doctrina, quia fidelis aliorum verbo, vel ad minus exemplo instruitur, qui per balsamum intelligitur: & quia Apostolus in hoc laborauit, idcirco cùm dixisset: Gratia Dei sum id, quod sum, statim subiunxit: Et gratia Dei in me vacua non fuit. Hæc duo simul coniuncta, scilicet oleum & balsamum, id est, dulcor sapientiæ, & odor doctrinæ, perfectum faciunt seruientem: quæ duo, scilicet sapientia & doctrina, ad oleum chrismatum pertinent. Ad oleum verò catechumenorum pertinet fides, quæ mentem illuminat, sicut oleum lumen præbet. Fides enim valet ad duo, scilicet ad purgamentum & tutamen: purgat præterita vitia, & tutelam præstat contra futura, sicut verba consecrationis huius olei manifestè ostendunt, quæ inferius exponentur. Ad oleum infirmorum pertinet gratia sanitatum, id est, sanitas corporis & mentis. Valet enim contra vtriusque ægritudinem, sicut ex verbis benedictionis ipsius liquet. Quare autem infirmi & cathecumeni ungantur, & de vnctionibus, quæ fiunt ex hoc triplici oleo dictum est in prima parte, sub titulo de vnctionibus. Sequitur † videre de ipsorum oleorum

oleorum consecrationibus. Et primò de oleo infirmorum, secùdo, de oleo chrismato, tertiò de oleo sancto. Primò, ergo de oleo infirmorũ dicendum est: nam illud prius est consecratum, quàm chrismatum, & sanctum. Et est ratio: quia illius sacramentum prius fuit tempore quàm chrismati vel sancti. Nam dominus discipulos suos docuit infirmos vngere, sicut in euangelio dicitur: Oleo vngebant infirmos & curabantur: & Iacobus Apostolus ait: Infirmatur quis, &c. Oleum

4 † verò chrismatum & sanctum, scilicet cathecumenorum ab Ecclesia instituta sunt: licet & in veteri Testamento aliqua de vtroque habeatur similitudo. Ibi namque duplex oleum inuenitur: vnum videlicet chrisma, quo vngebantur reges, præcepit enim Dominus Moysi, vt conficeret chrisma, quo vngeret tabernaculum in dedicatione templi, & arcam testamenti, Aaron, reges, & sacerdotes, & filios eius, dicens: Sument aromata prima, & oleum. Inde est, quòd vnctione chrismatis ecclesias & calices consecramus: reges etiam & pontifices inungimus. Moses tamen oleo materiali non legitur inunctus, sed sacerdotium spirituali sicut & Christus. Oleum etiam sanctum à lege sumpsit ordinem quo reges tantùm & sacerdotes vngebantur. Alij dicunt, quòd oleum infirmorum Apostoli instituerunt: qui cum illo ægrotos vngebant. Oleum verò chrismatum & cathecumenorum apostolici viri constituerunt: & ideò consideratio olei infirmorum prior est tempore, quàm chrismati, & etiam, quàm olei sancti: quia prior & maior & venerabilior est doctrina Apostolorum, quàm papæ. Huius autem olei consecratio non habet tale principium, quale alia habent, quia non dicitur in eo: Dominus vobiscum. nec, Oremus. nec Sursum corda. nec aliquid huiusmodi, nec etiam talem habet finem, qualem in aliis cõsecrationibus dicimus, vt infrà dicetur, scilicet: Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c. vel per eum, qui venturus est iudicare viuos & mortuos: sed sic clauditur: In nomine Domini nostri Iesu Christi. Et est ratio: quia benedictio ipsius olei sancti, non est officium perficiẽs, sed est ambolismus præcedentis officij, quod apparet, quia cùm ponatur ante illud verbum canonis: Per quẽ hæc omnia Domine bona semper creas. statim benedictione ipsa finita subiũgitur: Per quem hæc omnia, &c. Et sic est ἐμβολισμος, id est, adiectio præcedentis officij, scilicet illius orationis. Nobis quoque peccatoribus: vbi pro pœnitentibus oratur. Est enim duplex embolismus, prout dictum est in quarta

5 † parte, sub titulo de silentio post orationem dominicam. Sed quare consideratio huius olei canoni adiicitur? respondeo. Primò ibi rationabiliter oleum morientium conficitur, vbi mors Domini consummatur, vt sicut mors Domini destruxit mortis authorem, sic gratia, quæ per vnctionẽ morienti confertur, destruat peccata quæ sunt causa mortis. Secundò, duo sunt, de quibus in hoc officio agitur, scilicet immolatio Christi, & immolatio ecclesiæ: immolatio Christi fuit in cruce, immolatio ecclesiæ fit cum peccatũ moritur. De immolatione

Christi fit mentio in introitu:Nos autem gloriari. & specialiter in canone.De immolatione ecclesiæ fit mentio in epistola, vbi dicitur: Si nosmetipsos iudicaremus,non itaque iudicaremur.Sunt etiam & alia duo,scilicet infirmitas & medicina, infirmitas ex peccatis sæpè proueuit:medicina de gratia Dei. De infirmitatibus ait Paulus in epistola:Qui indignè mãducat,& bibit corpus & sanguinem Domini,iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Idcirco inter vos multi infirmi & imbecilles & dormiunt multi. De medicina dicit Iacobus:Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eũ oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum,& alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis fuerit, dimittuntur ei.Si igitur propterea infirmantur, quia manducant corpus Domini indignè,& gratia Spiritus sancti,quam significat hęc vnctio,eos saluat,meritò†consecrationi corporis Domini adiicitur consecratio huius olei.Per passionem enim Domini,cuius cõmemoratio fit in consecratione corporis,prostratus est diabolus,&gratia Spiritus sancti,cuius signum est vnctio,diaboli arma,id est, peccata quotidiana tolluntur.†Tertiò ideò consecratio olei infirmorum consecrationi corporis Christi adiungitur, quia nouissima oratio consecrationis corporis Christi ex voto pœnitentium fit:congruè igitur sub ea consecratur oleum pro pœnitentibus,vbi eorum sacrificia Domino offeruntur.Consequenter attendamus aliqua verba consecrationis huius olei infirmorum:dicitur enim ibi sic:Emitte Spiritũ tuum paracletum in hanc pinguedinem olei.Nempe non sine causa ponitur ibi Paracletum,quod patebit,si triplicis olei efficaciam attendamus. Oleum sanctum præcipit, siue in exorcismo olei sancti, videlicet catechumenorum,præcipitur diabolo vt recedat à catechumeno,qui adhuc reputatur mortuus,quousque non est baptizatus:oleum chrismate iã vicentes sanctificat:oleum infirmorum iam sauciatis medela præstat:quia verò ægritudinem sequitur dolor, vnde in eadem consecratione olei infirmorum,dicit ad euacuandum omnes dolores,& omnem ægritudinem,sequitur quòd dolorum est consolatio, ideò rectè ponitur ibi Paracletum,quod interpretatur consolator.In mortuo autem,qui dolorem non sentit,non sequitur consolatio,sed nec sanus,nec sanctificatus:quia in eo non est infirmitas, ex qua dolor non indiget esse.

1. Cor.11

Iacob.5

1.Cor.9

tione. † Circa oblationem eiusdem olei infirmorũ notandũ est,quòd sacerdos in Ordinario ita scribitur:Offeratur pontifici oleũ quod offerunt populi antè quàm dicatur: Per quem hæc omnia semper Domine bona creas.Nempe hoc in Exod.xxvij.c.præfiguratum est.vbi dicitur Moysi quòd accipiat à populo oleum oliuarum purissimum. Oleũ siquidem cum offertur à populo,tantùm liquor est,sed per benedictionẽ, sit sacramentum.Mysticè autem hæc oblatio siue administratio,significat quòd populus debet clero tẽporalia ministrare,spiritualia ministranti ei:vnde Apostolus:Si seminauimus vobis spiritualia,non est magnum si vestra carnalia metamus. Consecrat autem oleum Episcopus cũ ommibus sacerdotibus ei adstantibus,quia hoc sacramentũ fuit à Christi discipulis institutũ,vel tractum est ab antiqua consuetudine,qua consueuerat Ecclesia primitiua simul cũ pontifice verbis & manibus corpus Christi conficere,fortè ad testimonium , prout hodie in missa de ordinibus,cum ordinatore faciunt ordinati. Nam & summus pontifex quoties diuina celebrat,sacerdotes ei adstantes verbis & manibus cum eo consecrant: & quia , vt iam dictum est huius olei consecratio est ἐφάπαξ canonis,idcirco eam totam sicut & canonem sacerdotes cum eo dicunt, inde perficit officium Episcopus vsque ad illũ locum: Pax Domini sit semper vobiscum.& clericus respondet:Et cum spiritu tuo.& tunc tacet,& solus Episcopus communicat.† Secundò videndum restat de oleo chrismatis:Fabianus enim papa statuit hac die singulis annis debere confici chrisma : quia nouum est sacramentum, & ideò semper est innouandum & vetus concremandum.Ita enim ab Apostolis & eorum successoribus accepit,à cunctisque tenenda mandauit.Circa † quod sciendum est,quòd chrisma cõficitur ex balsamo & oleo propter mysticam rationem : quoniã per oleum nitor conscientiæ designatur, iuxta illud Euangelij : Prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus,&c. Per balsamũ verò exprimitur odor famæ,per quod in libro sapiẽtię dicitur:Sicut balsamus aromatizans,id est odorem.Oleo ergo , quod lucet,additur balsamus,qui redolet:quia fide operante per dilectionẽ,lucere, & bona fama redolere ad honorem Dei & ad vtilitatem proximi debemus. Odor enim balsami in oleo,bonam operationẽ longè lateq́ue diffusam gratia Spiritus sancti cooperante demõstrat.Secundò additur†oleo balsamum, ad significandũ,quòd in vultu Christi resplendit cœlestis nitor,& gratia excellentius,quàm in aliis.Nam vt Hieron.ait,Virgo de Virgine natus,qui non ex voluntate carnis,neque ex voluntate viri,sed ex voluntate Dei natus est,nisi habuisset in vultu oculisque quoddam desiderium , nunquam eum statim cum ingenti desiderio secuti fuissent Apostoli:nec qui venerant ad eum cõprehendendum,corruissent.Iste nitor operante Dei gratia,vultus electorum exhilarat,vt dominũ cum magna dilectione imitentur.Vnde in præfatione,quę cantatur in consecratione chrismatis,dicitur: Dauid prophetico spirito gratię suę sacramenta prænoscens, vultus nostros in oleo exhilarãdos esse cantauit:& paulo post:Huius olei vnctio vultus nostros iucundos efficit,ac serenos. Vultus nostri sunt operum nostrorum manifestatio. Tertiò quoq; balsamus oleo additur,† vt omnes qui ex eo vncti fuerint operante gratia Spiritus sancti conuersioni doctrinam iungere nitantur. Et hæc duo scilicet,vita & doctrina,sunt cõnexa in septem donis Spiritus sancti, propter quod chrismalis vnctio fit:nam sapientia ad vitã, intellectus ad doctrinã,consiliũ etiam ad doctrinã, fortitudo ad vitã, scientia ad doctrinã,pietas ad vitã,& timor ad vitã refertur.Doctrina

Matt. 25

Eccle.24

autem per balsamum intelligitur, vt præmissum est. Χριστὸς dicitur vnctio Latinè, quæ etiam Domino nomen accommodauit. Nam Christus à chrismate dicitur vnctus, prout dictum est in proœmio secundæ partis. Conficeratur † autem chrisma in eo loco, vbi consueuimus dare pacem, sicut & oleum sanctum: & hæc ideò, vt pax & concordia per vnctionem chrismatis regnet in nobis. Chrismate enim vngimur, vt donis Spiritus sancti repleti Deo & hominibus pacificemur: quia in maliuolam animam non introibit sapientia. Habet quidem chrisma officium per se quod inchoatur à, Sursum corda & finitur, Per Christum Dominum nostrum, qui viuit & regnat pertinet enim ad eos, qui surrexerunt & viuunt cum Christo. † Sanè postquam solus pontifex communicauit, vt præmissum est, ipse vadit sedere super sedem suam, & tunc duodecim presbyteri parati duodecim Apostolos significantes, & alij clerici discipulos significantes descendunt in sacrarium ad apportandum solenniter tam oleum chrismale, quàm sanctum, siue catechumenorum hoc modo. Præcedunt † namque duo luminaria, & sequuntur duæ cruces, & in earum medio vnus acolythus ferens ampullam, cùm oleo futuro chrismali: subsequuntur duo thuribula, & in eorum medio alter acolythus ferens aliam ampullam cum oleo futuro sancto: subsequenter diaconus librum euangelij ferens, deinde dicti presbyteri, & alij clerici bini sequuntur, quousque perueniatur ad gradus ante altare. Nempe duo luminaria sunt lex, & Prophetæ, quæ nobis Saluatorem prænuntiauerunt, duæ cruces sunt duo martyria sine sanguine, scilicet mortificatio corporis proprij, quæ est crux à sinistris, & compassio proximi, quæ est crux à dextris. Inter has fertur oleum futurum chrismale, quo inunguntur pugnatores, qui debent esse parati ad martyrium, & semper duplici martyrio debent se affligere. Crucem à sinistris habebat ille qui dicebat j. ad Corin. ix. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Crucem à dexteris habebat idem, qui dicebat ij. Corinth. xj. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Duo enim thuribula † sunt duplex genus orationis, scilicet oratio pro remouendis malis, & oratio pro adipiscendis bonis. Hęc duo notat Psalmista, cum dicit, Exaudi Deus orationem meam, scilicet quæ est pro adipiscendis bonis, & ne despexeris deprecationem meam, scilicet quæ est pro remouendis malis. Inter duo thuribula fertur oleum futurorũ catechumenorum, quia pro catechumenis & orãdum, & eos orare oportet, vt ad robur, quod per oleum chrismale significatur valeãt peruenire. de euangelium sequitur, quia in eo totius boni nostri est consummatio, presbyteri, & alij bini sequuntur, quasi dicant spõsæ Cantic. j. Trahe me post te, & occurremus in odorem vnguentorum tuorum. Potest etiam dici, quod ampulla cum oleo futuro catechumenorum humanitatem Christi significat plenam Spiritu sancto. Duo luminaria, duæ cruces, duo thuribula, sunt lex & Prophetæ, quæ prædixerunt Chri-

Psal. 54

stum & Dominum esse venturum. Sequens vero euangeliũ affirmat, quòd lex & prophetæ prædixerunt, presbyteri & clerici bini & bini sunt testes chrismalis mysterij. Hi sunt Apostoli bini ad prædicationis officium destinati, cooperatores & testes Christi. Cantus istorum scilicet: O redemptor prædicationem & orationẽ significat Apostolorũ. Ampula quoq; in singulos ordines ad altare defertur, per quod innuitur, quòd Dominus in corpore suo ante passionem officia septẽ ordinum adimpleuit. † Præmisimus de ductione olei chrismalis & sancti siue catechumenorum, de sacrario, vsque ad sanctuariũ, nunc dicamus de eadem vsque ad episcopum. Postquàm enim dicta processio venit ad sanctuarium, nec tunc ante altare ad Orientem ordinare se disponunt, ostiarij, lectores, & exorcistę, & acolythi, ita vt sextum locum obtineat subdiaconus, qui illa die legit epistolam & post omnes est acolythus cum ampulla, ita quod omnes sunt sub vmbraculo, sub quo ampulla delata est à sacrario, quæ defertur de vno ad alterũ, per quandam connexionem sindonis albæ, qua ex parte velata est ampulla quousque perueniat ad Episcopum, ita vt à medio sursum videri possit. Nempe in connexione sindonis, connexio intelligitur charitatis. Ampulla Christus est, vel ampulla cum chrismate corpus Domini ex virgine Maria assumptum cum diuinitate, scilicet Christum viuum esse significat: præmissum ordinem quidam ecclesiæ seruant. Est & alius ordo quem & aliæ seruant: nam fertur ampulla cooperta sindone alba, in sinistro brachio: portantẽ ampullam præcedit lumen, & antecedunt duo sacerdotes, vnus cum thuribulo, alius cum cruce, & in medio eorum diaconus cum libro euangelij, & super capita eorum fertur vmbraculum seu palliũ: & duo antecedũt cantando. In † quo facto repræsentatur processio, quam fecerunt filij Israël tendentes per desertum ad terram promissionis: quoniam sindon est arca, ampulla vrna, lumẽ præcedens ampulla, columna ignis, quæ præcedebat populum, sacerdos cum thuribulo, Aaron cũ thuribulo. Num. 17. cap. sacerdos cum cruce, Iosue cum sceptro, diaconus cum libro euangelij, Moses cum libro legis. Vmbraculũ, est tabernaculum vel nubes lucidissima quæ filios Israël obumbrauit, qui cantã res præcedunt lætitiam eorum, significant qui ad terram promissionis tranẽrunt. Vel duo cantores sunt prædicatores, duo præcepta charitatis annuntiantes. Hæc autem omnia in figura contingebãt illis. In hoc etiam facto repræsentatur processio Christi & ecclesiæ tẽporis de hoc mundo ad patriam. Nempè ampulla est Christus: sindon alba, est sancta conuersatio eius. In sinistro brachio tenetur, quia hæc omnia in hac vita, quæ per sinistrã significatur, acta sunt, vel quia conuersatus est in vita præsenti: lumen præcedens, est Ioannes, qui fuit lucerna ardens: diaconus in medio duorum sacerdotũ, est Christus in medio Mosi & Heliæ, duo præcedentes cũ lumine, sunt discipuli, quos binos misit ante faciem suã. Ampulla fertur cooperta vsq;

1. Cor. 10

ad altare,& tũc discooperitur:quia quasi Christus coopertus fuit vsq; ad passionem:nam penè ab omnibus eius conuersatio sancta dicebatur.Sed in passione fuit nudus,hominum reputatione:quia qui paucis diebus antè dixerãt:Benedictus qui venit in nomine domini, clamauerunt:Crucifige,crucifige eũ.Quidam tamen priùs,quàm ad altare perueniant,ampullam mediam cooperiunt,& mediam nudam ad altare producunt:quia Christus ante passionẽ modò latuit,vt cùm fugit in Ægyptum,& cum inter cognatos quærebatur, & cum parentibus subiiciebatur:modò se palam exhibuit, vt cùm prædicauit vltra hominem dicens:Ego & pater vnum sumus.& cùm miracula fecit,in quibus virtutem suæ diuinitatis ostendit.Ampulla† statim postquam benedicta fuit ex parte cooperta, & ex parte discooperta, vt allata fuerat salutatur ab Episcopo & presbyteris,quia Christus postquam trãsiuit ad altare crucis,id est,ad immolationem. & se Deo Patri sicut ampulla ad cõsecrationẽ Episcopi aliqua parte corpus suum nudum mõstrauit,vt Thomæ & aliis discipulis,quos voluit esse testes suę resurrectionis:aliis verò inuisibilis fuit.Vel ideò pro parte nuda,& pro parte discooperta salutatur:quia Christus in humanitate manifestus, & in diuinitate occultus ab omnibus veneratur.Salutantur autẽ ampullæ quinquies ab Episcopo,vt de quinque vulneribus gratiarum actio Christo reddatur. Postquam autem ampulla salutata est à minis̃tris altaris,cooperitur vt à nemine nuda videatur , & cooperta iterũ salutatur:quia Christus postquàm salutauit & manifestauit se discipulis suis,quos voluit suos,suæque resurrectionis esse testes,ascendit in cœlũ & inuisibilis factus est hominibus.Sed quãuis eius præsentia corporalem non videamus,tamẽ venerãdo eum quotidie salutamus, quia discipuli eum ascendentem in cœlum adorauerunt. Tandẽ ampulla in sacrarium defertur,vt Christus in cœlum , quem veneramur per fidem,donec perueniamus ad ipsum,ideò sũdõ mũda,est eius ratio,vel conuersio immaculata. † Sanè Episcopus ter halat in ampullã. Primò quia sicut halitus ab interioribus & secretis procedit ad publicũ,& vocatur spiritus:sic Episcopus per spiritũ suũ demõstrat Spiritũ sanctũ à Patre & filio procedentem,in corpore domini habitantem. Ampulla enim cũ chrismate,corpus significat cũ diuinitate : ampulla verò cum oleo,humanitatẽ plenam Spiritu sancto designat. Secũda etiam halat,quia legitur in euãgelio,quòd Dñs insufflauit in discipulos dicens:Accipite Spiritũ sanctũ.&c. Hic igitur halitus,illã insufflationẽ significat.Ideò autẽ ter halat,quia tres personę sunt,& nunquid Spiritus sanctus est sine Patre & Filio. à quibus procedit & à seipso venit.Datur autẽ Spiritus sanctus officio sacerdotũ,sed non datur ab aliis:sic enim adest virtus Spiritus sẽcti per insufflationẽ à sacerdote factã,in honore & sanctificatione ipsius Spiritus sancti:sicut per vocẽba,quæ dicũtur in nomine suo His peractis cãtatur agnus Dei, & communio.Tertio † loco circa oleũ sanctũ seu catechumenorũ, de cuius

Mat. 24

Ioan. 10

Matt. 28

deductione prẽmissum est,sciendũ,quòd hæc olei benedictio propriũ habet officiũ.Nam post eius exorcismũ , quem Episcopus lenta voce dicit,quasi præfationem inchoat dicẽs : Dominus vobiscum.Sursum corda.& finitur per eundem dominũ nostrũ Iesum Christũ qui tecũ viuit,&c.& in eo loco consecratur,vbi dicitur:Pax domini, &c. Hoc enim corpus gratiæ Dei,vt pacem & concordiã inter nos habeamus: & per vnctionem pax habeatur.Olea nẽpe,vt dictũ est,est arbor pacis insignis:quod præfiguratũ est in veteri Testamento,sicut verba huius consecrationis habent,quæ sunt hæc:Et cum mundi crimina diluuio expiarentur effuso , similitudinem futuri muneris demonstrans per ramũ virentis oliuæ pacem in terra redditam nũtiauit. Valet † etiam huius olei vnctio ad duo,scilicet ad purgationem , & tutellã. Ad purgationem,vt si quæ catechumeno postquàm venit in scrutinium, adhæsere maculæ,recedant ad tutelam:vt diabolus expulsus redire nõ audeat,verba orationis hoc demonstrant dicendo:Siqua illius aduersantiũ spiritum tuũ adhæserunt maculæ , recedant ad tactum huius sanctificati olei.Hæc de purgatione.† De tutela sequitur:Nullis spiritualibus nequitiis locus,nulla refugis virtutibus facultas, nulla insidiantibus malis latendi licentia relinquatur. Quia verò diabolum se damnandũ maximè in futuro iudicio nouit,& inde tremit,idcirco exorcismus terminatur:Per eundem dominũ nostrũ Iesum Christum qui venturus est iudicare viuos & mortuos , & seculũ per ignem. Exorcismus enim est adiutratio. Nam in ea adiuatur diabolus vt recedat.Item quia hoc oleo perfusi & baptizati spem regni habẽt:idcirco oratio terminatur:Per eundem dominum nostrum.

21

23

* Chrismate.)Chrisma fit ex oleo & balsamo idq; mystica ratione,vt Innoc. docet c.j. de sacra vnctione. Ab alio verò nõ conficitur , quàm ab Episcopo,vt testatur Leo Papa,epit.86.ca.37. Quod confirmarunt Bracatense concilium,c.3.Carthaginense secundum,c.2 Carthaginẽse tertium,c.36.Vnde chrisma ab Episcopo confectum, singulis annis certis temporibus more ecclesiastico communicatur, vt sacris canonibus est cautum : maximè iuxta sanctiones concilij Ansitodorensis. cap.6.item Tholetani primi,cap.20 N.D.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

1 *Missa quinta feria dominica in ramis,& eius officium.nu.37.14.*
2 *Gloria in excelsis non cantatur feria dominica in ramis , nisi Episcopo præsente.*
3 *Christus lauit pedes Apostolorum,tribus potissimùm de causis.& nu.5.*
4 *Lotio pedum,an sit mandatum potius quàm consilium.*
5 *Symbolum Apostolorum,cur non dicatur in missa quintæ feriæ dominica in ramis.*
9 *Innocẽtius Papa statuit corpus Christi sub specie panis reseruari in qnin-*

ta feria dominica in ramis, & cur ibidem sanguinem nu.10.
11 *Vinum, die parasceues sumptum cũ Dominico corpore seruato à quinta feria, an consecretur, & sanguis Christi efficiatur per immissionem ipsius corporis in calicem, & per eius tactum.*
12 *Consecratio, & sanctificatio, quid differant.*
13 *Papæ ritus celebrandi quinta feria dominica in ramis.*

De officio missæ ipsius quintæ feriæ.

CAP. LXXV.

TErtiò seriatim missæ huius diei officium persequamur. † Sanè 1
in persona pœnitentium cantat Ecclesia in principio missæ.
Nos autem gloriari oportet. Tales enim debent & possunt gloriari in
cruce, qui pœnitentiã perfectè egerunt: & quoniam in hac die institu-
turũ est sacramentũ sacramentorũ, vt præmissum est: ideò ad solẽni-
tatẽ noui sacrificij, & propter gaudiũ reconciliationis pœnitentium
cãtat ecclesia in missa cãtica lætitiæ præter alleluia: & missa solẽnis
dicitur in conuentu & ornatu ministrorũ, sicut in festo natalis Chri-
sti. Nam hoc festum omnia alia excellit, excepto festo Trinitatis: &
videtur quodãmodo ecclesia sibi contraria, cũ in aliis huius diei ho-
ris cantica lætitiæ reticeat, & ea sub breuitate & quasi flebiliter di-
cat. Sed non est contrarietas: quia alia est causa lætitiæ: alia est tristi-
tiæ. Propter memoriam enim passionis, est tristitia: propter institutio-
nem verò sacramenti sacramentorum, est gaudium: & ideò ex insti-
tutione Bonifacij Papæ cãtat ecclesia, Gloria† in excelsis Deo: quia
gaudent angeli de conuersione pœnitentium, & hoc in ecclesiis in
quibus chrisma conficitur, & non in aliis, prout quidam dicunt. Vbi
enim Episcopus præsens non est, nec Gloria in excelsis, dicitur: nec
aliæ solennitates seruantur, vt dicunt, quanuis & tunc neque Flecta-
mus genua: nec oratio super populum dicatur. Epistola verò: † Com- 2
Philip. 2 uenientibus, &c. quæ est prima Corinth. xj. est de modo sumendi eu-
nam Domini. Responsorium est de crucis siue de Christi per crucem
exaltatione. Christus factus est obediens, vsque ad mortẽ: & est ser-
ti toni propter obedientiæ perfectionem, quoniam senarius numc-
rus perfectus est. Euangelium est: Ante diem. Ioan. xiij. capitu. vbi
quitur: Cùm dilexisset suos Iesus, in finem dilexit eos: & est de dilec-
tione & humilitate, quia illud sacramentũ est dilectionis & humili-
tatis. Agitur etiam ibi de lotione pedum, quia Dominus præcinxit se
linteo, id est, humanitate purissima, immittens aquam in peluim, id
est, gratiam in corde, & lauit pedes, id est, affectus. Venit autem ad
Simonem Petrum, qui recusauit ex humilitate tantùm: tertia tamen
vice obediuit, & oportuit eum obedire, vt haberet partem cum eo,
vnde vocatur Simon Petrus, propter obedientiam. Tres † ergo sunt
causæ, quare Dominus voluit lauare pedes Discipulorum. Primus

propter

propter signum dilectionis. Secundò, in exemplum humilitatis. Ter-
tiò, ratione mysterij, quia lotio pedum designat lotionem affectuum.
Puluis enim adhęserat pedibus Apostolorum, id est, elatio inanis glo-
riæ quando dixerant, Domine in nomine tuo eiicimus dæmonia. &
quando conuertebantur plures, vel tristitia quando non conuertebã-
tur homines ad voluntatem suam. Et ideò oportuit lauare huiusmo-
di affectiones in illo die, vt sic essent mundi toti. Nam prima die ieiu-
nij dixit Dominus: Tu autem cùm ieiunas faciem tuã, id est, animam
vel rationem tuam laua, id est, à peccato mortali munda. Cùm igitur
à principio lauamus nos à peccato mortali, à puluere, id est, à venia-
libus, & debemus abstergi: hoc tamen fit, vt digne possimus accipere
corpus Christi, quod fit peracta perfecta pœnitentia: & ideò fiunt pœ-
nitentium absolutiones in hac die, vt præmissum est. Pedum quoque
lotio, significat lotionem Mariæ, quando lauit lachrymis pedes Do-
mini, ideò cantatur antiphona illa: Mulier quæ erat in ciuitate pecca- *Luc.7*
3 trix. † Rursus lotio pedum, signum est remissionis peccatorum. In ba-
ptismo namque vnusquisque totus abluitur, sed cũ in rebus humanis
posteà viuitur, vtrique terra calcatur. Ipsi enim humani affectus, sine
quibus in hac vita mortali nõ viuitur, quasi pedes sunt. Qui ergo non
indiget, nisi vt pedes lauet, ostendit omnia peccata sibi esse dimissa,
sine quibus hæc vita nõ ducitur. Pedes ergo qui sunt vltima pars cor-
potis lauantur, ad notandum quod tudæi aqua baptismatis in vltimo
tempore mundabuntur: vnde & reliquiæ Israël saluabuntur. Quare
4 autem fiat hæc lotio ista die, suprà dictum est. † Et est notãdum, quod
ex omnibus mandatis Dei istud solum dicitur antonomasticè manda-
tum: quoniam maiori exhibitione officij hoc obseruari præcepit, cum
discipulis suis pedes lauit, dicens: Si ego laui vobis pedes Dominus &
magister, & vos inuicem deberis alter alterius pedes lauare. Et etiam
cum interdicto ait Petro: Si non lauero tibi pedes, &c. Mandatum e-
tiam illud, de quo dictum est in proximo sabbato, quod fit à prælatis,
ceptæsentat illud, quod Christus fecit. Et attẽde, quòd ad antiphonas,
quæ dicuntur, dum fit mandatum, non dicitur nisi vnus versus de vno
psalmo: quia alij eiusdem psalmi non ita conueniunt cum antiphonis:
vel cum his quæ in ipso mandato fiunt. In offertorio ostenduntur præ-
missa duo simul, videlicet quòd debemus à mortalibus & venialibus
abstergi, dicendo: Dextra Domini fecit virtutem, abluendo à mortali-
bus. Dextra Domini exaltauit me abluendo à venialibus. Postcõmu-
5 nio: † Et Dominus Iesus postquam cœnauit. Io. xiiij. c. ostenditur hu- *psal.117*
militas & est secundi toni: propter secundam lotionem à venialibus.
Breuiter autem notandum est, quòd huius missæ officium, nostræ re-
demptionis continet summam & mysterium. Nam in euangelio legi-
tur de pedũ lotione in epistola de corpore Christi & sanguine: in in-
troitu de cruce: in graduali de morte: in offerenda de resurrectione.
Nam hæc omnia secundum mysticum sensum ex euangelio, quod est

caput officij, pendent. Christus quidem, cum discipulis cœnans surrexit à cœna, vestimenta deposuit, linteo se præcinxit, aquam in peluim misit, & inter cœnandum pedes eorum lauit, & ipsos lauare docuit, & post lotionem iterum recubuit. Nempè Christum à cœna surgere, est ab accubitu Patris venire: vestimenta deponere, se exinanire, linteum præcingere, formam serui accipere, aquam in peluim mittere, sanguinem suum effundere, pedes lauare, peccata remittere, linteo extergere, passionis side mundare, vestimenta resumere, & à mortuis resurgere, & vestem gloriosæ carnis induere, recumbere, & ascendere, & in dextra Dei sedere. ad hæc pertinent officia. Discipulos docere, est eis Spiritum sanctum mittere. Verumtamē † quia nondū perfectè credebant, ideò non dicitur, credo. Ecce breuiter summa redemptionis humanæ, quæ fuit omnibus sufficiens, sed non efficiens. Vnde agitur in
Luc.23 oratione: Deus à quo & Iudas. de duobus generibus pœnitētium: vno proficientium, vt latronis confitentis, qui audire meruit: Hodie mecū eris in paradiso: & alio non proficientium, vt latronis contementis, & Iudæ proditoris, qui laqueo se suspendit. Innocētius † Papa statuit, hac die corpus Christi sub specie panis reseruari, vt infirmi & religiosi, quibus est necessitas communicandi habeāt ipsum, & propter officium adimplendum: nam in duobus diebus sequentibus non conficitur corpus Christi. Sanguis verò non seruatur sub specie vini, propter multa. Primò, quia † vinum quod liquidū est, de facili posset ex negligentia spargi. Secundò, quia per calicem, qui hac die sumitur, finis veteris legis intelligitur: vnde secundum Lucam, per calicem Discipulis, & nō aliis eadem die datum Dominus Discipulos designauit. Tertiò, quia corpus quod seruatur, nō est sine sanguine. Quartò, quia per hoc quòd sanguis non seruatur, ostenditur quòd vetus sacrificium debet cessare. Panis namque nouum, vinū verò vetus designat testamētum. Ad quod ostendendū Dominus, cum bibisset, inquit: Cōsummatū est.
Ioan.19 Ergo calix sumitur, & panis seruatur eò quòd lex finem, & euangelium habet initium. Quintò, quia Christus di it in cœna Domini: Amen
Mat.26 dico vobis, non bibā amodò de hoc genimine vitis, donec bibā illud in regno Patris mei. Non autē dixit de corpore seu de esu. Imò inuenitur, quòd posteà comedit partem piscis assi & fauum mellis, sed inuenitur, quòd posteà biberit. † Sed nunquid vnum, quod in diuersis cœnis cum dominico corpore seruato sumitur in altari cōficitur, & sanguis Christi efficitur per immissionē ipsius corporis in calicē, & per eius tactū? Super hoc dicunt quidā quòd per dominicā orationem, quæ tunc dicitur, fit consecratio siue commutatio vini in sanguinem. Nam Greg. assignans causam, quare dominica oratio in die illa à sacerdote dicatur, dicit, quòd in primitiua Ecclesia Apostoli sola dominica oratione vtebantur in consecratione. Nos tamen hoc non dicimus: quia si hoc iam esset, non esset necesse corpus Domini ad diem illum seruari. Præterea, ex his quæ in canone dominicam orationem præ-

cedūt, satis patet, quòd ad prolationem ipsius orationis transsubstantiatio non fit: & nullo tēpore missa fuit celebrata sine verbis illis: Hoc est corpus meum, &c. quæ sola in principio nascentis Ecclesię proferebantur, ad conficiēdum ab Apostolis: qui postmodùm orationem dominicam superaddiderūt: prout dictum est in prooemio huius partis. Dicimus ergo illud, hoc non consecrari, sed sanctificari: differt
12 † autem inter hæc: Nam consecratio, est consecratione transsubstantiare: sanctificare, est ex contactu, seu admistione sacræ rei reuerendum, & sanctum effici, vt patet in aqua benedicta, cui alia admiscetur. Item sanctificatum dicitur, quod à tactu rei sanctificatæ efficitur magis reuerendum. Si enim diceretur, quòd solo cōtactu vinum & aqua consecrarentur, magnum inconueniens sequeretur. Nam sic contingeret calicem non posse lauari, & millia mille panū à tactu vnius hostiæ sine verbis posse consecrari. & quòd si gutta aquæ benedictæ inflagnum, vel puteum funderetur, aqua illa benedicta perpetuò remaneret. & alia plura. Præterea, si vinū tactum dominici corporis consecraretur, esset cōtra decretum. de consec. dist. iij. sabbato. quod prohibet die hac fieri consecrationem, de quo dictū est in quarta parte sub
13 septima particula secretæ, super verba: Hic est calix. Illud † quoque prætereundum non est, quia Romanus pontifex hodie remota tabula Laterañ. altaris: de qua dictū est in prima parte sub titulo de altaris dedicatione. & in secunda parte sub titulo de diacono: infra ipsum altare cōficit eucharistiam, & sanguinē, & cum thuribulo incensat illud: in hoc facto repræsentans, quia summus pontifex legalis semel in anno ingrediebatur in sancta sanctorū cum sanguine: secum portans thuribulum viuis carbonibus plenum: prout dictū est in quarta parte, & sub tertia parte canonis. Sic & secundū Apostolum ad Hebr.
14 ix. Christus per proprium sanguinem introiuit semel in sancta æterna redemptione inuenta. Peracto missæ officio statim inter cœnandum, id est, dum sacerdos communicat, cantatur vespertinum officium ad ostendendum quòd hoc sacramētum, scilicet eucharistiæ institutum fuit in vespera. Quia ergo redemptio nostra in vespera mundi, id est, in sexta ætate seculi, facta est, ideò vespertina *σύναξις* id est psalmodia
14 tione vtrumq; officium terminatur, † scilicet per Ite missa. si episcopus adest, vel per Benedicamus. propter vespertinā conclusionem. Et quia ecclesiæ datus est calix, ideò est prima antiphona: Calicem salutaris accipiā: quem dedit Dominus Apostolis dicēs, Hic est calix noui testamenti in sanguine meo. Secunda antiphona est: Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus. Patientia enim, quam habet ille, qui paratus est bibere calicem Domini, pacē cum omnibus operatur. In aliis tribus rogat se liberari: quia habita pace pectoris non mouētur homo propter tribulationes: & hoc etiā habet à Deo, vnde petit liberari. Antiphona ad magnificat: Cœnantibus, &c. est de cœna Domini.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Altaria quarta feria denudentur: & quid illa denudatio notet, vide per discursum. nu. 2. 3. 4.*
5 *Altaria cur lauentur vino & aqua, & quid significent rami, quibus fricantur. nu. 6.*
7 *Pauimentum Ecclesiæ, cur mundetur quinta feria Dominicæ in ramis, & cur detur symbolum competentibus. nu. 8.*

De denudatione altarium. CAP. LXXVI.

QVarto † loco notandũ est, quòd statim vespertino finito officio denudantur altaria vsq; in sabbatum, quæ postmodũ in tertia die cooperiũtur. † Siquidẽ hæc denudatio, significat primò recessum Discipulorum Domini seu Apostolorum. Vnde: Qui iuxta me erant, de longè steterunt. Et in Euangelio: Relicto eo omnes fugerunt. Altare namq; , Christũ seu corpus eius significat: vnde de terra altare facietis mihi. Altare de terra facere, est incarnationẽ eius credere vel ipsum adorare. Altaris verò vestimenta, Apostolos seu sanctos Dei designant: quorum prædicatione Christus, quasi quibusdã vestimentis adornatur: & per illos magnificatũ est nomen eius. Altare igitur vestimentis denudatur, quia fugientibus Apostolis Christus solus remansit. Tertia die cooperitur, quia post eius resurrectionẽ Discipuli, ad eũ redierũt. Secundò, denudatio altaris designat quòd Christus fuit nudatus in cruce. Cum itaq; nudatum altare conspicimus, illud propheticum ad memoriã reuocamus: Ecce vidimus eũ, & non est ei species neq; decor, & considerauimus eũ despectũ, & nouissimum virorũ: quod accidit in passione. Nã anteà speciosus præ filiis hominũ extitit. Fuit quidem denudatus ad columnam, & ad crucem: cùm diuiserũt sibi vestes vestimenta sua. † Tertiò, altaris denudatio significat Christum diuinitatis gloria nudatũ: vnde Psal. Deus, Deus meus quare dereliquisti me: † Quartò designat, quòd velum tẽpli scissum est, & liber qui fuerat, apertus est. Vnde in Prouerbiis: Aperta sunt prata, & apparuerũt herbæ virentes, id est, exempla actionũ Christi, quæ sunt ad æternitate & ducunt ad æternitatẽ. Et bene dicit: Aperta sunt prata & apparuerunt herbæ virentes: quia ea, quæ magis occulta erãt, lege, sicut passio, resurrectio, & ascensio patefacta sunt. † In plerisq; locis lauantur altaria vino & aqua, & ramis fricantur, præsertim cùm ramis de sauina. Lauãtur ergo aqua & vino, ad notandũ q̃ corpus Christi quod est verũ altare, sanguine & aqua in cruce aspersum est. Vnde ipsius latere exiuit sanguis & aqua: per quæ genus humanum lotum est. Vel vino & aqua lauantur, ad ostendendum, quòd non lotionis, sed suo baptismo fuit baptizatus, scilicet ex aqua & Spiritu sancto. Et lauãtur cum psalmo pœnitentiali, vel cum cantu ad passionem pertinente. Plus autem ibi est de vino, quàm de aqua ponẽdum: quia

niam aquæ multæ, populi multi, sicut in Apocal. habetur: per quod significatur, quòd sanguis Christi sufficit ad redimendum plures in infinitum, quàm sint redempti, vel vnquam redimendi. † Rami verò aspersi quibus altare fricatur significant spineam coronam, qua Christus coronatus est: vel flagella amara & dolores & ictus quos in morte sustinuit. Vel lauatio altaris, id est, corporis Christi cum aqua, significat lachrymas Mariæ: vinum, vnguentum: rami, eius capillos. Et scias, quòd quidam hac feria quinta hora iam aduesperascente denudant altaria, & lauant: alij verò solùm denudant, sed in parasceue lauant: quod magis congruit rationi. † In quibusdam etiam locis pauimentum Ecclesiæ etiam mundatur, per quod pauperes Christi significantur prout in prima parte, sub titul. de Ecclesia, dictum est. Pauimentum ergo Ecclesiæ mundat, qui pauperibus vel fratribus propter Deum pedes lauat: & illis cætera misericordiæ opera exhibet. Inde est, quòd pauperes domus quamuis vocabulum Ecclesiæ habent: pro eo, quòd continent ipsam, non tamen ipsi sed homines sunt Ecclesia, & pauimentum, est quasi hominum pedes. Pauimentum quoque mundatur, ad notandum quòd à vitiis mundari debemus. Statutum est in canonibus: de consecr. distinct. iiij. non licet &c. sequ. ne hac quinta feria ieiunium soluatur. Quia enim Dominus surgens de cœna, lauit Discipulorum pedes, & iterum rediit ad cœnam: ideò quidam ad instar ipsius volebant post prandium pedes aliis abluere, & iterum post ablutionum cœnare, quod fieri non debet. Hęc dies in plerisque locis Capitulauium vocatur: quia tunc capita infantium, qui vngendi sunt, lauantur: ne obsenatione quadragesimæ sordidata ad vnctionem accedant. † Rursus hac die symbolum competentibus traditur propter confinem dominicæ paschalis solennitatem: vt qui iam ad Dei gratiam percipiendã festinant, fidem quam confitentur, agnoscant. Hæc ergo quinta feria, in quatuor principaliter priuilegiata est. Primò quia tunc pœnitentes recipiuntur. Secundò, in ea namque nouum testamentum incipit, & vetus terminatum fuit. Tertiò, quia in ea fit olei consecratio. Quartò, quia in ea sacramentum sacramentorum institutum est.

SVMMARIVM.

1 *Parasceue & eius diei officium. num 4. 5. 6. 18. 19.*
2 *Parasceues officium cur ordinatur à lectionibus, & cur duæ dicantur lectiones. num. 3.*
8 *Parasceues die, cur potius legatur passio Domini secundùm Ioannem, quàm secundùm cæteros.*
9 *Parasceues die, cur euangelium legatur super pulpito nudo. Item, nudis pedibus. num. 10.*
11 *Christus in cruce, decantauit psalmos decem.*
12 *Christus in cruce, pro tribus orauit.*

13 *Ecclesia,*

13 *Ecclesia, orans pro Iudæis, non flectit genua, & cur idipsum.*
14 *Ecclesia tribus linguis vtitur in crucis denudatione.*
15 *Ecclesia tantùm vtitur lingua Græca, & Latina cum non itidem (Hebraica.*
16 *Crucis denudatio in parasceue, quid significet.*
17 *Christi corona fuit ex iuncis marinis.*
20 *Crux cur adoretur die parasceues, & qualiter id. num. 21. 22.*
32 *Verborum, quæ canuntur dum crux adoratur, expositio.*
24 *Crucis mysterium profundum.*
25 *Christus crucifixus tribus clauis: quid illi claui designent.*
26 *Christi corpus cur disponatur in vino & aqua, die parasceues.*
27 *Christus, cur pati voluerit, & quoto ætatis anno. num. 28.*
29 *Parasceues festum cur non agit Ecclesia cum Lætitia, & num 30.*
31 *Christus, quos sua passione redemerit.*
32 *Christi corpus cur non consecretur in parasceue. & num. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39.*
40 *Feria sexta priuilegia sex.*

De die parasceues. CAP. LXXVII.

SEquitur de parasceue, † quæ quare sic dicatur, in proœmio sepi-
mæ partis dicetur. Sanè hac die Ecclesia arctissimum ieiunium &
silentium agit: nullum tamen officium solenniter celebrat: sed hora
nona conuenit ad adorandum crucem: non ad missæ officium, quo
hæc dies caret: sed quasi ad funeris obsequium dicendum. Et hoc ideò,
quia hora nona mortuo Domino, Centurio factus est præco fidei nos-
træ, & perfidis recedentibus licuit Ioseph & Nicodemo disponere de
funere: & mulieribus accedere propiùs. Dicitur autem officium tacta
& humili voce, & absque principio, prout in præcedenti titulo dic-
tum est. Super altare vnica duntaxat toballia disponitur, per quam
sindon, qua corpus Christi inuolutum fuit significatur. In quibusdam
Ecclesiis in hora sexta ignis extinguitur, & in nona accenditur: quia
tunc sol in sexta lumen abscondit, & in nona reddidit. † Incipit hoc of-
ficium à lectionibus, quia in primitiua Ecclesia omnis missa à lectio-
nibus inchoabat. Sed hoc hac die specialiter fit, pro eo quia passio Do-
mini hodie celebrata est, in cuius memoriam omnis missa cantatur. Le-
guntur lectiones sine titulis, quoniam tunc amisimus Christum ca-
put, qui nos illuminat, sicut tituli illuminant libros. Leguntur autem
duæ lectiones: quia pro duobus populis Christus passus est: Genti-
videlicet & Hebræo vel pro salute carnis & animæ. Vna sumpta est ex
lege, alia ex Prophetis: quia Christi passio à Prophetis fuit prænun-
tiata, & à lege & Patriarchis prefigurata. Abraham enim carnem Chri-
sti figuratiuè immolauit cùm arietem immolauit. Similiter & Abel
quando agnum sacrificauit: vnde Dominus Oseæ xij. Assimilatus sum,
inquit, prophetis. Rursus ideò † duæ lectiones dicuntur, quia sicut in

iiij. feria mortem nostram duplicem manifestauimus, pro qua Chri-
stus pati venerat: ita ad memoriam in parasceue reducimus suam pas-
sionem, & nostram imitationem. Quædam autem Ecclesiæ primò le-
guntur lectionem Oseæ vj. cap. scilicet: In tribulatione: & secundò lect.
Exod. xij. cap. scilicet, Dixit ad Mosem Dominus: & illi naturalè ordi-
nem seruant: quia passio Domini primò prænuntiata est à lege, secun-
dò à Prophetis. In prima quidem est præconium resurrectionis, vbi di-
citur: Post duos dies viuificabis nos: & in die tertia suscitabis nos. In
secunda modus exprimitur passionis, vbi dicitur: Immolabitque eum
vniuersa multitudo ad vesperam. Quædam verò econuerso faciunt,
& mouentur ex eo, quia passionem lectioni ex lege quasi continuare
volunt, quia in passione quædam verba ponuntur, quæ ex illa lectione *Exod. 12*
sumpta sunt, scilicet: Os non comminuetis ex eo. † Continuant ergo *Nume. 9*
passionem lectioni, quia eius est expositio: & agitur de duobus specia-
liter in officio hodierno, scilicet de passione Christi, & de passione *1. Petr. 2*
Ecclesiæ, quæ est illius imitatio, sicut dicit Petrus: Christus passus est
pro nobis, &c. hæc siquidem duo in lectione Exod. commemorantur,
vbi dicitur: Erit autem agnus sine macula, masculus, anniculus. Iuxta
hunc ritum tolletis & hœdum. Agnus, est corpus Christi immacula-
tum. Hœdus est Ecclesia, quæ nos sumus, qui peccatores sumus. Pas-
sio Christi celebrata est in eius immolatione: nostra celebratur in vi-
tiorum mortificatione. In lectione Oseæ manifestè agitur de passione
Christi & eius effectu, vbi dicitur: Venite, reuertamur ad Dominum:
quia ipse cepit, & saluabit nos, percutiet & curabit nos. Viuificabit
nos post duos dies: & in die tertia suscitabit nos, & viuemus in con-
spectu eius. Oseæ vj. cap. Quod Hiero. sic exponit: Percutiet Dominus,
& sanabit nos, quia quem diligit, corripit & castigat. v. q. v. non oscula-
tur. Viuificabit nos, post duos dies: & in die tertia suscitabit nos: quia
tertia die resurgens à mortuis, omne genus humanum suscitauit, &
curauit: & cùm nos viuificauerit & suscitauerit in conspectu eius viue-
mus. Ibi ergo loquitur Propheta de tribus diebus, quibus Dominus
fuit in sepulchro: cùm dicitur: Viuificabit nos post duos dies, & in ter-
tia die suscitabit nos, id est, post duos dies sepulturæ veniet nobis quasi
imber temporaneus, & serotinus terræ: & dabit gratiam incipientem
& subsequentem. Sequitur tractus. † Domine audiui auditionem. A-
bacuch vlt. cap. Et quòd dicit versus: In medio duorum animalium co-
gnoscetis ad literam intelligitur, scilicet in præsepe bouis & asini. Vnde
Esai. Cognouit bos possessorem suum & asinus præsepe Domini sui:
vel in medio duorum latronum: vel in medio duorum populorum. *Esaiæ 1*
Secunda lectio † est de Exodo, vt ibi habetur: Os non confringetis ex
eo: hoc completum est, quando fregerunt duorum latronum crura:
venientes autem ad Iesum inuenerunt eum mortuum: & non frege-
runt eius crura. Allegoricè verò in eo non sunt fracta crura, id est, vir-
tutes, & maximè patientia. Vnde Esai. Dedi faciem meam, sicut petram

duriss

durissimam: & scio,quia non confundar. Per crura enim intelliguntur itinera,de quibus in cantico Abacuch: Incurnati sunt colles mundi,id est, homines excelsi per intelligentiam ab itineribus æternitatis:tanquàm id est,exemplo actionum ipsius,quæ ducunt ad æternitatem:tanquàm columnæ immobiles, id est argenteæ propter eloquentiam: quæ fundatæ sunt super bases argenteas, vel aureas, id est, rationes immobiles æternæ sapientiæ. Sequitur † tractus de passione Domini: quia tunc luget Ecclesia valdè, & sunt duo tractus ad intentionem maiorem luctus, scilicet pro peccatis quæ committimus, & pro pœnis quas patimur, & pro incolatu, quia prolongatur. Nec cantatur graduale cum tractu, sed solùm tractus, prout dictum est in iij. feria & in iiij. parte sub tit.de tractu. Duo ergo tractus dicuntur. Primus, scilicet, Domine audiui: & est in quibusdam Ecclesiis quatuor versuum,alter plurium. Tractus quatuor versuum, significat, quòd per Christi passionem redimitur homo, qui ex quatuor elementis constat. Vnde Christus nec

Ephes. 2 in cœlo nec in terra crucifixus est, sed in medio, id est, in aëre. Fecit enim pacem inter cœlestia & terrestria: quoniam erat inimicitia inter hominem & hominem, sed maior inter angelum & hominem & maxima inter Deum & hominem. Ipse enim Christus omnia pacificauit in cruce: quoniam fecit vtraque vnum, cùm sit lapis angularis. Adhuc per quatuor versus tractus significatur iiij. partes crucis. Secundus retrò tractus,scilicet,Eripe me:prolixior est,& repræsentat magnum bellum Dauid cum Golia, & Christus noster Dauid hodie magnum Golliam,id est, diabolum debellauit. Rursus ideò tractus est longus, quia hoc nobis promissum est in lect. Oseæ, vbi dicitur: Post duos dies viui-

Psal.90 scitabit nos: debemus retinere in spe.Item in secundo tractu ponitur: Obumbrasti caput meum in die belli: quia non tantùm in alio tempore, sed in die passionis diuinitas à passione permansit immunis: imò in passione Christus homo ita protectus est gratia diuinitatis, vt hostes superaret, quæ superari videbatur. Quædam autem Ecclesiæ cantant secundum tractum:Qui habitat in adiutorio altissimi:quia Christus à diabolo primùm latenter tentatus est, velut à dracone latente in petra: posteà in passione tanquam à leone forti acriter vexatus est, quod notatur per illum versum: Super aspidem & Basiliscum. Sequitur euangelium † siue passio: Egressus est. Ioan.xviij.cap.quod dicitur hac die: quia ipse interfuit crucifixioni,& iuxta crucem stetit fidelibus, aliis fugientibus, quia notus erat pontifici. Quia igitur hac die passio Domini oculis nostris repræsentatur, meritò eius testimonium legitur, qui vidit & testimonium perhibuit, & scimus, quia testimonium eius verum est. Præterea, ipse posterius scripsit euangelium quare meritò posterius legitur: & quia ibi manifestius sunt sacramenta: vnde ibi dicitur:Os non comminuetis ex eo.Item illud: Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis & aqua. Legitur autem hac † die passio super nudum pulpitum. Primò, ad memorandum quòd

quòd super nudum crucis patibulum nudus fuit positus ipse Christus. Secundò ad notandum quòd Ioānes, secundum quem passio legitur, relicta syndone nudus profugit à Iudæis. Tertiò,ad repræsentandum quòd sicut Christo in cruce pendente, ipsius secreta non tam cordis, quàm corporis nuda omnibus adstantibus apparuerunt: ita & velo templi per medium scisso, omnia templi intima nuda remanserunt.

Ioan.19 Legitur etiam † nudis pedibus, vt cum afflicto pro nobis nos affligi debere monstremus. In quibusdam verò Ecclesiis syndon,seu tersoria, vel vestes altari nudato superponuntur,vsque dū passio legatur:cùm verò peruenitur ad locum illum:Diuiserunt sibi vestimenta mea,&c. tunc subdiaconi syndonem illam vel tersoria tollunt, repræsentantes historiam,quia quatuor milites Christum crucifigentes,vestem Christi sublstulerunt: & subdiaconi quasi furtiuè pannos subtrahunt,ad notandum, quòd Ioannes, qui cum Domino vsque ad crucem persecutus est,posteà more furis se occultauit, & nudus effugit. In quibusdam tamen locis vna veste sublata,altera super altare remanet, ad significandum quòd vestis Domini inconsutilis non fuit scissa, vel partita, sed sorte super eam missa cōtigit integra vni militi,ad significandum quòd Ecclesię vnitas nunquā potuit à schismaticis,vel hæreticis scindi,quia non est sapientia contra Dominum.xvj.q.vij.sicut. Quòd verò dicitur in passione: Exiuit in eum,qui dicitur Caluariæ locum, notandum,quòd sicut legitur in historiis, Caluaries est propriè os capitis humani nudum. Inde dictus est locus ille mons Caluariæ siue Caluariū, vbi rei decollabantur, & vbi multa capitum ossa erant dispersa. Quia

Luc.23 † verò Christus in cruce pendens prolixè orauit decantans decem psalm.scilicet Deus,Deus meus,respice in me. vsque ad, In te Domine sperauī.cùm peruenisset ad locum illum: In manus tuas Domine. illo dicto emisit spiritum: ideò & nos postquàm recitata est passio, eius orationes dicimus,ad notandum,quòd quando ab inimicis persequimur, semper ad orationem est recurrendum: iste tamen est insolitus nos orandi. Nam in aliis diebus ante euangelium orationes dicuntur, & in earum principiis dicitur? Dominus vobiscum, quæ est, propriè vox & sacerdotis officium,quod non sit in istis,quia sacerdos

1. Tim. 2 & Dominus noster occiditur. Orauit autem Christus pro tribus. Primò pro † se dicens:Pater,clarifica Filium tuum.Secundò, pro suis,discretuti erant, dicens: Pater non tantum pro illis rogo,sed pro illis, *Ioan.17* qui credituri sunt in me.Et ex hoc videtur,quòd non debemus rogare pro eis,quos scimus non esse saluandos,nec pro illis,qui in inferno remanserunt,nec pro Iuda,qui se desperauit: sed oramus pro nobis in omni gradu Ecclesiæ: & pro neophytis,& pro Gentilibus, pro Iudæis, pro hæreticis,& schismaticis, vt Christus gratiam suam eis infundat & ad fidem conuertat. Christus enim orauit pro inimicis & amicis, † ideò Ecclesia statim similiter orat pro omnibus. † Sanè Ecclesia, pro

his orans, flectit genua in orationibus, vt per habitum corporis deuotionem, & mentis humilitatem ostendat: insinuãs, etiam quòd in nomine Iesu omne genu flectendum est, quoniam omnes nationes sibi genua curuant: nisi quando pro Iudæis oratur, quia enim ipsi illusores Domino, flexis genibus dicentes: Propheriza nobis Christe, quis est, qui te percussit, ideo in detestationẽ huius illusionis Ecclesia pro eis orans, genua nõ flectit, vt vitet opera simulata. Præterea, quia corum cæcuas nulla poterit oratione depelli, donec plenitudo Gentium subintrauerit, ideo non est pro ipsis vehementer orandum nec genua flectenda. Est tamen vtcunque orandum, quia futurum est, vt qui est exaltatus in cruce omnia trahat ad se. Sed in orationibus pro Iudæis, & Paganis non respondetur, Amen, vt quidam dixerunt: & hoc ideò, quia cùm illi sint extra collegium siue corpus Ecclesiæ fidelium populus non ostendit affectum suum ad eos. Iuxta illud Apostoli ad Corin. 1.Cor.5
Quid mihi de his, qui foris sunt iudicare. extrà, de sacra vnc. cap. j. Per Amen autẽ, affectus exprimitur. Præterea licet pro illis oretur: vt corum duritia conuertatur: quia tamen hoc impleri non poterit, vsque circa finem seculi, Apostolo testante, qui dicit: Donec plenitudo Gen- Rom.11
tium introierit: & omnis Israël saluus fiat: ideo ad orationes pro illis non respondetur, Amen. Veruntamẽ rectè intuenti nihil interest, quòd ad hoc inter illas & alias orationes. Imò ita respõdetur ad illas, Amen, sicut & ad alias orationes, pro aliis stabitur, quod sic ostenditur: Pro quolibet statu bis profertur Oremus, sed quòd sub primo Oremus arte flectamus genua dicitur, nõ est oratio, sed adhortatio, vt Oremus, siue præfatio, seu monitio, exprimẽs quid, siue pro quo sit in sequenti oratione orandum. Vnde sub tono præfationis non orationis dicitur. Ideoque pro nullo statu post præfationem respondetur, Amen. Sicut nunquam fit post aliquam præfationem, licet etiam ibi ponatur, Per Christum Dominum nostrum: sicut patet in quotidiana missæ præfatione. Quòd autem secundò Oremus dicitur, oratio est: & respondeo debet, Amen: pro Iudæis, & Paganis, sicut pro aliis. Consequenter flexcerdos post orationes, crucem velatam baiulat, ad dextrũ cornu altaris, ibique crucẽ super humeros tenens, in persona Christi Iudæis improperat beneficia Domini, dicẽs: Populе meus, quid feci tibi? & in quibusdam tamen Ecclesiis duo presbyteri baiulant illam, ad notandum, quòd in Christi persona duæ fuerunt naturæ, diuinitatis videlicet, & humanitatis. Quòd dicitur: Populе meus, quid feci tibi aut in quo contristaui te? respondе mihi: quia eduxi de terra Aegypti, &c. ad distinctatem refertur. Quòd verò sequitur: Parasti Saluatori tuo crucem, ad humanitatem: & sic de aliis sequentibus verbis. Cantat † autem chorus Grados quasi Hebraicè in persona Saluatoris: acolythi cãrant Græcè ὠ θεὸς, quasi in persona Græcorum, chorus respondet: Sanctus, Sanctus, in persona Latinorum. Sicque tribus linguis laudatur Deus: scilicet Hebraica, quæ propter legem omnium linguarum est mater: Gra-

quæ doctrix est: & Latina, quæ imperatrix est propter Romani dominium imperij, & papatus. Quia enim Hebraica nunc silet à laude Dei, ponitur pro illa: Populе meus, quod quia cãtatur in persona Domini, loquentis Hebræis, ideò intelligitur dictum Hebraicè. Et not. quòd contra tres illusores Christi tres præmittuntur adorationes: vt infrà dicetur. Tres verò antiphonæ, scilicet, Populе meus, quia eduxi te, & quid vltra, &c. Parùm aut nihil sensibus differentes, verbis & modulatione consimiles, triplicem tituli scripturam significant, qui scriptus fuit tribus linguis, scilicet Hebraicè, Græcè, & Latinè, Iesus Nazarenus, Rex Iudæorũ. Vtrum principiũ tituli scriptum fuit tribus linguis ignoratur. Sed de hac clausula Rex Iudęorum. constat, quòd quia negauerunt, Iudæi dicentes: Noli scribere Rex Iudęorũ. sed quia ipse dixit: Rex sum Iud. ideò illud in istis antiphonis adstruitur ab effectu, scilicet, quia tãquam rex eorũ eduxit eos de Aegypto, & duxit eos per desertum, & introduxit in terrã bonam. Item quòd in titulo scriptum fuit, Iesus: in singulis antiphonis concluditur Saluator: quòd ibi Nazarenus ad singula respõdetur ἅγιος sanctus. Et quia titulus tribus linguis scriptus fuit, ideò duabus † linguis respõdetur, scilicet Græca & Latina, quæ Christũ adorant. Hebraica verò cõtradicit: & adhuc blasphemat prædictas. Et nota, quòd antiphona: Populе meus. est Michæ. vj. capit. Principium antiphonæ: quia eduxi te. Numero. xiiij. capitul. Et medium, scilicet manna, &c. est Esa. xvj. capitul. & Iosue. vj. capitul. vbi etiam est finis ipsius, scilicet introduxit. Norandũ, quòd Iudæi tres accusationes contra Christum proposuerunt, scilicet quòd tributum negasset, quòd se regem fecisset. & quòd se Dei Filium dixisset: contra quas tres in eius personam accusationes dicuntur, scilicet, Populе meus vbi Christus eis exprobrat tria beneficia sua, scilicet liberationem de Aegypto, regimen in desertum, & introductionem in terram optimam: quasi dicat: Tu accusas me de negatione tributi, potiùs deberes gratias agere, quia te liberaui à tributo siue à seruitute Aegypti. Tu accusas me, quia me regem dixi: potiùs deberes gratias agere, quia te rexi in deserto, & regulariter paui. Item accusas me, quia Filium Dei me dixi, potiùs deberes gratias agere, quia terram lacte & 16 melle manantem contulit tibi. Deinde † crux denudatur in signum, quod pertulerũ Iudæi Saluatorem denudauerunt: & sic denudatio interpretes tres vices ad notandum quòd illi ter Christo in passione illuserunt. Primò quando in atrio principis velata facie eius colaphis eum cædebant. Ad quod designandum in principio reuelationis ipsius crucis, non ostenditur facies crucifixi. Secundò ante prætorium, quando eo tradito ad crucifigendum milites plectentes coronam spineam illudebant ei flexis genibus adorando eum dicentes: Aue Rex Iudæo- 17
rum. ad quod repræsentandum in secunda reuelatione, discooperitur caput & facies crucifixi: & scias quod Corona † fuit de iuncis marinis sicut eam vidimus in thesauris regis Francorum, quorum acies non

minus ſpinis duræ ſunt & acutæ. Tertiò quando ei in cruce pendenti transeuntes dicebant, Vah, qui deſtruis templum Dei. & quia quando hæc illuſio fiebat Chriſtus totus nudatus in cruce pendebat, ideo in tertia reuelatione totus nudus oſtenditur crucifixus, & etiam ad ſignificandum, quòd omnia quæ in lege & Prophetis obſcura fuerant, in paſſione aperta, & manifeſta ſunt. † Reuelatur ergo crux poſt orationes: ad notandum, quòd oratio à Chriſti paſſione, quam in cruce ſuſtinuit, habet effectum & exemplar. Ipſe enim in cruce pendēs, pro aminis & inimicis orauit. Sane à dextera parte crux incipit reuelari, quia Chriſtus crucifixus, vera fide adoratus extitit ab Apoſtolis, & Diſcipulis Iudæis, qui tunc in dextra erant. Et quoniam hæc fides per illos deuote publicata & in medio gētium perducta eſt, ideo ad hoc ſignificandum ante medium altaris, per ſacerdotē deducitur. Rurſus, quia Chriſtus nunc ſemper Eccleſiā quieſcit, & vſque in finem ſeculi quieſcet, ideo ad hoc ſignificandum, & figurandum ſubſequenter crux ſuper altare ponitur, per quod hæc Eccleſia gentium deſignatur. Deinde, quia in fine ſeculi fides in cordibus gentium refrigeſcet. & tepe Eſa. à reliquiis Iſrael quæ ſaluæ fient, ſuſcipietur, & communis Iudæis & gentilibus habebitur, merito ad hoc ſignificandū in fine miſſæ crux de altari deponitur, & in communi loco collocatur. † Crux quoque re uelata & etiam vexilla Eccleſiæ in quibuſdam locis dirigūtur in altum, ad Chriſti victoriam deſignandum. Adhuc crucē baiulantes, antiphonam canentes, crucē illo deferunt, † Græce & Latine reſpondetur, & deuotè adoretur: quia Dominus crucifixus tranſiuit à perfidia Iudæorum, ad confeſſionem & deuotionem Gentium, & ſignificat Apoſtolos canētes, id eſt, totis viribus crucis opprobrium confitentes, & prædicantes. Item crucem baiulando, nunc ambulant, nunc & ſtant, ſubſiſtunt, quia & illi perſecutionum pondere feſſi aliquātulum quieuerunt. Subſequenter ipſa crux denudata ſaluratur, & adoratur, quia eum cui perfidi illuſerunt, Chriſtiani reuerenter ſalutando, & deuotè oſculando venerantur. Et dum adoratur, canitur in quibuſdā Eccleſiis reſponſorium, Ecce quomodo moritur. Eſa. lvij. c. & antiphona: Sicut Moſes, Ioan. iij. c. Et eſt ſciendum, quòd contra præmiſſas tres illuſiones ter illū adoramus, dicentes: ἅγιος, quaſi ter honorantes ter illuſum propter nos: & quia illudendo genua flectebāt, ideò & nos illum adorando genua flectimus. Ad † terram etiam ante illam proſtrationem, vt quod illi ſuperbè illudendo fecerunt, nos humiliter & verè faciamus, & mentis humilitatem per habitū corporis oſtendamus: & quia ſicut Chriſtus humiliatus eſt Patri pro nobis vſque ad mortem, mortē autem crucis, ſic & nos eius mortis imitatores humiliari oportet. Demo do proſtrationis ait Aug. Quiſquis ſic humiliatur, vt genua figat, adhuc habet vt ampliùs humilietur: quiſquis verò ſic humiliatus, vt breat in terra venter eius, vltra quod humilietur nō habet. Nudis etiā pedibus adoratur, vt omnes proprias affectiones ſibi nudas ac notas eſſe

eſſe mōſtremus: & vt cū afflicto pro nobis nos affligi oſtēdamus. Salutatur autem crux, quia per eā ſalus hominibus reformatur: poſteà adoratur, id eſt, oſculatur. Solus enim Deus adorandus eſt: cætera, vt crux, cauſa illius veneranda ſunt. † Cæterùm expoſitio illorum verborum ἅγιος, &c. ibidem ſequitur: Nam ἅγιος Græcè dicitur ſanctus, Latinè ἀπὸ τοῦ α, priuatiua particula, & γῆ, id eſt terra: quaſi cœleſtis, ſine terra. In canone tamē Iſidori. xxiiij. q. iij. quidam. verſi. ſed tagis. habetur quod ἅγιος Græcè, dicitur vas, Latinè. ὁ Θεὸς, verò Græcè, dicitur Deus, Latinè, ἰσχυρὸς Græcè, fortis, Latinè. Ἀθάνατος, Græcè, immortalis Latinè, ἀπὸ τοῦ α priuatiua particula, & θάνατος, quòd eſt mors, ἐλέησον, id eſt miſerere, ἡμᾶς id eſt noſtri. De profundo † crucis myſterio dictū eſt in proœmio quintę Partis, & hīc aliqua perſtringamus. Fuerunt in dominica cruce ligna quatuor, ſcilicet ſtipes ſiue lignum erectū, lignum tranſuerſum, truncus ſuppoſitus, & titulus ſuprāſcriptus. Fuerant & claui quatuor, quibus & manus & pedes cōfixi ſunt, fuit & lancea qua latus apertū eſt, & corona ſpinea capiti circōpoſita, quæ omnia poſſunt in ſpirituali cruce ſignificari. Quatuor enim crucis ligna ſunt quatuor mētis virtutes, ſcilicet fides, ſpes, perſeuerantia, patientia, de quibus ait Apoſtolus: Vt cōprehendatis cum omnibus ſanctis, quæ ſit longitudo, & latitudo, ſublimitas, & profundum. Longitudo crucis eſt perſeuerātia, de qua dominus inquit: Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Latitudo crucis, eſt patientia, de qua veritas ait: In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Profunditas eius eſt fides, de qua Apoſtolus: Fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum non apparentium. Sublimitas verò, eſt ſpes, de qua Pſal. In verbo tuo ſuperſperaui. Habuit ergo crux Chriſti, vnum lignum erectū in longitudinem: alterum tranſuerſum in latitudinem: quaſi in modum potentiæ, ſeu martelli: quę duo ſignificata ſunt per illa duo ligna, quę paupercula mulier in Sarepta colligit. Stipes verò erectus, habuit truncum ſuppoſitum, & titulū ſuperſcriptū: quia perſeuerantia de fide procedit ad ſpem: quaſi ſtipes erectus de trunco ſuppoſito ad titulum ſuprāſcriptum. Quod beatus Iob intelligēs ait, Credo quod redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, &c. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. Niſi eum crux habeat fundamentum fidei, & titulum ſpei profectò ſupplicium eſt ſolummodò, & non meritum. Quod autem patientia ſpectet ad crucē, ex eo apparet, quòd patienter in aduerſis tribulationis, ſuſtinet cruciatum. Vnde Iacobus: Tribulatio patientiam operatur. De perſeuerantia quoque legitur: Eſto fidelis vſque ad mortē, & dabo tibi coronam vitæ. Etiam ſecundum Apoſtolum non coronatur niſi qui legitimè certauerit. Perſeuerantia igitur, quæ coronatur, certamen habet, vt meritò ſpectet ad crucem. In his ergo duobus lignis duos pedes & duas manus quatuor clauis debet affigere Chriſtianus. Quatuor clauī, ſunt quatuor principales virtutes: ſcilicet iuſtitia,

Expoſitio quatuor lignorum Crucis.

Pſal. 118

3. Reg. 17

Iob 9

Iacob. 1

Apoc. 2

2. Tim. 2

fortitudo,tẽperantia,& prudẽtia.Pedes sunt mentis affectus, de quibus sponsus in Canticis:Laui pedes meos,quomodo inquinabo illos? Et Dominus inquit Christus Apostolis, Qui lotus est nõ indiget, nisi vt pedes lauet,& est mundus totus.Et iterum, Excutite puluerem de pedibus vestris.Duo ergo pedes sunt,duo mentis affectus,scilicet timor & amor:pes timoris,clauo fortitudinis debet cõfigi, ne timidus propter aduersa succumbat:Vnde Psalmista: Confige timore tuo carnes meas,à iudiciis enim tuis timui. Dum enim in Petro metus, clauo fortitudinis affixus non extitit,ad vocem ancillæ Christum negauit,cùm verò confixus extitit,ante Reges & Præsides nomen Domini prædicauit.Pes amoris siue appetitus clauo iustitiæ debet configi, ne cupidus ad illicita desideria euagetur.Si enim appetitus fuerit confixus,tunc spiritus nõ concupiscit aduersus carnẽ:si verò nõ fuerit cõfixus, tunc caro aduersus spiritum cõcupiscit. sic itaque Christianus pedes suos cruci debet affigere,ne vel timidus succũbat, vel cupidus euagetur. Alij tamen dicunt†quòd Christus tribus duntaxat fuit clauis affixus,significãtibus tres cruciatus,quos in cruce sustinuit, videlicet passionem in corpore, passionem in mente,& passioné in corde. Ambo enim pedes vno clauo affixi sunt:ita quòd dexter fuit super sinistrũ, ad significãdum q̃ spirituales affectiones per pedem dextrum significatæ supereſſe & dominari debent terrenis, per sinistrũ significatis.Lãcea verò qua latus est vulneratum, charitas est, de qua sponsa in Canticis:Vulnerata sunt in charitate. Lateri quidẽ cor contiguum est,cuius beneficia diligimus : quod ideò vulnerandũ est, vt afflictus exeat,non solùm ad amicos, verumetiã ad inimicos. Vnde Dominus ait:Diligite inimicos vestros,& benefacite his,qui vos oderũt,& orate pro persequentibus,& calumniãtibus vos. Corona verò spinea, est pœnitentia circũponenda capiti,id est,menti,de qua Psalmista:Conuersus sum in ærũna mea dũ configitur spina.Hęc corona de trib.spinis complectitur,scilicet contritione,cõfessione,& satisfactione. Prima pungit cor per dolorem propter vanã cogitationem.Secũda,pungit os, per pudorẽ,propter variam locutionem. Tertia pungit manũ, per laborem, propter iniquam operationẽ. Manus enim opera sunt: vnde Psalm.Benedictus dominus Deus meus, qui dedit manus meas ad prælium,&c.& Salomon in Prouerbiis:Dedit ei linum, & lanam, & operata est consilio manuum suarum. Sunt igitur duæ manus,operum genera:videlicet opus voluntatis,& necessitatis.Manus,operis voluntarij configi debet clauo prudentię, ne curua faciat opera tenebrarum. Dum enim in Saulo clauo pendentiæ confixa non fuit, Saulus Ecclesiam Dei persequebatur. Cùm verò in Paulo cõfixa fuit, ipse pro Ecclesia passus est. Manus verò operis necessarij clauo rẽtrantiæ configi debet,ne lapsa nimis ad superflua attẽdatur. Necessaria opera sunt naturalia,vt dormire,comedere, & similia. Et nota,vt sus de cruce.Pes,cedrus est:trũcus,cypressus:oliua,supremũ.Palma,

Cantic.5
Ioan. 13
Matt. 10
Psal. 118
Matt. 25
Matt. 5
Psal. 3
Psal. 143
Prou. 31

transuersum Christi sunt in cruce lignũ. Osculata & adorata cruce, 28
suo presbyteri deferunt ad altare corpus Domini,quod pridie fuerat consecratum & reconditum. † Sacerdos verò induta casula illud super corporale disponit,iuxta latus calicis, in quo sit vinũ & aqua mixtum non sanctificatũ, quasi ipso facto dicatur : Hoc est illud corpus, de quo sanguis & aqua fluxerunt. Verùm autem ex contractu hostiæ vinũ consecretur,dictum est in titulo præcedenti. Quo facto, incipit mox:Oremus, præceptis salutaribus.perficiens dominicã orationem & illam,libera nos quæsumus.in quo repræsentatur antiqua Apostolorum celebrandi missam consuetudo. Prius enim lectione præmissa dicẽbãt solummodò verba illa : Hoc est corpus, &c. Hic est sanguis meus.&c.Sed ipsi postmodùm dominicam orationem addiderunt,& ita illo modo hac die celebratur,de quo dictũ est in principio iiij. Partis.Ex quibus colligitur,quòd sola dominica oratio nõ sufficit ad eucharistiam consecrandã. Siquidem sacerdos alio tempore dicens:Per omnia secula seculorũ,eleuat calicem, cum corpore Domini,& postea dicens: Præceptis,&c. Calicẽ depositum iterum cooperit, in quo illud nobis significatur,quod de cruce depositũ corpus Domini sepelitur.Duo autẽ presbyteri qui hodie corpus ad altare deferunt : repręsentant Ioseph & Nicodemum,qui corpus Domini tulerunt ad sepulchrum.Tres præmissi canonis articuli, scilicet, Præceptis, Pater noster, & Libera nos quæsumus super depositum calicem proferuntur: quia tribus diebus sepultus Dominus occultatur & oratio ipsa:Libera nos,alta voce,sicut & dominica oratio profertur:prout dictum est in quarta Parte, sub titulo, de silentio post orationem dominicam. Necest prætereũdum,quòd hac die,quando particula hostiæ in calicem mittitur,non dicuntur verba illa:Fiat cõmistio, quia ibi de sanguine mentio fit,sed in calice sanguis nõ est, nec hoc die cõsecratur, & fracta hostia non dicit:Pax domini,&c.eò quòd oscula circumstantium non sequuntur.Oratio quoque illa Domini Iesu Christi fili Dei, &c.& illa:Corpus tuum Domine,omittuntur, quia ibi mẽtio de sanguine fit.Omittuntur etiam illi versus : Quid retribuã Domino, &c. illa quoq;:Placeat tibi, etiam omittitur : quia ibi continetur : Præsta vt hoc sacrificium,quando oculis tuæ, &c.Hac etiam die sacrificium non offertur sacramentaliter:sed sumitur altera die oblatũ. Agnus Dei,nõ dicitur:quia nõ videtur esse inuocandus, qui cernitur in agone deficere,& cũ silentio sacerdos communicat:vnde postcommunio non cantatur,quia nobis sumentibus,sanguis ille, quem sumimus de ore nostro pro nobis ad Dominum clamat. Nos enim sumus terra illa quæ aperuit os suum,& bibit sanguinem Abel, id est, Christi quẽ effudit Cayn,id est,populus Iudaicus,vnde factus est vagus & profugus super terrã,iuxta illud:Disperde illos in virtute tua : & factus est maledictus illa maledictione:Sãguis eius super nos & super filios nostros.Et rursus postcõmunio,quæ iubilum & lætitiam significat,non

Gene.4
Psal.58
Matt.27

dicitur: quia Ecclesia illo die plorat. Sed quæritur † quare Christus voluit pati sexta feria? Respõdeo, vt dies quã crucifixus est coaptaretur sextæ feriæ primæ creationis, & sextæ ætati huius mundi. Siquidẽ in sexta feria primus homo, scilicet Adam creatus est ad imaginẽ Dei, & ex latere eius dormientis sũpta costa fœmina fabricata, & in sexta ætate Filius Dei, vt hominem ad imaginem Dei creatum redimeret, & in carne apparuit, qui in sexta feria dormiens in cruce sanguinem & aquam de latere suo, vnde sanctam Ecclesiam consecraret, emisit. Ideò ergo in sexta feria pati voluit, quia cùm tali die Adam peccauerit, illa etiam die hominem redimere voluit, de hoc dictum est sub titulo de natali. Et † nota, quòd Christus cõpletis trigintaduobus annis & mẽsibus tribus, vel secundum Chrysosto. triginta tribus & dimidio crucifixus est eadem die qua cõceptus est de Virgine, scilicet in sexta feria, quæ fuit octauo Calend. Aprilis: de quo dicetur in septima Parte, sub festo annuntiationis. † Quæritur etiam, cùm de morte Sanctorum cum gaudio festa in Ecclesia celebrentur: quia pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius: quare Ecclesia hodie de morte Domini, cum gaudio similiter non solennizat? Videtur enim q̃ magis deberet lętari, & festũ de illa celebrare, cùm mors ipsius sit pretiosissima, & mors mortis, & est nostra redemptio, & quia Apostolus gloriandum ait in cruce Domini nostri Iesu Christi. Respondeo, quia ipse pro peccatis nostris mortuus est, sicut dicit Dominus per Esa. Propter scelus populi mei percussi eũ: & ideò deberet homo erubescere nõ gaudere, cũ & sol insensibilis erubescẽs, radios suos retrouerterit, quia obscuratus est: & petrę scissæ sunt: meritò ergo oĩs homo in hac die tristitiam prætendit, ne esse durior lapidibus videatur. Prætereà, ipse Dominus tristis fuit. Vnde, Tristis est anima mea, vsq; ad mortem, & etiam beata Virgo. vnde, Tuã ipsius animam pertransibit gladius, & Apostoli de consecra. dist iij. sabbatho. Meritò igitur in hac die Ecclesia in arctissimo est ieiunio, & silentio, & tristitia constituta passionis. de hoc dictum est sub festo circuncisionis. † Rursus hunc diem celebramus cum mœrore, tristitia & abstinentia: passiones verò Sanctorum cum gaudio: quia Sancti post martyrium statim cœlos ascenderunt, Christus verò ad infernum descendit. Sed quoniam tartara confregit, & inde Sanctorũ animas eduxit, & tertia die resurrexit, ideò tunc, scilicet die resurrectionis maximè lętamur. Hinc est, quòd passiones Patrum veteris. Testamenti, quia ad inferos descenderunt, non celebramus præterquam Innocentium: ex eo, quod in ipsis singulis Christus occisus est: & Machabæorum, prout in septima Parte, sub titulo de picturis. Et est notandũ † quòd Christus in passione sua tetemit non tantùm illos, qui tunc erant in lymbo inferni, qui locus dicebatur sinus Abrahæ, vbi Lazarus erat, sed etiã omnes futuros qui sancta morte vitã erant finituri: vnde Osee vlti. Ero mors tua, ô mors

Psal. 115

Galat. 6

Esa. 53

Matt. 27
Matt. 26
Luc. 2

mortis tuus ero inferne. sed nec omnes, qui in inferno erant, inde exuxit. Item † quæritur, quare Ecclesia non consecrat hac die corpus Domini, cùm Dominus dixit: Hoc facite in meam commemorationem, & Gabilonem concilio de consecratio. distinct. j. visum dicitur. Nulla dies excipitur, qua non pro viuentibus deprecetur. Prætereà, cùm Christus immolatur hac die & sabbato quieuit in sepulchro, & Discipuli totam noctem sequẽtem, vsq; ad diluculũ in tristitia trãsegerint rationabiliter videtur, vt in hac die corpus Domini conficeretur: & inde vsque ad primã sabbati iugi silentio consopiti à sacri altaris mysterio vacaretur. Respõdeo, Ad hoc multiplex ratio reddi potest. Prima † est Dominus noster pridie quã pateretur, accipiens panẽ & calicẽ benedixit, deditque Discipulis, dicẽs. Hoc est corpus meum. Hic est calix meus, & tunc immolatus est in manibus suis: de qua immolatione subiũxit: Hoc facite in meam cõmemorationẽ. Illa igitur, scilicet feria quinta non est omittẽda, cùm sit firmiter iniuncta. Sextaverò feria est dies secunda, qua velut in monumento quieuit: sabbatum tertia qua velut à morte resurgit: resurrexit enim ante diem. Triduũ ergo Dominicę mortis, quod perfici nequit eo respectu, quod ipse à Iudæis est trucidatus, eò transponitur, quòd ipse suis manibus immolatur. Cuius quoque rei illud magnum est indicium, quòd in nocte cœnæ luminaribus extinctis vigilias celebramus. Sicque, vt in quinta feria quasi sexta in duplum mãna colligatur: quoniam in hac die quasi in sabbaro non inuenitur. Secunda † ratio est: quia ecclesia corpus illud, quod flagellis & spinis, & contumeliis ista die re vera affectũ est, nõ debet cum missarum solennitatibus celebrare, quoniam veniente veritate debet cessare figura. Tertia † quia oblata est hostia de manibus Christi & nostris. Non ergo sacrificent amici, dum trucidant inimici. Sed tamẽ, quia semper indigemus communione, & semper est tẽpus cõmunicandi, sacerdos ipsum corpus recipit in hostia, à die antecedẽti reseruata & custodita. Quarta † ratio est, quoniã hac die velum templi scissum, & cornua altaris transuersata sunt: & ita nõ celebramus vbi corpus Christi cõficiatur. Quinta est † quia scilicet resurrectionis & sublatus est verus sacerdos, id est, Christus sponsus Ecclesiæ: descendit enim ad inferos. Sextã rationẽ ponit Inno. Papa de cõsecr. dist. v. sabbato. dicens, † quòd in die parasceues & in sabbato sancto sacramentum nõ celebratur: quia cõstat Apostolos istis duobus diebus in mœrore & in tristitia fuisse: & se propter metum Iudęorũ occultasse. Missa enim quæ in ipso sabbato celebratur, nõ ad ipsum sabbatum, sed ad diẽ pertinet subsequentẽ, vt infrà dicetur. Septima † quia Moses ait. Vos tacebitis, & alius, scilicet Christus, pugnabit pro vobis torcular enim calcauit solus. Cum igitur hac die non sit corpus Domini conficiendum: ad hanc diẽ reseruandum est. Hæc sexta feria † & ab ista omnes aliæ sextæ feriæ priuilegiatæ sunt propter Christi passionem, sicut & à sequenti dominica omnes aliæ dominicæ propter

Exod. 16

eius resurrectionem. Sunt autem huiusmodi sextæ feriæ, sex priuilegia, scilicet Christi immolatio, inferni spoliatio, mortis conculcatio, humani generis redemptio paradisi apertio, & scripturarum manifestatio. In parasceue vno solo cibo vescimur, quia Christus ea die vnū scilicet latronem sibi incorporauit, dicens: Hodie mecum eris in paradiso. Vnde ipse dixit: Singulariter sum ego, donec transeam. Psal.140

SVMMARIVM.

1 *Paschatis sabbatum.*
2 *Paschatis sabbatum, officium mutuatur totum à nocte paschæ. & nu. 3.*
4 *Paschatis sabbatum dicitur dies illuminata, tribus de causis.*
5 *Pascha celebratur in plenilunio, & quando. num. 6.*
7 *Nox, diem præcedat ne, an contra.*

De sabbato Paschæ. CAP. LXXVIII.

SEquitur † videre de sabbato sancto Paschæ. Sanè sicut Deus operibus creationis mundi, scilicet in sex diebus cōpletis in septima requieuit ab omni opere, quod patrarat: sic & in sexta ætate recreationis operibus consummatis iuxta quod Dominus in cruce pendens dixit? Consummatum est in septima ætate requieuit. Cùm enim animæ eius passibilitatem corporis exuit, quodammodò requieuit: præterea in sepulchro dormiuit: ideóque dies ista sabbatum appellatur, quod requies interpretatur: vt dictum est in Proœmio secūdæ partis: quod antonomastice sabbatum sanctum dicitur, eò quòd, vt præmissum est, significat requiem Christi ab opere recreationis in fine sextæ ætatis: vel propter requiem Christi in cuius morte sanctificati sumus. Dicitur etiā sanctum, propter baptismum, quod fit in die ista in qua nouæ Ecclesiæ proles sanctificatur. Hæc autem † dies sicut præcedens nullum habet officium diuinū, in quo cōstat Apostolos fugisse, & in moerore fuisse. de consecr. dist. iij. sabbato. Nam officium quod cātatur est noctis dici dominicę de consecr. dist. j. in ieiuniis. lxxv. dist. quòd à Patribus, scilicet de resurrectione non de sabbato, sicut & contingit in sabbatis quatuor tēporum quod apparet, quia dicitur in cerei benedictione, Hæc est nox, & in collecta missæ: Deus, qui hanc sacratissimam noctē. vnde antiquitus totum officium de nocte dicebatur, & adhuc in plerisque locis fit. Primò, ad notandum, quòd cathecumeni, quorum est ipsum officiū, sepulti cum Christo, per baptismum consurgunt cum ipso. Secundò, propter visitationē mulierum ad sepulchrum Domini mane venientium. Tertiò, quia dominus de nocte resurrexit, secundum Hier. & Greg. & Ambr. & ideò quia nox illa tanto lumine illustrata, est de Domini resurrectione, meritò tunc vigilare & Deo laudes canere debemus. Traditio quoque Iudæorum est, Christum media nocte venturum in cuius figura Angelus transiuit media nocte percutiendo primogenita Ægyptiorum, & Dominus transiuit protegēdo populum suum. Et Hier. Reor, inquit, traditionem Apostolicam permā-

nsisse: vt in die vigiliarum Paschæ ante noctis medium dimittere non licear populos expectantes Christi aduentum: vt resurgenti Saluatori occurrant, postquàm tempus illud transierit, securitate præ- 3 sumpta festum cunctos agere diem. Sed quia † quod pro deuotione fuerat institutum, in minus honestas actiones, quibus nox facultatem præbet conuersum est, institutum fuit, vt officium ipsius noctis de die celebraretur. De hoc tactum est in Proœmio quartę partis: & in quinta parte, sub titulo de nocturnis. Aug. tamen dicit Dominum in diluculo surrexisse, & ipsum per quadringenta horas mortuum siue in sepulchro extitisse: cui Ecclesia consentire videtur, quę pro resurrectione matutinum eadem celebrat hora. Silet ergo Ecclesia vsque in horam decimam: & tunc congregatur ad officium celebrandum, quando resurrectio appropinquat, videlicet circa vesperam noctis, quæ lucescit in prima sabbati, & quam per totam noctem vsque ad diei claritatem continuat ad hoc, vt illud impleatur: Nox illuminatio mea in 4 deliciis meis & nox, sicut dies illuminabitur. Tribus † autē de causis, dicitur hæc dies illuminata. Primò, quia refulget in deliciis nostris propter redemptionem seu resurrectionem animarum, quæ licet sit in die parasceue, morte Domini recuperata: eius tamē gaudium & lætitia est ad hanc noctem trāslata, propter rationem positam sub quinta feria cœnæ Domini, vbi agitur de olei cōsecratione. Secundò propter resurrectionem corporum, quæ Domino resurgēte primi sabbati speratur futura: ideóque vigilamus & resurgenti vigilando concinimus. Tertiò propter baptismi sacramentum, quod hodie celebratur: quoniam ab illis causis sumpsit exordium, & clarum nobis tribuit fructū. Celebratur enim hac die catechumenorum officium, vt ipsi Christo consepulti, ad baptismum in morte cum eo resurgant. Hæc ergo nox, pascha dicitur, quod transitus interpretatur: quia transiuit Dominus de mundo ad Patrem: de morte ad vitam trāsimus & nos. Pascha enim nostrum immolatus est Christus, de hoste ad patrem, de tenebris ad lucem, de reatu ad gratiam, de pœna ad gloriam, de pugna ad victo- 5 riam. Hæc nox siue pascha † in qua resurrexit Dominus fuit decimaseptima luna mēsis primi, id est, Aprilis, qui est primus apud Hebræos, qui computant menses secundum lunæ cursum. Ideò quidem in mēse primo resurrexit: quia ipse est principium. Item ideò in luna decimaseptima, vt per obseruationem decalogi perduceret nos ad æternam requiem sabbati sui. Surrexit igitur tunc, cùm luna alta petit, ad designandum, quòd Ecclesia petere debet alta virtutū, & scādere ad temPsal. 138 pla cœlorum. Item in tertia hebdomada lunæ surrexit, per quod tertium tempus, scilicet gratiæ aduenisse significauit. Et inde est, quòd cum semper in lunatione Aprilis, & in plenilunio hanc solennitatem ex iussu Domini celebremus, quandoq; in nostro Aprili, & quandoq; in Martio eam solennizamus: sed cùm post duodecim lunationes cōstituimus, innuitur quòd per decem legis & duo charitatis præcepta

ad resur

ad resurrectionis gloriam peruenimus. Si verò eam post xiij. lunatio-
nes obseruamus, innuitur quòd per Decalogum & Trinitatem per-
ueniemus ad gloriam æternitatis. Ad hoc ideò hæc nox in plenilunio
celebratur: quoniã luna iubar luminis à sole mutuatur. Luna est Ec-
clesia: sol Christus, qui dum occidit, occciditur, sed eius occasu Eccle-
sia gratiæ plenitudine illustratur. Item † hæc nox, in qua Christus re-
surrexit æquinoctio transacto, quando scilicet dies incipiunt cresce-
re, & esse maiores noctibus, celebratur. Primò, quia post ignorantiam
prolongatur de Deo scientia, & vbi abundauit iniquitas, super abun-
dauit & gratia. Secundò, quia virtutes in nobis crescere, & vitia supe-
rare debent. Tertiò, quia per eius resurrectionem tenebræ mortis cre-
pere minui & dies vitæ incœpit augeri. Quartò, quia per ipsum, qui
est lumen de lumine, peruenitur ad diem lucis æternæ. Item, hæc nox
celebratur, vt in Vere, quando post hyemis asperitatem flores vernãt,
& volucres iubilant, quia pulso perfidiæ gelu, mundus floruit pulchri-
tudine virtutum. Et in omnem terram exiuit sonus eorum, hæc nox est
vtriusque diei communis, scilicet sabbati præcedentis, & dominicæ
sequentis: Nam † vsque nunc dies præcedebant noctem, nunc econ-
uersò fit. Conditor enim temporis fecit, vt à principio dies naturali-
ter præcederet noctem, secundum quod dicit Scriptura, fiat lux. & fa-
cta est lux. & ea procedẽte per superius hemisphærium ab Oriente in
Occidentẽ factum est vespere: & redeunte ea per inferius hemisphæ-
rium ab Occidente in Orientem factum est mane. Præcessit ergo dies
noctem, in signum quòd homo siue Adam trãsiturus erat de luce vir-
tutum in tenebras vitiorum, siue quòd homo à die paradisi descende-
ret ad noctem inferni, sed in resurrectionis nocte artificialiter fecit
Dominus, vt nox reciprocando præcederet diem, in signum repara-
tionis secundi Adæ, qui nos per suam resurrectionem de peccatorum
tenebris reparauit ad lucem: vnde Apost. Nox præcessit, dies autem
appropinquauit. Seriatim igitur huius diei officium prosequentibus,
primò per quem, quomodo, & quare agni de cera hac die fiant. Se-
cundò, de benedictione cerei. Tertiò, de lectionibus & tractibus.
Quartò, de benedictione baptismi siue fontium, vbi etiam agitur de
cereis cathecumenorum. Quintò, de baptismo, vbi agitur de vestibus
quas neophyti octaua die deponunt, & de patrinis. Sextò, de confir-
matione. Septimò, de missa.

Rom. 13.

SVMMARIVM.

1 *Agnus cerei, qui fiunt Romæ in paraſceue Paſchali, quid notent. & ea. 2. & eorum virtus. 3.*

Per quem, quomodo & quare agni de cera fiant.

CAP. LXXIX.

IN primis itaque hac die acolythi Ecclesiæ Romanæ faciunt agnos 1
de cera noua benedicta, vel de cera cerei paschalis anni præcedẽtis, admisto

admisto chrismate qui in sabbato in albis in Ecclesia per dominum pa-
pam populo distribuuntur. Agni isti, significant agnum illum imma-
culatum, qui tollit peccata mundi. Cera, significat eius humanitatem:
sicut beatus Gregorius dicit, mel in cera, diuinitas in humanitate. Apis
quidem, quæ operatur ceram cum melle, nulla resoluitur libidine: &
beata Virgo eum, qui est Deus, & homo, concepit sine virili semine. In
cera admiscetur oleum seu chrisma, quia Dominus noster plenus est
misericordia: quæ per oleum designatur. In octaua distribuuntur: quia
in octaua resurrectionis Dominus suis præmia distribuit. Rursus agnus
in agno cereo præfiguratus, & in pascha immolatus, ad memoriam re- 2
ducitur: cui beatus Gregor. Oleum infundi instituit: quando paschalis
agni mysteria reseruauit. † Hi etiam cerei agni figurant agnos nouel-
los, de quibus cantat Ecclesia in sabbato in albis: & ideò quandoque in
illo sabbato fiunt, quod etiam vsus Apostolicus docet: quoniam in do-
minica tunc sequenti Domino pa. mensam intrante & agnos cereos
capellanis, & familiaribus suis distribuere volente: vnus acolyptus so-
lenniter portans & præsentans sibi agnos ipsos, dicit ter alta voce: Do- 3
mini. d. d. isti sunt agni nouelli, qui annuntiauerunt alleluia: modò ve-
nerunt ad fontes, &c. † Hi agni à fulgure, & tempestate fideles & cre-
dentes defendunt propter virtutem consecrationis & benedictionis.
Sanè secundum quarundam Ecclesiarum consuetudinem, cereus di-
stribuitur in octaua paschæ populo, ad suffumigandas domos, ad signi-
ficandum quòd in vltima resurrectione, Christus fidelibus in præmio
tribuetur: ad quod expressius significandum Romana Ecclesia agnos
fecit supradictos.

SVMMARIVM.

1 *Cerei benedictio fit in paraſceue.*
2 *Sub cerei benedictionem, cur ignis antiquus extinguatur, & nouus è petra excutiatur.*
3 *Cereus paſchalis à ſubdiacono benedicitur, & cur non potius à ſuperiori.*
4 *Cereus paſchalis, quid ſignificet.*
5 *Manſiones tres, in quarum tertia columna præceſſit populum.*
6 *Cereus ſuper columna, ſignificat Chriſtum. Item, paſchalis. num. 7.*
7 *Cerei benedictio qualiter fiat, & an vnus tantum benedicatur, an duo. num. 11.*
8 *Thuris grana in cerei benedictione, quid ſignificent.*
9 *Cereo paſchali infixa tabula, quid ſignet, quidque contineat.*

De benedictione cerei. CAP. LXXX.

SEcundo † loco paschalis cereus benedicitur. Circa quod sciendum 1
est, quod in principio officij totus in Ecclesia debet ignis extingui,

& no

& nouus de lapide percusso cum chalibe, vel ex cry stallo Soli obiecta debet elici, & de sarmẽto foueri. Ignis vetus, veterem significat legem, cuius figuræ in morte Christi cõplete fuêre, & ideò velut extinctæ cessare debuerunt: sed de lapide, id est, de Christo, qui est lapis angularis qui verbere crucis percussus, Spiritum sanctũ nobis effudit: vel de crystallo inter solem & lunam mediante, id est, de Christo qui fuit mediator inter Deum & hominem, qui sicut ipse testatur, ignem in terram mittere venit. nouus ignis elicitur, dum per eius passionem vel resurrectionem Spiritus sanctus nobis effunditur, cui præbet alimentum sacramentum, id est, Christus qui est vitis vera. Chrystallus quoque perlucida, est Christi humanitas resurrectione splẽdidissima. Adhuc nouus ignis ideò benedicitur: vt sicut ille, qui est lumen indeficiens, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, igne illuminauit Mosen: ita illuminet sensus & corda nostra, vt ex his tenebris ad lumen & vitam æternam mereamur peruenire. Nec est vana religio solemni processione, ad huius ignis benedictionem exire, in quo meminisse debemus exeundum nobis esse ad illum quem Iudæi extra castra eiecerunt. Exeamus (inquit Apostolus) ad eum extra, improperium eius portantes & benedicimus illum, cum cruce & aqua: vt nos in passione eius, per quem Spiritum sanctum accipimus, totos esse significamus. † Rursus extinctis Ecclesiæ luminaribus, & igne de petra cum chalibe excusso ignis aqua aspergitur benedicta: quia extinctis Apostolis, qui lumen mundi à Christo dicti sunt, de Christo petra excussus est ignis charitatis, cum chalibe lanceæ vulnerantis, dum sanguis & aqua de eius corpore sacro emanauerunt: à quibus habent efficaciam sacramenta: quibus mediantibus in amore Domini inflammamur aqua gratiæ perfusi. Et attende, quòd sicut in his singulis diebus, scilicet cœna Domini, parasceue, & sabbato sancto, ignis extinguitur, sicut volunt quidam vt etiam ex eis nouus ignis in memoriam passionis, vt prædiximus, accendatur. Subsequenter benedicitur cereus ex institutione Zozimi, & Theodori primi Papæ: sed beatus Ambros. benedictionem dictauit quanquam August. & Petrus diaconus Cassineñ. monachus, alias benedictiones d. ctauerunt, quæ in vsu non sunt. Benedicitur autem ideò quoniam ex simplici sui natura absque benedictione, non potest ascire ad significationem mysterij columnæ ignis: de qua iam dicemus. Benedicitur etiam propter gloriam resurrectionis eius, quem & Paschalem benedicit: & quia per ipsum ipse Christus visibiliter ad memoriam reducitur. † Benedicitur quidem, etiam præsente Episcopo, vel sacerdote, à diacono, qui est minoris ordinis: quia Christus resurgens à mortuis primum Mariæ Magdalenæ se manifestans, voluit per debiliorem sexum gloriam suæ resurrectionis Apostolis nuntiari: vt sicut mortis initium per mulierem in mundum intrauerat: ita & reparationis initium per mulierem in mundo nuntiaretur. Adhuc diaconus benedicens cereum, significat Euangelij prædicatorem, qui Christum non

Hebr. 13

nobis passionis violentia corporaliter extinctum, debet laudum benedictionibus, prædicando, resurrectionis luminosa gratia reddere illustratum: qui dalmatica induitur: quoniam debet esse cœlesti conuersatione adornatus, quam dalmatica ipsa designat. Porrò † cereus, super cognam illuminatus, significat primò columnam ignis, quæ præcedebat in nocte populum Israël: extinctus verò, significat columnam nubis, quæ præcedebat, in die prima quidem de nocte illuminans, & secunda in die refrigerans, in qua Spiritus sanctus significabatur. Tenuit quidem in nobis columna nubis figuram humanitatis: & columna ignis figuram diuinitatis. Rectè autem cereus columnam significat. Nam ille præcessit populum ad mare rubrum, in quo baptizati sunt: iste verò præcedit neophytos ad baptismum. Item ille præcessit populum vsque ad terram promissionis: iste verò præcedit septem diebus neophytos ad fontes: & Dominus nos præcedit, vt paret nobis viam, vsque ad patriam, quæ post finem huius vitæ, quæ septenario reuoluitur, nobis promittitur. † Et nota, quòd nec in prima nec in secunda mansione, columna præcessit populum, sed tertia. Prima mansio fuit in Ramatha. Secunda, in Segor. Tertia in Ethã. Ramatha, interpretatur commotio tineæ. Segor, tabernaculum. Ethan, firmum vel perfectum, vel signa eius. Hæ tres mansiones his tribus diebus Domini coaptantur, scilicet diebus passionis, sepulturæ & resurrectionis. Nam in die passionis fuit Dominus, quasi in Ramatha, id est, in commotione tineæ, videlicet in commotione Iudæorum, qui ad modum tineæ vestem inconsutilem Domini, id est, Ecclesiæ vnitatem, imò & ipsum demoliri nixi sunt. Sed de hac mansione, quasi exiuit, cùm obiit, & venit in Segor, id est, in tabernacula, cùm in sepulchro latuit, & tanquam fortis miles fortem diabolum ligando, vasa eius diripuit: tabernacula enim militantium sunt. Sed de hac mãsione exiuit cùm surrexit, & intrauit in Ethan: quod interpretatur firmum, seu perfectum, seu signa eius quia ipse resurgens à mortuis, iam non moritur: mors illi vltrà non dominabitur: tunc signaculum suis fuit cùm ipse eis glorioſus apparuit, & eos tanquam columna ignis illuminauit † Secundò cereus super columnam, significat Christum qui nos in huius mundi nocte illuminat: & in die à vitiorum incentiuo refrigerat, vt premissum est. Rectè quidem cereus Christus significat propter tria, quæ in eo sunt: lichimen namque animam: cera, corpus & lumen diuinitatem significat. † Tertiò cereus renouatus & illuminatus post benedictionem, significat nouã Christi doctrinam quæ est in nouo Testamento, quia ait: Mandatum nouum do vobis, vel gratiam nouam qua nox dominica singulariter illustrata est, videlicet Christi resurrectionem, qui resurgens à mortuis, apparuit in carne glorioſus, & splendore diuinitatis illuminatus. Huius enim cerei ceram apes mater sine concubitu eduxit, & Christi carnem virgo Maria concepit, & peperit, & in carne Deum, quasi mel in cera proferens, inuiolata permansit. Incipit autem cerei benedictio: Exultet † iam

Rom. 6

Ioan. 13

angelica

angelica turba. De hoc enim est exultatio, quòd extraxit suos de inferno & de eius victoria. Ascendit enim super occasum, Dominus nomen illi, & primò salutat populum dicens: Dominus vobiscum, vt illum reddat benevolum & attentum. Cæterùm lumen cerei seu eius significatio, duplex est: significat enim Spiritum sanctum, quo Christus plenus fuit, & gloriam resurrectionis eius. Secundum primum mysterium, in quibusdã Ecclesiis cereus à principio benedictionis accenditur: quia Christus ab initio suæ conceptionis Spiritu sancto fuit repletus. Et vetera benedictionis in hoc consonare videntur. Nam statim circa principium dicitur: Gaudeat se tellus tantis irridiata fulgoribus, & postea subditur: Lætetur mater Ecclesia, tanti luminis adornata fulgoribus: & posteà diaconus rogat circunstantes, cum eo misericordiam Domini invocare, ad tam miram huius luminis charitatem: quod licet de significato intelligatur, scilicet de Christo, conveniens tamen videtur, vt & ipsum significans ei aliquo modo, prout fieri potest, respondeat: & eius similitudinem gerat. Quantum ad alterum verò mysterium: videlicet quòd lumen gloriam resurrectionis significat, in quibusdam Ecclesiis illuminatio cerei vsque post appositionem incensi defertur: indigit enim ipsi cereo diaconus quinque grana thuris in modum crucis, cum dicit: Suscipe sancte Pater huius incensi sacrificium vespertinum: siquidem passio Saluatoris reuera fuit sacrificium vespertinum legis, iuxta illud: Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. *Psal.140* quæ † grana thuris designant aromata, quæ mulieres emerunt vt vnguerent crucifixum. Emerunt enim ad literam aromata vespere sabbati, quia sabbato siluerunt, propter festum sabbati: & ostendit Ecclesia illam deuotionem habere in aromatibus virtutum: vel quinque grana significant quinque plagas in cruce receptas. Post hoc aliquãtulum inferius fit cerei illuminatio: quia post passionẽ secuta est in resurrectionis gloria & lucet cathecumenis ante baptismũ, & pòst vsque ad octauas, ad notandum, quòd Christus lucet Ecclesiæ vsque in diem iudicij. †In cereo etiam affigitur tabula seu charta scripta, quæ significat tabulam, in qua Pilatus scripsit: Iesus Nazarenus, Rex Iudæorum: quã videmus Parisiis in capella Illustris Regis Frãcorum, vnà cum spinea corona, & ferro, & hasta lanceæ, & cum purpura, qua Christum induerunt, & cum syndone, qua corpus fuit inuolutum, & spongia, & ligno crucis, & vno ex clauis, & aliis reliquijs multis. Et cùm cereus Christũ significet, meritò in dicta tabula inscribitur annus Domini tunc currẽs, cum erat incarnatione: quia in cereo notat, quòd Christus est annus antiquus, & magnus, plenus dierum: de quo in octaua parte, sub titu. de anno solari dicetur. Ideò autem Christus annus dicitur: quia sicut in anno dierum habetur multitudo fructuum: ita & in Christo fuit & est multitudo omnium bonorum fructuum. Habet enim Christus suos mẽses, videlicet duodecim Apostoli: & suos dies, vt sunt omnes fideles: & suas horas, vt sunt neophyti. Scribitur etiam in illa tabula annus, ab origine mundi currens, ad notandum quòd ipse est α & ω. Scribitur etiam ibi indictio, vel æra & epacta, de quibus sub tit. de anno solari dicetur: ad notandum, quòd hominum actiones & temporum successiones, per diei vt dispositionem ordinantur. In † quibusdam Ecclesiis additur alter cereus minor: primus maior consecratur in personam Christi dicentis: *Ioan. 8* Ego sum lux mundi, alter in personam Apostolorum, quibus ipse Do- *Matth.5* minus inquit: Vos estis lux mundi. Vterque cereus præcedit cathecumenos, ad baptismum, & Apostoli nos ad terrã promissionis. Itẽ Christus per se illuminat Ecclesiam, illuminat etiam illam per Apostolos: quorum præcepta diligenter intueri & obseruare debemus: quod ostenditur ex illuminatione aliorum cereorum, qui ab aliis duobus illuminantur. In plerisque verò Ecclesiis duo alij parui cerei accenduntur à maiori: & statuitur vnus ab vna parte cerei benedicti: alius ab alia, qui significant Sãctos noui & veteris Testamen. qui per Christum illuminati sunt & per doctrinam Apostolorum & Prophetarum, qui cum Christo cõcordant. Illi autem &c. Ecclesiæ luminaria ex igne materioris cerei accenduntur, ad figurandum quòd ignis Spiritus sancti à Christo procedit, & quòd non solũ Prophetæ & Apostoli, qui per duos cereos significantur: verumetiam omnes Ecclesiæ fideles à Christo illuminati sunt: qui ideò sunt duo: tum quia Apostoli bini, ad prædicandam missi sunt: tum quia Discipuli & alij illuminati à Christo gemina charitate feruent; & tam verbo, quàm exemplo lucent. Possunt *Luc. 10* etiam ipsi duo cerei cathecumenos significare, qui à lumine maioris cerei accenduntur: quoniam à lumine Christi oportet cathecumenos illuminari. Lumen quidem Christi est eius gloria & doctrina: quæ per sequentes lectiones intelliguntur seu insinuantur.

SVMMARIVM.

1. *Paschatis sabbatum, quas lectiones habeat, & quare sine titulo & tono illæ legantur, & quot sint numero: ibid. & num. 9. 10. 12. Primáque interpretatio. num. 2.*
2. *Manichæorum hæresis.*
3. *Lectionis secundæ in sabbatis, expositio. Item, tertiæ. num. 5. idque variè, num. 6. Item quartæ. num. 8.*
4. *Tractus, Vinea facta est, expositio.*
5. *Noë arca, Ecclesiam significat.*
6. *Canticum, quid.*
7. *Lectionum & Canticorum præposterus ordo.*

De lectionibus & Tractibus.

CAP. LXXXI.

TErtio loco † circa lectiones & circa tractus sciendum, quòd lectiones quę Christi gloriam & doctrinam significant: idcirco carent

rent titulo, quia cathecumeni nondum sunt ciues Hierusalem, & Scripturas ignorant, & nomina ciuium Hierusalem ignorant. Vnde si ex nominarentur, & nomine Doctorũ veteris vel noui Testamenti fortè potiùs contẽnerent, quòd venerarentur. Carent etiam tit. quia Christus caput nostrum nondum redditum est nobis. Leguntur quoque sine tono: quoniã in eis insp iciẽtes, & cathecumeni simplices instruuntur. Lectiones autem in quibusdam Ecclesiis leguntur quatuor in quibusdam sex, in quibusdam duodecim, & in quibusdã quatuordecim. Qui quatuor legunt: ideò faciunt, quia Doctor cathecumenorũ debet esse conuiuator eorũ. Debet enim eis parare conuiuium in mensa scræ Scripturæ, quæ per mẽsam quę in tabernaculo Domini fuit significatur. Quæ quatuor pedes habuit: quia sacra Scriptura quatuor modis exponitur: videlicet historicè, allegoricè, tropologicè, & anagogicè, quod plenius dictum est in Proœmio primi libri. Prima lectio: In principio creauit Deus cœlum & terram quæ est Genes. j. c. historiam monstrat. Ad literam enim facta sunt, quæ ibi dicuntur de creatione cœli & terræ, & aliarũ rerum: de homine, qui factus est ad imaginem & similitudinem Dei, &c. & sic de aliis. Secũda lectio, scilicet: Factum est in vigilia, &c. quæ est Exo. xiiij. c. pertinet ad allegoriã. Tertia, scilicet: Apprehendentẽ septem mulieres, &c. quę est Esa. iiij. c. ad tropologiam. Quarta scilicet: Hæc est hæreditas seruorum quæ est ibidem. lv. c. ad anagogen, prout infrà patebit. Verùm, si diligenter attendere volumus prima lectio, & secunda tã ad primum, quàm ad secundum pedem pertinent, id est, tertia potius ad secundum, quàm ad tertium. Prima pertinet ad secundum pedem, sicut ad primum: nam quæ in ea

Genes. 1 historicè dicuntur, allegoricè exponuntur. Verbi gratia: Factus est homo† Christus ad imaginem & similitudinem Dei: masculũ, id est, Christum: & fœminã, id est, Ecclesiam creauit eos. Vel etiam partim ad secundum partim ad tertiũ refertur: quia opera sex dierum coaptantur operibus lucis spiritualis: quia interius reformamur, & illuminamur. Nempe opus primi diei fuit lux, qua significatur illuminatio fidei. Opus secundi diei, fuit firmamẽtum, quod diuidit aquas superiores, ab aquis inferioribus: hoc est fundamentũ sacræ Scripturæ, quod diuidit aquas superiores, id est Angelos ab aquis inferioribus, id est hominibus, qui eo non indigent. Opus tertiæ diei, fuit segregatio aquarum ab arida, id est, segregatio eorum, qui dediti sunt fluxui carnalium voluptatum, & qui quemadmodum aquæ se & alios, qui sitiunt ab his, quæ

Psal. 41 ad modum aridæ, sitiũt fontem aquæ viuæ, vt possint fructificare, dicentes: Sitiuit anima mea ad Deũ fontem viuũ &c. Quartæ diei opus, est luminaria in firmamento. Hęc luminaria sunt Doctores, qui subrerentes firmamento sacræ Scripturæ inferioribus lumine scientiæ lucent. Quintæ diei opus, est creatio piscium & auium ex aquis, per quos intelliguntur renati ex aquis baptismatis: quorum quidam beneficio baptismatis vtuntur ad modum piscium, vt paruuli: quidam verò alis geminæ

geminæ charitatis, ad instar auium volãt ad superiora, vt boni adulti. Vnde in prima lectione dicitur: Spiritus Domini ferebatur super aquas, scilicet baptismi In aquis remanent pisces, id est, curiosi: aues verò, id est, baptizati ad cœlestia volant. Sextæ diei opus, est creatio animalium de terra. Si quidem terra, caro nostra est, ex qua creantur animalia, cũ ex ea procedant opera viua: & interior homo noster reformatur, vt in eo imago & similitudo Dei reluceat, secundum quod dictum est ibi, Factus est homo ad imaginẽ & similitudinem nostram. † Rursus per primã lectionẽ instruuntur baptizandi, ne credant Manichæis. Qui dicunt hęc omnia visibilia à rege tenebrarum fore creata. Post istam primam lectionem, nullũ sequitur Canticũ. Sunt enim quatuor Cãtica, sicut quatuor lectiones. Post duas primas sequitur vnum canticum, & post vltimam, duo cantica sequuntur. Post primam ergo non sequitur canticũ: quia in eo agitur de primo homine, qui creatus Deum nõ laudauit, sed peccauit, & in eo omnes peccauerunt: ideoque potius deberet sequi luctus, quàm Canticũ, quod est exultatio mentis habita de æternis. Quia verò primus homo per oblectamenta peccati à gloria cecidit: & ad eã redire possumus, si ratione cõtra peccatũ steterimus, ideirco orat sacerdos post lectionẽ, dicens: Deus, qui hominẽ mirabiliter collocasti, & mirabiliter creasti, & mirabilius reformasti: da nobis contra oblectamenta peccati ratione persistere: vt ad ęterna gaudia pertinere mereamur. Et in eo etiã, quòd ipse dicit, Qui hominem mirabiliter creasti, & mirabilius reformasti, innuit quod in præcedenti lectione historicè agitur de hominis creatione, & allegoricè de eius redemptione, id est, de illo per quem est facta redẽptio. In se

5 conda quoque † lectione est historica narratio: sed ipsa pertinet ad secundum pedẽ mensę: quia quod ibi historicè dicitur, allegoricè intelligitur. Nã sicut in mari rubro submersis Aegyptiis, liberati sunt Hebræi, ita & in baptismo submersis vitiis & peccatis, liberatur populus Dei. Vnde post istã lectionem sequitur Canticum lætitiæ & exultationis, videlicet: Cantemus Domino Exod. xv. ca. In quo exultat populus Christianus, qui à spiritualibus Aegyptiis per baptismũ est liberatus, licet lædat à corporibus: & ideo sacerdos orat, vt Dominus salutem gentium operetur in aquis baptismatis mysterio, quo ipso priorẽ populum ab Aegyptiis liberauit. Per Aegyptios quidem peccatores, per mare rubrũ, baptismus intelliguntur: ex quibus Aegyptiis, neque pauci, neq; magnus remansit: nec etiã in baptismo magnũ vel paruum peccatũ remanet, quòd in pœnitentia facilè nõ cõtingit. Rectè igitur subiicitur Canticũ illud: Cantemus Domino: quia licet quãdiu homo in peccato est. Dominũ laudare non potest, quia nõ est speciosa laus in *Eccl. 15* ore peccatoris, tamẽ cùm liberatus est, potest cantare Domino primũ † Canticũ, scilicet de liberatione sua. Tertia lectio, quæ est Esa. † pertinet ad secundũ pedem mensę, scilicet ad allegoriã: licet ad tertiũ, scilicet ad tropologiã, vtcunq; valeat coaptari. In ea enim continẽtur sa

cramenta Christi & ecclesię. Sacramentum Christi ibi notatur, vbi dicitur: Apprehendent septem mulieres virum vnum. Mulieres septem sunt septem dona Spiritus sancti, in baptismo collata, quę apprehendunt vnum virum, id est Christum, vt in eo plenè quiescerent, quod in alio homine facere non poterant, vitiis & peccatis impedientibus. Sequitur ibi: Panem nostrum comedemus, quo ad ipsum Spiritum sanctum, cuius hæc dona sunt, refertur. Nam Spiritum sanctum, panem suum comedere & vestimentis suis cooperiri, nihil aliud est, quàm ipsum æqualitatem patris & Filij possidentem, nullo indigere. Posteà subiungitur: Tantummodo inuocetur nomen tuum super nos, id est, illi, in quibus erit habitatio tua, à nomine tuo Christiani dicãtur. Aufer opprobrium nostrũ, quod scilicet à malis hominibus passi sumus, à quibus sępè per vitia, & peccata expulsi sumus. Hæc est ergo allegoria. Moraliter †autem per septem mulieres intelliguntur homines septiformi gratia repleti, id est, sapientes, intelligentes, consulentes, fortes, scientes, pij, timorem Domini habentes: qui apprehendunt vnum virum id est Christum, ei per fidem & charitatem adhærendo. Hi dicant, quod in lectione ipsa sequitur, scilicet, Panem nostrum comedemus, id est, corpus tuum, quod est noster panis, quia nobis ad refectionem datus: & vestimentis, scilicet bonorum operum, cõtra frigus peccati cooperiemur. Inuocetur tantummodò nomen tuum super nos, vt videlicet à te Christiani dicamur. Aufer opprobrium nostrum, scilicet ne serui diaboli nominemur. In eo verò quod sequitur: Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & lauerit sanguinem Hierusalem de domo eius in spiritu iudicij, & spiritu ardoris, notatur sacramentum Ecclesiæ: per sordes notat leuiora peccata, per sanguinem grauiora. Leuiora enim peccata lauat Dominus in spiritu iudicij, id est leuioris correctionis, grauiora in spiritu ardoris, id est, grauioris satisfactionis. Notat igitur in hoc effectũ baptismi, quia Dominus tam grauiora peccata, quàm leuiora, tollit per baptismum. Post hanc lectionem sequitur canticum, quòd est primum canticum synagogę, scilicet: Facta est vinea dilecto meo. Esa. v. c. Vinea † enim ad literam, synagóga est, quę sępes circa eam sunt obseruãtiæ legales, turris in ea, est templum, torcular, altare holocausti: & in eis sacramenta Ecclesiæ nihilominus intelliguntur. Vinea enim, est ecclesia, quę facta est in cornu illo, scilicet *Luc. 2* de quo scriptum est: Erexit cornu salutis nobis. hoc cornu est Christus & vinea facta est in loco vberi: Christus est locus vber, de quo dictum est: Mons Dei, mons pinguis. Circa hanc vineam, sępes est diuina pro- *Psal. 66* tectio, fossa, timor Domini, turris est Christus, de quo dictum est: Edi- nobis Domine turris fortitudinis. torcular, crux Christi, de quo dictum est: Torcular calcaui solus. Et quia in lectione in cãtico exprimuntur sacramenta ecclesiæ synagógæ: idcircò sacerdos orat, dicẽs: Deus qui nos ad celebrandum paschale sacramẽtum, vtriusque Testamenti peginis instruis. vtriusque Testamenti, dicit vtrumque Testamentum

subdit: Da nobis intelligere misericordiam tuã, vt perceptione præsentium munerũ, firma sit expectatio futurorum. Misericordia Domini quam nos intelligere optat, est remissio peccatorũ in baptismo. *Esa. 54 & 55. c.* ¶ præsentia igitur munera sunt, spiritualia dona, quæ in præsenti percipimus. †Quarta lectio est: Hæc est hæreditas seruorum Domini: iustitia eorum apud me, dicit Dominus: & pertinet ad quartũ pedem, scilicet ad anagogen. Nempè sicut ex prædictis patet in prima lectione instruitur homo de sua formatione, in secũda & tertia de reformatione quæ fit in baptismo per Iesum Christũ: vnde iam nõ restat, nisi quòd instruatur catechumenus de vita beata & de bonis moríb. per quos ad eam venitur quæ in hac quarta lectione docentur. Siquidem vita æterna, est hæreditas, quæ seruis Domini debetur: & iustitia eorum est apud Deum. Nam meritis eorum iustè debetur: vt apud eum æternaliter quiescant. Ea verò quæ sequuntur, ad bonos mores pertinent, vt illud: Audite audientes me, & comedetis bonũ, & delectabitur in crassitudine anima vestra: per bona intelligitur ipsum Christũ vel verbũ eius, à quo anima reficitur: vnde notans delitias animę nõ carnis, dixit: Delectabitur in crassitudine anima vestra. Hãc lectionẽ sequuntur duo cantica in quibusdam ecclesiis. In ea enim agitur de hæreditate æterna, quæ erit in duobus, id est in gloria animę & corporis, sed cõuenientior est ratio: qua in ea agitur de duobus, scilicet de bonis moribus, & vita beata, vt dictũ est, primũ canticum, scilicet attende cœlem. quod est Deute. xxxij. ad bonos mores pertinet: vnde verba cantici huiusmodi verbis lectionis in plerisque respondent. In lectione igitur dicitur: Feriam vobiscum pactum sempiternum misericordias Dauid fidelis. Et in cantico dicitur: Deus fidelis, & absq; vlla iniquitate. & ibi dicitur: Quomodo descendit imber & nix de cœlo, & illuc vltrà non reuertitur: sed inebriat terram & germinare eam facit: hic dicitur: Quasi imber super herbam: & nix super fœnum, &c. Et quia bona opera, quæ facimus, sunt ad Dei gloriam referẽda, idcirco circa finem lectionis dicitur. Date magnificentiam Deo vestro. Attendens verò sacerdos catechumenorũ animos esse deuotos, & ad baptizandum esse paratos, orat quòd dominus, quos aqua baptismatis abluit, continua protectione tueatur. Posteà sequitur canticum in persona catechumenorum respondentiũ se affectare baptismum: vt per hoc ad visionem Dei perueniãt. Vnde cantatur: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Super *Psal. 42* quo dicit Aug. quòd hoc in persona catechumenorũ dicitur, desiderãtium ad fontem baptismi peruenire: sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum venire. post exponit desideriũ suum catechumenus, dicens: Sitiuit anima mea ad fontẽ vinum, q. v. & appa. ante fa. Domini. quasi dicat: Si non in ingressu, si non in progressu, satiabor in egressu. Hoc desiderium confirmat sacerdos orans & dicens: Ar desideriis cœlestibus accensi fontem vitæ sitiamus. Qui aute seu lectiones † legut hoc

faciunt: quia per Christi passionem & resurrectionem mũdus sex diebus perfectus, redemptus, & reparatus est: vel propter senariũ numerũ, qui perfectus est: vel quia catechumeni ad sex opera misericordiæ inuocantur. Nunc tangamus† consuetudinẽ ecclesiarũ duodecim lectiones legentiũ: quod faciunt in honorem duodecim Apostolorũ: à quibus post Christũ omnis doctrina Christianitatis processit, à qua catechumeni illuminãtur: & hi quandoq; legunt sex Græcè, & sex Latinè: quia Christus à Iudæis ad Gentes trãslatus est. Græca enim & Latina lingua sunt principaliores inter alias, & per eas apertè totũ genus omnium gentium reparatum per Christum intelligimus. Verum etsi præmissi legant duodecim lectiones, non tamen cantant nisi quatuor cantica prædicta. Post quartam namq; lectionẽ cantant primũ canticum post octauam, secundum, post vndecimam tertiũ, post duodecimam quartum. Prima lectio est: In principio creauit Deus cœlũ & terram. In qua homo ad imaginẽ Dei factus docetur. Sed hæc imago penè amissa per peccatũ, restauratur per baptismum. Vnde sequitur secunda† lectio: Noë verò cùm esset, &c. quæ est Ge. v. in fine v. & vj. vij. & viij. c. in qua ostenditur, q̃ omnes perierunt in diluuio, exceptis illis, qui in arca saluati sunt: diluuiũ est baptismus: arca est ecclesia: omnes enim qui extra ecclesiã baptizantur, pereunt, & illi soli qui sunt in Ecclesia, meritò saluantur: & quia post baptismum debet esse paratus ad tentationem, idcirco sequitur tertia lectio: Tentauit Deus Abrahã. quæ est Ge. xxij. c. in qua Isaac legitur à patre oblatus, & aries pro eo immolatus. & ita filius Dei pro nobis oblatus est, sed non eius diuinitas, imò eius corpus, pro nobis est immolatũ. Et quia in passione domini maiorem efficaciam baptismus recipit, idcirco sequitur quarta lectio, scilicet: Factũ est in vigilia matutina: in quo ostenditur q̃ in mari rubro submersi sunt Ægytij, & liberati Hebræi. Sacerdos enim est Moses, baptismus mare, cereus columna ignis, catechumeni Ægyptij, baptizati Hebræi. Tres primę lectiones sũptæ sunt de Gen. quarta de Exo. quã sequitur cãticũ: similiter de Exo. sumptũ, quod est canticũ victoriæ. Quinta lectio est: Hæc est hæreditas sumpta de Esa. in qua agitur de baptismo ibi: Sitiẽtes venite ad aquas: vbi inuitãtur ad baptismũ. Sexta lectio est: Audi Israël. sumpta est de Baruch. ca. iij. sed conuenientius dicitur sumi de Hie. quia quicquid scripsit Baruch, dicitur Hie. sumpsit. In ea agitur de Christi resurrectiõe, quę in baptismi immersiõe significat ibi: Post hęc in terra visus est & cũ hominib. conuersatus est. Septima est: Facta est super me manus domini sumpta de Ezechiele. xxxvij. capi. in qua agitur de generali resurrectione, cuius causa præcessit resurrectio Christi ibi: Ossa arida reuiuiscunt. Octaua est: Apprehendent septem mulieres virum vnum. sumpta est de Esa. in qua Christi & ecclesiæ sacramentum exprimitur, & etiam baptismus ibi: Cùm aluerit dominus sordes, &c. Post quam sequitur canticum Esa. in persona ecclesię videlicet, vinea facta est. Nona est: Dixit dominus ad Moysem. Exo. ij. c. in qua sub figura agni immolati Christi passio pro nobis immolati exprimitur: Decima est: Factum est verbum domini. quæ est Ionæ iij. cap. Sub figura enim Ionæ in mare proiecti & à cete absorpti, & tertia die euomiti significantur passio, sepultura & resurrectio Christi. Vndecima scripsit Moses: & est Deute. xxxj. cap. in fine, quam sequitur suum canticum. Attende cœlũ in quo promittuntur prędmia renatis, quibus in lectione lex domini pręponitur: Duodecima est Nabuchodonosor. Dan. iij cap. in qua figuratè ostenditur, quòd sicut angelus in camino ignis flammam extinxit, ita Spiritus sanctus per baptismũ flammã peccati extinguit. Vnde catechumeni baptismum desiderantes, cãtant canticum: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarũ. quod sumptũ est de Psal. Ad orationem autem quę post hãc lectionem sequitur, non dicitur Flectamus genua, in detestationem eius, quòd Nabuchodonosor rex in contemptũ Dei cœgit populũ genua flectere ante statuam auream, quã erexerat. † Romani verò dicuntur legere xxiiij. lectiones, duodecim Græcè, & duodecim Latinè, propter causam scriptam sub sabbato quartæ hebdomadæ aduentus. Primò legũt duodecim Græcè, iuxta trãslationẽ septuaginta interpretũ, quę est authẽtica apud Græcos, posteà duodecim Latinè, iuxta nostrũ d. vt significent catechumenos fũdari suprà fundamentũ Apostolorũ & Prophetarum: posteà descendunt ad baptismum cum cãtico. Debent enim esse fontes in ecclesia, & nõ alibi: quia mater est, ex qua noua progenies generatur. Quicunq; ergo numerus fuerit in lectionibus, quatuor tantùm sunt cantica. Est autẽ canticũ sanctorum, intercessio facta, pro catechumenis vt ecclesiæ iungantur: sicut & cantus post baptismum est gratiarum actio de cõiunctis, & intercessio vt perseuerent. Ideò autem cantica cantantur: quia catechumeni, quorum est huius diei officium futuri sunt in proximo de cœtu centum quadraginta quatuor milium cantantiũ canticum nouum. Cãtantur etiam, propter futuram renouationẽ in veram innocentiam, quasi iam factum sit, quod citò futurum sit. Ex persona enim eorum cantores cantica canunt, quæ cæteri cantare nequeunt quasi immaculati, iterum post baptismum. Vocantur autem cantica, quia cantatur, vel quia libri vnde excepta sunt cantica siue carmina vocantur. De primo scriptum est: Nunc cecinit Moses, & filij Israël carmen hoc Domino. De secundo sic: Cantabo dilecto meo canticũ patruelis mei. De tertio sic: Scripsit Moses canticũ. De quarto, & de omnibus ita dicit Augustinus in præfatione cantici: Sicut ceruus: Ideò quatuor cãtica dicuntur, quia scripturæ de quibus catechumeni instruuntur, quatuor habent intellectus. Primum canticum, habet intellectum historicum. Secundum allegoricũ. Tertium moralem. Quartum, anagogicum, quorum vnũquodque subditur lectionibus in eodem dogmate consistenti, ac ideò vltimis quatuor lectionib. quæ de bonis moribus, & cœlesti patria disputant, coniunguntur duo

Psal. 4

Apoc. 14

Exod. 14

Esa. 4

Deut. 31

Psal. 41

cantica, quæ de eadem materia loquuntur, vt præmissum est. Illud quoque notabile † est, quòd quotcunque fuerint lectiones, semper orationes sequentes ad lectiones & tractus respiciunt præcedentes, & est præposterus ordo: alius enim primò sacerdos orat, secundò legit: & exinde succinit cãtor: hic verò primò legitur, vt neophytis doctrina fidei præponatur, secundò cantatur in persona illorum, vt recognoscatur quanta sit deuotio & hilaritas baptizandorum, qua cognita sacerdos orat confidenter, vt eorum deuotio non deficiat, sed incrementa suscipiat: & sicut in lectionibus tituli supprimuntur: sic eadem ratione in orationibus: Dominus vobiscum, subtrahitur. Et nota quòd in hoc officio lectiones sunt, quasi species magistrorum, canticæ, quasi beneuolentia auditorum. Oratio sacerdotis & responsio populi, scilicet Amen. sunt quasi confirmationes beneuolentiæ præcedentis. Item hodie in lectionibus & litaniis senes præcedunt, & iuuenes subsequuntur, vt infrà dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Baptismus sit sabbato paschatis, & cur ita. & nu. 2.*
2 *Baptismus in benedictione habet sex ceremonias, & suprà id. nu. 8. 9.*
4 *In baptismo sabbati paschalis, sacerdos tangit & diuidit aquas, & quibus id de causis. & nu. 5. 6.*
10 *Cereus cur mittatur in aquam, in baptismi. sine fontium benedictione.*
11 *In aquam baptismi quare sacerdos insufflat, & quoties id faciat.*

De benedictione baptismi, seu fontium. Vbi etiam agitur de cereis catechumenorum.

CAP. LXXXII.

QVartò † loco de benedictione fontium seu baptismi dicturi præmittimus. Ideò enim fit hac die baptismus, quia in eo consepulti sumus Christo: & propter hoc baptizandus ter immergitur, prout infrà dicetur. Secundò, ideò quia baptismus partim à passione, & partim à resurrectione vim suã accipit, à passione, ablutionẽ à peccatis, à resurrectione gratię innouationẽ. Tertiò, quia sicut Dominus tũc liberauit antiquos Patres à carcere infernali, vnde Esa. Habitãtibus in regione vmbrę mortis, lux orta est eis. ita & hac die liberãtur à peccato originali. † In fontiũ benedictione & in catechumenorũ immersione, quidã vtuntur simplicibus & lineis indumentis, propter rationem scriptam in prima parte, sub titulo de altaris dedicatione. De litaniis quæ in benedictione baptismi dicitur, infrà dicetur. † In benedictione baptismi sunt sex: quoniam sacerdos orat, aquam manu tangit, vocem mutat, cereus immergitur, & alij cerei illuminantur, insufflat sacerdos, & crisma miscet. Primò ergo orat Deum patrem, vt per Iesum Christũ imploret Spiritum sanctũ, vt in fontes descendat, ideoque in mo-

Esa. 9

dum orationis legit: sed ante omnia ab adstantibus sibi captat beneuolentiã, salutando eos, dicẽs: Dominus vobiscum & illi respondent: Et cum spiritu tuo: quasi dicant: Dominus sit tecum in tanto sacramento perficiendo, quia sine eo nihil potes: pòst sacerdos alloquitur Dominum, quasi longè positũ, rogans, vt velit adesse præsens, dicens: Omnipotens sempiterne Deus adesto magnæ pietatis tuæ mysteriis: adesto sacramentis, &c. Sed quia videtur sacerdoti, quòd insufficiens sit, & indignus ad inuocandum tam magnum Dominum, ideò iterũ circunstantes monet, & vocẽ mutans dicit: Sursum corda, & ipsi respondẽt, Habemus ad Dominum. Iterum, quia Dominus dicit: Ad hæc te loquente ecce adsum: intelligens iam Dominum esse præsentem, monet alios secum gratias Deo agere, dicens: Gratias agamus Domino Deo nostro. & ipsi respondent: Dignũ & iustũ est. Post à sacerdote Domino tanquàm præsenti familiariter loquẽs, dicit: Verè dignum & iustum est, æquũ & salutare, &c. & posteà addit: Qui inuisibili potentia tua sacramentorum tuorum mirabiliter operaris effectum, &c. Posteà ponit duo, in quibus significatus est baptismus. Primum, in exordio mundi nascentis. Secundum, in purgatione mundi innocentis. Primũ est, cùm dicit: Deus, cuius spiritus ferebatur super aquas, vt iam tunc inter ipsa primordia mundi virtutẽ sanctificationis aquarum natura conciperet, id est, ex conceptura magnificaretur. Secundum, cum subiungitur: Deus, qui nocentis mundi crimina per aquas abluens regenerationis spem in ipsa diluuij effusione significasti, vt vnius eiusdémque elementi mysterio, & finis esset vitiis, & origo virtutibus, respice in faciẽ Ecclesiæ tuæ, &c. & terminat hanc orationem: Vt tuæ maiestatis imperio sumat vnigeniti tui gratiã de Spiritu sancto. Deinde ter tangit aquam manu. Primò, diuidẽs † aquam in modum crucis, per quã vt præmissum est, baptismus maximã efficaciã recipit, vt aqua, Spiritu sancto fœcundetur, & Spiritus immundas expellatur. De fœcũdatione Spiritus dicit: Qui hãc aquã regeneratis hominibus præparatam arcana sui luminis admistione fœcundet, &c. De expulsione dæmonis dicit: Procul ergo iubẽte te Domine omnis spiritus immundus abscedat, &c. vsq; ibi: Nõ inficiendo corrũpat. Secundò † aquã manu tangit, vt eam per inuocationẽ sanctæ Trinitatis muniat, ne hostis ab illa expulsus redeũdi habeat potestatem. Vnde tangendo, dicit: Sit hæc innocens, & sancta creatura, libera ab omni impugnationis incursu, &c. quod ex adiectiuis ibi positis cõuincitur: quia fons viuus, ad Patrẽ, aqua regenerãs, ad Filiũ, vnda purificans ad Spiritũ sanctũ refertur. Tertiò aquam † tãgit, cùm eã in quatuor proiecit partes, vt iam dicetur. Trinus igitur aquæ tactus, trinam sanctæ Trinitatis operationem figurat. Hac oratione finita, benedicit aquam, dicens: Vnde benedico te creaturã aquæ, per Deũ viuum, &c. vbi sãtim vtitur verbo primæ personæ, dicẽs: Benedico te, qui primò verbatur verbo secundæ, dirigens sermonem ad Deum, vel tertiæ, lo-

Esa. 62

quens de ipso,vel de re benedicenda : vtitur ergo nunc verbo primæ
personæ,vt ostẽdat se hoc facere ministerio, quod Dominus fecit au-
thoritate , & sicut in baptismo Domini adfuit Trinitas : ita & in no-
stro baptismo tria adesse ostendit:Patrẽ adesse,cum dicit:Benedico te
creaturam per Deum,&c.& Filiũ , cùm dicit : Benedico te per Iesum
Christũ:& Spiritũ sanctum,circa finem,cùm dicit:Descendat in hanc
plenitudinẽ fontis,virtus Spiritus sancti.Sed nota,† quòd in benedi-
ctione,quæ est per Patrẽ ponũtur quinq; miracula in a ua facta ante
aduentũ Christi,& in benedictione,quę fit per Filiũ alia quinq; mira-
cula in aqua facta post aduentum, quæ licet non omninò eodẽ ordi-
ne facta sunt,quo ponũtur, tamen quantùm ad mysteriũ rationabili-
ter ordinantur,& posteriora cõgruè prioribus coaptantur. Priora hoc
ordine ponũtur.Primò,qui te separauit verbo ab arida.secundò cuius
spiritus, scilicet ferebatur super te.tertiò , qui te de paradiso manare
præcepit,quartò,qui te in deserto amaram, suauitate nitida fecit esse
potabilẽ.quintò,& sitienti populo de petra producit.Posteriora sic po
nuntur.Primò,qui te † in Cana Galilææ mutauit de aqua in vinũ.Se-
cundò,qui pedibus super te ambulauit. Tertiò,qui in te à Ioanne ba-
ptizatus est Quariò,qui te vna cum sanguine de latere suo produxit.
Quintò,qui te omnes Gẽtes à Discipulis baptizari præcepit:in omni-
bus enim his baptismus exprimitur & posteriora prioribus per ἀπαρ-
ασιν respondẽt:Ibi namq; in primo miraculo aqua,scilicet baptismi
verbo separata ab arida accedente verbo,terrenitatẽ peccatorũ à no-
bis separat:& hoc in primo.Similiter in Baptismo aqua mutatur in vi-
nũ,quia tristitia peccatorũ expulsa,mẽs nostra quadã spirituali lętitia
inebriatur,quę per vinũ intelligitur.Vnde vinũ lætificat cor hominis.
Aquã in vinũ mutari est timorem de peccatis conuerti in exultatio-
nem mentis. itẽ ibi dicitur in secundo miraculo:Cuius Spiritus fe-
batur super aquas.& hic similiter in secundo dicitur:Qui pedibus su-
per te ambulauit.& hæc duo bene conueniunt:quia in baptismo sicut
in aliis indiuisibilis est operatio Patris & filij, & Spiritus sancti : & u-
trobique dicitur super,quia gratia quæ confertur,de supernis est.& ve
notetur quòd Dominus potentiam suam non alligauit.Itẽ,ibi dicitur
in tertio:Qui te de paradiso.&c.hic:Qui in te à Ioãne baptizatus est.
quia gratia de paradiso manans,aquis in baptismo est infusa. Vnde de
baptismi gratia Ecclesia profluens in quatuor patres orbis dilatata est,
quod quodãmodò factũ est quando Dominus baptizatus est à Ioan-
ne,quia tunc omnes aquæ vim regenerationis susceperũt.Rursus ibi
dicitur in quarto : Qui te in deserto amarã suauitate nitida fecis po-
tabilem. hic dicitur : Qui te vnà cũ sanguine de latere suo produxit.
quia in gentilitate,quæ prius erat à Domino deserta, aqua baptismi
reficiendi mẽtes & sanandi habet effectũ. Dulcorata autem fuit aqua
quia per passionem crucis maximè baptismus plenã recepit efficaciã.
Vnde in cruce de latere Domini aqua profluxit. Itẽ etiã,ibi in quinto

dicitur:Et sitienti populo de petra produxit. hic verò dicitur : Qui in
te omnes Gentes per Discipulos baptizare præcepit , quia baptismus
à petra Christo originem habens,populum eum desiderantem reficit.
Non enim prodest baptismus nisi sitienti eũ, id est desideranti, vel in
se,vel in alio. Vnde Discipulis præceptum est, vt baptizarent omnes
Gentes in nomine Patris , & Filij , & Spiritus sancti sicut in vltimo
Matt. dicitur.Hic est † notandum,quòd vbi dicitur:Qui te de paradi-
so manare,& in quatuor fluminibus exire,& totã terram rigare præ-
cepit,ibi sacerdos aquam manu in quatuor partes effundit , vt osten-
datur,quòd gratia baptismi in quatuor partes orbis sit dilatata. Cæ-
terũ,sacerdos ipse sæpè vocem mutat In primis enim orat Deum , vt
dignetur mundare mentem eius ad suscipiendum. Spiritum sanctum,
& deprecatur eius aduentum & ideò voce humili, scilicet in modum
orationis legit,quæ vocis humiliatio, est Spiritus sancti aduentus, &
ad eius dignam receptionem mentis præparatio.Posteà verò indicans
se illum habere,legitimè in modũ præfationis agit gratias, quia tam
magnus hospes dignatus est ad tam humile hospitium descendere,&
recolit miracula iam per aquam facta.Deinde post benedictionẽ quæ
fit per Filiũ,quæ terminatur,In nomine Patris & Filij & Spiritus san-
cti,mutat vocem iteratò. Cùm enim vsque tunc in modum præfatio-
nis cantaueri .posteà legit in modum lectionis,voce scilicet humilia-
tiori:quæ vocis humiliatio est signũ humilitatis : humilitas enim no-
stra per baptismi regenerationem ad alta polorum reducitur. Dicit
ergo sacerdos:Hæc nobis præcepta seruantibus,&c quasi diceret:Nõ
aliter,tam tantam & tam altam rem , scilicet Spiritum sanctum , vt in
creaturam aquæ descendat inuocare, nisi quia tu præcipisti nobis ba-
ptisma exercere. Et addidit sacerdos:Tu Deus omnipotens clemens,
adesto,tu benignus aspira,&c. vbi illud orat,vt sicut in prædictis mi-
raculosè in qua operatus est,ita modò faciat,videlicet, vt præter na-
turalem emundationem , quam possunt adhibere corporibus sint pu-
rificandis mentibus efficaces. Post hoc alia voce clamat sacerdos:
Descendat in hanc plenitudinem fontis virtus Spiritus tui:ideò alta
voce,vt aliud mentis desiderium designet.Et † tunc deponitur cereus
in aquam:quæ cerei immersio,est Spiritus sancti aduentus, seu missio
qui in aquam baptismi in specie columbæ descendit. Secundò , ideò
cereus in aquam deponitur,quoniam corpus Christi per ceram signi-
ficatum , in baptismo aquas sanctificauit , & vim regenerationis illis
contulit. Tertiò baptismus cerei remissionem peccatorum signifi-
cat,quam per Christi mortem consecuti sumus.Habent quoque neo-
phyti cereos suos extinctos , qui etsi plures sint , pro vno reputantur.
Et in quibusdam Ecclesiis statim cum cathecumeni baptizati sunt,il-
luminantur. In quibusdam verò differtur eorum illuminatio vsque
ad Agnus Dei,quod cantatur in litania:& in quibusdam etiam vsque
ad missam , quando videlicet alij cerei Ecclesiæ illuminantur. Sanè

cerei,

cerei, qui statim post baptismum accenduntur, significant, quòd per turbationem peccatorum comitatur illuminatio gratiarum. Qui differunt vsque ad Agnus Dei, significat, quòd per agnum qui tollit peccata, & tenebras mundi, renati & fideles illuminantur. Qui verò differunt vsque ad missam, ideò faciunt, quia missa illa ad noctem pertinet resurrectionis dominicæ, vt sicut nox illa irradiata fuit splendore dominicæ resurrectionis, ita & à lumine nostro irradietur, & vt neophytos nostros Christo consurrexisse significemus. Et propter eamdem causam alij cerei Ecclesiæ ad missam illuminantur, & secundum hoc cerei cathecumenorũ sunt sine lumine, vsque dum alij cerei Ecclesiæ illuminantur, ad notandum, quòd postquàm Spiritus sanctus purgauerit corda eorum, & eos introduxerit in societatem, & vnitatem Ecclesiæ, tunc illuminabit corda eorum. De cereis etiam neophytorum dicetur in tit. de septem diebus post pascha. Post † immersionem cerei, in quibusdam Ecclesiis sacerdos insufflat in aquam, dicés: Quæ totam huius aquæ substantiam regenerandi fœcundet effectu. Primò vt sicut in exorcismo catechumeni, Spiritus immundus exuflatur, vt ab homine recedat, vt infrà dicetur, ita & in exorcismo aquę
Ioan.12 vt ab ea expellatur, & adimpleatur quod Dominus inquit: Nunc princeps mundi huius eiicietur foras. Secũdò, vt intelligat Satanas, quantus habeatur, quòd tam leuiter, videlicet per suauem exufflationem potest expelli. Tertiò, vt sacerdos ostendat, quali ignominia diabolus dignus sit ab aquis expelli. Insufflat autem sacerdos ter: quia spiritus sanctus tria in baptismo operatur, à vitiis purgat, virtutibus ornat, & tandem præmio æterno coronat eos, in quibus fit hæc insufflatio, vt dicetur, vbi de immundi spiritus expulsione agetur. Post exorflationem munitur aqua iterato crucis signaculo per inuocationem sanctæ Trinitatis, ne habeat potestatem diabolus ad eam amplius redeundi. Postremò, fit admistio chrismatis in aqua, sicut dictum est: vnde dicitur in Bucardo lib. iij. Benedicimus fontes baptismatis oleo vnctionis. & August. eisdem verbis vtens subiicit, quòd hoc magis tacitè siue scriptura hac mystica tatione introductum est, quàm per aliquam scripturam. Per huiusmodi ergo admistionem, vnio Christi & Ecclesiæ significatur. Nam chrisma est Christus, aqua populus. Et dicitur: Sanctificetur fons iste. ex quibus verbis ad quid fiat admistio, satis datur intelligi. Et nota, quatuor esse genera sacræ aquæ benedictæ, prout in quarta parte dictum est, vbi agitur de aquæ benedictæ aspersione.

SVMMARIVM.

1 *Baptismus, quid & vnde dictus.*
2 *Baptismus cur fiat potius in aqua, quam in alia re, & qua aqua fiat.*
3 *Baptismus quotuplici tempore fieri possit.*
4 *Baptizandi extra tempus necessitas, quadruplex.*

5 *Baptizandi interrogandi, an renuntient Satanæ & eius operibus, & vnde ille mos aductus.*
6 *Verba hæc: Credo in sanctam Ecclesiam catholicam, quomodo sint accipienda.*
7 *In baptizandi faciem ter exsufflat sacerdos, & cur ita.*
8 *Exorcismus, quid. Item, quid catechismus.*
9 *Baptismi septem dona. & num. 10. 11. 14. 15. Et quædam variè dantur baptizando. & num. 21. 22.*
12 *Baptismus cur desideret trinam immersionem.*
13 *Baptizandis nomen imponitur.*
16 *Baptizandi datur vestis candida, & qua id significatione aut exemplo. & num. 17. 18. 19.*
20 *Baptizato vestis candida data quando exuatur.*
23 *In Iudæis baptizandis, quid obseruandum.*
24 *Prægnans si baptizetur, an partus censeatur baptizatus.*
25 *Baptisterium an necessariò debeat esse lapideum.*
26 *Baptismus an deleat peccatum originale.*
27 *Baptismi forma, quæ obseruanda hodie. num. 29. 30. 31. 32. Et verus Apostolorum baptizandi mos. num. 28.*
33 *Baptizari potest infans, qui non potest nasci, sed solùm caput emittit.*
34 *Patrini necessarij sint ne ad baptismum, qui tanquàm sponsores sunt aliena fidei.*
35 *Patrini obligantur instruere suos filios spirituales, & quales esse debeant. num. 37. & quos requirantur. num. 36.*
38 *Patrini esse, qui non possint.*
39 *Baptismum quæ sequantur.*
40 *Litania, cur fiat circa fontes baptismatis.*
41 *Litanias priores, cur legant seniores in sabbato sancto, iuniores autem vltimas.*

De Baptismo, vbi etiam agitur de vestibus, quas neophyti quarto die deponunt, & de Patrinis.

CAP. LXXXII.

QVintò, hoc loco est de baptismo dicendum. De scrutiniis verò quę præcedunt baptismum solennem, & de multis ad baptismum pertinentibus dictum est sub quarta feria tertiæ hebdomadæ quadragesimæ. Primò, notandum † est, quòd βαπτισμὸς siue βαπτισμα Græcè, interpretetur extinctio Latinè, vel lotio. Baptismus quidem per aquam conferatur, vt res indiuisibilis per illud visibile elementum conferatur, super quo Spiritus sanctus in principio ferebatur. Sicut enim aqua corpus visibiliter purgat exterius, ita baptismus latenter animam. Vnde August. j. quæst. j. detrahe. Aqua corpus tangit, & mentem abluit. Et notandum, quòd Pagani siue Gentiles circa fontes templa sua facere solebant,

solebant, vel saltem ibi semper aquam habebant: per cuius aspersionem purificari credebant,& inde delubra vocabantur,quasi purificantia. & ita quodammodo figuraliter ad baptismum tendebant. Nos verò ab eorum consuetudine baptisma non sumpsimus,imò à tribus quæ in veteri Testamento fuerunt, scilicet à κατακλύσμῳ id est diluuio, & à mari rubro,& à Iordane,quæ baptismi figura fuerunt. Baptisma Dominus instituit, cùm de latere suo sanguinem, & aquâ produxit, quod posteà quasi lege edictali sanciuit, dicens: Nisi quis renatus fuerit ex
Ioan. 3 aqua, & Spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum: & ipse Dominꝰ baptizatus est in sua passione. Vnde inquit: Baptismo habeo bap-
Luc. 3 tizari,quo coarctor,vsque dum perficiatur. Fieri † debet baptismus in aqua, quia illa copiosius inuenitur, & hanc spiritus in principio legitur fouisse: & quia sordes abluit, sitim comprimit, imaginem reddit, sicut cantatur de Narcisso, ignem extinguit:sic in baptismo à peccatorum sorde lauamur,à fonte vitæ potamur,imaginem perditam restauramus,vnde ignis pœnarum extinguitur. Debet autem aqua esse viua & pura, posset tamen fieri etiam in resoluta, siue à niue, siue à glacie, siue à lachrymis terræ, siue etiam ex institutione Victoris papæ,id est, in mari siue in flumine, siue in lacu, siue in fontibus. Non autem licet baptizari in aqua condita, vt in ceruisia vel mædone, nec etiam in aliquo liquore, vt in vino, vel oleo: sed si aliquis liquor aquæ admisceatur, bene fit baptismus, dum tamen aqua prævaleat Quotidie enim mari nouus liquor,vel sputum,vel vrina additur,& tamen ibi baptizatur. Alii tamen contradicunt: hoc notatur de consecratio. distinct. iiij.cap.j.& prima, quæst. j detrah. Postò secundum canonicam † traditionem,de consecrat.distinct.iiij.duo.& cap.sequenti solenne baptisma in duobus duntaxat sabbatis celebratur, videlicet in isto,& Pentecostes. Quare in isto præmissum est:in secundo, quia Spiritus sanctus in die Pentecostes donatur nobis, per quem facta est remissio peccatorum, vt dicetur ibi Alio verò tempore non licet baptizare, nisi necessitatis causa, quæ est quadruplex.de consecrat. distinct.iiij.hi, qui, &c.sequent Prima est causa munitionis,vt si rex obsidet aliquam ciuitatem, vel oppidum, tunc enim pueri illius loci baptizari debent, ne imbaptizati decedant. Secunda est, Gentilium persecutio. Tertia naufragium Quarta ægritudo.Potest tamen ægritudo hic largè accipi,vt infirmitate naturæ,quæ facilè dissolui potest:ita quòd nescimus diem, neque horam,& ob hanc causam singulis diebus,& horis fit baptismus non solennis: quinta distinct.baptizari.Solennitas tamen baptismi fit in paucis, ad præmissos duos dies, propter similitudinem & memoriam reseruatur.Græci verò baptismum celebrare solent in epiphania, pro eo, quòd tunc fuit Dominus baptizatus, prout sub ipso titulo dictum est. Celebrari etiam debet baptismus solennis hora nona, vt dicetur sub sabbato Pentecost. † Sciendum autem est, quòd baptizandus,cùm primò ad Ecclesiam venit prius, quàm immergatur, interro-

gatur vtrum abrenuntiet diabolo,&c.quòd potiùs per vsum,quàm per aliquam scripturam introductum est, secundùm Augustin. & Ecclesia respondet: Abrenuntio. Et iterum, vtrum credat in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum? & ipsa respondet: Credo.In his autem duobus de vita & fide instruitur. De vita, cùm docetur abrenuntiare diabolo, & omnibus pompis siue operibus eius. De fide, cùm docetur credere in Trinitatem, & propter hoc duæ fiunt ei consequenter vnctiones,scilicet in scapulis & in pectore. Ideò autem fit huiusmodi interrogatio & responsio, vt vacua domus à prisco habitatore deserta, fide ornetur, & Dei habitatio præparetur. August.dicit, quòd etiam hæc fiant iuxta Sathanæ imperium, qui ad Patrem in cœlum ascensurus Discipulis
Matt. 28 6 suis,id est, Apostolis, dicit: Euntes docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti. Interrogatur etiam, si credit in sanctam Ecclesiam, remissionem † peccatorum, & carnis resurrectionem? Non tamē secundum ipsum August.eodem modo interrogamus, vt quomodo in Deum credimus, sic & in sanctam Ecclesiam catholicam credamus,sed propterea sancta & catholica est: quia rectè creditur in Deum. Non ergo diximus: Vt in Ecclesiam quasi in Deum credatis, sed vt in Ecclesia sancta & cathol. conuersantes, in Deum credentes,credatis etiam resurrectionem carnis, quæ futura est. Innuit ergo August.ex præmissis verbis,quòd præpositio in,repetitur,dum dicitur: In sanctam Ecclesiam: & sensus mutatur, de quo dictum est sub quarta parte,sub tit.de symbolo. Planior tamen intellectus est,vt præpositio ipsa prætermittatur, nec repetatur: vt sic sensus, Credo Ecclesiam sanctam catholicam,id est, fidem catholicam, tenentem esse sanctam,id est,iustam,& bonam.Vel Ecclesiam sanctam, id est,sanctificatam & firmatam, & semper perseueraturam, ita quòd nunquam deficiet: vel, Credo sanctam & catholicam Ecclesiam esse vnam,& in vnitate consistere. Patrinus autem pro baptizando interrogatur, vt iam dicetur. Post † interrogationem & responsionem sacerdos ter in faciem baptizandi exsufflat,ad notandum quòd sæua potestas,id est,malignus spiritus ab eo exsufflatur,id est exsufflando expellitur seu in profundum expellenda significatur, vt per pium sacerdotis mysterium Spiritui sancto cedat fugiens Spiritus maliguus.Hinc autem ait Aug. Ergo paruuli exsufflantur & exorcizantur, id est, increpantur seu adiurantur,vt expellatur ab eis diaboli potestas inimica, quę decipit hominem, vt possideat homines. Hæc autem exsufflatio siue exorcizatio,etsi non prosit aliquid ad vitam,quia adhuc in eis mors manet,prodest tamen, vt inimicus minus ei nocere possit. Adest enim Spiritus sanctus, non
8 nibus, quæ fiunt in honore suo. Et est † notandum, quod ἐξορκισμὸς Græcè,Latinè dicitur adiuratio, vt est illud: Exi ab eo immunde spiritus. Catechismus autem & exorcismus neophytorum sunt: præcedunt enim baptismū,& magis debent dici sacramentalia, quàm sacramēta,

id est,

id est,ad sacramentum baptismi pertinentia, vel præludia noui baptismi: sine eis tamen potest esse baptismus. κατηχούμενος verò Græcè, Latinè dicitur instructio: inde catechizare,id est,instruere in symbolo & fidei rudimentis. Inde etiam dicitur Κατηχούμενος Græcè,quod est Latinè audiens,vel instructus,quia adhuc doctrinam fidei audit,nondum tamen baptizatus est, licet sic in fide instructus. Qui & competens vocatur. ead.dist.symbolum.xxxiiij.dist.audite.palea est: quia post fidei instructionem, & post acceptam pœnitentiam competit gratiæ Christi recipiendum. Νεόφυτος verò Græcè, Latinè nouellus, & rudis,vel nuper natus interpretatur. Hoc † quoque sciendum est, quòd licut sunt septem dona Spiritus sancti, ita etiam sunt septem dona baptismi.xxx.q.j. Primum est,salis collatio. Datur enim secundum Rabanum & Bedam de consecr.distin.iiij.ex hinc.& cap. sequenti.sal benedictum in os baptizandi: vt per sal typicum,id est, figuratiuum sapientiæ sale conditus iniquitatis fœtore careat,id est,carere significetur,ne à vermibus peccatorum vltra putrescat, sed magis illæius seruetur ad maiorem gratiam percipiendam. Sal quoque significat prima fidei documenta, sine quorũ condimento insulsus est omnis homo. De quo,& de sale dictum est in prima parte, sub titulo,de consecratione altaris & Ecclesiæ. Secundum † est aurium & narium, cum sputo linitio, quod fit, primò exemplo Christi,qui lutum cum sputo faciẽs mutum & surdum sanauit, & oculos cæci nati liniuit,& expuens linguam eius tetigit,& digitos in
Cantic.7 eius auribus imponens dixit: Ephera,quod est aperire: vigesimaquarta quæstione tertia.§.is ita. Secundò, secundum Rabanum eadem distinctione, ante baptismum. & capit.postea tanguntur.& capit.primo, & capit. propter: hoc sacramentum ideò agitur, vt per saliuam typicam, id est,figuratiuum sapientiæ Domini, & per sacerdos tactum,sapientia & virtus diuina salutem eiusdem catechumeni operetur, vt aperiantur ei nares,ad capiendum odorem notitiæ Dei,vt aperiantur ei aures ad audiendum mandata Dei. vt aperiantur ei sensus in intimo corde, ad respondendum sacerdoti de articulis fidei interroganti. Digiti ergo, qui in aures mittuntur sunt verba siue dona Spiritus sancti. Tertiò per hoc quòd aures saliua tanguntur, significatur & petitur, quòd doctrina quæ de ore altissimi fluxit, per aures eius intret, eique suaue redoleat. saliua nempe Christi, id est, dulcedo verborum ex ore eius dedicentium,& ipsa Christi diuinitas nos sanat. Quartò,etiam nares tanguntur, vt diuinam suscipiant virtutem, per quam bonum à malo discernant odorem, & sanam doctrinam separare valeant à fœtore hæreticæ prauitatis. Vnde Dicitur: Nasus tuus sicut turris Libani quæ respicit contra Damascum. Quintò, ad notandum, quòd quamdiu spontaneis naribus trahet,in fidei præcepta manere debet,& vt aures verbis euangelicis pateant, & varias & inutiles fabulas à se repellant. Sextò, secundum Ambros.eadem distinct.propter gloriam siue dignitatem mentis,& operis non tãgitur os cum saliua,sed nares, vt bonum odorem

accipiant pietatis æternæ.† Tertium,& quartum est in pectore & inter scapulas cum oleo facta signatio,de quibus dictũ est in prima parte,sub titulo de consecrationibus.Quintum est baptismi ablutio. eadem distinct.venit. Circa quod notandum, quòd trina immersio seu lotio in baptismo,in nomine Trinitatis,scilicet in nomine Patris & filij & Spiritus sancti.eadem distinctio postquàm.& c.de trina.& c.seq. quia in fide Trinitatis fit baptismus, in qua trina immersione triduana Domini sepultura significatur : fuit enim tribus diebus & tribus
24 noctibus in corde terræ.Trina † quoque fit immersio quia in baptismo à triplici peccato,scilicet cogitationis, locutionis, & operationis mundatur,& à triplici transgressione legis,scilicet legis naturę,legis Mosaicæ, & legis euangelicæ. Non igitur debet quis tantùm semel immergi,pro eo, quòd Christus semel mortuus est.eadem distinctio. presbyter. debet tamen semel baptizari tantùm, quia tamen semel Christus mortuus est, & sepultus, & resurrexit, quæ tria in baptismo significantur.Et licet trina fit immersio,tamen vnum est baptisma.eadem distinct.eodem.Item,quia tãtùm vna est fides, ideirco vnum debet esse sacramentum eius,iuxta illud: Vna fides,vnum baptisma.Im- *Ephes.4*
merſio etiam fit in modum crucis,quia qui baptizatur,mundo crucifigitur, & cruci Christi affigitur. Trina quoque ab aqua eductio, triduani temporis exprimit resurrectionem. Si autem quis ita æger sit, vt non possit ter sine læsione immergi, sufficit illum aqua aspergi, vt probatur multipliciter in canone Cypriani, eadem distinctione. ne quicquam,licet quidam illud intelligant de aquę benedictæ asperſione.Sed & si magna corporis pars præter caput infunditur, vel saltem
25 super pedem aqua ceciderit,reputent baptizatum.Pueris † baptizatis nomen imponitur in baptismo, quod inde est, quia baptismus est vicarius circuncisionis,in qua nomina pueris imponũt Hebręi,eò quòd tempore circuncisionis Abrahę nomen fuerit immutatum:cùm enim prius dicebatur Abram,posteà vocatus fuit Abraham.Sed si baptizatus oblitione nomen non imponitur, vel fortè errore masculi nomen fœminæ vel econuersò,imponitur:tenet quidem baptismus, nec iterabitur.xxix.quæst.j.§.j.ff.de contrahen.empt.in venditionibus.C.de reſtamen.si in nomine.& nomen in confirmatione frontis denuò im-
24 ponetur.extrà de sacramen.non itera.c.j.Sextum est † in vertice,id est in summitate capitis super cerebrum,cum chrismate facta perunctio, de quo in prima parte sub titulo de consecrationibus dictum est.Sep-
25 timum † est in fronte chrismatio,de qua infrà dicetur. Datur autem in quibusdam locis baptizatis candida vestis in signum sacerdotij, & quædam rotunda,mista,in signum coronæ regni vitæ, quia ipse est membrum Christi, qui est Rex & Sacerdos. Omnes enim veri Chri- *1. Petr. 2*
stiani reges & sacerdotes dicuntur, vnde Petrus Apostolus ait: Vos electum genus, regale sacerdotium. Reges, quia seipsos & alios

regunt. Sacerdotes, quia seipsos Domino offerunt, iuxta illud Apostoli: Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra, &c. Secundò, chrismale seu † vestis candida, quæ super caput baptizati ponitur, significat secundum Rabanum eadem distinct. post baptismum. & c. seq. interioris & exterioris hominis castitatem, & innocentiam & puritatem Christianam, quam post ablatas veteres maculas, studiosè seruare debet, iuxta illud: Omni tempore vestimenta tua sint candida. Tertiò, renati albis induuntur vestibus ad designandum misterium Ecclesiæ resurgentis. Designatur enim per hoc corporum & animarum futura resurrectio gloriosa, & etiam resurrectio à peccatis atque angelicus nitor. Rectè igitur baptizari albis vtuntur vestibus, vt quorum primæ natiuitatis faciem vetusti erroris pannus fuscauit, habitus secundæ regenerationis præferat gloriæ indumentum. Vnde vestis ipsa duplex est, quasi in modū cappæ manicatæ, quia Sancti duplicia, scilicet beatitudinem & gloriam possidebunt. Ipsæ autem vestes, sunt stolæ albæ, de quibus dicitur: Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ. Stolæ enim baptismū, palmæ vero triumphū insinuant.† Quare tò, hęc alba vestis corpus, ipse verò albatus animam significat. In prouincia Narbonen hæc alba vestis linea, in summitate, cum filo rubeo superfuitur, aut alia varietate insignitur: quodammodo prætendens coronam. Nempe alba vestis innocentiæ stolam, quæ nobis in baptismo redditur significat, rubea fimbria, quæ superfuitur, Christi passionem, per quam baptismi sacramentum impletur designat. Coronam prætendit, in signum coronæ regni, vt præmissum est.† Rursus ideo in chrismale candidum filo rubeo insignitum baptizatis datur, vt sint solliciti seruare candorem virtutum quem in baptismo per passionem Domini rubricatum receperunt, iuxta illud: Quare rubrum est vestimentum tuum. Vnde in Apocalyp. Beatus est, qui custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet. Sane albati seu neophyti huiusmodi albam vestem per septem dies portant, quia hoc tempore, quod septem diebus agitur, innocentiā per bona opera exercere oportet, iuxta illud, quod ait Salomon: Omni tempore vestimenta tua candida sint, & oleum de capite tuo, non deficiat. In octaua vero die, illam deponunt, quia in octaua ętate, quam dies octaua significat, ab omni opere vitę præsentis cessabimus. Tunc enim adueniente veritate, omnis figura cessabit, quę per candidam vestem innuitur: nam tunc erimus vtroque homine, id est anima & corpore glorioſi. Rursus † hæc vestis cādida corpus significat, quod omni tempore vitæ nostrę, quod per septenarium agitur, mundum seruare conuenit. In fine vero vitæ nostræ, illud deponimus, aliud glorioſum resumpturi: quod erit in octaua ætate. Merito ergo illam septem diebus seruamus, & in octaua deponimus. Vnde Salomon: Da partem septenam & octauam. Seruatur quoque hæc alba vestis de sabbato in sabbatū, quando in Sancto sabbato, vel Pentecostes baptizati sunt, ad notandum, quod si munditiam corporis

Rom. 2

Eccles. 9

Apoc. 6

Esa. 66

Eccles. 11

seruauerimus, de sabbato temporis transituri sumus depositis corporibus ad sabbatum ęternitatis: Et exuitur † in alio sabbato, ad notandum, quod anima illius de corpore exiens sabbatum, id est requiem, inuenit, si eius vestis fuerit alba. Pari quoque ratione confirmati siue à fronte chrismati vsque ad septimam diem lauari non debent. Cum enim ecclesia tanto tempore celebret aduentum Spiritus sancti, super Apostolos, merito vnusquisque Spiritum sanctū accipiens, tanto tempore celebrare debet illius aduentum, in se singulos dies pro singulis domus celebrando. Hæc autem vestis vni imposita, alteri potest imponi, si necesse fuerit, prout iam de panno, quo caput confirmati alligatur dicetur, quamuis melius sit nouum habere.† In quibusdam etiam locis baptizatis dantur calceamenta, quæ sunt dominicæ mortis insignia, vt exemplo eius, qui pro nobis passus & mortuus est, carnē suam à vitiis & concupiscentiis mortificet baptizatus. Datur † quoque candela illuminata in manu baptizati, vt cùm dominus ad nuptias venerit, ei semper pararus ei in aula cœlesti occurrere cum luminariis virtutum & bonorum operum. De cereis etiam neophyterum suprà dictū est. Sanè legitur in canone Gregor. eadem distinctio. neque. Abstit. quòd Iudæis baptizandis quadraginta dierum abstinentia indicenda est, & si postquàm baptizati sunt apostatauerint, cogendi sunt fidem seruare, & filij quos circunciderunt, ab eorum consortio separentur, serui eorum circuncisi ab eis pro iniuria corporis sui libertati tradantur. eadem distinctio. plerisque. & extrà de bap. maiores. Et in concilio Agathen. eadem distinct. Iudæi statutum est quòd Iudæi baptizandi, qui de facili ad vomitum redeunt, nouem menses sint prius inter catechumenos. Aeger quoque sicut ait Cyprianus eadem distinct. nec quicquam baptizari potest, mortuus verò non, nec eucharistia sibi dari, sicut legitur in Bucardo, lib. iiij. capitul. cauendum est. & in lib. v. eadem placuit. sed sicut in eodem lib. iiij. ca subitò. legitur: Subito obmutescens sic: si tamen voluntatis præteritæ testimonium verbis capit aut præsentis annuit, in suo nutu. xxv. quæstio. vij. is, qui.† Prægnans verò mulier, si baptizetur, non intelligitur secundum Isidor. eadem distinct. qui in maternis. & c. baptizata. partus baptizatus in vtero qui adhuc natus secundum Adam non est, secundū Christum regenerari non potest, nec dici regeneratio in eo potest, in quo generatio nō præcessit: baptizandus ergo est qui ex baptizato nascitur. Tertium quo † est quod discipuli & Apostoli baptizati fuerint eadem distin. quando. & c. seq. & not in c. aliud qui etiam alios baptizabant: prout dicitur sub festo pentecostes quod de Ioanne specialiter Hier. de pœn. distinct. ij si enim in principio attestatur. & August. de Paulo. de consec. distinct. iiij. si eos. Item statutum est in concilio Carthagin. eadem distin. mulier. quòd mulier quamuis docta baptizare non præsumat, nisi necessitate vrgente. Rursus in concilio Lug. eadem distin. si quis de alio. statutū est vt qui præter quàm in mortis necessitate cū

veteri chrismate baptizauerit,deponatur.In cõcilio Ilerdenẽ.de cõ-
sec.distin.iiij.omnis presbyter,statutum est, vt omnis presbyter † qui
fontem lapideum habere non potest,vas cõueniens ad hoc solum of-
ficium habeat,quod extra ecclesiam non deportetur.Debet ergo fons
esse lapideus,nam & de silice aqua in baptismi præsagium emanauit.
Sed & Christus qui est fons viuus,'est lapis angularis & petra. Hoc
† quoque notandum est,quòd per circuncisionem delebatur olim pec- 26
catum originale,& nunc per baptismum.eadem dist. ex quo.extra eo.
maiores.prout sub tit.de circuncisione dictum. Ideo autem originale
peccatum omnibus nocet,quia quando Adam peccauit,nondum ali-
quis ex eo fuerat materialiter proseminatus. eadem distin. quæris.&
xxxiiij.q.iij.§ j.Ipsum autem originale peccatũ in ipsa animę infusio-
ne contrahitur:quia tunc principales vires animæ debilitãtur hoc no.
ea.dist.non ex quo in prin. Sed cùm originale peccatum contrahitur
solum ex carnis corruptione,quare imputatur anima?Respõdeo,quia
anima cõdelectatur carni,vel melius,vt ibidem quædam digna retri-
butio notetur. Anima enim primi hominis prius peccando carnem
ipsam corrupit,vnde modo corruptio carnis animas corrupit:hoc no.
ea.dist. si non sanctificatus. † Circa baptismi formam notandum est, 27
quòd sicut ait Alex.Papa tertius,extrà de baptismo.c.j.si quis puerum
ter in aquam immerserit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti,
amen.& non dixerit:Ego baptizo te in nomine Patris, & Filij,& Spi-
ritus sancti,non est puer baptizatus. Sed & si immerserit ter puerum, 28
nihil dicens, baptizatus non est.Verum † tempore Apostolorum ba-
ptizando nil aliud dicebatur,nisi. Baptizo te in nomine Trinitatis.de
consec.dist.iij.in synodo:& ita explicitè dicebant, vel etiã implicitè,
vt pote,In nomine domini nostri Iesu Christi.& baptizabãt in stagnis,
& fluminibus. Sed beatus Clemens secundus à beato Petro ex ipsius
doctrina vnctionem olei chrismatis addit. Posteà Leo Papa, Dama-
sus & Ambrosius,exorcismos & benedictiones & cęteras solennitates
adiecerunt.Baptismi † autẽ forma non vitiatur,si quid in ea superfluè
ponitur:hoc no.eadẽ dist.si non sanctificatur, vt si dicatur:Baptizo te
in nomine Patris,& Filij,& Spiritus sancti,& diaboli,vel,Arma virum
que cano.vel si quid præmittitur formæ, vt si dicatur : Arma virũque
cano.& Ego baptizo te,&c.Si verò aliquid interponat,vt si dicatur:Ego
go baptizo te,& Deus,in nomine Patris,& Filij,&c.dicunt quidã non
esse baptizatum:alij verò contradicunt.Si autem verborum ordo for
mæ mutetur,vt si dicat:Baptizo te in nomine Filij , & Patris,& Spiri-
tus sancti.dicunt nõ esse baptizatum:quia ordo verborum, de forma
est.Si verò mora naturalis & cõpendiosa interponatur: putà respiran-
do,tussiendo,vel screando,non obest.Cæterùm forma † ipsa pronun- 30
tiari potest literaliter , vulgariter , Græcè,& Latinè & Armenicè:hoc
legitur &no.eadẽ dist.mulieri.& ca.seq.Iidem enim sunt effectus, li-
cet voces nõ sint eædẽ,secundum Ari.Vnde Græcus huc veniẽs bapti-
zat in

zat in lingua Græca,& ecõuersò:quia Apostoli loquebãtur variis lin-
guis. Hinc est , quòd si quis dicit : Baptizo te in nomine genitoris,&
nati siue geniti,& sancti flaminis, baptizatus est. Bene enim fit baptis-
mus sub nominibus synonimis. Sed si dicatur : Mergo te in nomine
Patris,&c.non est baptismus,quia illud verbum mergo , non est syno
nimum,cũ illo verbo baptizo.Non fit etiam baptismus, si dicatur:Ba-
ptizo te in nomine trium personarũ, vel in nomine Trinitatis,vel in
nomine Christi,vel si baptizauerit in nomine tribus principiis,aut in
tribus Filiis,aut in tribus Paracletis, vel si omittatur aliqua de tribus
31 personis,puta Spiritus sancti,vel Filij,vel Patris,vel etiam si diceretur
in nomine paternitatis,& filiationis,&c.non esset baptismus.Item † si
omitteretur hoc pronomen ego,dicẽdo:Baptizo,&c.tenet quidẽ quia
pronomen illud subintelligitur. vnde non deest.Sed etiam secundum
Zachariam Papam.ead.dist.nctio.retulerunt,si sacerdos simplicitate
ductus,non intendens errorem introducere dixerit:Baptizo te in no-
32 mine patria,& filia,& spiritus sancta.baptismus nõ vitiatur. Si † verò
dubitatur de aliquo,vtrum sit baptizatus vel non:statuit Alexand.Pa-
pa tertius,extra de baptismo.ca. 1. quòd baptizetur sub hac forma:Si
33 es baptizatus,nõ te baptizo:sed si nõdũ baptizatus es, ego baptizo te
in nomine Patris,& Filij,& Spiritus sancti,amen.Adhuc si † infans nõ
potest nasci,sed solum caput emittat,ille baptizetur priùs quam mo-
riatur.ff.de reli.& sum.fun.l.cũ in diuersis. Sed si mater in partu mo-
riatur,incidatur:& infans viuus de ventre extrahatur , & baptizetur.
34 Circa † patrinos,qui in baptismo & confirmatione necessarij sunt di-
cendum est,quòd vbi infans fari vel credere nescit , patrinus interro-
gatur,& respondet pro eo, & in eius fide & professione , baptizandus
saluatur.Quod etiam secundum Isidor.eadem dist.paruuli,& ca.seq.
in ægroto,muto,surdo baptizandis contingit. Nam etiã legimus Sy-
rophenissam mulierẽ venisse ad Iesum,& rogasse pro sua filia spiritũ
immundũ habente:& illã ad preces matris saluatã fuisse. Aug. quoq;
eadem dist.nihil.&c.seq.iusserit,ꝙ responsio ipsius patrini ad celebri-
tatẽ,id est,solennitatẽ pertinet sacramenti.quasi dicat,Nõ ad necessi-
tatẽ.Paruulũ enim nõ fides illa,quæ in credẽtiũ voluntate cõsistit,sed
fidei sacramentũ fidem facit:vnde fidelis vocatur , nõ rem ipsam an-
nuẽdo,id est,profitendo,sed ipsius rei sacramentũ recipiẽdo.Sicut er-
go paruuli alieno errore damnati fuerãt:sic ex aliena professione sal-
uari posse necesse est.ea.di.illud.& c.seq.quare. & cũ illi ad intelligi-
35 bilẽ ætatem peruenerint.debet patrini insinuare illis professionẽ, quã
pro eis fecerunt.†Porrò sacerdos baptizãs & Episcopus cõfirmãs sibi
illos obligãt,ꝙ de eis curã specialẽ gerãt : quia enim spe nõ omnibus
potest curã specialẽ impendere,idcirco patrino cõmittit,qui se pro il-
lo fideiussorẽ cõstituit,quòd renatũ docebit orationẽ dominicam,&
symbolũ fidei,quã quilibet Christianus adultꝰ scire tenetur,vel in lin
gua latina,vel materna:& si patrinus filiolũ docere neglexerit,grauiꝰ

simè peccat. Item† iuxta authoritatē Leonis Papæ. di. & plures, vnus tm
tùm debet esse in baptismo & vnus in confirmatione patrinus, siue
vir, siue mulier, & hoc propter pericula, quę cōsueuerūt cōtingere in
cōiunctionibus matrimonialibus. In quibusdā tamē ecclesiis cōtraria
consuetudine hoc derogatum esse videtur: & hoc ideò quoniā si ve-
niat in dubium de aliquo, vtrum sit baptizatus vel non, quantò plus
sunt patrini, & testes baptismi: tantò fortius dubium excludetur: & tā-
to plures ad instruendum filiorum se constituunt debitores. Item se-
cundum canonem, eadem dist. in catechismo & in baptismo & in cō-
firmatione vnius, & idem patrinus sufficere potest, vbi necessitas co-
git aliàs singulos singuli suscipiant. Verum baptizatis seu confirmatis
patrinorum perfidia qui nō consentiunt non obest. Cùm igitur patri- 37
nus † filiolum instruere teneatur, & in fide ipsius baptizandus saluetur nullus debet patrinus effici, nisi sciat dominicā orationē, & sym-
bolum. eadē distinctione, non licet. & cap. sequenti in quibus ipse te-
netur filiolum suum instruere: cùm sit fideiussor fidei illius, & ieū de-
ber custodire pro posse, ne à side & iustitia deuiet, castitatē custodiat, 38
iustitiam diligat, & teneat charitatem: vt potè respōsurus in die iudi-
cij de omni excessu illius. Sunt autem† quatuor genera personarum,
quas ecclesia non susscipit in patrinos. Primum genus est Monachus,
Abbas, Abbatissa, Moniales, & huiusmodi. Secundum genus, sunt infi-
deles. Tertium, illi qui nondum sunt confirmati. eadem distin. in ba-
ptismo qui alios non possunt tenere in baptismo, vel in cōfirmatio-
ne, non enim veri debent vocari fideles, vnde nec veri testes esse pos-
sunt ij. quæst. vij non potest. & c. seq. Quartum genus est vir & vxor si-
mul. xxx. q. iiij. quod videtur, nisi prius ambo votum emiserint casti-
tatis, si ambo eundem puerum de fonte leuarent, spirituales patres e-
iusdem fierent: vnde vlterius carnaliter commisceri non debent, nec
etiam (vt aiunt quidā) aliquis de sacro fonte leuare debet aliquos de
sua consanguinitate, præsertim filium proprium, vel filiam, vel vxo-
ris, vel ecōuersò extrà de cogn. spi. c. ij. & iiij. quia charitatis dilectio 39
per baptismum propagari debet. Baptismi† solēnitate completa, itur
Apoc. 4 ad fontes, cū triplici litania & inde: quia ante baptismum & post lita-
niæ circa baptisterium peragūtur, pro eo quòd in Apoca. legitur, Iris
erat in circuitu sedis. Iris, vt ait Beda, quæ fit solis irradiante nubes. &
Esa. 60 quæ post diluuium fuit propitiationis indiciū, significat intercessio-
nes sanctorū: sedes, ecclesiam significat, nubes, sunt viri sancti, iuxta 40
illud Isa Qui sunt hi, qui vt nubes volant? qui ante aduentum Christi
& post deuotissimè pro ecclesia orauerunt, & orant. Fit† autem hic
litania circa fontes vsq; ad, Sancte ioānes baptista ora pro nobis, eò
quod ipse primus inuenit vel docuit baptisma. Deinde similiter cum
trina litania redditur vsq; ad, Omnes Sancti orate pro nobis. ad osten-
Luc 15 dendum, quòd ipsi orant pro filio baptizato, qui mortuus fuerat &
reuixit, perierat & inuentus est: vt in vera fide Trinitatis participes
sa-

sacramento baptismi, vel vt Deum, quem confessus est, diligat toto
corde, tota mente, & totis viribus. Sanè aguntur in quibusdam eccle-
siis septenæ litaniæ ante baptismum, quia oramus sanctos intercede-
re pro nobis vt Spiritus sanctus, cuius gratia septiformis est, veniat
super aquam baptismi. In aliis aguntur, qui nedum catechumeni ba-
ptizantur, vt Deus custodire dignetur quinque sensus corporum eo-
rum, ne illecebris secularibus incitati purificationem in baptismo ac-
ceptam amittant. Trinæ etiam quandoq; post baptismum aguntur: vt
credulitatem Trinitatis in qua baptizati sunt, & quam professi sunt
toto corde, tota mente, totis que viribus diligant. Quidam etiam can-
tant litaniam in eundo ad fontes propter spem & inde redeundo pro-
per rem, ad notandum quod sancti orant pro baptizandis, vt sacra-
mentum vera fide percipiant, & pro baptizatis, vt in sacramento veræ
fidei percepto confirmētur. In fine litaniæ fiunt iuxta Apostolum pe-
titiones, vt: Propitius esto, parce nobis Domine. & obsecrationes, vt,
41 Peccatores te rogamus, audi nos. Quid† significet cantus post baptis-
mum, dictum est suprà, vbi de canticis agitur. Cæterùm in quibusdam
ecclesiis in lectionibus & litaniis senes præcedunt, & iuuenes subse-
quuntur, vel quia senex seruus, scilicet Eleazar adduxit Rebeccā, vt
Isaac iuuenis adprehenderet eam: vel quia in baptismo iuuenescit
ecclesia, & renouatur, vt aquilæ iuuentus nostra. Rursus in quibusdā
ecclesiis dum duodecim lectiones leguntur litaniæ dicuntur, & earū
duodenarius per tres quaternarios clericorum impletur: quibus ora-
tur, vt in baptizandis doctrina capiat Apostolorum fidem Trinitatis,
ex quatuor virtutibus prædicatorum.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio non debet dari ante septimum diem post baptisma.*
2 *Spiritus sanctus in confirmatione, est tanquam tutor pupilli.*
3 *Baptizatus bis vngitur chrismate, & quare.*
4 *Vnctio facta ab episcopo in fronte, quid differt ab ea quam facit sacerdos in cervice, cum chrismate.*
5 *Confirmari aut baptizari bis non debet quis.*
6 *Confirmatum cur percutiat in faciem episcopus.*
7 *In confirmatione quid agat episcopus. & nu. 8.*
9 *Patrini qui non possint esse in confirmatione, vel baptismo.*

De confirmatione. CAP. LXXXIIII.

1 SExto loco de confirmatione dicamus. Siquidem† post baptismum
sequitur spirituale signaculum, scilicet confirmatio, quod profectò
fit quando ad inuocationem Episcopi Spiritus sanctus infundi-
tur. eadem distinctione accepistis. Baptizatus autem confirmari non
potest, nisi demùm post septem dies post baptismum propter se-
ptem dona Spiritus sancti, quæ recipiuntur in baptismo. Nam pro

singulis donis decet dies singulos celebrare. Alij dicunt quòd statim post baptismum, est cõfirmatio inchoanda, propter rationem scriptã, sub quinta feria cœnæ Domini, vbi agitur de olei consecratione. Nã & Clemens Papa primò statuit, vt baptizatus, quàm citiùs fieri possit, confirmetur, quia non est perfectus Christianus, qui hoc non necessitate, sed incuria aut voluntate omittit. Hæc frontis chrismatio, confirmatio dicitur, quia per eam Spiritus sanctus datur ad augmentũ & robur, extrà de sa. vnct. cap. j. Vnde, cùm cæteras vnctiones simplex sacerdos valeat exhibere, hanc nõnisi summus sacerdos, id est, episcopus debet cõferre. extrà de cõfir. quanto. quia de solis Apostolis legitur quorũ vicarij sunt episcopi quòd manus impositionẽ Spiritũ sãctum dabant, quemadmodũ Actuum Apostolorũ lectio manifestat. Cùm audisset (inquit) Apostoli, qui erãt Hierosolymis, quia recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannẽ: qui cùm venissent orauerunt pro ipsis, vt acciperent Spiritũ sanctum, nondum enim qui quenquã illorũ venerat, sed baptizati tantùm erãt in nomine Domini Iesu: tunc imponebãt manus super illos, & accipiebãt Spiritum sanctũ. Cuius aduẽtus per mysteriũ vnctionis designatur, quia columba in quã Spiritus sanctus super Christũ in baptismũ descendit, ad vesperum in cataclysmo reuertens ramum retulit oliuæ virentis. extrà de sac. vnct. cap. vno. cuius vtiq; sacramentum Dauid propheta prænoscens, exhilarandã faciem in oleo prædicauit. Arnoldistæ tamẽ, perfidi hæretici, dicentes manuum impositionem siue consolamentum fieri posse à quolibet homine bono, obiiciunt ad hoc quod præmissum est de eo, quod legitur in Actibus Apostolorũ, quòd Ananias Saulo, & Symeon, Lucius Sirenẽ. & Manaen Barnabæ, & Saulo manus imposuerunt, qui tamen nec Apostoli, nec episcopi fuisse leguntur, & ex eo, quòd prædicitur: Miserunt ad eos Petrum & Ioannem, apparet quòd episcopi debent illuc ire, vbi sunt, quibus sit necesse manus imponi, cumq; illuc venerint, orant pro eis, dicẽtes: Emitte in eos septiformẽ Spiritum sanctũ, &c. Non enim Discipuli dabãt Spiritũ sanctũ sed orabant, vt veniret in eos, quibus manus imponebãt. Hoc ergo agit † episcopalis cõfirmatio baptizato, quod tutor pupillo. Quid enim prodest amplam hæreditatẽ filio relinquere, nisi ipse, vel lex, aut præses illi prouideant de tutore? paracletus quidẽ est eius consolator in Christo custos & tutor baptizati, qui suadente diabolo posset, sicut & pupillus suam perdere facultatem, id est, baptismi vtilitatem si hunc non haberet tutorem. In confirmatione ergo totius Christianæ religionis mysterii plenitudo completur. In baptismo nãq; per Spiritum sanctum datur remissio peccatorũ: hic autẽ ipse Spiritus inuitatur, vt veniat in domũ ipsam, quam sanctificauit, descendere, & habitare dignetur, & ad episcopi inuocationẽ infunditur. ea. dist. accepistis. vnde Vrbanus papa inquit: Per manus episcopalis impositionem Spiritus sanctus datur, ex quo cor fidele ad prudentiã & constantiam dilatatur: vt quis plenus sit Christianus. Bis † ergo vngitur chrismate baptizatus, scilicet in vertice & in frõte: nam & ipsis Apostolis bis fuit datus Spiritus sanctus. Primò in terra quãdo Christus exsufflauit in eos dicens: Accipite Spiritum sanctum. Secũdò, à cœlo in die pentecostes, sed & ipsi Apostoli receperunt Spiritũ sanctũ in baptismo. Non enim credendũ est ipsos non fuisse baptizatos, qui alios baptizabãt, vt præmissum est. Hęc ergo duplex baptizatorũ vnctio, significat quod Spiritus sanctus datus est Apostolis semel in terra, ad dilectionẽ proximi: & semel de cœlo, ad dilectionem Dei. Vnde ad notandum pulchritudinẽ donorum Spiritus sancti, quæ in confirmatione conferuntur dicitur: Emitte in eum spiritum sapiẽtiæ & intellectus, &c. Hæ sunt vestes, quibus induuntur filij regis, de quibus dictum est: Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius & de quibus dicit Apostolus: Quotquot baptizati estis, Christum induistis. Nõ enim habet Christũ pro indumento, qui donis Spiritus sancti, quibus Christus ab ipsa conceptione ornatus fuit, non est ornatus. Differt autem hæc † vnctio quæ fit in fronte per Episcopũ, ab illa quæ fit in cerebro siue in vertice, per sacerdotem. Primò, quia secundùm Rabanum. de consec. dist. v. nouissimè. in illa signatur super baptizatũ Spiritus sancti descensio ad habitationem Deo consecrandam: in hac verò signatur vt eiusdẽ Spiritus sancti septiformis gratia cum plenitudine sanctitatis scientiæ & virtutis venire in homine declaretur. Secũdò differunt, quia per illam, quæ fit in vertice, anima Christo desponsatur: per istam verò ditatur & doratur. Item per illam ostenduntur vulnera esse sanata, per hanc plenitudo gratiarum confertur: quod ex verbis vtriusque vnctionis potest perpendi. In collatione enim illius vnctionis, dicit sacerdos: Deus omnipotens Pater Domini nostri Iesu Christi, qui te regenerauit ex aqua & Spiritu sancto, quique tibi dedit remissionem omnium peccatorum, ipse te liniat chrismate salutis in vitam æternam. His verbis, quæ est salutatio in vitam æternam per hanc vnctionem obtineri ostenditur: sed hæc verba transcendit episcopus in vnctione confirmationis, dicens: Emitte in eum septiformẽ Spiritum sanctum tuum paracletum, de cœlis, spiritum sapiẽtiæ & intellectus, Spiritum consilij & fortitudinis, spiritũ scientiæ & pietatis: & imple eum spiritu timoris Domini, & consigna eum signo sanctæ crucis, propitiatus in vitam æternam: cõsigna inquam vt Spiritũ sanctum non amittat. In † cõcilio Thole. de consec. dist. v. dictum &c. seq. dicitur quòd nullus debet bis confirmari, sicut nec rebaptizari. Post orationem, quam communiter dicit Episcopus super omnes confirmandos, si plures sint singulariter cuilibet frontem linit in modum crucis, chrismate, cum pollice, dicens, cuilibet: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: Pax tecum. quę salutatio fit ad nouum hominem qui dignus est salutari propter vitæ nouitatẽ: & qui secundùm Deum creatus est in iustitia & sanctitate, & veritate: interim enim, cùm erat vetus,

Gal. 2

vetus,non erat salutandus:sed tantùm erat pro eo orãdum. Ideò autem fit in modum crucis, & cum chrismate,sicut & omnia chrismata cum crucis figura perficiunt. de consec. dist.v. nunquid. vt appareat, quòd est illius,per cuius crucem redẽptus est, sine quo signaculo non oportet nos ante Deum repræsentari. Quod fit cum pollice, quia ille in consecratione pontificis est ad hoc specialiter cõsecratus. Vel quia omne datum optimum,descendit à Patre luminũ:ideò in fronte,quia ibi melius & citius videtur, vt sic exterminator angelus videns eum
Exod. 12 hoc signo munitum,ad se non pertinere, pertrãseat,sicut pertransiuit domos Hebræorum in Ægypto, vbi vidit vtrumq; postem linitum sanguine agni, & percussit primogenita Ægyptiorum; in domibus vbi hoc signum nõ erat. Quid enim est sanguis agni,nisi fides passionis Christi? vterque postis hoc sanguine linitur, cùm fidem passionis Christi in corpore & mente gestamus: in corpore per mysterium, in mente per efficaciam. Idcóq; fit in fronte, quia perfectorum est, non
Apoc. 14 in occulto,sed in manifesto Christi nomen semper habere. Hinc est quod Ioannes Apost.ait: Vidi supra montem Sion agnum stantem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Stare enim & in monte, & cum agno,perfectorum est, & perfectio in confirmatione datur, vt præmissum est. Melius quoq; in fronte infigitur,in quo summus pontifex laminam auream figebat,in qua scriptum erat ineffabile nomen Domini:& vt baptizatus liberè cõfiteatur,quod credit, extrà de sacra vnct. quia corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem,memor eius, quod Dominus ait: Qui me confessus fuerit coram 6
hominibus,&c. Subsequenter † Episcopus cõfirmatum percucit in faciem. Primò,vt tenaciùs memoriæ teneat, se hoc sacramentum recepisse. Secundò,quia hoc sacramentum datur baptizato ad robur fidei, vt præmissum est: vt videlicet sit ita fortis in fide in baptismo suscepta, quòd vlterius coram quocumque confiteri nomen Christi non erubescat. Tertio,hæc percussio repræsentat manuum impositionem: quoniam Apostoli per manus impositionem confirmabant. Quartò, ad terrendum malignum spiritum,vt fugiat,& ne redire audeat,sicut fecit beatus Benedictus,liberans per alapam monachum, qui à malig- 7
no spiritu vexabatur: vt legitur in dialog. Greg.lib.ij.c. xxxij. † Duo ergo facit episcopus:primum quia eum vngit in fronte:secũdum quia ipsum percutit in facie. Vnctio significat vnguentum gratiæ quantũ ad actus audaces aggrediẽdi ea,quę pertinent ad fidem:percussio verò sit,ne vlteriùs confundatur,aut timeat cõfiteri nomẽ Christi, quasi dicat Episcopus confirmato: Ita sis fortis, vt quicũque sic te percusserit,vel quocunque alio modo tibi confusionem fecerit, pro eo, quia Christi fidẽ confiteris,tu in his omnibus non erubescas:percussi enim in facie erubescere solent. Similiter etiam fit alicubi propter eandem causam militibus nouis. Fieri potest confirmatio in campo, melius tamen

tamen fit in Ecclesia,aut in atrio Ecclesiæ. In Bucardo li.iiij. cap.episcopus. In concilio Aurelianẽs. de consec. dist.v. vt ieiunij. statutum est,vt sacramentum confirmationis à ieiunis & iuuenibus perfectæ ætatis,puta duodecim vel quindecim annorum, seu adultis monitis
8 prius peccata confiteri conferatur: hodie tamen quàm citiùs potest, hoc fiat,vt † præmissum est. Chrismato autem † aliquo pãno albo frons sua circuncingitur, ne recens vnctio defluat aut deleatur, & septima die deponitur sicut suprà, vbi agitur de baptismo, dictum est. Et in concilio Beluacẽs. de consec. dist.iiij. si quis noluerit. dicitur, quòd pannus chrismalis, quo caput pueri in fronte per Episcopum, vel in vertice per presbyterum chrismati circuncingitur, potest iterum su-
9 per alium baptizatum imponi. Item non † confirmatus, non potest alium tenere in baptismo, vel in confirmatione, nec vir & vxor, vel consanguineus, vel etiam plures teneant confirmandum, prout in baptismo dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Altaria cur cooperiantur sabbato sancto.*
2 *Sabbato sancto Missa aliter & præter morem celebratur, & quorsum.*
3 *Campanæ cur pulsentur, dũ cantatur, Gloria in excelsis. sabbato sancto.*
4 *Sabbato sancto cur non dicatur graduale, sed alleluia, & tractus: & cur eodemmet die lumen non portetur ad euangelium, sed incensum. num 5.*
6 *Sabbato Paschatis, cur omittatur offertorium, item postcommunio. nu. 7.*
8 *Sabbato Paschatis, cur breues vesperæ, & vna cum Missa terminentur.*
9 *Sabbati Paschatis priuilegium.*

De Missa. CAP. LXXXV.

1 SEptimo loco de Missa huius diei dicendum est In qua quidem plura sunt notabilia. † Primò,quòd ante missam altaria cooperiũtur: quod fit,quia iam Ecclesia incipit resurrectionis præludia celebrare. Magna enim pars huius officij ad illam pertinet, & in resurrectione Christus, qui per altare significatur, stola corporis indutus est. Item
2 ministri altaris, pretiosis & splẽdidis sunt vestibus decorati ad significandum,quod neophyti sunt indumentis virtutũ ornati. † Itẽ missa ideò non cantatur solito more, quia in ea non dicitur introitus, qui est caput missæ,eo quòd ille, qui est caput & principiũ nostrum, substractus est, & in sepulchro fuit,& nocte resurrectionis licet resurrexisset,tamen à suis nesciebatur: vnde cùm Maria Magdalena inuenit monumentum vacuum,credidit eum esse sabbatum. Hac enim die, & in vigilia Pentecostes,seruamus antiquum Ecclesiæ morem, qui fuit ante Papam Cælestinum, secundùm quem introitus in missa non dicebatur sed à Κύριε ἐλέησον incipiebatur. Incipit ergo à Κύριε ἐλέησον officium quod est quædam vox lætitiæ, de hoc quòd neophyti sunt renati,rogat Ecclesia, vt Dominus eos in nouitate conseruare dignetur.

Omnia

Omnia enim quæ dicuntur vsque ad Euangelium, ad eos referuntur. Sequitur Gloria in excelsis, quod ideo cantatur. Primò, quia pax data est renatis, quæ ab angelis nuntiata est in nocte natiuitatis: cum ergo ipsi sint renouati gratia Dei, possunt cãtare cum angelis. Secũdò ideò, quoniam angeli, qui primò illud nato Domino cantauerunt pro renatis in baptismo gloriãtur. Tertiò, quia resurrectio Christi proxima est, ideò dicitur iste angelicus cãtus & cum ipsis angelis chorus exultat personanti melodia, & campanæ siue † signa etiam concrepant, quæ hactenus fuere muta. Collecta etiã de renatis manifesta est, quæ est: Deus, qui hanc sacratissimam noctem gloria dominicæ resurrectionis illustras, cõserua in noua familiæ tuæ progenie spiritum adoptionis, quem dedisti, &c. Cui præmittitur Dominus vobiscum: & non Pax. vt iã dicetur. Similiter epistola refertur ad eos, videlicet: Si consurrexistis cum Christo quæ sursum sunt, quærite, vbi Christus est in dextra Dei sedens ad Colos. iij. c. quasi dicat: Resurrexistis in baptismo à peccatis, sicut Christus resurrexit ab omnibus infirmitatibus suis. Sed ad quid debent laborare resurgentes, nisi quæ sursum sunt obtineant? Ideò dicitur: Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram, id est, cœlestia, nõ terrena vobis sapiant: & additur: Mortui enim estis, & vita vestra absc̃dita est, cum Christo in gloria. Mortui enim
Gal. 2 estis peccato, & mortui estis vobis, vt iam non vobis, sed Domino viuatis, sicut dicit Apostolus, viuo ego, iam non ego, sed viuit in me Christus. Vita autem vestra abscondita est in Deo: ideò quia nondum apparet, quid futuri estis, sed cum apparuerit Christus vita vestra, apparebitis cum ipso in gloria. Ecce ad quid debeant tendere neophyti, scilicet vt sint & appareant cum Christo in gloria, ad quam repræsentandam ministri altaris solennes vestes induunt, vt renatorum stolam innocentiæ demonstrent: in epistola verò baptizari instruuntur: post epistolam verò sequitur allelu-Ia, quod est vox angelica, siue canticũ
Apoc. 19 angelorum: sicut ostendit Ioan. in Apoc. dicens: Audiui quasi vocem tubarum multarum in cœlo dicentium, Allelu-Ia: quia angeli gloriantur propter baptizatos à diaboli seruitute ereptos, & ad fidẽ conuersos. Et † dicitur allelu-Ia sine graduali, ad significandum, quòd caput nostrum quieuit: vbi enim est quies, ibi non est motus: vbi autem non est motus, ibi non est ascensus de gradu in gradum, quod significat graduale: ideò autem graduale non dicitur, quia baptizati nondum per opera in virtutibus gradum fecerunt. Dicitur autem tractus, qui significat patientiam, per quam expectare debent gloriam sempiternã, quam sequens sabbatum in albis repræsentat, in quo sabbato non cantatur graduale, quia ibi non est necessariũ bonum opus: vel tractus, quia nec patiẽtia, sed duplex allelu-Ia pro duplici gloria, scilicet animæ & corporis: de hoc sub titu. de septem diebus post pascha dicetur. Et prꝛter morem ante tractum ponitur allelu-Ia, quod est quædam vox lætitiæ, ad notandum lætitiam neophytorum, quam habent de

bent de spirituali nouitate. Sed quia graues sunt labores viæ, sequitur tractus qui dicitur à trahendo. Ad idem tamen inuitantur neophyti in versu, allelu-Ia, & in tractu, videlicet ad Dei laudem. Nam allelu-Ia, sonat, Laudate Dominum, & in versu allelu-Ia dicitur: Confitemini Do. id est, laudate Do. & additur causa, quoniam bonus est in se, & nobis, cum quibus misericorditer & benignè egit dimittendo peccata in baptismo: & cantatur in tono resurrectionis, scilicet octauo. Sed quia effectus benignitatis posset esse ad tempus, ideò subditur: Quoniam in seculum misericordia eius. Ad idem etiam inuitantur in tractu, scilicet, Laudate Dominum omnes Gentes, &c. quoniam confirmata est, &c. reuera firmatur misericordia, quæ in æternum durat, sicut in versu allelu-Ia dictum est. Hæc autem duo, scilicet misericordia & veritas in psalmis iunguntur, vt nec misericordia iniusta, nec veritas nimis austera credatur. xl. distinct. disciplina. xxiiij. quæst. iiij. non est iniusta. Quare duplices laudes dicuntur, & quare tractus, & quare sub humiliori lingua, dicitur, sub titul. de vij. diebus post pascha dicetur. Secundo, & allelu-Ia, ideò prius, quàm tractus dicitur: quia Hebræa lingua, mater est nobilissima omnium linguarum propter authoritatem diuinæ Scripturæ. Latina verò inferior, quasi filia. Prætereà Allelu-Ia significat Iudæos priùs conuersos, tractus Gentiles posteà credentes. Tertiò dicitur primò allelu-Ia, in memoriam prioris status Adæ. Sequitur tractus in memoriam sequentis. Præcedit etiam allelu-Ia propter gaudium reuertentium de captiuitate Babylonica. In aliis vero diebus graduale præcedit allelu-Ia, propter profectum proficientium. Deinde sequitur euangelium: Vespere autem sabbati, quæ lucescit in prima sabbati. Matth. xxviij. ca. in quo de sollicitudine mulierum, circa Domini sepulchrum: & de mysterio angelorum, & de resurrectione Saluatoris agitur: vsque nunc enim fuit sacrificium neophytorum, sed dehinc resurrectio ad memoriam reuocatur. Et nota, quòd vespere sabbati hîc accipitur pro nocte, & est sensus: Vespere sabbati, id est, in nocte sabbati. Sed quia credi posset, quòd venisẽt mulieres, in principio noctis, vel in medio, idcirca adiunctum est, quæ lucescit in prima sabbati, id est, quæ pertinet ad lucem primi sabbati. Lucescerat enim iam, quando venerat Maria Magdalena: & altera Maria videre sepulchrum, &c. Ante † euangelium autem non portatur lumen: nec etiam in quibusdam Ecclesiis candelabra cum luminariis stant, ad missam super altare. Primò, quia ille qui est lumen nondum nobis redditus est: quoniam eius resurrectio nondum erat manifesta, imò credebatur adhuc in sepulchro latere. Secundò, quia mulieres Christum non Deum, sed solummodò esse mortalem credentes, occultè sine lumine ibant ad sepulchrum, vt vngerent corpus Iesu. Tertiò, ad notandum cæcitatem cordis ignorantium ipsum resurgere posse. Incensum tamen fertur in signum, quòd mulieres tulerunt aromata, vt vngerent Iesum. Rursus accensa luminaria non feruntur, sed incensum sic, ad notandum,

dum, quòd tunc orationis affectio, quæ per incensum exprimitur, animis infirmorum non deerat, sed veritatis lux, quæ per accensa lumi-
naria designatur, eis certitudinaliter non clarebat propter Domini se-
pulturam. Post euangelium, non dicitur, Credo: vt per hoc infirmo-
rum animorum dubitatio denotetur. Quædam tamen Ecclesiæ dicunt
hac die. Credo: & per totam sequentem hebdomadam, quo renati as-
seuerant se in Deum tendere, & ea quæ de Christo dicta sunt in euan- 6
gelio, firmissimè credere.† Offertorium quoque non dicitur, in quo si-
gnificatur. Primò, silentium mulierum, quæ tertiæ quasi cum silentio
recesserunt à monumento, ad quòd iuerant, vt Christo vnguentum
offerrent. Secundò, quòd ipsæ venientes iuxta legis mandatum vnge-
re corpus Iesu latenter venerunt ad sepulchrum, & contra illud in si-
lentio steterunt, timentes respondere angelo, vel custodibus sepulchri:
ergo earum more cantores silent. Tertiò, quia nondum surrexit, qui
det nobis quod offerre possimus. Cantatur autem, Sanctus, sanctus,
sanctus. quod est angelorum canticum, quia angeli tanquàm nihil ti-
mentes in sepultura Domini, & eius resurrectione, quam non tacue-
runt, suum habuerunt mysterium. In canone etiam, scilicet infra actio-
nem, fit mentio de renatis. Agnus Dei non cantatur, tum quia nondum
surrexit, quòd ipsi scirent, qui in die resurrectionis dixit Discipulis:
Pax vobis. Tum quia Discipuli tunc desperauerant, neque credebant
Luc. 24 eum esse Deum, qui redimeret Israël. Vnde Cleophas dixit: Nos spe-
rabamus, quòd ipse esset redempturus Israël, quasi dicat, Iam non spe-
ramus, imò desperamus. Sed & mulieres, quæ venerunt ad monumen-
tum, credentes corpus sublatum esse, non credebant, quòd ipse peccata
mundi tollere posset. Vnde & Maria Magdalena, quæ fuit magis soli-
Ioan. 20 cita, audiuit à Domino: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad
Patrem meum: subaudi in corde tuo, id est, nondum credis me esse æ-
qualem Patri: ergo non credis me tollere posse peccata mundi. In qui-
busdam tamen Ecclesiis dicitur ter, Agnus Dei: sine, Dona nobis pac.
non datur etiam pax in deosculationem oscului proditoris: & quia Chri-
stus qui est vera pax nostra, nondum pacem nuntiauit, quia nondum
surrexit, qui in die resurrectionis Apostolis ait: Pax vobis. Vnde forte
hic modus salutationis: scilicet, Pax vobis ab episcopo in principio
huius missæ non dicitur, licet differtur, vt nouam salutationem in die
resurrectionis suæ populus affectuosiùs amplectatur. In aliquibus ta- 7
men Ecclesiis pax datur, eò quòd Gloria in excelsis cantatur.† Post-
communio etiam non cantatur. Primò ad notandum, quòd non erant
tunc qui in fide Christi communicarent. Secundò quia baptizati non-
dum communicauerunt, sed in die paschæ communicare debent. Ter-
tiò, quia nondum surrexit, qui nobis dat, quòd communicemus. Quar-
tò, quia vesperæ quæ sequuntur, vicem obtinent postcommunionis.
Quintò, quia omnes tacuerunt in Christi comprehensione, & crucifi-
xione, ideò cantores tacent. Cantoribus igitur tacentibus sacerdos
suum

suum implet officium, quia Apostolis de resurrectione dubitantibus,
& mulieribus timentibus, & nil dicentibus Christus ipse per suam glo-
8 riosam apparitionem quibus voluit fecit se manifestum.† Consequen-
ter inter cœnandum, id est, dum sacerdos communicat, adiiciuntur
breuissimæ vesperæ, scilicet: Laudate Dominum omnes Gentes: quæ
quasi non sunt vesperæ, quia sabbatum æternæ quietis, quod per hoc
sabbatum figuratur, nullam habet vesperam: sit etiam officium breue
propter ipsos neophytos quibus omnia debent breuiter cantari, maxi-
mè primo die, ne eis generetur fastidium ex prolixitate: vnde sub vna
collecta missa, & vesperæ claudantur, ne fortè si finita missa dicerent-
tur vesperæ, neophyti non auditis vesperis recederent credentes habere
licentiam abeundi. Vnde ideò totum officium sub vna oratione com-
pletur, quoniam sacramentum baptismi in Christi passione consumma-
tum: Vel ideò dies hæc in missa, non in vespera terminatur, vt Christus
qui nos mortè redemit, sine fine laudetur, qui est in secula benedictus.
In quibusdam autem Ecclesiis cantatur psalm. Laudate Dominum, sine
Gloria: quia Filius qui est in tertia persona in Trinitate nondum scitur
esse nobis redditus. Rursus inuitantur neophyti, ad laudem Domini per
9 vnus homo, per se vel per alios: Magnificat anima mea Dominum. Hoc
† sabbatum priuilegiatum est, quia in eo fiunt ordines, catechumeni
post baptizantur, cereus benedicitur, & plures lectiones leguntur.

SVMMARIVM.

1 *Paschale tempus, quid significet.*
2 *Pascha quid, & vnde dictum.*
3 *Pascha, cur potius à Græca, quàm Hebraica lingua nomen sortitum, aut potius Latina. num. 4.*
5 *Paschatis tempus, vnde incipit, & quò terminetur.*
6 *Paschatis solennitas celeberrima omnium, & variè pro varietate regionum num. 9.*
7 *Paschatis die nihil comedendum, quod non sit benedictum à sacerdote, ac signo crucis signatum. num. 8.*
10 *Paschales feriæ quot celebrandæ.*
11 *Pascha semper celebrandum die Dominico, & quorsum, ibid. & num. 12. 13. 14. & infrà.*
15 *Pascha triplex fecerunt Iudæi, quod erat figura nostri Paschatis.*
16 *Paschatis septem septimana.*
17 *Paschale tempus, dicitur quinquagesima.*
18 *Paschate nos debemus adinuicem salutare, & osculum præbere: idque Romani pontificis exemplo.*

De san

De sancto die Paschæ. CAP. LXXXVI.

SEquitur videre de festo paschali, de quo primò aliqua generalia præmittemus: consequenter verò de nocturno huius diei officio, postmodùm de diurno aliqua supponemus. Siquidem † tempus paschale, t significat tempus illud, quod erit post diem iudicij, quando videlicet ad patriam vitæ quam per Adam amisimus Deo propiciante regrediemur: qua consideratione potest diei hoc tempus regressionis, quod tamen incipit in octaua. In hac autem die resurrexit Dominus, quæ est mundi prima, & rediēs ad caput, est octaua, vt dicetur in proœmio septimæ partis, de qua dicitur in Paralipomenon, in tit. Psalmorum: quam octauam, sicut septē mundi ætates præcedunt, quarum sex sunt viuentium, & septima dormientium: sic & septem dies nostræ recōciliationis hanc diem præcedunt, sic quoque septem dominicæ à Circundederunt: vsque ad Lætare Hierusalem: præcesserunt, quas interposita dominicæ passionis memoria hæc dominica octauæ ætatis repræsentatiua sequitur: in qua etiam repræsentatur, quod sicut octaua est eadem cum prima, sic restituetur homo in idipsum, & ad id quod fuerat conditus: imò supra primæ originis reparabitur dignitatem, & consequenter corporis & animæ felicissimam immortalitatem. Qualiter Dominus tribus diebus, & tribus noctibus fuit in sepulchro, & qua hora resurrexit, & qua hora hoc tempore, debet dici officium matutinum & quare hac die pascha celebratur, dictum est sub iiij. feria cœnæ Domini & sub sabbato. Sanè † πασχα Græcum nomen est, quòd à Hebraicè dicitur Phase, quod Latinè transitus interpretatur, secundum Bedam. Non ergo dicitur Pascha, à passione ex eo, quia πασχειν Græcè dicitur pati Latinè, sed dicitur à transitu: & hoc primò secundum historiam ex eo, quòd exterminator angelus videns sanguinem in foribus Israëlitarum pertransiit, nec eos percussit, tunc etiam populus ex Ægypto transiuit, id est, exiuit, tertiáque die mare rubrum pertransiuit. Secundò secundum allegoriam, quia Ecclesia in hoc tempore transiuit per baptismum ab infidelitate ad fidem. Tertiò secundum tropologiam, quoniam hoc tempore transimus per contritionem, & confessionem de vitiis ad virtutes, vt infrà dicetur. Quartò secundum anagogem, quia tunc Christus transit à mortalitate ad immortalitatem, & faciet nos etiam transire: vnde in euangelio: Cùm vidisset Iesus, inquit, quia venit hora, vt transiret de hoc mundo ad Patrem, &c. Nominamus † autem hanc diem Græco & non Hebraico vocabulo, licet lingua Hebraica dignior sit tanquàm mater. Primò, ne in hoc videamur Iudaizare. Secundò, ne in hoc imitemur quosdam hæreticos, dicentes euangelium sine cæremonialibus non sufficere ad salutem. Item vtimur Græco, & non Latino † vocabulo, propter authoritatem, quoniam Græca lingua antiquitùs Romæ & in Italia tantæ fuit authoritatis, vt non solùm dies solennes Græcis nominibus nuncupa-

rentur, vt pascha, pentecostē & epiphania, verum etiam dignitates: vt apostolicus, patriarcha, archiepiscopus, episcopus, & huiusmodi. Isidorus tamen dicit, quòd Paschæ vocabulum, non Græcum, sed Hebraicum est. & Innocen. tertius dicit in quodam sermone, quòd pascha Hebraicè dicitur à Phase, quod est transitus, Græcè verò à † πασχειν quod est pati. Augustin. dicit quòd hoc nomen, Pascha, per diuinam dispositionem compactum est, ex hoc nomine Græco πασχειν, quod pati interpretatur, & ex hoc nomine Hebræo Phase, quod transitus interpretatur: nam hæc duo conueniunt in hoc nomine pascha, tam secundum significationem, quàm secundum vocem: secundum significationem, quoniam in passione Christi fuit eius transitus, vnde meritò hoc nomē habet intellectum vtriusque nominis, & est Latinum, vt sic ex duabus linguis fiat tertia, scilicet Latina: & est hoc nomen pascha primæ declinationis, & neut. gen. quòd solum in tribus Græcis nominibus inuenitur, scilicet pascha, manna, & mammona. Vel est tertiæ declinationis, vt dicatur pascha paschatis, sicut dicitur phantasma-
5 tis. Vocatur † autem Pascha ipsa dies resurrectionis & etiam tempus à dominica in ramis palmarum, vsque ad octa. Paschæ: & in dominica ipsa inducebatur agnus qui in v. feria immolari debebat. Veruntamen secundum vulgi consuetudinē, dominica in ramis pal. dicitur Pascha floridum feria vj. paschę, hodierna verò dies Pascha, olim tamen prōpriè diecebatur, Pascha, dies illa in qua agnus immolabatur. Solennitas paschæ autem antonomasticè dicitur solennitas solennitatū, eo quòd
6 cæteras solennitates huius solennitatis nobilitas † antecedit, & omnes dies dominici sunt octauæ huius festi, vt dicetur in proœmio septimę partis, & in ea omnia lætitiæ insignia proponuntur, templum quoque mundatur, & ornatur in parietibus, quia in eis cortinę & pallia extenduntur, & in choro dorsalia, & tapeta extēduntur, & banchalia dispōnuntur. Velamen etiā quod erat ante crucem vel in altum dirigitur, vel remouetur, vel retro altare ponitur, ad notandum quòd prius occulta modo sunt manifesta, altare quoque suis ornamentis decoratur, vt in quibusdam Ecclesiis vexillis quæ significant victoriā Iesu Christi, crucibus, & aliis. De quo & de velaminibus trium colonorum quæ hac die in tribus lectionibus de altari remouentur, & de triplici ornatu materialis templi dictum est in prima parte, sub titul. de picturis. Ministri quoque ad decorē huius solennitatis, se balneis prælauant: barbas & coronas tondunt, capillos deponūt, vestes siue cappas nigras deponunt, & albas induunt, quæ licet ad decorem fiant, ad spiritualem quoque hominē referunt. Non enim lauamur ad voluptatem, sed ad significationē, vt scilicet per exteriorem lotionē corpotis, interiorem animæ debere fieri ostēdamus, barbas & coronas tondere est superfluitates, & vitia deponere: capillos super aures rōdere, est quinq; sensus corporis, ad seruiendum Deo expeditos habere: nigras vestes siue cappas exuere, est asperitatē pœnitentiæ deponere: albas siue su-

perpellicia induere, est stolã immortalitas firmiter expectare, vel per
vestem albam significamus innocentię stolam renatorum, vel per hoc
repræsentamus hodiernam apparitionem angelorum, qui in vestibus
albis apparuerunt. In hac† sancta die nihil, quod à sacerdote nõ sit be- 7
nedictum comedere debemus, quia inimicus noster tunc nos magis
satagit supplantare. Vnde in quibusdam locis quæcunq; comedi de-
bent ad Ecclesiam portantur, & in atrio vel vestibulo Ecclesiæ cum
cruce, & aqua benedicta, & in vestibus sacris à sacerdote benedicun-
tur. Hinc est, quod hodie agnus à sacerdote benedicitur, ad repræsen-
tandum, quòd Deus per Mosem & populum agnum comedi iussit in
figuram Iesu Christi, cuius sanguine omnia primogenita sibi de mun-
do redemit, & angelo in nocte illa omnia primogenita in Aegypto
perçutiente populum suum seruauit agni sanguine prænotatum. A-
gnus autem secundum Rom. ordinem, non ad altare, sed ad mensam
benedicitur. In quibusdam etiam locis benedicitur lac & mel in me-
moriam eius, quod Dominus inquit Patribus nostris, Abraham, Isaac, 8
& Iacob, Introducam vos in terram fluentem lac & mel. Nullus† de-
bet etiam vnquam aliquid comedere, nisi prius saltem signo crucis
facto, Vnde legitur in dialogo Gregor. Papæ libr. primo. capitul. iiij.
quod cum quædam monialis iret per hortum, lactucam sine benedi-
ctione comedit, & simul dæmonem, qui super eam erat, suscepit, qui
eam multum vexauit. Nos quoque vidimus in ciuitate Bonon. puel-
lam à duobus spiritibus immundis, & malignis triennio vexatam.
Cumque à quodam perito volente illos cum exorcismis & abiuratio
nibus ab humano corpore pellere interrogarentur, qualiter corpus
mulieris intrassent responderunt, quòd sedebãt in quodam malogra-
nato quod ipsam puellã comederat: qui tãdem virtute adiurationum
nobis præsentibus ab humano corpore recesserunt. † In quibusdam 9
quoque in locis hac die aleis, in natali prælati, cũ suis clericis ludunt,
vel in claustris, vel in domibus episcopalibus: ita vt etiam descendant
ad ludum pilæ, vel etiam ad choreas, & cantus quod vocatur libertas
Decẽ brica, quia antiquitus consuetudo fuit apud Gentiles, quòd hoc
mense serui pastores, & ancillę quadã libertate fruerentur, & cum do-
minis suis dominarentur, & cum eis facerent festa, & conuiuia, post
collectas messes, laudabilius tamẽ est à talibus abstinere. In plerisque
etiam regionibus mulieres secunda die post Pascha verberãt maritos
suos, die verò tertia mariti vxores suas Sicut & antiquitus licebat ser
uis dominos saltẽ crimine adulteri accusare impunè. xij. q. ij. quęsitio-
nem. Hoc autem fit ad notandum quod debent se inuicem corrigere,
ne alter ab altero hoc tempore exigat debitũ toti. Statutum est enim
de consecr. distinct. ij. omnis ho. xxiiij. quod cùm hac die communi-
care debeant, tribus præcedentibus & tribus vel quinque, vel septem
sequentibus, diebus, ab amplexibus vacent, quod sumptum est à Da-
uid, qui cum pueris suis accepturus, panes propositionis, ait ad Abi-
melech

Reg. 12

melech sacerdotem: Cõtinuimus ab heri, & nudiustertius. de consec.
10 distin. ij. tribus x. q. j. hanc consuetudinẽ. ¶ His † tribus diebus primis
solenniter est feriandum: in sequentibus verò, licet viris ruralia ope-
ra quæ magis necessaria sunt exercere, sed fœminis non licet nere,
nunquam autem choreas ducere, quia secundum Grego. melius est fo-
dere, & arare, quam choreas ducere. Inde est, quòd hi singuli dies pro-
pria habent responsoria, cæteris verò in quibusdã Ecclesiis mutuata.
in aliis tamen habent etiam vsque in quintã feriã propria. Fiunt quo-
que apud quosdã hoc tempore aquarũ dimersiones, ne quia homines
vigilauerunt in quadragesima, in his sanctis diebus dormire velint.
11 †¶ Hoc quoque notandũ est, quod Pascha nostrũ semper debet fieri
in die dominico, sicut statuit pius Papa, de cõse. dist. iij. nosce. &c. seq.
& etiam Victor Papa, qui propter hoc concilium Palæstinum conuo-
cauit: licet enim prius eodem die celebraretur, quia tamen quidam in
de dubitabant, angelus Domini ad corroborandos eorum animos ap-
paruit in habitu pastorali, Hermæ doctori præcipiens, vt Pascha sem-
per die dominico ab omnibus celebraretur: Dominus tamẽ verè sur-
rexit in die vj. Cal. April. nam passus est viij. calen. Aprilis, videlicet in
die tali, in quali conceptus est, siue in quali annuntiatio Virgini facta
est: sicut dictum est sub tit. de paraseue. Celebrari etiã debet Pascha
in lunatione Aprilis, quoniam in Exo. præcepit Dominus, quòd men-
sis ille primus haberetur, & agnus die xiiij. immolaretur. Vnde victor
Papa de conse. dist. iij. celebritatem dicit, quòd Pascha debet celebra-
ri post xiiij. diem lunationis April. qui est primus mensis secundùm
Hebræos vsque in xxj. diem eiusdem mensis id est, lunationis. Loqui-
tur enim ibi de mense lunari, non de solari, quoniam in illa lunatione
est semper pascha vsque in xxj. die, & Vsque ponitur ibi inclusiuè, quo-
niam includitur ipsa xxj. dies, vult ergo dicere Victor Papa, quòd Pa-
scha non debet esse intra xiiij. diem lunationis Aprilis nec post xxj. diẽ
illius. Si enim xiiij. dies lunationis est in die dominica, vbi est Pascha
Iudæorum, & dominica sequenti est Pascha nostrũ, scilicet in xxj. die, & hæc
lunatio quãdoque incipit à Martio, de quo plenè in fine vij. partis di-
citur, Et ecclesia tam antiquitus celebrabat Pascha cum Iudæis xiiij.
luna primi mensis quocunque die occurreret: quem ritũ sancti Patres
in Nicæna synodo prohibuerunt, constituentes non solum lunam pa-
schalem & mensem inquirere, sed etiam diem dominicæ resurrectio-
nis obseruare: & ideò extenderunt Pascha à xiiij. luna vsque ad xxj. vt
12 dictum est, vt sic & dies dominicus non omitteretur, & in die resurre-
ctionis Domini Pascha celebraretur, & hoc pluribus de causis. ¶ † Pri-
mò, ne Ecclesia videatur Iudaizare & figuris Iudaicis adhærere, & in
temporibus & annis considere. ¶ Secundò quia die dominica datum
fuit manna à Domino per quod significatur eucharistia. .panis ange-
lorum habens in se omne delectamentum & suauitatẽ omnis saporis:
vnde Exod. xvij. die sexta. Parent, quod inferant, vt sit duplum quàm

inferre ſolebant per ſingulos dies,& hæc eſt dies veneris:& ita die dominica datum eſt manna. ¶ †Tertiò,quia præceptum eſt comedere agnum cũ lactucis aggreſtibus,& in azymis ſynceritatis,& veritatis,id eſt,cũ puro affectu,& puro intellectu,hoc eſt in veritate. Chriſtus verò mortem deſtruxit,moriendo,& vitam noſtram reſurgendo reparauit:& ita patet, quòd in die reſurrectionis debemus comedere agnũ, quia tunc incipit veritas vitæ noſtræ. ¶ †Quartò non celebramus Paſcha noſtrum cum Iudæis,qui illud celebrant xiiij. luna:quia quãuis tunc immolatus fuerit agnus,tamẽ incipit eius immolatio in ſequenti die,quia tunc eſt tempus luctus,nec eſt tempus ſolenniſandi:& ideò Eccleſia dimittit hoc,vſque ad tẽpus ſolennitatis,quia debet fieri cum ſolennitate,ſicut dictum eſt. Quintò, quia cum Chriſto vult Eccleſia celebrare Paſcha ſuum. Triplex † enim Paſcha fecerunt Iudæi. Primũ in Ramatha,quod interpretatur cõmotio tineæ. Per hoc ſignificatur primum Paſcha.1. ſpiritualis trãſitus. de vitiis ad virtutes Per tineam enim peccatum intelligitur: quia ſicut tinea conſumit pannum imperceptibiliter,ſic peccatum animam:quando autem peccatum commouetur in nobis,ſiue amouetur,per pœnitentiã fit iſte tranſitus. Secundum paſcha factũ fuit in Syna.quod interpretatur mẽſa,per quod ſignificatur ſecundum Paſcha ſpirituale,id eſt,tranſitus de virtute ad virtutem, per quod reſtituitur homini ſua menſura attingendi cœleſtia. Iſte tranſitus fit, quando tranſimus de virtute ad virtutem. Tunc enim accedit ad menſuram ſuam homo quoniam factus eſt, vt ſit ſocius angelorum. Primum paſcha Chriſtus non potuit celebrare: quia peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius,neque ſecundum quia datus fuit ei Spirituſſanctus non ad menſurã à tempore ſuę natiuitatis. Tertium paſcha factum fuit in Galgale, quod interpretatur reuelatio. Iſtud paſcha fit à nobis,quando tranſimus de mundo ad Patrem,ſiue de mundo ad cœlum, & reuelabuntur nobis omnia, quæ modo credimus. Hoc paſcha celebrauit Chriſtus per reſurrectionem ſuam quod nos celebramus,ſemper poſt xiiij.lunam primi mẽſis, poſt æquinoctium vernale quando dies incipiunt maiores eſſe noctibus, pro vt dictum eſt ſub ſabbato ſancto. ¶ Sexta cauſa eſt,quia de primo Paſcha, vel ſecundo non eſt gaudium multum, ſed de tertio. Vnde ſi Reg. xvij. Non glorietur accinctus æquè ſicut diſcinctus. ¶ Septima, quia ex iuſſione angeli monemur paſcha in dominica celebrare, vt præmiſſum eſt, Quare hæc & cætera feſta Saluatoris præter naturale mutabilia ſunt,dictũ eſt ſub natali quando debeat paſcha annuntiari, dictum eſt ſub epiphania. Porro conſiderandæ ſunt quædam huius paſchalis †tẽporis varietates. Sunt enim in eo tres ſeptimanæ quaſi propriis vocabulis nũcupatæ Prima eſt paſchalis. Secũda,in albis. Tertia, expectationis. Prima dicitur sãctificata,propter iuſtificationẽ animę: inde eſt quòd homines per baptiſmũ ſanctificatã per totã ſeptimanã illam veſtẽ quã in baptiſmo ſuſceperũt deportãr,quę ſignificat primã innocẽ

tiæ ſtolã Secũda dicitur,in albis. Primò,quia baptizati in ſabbato ſancto deponũt in ſabbato in albis albas ſtolas,ſeu veſtes,quas in baptiſmo ſuſceperunt. Per albas quidẽ innuitur quales in præſenti vita eſſe debeãt,ſcilicet mũdi, & qualia deniq; ſint corpora recepturi:quia ſancti beatitudinem, & gloriam poſſidebunt, prout dictum eſt ſub ſabbato ſãcto. Secũdò,quia hoc tẽpore illi,qui baptizati ſunt in ſabbato ſancto, ab epiſcopis confirmati alias albas ſtolas portare vſque ad alium ſabbatum ſolent cõmuniter tamẽ primor ſeptimana vocatur in albis,propter angelos,qui in reſurrectione domini in albis apparuerunt,vt premiſſum eſt:& quia olim baptizati, illis diebꝫ candidis veſtibus vtebantur,vſq; ad ſabbatũ in albis. Et propter premiſſas etiã cauſas dicitur ſabbatũ in albis,vel quia mos fuit antiquitus, vt in ipſo ſabbato veſtes ex toto deponerent,& albas induerẽt, quòd non fit in ſabbato ſancto. Tertia ſeptimana,ſcilicet, quæ eſt poſt Aſcenſionem, dicitur expectationis, quoniam repræſentat illud tempus, quo Apoſtoli expectauerunt aduentum Spirituſſancti, quibus Dominus dixit: Manete in hac ciuitate,& expectate vſque dum induamini virtute ex alto. Prima autem ſeptimana non protenditur, niſi vſque ad ſabbatum in albis,excluſiuè,& ſic Paſcha ſex dies ſolùm habet pro octauis: ſeptima verò in albis incipit in ſabbato in albis, & terminatur in alio ſabbato,& ſic durat per octo dies. Octaua verò Aſcẽſionis,cũ deberet terminari in quinta feria ante Pẽtecoſt. protenditur vſq; ad Pentecoſten:quia licet duo dies, qui ſuperſunt octauæ Aſcenſionis poſſint officiari ad miſſam à dominica antecedenti, tamen ad nocturnos nõ haberent inuitatoriũ vel lectiones vel reſpõſoria,niſi ab aſcenſione Domini acciperent. Vnde illi decẽ dies pro vno reputantur,nec mirum cùm & totum tempus paſchale pro vna reputetur octaua,& ſimiliter à natiuitate vſque ad octauam Epiphaniæ de hoc dicetur ſub dominica poſt aſcenſionem. Tempus† autem paſchale vſque ad Pentecoſtẽ vocatur quinquageſima, quia continet quinquaginta dies,per quod tempus iubilei ſignificatur,vt dicitur ſub Pẽtecoſte. Duas enim quadrageſimas celebramus, cui numero additus decimus numerus, & fit quinquagenarius:primã ante Paſcha, in qua labores & miſeriæ huius temporis ſignificãtur:vnde tunc ieiunamus & cãtica lætitiæ,ſubticemus:ſecundam poſt Paſcha,quę ſignificat ſtatum æternæ lœlicitatis,& in ea tempus gloriæ noſtræ poſt hanc vitã repræſentamus,tunc enim ab omni labore quieſcemus, & Dei laude etimus,quare tũc cantica lætitiæ multiplicamus, & ianua pœnitentibus aperitur,quia nullius peccati improperium erit,totum enim erit abſorptũ à gloria,prout in collecta huius diei habetur, vt dictum eſt in prooemio huius partis. Nec ieiunamus, nec genua flectimus: imò ſtantes oramus:tũ quia non erit pro quo flectantur, ſed domus Dei gloria replebitur: tum etiã vt libertatem quã nobis Dominus reſurgendo acquiſiuit,profiteamur:tum quia mulieres ad monumentum

Luc. 21

venientes,nõ flexerunt genua,sed erectæ inspexerunt in sepulchro,si
ficut dicit Ambr.in fine Lucæ : tum quia secundum eum in his quin-
quaginta diebus,quibus Dominus nobiscũ fuit,gaudendũ est, & iu-
gis festiuitas est in eis,tanquam sit dies dominica.lxxv.distinct.scire,
tum etiam quia hoc tempus paschale significat octauam resurrectio-
nis,in qua nec ieiunabitur,nec genua flectentur, sed perfectum gau-
dium omnibus erit.In festiuitatibus etiã beatæ Mariæ, & diebus do-
minicis & festiuis,& in diebus Pentecostes,nisi in præsentia corporis
& sanguinis Christi genua flectenda non sunt:de hoc in quinta parte
sub tit.de prima dictum est:& sub sabbato Pẽtecostes dicetur.Genua
enim in Ecclesia flectere cordis contritionem significat.Et est notan-
dũ,quòd in genu flectionibus,vtendum est oratione dominica vel o-
ratiõe,quã scripsit Aug.seu approbauit, scilicet Deus propitius esto
mihi peccatori,vel peccatrici:vel illa,quam quidã S.Eremita compo-
suit,& docuit Thaidẽ meretricẽ, docẽs illam quotidie genu flectere,
& in terram discũbere, oculos sursum nõ attollere & dicere: Qui me
plasmasti miserere mei Deus. Cæterùm festiuitas Paschalis hebdo-
madaria est,prout in tit.seq.dicetur.In paschali † septimana salutare is
nos adinuicem hoc modo debemus, scilicet: resurrexit Dominus.& 15
salutatus debet respondere : Deo gratias, vel Et apparuit Simoni : &
posteà debemus dare osculum adinuicem,in signum pacis & charita-
tis:vsus tamen hoc nõ habet Romanus,tamen Pontifex, hac die mis-
sam celebraturus Cardinales, Prælatos, notarios & familiares suos
hoc modo salutat, & osculatur, & etiam omnes præmissi se inuicem
hoc modo salutant & osculantur. Salutans enim dicit,Surrexit Do-
minus verè.Salutatus & osculatus respondet:Et apparuit Simoni.

ANNOTATIO.

* Πάσχειν etiam, vt refert Budæus, est quid facere, quid admittere,
quid accidere.cuius vsus in compositione varius ἀγαθὸν πάσχειν be-
neficium accipere,ἀντιπάσχειν beneficium reponere.

SVMMARIVM.

1 *Paschatis diuinum officium vnde ordiatur.*
2 *Pascha cur non admittat hymnos.*
3 *Paschatis septimana tres tantùm psalmos & tres antiphonas habet & amplius.nu.Limita tamen.nu.5.*

De die sancto Paschæ. CAP. LXXXVII.

SEquitur videre de † diuturno officio huius diei:incipit autẽ Eccle-1
sia inuitatorium allelu-Ia:Surrexit Dominus vere & est quinti to-
ni propter quinq; apparitiones Domini in illa die,quę dictę sunt initij.
parte sub tit.de salutatione ad populũ,vel ꝓpter quinq; sensuũ repara
tionem

tionẽ,quę fit per resurrectionẽ,in quibusdã tñ Ecclesiis dicitur inuita
toriũ cũ triplici allelu-Ia,& septimi toni,propter quietẽ quę datur in
resurrectione Apo.xiiij.A modo iã dicit Spiritus,vt requiescant à la-
2 boribus suis,& indigemus inuitatorio,quia viæ Sion lugẽt eo ꝙ † nõ
sunt qui veniant ad solennitatẽ Hymnus aũt non dicitur in quibusdã
Ecclesiis,quia in resurrectione nõ cãtabimus hymnos huiusmodi,sed
in plateis Hieruſ.cantabimus allelu-Ia,vt habetur cap.pen.Tobi.sed
loco hymni cãtatur allelu-Ia,propter spẽ quã habemus de gloriosa re
surrectiõe.Aliæ vero ecclesiæ cantãt hymnũ, quia sẽper laudãdus est
Deus & cantant illũ ad tertiã sub duplici cãtu,videlicet vnũ versum
sub vno cantu,& alium versum eiusdem hymni sub alio,& vnum al-
tiori voce, quã alium ad significandũ duplicẽ stolã gloriæ quã Chri-
stus assumpsit,scilicet corporis & animę. Quia verò virtute Trinita-
tis in qua est perfectio facta est resurrectio,ideò dicũtur tres lectio-
nes,tum quia soror nostra paruula est,& verba non habet, tum quia
baptizati,non indigent labore,quasi modò geniti infantes,de quo in
3 sequenti tractatu dicetur. ¶ † Hac etiã die & hoc tempore cantãtur
tres psal.cum tribus antiphonis. Obseruatur autẽ ideò iste ternarius
numerus.¶ Primò, quia parcitur hominibus propter præcedẽs ieiu-
niũ attritis.Secundò,neophyti multitudine onerentur,vt prẽmissum
est.¶ Tertiò, propter triduanam Domini sepulturam, quæ præcessit
Dominicam resurrectionem.¶ Quartò ad notandum quòd tria quæ
Dominus secundum Lucam promisit ni hoc seculo perficere,scilicet
dæmones eiicere, sanitatem perficere, & tertia die consumari in re-
surrectione consumata sunt. ¶ Primum operatus est Dominus, cùm
fecit,vt relicta creatura rediremus ad creatorẽ. ¶ Secundum, cũ per
fidẽ nos sibi tanquã membra capiti vniuit, vt de eius spiritu viuere-
mus.¶ Tertium cum in hoc confirmauit nos, ne laberemur, vel con-
summatio est nostra resurrectio.Hæc etiam in nostra cõuersione ap-
parent.Eiiciuntur enim à nobis dæmones per exorcismos, sanamur,
per catechismũ,& consummamur per baptismũ,& confirmationem.
¶ Primum notatur in primo psalmo & in sua antiphona, vbi dicitur:
Et consilium meum non est cum impiis. in quo psalmo ostenditur,
quid vitare debeat quis ad hoc vt sit beatus,scilicet non ire in cõsilio
impiorum & quid facere debent, scilicet habere voluntatẽ Domini
in corde:& in ea die & nocte meditari.Primus ergo Psalmus cũ anti
phona sua monstrat impios,id est,dæmones eiici à consilio Filij Dei
in hac dæmonum eiectione fit,quod Dominus in Euangelio Ioa. di-
cit:Nunc iudicium est mundi,nũc princeps huius mundi,eiicitur fo-
ras.Hoc iudicium est discretio,qua fideles per fidẽ separantur ab im-
piis dæmonibus,quod iudicium factum est in multis milibus credẽ-
tium.Sed hoc iudicio impij, id est, in impietate perseuerantes,nõ re-
surgunt,sed hi,qui per fidem Christi vniuntur : & hoc est secundum
quod notatur in ij.psal.& sua antiphona,vbi dicitur : Postulaui Patrẽ

meo,allelu-Ia.Dedit mihi Gentes,allelu-Ia, in hæreditatem sibi,allelu-Ia. Hoc factum est cùm fideles per fidem ei tanquàm capiti vniti sunt,vt per ipsum ad modum hæreditatis fructificent.Vnde in psalmo irridendo dicit:Quare fremuerunt Gentes, &c. dicentes : dirũpamus vincula eorum,& proiiciamus à nobis iugum ipsorum. stultà dicunt: Qui habitat in cœlis,irridebit eos , &c. Et Christus dicit.Ego autem constituru sum rex ab eo.qui dicit:Postula à me,& dabo tibi Gentes hæreditatem tuam,&c.Et aduerte,quia in antiphona dicitur dedi. in psal.dabo:& in antiphona ostenditur impletum esse , quod in psal.est promissum.¶ Tertiũ, notatur in tertio psal. & in sua antiphona,quo tangitur cõsummatio,quam Dominus promisit, se perfecturũ in tertia die.vbi dicitur:Ego dormiui,& somnũ cœpi , &c. Hoc enim licet de passione & morte & resurrectione Saluatoris intelligatur , moraliter,tamen conuenienter intelligitur de eo,qui diu in peccato dormiuit,& tandem per Dei adiutorum surrexit.¶ Quintò.etiam potest dici quòd quia per opera istorũ trium dierum fiunt catecumeni mẽbra Christi,scilicet per exorcisationem , per abrenunciationem Diaboli, per fidem qua vnitas in eis perficitur, & per impositionem manus episcoporum,siue resurrectionem Domini,quæ est iustificatio nostra: ideò propter hanc iustificationem canimus tres antiphonas in nocte resurrectionis.Prima,disiungit nos ab impiis.Secũda, coniungit nos capiti Christo. Tertia , facit nos resurgere, propter iustificationem. ¶ Sextò,etiam potest† dici quòd per tres psalmos : tria tẽpora significãtur tres antiphonæ cãtantur in quib.Patriarchæ,Prophetæ & Apostoli significãtur,tres lectiones legũtur,quia lex,Psalmi & Prophetię resurrectionem Domini proficentur.Tria responsoria subsequuntur, quia tres ordines,scilicet Noë, Iob & Daniel, Christi resurrectione saluantur.Singulis responsoriis,Gloria Patri , subiungitur in quibusdam Ecclesiis,quia Trinitas ab omnibus ordinibus collaudatur.¶ In quibusdã verò nõ nisi vnum Gloria,tribus respõsoriis,secundũ generalẽ consuetudinẽ continuatur,ad notandum, quòd in Trinitate vnũ Deum glorificamus.¶ Septimò,ternarium in omnibus frequẽtamus propter sacramentũ baptismi in trium personarũ nomine celebrati. ¶ Octauò,paucitate vtimur lectionũ propter paucitatem , quę tunc aderat prædicatorum.Nam Apostoli erãt in numero pauci, meru ludæorum muti , de morte Domini mœsti , audita resurrectione quãdeliri,qua paucitate volunt quidam vti,vsq; ad Pentecosten, quando facti sunt prædicatores numero plures , & Spiritu sancto seruentiores, vt iam dicetur.Alij†verò solennitatem potius attendentes, integrũ & solennẽ seruant numerum quia etsi Apostoli muti fuerũt, tamẽ alloquiũ Angelorũ & frequens visitatio Domini nõ fuerunt,quare in sequenti hebdomada cantatur tantũ vna antiphona cum tribus Psalmis,vt in seq.tit.dicetur.¶ Sanè tertio responsorio, cũ Gloria Patri,decantato,cum cereis, & solẽni processione de choro ad alĩ locum

locum tendimus , vbi sepulchrum imaginarium coaptatur, & vbi introducuntur personæ sub formis & habitu mulierum , & duorum discipulorũ,scilicet Ioannis & Petri,qui ad sepulchrum Christum quærentes venerunt , & quædã aliæ personæ in personis, & forma Angelorum,qui Christum à mortuis resurrexisse dixerunt,in personis quorum rectè cantari potest illa secunda responsorij primi particula:Nolite timere,&c. vsque ad finẽ responsorij : tũc redeunt ad chorũ quasi fractibus referentes , quæ viderunt & audierunt,& vnus redit citius alio:sicut Ioannes cucurrit citius Petro,in personis duorũ cõueniẽter cantatur illud responsoriũ. Cõgratulamini sine versu.Si qui autẽ habent versus de hac repræsentatione compositos, licet nõ authenticos nõ improbamus. Tunc chorus audita resurrectione prorumpit in vocẽ,altissimè cantans:Te Deũ laudamus,quidã verò hanc præsentationẽ faciunt antè,quàm matutinum inchoẽt:sed hic est proprior locus, eo quòd,Te Deum laudamus.exprimit horã qua resurrexit.Quidam etiam ea faciunt ad missam, cum dicitur sequentia illa , Victimæ paschali,cum dicitur versus. Dic nobis & sequentes. Adhuc in die resurrectionem nostram repræsentamus , qua Christo consurreximus , & ideo de die dicimus,Hæc dies:&c. Et in nocte:Sepulturã ei consepulti sumus & ideò illud nõ dicimus de nocte,vnde dicit Apostolus:Cõsepulti sumus,cum illo per baptismum in morte. Trina enim immersio in aqua baptisini,triduanã Domini sepulturã repræsentat.Ille quidem consepultus est Christo , qui peccare quiescit:ille consurrexit cũ Christo,qui cœlestibus intẽdit. Et aduerte,quia in duabus præcedentibus noctibus triduanã Domini sepulturã repræsentamus , secũdum quod Dominus latuit in sepulchro,vnde tunc Allelu-Ia non dicimus: in hac verò nocte sepulturã Domini repræsentamus,in eo quòd Christo consepulti sumus,sed propterea Allelu-Ia cantamus,quòd Christo consepeliri gaudium est nobis. Ad primam verò non dicitur hymnus propter rationem in sexta parte:sub tit.de nocturnis assignatam,nec, Quicumque vult.quidam tamen dicunt psalmum,Cõfitemini,sicut in festis dicitur Non fiunt etiam petitiones, obsecrationes , & postulationes,quia dicit Dominus:In die illa non rogabitis me quicquam & quia cùm glorificati resurrexerimus, nõ indigebimus istis. Non ergo dicuntur preces,quia vbi non erit miseria,nõ erit petenda misericordia:vbi non erit tentatio,non erit dicendum Libera nos à malo. Non dicitur etiam capitulum.quod est refectio,ne post longã psalmodiam homio tædio afficiatur:cõfortat enim fessos, sicut electuarium membrorum quia ibi nullum erit tædium , tum quia in hoc officio breuis est psalmodia : & quoniam capitulum in horis non dicitur, ideò nec responsorium debet dici:quando respondet capitulo siue lectioni. In missis tamen dicitur, quia respondet epistolæ , & in laudibus quia respondet lectionibus:& dicitur tunc capitulum:Christus resurgens ad Roman.v.capit.De vesperis in sequen.titul.dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Angelus respondit beato Gregorio celebranti. Et cum spiritu tuo.*
2 *Paschatis diurnum officium, Et processionis forma. nu. 3.*
4 *Missa sequitur processionem die Paschatis: & introitus expositio. numero 5. 6. 10.*
7 *Paschatis Epistola eiúsque interpretatio, & varie. nu. 8. 9.*
11 *Paschatis Euangelium, item post communio. nu. 12.*

De diurno officio Paschæ. CAP. LXXXVIII.

NVnc de diurno officio videamus. † Et quidem hac die fit statio 1
apud sanctam Mariam maiorem: quia cum beatus Gregorius
hac die ibi celebraret, & pax Domini pronunciaret, angelus Domini,
alta voce respondit. Et cum spiritu tuo, & propter hoc cũ Papa ibi hac
die celebrans dicit, Pax Domini, in testimonium huius miraculi, nil
sibi respondetur. ¶ Cęterùm, ante † missam processio, quod ex Euan-
gelij authoritate extrahitur: eò quod angeli dicunt mulieribus: Ite,
dicite discipulis: Quia præcedet vos in Galilæam. Et Dominus ad eas:
Nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbitis. Hæc
ergo significat, processionem Apostolorum, vt viderent Dominum in
Galilæam euntem. ¶ Rursus Galilæa, transmigratio interpretatur. In
Galilæam ire, fuit de Iudæis ad Gentes transire: de qua transmigra-
Mat.28 tione postea dixit: Euntes docete omnes Gentes, baptizantes in no-
mine Patris, & filij, & Spiritus sancti. In significationem ergo huius
transmigrationis hodie solennem agimus processionem, siue in si-
gnum, quod nos oportet de vitiis transmigrare ad virtutes, siue pro-
ficisci de virtute ad virtutem, ad hoc vt videre Dominum mereamur:
quod fit specialiter in baptismo, & ideò in significationem baptismi,
nos & loca nostra aqua benedicta aspergimus cantantes, Vidi aquam,
aliis verò temporibus cantatur: Asperges. Verumtamen nec hodie,
nec in pentec. aqua benedicitur, quæ latius prosecuti fuimus in quar-
ta parte sub tit. de aquę benedictę aspersione. Ab hac processione om-
nes processiones dominicales per annum originem traxerunt, vt vi-
deamus Dominum in Galilæa, id est, transmigratione de vitiis ad vir-
tutes. ¶ Dies enim dominica, est dies resurrectionis, natiuitatis, &
Spiritus sancti missionis, & in omnibus de nouo duntaxat est Testa-
mento cantandum. De processione dictum est in quarta parte, sub ti-
tu. de accessione Pontificis ad altare. Sed ad quid fuit dictum Apos-
tolis, vt irent in Galilæam ad videndum Dominum, prout legitur in
Mat. cùm eadem die eum viderint in Hierusalem? Respondeo: Hoc
dicitur maximè propter allegoriam, licet ad literã factum sit: allego-
ricè enim transmigratio illa significat transmigrationem de Iudæis
ad Gentes, in qua maximè videtur Christus, quia in hoc maximè ap-
paret

paret Christi deitas: quòd totus mundus ad prędicationẽ famulorum
Christi credidit. Dixerunt enim Apostoli Iudæis: Quia verbum Dei Act.13
repulistis, & vos indignos fecistis vitæ æternæ, ecce conuertimur ad
3 gentes. In hac † processione præcedunt luminaria, vt illud Euangelicũ
impleatur in nobis: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in
manibus vestris. Crux etiã præcedit vt carnem nostrã crucifigamus,
cum vitiis, & concupiscentiis: & post cruces & vexilla quæ sunt victo-
riæ Iesu Christi insignia sequuntur sacerdotes dealbati exultantes in
laudes resurrectionis, quæ præcedunt cum tacita populi sequẽtis ex-
pectatione per distinctas & morosas expectationes, vt corporaliter il-
lud propheticum, quod tunc cantatur, impleri videatur. Cum iucundi-
tate exhibitis, & cum gaudio deducemini. Nã & montes & colles ex-
pectantes vos cum gaudio. Item in ea maior sacerdos præcedit quia
dixit Dominus: Præcedã vos in Galilæ. Item in ea nihil resonat quod
sit veteris historiæ, sed ea solum cantantur, quæ gloriam personent
Euangelij, inter quæ illud præsertim in quibusdam Ecclesiis admitti-
tur: Virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis
Iesu, quia sicut diximus in Galilæam transmigratio, est Apostolorum
prædicatio. Cum autem ventum est ad medium templi vtriusque se-
xus populo circunstante totis viribus chorus in vocem exultationis
erumpit, dicens antiphonam. Sedit angelus, quæ exprimit quid Apo-
stoli docuerunt, aut docere debuerũt, scilicet Christũ viuere, & est to-
tis viribus concinentibus, & in auditũ circumstantiũ efferẽdum: quia
quem quæritis, viuit, & vita hominũ, cum eo surrexit. Vel hodierna
processio illud nobis recolit, quòd rex gloriæ cum exercitu redẽpto-
4 rum de infernalibus claustris ad cœlestia regna migrauit. Post † pro-
cessionem sequitur missa, & incipit præcentor loco magni præcento-
ris, id est, Christi: Resurrexi & adhuc tecũ sum. Post quem cantat cho-
rus ad significandum quòd ad Christi similitudinem alij sancti qui
erant in patria Deum laudabũt. Quod verò sequitur, Et adhuc tecum
sum. in hoc notatur æternitas in qua semper est cũ Patre. Cantamus
ergo hac die in Christi persona Resurrexi, &c. Sed tunc illud in perso-
na nostra, quando resurgentes, transibimus de hac mortalitate ad im-
mortalitatem: quòd significatur in hoc, quod dicetur in Euangelio: Et
transiens ministrabat eis. Ministrauit enim nobis cibum spiritualem
seipsum, sicut Iudæis dedit manna in deserto. Potest etiam dici, quod
5 Dominus per ora Prophetarum dirigens sermonem ad patrem, ait:
† Resurrexi & adhuc tecum sum, &c. In quo tria notant, scilicet suam
gloriosam resurrectionem, & Patris in passione protectionẽ & cogni-
tionem eius, per scientiæ suæ dilatationẽ per orbem. Resurrectionem
eius notat, cum dicit: Resurrexi, & adhuc sum tecum. &c. quasi dicat,
Non est ita, sicut Iudæus cogitauit, quod à te omnino sim derelictus,
& abiectus, tanquam immundus: Vnde deridendo dicebat Iudæus: Si
filius Dei est, liberet eum, quasi dicat, Non liberabit eum, quia de eo

non

non curat. Protectionem Patris in passione notat cum dicit: Posuisti
super me manũ tuam.quasi dicat,Protexisti me:non à passione,sed ab
eo,quod Iudęi intendebant:videlicet ab extinctione nominis mei ad
Ioan.11 quam intendebant:vnde dicebant:Si dimittimus eum sic, omnes cre-
dent in eum sed in hoc quòd me occiderunt, hoc quod ipsi timebant,
Ioan.1 consecutum est.Nam ego:qui sum granum frumenti,cadẽs in terram
multum fructum attuli:& tam de ista:quàm de illo primo laudandus
est pater.Vnde post vtrumque cantatur allelu-Ia. Scientiæ patris dila-
tionem notat, cùm dicit: Mirabilis facta est,&c. quasi dicat: Ex hoc
cognitio tua pater non tantum ad Iudæos, sed etiam ad Gentes dilata-
tata est:nam prius tantum in gente Iudæorum cognoscebaris, iuxta
Psal.75 illud: Notus in Iudæa Deus & quia ab vtroque populo cognosceris,
ab vtroque tibi laus offeretur:& idcirco duplex allelu-Ia sequitur &
ad id pertinet versus.Domine probasti me,&c. Sessionem meã, id est,
humilitatem in passione:& resurrectionem meam,id est,gloriã meam
in resurrectione. ¶ In † quibusdam tamen Ecclesiis tacetur verbum
illud Sessionẽ;& solùm dicitur Resurrectionem meã potest tamen v-
trumque dici,per quod duplex Christi natiuitas designatur, Sequitur
hymnus Trinitatis,scilicet, Gloria Patri qui in præcedentibus diebus
intermissus fuit propter ignominiam illatã Trinitati, in tertia perso-
na,scilicet in Filio.Nunc autẽ sublata ignominia illa,hymnus ille cẽ-
tatur. Hæc etiam in quibusdam Ecclesiis per cereos repræsentatur,
vbi tres cerei ante altare ardere consueuerunt: sed in tribus diebus
ante Pascha nõ ardent,nisi duo in signum,quòd tertia persona sublã-
ta est.Hac verò die tertius cereus reaccenditur in signum, quòd ipsa
Christi persona gloriosè redditur nobis. Post hoc dicitur collecta,in
qua ostenditur,quis sit resurrectionis & mortis effectus quoniã aper-
tio ianuæ regni cœlestis est effectus. Qualiter autem illã ianuam in-
trare debeamus:dicitur in epistola,quæ est prima ad Corin.v.cap.scili-
cet:Expurgate † vetus fermentũ id est, abiicite vetustatẽ à vobis:&
hoc est ire in Galilæam,id est,dę vitiis ad virtutẽ, & de virtute in vir-
tutẽ:sicut estis azymi,id est,esse debetis:vel estis per baptismũ. Qua-
re?Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus:quasi diceret:Co-
gnus,cùm dicit Christus. Christus autẽ, Pascha nostrum,id est,agnus
paschalis,& festum paschale Alia etiam ratione ipse est Pascha:quia
per ipsum,& ab ipso:& ad ipsum est nobis trãsitus prædictus. Non in
fermẽto veteri,neque in fermento malitiæ,id est, malæ voluntatis,&
nequitiæ,id est,prauæ intelligentiæ. Nequã enim est,qui de Deo ma-
lè intelligit:sed in azymis synceritatis & veritatis: id est, in accenso
affectu, & purificato intellectu:vel in synceritate charitatis, & puri-
tate fidei. Sed etiam plus dicit veritas, quàm fides. comprehendit
ẽtiam sapientiam & intelligentiam. † Sed videtur litera epistolæ in
contrarium. Si enim sumus azymi, id est, sine fermento, quomodo
expurga

expurgabimus vetus fermentum? quomodo etiam dicitur,vt sitis noua
conspersio: videtur enim dicere, Vt sitis azymi, sicut estis azymi: nam
noua conspersio nihil aliud est, quàm farina aqua conspersa, id est pa-
sta nondum fermentata.Sed est notandum,quòd duobus modis dicitur
quis peccare, scilicet peccato proprio vel peccato alieno cui consentit.
Erant enim illi quibus loquebatur Apostolus azymi, id est, sine proprij
peccati fermento: sed erant alieno peccato infecti dum non reprehen-
debant illum cum possent, qui patri suo propriam nouercam abstule-
rant qui inter eos erat. Vnde dicitur eis: † Expurgate vetus fermen-
tum,id est abiicite illum à vobis per excõmunicationem, vt sitis noua
conspersio, id est, sine fermento alieni peccati. Sequitur graduale quo
vtitur Ecclesia sancta propter nos, qui non habemus ad huc nisi resur-
rectionem animæ & expectamus resurrectionem corporis, scilicet
† Hæc dies, quam fecit Dominus exultemus & lætemur in ea: quia e-
xultando, & lætando itur in paradisum, sed cum labore & angustia &
cum maxima afflictione itur ad infernum, quia non est pax impiis,di-
cit Dominus.sed bonis est iucunditas,pax,& quies,maximè propter spem *Esai.58*
gloriosæ resurrectionis.Cantatur autem graduale,licet sit luctus labo-
rantium, propter baptizatos, qui arripuerunt laborem militiæ, vt per-
ueniant ad allelu-Ia æternæ lætitiæ: grandis enim labor eis supereſt.vt
partem habeant in secunda resurrectione. Et est sciendum, quod est
dies temporis,vnde hodie si vocem eius audieritis,id est, si in tempore
quo viuitis: & est dies æternitatis, vnde: Melior est dies vna in atriis
tuis super millia. Hanc diem hodierna festiuitas inchoat, & ideò re-
ctè demonstratiuè dicitur. Hæc est dies, &c. & hodie surrexit Domi-
nus,sed hæc dies, dum est aurora vel in ascensu vocatur dies salutis &
gratiæ: cum fueris in meridie, vocabitur dies æternitatis & gloriæ
Hæc declinium non sentit & ideò solennitas ista vesperum non ha-
bet,vt dicetur in titulo sequenti. Postmodum sequitur allelu-Ia cantus
quidam angelicus, scilicet, Pascha nostrum immolatus est Christus.j.
ad Corint. v. capit. quia ipsa est panis angelorum, in quem desiderant
angeli prospicere: etiam inquantum est homo. q. d. Laudate Domi-
num Deum: quia pascha nostrum immolatus est Christus. Deinde se-
quitur † Euangelium Marci. xvj. cap. qui habet figuram Leonis, quia
& Christus fuit Leo in resurgendo,& quia secundum ordinem legun-
tur Euangelia, prout in sequenti titul. dicetur. Est autem Euangelium:
Maria Magdalene, Maria Iacobi, & Salomæ emerunt aromata &c. Si-
militer oportet nos emere aroma bonæ voluntatis. Esai. Venite & abs- *Esai. 60*
que argento,& absque vlla commutatione, emite vinum,& lac,id est, *Proue. 8*
aromata virtutum, quibus vngitur Deus,quia deliciæ sunt ei,esse cum
filiis hominum: & sequitur ibi,quòd angelus apparuerit mulieribus in
vestibus albis: sed in Euangelio Matthæi, quod legitur in vigilia dici-
tur, quòd aspectus eius erat fulgur, & vestimenta eius sicut nix. & per
hoc notatur sicut dicit Gregor. quòd Dominus in iudicio terribilis,

appare

apparebit reprobis,& blandus iustis, vna facie, hoc enim erit ex diuersitate conscientiarum. Quia ergo blandus apparebit iustis: ideo ne nimis de resurrectione exultemus, sequitur in offertorio: Terra † tremuit & quieuit. In postcommunione quæ sicut & allelu-Ia sumitur de epistola, hortatur Ecclesia filios suos, vt cum fide veniant ad communionem, dicens Pascha nostrum, &c. Aiunt quidam quod illud quod dicitur in introitu. Resurrexi vox est sponsi ad sponsam,eam de morte sua in præsenti tempore consolantis,cui sponsa respondet: Posuisti,&c. vel est vox generis humani, quod in Adam cecidit & per Christum resurrexit. Cætera sunt concentus angelorum, & hominum de Christi resurrectione gaudentium.

SVMMARIVM.

1 *Officium septem dierum à Pascha te. & numer. 4. 5. vbi & num. 2. de* Σκηνοπηγία.
3 *Lucas Mariæ expressit simulachrum.*
6 *Officij ratio circa lectiones à Paschate vsque ad Trinitatem. & num. 8.*
7 *Neophytorum duæ hebdomadæ.*
8 *Paschalis vesperæ vnde incipiant.*
10 *Ad fontes fit processio,septem diebus à Paschate.*
11 *Psalmi duo circa fontes cantantur.*
12 *Serpens cum candela,qui defertur ad fontium processionem,quid notet.*
13 *Responsorium,& allelu-Ia,dicuntur diebus septem post Pascha.*
14 *Officium qualiter fiat septem diebus post Pascha, late idem, & discursum, num.15.16.19.20.*
17 *Christi resurrectio, ter nuntiata est.*
18 *Tempus Paschæ præcedens quid notet. Item quid sequens.*
21 *Allelu-Ia duplex, cur in octaua paschæ, & deinceps cantetur.*
22 *Ecclesiæ quatuor sunt status. Et vnde illi producantur.*
23 *Missa cur aliquando admittat vnum solùm responsorium, aliquando solùm allelu-Ia,aliquando etiam duplex.*
24 *Paschale tempus habet tantùm vnum allelu Ia,in diebus profestis.*
25 *Allelu Ia,duplex in dominicis diebus post octauas Paschatis.*
26 *Euangeliorum, quæ dicuntur hebdomadæ resurrectionis, ordinatio mystyca.*
27 *Petrus quid signet mysticè. Item quid rete.*
28 *Euangelistæ quod sibi non conuenire videantur super narratione resurrectionis dominicæ,tum de angelis,tum de testium num. Et qualiter concordentur. & num 29.30.*

De septem diebus post Pascha.

CAP. LXXXIX.

HÆc prima septimana paschalis temporis licet communiter † vocetur septimana in albis, tamen sequens magis propriè vocatur in albis

albis propter causas in præcedenti titulo positas,& est communis huic tempori & præcedēti. Est autem tota de septuagesima,quæ terminatur in sabbato in albis. Inde est quod tractus in sabbato paschali & graduale per totam ipsam hebdomadam dicitur, quod laborē significat: allelu-Ia verò,&c. cantica lætitiæ cātantur, vt dictum est sub dominica septuagesimæ, & hoc propter tempus regressionis quod incipit secundum quosdā in pascha,prout ibi dictum est. Isti ergo septem dies computantur cum septuagesima: quia hæc septimana est septima à quadragesima,per quam idem significatur, quod per septuagesimam, in cuius septima decade filij Israël acceperunt licentiam redeundi, & iam quasi liberi erant,idcoque diebus istis cantica lætitiæ inclamantur. ¶ Porro † omnes isti dies septem sunt quasi vna dies dominica, vnde semper cantatur in eis: Hæc dies, &c.& in præfatione dicitur: Te quidem Domine omni tempore, sed in hoc po.die glo.prædi.&c. & in eis semper agitur de resurrectione, ad ostendendum, quod per septem dona Spiritus sancti venitur ad veram resurrectionem,vel potiùs quia in tota vita ista, quæ per septem dies currit, debemus anhelare ad gloriam resurrectionis,quantum possumus sic & Pascha,in veteri Test.per septem dies celebratur,& Σκηνοπηγία,id est,factum tabernaculorū. Quæcumque enim hac die facimus, ideò facere debemus,vt in cœlo tabernacula nostra figam[9],quod erit per gloriam immortalitatis:vt ille qui crucifixus est ostēdat nobis suam deitatem,cum dicit in officio nocturno,Ego sum,qui sum.& cum dicit se esse illum, qui dixit Mosi: Qui est misit me ad vos. Exod. iij. siquidem pascha est hebdomadaria festiuitas, quia qualibet die hebdomadæ mutātur officia. In veteri enim Testamento tres habuerunt hebdomadarias festiuitates, scilicet Paschā, & Pentecostes, quas etiam nos habemus, licet ad aliud, quàm illi habuerunt:& Σκηνοπήγιαν, quam non habemus,nisi quodammodò vt dicetur in procœmio septimæ partis. Quidam verò scripserunt, quod festum Pentecostes non fuit in veteri Testamento festum hebdomadale, & quod in nouo Testamento habet septem officia propter septem Spiritus sancti dona:non quia sit festum hebdomadę,quia tres vltimi dies non habent omninò propria officia. Ad hoc notandum † est,quod cùm in vrbe Roma esset magna aëris pestilentia, Beatus Gregorius in tempore paschali ordinauit, vt imago beatæ Virginis, quæ in Ecclesia sanctæ Mariæ in ara cœli seruatur,quam beatus Lucas pinxisse dicitur,& eidem Virgini similis perhibetur processionaliter portaretur, & dum ante processionē reuerenter portaretur,ecce tota aëris infectio & turbulentia cedebat imagini fugiens,acsi eā ferre non posset,sic quòd post imaginem mira sanitas remanebat: tūc autem iuxta imaginem auditæ dicuntur tres voces angelorum canentium:Regina cœli lætare, allelu-Ia: quia quem meruisti portare, allelu-Ia: resurrexit sicut dixit allelu-Ia.statimque beatus Gregor.adiunxit: Ora pro nobis Deum,allelu-Ia: quæ antiphona ideò hoc tempore frequentatur: & tunc Gregor. vidit

supra

supra castrum Crescētij angelum Domini,qui gladium cruentatū tenens in vaginā reponebat. Intellexit ergo Greg. quod pestis illa cessaret: quod & factum est, vnde castrum illud exinde castrū sancti angeli vocatum est. Præmissa imago in Ecclesia beatæ Mariæ in ara cœli in vrbe super limē baptisterij seruatur, quam Romani Reginam vocant. Per hoc autem septem dies tres tantum dicuntur psalmi sicut in dominica resurrectionis: in hoc tamen interest secundum aliquas Ecclesias, quia tunc dicuntur cum tribus antiphonis,in his verò diebus cum vna sola.† Siquidem tamen ideò tres psalmi per hos septem dies baptismales dicuntur: quia qui purè baptizantur, septem Spiritus sancti dona suscipiunt,quæ per hos septem dies significantur.Suscipiunt etiam tres virtutes,scilicet fidem,spem,& charitatem,quæ per tres psalmos intelliguntur,quæ nobiscum vsque in fidem manere debent.Canimus ergo tres psalmos,vt recolamus nos hæc tria habere:antiphona verò vna cū quia vnus est à quo hæc omnia sunt. ¶ † Rursus verò, quia vt præmissum est, hæc tota hebdomada est, quasi vna dies dominica: inde est quod per omnes hos septem dies canimus psal. de nocturno dominici dici, vel eis adiacentes. Quædam tamen Ecclesiæ prætermittunt psalmos maiores & laboriosos,scilicet:Confitebor & Diligam te.quia neophytis omnia breuia debent proponi:& soror nostra parūula est,& verba non habet.& Apostolus. Lac dedi vobis potum, non escam. xxxv.q. v.quod scripsi. extrà de pœnis. & remiss. his qui. sed numerum supplemus per illos duos: Cùm inuocarem.Verba mea & ita xviij psal.percipimus vsque in sextam feriā.In sabbato autem sumimus tres de adiacentibus,quos in die dominica ad primā cantare solumus,scilicet: Dominus regit me.Domini est terra.& Iudica me.sed & illos duos, Deus, Deus meus re.& Ad te Domine leua. propter causam prædictā prætermittimus.In sequenti verò tempore multiplicandi sunt psalmi,licut & boni mores qui per psal.intelliguntur,per quos ad gloriam peruenitur, quā per totum tempus istud figuramus.in † quibusdam tamē Ecclesiis non dicunt nisi tres psalmos vsque ad pente. & hoc ex institutione Alcuini,prout dicetur sub dominica de Trinitate.Sed hoc nō bene fit hodie.Primum quia causa quare illud institutum fuit hodie cessat. Secundò,quia contra canonē Greg. faciunt prout dictum est in quinta parte sub titulo de nocturnis.Tertiò,quia inter canonicos regulares,& alios clericos,qui vsurpato nomine seculares dicuntur, nulla debet esse quò ad hoc differētia: nam & ipsi magna ex parte antiquitus regulares fuerunt.xxj.q.j.quia.& c.scimus,&c.sequent.&c. certè extrà.de vj. & honoriam.& certum est,quod canónici regulares in octaua resurrectionis dicunt in nocturnis nouem lectiones cum nouem respōsoriis,& ecclesia Romana.Qui enim dicunt,quod omnia facilia debent esse eo tempore,propter neophytos,illā facilitatem nimis extendunt.Nam † duæ tantū sunt hebdomadæ neophytorum,scilicet in pascha & pēt. & propterea concluditur eis in ascensione vbi sunt nouem responsoria & nouem

Cantic.3
1.Cor.8

& nouem psalmi cum suis antiphonis. Nulla enim est sufficiens ratio, quare in sequenti die post ascensionem dicamus tātum tres psalmos cum vna antiphona:de hoc dictum est in titulo præcedenti. Nempe † secundum Romanum ordinem in omnibus dominicis nouē lectiones dicuntur.de consec.dist.j.in die.licet Maguntiñ.consilium, à Pascha vsque ad Pente.tres tantùm instituerit esse legēdas,vt seruitium matutinum in die cantetur,quia in futuro Trinitas comprehendetur, & à Sanctis in luce Domino seruietur.Ad primam autem dicunt quidam per totam hebdomadam totum psalmū,Confitemini,&c.in quo præcipuè de Christi resurrectione agitur.Alij verò solū versum, Hæc dies,&c.quæ in prima & in alijs horis pro ea.dicunt.quia vitam illam figuramus : & in qua doctrina nulli necessaria erit, sed omnes docti gratulabimur & exultabimus.Psal.verò, Quicunque vult saluus esse, &c.toto isto tempore non dicitur,quoniā ad finem pertinet:hoc enim tempus significat octauā ætatem,vbi non erit fides, quæ euacuabitur, sed res quę cōprehenduntur:non erit figura,sed veritas.In quibusdam tamen Ecclesijs aliter obseruatur:quia vbi fides nō est, superædificari non potest.xxiij.q.j.vbi sana.j.q.j.cum Paulus. Minus tamen Symbolum,scilicet Credo in Deum ob eandē causam subiicetur ad primam. Nam cum venerit quod perfectum est,euacuabitur quod ex parte est. Vnde in condensi.id est,cōdensitatibus populi,vsque ad cornu altaris, id est,ad communionem non dicitur c.nec preces, vt dictū est in titulo præcedenti. Vespertinum † officium est huius festiuitatis claritate illustratum:non enim per,Deus in adiuto.quoniam in illa vita non sicut hic adiutorio indigemus.sed per Κύριε ἐλέησον inchoatur;quia vespertina hora sabbati paschalis baptisma fuit per Κύριε ἐλέησον inchoatum,& in Trinitatis nomine celebratum:& propterea eadem hora,& in eisdem verbis per totam hebdomadam hāc in festiuę regenerationis iucunditatem sancta Trinitas adoratur:vel per Κύριε ἐλέησον incipitur : quasi non existens per se officium missæ officio continuetur. Nam vt in ti.præce. diximus : dies hæc vesperam non habet,quia declinium æternitatis nō agnouit:tres psal.sub vno allelu-Ia,id est gaudio cantatur in quibusdam Ecclesijs,quia per fidē Trinitatis ad vnum æternitatis gaudiū peruenitur:vel hi tres psal.resurrectioni,quæ tertia die facta est,conueniunt Iesu Christo.Pro e.sequitur.Hæc dies:sicut in aliis horis,quia ibi nō erit necessaria doctrina,sed exultatio.Vel vt notetur sollicitudo baptizatorum adhuc peregrinantium, & laborantium:quia nondum habent gaudiū, nisi spei quo peruenitur ad allelu-Ia rei.Pro hymno sequitur allelu-Ia , quòd est proprius illorū cetuum hymnus.† Sanè descēdimus processionaliter ad fontes cū cereo per totā hebdomadam cantantes canticū exultationis , & populus sequitur,scilicet viri per se,& mulieres per se.quod fit in memoriā eius quod Hebręi Pharaone & suis in mari rubro submersis fecerūt, qui in gratiarū actiones de submersione hostiū per totā hebdomadā redibāt ad

Exod.14

ad mare, viti per se, mulieres per se, cantãtes illud canticũ Moysi: Cantemus Domino. Si quidẽ hostes nostri sunt dæmones: mare rubrum, est baptismus, in quo submerguntur omnes hostes, id est, vitia & peccata & dæmones, & inde etiã est quòd neophyta baptizati in sabbato sancto præcedente suo lumine. s. Christo, redeunte ad fontẽ baptismi his septem diebus gratias agentes, quia inimici eorum submersi sunt, scilicet vitia & peccata: & tunc circa fontes cantantur psalmi: Laudate pueri. s. nouiter baptizati, &, In exitu Israël de Aegypto: quia per baptismum de tenebris peccati eximus. Duo ergo psalmi circa fontes cantantur. † quia per geminam dilectionem ad fontem vitæ pertingitur, qui baptizatis & baptismo conueniunt. Baptizatis, vt Laudate pueri Dominum, &c. Est admonitio laudis ad neophytos: quia facti sunt pueri. i. à vitiis puri, pro quibus mater Ecclesia iubilat ad fontes, in laudem eius gratiæ: per quam meruit esse, quòd in cantico amoris audiuit: Fons hortorum, putens aquarum viuentium. Posteà transitur ad aliquod oratorium cum psal. In exitu Israël, qui cõuenit baptismo cum dicitur: Quid est tibi mare quod fugisti? & fit statio ad crucifixũ, & redduntur ei grates, quia ipse est, qui baptizat. Vnde in Euangelio: Super quem videritis Spiritum descendentem, &c. Hic est. qui baptizat. & salutatur, quia per crucem, & in cruce nacti sumus animarum nostrarum redemptionem. Rursus, per hos dies septem baptismales neophyti quotidie ad Ecclesiam ducuntur, sicut enim filij Israël licet transissent mare rubrum, in quo baptizati sunt, non tamen peruenerunt ad terram promissionis, nisi sub ducibus: Domino illos præcedente ex manna, & columna ignis eos præcedente: sic & ipsi his septem diebus sub ducibus. i. presbyteris patrinis & matrinis ducuntur ad Ecclesiam, & pascuntur corpore Domini, & cerei præcedunt eos, sic tandem in sabbato quasi peruenerũt ad terrã promissionis. Cereos autẽ quos in sabbato sancto dum baptizarentur habuerunt, per hanc hebdomadam in quibusdam locis ad missas & vesperas accendunt, & in sabbato in albis, & in sequenti dominica illos accensos offerunt sacerdoti. Siquidem luminaria accensa bona opera sunt, quibus, toto tempore præsentis vitæ quæ per septenarium ducitur, lucere debent. Offeruntur sacerdoti, quia post hanc vitam ad summũ sacerdotem. i. ad Christum cum luminaribus bonorum operum veniũt, iuxta illud: Venientes autem veniunt cum exultatione portantes manipulos suos. ¶ Potest etiam dici, quòd processiones vespertinales huius hebdomadæ reuersionem significant de captiuitate Babyloniæ. Hæc est enim hebdomada reuertentium, qui in fine suæ captiuitatis reuertuntur ad Deum: & vesperæ trina statione complentur. sicut & baptismus in Trinitatis nomine celebratur. Qui verò fontes non habent, non exeant, sed quinque psalmos quotidie dicant, & post collectam diei de cruce collectam adiungant. Eædem vesperæ quotidie repetuntur, quia prouna, & eadem die, tota hæc hebdomada reputatur. ¶ † In quibusdam ea etiam

Canti.12

Ioann.1

Psal. 125

etiam Ecclesiis, in his septem diebus, quando descenditur ad fontes antefertur quidam serpens imaginarius, super virgã: & candela nouo lumine accensa, super caput serpentis retorta affigitur, ex qua cereus paschalis, & omnes aliæ Ecclesiæ candelæ accenduntur. ¶ Circa quod sciendum est, sicut legitur Numeri xxj. c. quòd Moses in deserto erexit super palum serpentem æneum, vt qui percussi erãt à serpentibus, per illius sanarentur aspectum, in quo Christi passio præfigurata fuit. Vnde & Dominus ait in Euãgelio Ioan. Sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita & exaltari oportet Filium hominis. Ideò ergo serpens imaginarius fertur & aspicitur, vt Christi passio memoretur, & per hoc à vulneribus peccatorum sanemur. Nam serpens in palo, est Christus in patibulo. Item ideò in benedictione baptismi & cũ ad fontes descenditur, quia baptismus à Christi passione virtutem accepit, in quo etiam à peccatis sanamur, & mundamur, fit hoc in vesperis, quoniam ipse Christus fuit sacrificium vespertinum: vnde Psal. Eleuatio manuum mearum, sacrificium vespertinum ignis nouus ex silice excussus: Christ. passus est, qui est lumẽ de lumine, ex quo cæteræ candelę in Ecclesia illuminãtur, quia ipse illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundũ. Candela in c. serpentis retorta, est spinea corona in capite Christi posita. In completorio verò in quibusdam locis prętermittitur Psal. Qui habitat, sicut in prima psal. Quicunque. ¶ In his † autem sex diebus, dicitur ad missam responsorium & allelu-Ia, vt infrà dicetur. Et dicitur primò responsorium, & post sequitur allelu-Ia, & hoc triplici de causa. ¶ Primò, quia in laboribus vitæ præsentis exultandum est, iuxta illud: Hilarem datorem diligit Deus. xxiij. q. vj. § ex his. ideò tunc post graduale, & versum conuenienter sequitur allelu-Ia, quod est vox lætitiæ. ¶ Secundò, responsorium actiuam, Allelu-Ia verò contemplatiuam vitam significat. Responsorium enim significat actionem quam sancti exercebunt in resurrectione corporum, quæ erit in omni lætitia, prout verba responsoriorũ huius temporis declarant, quę omnia siue versus eorum, excepto, eo, qui cantatur in tertia feria, prout ibi dicetur, sunt de psalmo cxviij. Cõfitemini Domino. qui psalmus sonat confessionem laudis, & est de æterna lætitia: quia igitur omnis illa laus confessionis siue actionis ad gaudium & Dei glorificationem tendit, meritò ad allelu Ia concludendum est, & quoniam eadem actio nihil aliud est, quàm laus Dei, ideo ad hoc ostendendum post hos sex dies continuè canitur sine responsorijs, allelu-Ia. ¶ Tertiò, ideò mihi sex diebus hoc fit quia senarius numerus ad opera, sicut septenarius ad requiem refertur. Qui enim vult peruenire ad requiem, oportet eum primò toto tempore præsentis vitæ bene operari. ¶ Circa hoc sciendum est, quod Ecclesia his diebus sanctorum actus in corpore cum fine lætitiæ recolit, sic incipiens actum, vt perringat ad quietem: primus dies mandat. septimus requiem gestat, octauus glorificat. Nempè responsorium, illam actionem significat,

Ioann.3

Psal.140.

Ioan.1

quam sancti in resurrectione corporũ exercebunt: animæ quippe sanctorum ante resurrectionem corporum in quiete sunt, sed dum illam recipient, in actione erunt, & tunc sic erit actio, vt non designat quies: in quiete quidam erunt, quia non laborabunt, nec cogitationibus fluctuabũt, nec erit etiã in quiete illa segnities desidiosa, sed sic ab huius vitæ operibus in fine quiescent, vt in alterius vitæ actione gaudeant. Hæc autem actio ideo nobis per numerum senarium in memoriam reducitur: quia sicut septenarius numerus requiem, ita senarius opera responsoriorum significat. ¶ Per respõsoria enim intelligimus sanctorum actiones quę erunt cum omni lætitia vt iam dictum est. ¶ †Et nota, quod prędicti versus, qui canuntur his septem diebus, cũ responsorijs dicuntur, ex ordine quo positi sunt in psalmo, Confitemini, vnde sumpti sunt, exceptis duobus, in quibusdã ecclesijs præposterè ponuntur: nam in quinta feria dicũt versum Benedictus, qui venit in nomine, &c. qui ibi, ponitur vlti. & in feria sexta ver. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, &c. Et hoc ideò, quia in illo plenius agitur de passione Saluatoris, quàm in aliis versibus ibi positis, & ideò merito illa die cantatur, in qua passus fuit. Nec † omittendum, quòd in quibusdam Ecclesijs in his septem diebus duo in albis superpellicijs incipiunt responsorium: Hęc dies & in alijs quosdam tropos retro altare, quòd repræsentat sepulchrum pro eo quòd corpus Iesu in eo sacramentaliter collocatur, & consecratur, & gerentes typum duorum angelorum, qui stantes in sepulchro Christum resurrexisse retulerunt. Verba enim illa. Hæc dies quam, &c. ad resurrectionis diem pertinere noscuntur. ¶ Rursus † cantando post altare repræsentat Apostolos & mulieres timentes, & Christum resurrexisse, dicere publicè formidantes. Fit autem hoc ad laudes, & ad tertiã & vesperas. ¶ Primò, eo quòd in his tribus specialiter horis Christi passio est expleta. nam mane, captus & illusus. in tertia flagellatus & lignis crucifixus. in vesperis, de cruce depositus, & sepultus est. ¶ Secundò, in signum † quòd resurrectio tribus vicibus nuntiata est. ¶ Primò, secundum Marcum & Matt. per vnum angelum qui secundum August. stabat in monumento non directè, sed quasi ad ostium. ¶ Secundò, per duos angelos, qui secundum Ioan. stabant intus. ¶ Tertio per ipsum Christum iuxta monumentum. ¶ Fit etiam hoc in quibusdam ecclesiis ad missam, eo quòd illa in altari celebratur, super quod Christi corpus consecratur. Ideo autem à pascha vsque ad octauam pentecost. canitur allelu-Ia fere in omnibus antiphonis & responsoriis nocturnalibus, & in offerendis, & postcommunionibus, vt celebratio temporis post resurrectionem reducat nobis ad memoriam vitam contemplatiuam, sicut tempus quod est ante pascha, reducit ad actiuam. Tempus † enim ante pascha, quod in ieiuniis & orationibus agimus significat ærumnas huius vitæ & tribulationem captiuitatis, in qua dum sumus cantica lætitiæ subticemus. Tempus verò post pascha significat beatitudinem &

& perpetuam exultationem, in qua post resurrectionem erimus, & ideò relaxatis ieiuniis canendo allelu-Ia, quòd interpretatur, Laudate Dominũ, frequẽtamus: de quo dictũ est in proœmio huius partis. 19 ¶ Illud † tñ notandũ est, cp in quibusdã Ecclesiis in hac hebdomada allelu-Ia cantatur, in missa sine finali melodia, & versus & antiphonæ sine neuma: sed in sequentibus cantatur cum illa, & hoc ideò, quia in hac cantamus pro Domino nostro, qui in anima & corpore per resurrectionem iam factus est gloriosus, ac illa finalis melodia expectationem nostrã significat, vel etiam sanctorum stolæ expectationem. Taceamus ergo, quia habemus quod optamus. Paruuli nã uę plorant, cùm panem non habẽt, sed cùm habent, quod desiderãt; tacent: ita & 20 nos quasi ploramus alio tempore, quia non habemus quod desideramus, & sancti quasi in desiderio sunt expectationis. In † quibusdam Ecclesiis in magnis solẽnitatibus tacetur illa melodia in signũ, quòd sancti pro quibus celebramus, certi sunt, quod secundam stolã, quam expectant, amittere non possunt. Iubilus quidem diuersa notat, vt dic. 21 tum est sub natali. ¶ Porrò in istis † octo diebus cantatur pro memoria neophytorum, & singulis diebus singula denotata sunt officia, quod non fit in toto tempore, vsque ad pentecost. & in primo die, scilicet in sabbato sancto, & in octaua duplices laudes ponũtur. In primo enim dicitur allelu-Ia, Confitemini. & tractus: Laudate Dominũ omnes Gentes. In octaua vero, dicitur duplex allelu-Ia, quod ideo fit: quia prima vita nostra, quæ fuit ante peccatum, beata fuit, sed non sempiterna: sed vita quæ erit in septima quietis erit beata & sempi- 16 terna: quia ergo prima vita fuit beata, ideireo cantatur primò allelu-Ia, quòd est vox angelica in lingua Hebraica, quia dignior est, sed quia non fuit sempiterna, ideo humiliori lingua Latina cãtatur tractus: Laudate. Quia vero vita, quæ erit in septima ætate, erit beata & sempiterna, ideo in sabbato in albis, qui est dies septimus, duplex allelu-Ia cantatur propter duplicem stolam, vt ibi dicetur. Nam vita illa, quæ in septima quietis dabitur, non tolletur in octaua ætate, quæ per octauum officium intelligitur licet potius consumabitur. ¶ Circa 21 cantica lætitiæ notandũ † est quòd quatuor sunt status Ecclesię. ¶ Primus, est culpæ. ¶ Secundus, est culpæ & pœnæ. ¶ Tertius, pœnæ & gratiæ. ¶ Quartus, gratiæ & gloriæ. Primum repræsentat Ecclesia in septuagesima, ideo subticet. Te Deum Laudamus, & allelu Ia, quia non est specioſa laus in ore peccatoris. Et gloria in excelsis Deo, quia positus est inter Deũ & homines paries inimicitiarum. ¶ Secundũ repræsentat in aduentu, ideoq; & supradicta cãtica subticentur, prꝫter allelu-Ia, quia lex data Deũ intelligere docuit, & laudare. ¶ Tertiũ, repræsentat in æstiuo tẽpore, ideoq; propter gratiam acceptam in festiuis ista cantãtur: sed propter pœnam ista in ferialibus subticentur, prꝫter allelu-Ia, quod etiam quotidie frequẽtatur: quia spes de resurrectiõe futura non infirmatur. ¶ Quartum repręsentat inter octauas paschæ

& penteco. ideoq; supradicta cantica lætitiæ frequentantur, & multiplicantur quia tamen nondum habemus gloriam quam expectamus ideo Te Deum laudamus, & Gloria in excelsis, in ferialibus subticemus, & in dominicis, in quibus quasi duplicem resurrectionē repræsentamus, & etiam in festis sanctorū, in missa duo allelu-Ia cātamus: sed in ferialibus vnū, vt iam dicetur. Nec te moueat quòd nō rectum, sed præposterum ordinem ecclesia repræsentat, eò quod erunt nouissimi primi, & primi nouissimi: sic ergo varietas dierum & statuū humanorum, varietatem inducit officiorum. ¶ Quærendum † tamen est, quare diuina officia ita distinguuntur, vt alia celebrentur cum solo responsorio, alia cū solo allelu Ia, & hæc quādoq; cum simplici allelu-Ia: quandoque cum duplici alia simul cū responsorio, & allelu-Ia, alia cū responsorio, & tractu, & alia cū allelu-Ia & tractu. Dici potest quod dies ieiuniorum, quibus responsorium sine allelu-Ia cantur, recolunt actus eorum, qui presbyteris grauia confitentur vt ab illis cōsilium accipiant pœnitendi. Ipsi ergo dies aguntur cū solo responsorio per quod vita actiua intelligitur, quæ in labore ducitur, sine allelu-Ia, quod est canticum lætitiæ, quia Ecclesia dolet, pro talibus tanquam pro membris vulneratis, & nondum sanatis. ex eo enim, quod allelu-Ia dimittitur, robur ecclesiæ monstratur, quod habet de suis vulneribus nondum sanatis. Præterea ideo tunc nō dicitur allelu-Ia: quia nō est pulchra laus in ore peccatoris. In dieb. vero festis, quæ sunt ab octaua paschæ, vsque ad octauam penteco. simplex allelu-Ia sine responsorio canitur † Primò, quia dies illa vitam contemplatiuā significant, quæ erit post resurrectionem in qua responsorium non erit, quia pœnitentiæ actus ibi superfluus erit: sed tantū allelu-Ia canitur de perceptra immortalitate. Secundò quia tūc pro illis canimus, quia iam sunt in patria, ad quos iā non pertinet actio laboriosa, quam responsorium notat: sed sunt in Dei contēplatione, & exultatione, quę intelligitur per allelu-Ia. Tertiò, quia ante resurrectionem corporum nostrorum anima sine corpore Deū laudabit. Quartò quia sancti ante diē generalis resurrectionis simplicem tantū recipiūt stolā, scilicet animæ. Rursum in priuatis feriis, Gloria in excelsis, & duplex, allelu-Ia non dicitur, quia nondū habemus perfectā iustitiā, nec gloriam quā expectamus. Sed quia Ecclesia iā primā habet resurrectionē, ideo alio tēpore semper allelu-Ia canitur præterquā in septuagesima, vt dictum est in prooemio huius partis, & sub tit. de tēpore aduentus. In octauis verò paschæ & sabbato in albis, duplex allelu-Ia dicitur: quia tūc tempus resurrectionis repræsentamus & in requie, quę erit in resurrectione, duplicem stolā, scilicet, animę & corporis percipiemus, quia erimus in vtroq; hoīe id est, in anima & corpore glorioſi, erimus enim incorruptionis gloria vestiti. ¶ In dominicis † quoq; quę sunt ab octaua paschæ vsque ad octauam pente. duplex allelu-Ia dicitur, tum quia in resurrectione, quam ipsi dies significabant, corpus simul cum

cum anima laudabit Deū, tum quia duo sunt, vnde lætari debet anima in die sempiterna: vnum de perceptra lætitia, aliud de percipienda in resurrectione: tū quia resurrectio Domini, quę facta est in die Dominica, est causa nostræ resurrectionis futurę, & ideò in omnibus dominicis, quasi octauā dominicæ resurrectionis repræsentamus. In ferialibus vnum, quoniā ante resurrectionē anima vna duntaxat fruitur beatitudine. ¶ Rursus ideò vsq; ad octauā pente. quia in octaua ęternitate in qua erit corporum resurrectio erimus vtroque homine glorioſi. In omnib. quoq; festiuitatibus illo tēpore occurrentibus duplex allelu-Ia dicitur: & hoc primò propter requiem & fruitionem: secundò, quia illi iā de duobus gaudēt, scilicet, de æterna quiete, & diuina visione: tertiò, quia cum iā habeant gloriā animę, secutę sunt de gloria corporis: quarto, quia tūc vnum allelu-Ia canitur, quia quieſcunt: aliud quia Deum vident. Sex verò dies paschales, videlicet inter sabbatum sanctū, & sabbatum in albis, & dominici dies, arq; festiui, quos celebramus ab octauis pente. vsque ad septuagesimam in quibus responsorium, & allelu-Ia canitur, recolunt actus eorum, qui eleemosynas largiendo, infirmos visitando, & solum, quę bona sunt, operādo, perseuerantiam habendo in sanctitate, quam in baptismo receperūt, sine dubio ad contemplationem Dei perueniunt. Inde est, quòd responsorium quòd vitam actiuam significat, sequitur allelu-Ia, quod significat contemplatiuam: sed tunc vnum tantū, siue simplex allelu-Ia dicitur, propter causas supradictas: prius aūt dicitur responsorium & postea sequitur allelu-Ia, prout supra dictum est. Dominici autem dies & æstiui, à septuagesima vsq; ad Pascha, quorū responsoriis non allelu-Ia, sed tractus subditur, recolunt eos, qui sunt in bonis operib. sed videntes laborem viæ timent casum: nam tentationibus tunduntur, sine quibus hæc vita non ducitur. Inter responsoriū enim & allelu-Ia tractus est medius, qui neque in tanta lætitia est, sicut allelu-Ia, neq; in tanto opere, vt responsorium. In sabbato vero sancto gaudētes pro neophytis nostris, quia ab omni peccato liberati sunt, canimus allelu-Ia: sed quia eos trahēdos variis videmus, laboribus, tactū adiicimus per quē labores intelliguntur, de quo dictum est sub tit. de septuagesima, & in prooemi. huius partis. Quomodo officia istorum septem dierum, & officia dominicarū, quæ sunt inter Pascha & Penteco. adaptentur septē donis Spiritus sancti, sub vigilia ascensionis & sub sabbato in albis dicetur. ¶ Circa Euangelia, quæ hoc tempore leguntur, sciendū est, quòd omnia pertinent ad resurrectionē & iuxta ordinē scriptorum ponuntur. Matth. enim primo scripsit. ij. Mar. iij. Luc. vlt. Ioan. Vnde primò ponitur Euangelium Matth. in vigil. Paschæ, In ipso vero die Paschæ Euangelium Marci, in secunda & tertia feria Euang. Lucæ, in quarta & quinta feria, & in sabbato Euangelium Ioan. in sexta feria interponitur Euang. Matth. ¶ † Sanè in Euangeliis vigiliæ, & diei tantum agitur de annuntiatione resurrectionis

ctiõis,facta per angelũ:in aliis de visione.Cõueniebat enim, vt prius annuntiaretur Domini resurrectio, vt postea ad maiorem fidem faciendam corporaliter ipse ab hominibus videretur.Tria verò à Ioanne Euangelista omnino præposterè posita sunt. Primum namque fuit quod legitur in sabbato:postea quod legitur in quinta feria,& aliquãto tempore,post quòd in quarta feria legitur. Nam Maria Magdale. cum venisset ad monumentum & non inuenisset corpus Dñi,sublatũ credidit, & cucurrit & nuntiauit Petro & Ioanni qui cucurrerunt ad monumentum & Ioan.præcucurrit,sed non statim intrauit:sed Pet. tandem veniens intrauit,& postea Io.intrauit:& cum nõ inuenissent redierunt ad propria:hoc legitur in sabbatho.Illis redeuntibus Maria remansit ad monumentum,& inclinans se in monumento, vidit vnã angelum sedentem ad caput,alium ad pedes,qui dixerũt.Maria quid ploras?quæ dixit:Quia tulerunt Dominum meum, & nescio vbi posuerunt eũ:& tunc conuersa retrorsum vidit Iesum, qui dixit ei,mulier quid ploras?quẽ quæris?& illa respiciens & hortulanũ eũ credens dixit:Domine,si sustulisti eũ,dicito mihi, & ego eũ tollã, hoc legitur in quinta feria.Aliquanto tempore post Petrus iuit piscatum cum sex aliis ad mare Tyberiadis, vbi Dominus apparuit eis in litore: & hoc legitur in quarta feria. Sed quare hæc omnia?Solutio.In quarta feria cantatur hoc,quod cãtabitur Sanctis in die iudicij: Venite benedicti Patris mei,&c.& in illo Euangelio, quod eadem die legitur dicitur, quòd Dominus apparuit Discipulis in litore maris.Et hoc bene conuenit. Nam per littus maris, vt dicit beatus Gregorius super illũ locum,finis intelligitur mundi:in quo Dominus apparebit suis gloriosus,& tunc Petrus † trahet ad litus rete plenum magis piscibus,centum quadraginta tribus,nec tamen scindetur rete.Per Petrum,intelligitur ordo sanctorum prælatorum,qui de fluctu huius seculi,ad littus stabilitatis æternæ ducent eos,qui per ipsos conuersi fuerint:sed hoc attribuitur soli Petro,propter Ecclesiæ vnitatẽ.Sed quare legitur in sabbato in albis Euangelium:quod tũc legitur?Respõdeo,quod officium illius sabbati eum officio præcedentis sabbati sancti in multis conuenit.Nam in præcedenti sabbato duplex laus cantatur,sicut & in hoc lectioni conuenit,quia in lectione præcedentis sabbati dicitur: Quæ sursum sunt,sapite:non quæ super terram & in lectione sequẽti dicitur, Deponentes omnem dolum, &c. & itaque tanquã lapides viui ædificamini quòd nihil aliud est,quàm quæ sursum sunt, sapere. Cõueniebat igitur,vt Euangelium correspõderet Euangelio, quòd fit in eorum principiis. Nam in Euangelio præcedentis sabbati dicitur,Vespere autem sabbati,quæ lucescit in prima sabbati,id est, diluculo,venit Maria Magda.& in Euangelio sequen.dicitur: Vna sabba. Maria Magdal.venit ad monumentum,cùm adhuc tenebræ essent:q̃ idem est.In hoc tamẽ videtur differentia,quia dicitur ibi,quòd venit Maria Magda.& altera Maria.hic nõ fit Mentio,nisi de Maria Magd

Sec

Sed vt ait August.in lib.de Cõcordant.Euangelistarum,ideò Ioannes solam Mariam Magda.nominat, quia fuit cæteris feruentior:nec tamen ideò cæteras excludit. Euangelium verò Matth. legitur in sexta feria,quia Dominus per passionem meruit tibi dari potestatem in cœlo,& in terra,vel potius datam notificari:& quia Dominus in sexta feria passus est,idcirco legitur in Euãgelio Matth. in sexta feria, in qua Dominus ait discipulis: Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.Vnde Apostolus: Christus factus est pro nobis obediens Patri, vsq; ad mortẽ:mortẽ autẽ crucis:propter quod & Deus,&c.Vbi ergo ponereturEuangelium,in quo agitur à Ioan.de prima visione Domini,quæ facta fuit Maria Magd. nisi in quinta feria?In prima enim die non poterat poni prædictis de causis,nec in secunda,nec in tertia,nec in quarta,nec in sexta,nec in sabbato.Vnde restat, quòd in quinta feria necessario poni debuerit,Aiunt quidam, quòd licet in secunda feria legatur Euangelium de apparitione Domini,facta Discipulis euntibus in Emaüs,non tamen illa facta fuit in ea die, sed in præcedenti. Decem etenim apparitiones post Christi resurrectionem in euangeliis inueniuntur,ad fidem nostram confirmandam: quinque in prima die,& quinq; posteà.Sed in Apostolo dicitur,quòd in die resurrectionis apparuit Ia.& quingentis fratribus simul.Et sicut quidã dicunt in ipsa etiam die primò apparuit matri, vt dictũ est in quarta parte, sub tit.de accessu pontificis ad altare,& etiam Ia.qui votum vouerat non comedere, sed & Ioseph, qui pro eo tenebatur in carcere. ¶ Verùm † quia de visione angelorum,& de Mar.Magd.Euangelistæ discordare videntur,ideò aliqua super hoc præter propositum dicamus. Nam Mar. dicit quod mulieres viderunt angelum sedentem super lapidem qui tamen erat extra monu. Marcus dicit, quod introëuntes ipsæ in monumentum,viderunt eum sedentẽ à dextris.Ioan.dicit,quòd Mar. Magd.vidit duos angelos,vnum ad caput,& alium ad pedes sedentes. Luc.dicit,quod duo angeli stantes dixerunt Mariæ Magd.& aliis:Cur quæritis viuentem,&c. Ioan.dicit solam vnã venisse:scilicet Mariam Magd.Mat. duas, scilicet eam & aliam. Mar.tres,scilicet eam & Mariam matrem Iac.minoris, & Mariam filiam Salomæ, quæ fuit mater filiorum Zebedei,scilicet Iacobi minoris, & Ioan.Euangelistæ secundam Chryso.tantum Salomæ filia fuit. Lucas plures dicit, dicit enim: Erat autem Maria Magda. & Ioanna & Maria Iaco. minoris subaudi mater,& cæteræ quę cum ipsis erant,& aliæ quas nõ numerant Euangelistæ.Ecclesia tamen tres Marias repræsentat. Rursus Matth.dicit, quod mulieres certificatæ per angelum,inter quas erat præcipuè Maria Magda.denuntiauerũt Apostolis Dominum resurrexisse:& Ioan. dicit quod Mar.Magd.nunciauit Petro & Ioan. eum sublatum fuisse. Vera quidem sunt omnia, quæ dicunt Euangelistæ in his,& non sunt aduersa,sed quod vnus minus dicit,alius supplet.†Verum enim est sicut narrat Matth. quòd primò viderunt angelum sedentem super la-

Z 5 pidem,

pidem,quem reuoluerat ab ostio monumenti:qui & dixit eis eum resurrexisse.& adiecit. Venite,& videte locum vbi posuerunt eũ:& tunc ipse surgens præcessit eas in monumentum, & sedit in dextris : sicut narrat Marc. post Mariam Magdalenam,vidit vnũ ad caput, & alium ad pedes sedentes,sicut dicit Ioan.Qui dixerunt ei:Mulier, quid ploras?& nuntiauerunt eum resurrexisse & tunc surrexerunt ipsi vt apparerent ei stantes,sicut dicit Luc.vt in hoc,quod surrexerunt,Dominũ surrexisse ostenderent:& cùm starent dixerunt ei & aliis:Cur quæritis viuentem,cum mortuis:id est,eum qui resurrexit? Cur quæritis in sepulchro,quod est locus mortuorũ. Ambrosius dicit duas fuisse Marias Magdalenas, vnam quæ secundum Matthæum, sciuit Dominum resurrexisse:aliam,quæ secundum Ioannẽ nesciuit,sed corpus sublatum credidit. Augustinus verò de † Concordan. Euangelistarum sic soluit:dicit enim,quod cùm Maria Magd.cum aliis veniret dicendo: Quis reuoluet nobis lapidẽ ab ostio monumenti?cum adhuc aliquantulum longè esset,vidit lapidem reuolutum,& statim cucurrit ad Petrum & Ioan. & significauit eis corpus Domini, fuisse sublatum, qui venientes inuenerunt monumentum vacuum, & credentes quod fuisset sublatum,redierunt.Maria autem iterum adiunxit se aliis, & propius accedens cum eis,vidit angelum sedentem super lapidem:& dixit eis,Cur quæritis in sepulchro quod est locus mortuorum.Mat.&c.sicut superius dicta sunt Zacha. qui composuit vnum Euangelium, ex quatuor aliter soluit.Dicit enim, quod Mar. Magd. & aliæ venerunt ad monumen. & viderunt angelum sedẽtem super lapidem,sicut dicit Mat.& post in monumẽto sicut dicit Mar. & inde duos stantes vnum ad caput,alium ad pedes, sicut Luc. dicit, scilicet illum priorem cum alio,vel eo disparente,alios duos,qui dixerunt:Cur quæritis viuentẽ: cum mortuis, & significauerunt eum resurrexisse. Alij crediderunt verbis eorum:Maria remansit incredula.vnde aliæ nunciauerunt Discipulis Dominum resurrexisse:illa nuntiauit Pet. & Ioan. eum sublatum fuisse qui post aduentum & recessum eorum sola remansit, ad monumentum , & inclinans se in monumento vidit duos angelos sedentes,vnum ad caput:& alium ad pedes,sicut dicit Ioan. qui dixerũt ei:Mulier,quid ploras?& illa respondit:Quia tulerunt Dominũ meũ, & nescio,vbi posuerunt eum:& cõuersa vidit Dominum qui dixit ei. Mulier:Quid ploras?Quem quæris?& illa putans eũ hortulanum esse dixit: Domine,si tu sustulisti eum,dicito mihi,& ego eum tollam. Et tunc Dominus eam ex nomine nominauit , & ipsa tunc eũ cognouit: & post plures locutiones angelorum,tunc primò credit,& voluit procidere ad pedes Domini,& Dominus dixit ei : Noli me tangere nondum enim ascendi ad Patrem meum. subintelligitur , In corde tuo, quasi dicat:Quem quæris,tanquam mortuum , non credis Patri esse æqualem.& adiecit Dominus:Vade,& dic fratribus meis:Ascendo ad Patrem meum,& Patrem vestrum,&c. id est,in proximo est, vt ascendam.Et

dam.Et ipsa cœpit ire iam certificata:& inuentis aliis mulieribus iuit pariter cum eis,hoc nuntiare Apostolis & in illa via apparuit eis Dominus,dicens:Auerte,quæ accesserunt & tenuerunt pedes eius.Prędictum autem modum loquendi : in quo generaliter dictum est , quod mulieres iuerant nuntiare Dominum resurrexisse:cùm tamen Maria, quæ erat vna de illis tunc incredula fuit sæpè in Scripturis inuenimus sicut & Dominus Discipulis:Et me scitis,& viam meam scitis cum tamen quidam essent inter eos,qui hæc nescirẽt. Vnde Dominus:Tanto tempore vobiscum sum,& nõ cognouistis me,&c. sed illud primò dictum est scientibus,istud ignorantibus. Ita etiam dicitur quod Dominus in ascensione apparuit discipulis & exprobrauit incredulitatem,& duritiam cordis eorum, quia his, qui viderant eum surrexisse, non credideranr,cum tamen aliqui inter eos fuerint qui iam crediderant sicut Petrus,& alij plures:sed illud primò dictum est de incredulis.Hæc opinio videtur probabilior,quàm secũda.Et quod dixit Ambro.non est credendum:quod dixerit asserendo , sed aliorum opinionem referendo , licet eam argumentis probare videatur quibus iuxta prædictam opin.leuiter respondetur,& forè totum quod ipse induxit per interpretationem soluitur.v.g.quod ipse dicit,quod vna Maria fuit secundum Matt. quæ sciuit eum surrexisse, hoc est falsum : quia aliis credentibus verbis angeli ipsa remansit incredula. Augustin. verò non sic fuisse dicit, vt narrat,sed narrat ita potuisse fuisse. vnde probabiliori sententiæ non præiudicat.

Ioan.13

Mat.vlt.

SVMMARIVM.

1 *Feria secunda post Pascha,officium.& nu.2.3.*

De secunda feria Post Pascha. CAP. XC.

1 QVia † per gloriam resurrectionis impleuit Dominus,quę promisit in vetęri Testamento, vt videlicet introduceret nos in terrã fluentem lac & mel , ideò dicit Ecclesia introitu huius secundæ feriæ: Introduxit Dominus in terram fluentem lac & mel. Exod. xiij. quia Christus iam introductus est:& Ecclesia triumphãs in re, Ecclesia vero militans in spe. Epistola sumitur de Actibus Apostolorum x. cap. Stans Petrus in medio,&c.& intendit probare passionem Christi & re-
2 surrectionem:vnde dicit:Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent.¶ † Euangelium,Duo ex Discipulis.Luc.xxiij.c.concor.epistolę de apparitione Domini Discipulis euntibus in Emaus:ibi enim habetur,quod cognouerũt eum in fractione panis.Quid est fractio panis, nisi expositio Scripturæ:ibi enim cognoscitur Dominus.Responsoriũ vero concord. cum introitu:Dicat nunc Israël. Allelu-Ia. nónne cor nostrum erat ardens,&c. Est de Scripturarum expositione.In aliis Ecclesiis dicitur Allelu-Ia,Angelus Domini.Mat.vlt.cap. Offertorium: Angelus Domini,&c. est de testimonio Apostolorum. Postcõmunio:

Surrexit

Surrexit Dominus, &c. Luc.vlt. cap. est de apparitione quæ facta est Petro. Multiplicat igitur apparitiones, vt dictum est ad confirmandū fidem. ¶ Sanè ex † hodierno Euangelio sumitur allelu-Ia Nonne, & offerenda: Angelus Domini ex eo, quod ibi dicitur, mulieres visiones angelorum vidisse, qui dicūt eum viuere. Similiter & communio: Surrexit Dominus ex eo, quod ibi dicitur. Surrexit Dominus verè. & apparuit Simoni. Ad pietatem ergo pertinet hoc officium. in quo continetur rememoratio Scripturarum, & per pietatem accedit ad mansuetudinem: mansuetis autem terra promittitur illa. de qua dicitur: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram fluētem lac & mel. Vnde in introitu dicitur: Introduxit nos Dominus in terram fluētem lac & mel. Et sunt hæc verba Mosi populum post esum agni de Ægypto ducentis. Introduxit inquam spe. sed in illa posteà introducet re, quam Caleph dedit Axæ, filiæ suæ irrigatam irriguo superiori & inferiori. Irriguum inferius, timor est, superius, amor. Caleph etenim qui quasi cor interpretatur, dat animæ deuotionē, cum timore pariter & amore, ¶ In hac ij. feria fit in vrbe statio, apud sanctum Petrum, propter hoc, quod in Euangelio habetur: Et apparuit Simoni & quia ibidem dicitur: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis? quia ipse præ cæteris magis arsit, Dominum diligendo. Hac die pisces viuos inspicimus recolentes cum gaudio, quod Dominus ad probationem resurrectionis partem pisces assi comedit: & in tertia feria ad fontes imus, vt ibi dicetur, & mulieres verberant viros, & iam in his tribus diebus est feriandum, prout sub pascha dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Feria tertia post Pascha, officium. num. 2. 3. 4.*

De tertia feria post Pascha. CAP. XCI.

1 IN tertia feria † ostēditur, per quod habeatur hæreditas cœlestis patriæ. Ostensio verò in secunda feria, quod in terram fluentem lac & mel iam introduxit nos Deus in spe, & posteà introducet in re, modò ostendit per quod habeatur, quia per diuinam scientiam siue cognitionem Domini nostri: vnde hæc tota feria est de cognitione siue sapientia Dei, & inde introitus est: Aqua sapiētiæ, &c. Eccle. xv. ca. & est septimi toni: quia in septem donis Spiritus sancti, est ista sapientia. In epistola: Surgens Paulus Act. xiij. cap. ostenditur passio Christi & resurrectio, per quam hic sapientia habetur. Qui enim veram fidem habet de his, habet saporem Dei. Hæc autem cognitio, est dies, quā facit Dominus. de graduali ergo patet. Et † nota quod cùm omnes graduales versus huius hebdomadæ sumātur de psalmo cvij scilicet, Confitemini. qui est nouus post, Dixit Dominus hodiernus sumitur de psalmo cvj. scilicet Confitemini. qui est decimus in matutinali. Cantatecò, quod iste psalmus exhortatur fideles ad lau. Dei, qui per sapientiā suam redemit & liberauit eos de quadruplici tentatione: quia liberauit eos de necessitatibus eorum, id est, ab infidelitate & quia liberauit eos de necessitatibus eorum, id est, à praua consuetudine, & liberauit eos à tædio bonæ actionis, & eduxit eos à versutiis hæreticæ impugnationis. Allelu-Ia est: Surrexit Dominus, & apparuit mulieribus, vel secundum alias ecclesias. Opportuit: quod sumitur de Euangelio: in aliis etiam dicitur: Surrexit Dominus verè. Luc. vlt. cap. In euangelio verò: Stetit Ie. &c. Lucæ xxiiij. c. ostendit Dominus, & probat resurrectionem suam Discipulis suis per quatuor. Primò, per consuetum modum loquendi, cum dixit. Pax vobis loquebatur enim eis sæpe de pace, & amator pacis erat, vnde ipse Dominus inquit. in me pacem habebitis: in mundo autem pressuram. Pacem relinquo vobis. Pacem meam do vobis. Secundò per hoc, quod ostendit se palpabilem. Tertio quia cum eis comedit. Quartò quia eis sensum aperuit Scripturarum: & quia hanc sapientiam Dominus dedit per se, & per Apostolos, ideò dicitur in offertorio: Introiuit de cœlo Dominus, id est, de Apostolis, vt omnes 3 crederent in illum. Hæc enim, inquit Ioan. scripta sunt, vt credatis, & credentes vitam æternam habeatis. ¶ † In post communione, quæ est ad Col. iij. cap. inuitamur ad hanc sapientiam, Si consurrexistis cum Christo quæ sursum sunt sapite. ecce de sapientia. Et quia de sapientia habetur in hac ij. feria, ideò fit statio ad sanctum Paulum qui fuit sapientior omnibus Apostolis, seu cui Dominus singulariter aperuit intelligentiam Scripturarum, de quibus legitur in Euangel. & introitu. Vnde ipse dicit: Non à me, nec ab homine accepi euangel. meum: sed per reuelationem Domini mei Iesu Christi: vel, quia per eum maximè adimplerum est, quod in Euangel. legitur, scilicet oportuit prædicare 4 pœnitentiam in omnes Gentes, ideò, quod & eius prædicatio legitur in hodierna lectione actuum Apostolorum. Hac die † viri verberant mulieres, prout sub Pascha dictum est hac etiam die ad fontes imus, pro eo quod hodie in introitu viri beati aqua sapientiæ potati referuntur, & in offertorio fontes aquarum apparuisse memorantur.

SVMMARIVM.

1 *Feria quarta officium à Paschate. & num. 2. 3.*

De quarta feria post Pascha. CAP. XCII.

1 OStenso † in iij. feria de cœlesti patria, & per quod habeatur, ostēso etiam in secunda feria, quod in terram fluentem lac & mel introducimur, ideò nunc in hac quarta feria inuitamur ad illam. Vnde introitus est: Venite benedicti Patris mei, &c. Matth. xxv. quia vero dicit Dominus: Pœnitētiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum: & quia ibi non intrant, nisi purificati per pœnitentiam, ideò beatus Petrus in epistola: Aperiens. Act. iij. inuitat Iudæos ad pœnitentiam: ideò

autem

autem ad pœnitentiam inuitatur homo, vt de filio diaboli fiat filius Dei: & hæc est mutatio dextræ excelsi: propter quòd in responsorio habetur: Dextera † Domini fecit virtutem. Sequitur allelu-Ia de resurrectione: Surrexit Dominus, &c. & in aliis Ecclesiis est, Christus resurgés, &c. Semper enim in his diebus aliqua de resurrectione dicuntur. In his enim dicitur: Cùm sederit. Matth. xxj. cap. Quia verò hæc mutatio fit etiam, quando † homines sunt filij Dei propter prædicationem, ideò in Euangelio: Manifestauit se Iesus. Ioan. xxj. cap. dicit Dominus: Mittite in dexteram nauigij rete. hoc facit qui tantùm prædicat propter Deum, & tunc trahuntur magni pisces. Postea dedit eis piscem assum. Piscis assus, est Christus passus: hac erit refectio in patria, cùm comedemus panem angelorum, de quo in offertorio. Portas cœli, &c. Postcommunio est: Christus resurgens. Roman. vj. Et quia beatus Laurentius fuit vnus de magnis piscibus, & fuit assatus pro Christo, ideò fit statio ad beatum Laurentium.

SVMMARIVM.

1 *Feria quinta à Paschate, officium. & num. 4-3.*

De quinta feria post Pascha.

CAP. XCIII.

QVinta † feria est de conuersione Gentium propter passionem & resurrectionem: vnde introitus est: Victricem manum tuam laudauerunt pariter Christia. quia sapientia aperuit os mutorum Esa. xxv. Tunc claudus saliet, sicut seruus, & aperientur linguæ mutorum, quod factum est, quando Christus dæmones eiiciebat & faciebat homines mutos loqui, vnde in Euangelio: Erat Iesus eiiciens dæmonium, & illud erat mutum. In epistola verò: Angelus Domini. Act. viij. significatur conuersio ista Gentium: vnde dicitur ibi de eunucho, qui conuersus est à Philippo, qui interpretatur os lampadis, siue os illuminás quia quandoque per Scripturarum inspectionem, vel prædicationem conuertitur homo, vt gentiles, qui significantur per monachum: quandoque verò per inspirationem conuertitur ad Dominum, vt habetur in Euangelio, quod apparuit Maria Magd. Quia verò per conuersionem Gentium factus est Christus lapis angularis, ideò in versu responsorij habetur. Lapidem quem reprob. edific. &c. Et quia vero † conuersio fit per pœnitentiam, ideò sequitur allelu-Ia. Matth. xxij. In die resurrectionis meæ dicit Dominus, præcedam vos in Galilæam: id est, in transmigratione de vitiis ad virtutes. Euangelium Maria † stabat, Ioan. xx. est de apparitione Domini: Maria Magdalena in specie hortulani siue peregrini, quia peregrinus est Deus homini, quamdiu est in peccato. In offertorio: In die solennitatis. Exod. iiij. & xiij. cap. similiter promittitur conuertentibus vera beatitudo. In post communione verò: Populus, &c. Regum ij. ad laudandum inuitamur: & fit statio ad sanctos Apostolos quia

quia in Philippo, qui interpretatur os lampadis, intelliguntur omnes Apostoli, per quorum prædicationem conuersio Gentium facta est. Item, quia fratres Domini de quibus in Euangelio legitur, sunt Apostoli, per quos os muti appertum est: & disertæ linguę infantiũ, ideò statio fit ibi.

SVMMARIVM.

1 *Feria sexta à Paschate, quod & quale habeat officiũ, ibi. & nu. 2. 3. 4. 5.*

De sexta feria post Pascha.

CAP. XCIIII.

1 SExta feria † est de instructione baptismi, vnde introitus est: Introduxit eos Dominus, scilicet de Ægypto, id est, de tenebris peccati, & inimicos eorum operuit mare, id est, baptismus: & subiicitur ibi ter allelu-Ia, propter liberatio. ab hostibus, & donum gratiæ. ¶ Postmodùm 2 sequitur † epistola: Christus semel. j. Pet. iij. cap. in qua beatus Pet. agit de baptismo, & de arca Noë, sicut in diluuio per arcam saluę factæ sunt animæ licet paucæ scilicet viij. similiter & in baptismo, quia sicut in aquis diluuij quæ innundauerunt totum mundum, mundus à peccatis purgatus est, & per arcam, animæ saluæ factæ sunt: ita in aquis baptismi in quo omnia peccata mundata sunt per Ecclesiam saluati sumus. 3 ¶ Sequitur graduale: Hæc dies quam † fecit Dominus versus. Benedictus qui venit in nomine Domini: Est enim homo qui consecrat baptismata, sed Deus est qui inuisibiliter baptizat. Vnde sequitur: Deus Dominus & illuxit nobis, scilicet per illuminationem baptismi, & per illuminationem legis Domini. Allelu-Ia, est. Angelus Domini: cum duplici versu, sicut in die Paschæ in quibusdam Ecclesiis: quia in hac die agitur de institutione baptismi. Vnus versus est propter Christi resurrectionem, in corpore, alius propter stolam animæ, quam in baptismo 4 suscipiunt baptizati. ¶ † Euangelium verò, est de institutione baptismi, secundum Matth. vltim. cap. Vndecim Discipuli abierunt in montem, quem constituit illis Iesus. & sequitur ibi: Euntes, docete omnes Gentes, Baptizantes eos in nomine Patris &c. ¶ Et quia in memoria debe- 5 mus habere istum diem propter institutionem baptismi: ideo sequitur in offertorio. Erit nobis † memorialis dies ista, &c. Exod. xij. & xiij. cap. memorialis quidem est dies, in qua de vitiis ad virtutes transimus: hæc enim dicit Moses de die Paschæ ¶ Postcommunio: Data est mihi omnis potestas. Matth. vlti. cap. Quia vero beata Virgo creditur interfuisse in institutione baptismi, quia vt Hieronymus ait: hoc apud Nazareth in domo eius actum est, ideo hac die fit statio in Ecclesia eius.

SVMMARIVM.

1 *Sabbatum in albis. quod habeat officium, & num. 2. 4. 5. 6.*

2 *Iudicij dies plenus gaudio propter Dominicã & nostram resurrectionem.*

De sabba

De sabbato in albis. CAP. XCV.

SEquitur † de sabbato in albis in quo est introitus: Eduxit Dominus populum suum in exultatione:hoc maximè in extremo sabbato fieri intelligimus,quando erit verum sabbatum:sed ne Iudęi credant hoc dictum esse de seq.sequitur in epistola.j Pet.ij.cap. Fratres, deponentes omnem malitiam,& dolum, &c.Sequitur duplex † allelu-Ia sine graduali.Primò, quia nunc terminatur septuagesima postquàm sequitur octaua resurrectionis:quando habebitur duplex stola animę,scilicet & corporis, & cessabit labor operis, de quo dictum est in proœmio huius partis & sub tit.de vij.diebus post Pascha.& in iiij.parte, sub tit.de allelu-Ia.Secundò,quia in die iudicij † plenum erit gaudium pro dominica & nostra resurrectione.Tertiò,geminatur allelu-Ia:quia tunc erit lætitia sempiterna,quia enim erit lætitia vnum allelu-Ia canitur:quia sempiterna secundum concinitur allelu-Ia.Quartò quia in octaua resurrectionis omnis sollicitudo deponetur: quòd significatur in hac viij.die, in qua vestis candida siue chrismale deponitur, ideò in albis non cantatur graduale, sed duplex allelu-Ia: quia tunc erimus in albis. Item quantum ad resurrectionem Domini, non debet graduale cantari neque quantùm ad baptizatos: & ideò cantatur vnum allelu-Ia,pro baptizatis,scilicet:Laudate pueri Dominum:& aliud de resurrectione Domini:scilicet:Hæc dies. Præterea,ideò post allelu-Ia.Hæc dies sequitur allelu-Ia.Laudate pueri:quia de lętitia animarum transient ad gloriam incorruptibilem corporum.† Euangelium verò: Vna sabbati. Ioan.xx. cap.est de duobus Discipulis,qui currebant ad monumentum,Pet,scilicet.& Ioan.qui significant duos populos cucurrit tamen citius Ioan.id est, Iudaicus populus, qui habebat Prophetas, scilicet Hieremiam, Esaiam,& alios, qui de passione Domini loquuntur,sed Petrus citius intrauit,id est,gentilis populus,non tamen intrauerunt Iudæi in multitudine:qui enim credit,intrat sicut dicit Aug. Et attende, quia epistola & Euangelium huius sabbati concordant cum epistola & Euangelio sabbati sancti, prout dictum est sub tit.de vij. diebus post Pascha.in offertorio verò de illuminatione post baptismum aguntur grates: Benedictus, qui venit &c.† Post communio est: Omnes qui in Christo baptizati estis, Christum induistis. Gallat. iij. Die ista fit statio ad Ecclesiam beati Ioan. in Laterano: quia enim ibi in præcedenti sabbato baptizati sunt pueri,& in viij.die in lege circuncidebantur,ideò rectè hac die ibi conueniunt, vt hoc spiritualiter agatur in baptizatis: & hoc est, quod dicitur in epistola. Deponentes omnem malitiam & omnem dolum, &c.quasi modò geniti infantes: ne per fenestras quinque sensuũ intret mors.† Dicitur autem ad horas capitulum: Christus resurgens. Ro.vj. cap. & illud, Expurgate vetus, &c. ad Corint. v. cap. & illud, Christus pascus est.j.Petri ij Quia verò in tota septuagesima quæ vsque ad diem protẽditur,pœnitentiam egimus, ideo Ecclesia hodie celebrat in albis, vt ma

vt magis ac magis albi simus, sicut Dominus ait in euangelio Matthæi iij.Agite pœnitentiam,appropinquabit enim regnum cælorum. Quare hoc Sabbatum dicitur in albis dictum est sub Pascha. Hac die dominus Papa distribuit, Agnus Dei. Alicubi etiam distribuitur cereus paschalis,de quo dictum est sub sabbato sancto.

SVMMARIVM.

1 *Dierum septem à Paschate,secunda expositio,& intellectus.nume. 3. 4. 5.6.7.8.9.10.*

2 *Resurrectionis dominicæ officium pertinet ad timorem.*

Alia expositio dictorum septem dierum. CAP XCVI.

POtest etiam aliter dici,quòd † ideò in præmissis septem diebus baptismalia celebrantur officia, vel quia baptizati sapientia septiformi docentur, vel quia ipsorum temporis vniuersitas dierum septenario voluit:quibus quia fides,spes & charitas præcipuè sunt necessaria, ideò tribus psalmis vtimur in nocturnis.Singulorum autem dierũ officia sic possumus septem spiritibus & beatitudinibus coaptare.¶ Officium † quidem dominicę resurrectionis,pertinet ad timorem,quo timemus terribilem sententiam iudicis.Cum enim dicet Pater.Rex,& iudex omnium,resurrexit, & adhuc in suggilatione inimicorũ dicentium:Quando morietur & peribit nomen eius?tũc magnus erit timor & tremor vnde & in offertorio Tertia tremuit, &c. spiritus timoris, vt fundamentum ponitur: sed quare à timore incipientes in sapientia terminamus, cum Esaias coperit à sapientia,& descenderit ad timorem?respondeo,Esa.Saluatorem descripsit,qui carnem assumendo descendit,nos verò de terrenis ad cœlestia tendere conamur: & ideò gradus ascendendo cõnumerare debemus,vt à timore ad sapientiam pertenire possimus, In secunda feria legitur euangelium de duobus discipulis euntibus in Emaüs,quibus Dominus apparuit & Scripturas Mosi,& omnium Prophetarum aperuit.Et attende quòd licet † hodie legatur Euangeliũ de apparitione Domini,non tamen hodie sed heri apparitio fuit.Ad pietatem ergo pertinet hoc officium, in quo continetur rememoratio Scripturarum,& accedit ad mãsuetudinem,prout ibi dictum est.In tertia feria legitur euãgelium:Stetit Iesus. vbi multifariè suam resurrectionem probat,s.per visum & tactũ,per gustum etiam & per auditum,cum Scripturas etiã exponit, quòd pertinet ad scientiam,vnde in introitu:Aqua sapientiæ,&c.beati viri potati referuntur.In offertorio: Intonuit fontes aquarum aperuiss. memorãtur: in postcommunione:Si consurrexistis, † quæ sursum sunt,quærere & sapere iubentur & in euangelio sensus ad intelligendum, Scripturas discipulis aperitur. Scripturarum quippe intelligentia & scientia lamenti,& luctus est cã effectiua. Qui enim legit in Scripturis Prophetas & eorum Dominum occisos, quoquo magno dolore morderur &

quanto magis quis peccata sua intelligit, tãto citius in luctum & pœnitentiæ lamentum prorumpit. Licet igitur his diebus sit gaudiis vacandum, tamẽ ineptam lætitiam remoueamus: ne carnes agni sine lactucis agrestibus comedamus, quia beati qui lugent. In iiij. feria legitur euangelium de discipulis piscãtibus, quos inuitauit ad prandium, & dedit eis panem, & piscem assum. i. Christum cognoscere Deum & hominem passum, quæ est illa quidem saturitas, de qua dicitur: Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabũtur. quod ergo dicitur ibi: Venite prandere, hoc est quod cantatur in introitu. Venite benedicti Patris mei, percipite regnum. hoc enim regnũ est prandium æternum, vbi erunt pisces magni, sed vnus super prunas non passionis, sed amoris: rationabiliter autẽ feria quarta nobis à Christo regnum promittitur: quia in quarta ætate regnauerunt Dauid & Salomon, in quorum manibus Christi regnum specialius & plenius significatur, & quia Petrus supradictum rete traxit in terram, ipsi enim commissa est Ecclesia, ipsique specialiter dictũ est: Pasce oues meas. ideò pro epistola sumitur eius prædicatio de Act. Apost. Ad † saturitatẽ enim quoque pertinet offerẽda: Portas cœli aperuit, prophetas qui prædixerũt, qui annuntiauerunt, Mariã quę genuit, Apostolos qui prædicauerunt, Doctores qui exposuerunt, per hos omnes pluit dominus mãna in ore gentium animarũ. i. verbum, vel corporis sacramentum, vt non desicerent in via tendentes ad patriam, vbi comedent panem angelorum. Versus gradualis, dextera Domini fecit virtutem congruit illi verbo euãgelij: Mittitè in dextera nauigij rete, & est sensus: Dextera Domini fecit virtutẽ: quia potentia Verbi, mihi vniti fecit me vincere mortem: ideoque dextera Domini exaltauit me. i. laudabilem me fecit, Et repetit, Dextera domini fecit virtutẽ, vt ostendat resurrectionis qualitatem, s. æternam. Vnde sequitur: Nõ moriar sed viuam. iuxta quem sensum canimus cum Apost. in allelu-Ia & communione: Christus resurgens, & pertinet hoc ad fortitudinẽ. & quia bea. Lau. fuit piscis assus, fortis in esurie & esuriens in fortitudine, ideò fit ibi statio. ¶ Officium † quintæ feriæ pertinet ad consilium & misericordiam. magnum enim fuit consilium peccatricis pedes lauantis cum lacrymis, vt misericordiam consequeretur, prout in euangelio dicitur. ¶ Officiũ † vi. ferię pertinet ad mundiciã cordis & corporis. In baptizato nãq; de quo ibi agitur, lauantur corpus & anima. Et quia mũdis cordibus visio Dei promittitur, vt ibi dictum est: Beati mũdo corde, quoniam ipsi Deum videbunt, & per munditiam ad intellectũ peruenitur, ideò recte in euangelio dicitur quòd trãsmigrantes Deũ videbunt. ¶ In sabbato † legitur euangelium in quo dicitur quòd licet Ioan. præcurreret, tamen Pet. sequens, citiùs in monumẽtum intrauit, & postea Io. Hi, prout dictum est ibi, sunt duo populi. Per. significat Gẽtes, qui postertus venerunt ad notitiam passionis, sed tamen primitus crediderũt Ioan. synagogam, qui in lege & Prophetis priùs audiuit Domini passionem, sed nondum

nondum credere in morruum voluit: credet autem cùm Israël saluus fiet. ¶ De † his duobus populis. s. credentibus & non credẽtibus, loquitur Petrus in epistola: Deponẽtes, &c. De credẽtibus dicitur in introitu: Eduxit Dominus populum. s. in ex. Eduxit enim Dominus Israël de Aegypto, cum auro & argento: sed illis in deserto murmurantibus, & ideo pereuntibus, eduxit eos qui non murmurauerũt in deserto in terram promissionis, & propter eosdem dimittimus graduale, & duplicatur allelu-Ia, quia tunc neophyti laborant, tunc Deum voce, & opere laudant. Ad eosdem pertinet Psal. Laudate pueri domi. totus enim ille psal. ad electionem dirigitur Gẽtium, quod ex illo fine probatur: Qui habitare facit sterilem in domo. Eisdem pueris cõuenit, quòd canitur in offertorio: Benedictus, qui venit in nomine Dom. Hunc enim versiculum cantauerunt pueri occurrentes Dom. ad passionem venienti. Quod sequitur: Benediximus vobis de Dom. di. adiecit mater Ecclesia, dicens pueris suis: Benediximus vobis. i. signauimus vos baptismo, nos qui sumus familia Domini, quia dominus Deus illuxit nobis. Sequens versus, Hæc † dies. ad gaudium spectat credentium. ille alius: Lapidem quẽ reprobauerunt ad suggillationem pertinet Iudæorum: ad eosdem credentes pertinet postcommunio: Omnes qui in Christo, &c. pertinet igitur officium istud ad pacificos, qui filij Dei vocabuntur, Dedit enim Dominus his, qui credunt in nomine eius filios Dei fieri, quibus datur sapientia perfrui.

SVMMARIVM.

1 *Dominicæ primæ à Paschate, officium & num. 3. 4. & 6.*
2 *Apocalypsis. & Epistola canonica, leguntur à resurrectione: idque iure.*
3 *Missa dominica secunda à Paschate, expositio.*

De prima dominica post Pascha.

CAP. XCVII.

1 IN octana Paschæ † incipit tempus regressionis seu reconciliationis, prout dictum est in proœmio huius partis. ¶ Sanè in hac die dominica in quibusdam Ecclesiis fiunt octauæ Paschæ, & dicuntur responsoria de die dominica, & introitus Resurrexit, & graduale, quod derelictum erat, resumunt, habentes respectum ad generalem resurrectionem, ad cuius gloriam per gradus ascẽditur: Christi enim resurrectio in octaua ætate facta est. Sed cum Paschalis solẽnitas significet illam 2 octauam, quæ sequitur † septenarium huius vitæ, quæritur quare habet octauas, cum etiam eius solennitas protendatur, non tantùm per octo dies, sed etiam vsque ad diem Pente. Respõdeo, quia resurrectio futura significata est per circuncisionem, quæ octaua die mandata est, cuius vetæ circuncisionis octo sunt beatitudines, quarum octaua redit ad primam: & ideò ad repræsentandũ has beatitudines solennibus octo dierum officiis celebramus octauas dominicę resurrectionis, quę est causa & signũ nostrę futurę resurrectionis. Has beatitudines coaptat Aug. in lib. de Doctrina Christiana, septem spiritibus omittẽs vlti-

mam, quia redit ad primam : gradatim enim à timore peruenitur ad sapientiam. Vnde initium sapientiæ timor Domini. de hoc dicetur in proœmio septimæ partis. Quia ergo nouiter baptizati sunt pueri, & quia multos nouellos in quadragesima genuit Ecclesia, & quia in illo tempore fuerunt Apostoli pueri, propter quod Dominus fuit cũ in eis quadraginta diebus post Pascha instruẽs eos in fide, vt posſẽt omnino fieri spirituales, & vt vrerentur igne. Spiritus sancti propter istas tres causas siue nouitates instruit nos Ecclesia in fide in noc tempore. Et ideo in prima quindena leguntur Apocalyp. & Apost. in quibus libris habetur de septẽ signaculis, videlicet de incarnatione, natiuitate &c. quæ Christus solus aperuit, quæ sunt maxima principia fidei nostræ. Postmodum in alia quindena cantatur in responsoriis de psalmis, & in lectionibus seguntur Epistolæ canonicę vsque ad ascensionem Domini, vt supra fidem ædificentur bona opera. Psalmi enim & epistolę bona opera designant. ¶ Et attende, quòd ante † resurrectionem lex & prophetæ legebantur, post resurrectionem verò Apocaly. & epistolæ canonicæ quæ sunt Apostolorum scripta, leguntur, & cantibus iubilantur. Lex enim & prophetæ Christi passionem & resurrectionẽ prædixerunt, sed Apostoli iam facta annuntiauerunt, testificati sunt, ideoque responsorium illud cantatur. Virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis. Rationabiliter quoque legitur Apoca. & cantatur, eò quòd in ea visio Christi, & angelorum collocutio memoratur. In illa enim vita, quam paschale significat tẽpus, animæ visione Trinitatis, & angelorum consortio congratulabuntur. Legitur autem Apocaly. cum historia, Dignus es domine, alias incipit: Ego sum vita vera. Quod autem in quodam responsorio dicitur, decantabat populus Israël allelu-Ia, & vniuersa multitudo Iacob canebat legitime, & Dauid cum cantoribus cytharam percutiebat in domo Domini, illud respicit, quod regno Saul destructo id est mortis imperio, arca, id est humanitas Saluatoris, in qua sunt manna, id est, verbum, & tabulæ testamenti, id est thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi in Hierusalem dicitur, & in tabernacalo collocatur vt æterna pacis visione fruatur, & ad Patris æquitatem glorioſus exhibeatur. Cum autem superius de temporibus infantiæ Saluatoris paululum dixerimus legendum : nunc vero scripta cæterorum Apostolorum, pater sancto toto tempore siue ante passionem, siue postea quo Domini præcepta memoratur congruè præcones noui Testam. loquuntur, videntes quod quasi ab vberibus sponsi filij consolationis lacte potentur. Hinc namque scripturæ sunt vbera, de quibus dicitur, Meliora sunt vbera tua vino: de quibus nos sic reficiat Deus cuius misericordia plena est terra, vt omnes de ipsius plenitudine accipiamus : Et † nota, quod secundum Romanum ordinem leguntur nouem lectiones in dominicis à Pascha, vsque ad Pentecost. prout dictum est sub titul. de septem diebus post Pascha propter nouitatem autem triplicem, quę dicta est, incipit introitus: Quasi † modo geniti, &c. j. Pet. ij. ca. In epistola verò in fide instruimur, quæ incipit: Omne quod natum est, ex Deo, vincit mundum, & c. j. Io. v. c. Ostendit fidẽ per testimoniũ in cœlo & in terra, & in conscientia. In terra, cum dicit : Tres sunt qui testimonium perhibent in terra, spiritus, aqua, & sanguis: quia enim clamore magno Dominus emisit spiritum. & quòd ex eo iam mortuo exiuit sanguis & aqua iudicium fuit humanitatis : & hi tres, vnum sunt, id est, vnum significant. Tres perhibent testimonium in cœlo. Pater in voce, Verbum in carne, spiritus & columba, & hi tres, vnum sunt: de testimonio conscięntię sequitur in epist. Qui credit in filiũ Dei, iam in se testimonium Dei habet, id est hoc dictat ei conscientia, sequitur duplex allelu-Ia. In dominicis enim & festiuis diebus ab hac die vsque † ad Pẽtecost. canitur duplex allelu-Ia, de quo dictum est sub titu. de septem diebus post Pascha, & sub sabbato in albis, & sub septuagesima: primum allelu-Ia est: Post dies octo Ioan. xx. c. Euãgelium. Cum esset serò Ioan. xx. c. est de duabus apparitionibus. Prima omnibus Apostolis, in ipsa die Paschæ, excepto Thoma, alia octauo die presente Tho. qui vidit & credidit, & tetigit & dixit: Dominus meus, & Deus meus, aliud vidit, aliud credidit. Vidit humanitatem, & credidit deitatem, & congruit factum interpretationi nominis. Thom. enim interpretatur abyssus, nam profundè intellexit, qui ex eis, quæ exterius vidit, deitatis intima penetrauit, Postmodum inuitauit nos in euangelio beatus Ioan. ad credendum ab vtili & honesto, vtile est enim nobis credere, vnde dicitur : Multa signa fecit Iesus quæ non sunt scripta in libr. hoc. Postcommunio est Mitte manum, & Ioan. xx. cap.

SVMMARIVM.

Dominica secunda à Paschate quid moneat, & eius officium.

De secunda dominica post Pascha.

CAP. XCVIII.

SEquitur † de secunda dominica post Pascha : quia enim per Christi resurrectionem illuxit Deus nobis, non tantum paruulis, sed etiam perfectis, ideò hæc dominica de pastoribus est, qui debent plenè imitari Christum: vnde introitus est: Misericordia Domini plena est terra, ea enim non tantùm paruuli, sed & magni repleti sunt : & ideò sicut antecedẽs dominica fuit de paruulis, sic ista est de perfectis, vnde sequitur: Verbo Domini cœli, id est, Apostoli firmati sunt: & quia Petrus loquitur ad pastores in epistola: Christus passus est pro nobis, & c. j. Petr. ij. cap. ideò nunc fiunt synodi, & fit statio apud sanctum Petrum. In fine enim dicitur: Conuersi enim estis ad pastorem, & Episcopum animarum vestrarum. Duo allelu-Ia dicuntur: primũ, scilicet, Cognouerunt Discipuli, &c. est de resurrectione : in aliis tamen Ecclesiis dicitur: Surrexit Dominus. Matth. vlt. c. aliud scilicet: Ego sum pastor bonus. Ioan. x. cap. est de prælatis. Euangelium verò ego sum

pastor bonus. Ioā. x. ca. est de bonis prælatis & mercenariis. Offertorium est: Deus meus ad te de luce vigilo, quia prælati debent semper vigilare: vnde in Canticis Canticorum dicitur: Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem: post communio similiter est de prælatis: Ego sum pastor bonus.

SVMMARIVM.

1 *Dominica tertia à Paschate, quid hortetur, aut quò vocet. & nu. 2. 3.*

De dominic tertia post Pascha.

CAP. XCI.

IN præcedentibus duabus † dominicis ostensum est, quòd parui vel magni, & per Christi resurrectionem pleni sunt misericordia Domini. Parui, cùm dicitur in introitu præcedentis dominicæ: Misericordia Domini plena est terra: magni, cum dicitur ibidem: Verbo Domini cœli firmati sunt. In hac verò tertia & in sequentibus duabus dominicis ante ascēsionem, hortatur nos Ecclesia ad iubilum & exultationem propter Christi resurrectionem & ascensionem. Vnde introitus huius dominicæ incipit: Iubilate Domino omnis terra, &c. & ibi sequitur allelu-Ia: quia iubilus est exultatio mentis, habita de æternis: soli autem Dei iubilandum est. sequitur psal. Dicite nomini eius, id est, hilari operatione ipsum laudate, & sequitur similiter ibi vnum allelu-Ia: quia ab vna radice ortum habent alia omnia, id est, à charitate. sequitur: Date gloriā laudi eius, & ibidem in fine sequitur triplex allelu Ia: quia à potentia Patris, & sapientia Filij, & à benignitate Spiritus sancti processit, quòd nos liberauit per passionem & resurrectionē suam: & ideò laudandus est Deus, licet aūt sit exultatio: tamen incutitur timor, ne spes sine timore luxuriet in præsumptionem. Inde sequitur versus: Dicite Deo, quam terribilia † sunt opera tua Domine, debet enim timere nouus populus, quia Iudæi excæcati sunt. qui erant populus peculiaris Domini, qui licet apposuissent custodes, tamen dixerunt: Venerunt discipuli eius, & furati sunt eū, & hoc est, quòd dicit Psal. Mentietur tibi, id est, ad honorē tuum, quia ex hoc magis cōfusi sunt inimici tui, id est, Iudæi, & sequitur ibi: In multitudine virtutis tuę, quasi dicat, Licet vidissent multa mirabila, videlicet solē obscuratum, & petras scissas, in hoc est etiam multitudo virtutis Dei, quòd mendacia inimicorū vertit in suū honorem. In epistola verò monet Petrus † baptizatos, vt ambulent in nouitate vitæ, abstinētes à carnalib. desideriis, dicēs: Obsecro vos fratres tanquam aduenas, & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desideriis. Pet. ij. c. & concordat cum introitu, quia gustato spiritu desipit omnis caro: quædam Ecclesiæ dicunt allelu-Ia: Christ. resurgens. Ro. vj. Euangeliū est de resurrectione: Modicū & iam non videbitis me, modicū, id est, à morte vsq; ad resurrectionē: & iterum modicum, & videbitis me post resurrectionē: & modicū, quia vado ad Patrem, Ioā. xvi.

SVMMARIVM.

1 *Dominica quarta à Paschate, inuitat ad iubilum, & eius officium. num. 2. 3. 4.*

De dominica quarta post Pascha.

CAP. C.

1 IN quarta etiam † dominica inuitamur ad iubilū, & specialiter inuitantur ad hoc Gentes: vnde introitus sumptus est de psalmo inuitante ad canticū, qui incipit: Cantate Domino canticū nouum, quia mirabilia fecit. Bernar. inquit: Tria fecit † Dominus mirabilia in incarnatione sua. Primū, quod mater esset virgo. Secundū, quòd Deus esset homo. Tertiū, quòd prædicta potest credere carnalis homo. Sequitur ibi ante conspectum Gentium reuelauit iusticiam suam, id est, iubilum suum. Sequitur versus: Saluauit sibi dexterā eius, &c. Et quia per fidem vniti sunt duo populi, scilicet Gentilis & Iudaicus, ideo in oratione habetur: Deus, qui fidelium mentes vnius efficit voluntatis, &c. Rursus, quia ista dominica quarta appropinquat ascensioni, ideo 3 dicitur euangelium: Vado † ad eū qui me misit, & nemo ex vobis, &c. Io. xvi. & post: Expedit vobis vt ego vadā, &c. O tenditur enim causa iubili, scilicet ascensio, huic consonat principium epistolæ beati Iac. 4 ca. Omne datum optimum, & omne donū perfectum, desursum est, descendens à patre luminum. Sequitur in euangelio: Cum † venerit paracletus arguet mūdū de peccato, id est de infidelitate: fides enim peccatum excludit, vnde arguere de hoc peccato, est arguere de omni peccato, & de iudicio, & de iustitia: dicit ergo de peccato, scilicet q̄ non timēt, quia princeps mundi huius iam iudicatus est, & adhuc sequuntur damnatum: & sufficeret de duobus arguere, scilicet de fide, quam non habent, & habere possent, si vellēt: & de iustitia, siue de bona vita, in qua nō imitantur sanctos, & ideò adiecit verbū Timoris, scilicet de iudicio, quòd debēt tales subire. Sequitur ibi: Et quæcūq; audiet, loquetur, & huic concordat finis epistolæ: Suscipite cū mansuetudine insitum verbum, &c. Si enim Spiritus sanctus audit, quę loquitur, multo fortiùs debet homo audire, & expectare, donec Deus ipse loquatur, quia qui de ipso loquitur, mendacium loquitur.

SVMMARIVM.

1 *Rogationum dominica, quid moneat. & nu. 2. 3.*

De dominica rogationum. CAP. CI.

QVinto † loco sequitur, de dominica rogationum, in qua instructos per quatuor dominicas, quasi ornatos quatuor cardinalib.

virtutib.monet annũtiare aliis,vt qui audit,dicat:venit,&cortina cortinam trahat extrà de sac.vnct.c:vnico.dicẽs in introitu, qui est Esa. lxiij.c.secundum aliam translationem: Vocem iucunditatis,id est noui Testamenti,in quo promissa redduntur non terroris, sicut vetus lex fuit,annunciate,&c. ¶ Hæc autem Dominica dicitur † rogationũ propter propinquam ascensionem Domini:quam quia nos sequi nõ possumus,ideo in oratione docemur petere duo, quæ petenda sunt, scilicet vt cognoscamus & faciamus. Dicit enim oratio: Largire quæsumus Domine supplicibus tuis spiritum cogitandi, quæ recta sunt, propitius & agendi,&c. Vnde in epistola redarguit beatus Iaco. eos, qui volunt cognoscere,& non facere. dicens. Estote factores verbi,& non auditores tantum,&c. Iac.j.c. quædam Ecclesiæ dicunt allelu-Ia: Nonne cor nostrum ardens,&c. Luc.vlt.c.&, Vsque modo, &c. Ioan. xvj c. In †euangelio vero, Amen dico vobis,&c. Ioan.xvj.ca. ostendit quid debeas petere,scilicet æterna,dicens: Vsque modò nõ petiistis quicquam. qui enim petit temporalia, nil petit. quoniam in eis, qua non quiescunt,quies esse non potest,vnde sequitur: Petite, & accipietis,quia dextra Domini semper aperta est.

SVMMARIVM.

1 *Rogationes quo tempore fiant.& cur cantentur litaniæ.*
2 *Litania maior,a quo,& quorsum instituta,& à quo minor.nu.4.*
3 *Litaniæ siue rogationes,habent,processionem septiformem. Et qua id significatione. Et vnde dicta minor litania.nu.4.*
5 *Sanctos cur rogemus.*
6 *Litaniæ qualiter fiant.quidque habeant.& nu.7.9.10.11.*
8 *Vexilla cur ferantur in processione.*
12 *Litaniarum Missa,& eius expositio.& nu.13.14.15.*

De Rogationibus. CAP. CII.

IN tribus diebus † ante festum ascensionis Domini fiunt rogationes, quæ dicuntur litaniæ: λιτανίαι autem Græcè,apud nos supplicatio seu rogatio est,in qua Ecclesia sancta Deum rogat, vt qui destruxit consilium Achitofel,destruat consilium eorũ, qui volunt viuere super pacẽ eius: tũc etiã supplicamus Deo, vt nos à morte subitanea & ab omni infirmitate defendat: rogamus verò sanctos, vt pro nobis apud Deũ intercedãt. Et denominatur Græco vocabulo λιτανίαι propter authoritatẽ linguæ Græcæ, prout dictũ est sub Pascha. Est † autem duplex litania scilicet maior & minor. Maior est in festo beati Marci quę inuẽta fuit à beato Greg. propter pestẽ inguinariã, siue inflatuã inguinũ: cuius institutionis Paul. Montiscanscini monachus Longobardorum Historiographus, ita describit, dicens, quod tempore Pelagij Papæ tanta fuit inundatio aquarũ, per Italiã, quod aquæ ascenderunt vsq; ad superiores fenestras tẽpli Neronis, quòd erat Romæ nec aquæ intrabant templum: tunc per Tyberim affluxit multitudo serpentum, inter quos fuit maximus draco, ex quorum flatibus aër est corruptus,& inde emersit pestis inguinaria, qua homines passim & subito moriebantur,& cùm penè totus Romanus populus deleretur, Pelagius Papa omnibus ieiunium & processionem indixit. Sed in ipsa processione ipse cũ septuaginta aliis expirauit, cui substitutus est Gregorius primus, qui & magnus dictus est: & hãc litaniam vbique terrarum seruari præcepit. Litania ideoque hæc dicitur Gregoriana vel Romana. Vocantur etiam cruces nigræ, quoniam in signum mœroris ex tãta hominum strage,& in signum pœnitentiæ homines nigris vestibus induebantur,& cruces & altaria nigris velabantur. Tertio, etiam modo † dicitur processio septiformis, eò quod beatus Grego. septeno ordine iri in ea in maioribus Ecclesiis ordinauit. In primo ordine sunt clerici. In secundo, religiosi. In tertio, sanctæ moniales. In quarto, pueri. In quinto, laici perfectæ ætatis. In sexto viduæ & continentes. In septimo coniugati. ¶ In aliis verò Ecclesiis, quod non possumus in numero personarum, supplemus in numero litaniarum. Nam septies litaniam dicere debemus, prius quàm in signa deponamus. Cõtingit autem dicitur Romanis præmissa inguinaria pestis, pro eo quod cũ in quadragesima cõrinenter vixissent, & in Pascha corpus Domini recepissent, postmodum ludis, comessationibus, & luxuriæ frænalaxabant. Fuit quidem tam sæua hęc pestis: vt vbique homines subito perimerent, ita quod sicut dicitur, cum aliquis sternutabat, sæpe spiritum emittebat: vnde cùm aliquis sternutabat: audiens, statim accurrẽs, dicebat: Deus te adiuuet. Et abinde, vt dicunt: hæc adhuc consuetudo seruatur, vt audiens aliquem sternutantem, statim dicat: Deus te adiuuet: ¶ Rursus, vt fertur, cum tunc aliquis oscitabat, frequenter subito spiritum emittebat: vnde cum aliquis se velle oscitare sentiebat, continuo signum crucis sibi imprimere festinabat, quæ consuetudo similiter vsque hodie obseruatur. Minor † verò litania, quæ etiam rogationes & processiones vocantur, fit tribus diebus ante ascensionẽ, quę sicut legitur in Bucardo lib. xiij. cap. exigentibus inuenta est apud Viennam à beato Mamerto Episcopo Vien. qui propter pestem luporum, & aliarum ferarum in Galliis acriter homines perimentium, & propter periculosos terræ motus, illic crebrò contingẽtes indixit populus ieiunium triduanum,& litanias instituit. Cessante verò illa persecutione, ieiunium illud in consuetudinem annuæ obseruationis deuenit, & sicut quidam referunt, fuit per Ecclesiam confirmatum, vt vniuersaliter obseruetur. Dicitur autem hæc litania minor, quia à minori, scilicet à simplici Episcopo & in minori loco, scilicet in Vienna inuẽta est. Illa verò dicitur maior, quia in maiori loco, scilicet Romæ: & à maiori, scilicet à magno Grego. & pro magno, & grauissimo morbo inuenta est: minor tamẽ antiquior est tempore: nam instituta fuit tempore Zenonis Imperatoris, maior verò tempore Mauricij Imperatoris.

ratoris. Fiunt etiam litaniæ propter plures alias causas: vnde Liberius Papa statuit, vt pro guerra, pro fame, pro pestilentia & huiusmodi aduersitatibus imminentibus semper litania fiat, vt sic ista per supplicationes, orationes, & ieiunia effugiamus. Quia ergo hoc tempore maxima bella emergere solent & fructus terræ, qui adhuc in teneritate vel flore sunt, pluribus modis facilè corrumpi solēt, ideò hoc tempore fiunt litaniæ vt rogemus Deum, quod talia à nobis auertat, & ab aëris intemperie, & à bellis, & ab hostibus Christianæ religionis nos eripiat & defendat, super hoc patrocinia sanctorum specialiter & generaliter implorantes: & ideò rogationes vocantur. Dicuntur etiam processiones quia tunc Ecclesia processionem facit generalem. ¶ Et est † notandum, quod rogamus sanctos propter nostram inopiā, propter eorum gloriam, & propter Dei reuerentiam: quando autem litaniam pro imminentibus periculis in pœnitentiali & flebili habitu facimus, illam vltimam processionem mulierum plangentium post Dominum, quando ducebatur ad crucem repræsentamus, plāgentes iuxta mandatum Domini super nos, & super filios nostros fiūt etiam hoc tempore litaniæ, quia Christo ascendente, qui dixit: Petite, & accipietis, confidentius Ecclesia petit. Ieiuna enim tunc, & orat, vt parum habeat de carne, propter carnis macerationem, & acquirat sibi alas per orationem, quæ est ala, qua anima volat in cœlum, vt sic Christum ascendentem liberè sequi valeat, qui ascendit pandens iter ante nos, & volauit super pennas ventorum. & hæc est causa quare vltimam litaniam siue vltimum ieiunium ascensioni continuamur, vt videlicet propter orationes, & ieiunia deposita mole carnis Christum ascendentem sequi possumus. ¶ In litaniis † ergo fit processio, & cantatur in quibusdā Ecclesiis in principio processionis: Exurge Domine, &c. Frequentandum etiam esset, & à pueris dicendum illud cāticum euangelicum: Sācte Deus, sancte fortis, sancte & immortalis, miserere nobis. Nam Ioan. Damascenus refert in libro tertio cum apud Constantinopolim propter quandam tribulationem fierent litaniæ, quidam puer è medio populi raptus est in cœlum, & hoc canticum ibidem edoctus, demum ad populū rediens, illud in cōspectu omnis populi decantauit, & mox omnis tribulatio cessauit quod canticum Calcedon. synodus approbauit. Huius ergo cantici laus & authoritas colligitur. Primò, ex eo, quod angelus illud docuit. Secundo, ex eo, quòd ex eius prolatione illa tribulatio cessauit: Tertio, ex eo, quòd tantū confilio approbauit. Quarto, ex eo, quòd dæmones illud valde timent. ¶ † Cæterum in processione ipsa præcedit crux & capsa reliquiarum sanctorū, vt vexillo crucis & orationibus sanctorū dæmones repellātur, vt dictum est in quarta parte, sub tit. de accessione pōtificis ad altare. Portantur etiam † vexilla, ad repræsentandum victoriam resurrectionis, & ascensionis Christi, qui cū magna præda cœlos ascēdit. Vnde vexillum per ærea iucedens, est Christus in cœlū ascendens. Et sicut vexillū in processione

cessione ipsa multitudo fidelium sequitur: sic & Christū ascendentem magna sanctorum collectio comitatur. Portantur etiā vexilla ad imitationē eius, quod dicitur in Esa. ij. cap. Et leuabit Dominus signū in nationes, & congregabit profugos Israël & dispersos Iuda colliget à quatuor plagis terræ, Quòd verò cruces & vexilla portantur, à Constantino sumpsit Ecclesia, qui cùm in somniis crucis signum vidisset, eiq; dictum fuisset: Vinces in hoc signo iussit crucē in vexillis bellicis insigniri. Quod in litaniis crux maior à crucis baiulo de altari sumitur recōlit, quod de Christi humeris tulit eam Simon Cyreneus. ¶ In quibusdam † locis fit litania per campos, vt etiā à segetibus dæmones expelluntur, vel potius vt à Domino conseruentur. Cantus autem in processione, quid significet dictum est in præcedenti titulo de accessione pōtificis ad altare: Consueuit quoque quidam draco cum cauda longa erecta, & inflata duobus primis diebus ante crucem, & vexilla præcedere: vltima verò die, quasi retrò aspiciens cauda vacua, atque depressa retrò sequitur. Nempè draco iste, significat diabolū, qui per tria tempora, scilicet ante legem, & sub lege, & tempore gratiæ, quæ per hos tres dies significantur, homines fefellit, & nunc fallere cupit: in duobus primis temporibus regnauit, & quasi dominus orbis fuit, cauda longa, id est, potenter, & inflata, id est, superbè incedens: vnde Christus illū mundi principē vocat. & Ioan. ait in Apo. Draco. de cœlo cadens, traxit secum tertiā partem stellarum, id est, hominum. & Dominus in euangelio: Videbam Satanam tanquam fulgur cadentem de cœlo in cuius rei figuram, duobus diebus modo prædicto præcedit. In tempore verò gratiæ per Christū victus est: & data est Apostolis eijciendi spiritus immūdos potestas propter quòd tertia die draco quasi potestate propter fidei dilationem amissa, post crucem sequitur cauda vacua & demissa, & non longa, quia non audet ita potēter regnare, vt prius sed per suggestiones, & latēter homines seducit, quos videt pigros in bonis operibus. & remissos, nec viam vitæ sectantes, quasi fur retrò aspiciens, si quis oberret, & à rectitudine fidei cadat, quē ad se quasi caudam trahat, & sibi incorporet, sicut & in deserto filios Israël robustos & debiles, & qui aberrantes remanebant vltimi hostes post tergū venientes necabāt. In litaniis † debemus secūdum Aurelianen. concilium ieiunare, vel saltem cibis quadragesimalibus, & cappis nigris, in signum pœnitētiæ vti, nec debet quis vti veste solēni, propter quod vocantur processiones nigræ: non tamen debent cruces nigræ vocari. de consec. dist. iij. rogationes. ¶ In litaniis quoq; debēt omnes à seruilibus † operibus vacare, scilicet viri & mulieres, serui & ancillę. de consec. dist. iij. rogationes. & donec terminētur, processioni adesse, vt sicut omnes peccauerunt, sic & omnes pro venia supplicent, omnes ad Deum corda cum manibus eleuent, id est studiū orationis erigāt. Post processionem cantatur missa in aliqua Ecclesia, & est introitus: Exaudiuit, &c. Rememorat enim Ecclesia præterita Dei beneficia ad

maiorem

maiorem ſpem: & Dei largitas inuocatur, vt per hoc coniiciat futura. Ex eo enim quod multoties exaudiuit, perpenditur quod adhuc exaudiet: exaudiuit inquam de templo ſancto ſuo, ſcilicet per gratiam. Et quia nō poteſt huiuſmodi eſſe exauditio ſine dilectione: ſequitur verſus: Diligā te, &c. iterum, quia nō exaudiūtur, niſi per confeſſionem: ideo dicit Iaco. in epiſtola. Cōfitemini alterutrum peccata veſtra, quæ eſt Iaco. vlt. c. Et vt maior ſpes habeatur adhibet exēplū de Helia, qui petiit, vt non plueret, & nō pluit annis tribus, & menſibus ſex, etiam poſteà petiit, quòd plueret, & pluit. Si enim Helias ſolus exauditus eſt, multò fortiùs tota Eccleſia exaudietur. Manus enim Domini non eſt abbreuiata. Sequitur vnum allelu-Ia: Cōfitemini. ¶ Sed † enim in diebus antecedētibus duplex allelu-Ia cantetur, quare in his diebus vnicum tantū dicitur: Item cū aliis ieiuniis, non dicatur allelu-Ia, quare in hoc dicitur? Ad primū dicimus, quòd ſicut ſæpe dictū eſt duplex allelu-Ia, cātatur in antecedētibus diebus, propter duplicem ſtolam, quę habebitur in reſurrectione cōmuni, animæ videlicet & corporis. Officium autē paſchale, quod hoc ſignificat finitū eſt, & ideo remota cauſa, remouetur & effectus. j. q. vij. quod pro medio. extrà de app. cū ceſſante. & de iureiur. & ſi Chriſtus. Ad ſecundum dicimus, quòd ideò in aliis ieiuniis nō cantatur allelu-Ia, quod eſt cantieū lætitiæ, quia fiunt pro peccatis, propter quod dicūtur ieiunia mœroris: hoc autem ieiunium, & ieiunium Pente. ſunt exultationis, quia nō fiunt pro peccatis, ſed vt poteſtas diaboli remoueatur & peſtis: & ideò in eis allelu-Ia cantatur. Prætereà, in hoc ieiunio dicitur allelu-Ia, propter gaudium Aſcenſio. quod imminet. In euangelio verò: Si quis veſtrum, &c. Luc. xxj. c. oſtenditur, quòd debemus † petere perſeueranter per amicum, qui dicit amico: Amice, cōmoda mihi tres panes. &c. ſi perſeuerauerit pulſans propter improbitatem eius ſurget, & dabit ei. per hoc habetur quòd etiā exiſtēs in peccato mortali, ſi perſeuerāter petierit, exaudietur propter improbitatem. Allegoricè amicus noſter, eſt Chriſtus, à quo intellectus theoricus petit tres panes, ſcilicet fidem, ſpē, & charitatē: quia amicus, id eſt, intellectus practicus, ſcilicet ratio inferior, venit de via, id eſt, de conſideratione tēporalium. Sequitur: Et nō habeo, quid ponā ante illum, quia nō inuenit in talibus ſpirituale refectionem, & ſic petit ſuperior intellectus pro inferiori, vel pro tota anima: non enim poteſt habere anima, vel ratio inferior aliquam refectionem ſpiritualem, niſi ab intellectu ſuperiori, cuius eſt contēplari cœleſtia. Sequitur poſteà ibidē: Nūquid, ſi petierit panē, id eſt, charitatem, lapidē dabit ei. i. indurationē, quod eſt cōtrariū charitati, id eſt, nunquid dabit contrarium? q. d. Non. Similiter: ſi petierit piſcē, id eſt fidē, quæ nutritur in aquis baptiſmi, nūquid pro piſce dabit ei ſerpentē, id eſt infidelitatem: à qua eſt omnis vis peccandi? quaſi dicat. Non. Aut ſi petierit ouum, id eſt ſpem, quia in ouo eſt ſpes pulli: nunquid porriget ei ſcorpionē, id eſt deſperationem, quæ retro & occultè pungit, ſicut

git, ſicut ſcorpio. Deſperantium enim eſt retrò abire. q. d. Non vel panem intelliguntur omnia, quæ hominis victui ſunt neceſſaria, vt cibus & potus, per ouum, omnia genera fœtuū animalium, & fructuum, per piſcem, omnia genera natantium. ¶ † Poſtcommunio. Petite & accip. ſumpta eſt de euangelio: ad horas dicitur capitulum: Confitemini, & illud: Helias homo erat. & illud: Si quis errauerit: qui ſunt Iacob. v. cap. ¶ In feſto autem beati Marci dicunt, quidam epiſtolam: Qui timet Deum: quæ eſt Eccleſ. xv cap. alij dicunt ſimilitudo vultus: quæ eſt Ezech. cap. ¶ Euangelium, Ego ſum vitis: quòd eſt Ioan. xv. cap. alij verò dicunt: Deſignauit. Secunda quoque die rogationum, eſt idem officium, quod in prima, niſi quia in quibuſdam Eccleſiis euangelium de Matth. legitur, in quo eſt eadem ſententia, &c.

SVMMARIVM.

2 *Aſcenſionis vigilia, quod habeat officium, & num. 2. 3. 4.*

De vigilia aſcenſionis. CAP. CIII.

1 QVia verò ieiunium, de quo † præmiſſum eſt, non ſufficit ſine operibus miſericordiæ, ideo in vigilia Aſcenſionis, quæ eſt tertia dies rogationum, Eccleſia monet ad opera miſericordię: dicens in introitu, qui eſt in quibuſdam Eccleſiis: Miſericordia Domini, &c. Dicit enim Greg. Si vis orationem tuam ad cœlum volare fac ei duas alas ſcilicet ieiunium & eleemoſynam. Cum bonis enim deſideriis volamus ad cœlum. Vnde de Domino dicitur Eleuatis manib⁹ ferebatur in cœlum. In aliis tamen Eccleſiis dicitur: Omnes gentes. Epiſtola verò, quæ eſt in quibuſdā Eccleſiis Multitudinis: non videtur concordare, imò videtur præpoſteratio, quia poſt aſcenſionem Domini factum eſt, vt multitudinis credentiū eſſet cor vnum, & vna anima. Sed hoc fit duabus de cauſis. Prima vt epiſtola conſonet euangelio: Subleuatis oculis, &c. Ioan. xvij. c. In quo dicit Domin⁹: Pater, clarifica, id eſt, manifeſta Filiū tuum. Et poſteà rogat, dicēs: Rogo, vt vnum ſint, ſicut ego & tu vnum ſumus: extrà de ſum. tri. c. ij. Hæc autem vnitas oſtenditur in epiſtola. Alia cauſa eſt: quia quando ex vero corde dantur eleemoſynæ, omnia reputantur communia, ſicut dicit Apoſtolus de manna, quòd qui plus collegit, non plus abundauit, & qui minus, non habuit minus: qui enim diues eſt, propter hoc non debet amplius comedere, ſed aliis diſtribuere: & 2 hoc dicitur in epiſtola. Et erant illis omnia cōmunia. Ideò † autem prædictum euangelium dicitur hodie, quia qui paſſurus orauit, hominibus innotuit, cum aſcendit, vel quia in fine concluditur: Ego ad te venio, in quo rogat pro his, quos dedit ei Pater, vt ſint in Patre vnum, cùm omnia ſint in fide, & charitate vnum, id eſt, concordia vniti viciſſim: vnde procedit epiſtola: Multitudinis credentium. Hilarius verò ſic exponit prædicta verba: Rogo, vt ſicut ego & tu vnum ſumus, ſcilicet non tantum voluntate ſed etiam natura: ſic & ipſi vnum ſint, ſcilicet vnitate ſpiritus, & gratia Spiritus ſancti: in aliis tamē Eccleſiis dicitur epiſtola:

Vnicuique

Vnicuique vestrum.ad Ephes.iiij.c.Offertoriū est, Viri Galilæi.Act.j.c. Postcommunio † est.Non vos Ioan.xiiij.cap.In aliis verò Ecclesiis dicitur:Petite.Matth.vij.c.Quia ergo in hoc officio de eleemosyna & operibus misericordiæ agitur:ideo in quibusdam locis,vt præmissas sibi alas acquirant, eleemosynarum largitioni intendunt,quam tamen vsque in festum Ascēsionis differunt,quasi tunc post Christum in cœlum aduolent,& vt tunc liberiùs vacare possint.Quidam tamen non inconuenienter gruē supradicta officia paschalis hebdomadæ per vij.dona Spiritus sancti ad eos referunt,qui sunt in baptismo renati, vt renatus afflatus spiritu sapientiæ dicat Resurrexit.Per quid resurrexit,euangelium declarat,scilicet per resurrectionem Domini: quid inde acquisierit, spiritus instruit intellectus,dicēs: Introduxit nos in terram,scilicet Ecclesiam, & adhuc addit spiritus consilij aqua sapientiæ potauit eos. Quid inde quoque acquirere debeat spiritus indicat fortitudinis, dicens: Venite benedicti Patris mei quod ex his collatis beneficiis Deum laudare debeat spiritus scientiæ,docet dicens:Victricem,&c.Quid resurrectio renatis attulerit, indicat spiritus pietatis, dicens: Eduxit eos dominus in spe.& adhuc spiritus timoris adiungit, dicens: Eduxit Dominus populum suum. Pro his omnibus beneficiis in baptismo collatis hominibus angeli gratulantur, homines Deo confitentur, & ad Christi præconia se inuicem exhortantur,gratias agunt,iubilant beneficia,& beneficiorum causas rememorant, & ad maiora cōfidenter aspirant & circa hoc cæteræ partes officiorum subscriptæ hebdomadę versantur:& inde est, quod hic mutatur ordo bonorum. † Et attende quod per officia huius hebdomadæ ad quatuor introitus quater, & ad tres,ter ponitur alleluIa: quia sancta Trinitas, à quatuor mundi partibus collaudatur de Christi resurrectione,& de hominum redemptione.In prima Dominica , id est : Quasi modò geniti baptizati monentur à matre , tanquàm infantes innocenter viuere , & iac sanctæ Scripturæ concupiscere , vt paschale sacramentum , per Christi resurrectionem acquisitum moribus, & vita teneant , mundum vincant, vt cum Christo triumphent & lætitiam in corpore, & in anima simul obtineant, propter quam lætitiam allelu-Ia duplicatur:quia mortem euaserunt:& spem vitæ habere meruerunt : vel propter actionem & contempla ionem , vel propter gaudium prædicatorum & conuersorum. ¶ In secunda vero Dominica,scilicet: Misericordiam Domini.Baptizati iam instructi Christi misericordiam intonant , & trinitatem prædicant : nam in misericordia Spiritum,in verbo Filium,in Deo Patrem annunciant.præponunt verò Spiritum,per quem sunt sanctificati, deinde Filium,per quē redempti, deinde Patrem,cui reconciliantur, & quia Trinitatem concinunt,ideò ter iubilant allelu-Ia.¶ In tertia dominica, scilicet Iubilare. baptizati ad laudem Dei totum mundum inuitāt, & Trinitatem personant: cum ibi in Deo, Patrem,in Filium, laudem, Spiritum sanctum accipiunt: & quia per duo præcepta charitatis firmantur in fide Trinitatis, ideò

priùs bis, deinde ter concinunt allelu-Ia. ¶ In quarta dominica, scilicet. Cantare rursus baptizati ad Dei laudem Gentes conuersas inuitant, & Trinitatem commemorant : dum ibi in Domino Patrem, per mirabilia Filium , per iustitiam intelligunt Spirit.sanctū: & quia fidem Trinitatis Gentes à quatuor mundi partibus acceperunt,ideò Trinitatem sub quarto allelu-Ia concinunt. In quinta dominica, scilicet: vocem iucunditatis:rursus baptizati liberatorem suum Gentibus suis annuntiauerunt qui Trinitatem per ter positum concinunt allelu-Ia Et sicut ibi continetur,instantia prædicantium,sic in officio:Exaudiuit de templo sancto suo sollicitudo se ab errore conuertentiū,& ideò in officio vigilia. Omnes Gentes, applausu in cœlū intelligūtur ascēsurum.

SVMMARIVM.

1 *Ascensio Dominica,habet processionem,& cur idipsum.*
2 *Ascensionis Dominicæ Missa, eiusque expositio.& num.3.4.5.*

De festo ascensionis Domini. CAP. CIIII.

1 IN festo † ascensionis Domini , quod celebratur die quadragesima post Pascha,quia Christus die quadragesima post resurrectionem cœlos ascendit, fit processio solennis: præcepit enim Dominus Discipulis suis, vt præcederent in montem Oliueti, vt viderent ipsum ascendere, & fecerunt ei processionem , & ipse eleuatis manibus ferebatur in cœlum. De hoc dictum est in quarta parte sub tit.de aecef. pon.ad altare. Hæc processio,significat accessum de virtute in virtutem,& cantantur responsoria de ascensione , vt inuitemur ad ascendendum post Dominum.De Bethania autem,quę interpretatur obedientia,de qua eduxit Apostolos,ascendit Dominus:per quod significatur quod sine obedientia nullus potest ascendere in cœlum.Vnde quidā cantant in processione responsoria pertinentia ad ipsam eductionem: vt,Eduxit Dominus.Quod verò ascendit de monte Oliueti,significat quod per opera misericordiæ oportet nos ascendere. Cùm igitur hac die processionem rationabiliter agamus nihilominùs & hoc rationabilius est,quod nō celebretur antequam tertia dicatur:sed ea cantata licet in die paschæ & cæteris dominicis aliter fiat:& in paschali processione & in dominicalibus aqua benedicitur in memoriam & venerationem baptismatis: ideò quæ præcedunt tertiam,in qua Spiritus sanctus super Discipulos ascendit,vt sicut prius baptizamur, & posteà Spiritum sanctum accipimus , sic aqua benedicta priùs nos & loca nostra aspergimus , & postmodùm aduentus Spiritus sancti memoriale,id est,tertiam decantamus. Cur autem in dominicis diebus baptismatis memoria renouetur, superiùs enodatur.In hac verò die tertia cantata processio celebratur, similiter & omnes aliæ quæ sine aquæ benedictione celebrantur: tum vt missæ coniungantur officia: tum quia nullus eam sequitur, nisi sanctificatus Spiritu sancto. De hoc etiam sub dominica in ramis palmarum dictum est. Facta processione cantatur antiph. O rex gloriæ.

propter

propter illud: Non vos relinquam orphanos. Sequitur † introitus: Viri Galilæi, quid admiramini aspicientes in cœlum? Immotis enim oculis aspiciebant & diutius aspexissent, nisi angeli eis intimassent, quòd recederent dicentes: Hic Iesus, qui assumptus est à vobis in cœlum: sic veniet quemadmodum vidistis eum ascendentem in cœlum, id est, sic veniet ad iudicium in nube. Nubes significat gratiam: quia sine nube & sine gratia nullus potest ascendere, etiam Christus secundum, quòd homo: & hoc significat nubes in qua ascendit: quia verò de ascensione Domini est ineffabile gaudium, ideò sequitur versus: Omnes gentes plaudite manibus. Sequitur epistola: Primum † quidem sermonem, &c. Act. j. cap. in qua habetur de ascensione, postea sequitur duplex allelu-Ia: quia Dominus ascendit in duplici stola: & ita eadem ratione cantantur duo allelu-Ia in ascensione, quæ durant vsque ad Pentec. quia & in tempore Paschali primum allelu-Ia est: Ascendit Deus in iubilatione. i. in gaudio ineffabili antiquorũ Patrum, qui cum eo ascẽdebant & Apostolorum & Angelorum dicentium. Quis est iste rex gloriæ: Esai. Quis est iste qui venit de Edom? Sequitur: Et Dominus in voce tubæ: id est in voce horribili: quia de voce loquitur Angelorum: vel Dominus per Angelos, cùm dicebat Apostolis: Sic veniet, &c. Vel quia inuitabat ad nuptias æternas, sicut & tuba solebat antiquitus inuitare ad nuptias temporales. Secundum allelu-Ia est: Ascendens Christus in altum: aliqui tamen dicunt. Non vos. Ioan. xiiij. cap. Sequitur euangelium Marci rugientis. vlti. cap. Recumbentibus vndecim Discipulis, &c. Vbi sequitur: exprobauit: ecce rugitus. In fine habetur de ascensione: Dominus quidem Iesus, postquàm locutus est eis, assumptus est in cœlum. Potest etiam dici quòd eorum quæ hac die cantatur, quædam sunt Ascensionis peractæ narratio, vt illud, quod narrat Ioan. post passionem, &c. & illud, Ascendit Deus, &c. Quædam sunt cõsolatio sponsi ad sponsam, vt illud: Non turbetur cor vestrum, neque formidet. & illud: Tempus est vt reuertar. & illud, Si non abiero, Paracletus non veniet: quædam sunt congratulatio sponsæ ad sponsum, vt illud responsorium: Exaltare Domine: & illud: Ponis nubem. In narratione spes concipitur, in consolatione erigitur, in gratificatione certificatur, vel declaratur: similiter in diurno officio narratur ascensio in epist. & in euangelio, vbi dicitur, quod Domin. † assumptus est in cœlum, & sedet ad dexteram Dei, in æqualitate Patris. & in allelu-Ia: Dominus in Syna. consolatur sponsus. In alio allelu-Ia: Non vos relinquam congratulatur sponsa Ioseph offerenda, narratur perfecta esse ascẽsio & in cõmunione dicens, Psallite Deo, qui ascendit super cœlum cœli ad orientem, hoc est vsque ad verbum sibi personaliter vnitum: quod non dicitur ortum vel orientem: sed oriens, quia semper filius à Patre procedat: vel super cœlum cœli ad orientem. Hoc est ad firmitatem cœli ad orientalem plagam. Quod autem † cantatur in introitu & offertorio viri Galilæ, sumitur de epistola, in qua clausula percutitur eorũ superbia qui transfixerunt, & eorum

& eorum mundana sapientia qui non cognouerunt, & eorum pigritia qui talenta sibi commissa cum lucro debito non reportauerunt: & sollicitatur eorum desiderium, qui aduentum Domini diutius expectauerunt. Hoc enim totum officium consistit in sollicitudine & gaudio. Hoc enim festum habet x. dies pro octauis vt dictum est sub tit. de sancto Pascha. Hac die fiunt in quibusdam partibus eleemosynæ generales, vt dictum est in præcedenti tit. & tit. de rogationibus. Dicitur autem in hac die ad horas cap. Primum quidem, & illud, Cumque intuerentur, & illud, Viri Galilæi, quæ sunt act. j. cap.

SVMMARIVM.

1 *Dominica post Ascensionem eiusque diei officium. & num. 2. 3. 4. 6.*
2 *Dauid triplex vnctio.*
7 *Ieunandum an sit à tempore Paschali.*
8 *Ascensio octaua, quando terminetur.*

De Dominica post Ascensionem.

CAP. CV.

1 NVnc consequenter † dicendũ est de dominica post ascensionem. Siquidem ablato à se sponso, magis deuota est ecclesia: vnde erat in hac dominica in introitu: Exaudi Domine vocem meã, qua clamaui ad te. Et sequitur ibi. Vultum tuum Domine requiram, q. d. desiderio & cogitatione sequar te: quia sum filia aquilæ. ¶ † Sequitur epistola. Estote &c. j. Pe. iiij. in qua habetur, Vnusquisque sicut accepit gratiam illam, in alterutrum administret, de commissione talenti, & quòd mutua charitate sectemur nos, & simul hospitales inuicem sine murmuratione, &c. Sic enim adaptat nobis pennas virtutum, quibus volare possumus ad cœlum post Christum: quia bonis operibus, s. charitate, & misericordia, quasi de monte Oliueti, ascendimus. Sequitur † allelu-Ia: vnum est in quibusdam Ecclesiis Dominus in Syna in sancto. Sed quid est. quòd dicit Dominus in Syna, cũ non ascẽdit de monte Syna, sed de monte Oliue. de Bethania, sicut habetur Luc. vlt. Ad quod dicendum est, quòd de Syna in sancto ascendit enim, quantũ ad interpretationem. Syna enim interpretatur mandatum, ascendit enim de sancto mandato, quod est. Ite, & prædicate euangelium omni creaturæ. Vel mandatum factum est: Negotiamini, dũ venio, ipse est enim homo peregrè proficiscens, qui vocauit seruos suos &c. Vel de sancto mandato ascendit, quia per impletionem mandatorum Dei ascendit Christus, inquantum homo, & alij post ipsum. ¶ † Euangeliũ verò, est de promissione Spiritus sancti: Cũ venerit paracletus, qui à patre procedit, spiritus veritatis, &c. Ioan. x. c. alia patent. Richardus episcopus Cremon. dixit in Mitrali, quòd Apostoli post primã vnctionẽ in Christi morte susceperant, insufflante illo dicente: Accipite Spiritũ sanct. secundam expectabant quam promiserat Dominus, dicens: Si abiero, mittã paracletũ, ad vos. Expectãtes ergo decãtant in introitu: Exaudi,

qui versus de psal.xvij.s.Dominus illuminatio.assumitur, cuius titulus est in fine psal.Dauid prius quàm liniretur agitur.enim ibi de †vnctione Dauid,quę fuit triplex.¶ Primò enim,vnctus est in signum regis futuri.¶ Secundo,in regem super tribum iuda.¶ Tertiò,super totum Israël.Nos quoque idem cantamus. quia vnctionem tertiam expectamus.¶ Prima enim vnctio est in baptismo.¶ Secunda,in confirmatione,aut in pœnitentiæ confessione.¶ Tertia erit in resurrectione:Vel prima,erit in Apostolis,secunda in Iudæis,tertia,in Gentibus.¶ Et quoniam Apostoli,vt diximus,erant expectantes in templo,& orantes,laudantes,& benedicentes Deum idcirco in nostra expectatione in epistola:Estote prudētes,inuitamur in adoratione,&in offerēda: Lauda anima mea Dominum prouocamur ad laudes.¶ † Quis autem fuerit effectus illius apostolicæ vnctionis,euangelium declarat:Cùm venerit.vbi dicitur Vos testimoniū perhibetis, quia ab initio mecum estis.In quibusdam tamen Ecclesiis est offert. Ascendit Deus. Et postcommunio:Pater cū essem.¶ Et attende,quòd ob præmissam causam. s.quoniam apostoli expectabant indui virtute ex alto, hæc hebdomada dicitur expectationis, in qua solent quidam ieiunare, & orationi vacare,vsque ad pent.eò quòd Apostoli ieiunasse leguntur per hoc tēpus.Sed † magister Guilbertus probat ieiunandum non esse : quia de paschali tempore,& de quadragesima Pent. Hier. Ambr. Aug. lxxvj.di. scire.& c.oportet. aiunt inter pascha & Pent. non esse necesse ieiunia indicenda.Voluntate enim omni tempore à cibis percipiendis,possumus abstinere:sed ex necessitate non oportet. Vnde Ambros.per hos quinquaginta dies ieiunium nescit. Ecclesia : sicut ipsa dominica,qua Dominus resurrexit.Sunt enim omnes hi dies, velut pascha & dominica celebrandi:in quibus sicut ait Beda,maioribus epulis,& hymnis cœlestibus est vacandum ob reuerentiam dominicæ resurrectionis, & ob memoriam dominici conuictus cum discipulis ob spem gloriæ immortalitatis : veruntamen ab hac authoritate pœnitentes excluduntur.Sed & Greg.litanias excipit,& etiam concil. Aure.de consecr. dist.iij.rogationes.illud tamen voluntarium est.¶ Illud† etiam notabile est,quòd octauam ascensionis,quę deberet in quinta feria terminari, vlterius oportet prorogari. Licet enim officium dominicæ in v. feria repetatur,tamen in nocturnis officiis sextę feriæ & sabbati inuitatorium & responsoria de ascensione cantantur : verumtamen nocturnales psal.dicimus,cum tribus lectionibus,& Te Deum lau.omittimus.¶ Prorogatur ergo octaua,cū Apostoli essent laudantes Deum: & de hoc dictum est sub pascha,nec vacat à mysterio,quoniam Apostoli expectantes per obseruationem decem præceptorum paracletum mysterium denarij accipere meruerunt, & nos etiam expectantes ob eandem obseruationem denarium vitæ percipiemus æternæ. In his decem diebus legendi sunt Actus Apostolorum , quos qui sequitur, Spiritum sanctum accipiet,& denarium promerebitur.

§ 5

§ 6

§ 7

§ 8

§ 9

SVM

SVMMARIVM.

1 *Pentecostes,vigilia,cur celebretur baptismus,sicut & sabbato sancto.*
2 *Baptismus qua hora celebrandus.*
3 *Pentecostes Missa & eius expositio.& nu.4.5.6.7.8.9.10.*

De vigilia Pentecostes. CAP. CVI.

1 SEquitur† de vigilia Pentec.in qua sicut in vigilia Paschæ celebratur baptismus,quia istæ duæ festiuitates sunt maiores, & magis necessariæ inter omnes : In vigilia enim Paschæ celebratur baptismus, quia in passione Christi omnes baptizamur:quia redimimur & iustificamur.nihil enim nasci nobis profuit,nisi redimi profuisset. Itē redimi nihil profuisset,uisi paracletus mitteretur,& ideò in vigilia pent. celebratur baptismus,quia tunc per Spiritum sanctum mundamur,& sanctificamur:quoniam Dominus in cœlum ascēdens Discipulis promisit dicens:Io.quidem baptizauit aqua,vos autē baptizabimini Spiritu sancto non post multos dies.i.post hos x.dies,quod & factum est propter hoc, ergo Ecclesia in decima die post ascensionem celebrat baptismum ad notandum quod nostri neophyti baptizantur in Spiritu sancto quemadmodum & illic baptizantur etiam hodie solenniter: tum ad hoc,vt post Pascha nati, vel necessitatibus impediti baptizentur:tum quia Petrus hodie tria millia hominum baptizauit:tum quia Dei Filius in Dei digito fortem deuicit, ideoque idem opus per fidei mysterium repræsentatur digito venienti & Filio resurgenti:tū quia baptismi regeneratio propria est Spiritus sancti operatio:tum quia sicut hodie descendit in Apostolos,quem descensum Dominus baptismum appellauerat,dicens : Vos autem baptizabimini Spiritu sancto, 2 sic in baptismate descendit,licet inuisibiliter in baptizatos. Sed †Spiritus.die dominica & hora iij.missus fuerit in Discipulos,quare baptismus fit in sabbato & hora nona: videtur enim quod deberet potius hora iij.celebrari.Respondeo, quamuis baptisma fiat in sabbato : tamen ad illud baptisma pertinet,quòd Apostoli acceperunt in die Pentec.& quamuis illud eadem die,vel hora non celebretur, propter alias fluctuantes,mundi occasiones:tum propter sacramentum, quod in se continet, imitando Christi mortem , & eius resurrectionem , & membra caput præcedant:debemus illud baptisma eidem diei,& dationem Spiritus sancti eidē horæ deputare.In baptismo enim non tanquā tum repræsentatur sepultura Saluatoris, sed etiam mors Christi per quā baptismus plenā recipit efficaciā & ipse hora nona emisit spiritū. Centutio quoque,sicut ex Act.Apost.habetur,eadem hora audiuit ab angelo Auditæ sunt orationes tuæ,& eadem hora à beato Pet. baptizatus est,& hora nona angelus domini venit ad eum, nuntians ei , vt mitteret ad Pet.qui baptizaret,xvj.dist.deinde ij.vij.non omnis. Inde ergo mos inoleuit , vt hora nona fiat baptismus solennis. Aliæ enim sunt huius horæ prærogatiuæ,p: out dictum est in v. parte,sub titul.de

Actor.10

nona. Ideò autem Spiritus sanctus datus est discipulis hora iij. quia fidem sanctæ Trinitatis prædicaturi erant. Hoc sabbatum intitulatur sabbatum xij. lectionum: quia in primitiua Ecclesia xij. lectiones legebantur, vt dictum est sub iiij. feria dominicæ aduentus. † Officium autem huius diei, fere idem est in plurib⁹ Ecclesiis, cum officio sabbati paschalis, & lectiones legũtur ante baptismum, ad instructionem baptizandorum, & leguntur sine titu. prout ibi dictum est. Verumtamen quædam lectiones ibi leguntur, quæ non hic: & quædam ibi quæ hic præposterè tamen. ibi est enim prima lectio: In principio. hic vero est prima. Tentauit item ibi prius legitur: Apprehendent septem mulieres, &c. & postea: scripsit Moses &c. hic vero ecõuerso. Circa quòd notandum est, quòd duo fuerunt patres: vnus secundum carnem, scilicet Adam qui propter inobœdientiam Deo displicuit, & in quo omnes peccauerunt, & mortui sunt. Alter, secundum spiritum, scilicet Abraham, propter obedientiam placuit Deo: & eius imitatores liberati sunt, & viuunt. De primo agitur in vigilia Paschæ: vnde tunc primo legitur: In principio &c. vbi describitur dignitas hominis pro quo omnia facta sunt, vt causa eius miserabilior appareat: & inde est, quòd non sequitur ibi canticum, quia non bene nobis cantauit: imò per eum nascimur ad lucem, adiicitur tamen lectio: Factum est in vigilia, &c. in qua per figuram maris rubri agitur de baptismo in quo Aegyptiis spiritualibus submersis, viri filij Israël liberati sunt. Vnde sequitur ibi canticum victoriæ seu lætitiæ, scil. Cantemus domino. Sed quia imitatores Adæ ad hoc, vt liberentur primum instruendi sunt in fide, & postea in moribus, idcirco, legitur ibi lectio illa: Apprehendẽt, in qua de fide agitur, & in qua Christus à septiformi gratia Spiritus sancti apprehensus ostenditur: & posteà illa scripsit Moses, in qua agitur de moribus: in hac autem vigilia agitur de patre spirituali, scilicet Abraham. Vnde legitur tunc prima lectio, scilicet Tẽtauit Deus Abraham. & post eam dicitur canticum lætitiæ: quia nobis bene cantauit, & per eius fidem ad gaudium properamus: vnde dictum est ei, In semine tuo benedicentur omnes Gentes. Aiunt tamen † quidam nullum tractum sequi debere: quia post promissionem sibi factam nullum cecinit canticum Abraham, quia nullum socium cum quo cantaret, habebat, solus Dei cultor, & peregrinus in terra aliena. Hæc autem lectio bene congruit huic diei: quia in effusione Spiritus sancti data est Gentibus benedictio: de qua dixit Dominus ad Abraham, in semine tuo benedicentur, & huic etiam rectè congruit oratio: Deus, qui Abrahæ, &c. Secunda lectio est: Scripsit Moses quæ datur, legem declarat, quæ hodie data est, & nouam significat, quæ in cordibus fidelium diffusa est: vnde canticum sequitur, in quo æterna lætitia promittitur. Sed quia veri Abrahæ filij bonos habuerunt mores antè, quam septem mulieres apprehenderent virum vnum. i. antè quàm Christus septiformis gratia Spiritus sancti repletus, nascereturꝰ & postea

postea in nouo Testa. per baptismum Christo coniuncti sunt, ideò posteà legitur lectio: Apprehendent septẽ mulieres virũ vnum. qui septem dona Spiritus sancti pronuntiant, quæ bonis moribus quemlibet eorum informant: vnde sequitur canticũ, quia bonos mores gaudiũ cõmitatur. Quarta lectio, scilicet, Audi Israël. virtutes quæ dona comitantur, Insinuat, vt sapientiã, prudentiam, lumen & pacem: vnde canticum sequitur, quia pro his, & in his æternaliter gratulabimur. 1 Prima quidem, resonat historiam, secunda, allegoriam: tertia, tropologiã. quarta verò anagogen. Prima † ergo lectio est. Tentauit Deus Abraham. Sed quid pertinet modò dicere de immolatione Isaac? Magis enim pertinet ad vigiliam Paschæ? Respondeo, Dicitur propter promissiones, quæ sunt ibi, videlicet: Multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, baptizati enim sunt stellæ. Et iterum: In semine tuo benedicentur omnes Gentes. Hoc enim cõuenit baptizatis, qui sunt verũ semen, id est, veri filij Abrahæ. In lectione verò: Apprehendẽt septem 6 mulieres, &c. Per septem mulieres significantur septem dona Spiritus sancti, quæ dantur in baptismo: alia patent. Posteà fit † processio ad fontes, sicut & in vigilia paschę: & cantatur missa sine introitu: quia Ecclesia non habet adhuc Spiritum sanctũ, saltẽ in tanta plenitudine, 7 in quãa expectat eum in crastino, qui est principiũ & finis omnis bonũ. ¶ In † vigiliis ergo Paschæ & Pent. Incipit missa à Κύριε ἐλέησον, sine introitu, vt dictũ est ibi: & dicitur, Gloria in excel. Deo, & hoc more Apostolorum, qui etiam prius, quã Spiritũ sanctum acciperent, erant iugiter in tẽplo laudãtes, & benedicẽtes Dominũ. ¶ Rursus, quia angeli gaudent de renatis, ideò subiicitur. Gloria in excel. ¶ Posteà sequitur epistola de Actib. Apostolorum ¶ Cum Appollo, &c. In qua habetur, qꝙ Paul. baptizabat baptizatos. Io. j. q. j. dedit. quoniam in Spiritum sanctũ non credebãt: dixerunt enim: Sed neq; si spiritus sanctus est, audiuimus. Postmodum sequitur vnum allelu-Ia, scilicet, Confitemini in gratiarũ actione, pro baptizatis: quia ab omni peccato libera ti sũt. Dicitur ergo hodie allelu-Ia: nec dicitur flectamus genua: quia 9 hoc est iciuniũ exultationis & lætitiæ propter resurrectionem & ascẽsionẽ. ¶ Sequitur tractus. Sed † quare hoc cũ spiritus sanctus omnia faciat leuia: Ad hoc dicendũ est, quòd hoc fit propter baptizatos, qui multos tractus miseriarũ passuri sunt, si vixerint. Postmodũ sequitur euang. Io. xiij. ca. de promissione Spiritus sancti. Si diligitis me, mandata mea seruate, &c. Credo in vnum Deũ. Non est etiam omittẽdum quia cum symbolũ hoc deriuatum sit à symbolo Apostolorum fidem quam habebant, insinuat offerenda. Emitte manifestè ad operationẽ Spiritus sancti pertinet: quia per eum renouatur facies terræ ex delicto. Ad maledicta per eum Dominus benedicitur. Per eũ cœlum pelagus exẽditur, id est Scriptura, vt quasi nisi lateat explanetur: similiter & communio. Vltimo, &c. Ioan. xij. c. eandem pertinet, Spiritus sancti operationem, qui facit fluminа velut aquæ viuæ de ventre credẽ-

tis exire id est affluentiam salutaris doctrinæ, & est vt quibusdam placet hæc missa per Benedicamus Domino, cõcludenda. ¶ In †vesperis hi psal. secundũ quarundã Ecclesiarũ consuetudinem cõcinuntur scilicet, Laudate pueri, Laudate Dominum omnes Gentes. Lauda anima mea, Dominum. Laudate Dominum, quoniã bonus est, Psal. Lauda Hierusalem Dominũ: eò ꝙ in his psal. laudes Dei magis resonare videntur. Vbi enim Spiritus spirat, organum ad laudes inuitat.

SVMMARIVM.

1 *Pentecoste quid, & vnde dicatur.*
2 *Pentecostes festum, an habeat octauas.*
3 *Pentecostes nocturnum quod habeat lectiones, quotque psal. & nu. 4.*
5 *Vita actiua & contemplatiua est in ecclesia.*
6 *Pentecostes lectiones tres, quid significent.*
7 *Pentecostes Missa, & eius expositio, & nu. 11.*
8 *Spiritus sanctus, cur dicatur paracletus.*
9 *Pentecostes cur 50. diebus à Pascha celebretur. & nu. 10.*

De die sancto Pentecoste. CAP. CVIII.

PEntecostes †sicut & Pascha apud Hebræos celebre festũ erat, quòd post quinque decades Paschæ celebratur. vnde & vocabulũ sumpsit. Nam πεντηκοστὴ, dicitur à πέντε quod est quinque & ηκοστὸς quod est decem. Vocatur enim pente. quinquagesimus dies à Pascha, prout iam dicetur. ¶ Inter quos festum & aduentum Domini cantatur alleluIa & Gloria in excel. Deo: prout dictũ in proœmio huius partis, & sub tit. de. vij. diebus post Pascha. Idcirco autem allelu-Ia frequenter cantatur per totam hebdomadam pent. quia per dies pent. Ecclesia per baptismum Deo populos cõgregat: & ideò saluti eorum congaudens quousque albis vtuntur vestibus hymnum laudis decantant. Tunc enim stantes oramus in signum liberationis eorundem, qui per dona Spiritus sancti de morte ad vitam resuscitari meruerunt. Hac enim die missus est in Apostolos in linguis igneis. Sane octaua †Pentecost. à quibusdam celebratur, quia sicut in septenario hebdomadarum qui præcedit, intelligitur perfectio bonorum operum septiformis Spiritus: ita in octaua intelligatur consummatio præmiorum, quorum vtrunque appropriauit Spiritui sancto, licet tota Trinitas vtrunq; operetur? quoniam inuisibilia sunt opera Trinitatis de consec. di. iiij. c. fi. Sed quia Spiritus sanctus, est amor Patris & filij. & ex solo amore, hoc dat & dabit nobis Dñs, idcirco Spiritui sancto adscribitur. ¶ Alij verò celebant octauam Pentec. Nam cùm solum septem sint Spiritus sancti dona, solum septem diebus fieri debet festũ Pent. Et ideò Clemens papa dicit in sua epistola decre. extrà defer. capellanis. quòd hoc festũ caret octauis. Sed pari ratione nec pascha deberet octauam habere, nisi solum vnum diem propter vnitatẽ. ¶ Rursus hoc festum, vij. diebus agitur propter præsentis vitæ septenarium, vel propter

per animarum sabbatismum, vel quia per septem Spiritus sancti dona corporibus & animabus plena gaudia conferuntur. Vnde septẽ vltimi psalmi à laudibus intitulãtur, quia per septiformis gratiæ operationẽ gaudia conferuntur æterna. De hoc dicetur sub dominica prima post Pente. Vtrũ Pente. sit hebdomaria festiuitas dictũ est sub tit. de vj. diebus post pascha. ¶ In nocte †Pente. leguntur tres lectiones, & dicuntur tres psalmi cum tribus antiphonis, sicut fit in nocte Paschæ ad notandum vnũ esse opus totius sanctæ Trinitatis in potentia miraculorum. Quidam tamen legunt nouem lectiones, sicut fit in aliis dominicis: sed tamen canonicum est tres duntaxat legere propter sacramentum baptismi in trium Personarum nomine celebrati, vel ob 4 triduanam Domini sepulturam, cui sumus in baptismo consepulti. ¶ Rursus †ideo tres psalmi cum tribus antiphonis dicuntur, quia Spiritus sanctus tria circa Apostolos operatus est. Nã veteres innouauit, innouatos cõfirmauit, & cõfirmatos ad alios conuertendos misit: ad primum pertinet, quod dicitur in prima antiphona: Factus est repentẽ de cœlo sonus. Ad secundũ, quod dicitur in secũda, Confirma hoc Deus. Ad tertiũ, quod dicitur in tertia: Emitte Spiritum tuũ. Eorum enim mysterio docti sunt alij, & Spiritu sancto interius renati: & quia in ipsis Apostolis duo operatur Spiritus sanctus id est, remissionẽ peccatorum, & operationem miraculorum, &c. idcirco illæ antiphonæ terminantur per duplex allelu-Ia. Verum si diligenter attẽdere volumus & conferre psalmos & antiphonas, quas dicuntur in pascha, cum his, quæ dicuntur in Pentec. alia ratio inuenitur, Nã ibi intra hebdomadã fit variatio psalmorum, antiphonarum & tonorum. Hic autem nec in ipsa die, nec in aliis fit variatio: & omnes illæ antiphonę sunt vnius toni, scilicet octaui, & eiusdem differentiæ. Ratio autem est, quia quasi duplex baptisma legimus Apostolorum: primum quo perceperunt remissionẽ peccatorum, nã eos baptizatos esse Christi baptismo, ambigendum nõ est, vt dictum est sub tit. de vigilia Paschæ. Secundum receperunt ad robur virtutum & ad operationẽ miraculorum, & ad repulsionem illecebrarum omnium secularium. Primò 5 baptizatus fuerat Pet. cùm ad vocẽ ancillæ Christum negauit. Secũdo, baptizatus fuit in die pentecost. cùm coram regibus & principibus non timuit prædicare verbum Dei. In primo ergo multa instabilitas & varietas fuit circa discipulos. In secundo vniformitas & stabilitas. In hunc etiam modum in Ecclesia Dei duo sunt †genera bonorum, scilicet actiuorum & contemplatiuorum. Actiua vita consistit in bonis operibus, id est, in administratione exteriorum, in qua constituti ab amore temporalium nõ omnino separãtur, licet amorem Dei amori temporalium præferant. Cõtemplatiua consistit in dilectione & contemplatione. Hæ duæ vitæ per Mariam & Martham significatæ sunt extrà de renũ. nisi. Mariæ pars dicta est optima, iuxta illud *Luc. 10* Maria optimam partem elegit, &c. non tamen reprehenditur pars

Marthæ:quia & ipſa actiua vita bona eſt,quæ hic inchoatur & termi-
natur.Contemplatiua verò optima eſt,quæ inchoatur hic, & in futu-
ro conſummatur:in illa tamen eſt multa varietas & in iſta vniformi-
tas prout in hac vita eſſe poteſt.Antiphonę ergo cū Pſalm.qui cantā-
tur in Paſcha,pertinent ad vitam actiuā, & idcirco in eis eſt varietas.
antiphonæ verò, & pſalmi qui cantantur in pentecoſt. pertinent ad
contemplatiuam vitam,& ideò in eis eſt vniformitas,in prima enim
antiphona quæ eſt in Paſcha, cantatur & dicitur: Conſilium meum
non eſt cum impiis.Hic dicitur:Factus eſt repentè de cœlo ſonus,&c.
Spiritus ſeu ventus veniens ſolet puluerē à facie terræ deiicere. Ma-
gna enim eſt differentia inter dona Spiritus ſancti, quo ſperantur fi-
deles ab impiis, & donum, quo omnis puluis terrenarum cogitatio-
num à pectore humano tollitur:illud ad actiuam vitam pertinet, hoc
ad contemplatiuam.In ſecunda ibi dicitur:Poſtulaui Patrem meum,
&c.Hoc verò dicitur:Cōfirma hoc Deus,&c.Ad omnes quidē fideles
pertinet eſſe de hæreditate Domini,ſed ad paucos pertinet eſſe à ter-
renis cogitationibus ſeparatos,& in hoc confirmatos, ne ad terrena
redeant,ſed per conſeruationem eſſe in Hieruſalem cœleſti.& ibi al-
Ielu-Ia cantare non ceſſent,quod hic petitur.In tertia ibi dicitur:Ego
dormiui, & ſonum cepi, &c. Hic dicitur: Emitte Spiritum tuum,&
creabuntur,&c.Omnes fideles & boni à vitiis reſurgunt, vel reſurre-
xerunt,ſicut Chriſtus à mortuis reſurrexit, quòd ibi dicitur:hic vero
in paucis renouatur facies terræ,id eſt,ratio animæ, quòd ſit ab omni
puluere terrenorum deſideriorum immunis, ibi ergo, hoc eſt in vita
actiua,quæ ibi oſtenditur,eſt inchoatio:hic autem, hoc eſt in cōtem-
platiua,quæ hic oſtenditur,eſt perfectio & cōſummatio, ibi varietas
hic vniformitas, & propterea ibi variantur antiphonæ & pſal. hic nō
propter hanc conſummationem & vniformitatem notandam. Anti-
phonæ ſunt octaui toni,& eiuſdem differentiæ,quia octo ſunt beati-
tudines, quarum octaua redit ad caput:nam in prima dicitur; Beati
pauperes ſpiritu, &c. Et in octaua: Beati qui perſecutionē patiuntur
propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Propter
†hanc eādem conſummationem notandum eſt quod in quibuſdam 6
Eccleſiis celebratur octaua penteco.per hoc quoque ſeptem dies tres
quotidie leguntur lectiones vt vij. fratres tres procurent ſortes id
eſt,ſeptē dona Spiritus ſancti,per illos ſignificata tres virtutes, ſcili-
cet fidem,ſpem,& charitatē: prout Greg. proſequitur in Moralibus.
Horum enim dierum officia ſeptem doni Spiritus ſancti adaptantur.
Heſternum igitur & hodiernum pertinet ad ſapientiā,& intellectū,
vt ex operibus patet. Per totam etiam ſeptimam ſunt ſolennitates
ſeruandæ.Dicitur enim Gloria in ex.Allelu-Ia.Credo.Ite miſſa eſt. &
TeDeum lau. prout in ſeq.tit.dicetur.Dicitur etiam ad horas capitu-
lum.Deū complerētur.Act.ij.& illud:Spiritus Domini Sapi.j.cap. &
illud:Charitas Dei.Ro.v.cap.Sequitur videre de officio miſſæ,& quo-

7 dem in † die pente.celebratur feſtum de aduentu Spiritus ſancti.Viſi-
biliter enim deſcēdit tunc in Diſcipulos & fuit hoc miraculum & ar-
gumentum quod non potuerunt calumniari Iudæi. Reſurrectionem
enim & aſcenſionem calumniabantur, ſed hoc non potuerunt facere
de aduētu Spiritus ſancti,quia ex omni natione,quæ ſub cœlo eſt,cō-
uenerant ad diem feſtum,& tunc deſcendit Spiritus ſanctus viſibiliter
in diſcipulos,ſicut Chriſtus promiſerat, & loquebantur omnibus lin-
guis coram omnibus,& ideo incipit introitus, Sapientiæ.j.ca. Spiritus
Domini repleuit orbem terrarum,id eſt,Eccleſiam,quæ dicitur orbis
terrarum,ſicut enim extra orbem terrarum nihil viuit ad literam, ſic
extra eccleſiam,nil viuit ſpiritualiter.Sequitur: Et hoc quod continet
omnia,id eſt,Spiritus ſanctus, cuius bonitati omnia ſubſiſtunt, habet
ſcientiā vocis,id eſt, linguarum, & ita potuit dare & dedit Apoſtolis.
Vnde confuſi ſunt inimici Chriſti, & ideò ſequitur verſus. Exurgat *Pſal.67*
Deus, & diſſipentur inimici eius.Per Spiritum enim ſanctum omnes
dæmones compelluntur & eijciuntur:¶ Rurſus impleuit orbem ter-
rarum, dum Apoſtolos inebriauit, quorum ſonus in omnem terram
exiuit,de quo ſono dicitur in epiſtola: Factus eſt repentè de cœlo ſo-
nus & quoniam orbis terræ per quatuor climata ſeparatur, ideò qua-
ter in introitu allelu-Ia concinitur. Duplex verò allelu-Ia, quod poſt
epiſtolam canitur,ſignificat duplicandam lętitiam,vel ſanctum Spiri-
tum bis Apoſtolos fuiſſe datū ſcilicet de terra,& de cœlo,vel eos ſpi-
ritu & mente pſallētes,vel duorum populorum conuerſionem. Et hoc
quod continet omnia ſcientiam habet vocis, id eſt noui, qua mente
quiſque loquebatūr vel habet ſcientiam hominum per quæ & de qui-
bus poteſt vox humana variari,vel ſcientiam vocis,id eſt vocem ſciē-
tiæ,habet,id eſt facit nos habere,vt quæ ipſo inſpirante Apoſtoli pro-
ferrent cum intelligentia pronuntiarent.¶ Et nota,quod ſanctus Spi-
ritus †παράκλητος dicitur,quod verbum Græcè, Latinè ſonat aduo-
catus,quòd nomē & filio,& ſpiritui ſācto adſcribitur.Vnde Dominus
in euangelio:Rogabo Patrem meum,& alium paracletū dabit vobis.
& Ioannes in euangelio: Aduocatum habemus apud Patrem Ieſum
Chriſtum iuſtum.Dicitur etiam paracletus cōſolator:nam παράκλησις
ſolo.ij.ca.Dum † cōplerentur dies Penteco. dies ſcilicet quinquage-
dicitur Latine cōſolatio.Poſtmodum ſequitur epiſtola de Actis Apo-
ſima à reſurrectione: ſicut enim quinquageſima die à Paſcha fiebat
Pente.Iudæorum,ita & noſtrū fit:& ſicut populus Iſraël quinquageſi-
ma die ab immolatione agni paſchalis ſiue à Paſcha,quod celebrauē-
runt in Ramatha,venerunt ad montē Dei Oreb, vel Coreb,vel Synai,
quòd idem eſt:tunc legem acceperunt,ita & die quinquageſima à re-
ſurrectione Domini datus eſt Spiritus ſanctus Diſcipulis in ſuperiori
cœnaculo,illius aduentum expectātibus Præcipitur enim Leuit xxiij.
vt in die Pentecoſtes offerantur noui panes, ſcilicet propoſitionis de
nouis frugib⁹, per quod ſignificatur,quòd debem⁹ Deo gratias agere

ex eo,quod eadem die dedit nouam legem, per Spiritum sanctum in qua die data est lex vetus,scilicet quinquagesima die à Pascha,de quo dicetur in procœmio septimæ partis de dono, propter quòd debemus laudare Deum:quòd est offerre panem nouum, quia etiam lex vetus spiritualiter intellecta,noua est.Et attende, quoniam agnus immolatus est xiiij.die Aprilis lex verò data est xiij.die mẽsis tertij. dicitur tamen esse data tertia die.Iam enim,vt inquit scriptura, aduenerat tertia dies:& mane inclauerat,& cœperunt audiri tonitrua:die namque tertia descendit Dominus super montem ad dãdam legem, & Moses ascendit ad Deum,& descendens narrauit omnia plebi,manéq; rursus ascendens duas tabulas scriptas accepit,& caue,vt in secundo mense, xxx.duntaxat computes dies secundum lunam,ergo.xvj.in mense primo,xxx.in secundo & quatuor in tertio faciunt quinquaginta. ¶ Rursus in quinquagesimo anno erat iubileus annus,qui interpretatur remissionis annus,quia septenis annorũ hebdomadibus, id est quadraginta nouẽ an.texitur:in quo clangebant tubæ,omnia debita remittebantur,serui manumittebantur, & libertas concessa cõfirmabatur, atque possessiones alienatæ omnibus restituebãtur, vt dictum est sub Dominica quinquagesimæ. Similiter in diebus Pentecostes hunc numerũ post Domini resurrectionẽ obseruamus suscipientes aduenientem in nos Spiritus sancti gratiã,per quẽ efficimur filij Dei & virtutũ possessio nobis restituitur,& remissa culpa, & totius debiti chirographo euacuato ab omni seruitutis nexu liberi efficimur.lxxxv. dist hũç numerũ Prætereà iste numerus quinquagesimus resultat ex septenario numero,ducto in seipso superadditavnitate. Septem † enim sunt hebdomadæ à Pascha : vsque ad Pentecosten, & ita cõpetenter quinquagesima die à Pascha est Pentecostes in quo datur Spiritus sanctus, cuius dona sunt septẽ,quæ dantur ab vno.Iudæi enim septenariũ numerum non sine figura in omnibus obseruant, prout dictum est sub quinquagesima.Ascẽsio autẽ facta fuit quadragesima die, qui est numerus pœnitentiæ.& hoc competens fuit,quia per pœnitentiã homo fit similis Deo,& hoc est ascendere.Sed videtur, quod sicut Iudæi ab immolatione agni typici quinquaginta dies cõputando, ibi faciebant suum Pentecosten,ita & nos quinquaginta dies ab immolatione agni deberemus computare: & sic debemus nostrum Pẽtecosten facere in die veneris antè, quàm modò facimus, quod ducet computatio. Ad hoc dicimus,quod non faciebãt computationẽ ab immolatione agni, sed à sequenti dominica.Vnde legitur Leuitic.xxij. Numerabitis ab vltima die sabbati,id est à dominica,quæ est altera dies post sabbatũ. Numerabitis dico septẽ hebdomadas,vsque ad alteram diem completionis septimæ hebdomadæ:hoc dicit Spiritus sanctus per Moysem,innuens per hoc Pentecosten Christianorum quod semper est in die dominica.Dixit ergo Lucas de hac die:Dum complerentur dies Pentecostes,erant omnes Discipuli pariter in eodẽ loco,id est in cõsona, & concor

concordi vnitate,& factus est repentè de cœlo sonus.quia est existentibus in pœnitentia,qui est annus iubileus,& cõpleto Pentecoste, existentibus in vnitate datur Spiritus sanctus,sed repẽtè:quia nescit tarda habere rerum molimina Spiritus sancti gratia.In igne autem descendit,quia sicut ignis illuminat & inflammat,ita Spiritus sanctus illuminat ad cognitionem Dei,& inflammat ad amorem Dei.Apparuit ergo in linguis igneis, vt facundi essent in omni genere linguarum. Et quia ipse est lingua, quæ de occulto suæ bonitatis Verbum protulit,in vterum Virginis,& profert verbũ in corde hominis.Mat.x.Vos non estis qui loquimini sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis,ipse enim quos replet,eloquẽtes facit.Sequitur:Quasi † aduenientis Spiritus vehementis.hoc autẽ dicit quia nullus potuit resistere Spiritui sancto,nec Apostolis.Vnde Dominus in euãgelio Matt. Ego dabo vobis eos,& sapientiam,cui non poterunt resistere,& cõtradicere omnes aduersarij vestri. Et de beato Stephano scriptum est in Act. quod non poterant resistere sapiẽtiæ & spiritui,qui loquebatur.Quia verò in epistola dicitur.Et factus est repentè de cœlo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis,&c. ideò ad hoc repræsentandum in nonnullis Ecclesiis clanguntur tubæ dũ sequentia dicitur:venit enim Spiritus sanctus in spiritu vehementi, quia sicut venrus vehemens proiicit puluerem à facie terræ: sic Spiritus sanctus ejcit à corde hominis omnem terrenitatem.Tubis quidem vtebantur Antiqui, vt legitur in Numeris ad multitudinem congregandam,ad dimicandum, & ad congratulandum in diebus festiuis,cum diuersitate tamen sonorum:quarum vsus fuit tantæ virtutis in iubilo,vt ad crepitum siue sonum earum corruerent muri Hierico. hæc siquidem sunt duo Testamenta,vel prædicatores: quibus ad procinctum fidei populus euocatur ad pœnitentiam & lachrymabilem compunctionem excitatur, ad laudes Domino exhibendas inuitatur, & ad montem Sion & ad ciuitatem sanctã Hierusalem, & multorum millium angelorum frequentiam:& ad futurum Dei iudicium prouocatur. Et vide,quia in aduersis & prosperis turbis clangitur: quia omne tempus conuenit verbo. Vnde: Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.De organis dictum est in quarta parte sub tit.de sanctis.Tũc etiam ex alto ignis proijcitur:quia Spiritus sanctus descendit in Discipulos in igneis linguis, & etiam flores varij ad denotandum gaudium & diuersitatem linguarum & virtutum.Columbæ etiam per Ecclesiam dimittũtur,in quo ipsa Spiritus sancti missio designatur. Post epistolam dicitur graduale in quibusdã Ecclesiis:quia festum paschale terminatum est. Tamen in quibusdam aliis, dicitur duplex allelu-Ia: quia Spiritus sanctus datus est geminæ stolæ. ¶ Euangelium:Si quis diligit me.Ioan.xiiij cap. manifestè est de Spiritu sancto. ¶ Postcommunio est:Factus est, Act.ij.cap. Quare hoc festum celebratur à Iudæis,quare à Christianis,dicetur in procœmio septimæ partis.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Missa feriæ secundæ post Pentecosten, & eius expositio. & nu. 2.*

De secunda feria. CAP. CVIII.

SEquitur secunda feria, in qua ostenditur, quod non tantummodo est data lex Iudæis, sed etiam Gentibus: vnde introitus est: Cibauit eos † ex adipe frumenti, id est de intelligentia spirituali, & petra mel- 1
le, id est, melliflua doctrina Christi saturauit eos. & hoc habetur in epistola: Aperiens Petrus, quæ est Act. x. c. in qua habetur quòd adhuc loquente Petro descendit Spiritus sanctus. Vel frumentum Christus est, cuius adeps est Spiritus sanctus, quo fideles satiantur, cùm Spiritu sancto replentur? quia etiam satiantur melle, & de petra, id est, doctrina de Christo procedente, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei. Hic autem propter promissiones, quæ ibi continentur concinitur, quater allelu-Ia, sicut in feria tertia & sabbato exponetur, de hoc dictum est in tertia dominica post Pascha Allelu-Ia est: Spiritus Domini Sap. j. c. Aliud Allelu-Ia: Loquebantur. Act. ij. cap. Euangelium verò Ioan. iij. c. non videtur conuenire Spiritui sancto, sed concordat epistolæ: ibi enim ostenditur, quod non tantum Iudæis, sed etiam Gentibus data est lex, dicens: Sic Deus dilexit mundum, supple non tantùm Iudæos, vt Filium suum vnigenitum daret. & posteà sequitur: Vt omnis qui credit in illum non pereat. Et nota terribile verbum, quod qui non credit in eum. iam iudicatus est. Præterea per hoc quod de dilectione mentio fit, Spiritus sanctus, qui amor est patris exprimitur. Postcommunio est: Spiritus † sanctus. Ioan. xiiij. capit. Est 2
sciendum, quod per totam hanc septimanam in missa sunt solennitates seruandæ? vt Gloria in excelsis. Credo. Ite missa est. Te Deum. & allelu-Ia: vt baptizatorum saluti congaudeamus, & vt futuræ lætitiæ plenitudinem figuremus. Post: emò, notandum est, quod Dominus non prædicauit Gentibus per se, sed per Apostolos. Vnde: Ite, baptizate omnes in nomine Patris, & Filij. & Spiritus sancti sicut Isaac iunior filio suo nihil præcepit de offerendo sibi cibum, vt benedictionem acciperet, sed per operationem Rebeccæ primatum benedictionis accepit: & quia hæc facta sunt Dei occulto iudicio, ideò officium huius feriæ secundæ pertinet ad consilium, quod est donum Spiritus sancti.

SVMMARIVM.

1 *Missa feriæ tertiæ post Pentecosten, & eius expositio. & num. 2. 3.*

De tertia feria CAP. CIX.

SEquitur tertia feria: & quia Spiritus sanctus † nō datur nisi per mi- 1
nistros, ideò in tertia feria dicitur introitus in persona prælatorum

Accipite

Accipite iucunditatem gloriæ vestræ: in quo quia per geminam dilectionem ad fidem pertingimus Trinitatis, ideò quinquies concinimus allelu-Ia, & est sensus: Accipite iucunditatem gloriæ, id est, Spiritum sanctum, quia vos glorificabit & clarificabit, vt quisque de se dicere possit: quod dicitur in communione: Spiritus qui à Patre procedit, ille 2
clarificabit. Sequitur † epistola: Cùm audissent Apostoli. Act. viij. c. vbi sequitur: Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum: quia in impositione manus accipiebāt Spiritum sanctu. Euangelium Ioan. x. concordat epistolæ vbi dicitur: Qui non intrat per ostium, &c. non enim intrat in Ecclesiam, qui non intrat per eos, qui sunt ostium, scilicet per Christum & Apostolos: nam hæretici non dant Spiritum sanctum, nisi in quantùm conueniunt cum Ecclesia: & quoniam Apostoli & eorum successores hæresiarchas in spiritu fortitudinis sunt 3
aggressi, & aggrediūtur, ideò officium † hodiernum pertinet ad fortitudinem, quæ est Spiritus sanctus, scilicet donum. Rursus Spiritus sanctus ostiarius est qui per ostium introducit ad Patrem, quod etiam in offertorio canitur: Portas cœli, id est, Apostolorum Scripturas aperiet. Postcommunio est: Spiritus, qui à patre. Ioan. ix.

SVMMARIVM.

1 *Ieiunij formam Apostoli nobis tradiderunt.*
2 *Feria quarta post pentecosten, habet quatuor tempora. & num. 3.*
4 *Missa feriæ quartæ post Pentecosten, & eius expositio. & num. 5.*

De quarta feria. CAP. CX.

1 SEquitur quarta feria, in qua fiunt ieiunia quatuor temporum. Apostoli namque † nobis exemplum ieiunandi hoc tempore reliquerunt, qui post susceptum Spiritum sanctum, sicut mentes auerterant à cæteris mundi illecebris, sic & ab epularum appetitu, licet enim quamdiu cum illis fuit Christus non ieiunarent, post oblationem tamen eius sponsi ieiunare se subdidere ieiuniis. Sponso enim ablato, eis ieiunandum erat, sicut Dominus prædixerat: Quando sponsus auferetur ab eis, tunc ieiunabunt. Vnde repleti Spiritu sancto, sponte ieiunare cœperunt: quo circa in præcedenti secunda feria quidam æstiualem inchoant quadra- 2
gesimam. Alij † verò saniùs hodiernum ieiunium autumant esse huius temporis quadragesimæ initium cui quidam terminum statuunt in festiuitate sancti Ioannis baptistæ, siue sex habeat hebdomadas, siue non. Tertij festiuitatem sancti Ioannis includunt, & cò vsque ieiunantes, sine termino præfixo procedunt, donec senarium compleant numerum. Hanc quadragesimam probat Hier. non necessitatis, sed voluntatis, dicens: Nos vnam facimus quadragesimam, illi tres, quasi tres passi fuerint Saluatores, non quòd per totum annum ieiunare non liceat excepto Pentecost. sed quia aliud est necessitate, aliud voluntate

munus

munus offerre. Sed hoc dicit Hieron. contra Montanum hæreticum, qui apud suos tribus quadragesimis statuit ieiunandum, & dicitur hoc † ieiunium æstatis quòd est ieiunium exultationis, in quo genua non flectimus: imò cantica lætitiæ dicimus, vt dictum est sub quarta feria tertiæ hebdomadæ aduentus. Hoc autem ieiunium statuum est ab Ecclesia in tali tempore: quia qui in se sentit gratiam sancti Spiritus, leuiter & cum gaudio ieiunat: & etiam quia super ieiunantes descendit Spiritus sanctus visibiliter, & ideo incipit introitus: Deus cùm egredieris in conspectu populi tui, &c. Egreditur autem Dominus quando aliquo signo visibili, Venit ad auxilium hominum. Egressus verò est, cùm dedit nobis Filium suum, qui venit pandens iter ante nos, vt dicitur Micheæ ij. Tunc egressus est etiam per Spiritus sancti missionem, quando visibiliter descendit super Apostolos: & quia per hoc dissipati sunt inimici, ideò sequitur versiculus: Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, &c. Sequitur in quibusdam Ecclesiis lectio de principio sapientiæ, scilicet: Diligite iustitiam, qui iudicatis terram: vbi ostenditur qualiter poterit haberi Spiritus sanctus: ibi Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum ij. quæstion. j. Saluator & in fine dicitur: Spiritus Domini repleuit † orbem terrarum, &c. Postmodùm sequitur epistola: Stans Petrus, &c. Act. ij. in qua ostenditur, quod super ieiunantes descendit Spiritus sanctus, & ibi sequitur: Non enim isti sunt ebrij, sicut vos dicitis, cùm sit hora diei tertia: sed hoc est quod dixit Dominus per prophetam Ioël. Effundam de Spiritu meo, super omnem carnem, & prophetabunt Filij vestri & filiæ vestræ, &c. In aliis verò Ecclesiis dicitur prima lectio: Stans Petrus: & postmodùm epistola: Per manus autem Act. v. cap. Duæ itaque lectiones leguntur: quia duo populi ad fidem conuertuntur, vel quia ordinandi in vtriusque Testamenti pagina imbuuntur. Sequitur allelu-Ia, quia est ieiunium exultationis, vt dictum est, & dicunt quidam Pater, cùm essem. Ioan. xviij. Sequitur euangelium Ioan. vj. capit. Nemo venit ad me nisi Pater, qui misit me traxerit eum, scilicet per Spiritum Sanctum. & pòst sequitur: Patres vestri manducauerunt manna, & mortui sunt: qui manducat ex hoc pane viuet in æternum: quia egressum est coram Christianis manna spiritale, sicut antè coram Iudæis, sed temporale manducantes & corporale, mortui sunt. Qui verò manducauerit spirituale, non morietur morte, scilicet incredulitatis siue gehennali: vnde patet quòd elegantius egressus est Dominus coram nouo populo, quàm coram veteri. Communio est: † Pacem, &c. Et est Ioan. xiiij. capit. Et attende, quod officium huius quartæ feriæ prædicat scientiam, quæ est donum Spiritus sancti, qui vsque adeò sanctos illuminat, quod de quinque libris Mosi pauciscque Prophetarum Scripturis librorum, copia creuit: quod misticè innuit nobis euangelium, de quinque panibus, & duobus piscibus, quod hodie in quibusdam Ecclesiis legitur.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Feria quinta post Pentecosten, non habet officium proprium, & vnde mutuetur.*

De quinta feria. CAP. CXI.

1 SEquitur quinta feria, quæ secundum aliquas Ecclesias † non habet introitum proprium, sed quia dominus descendit in die dominica per missionem Spiritus sancti. & quinta feria ascendit in cœlum, ideò dici dominicæ & quintæ feriæ communis est introitus. A dominica ergo mutuatur: nec habet proprium, vt à sabbato in sabbatum septem tantum duntaxat officia, septem donis spiritus sancti deputata: quidam tamen, & huic officio mutuato non incongruè donum adscribunt: huiusmodi adscriptiones non à sabbato, sed à dominica facere incipientes. In dominica etenim ponunt spiritum sapientiæ, in secunda feria intellectus, in tertia cõsilii, in quarta fortitudinis, & in hac quinta spiritum scientiæ, qui dat scrutari profunda: sicut cantatur in allelu-Ia: Spiritus 2 omnia, &c. ¶ † In quibusdam verò Ecclesiis cantatur introitus, qui in sequenti dicitur feria scilicet. Repleatur os meum laude tua. Aliquæ verò Ecclesiæ habent proprium officium scilicet Deus Patrum nostrorum, da nobis spiritum gratiæ, &c. in quo Ecclesia orat filiis suis dari spiritum sanctum ad remissiones peccatorum, & ad facienda miracula: & quia per spiritum sanctum fiunt miracula, ideò habetur in epistola: Philippus, &c. quæ est Act. viij. cap. quòd Philippus multos claudos sanauit & spiritus immundos eiecit. & factum est gaudium magnum in illa ciuitate, scilicet Samariæ. Et quia per spiritum sanctum omnia ista fiunt, ideò sequitur euangelium Luc. ix. cap. Conuocatis Iesus duodecim Discipulis suis, dedit eis potestatem super omnia dæmonia: & post, Non feretis virgam neque peram, &c. quæ fieri non possunt, nisi spiritus sancti abundantia habeatur.

SVMMARIVM.

1 *Feria sexta post Pentecosten. Missa, eiúsque expositio. & num. 2.*

De feria sexta. CAP. CXII.

1 SExta † feria est introitus: Repleatur os meum laude, vt possim cantare allelu-Ia: quia qui gaudet ore, & corde, potest ieiunare ieiunio exultationis. Et quia est dies veneris in qua passus est Dominus, & spirit. sanct. ideò dicit Pet. in epist. Apericns. Act. ij. Quæ in quibusdam Ecclesiis legitur: quòd Christus susciatatus est à spiritu sanct. Vnde ibi habetur: Suscitauit Iesum solutis doloribus inferni, sicut scriptum est: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, in quo significata est illa spiritus sancti operatio: quia synagoga nunc mortua pietate resurget: postquàm plenitudo, Gẽtium eadem introierit pietate. Prædicatio

ergo

ergo hoc officium pietatẽ. Posset etiam pertinere ad spiritum timoris, pro eo quòd dicitur in euangelio: Et repleti sunt timore, & ecstasi, &c. ¶ † In quibusdam Ecclesiis legitur lectio: Exultate filiæ Sion, quæ est Ioëlis ij. cap. Et quia per spiritum sanctum fiunt miracula, sequitur euangelium, Factum est: Luc.v.cap.de paraclyto sanato: & quia propter hoc debet laudari Dominus, sequitur offertorium: Lauda anima mea Dominum. Communio: Spiritus vbi vult spirat.

SVMMARIVM.

1 *Sabbatum post Pentecosten, vnde missam auspicetur, & eius expositio num.4. etiam misticè num.5.6.7.*
3 *Ordines celebrantur & conferuntur sabbato post Pentecosten.*
8 *Quadragesima terminatur sabbato post Pentecosten.*

De Sabbato. CAP. CXIII.

IN † sabbato est introitus: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. 1 ad Roma. v.cap. Et competit spiritui sancto, qui est charitas, & etiam diei sabbati: qui in sabbato futuræ quietis maximè diffunditur, vt qui igniculus est in Sion, caminus sit in Hierusalem. Et sequitur versus domine Deus salutis meæ in die clamabo, & nocte coram te. Ille enim in quo diffusa est spiritus sancti gratia, laudat Deum in prosperis, & in aduersis. Sequitur epistola: Iustificati, &c. Ad Rom. v. cap. in qua habetur de huiusmodi diffusione. Quia enim charitas Dei diffusa est, non permittit eam Paulus intra fines terræ promissionis tantum coarctari, imò ostendit, quòd non tantum Iudæis, verum etiam Gentibus datus est, spiritus sanctus, dicens ipsis Iudæis. Vobis oportebat primum prædicari, sed quia repulistis verbum Dei: & vos indignos fecistis vitæ æternæ, ecce conuertimur ad Gentes: extra de renun. nisi. §. propter: in aliis verò Ecclesiis dicitur epistola: Conuenit † vniuersa ciuitas, si &c. Act. xiij. Quia ergo in Gentibus datus est spiritus sanct. ideò sequitur allelu-Ia: Laudate dominum omnes Gentes: in hoc enim ieiunio non tacentur cantica lætitiæ propter reuerentiam festi. Nec secundum Nicen. concilium. lxxvj. dist. de ieiunio, de consecr. distin. iij. quoniam genua flectimus, sed stantes oramus propter neophytos gaudentes, quod à peccatis surrexerunt: in aliis Ecclesiis dicitur: Repleti sunt omnes. Act. ij. cap. Et spiritus domini ornauit cœlos. Iob xxvij. cap. Postea sequitur euangelium: Surgens Iesus. Luc. iij. cap. De socru Petri sanata: quæ significat synagogam, quæ sanata est à Petro ab infidelitate, & perfectius per fidem ipsius sanabitur in futuro, & sic conuenit cum epistola. ¶ Fiunt autem † hac die ordines: quia super ordinandos descendit spiritus sanctus, & etiam super ieiunantes: & ideò dicuntur quatuor lectiones ante lectionem Danielis. prout dictum est sub quarta feria tertiæ hebdomadæ aduentus. Prima est, de principio libri sapientiæ, in qua ostenditur quibus datur spiritus, sanct. & quibus nõ scilicet illis, qui

qui sentiunt de domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærunt illum. ¶ † In aliis verò Ecclesiis prima est de Ioële iij. ca. Effundam de spiritu meo super omnem carnem, quia sicut spiritus sanctus, super Apostolos descendit visibiliter, ita super ordinandos descendit inuisibiliter: secunda est: Locutus est. quæ est Leuit. xxiij. cap. tertia est: Dixit Moses. quæ est in Deuter. xxvj. cap. quarta est: Dixit dominus ad Mosem. quæ est Leuitic. xxvj. cap. Offert est: Intonuit dominus. Postcommunio verò: Non vos relinquam, &c. de effusione spiritus sancti loquitur. Potest etiam dici, quòd hoc † officium figurat duorum concordiam populorum: Iudæi videlicet & gentilis. Hi sunt duo cæci, de quibus dicitur in euangelio, quod sunt illuminati à Christo, de qua concordia loquitur Paulus in epistola ad Iudæos, & gentiles, dicens Iustificati ex fide, pacem habeamus ad Deum per dominum nostrum Iesum Christum. Sed quia pax & concordia vera non fit, nisi per charitatem ideò præcinitur in introitu: Charitas Dei diffusa est. in qua ter ponitur allelu-Ia: quoniam ad fidem Trinitatis peruenitur per obsequia charitatis. Lectiones etiam ad ieiunium pertinentes, attestantur operationem & gratiam spiritus sanctus, vt prima: Effundam de spiritu meo. & secunda: Locutus est. vbi dicitur: Numerabitis septem hebdomadas vsque ad alteram diem expletionis. Hebdomadæ septẽ præsentem innuunt festiuitatem, quæ olim dicebatur festiuitas hebdomadarum: & quia postquam Gentes intrauerint reliquiæ saluabun- 6 tur: ideò nunc flentibus & sponsum expectantibus dicit dominus † in postcommunione: Non vos relinquam orphanos quia igitur hęc concordia fiet imminẽte die iudicij, qui etiam electis erit causa timoris: ideò hoc officium pertinet ad timorem, vel quia timor introducit charitatem, licet charitas foras mittat timorem. de pœnitent. distinctio. ij. sicut cæca. ¶ Et attende, quia secundùm Augu. in ordine officiorum 5 festorum descendendo computamus, in ordine verò paschalium ascendendo: quia per hæc descensus spiritus sancti ad nos, per illa nostet ad 7 ipsum significatur ascensus. ¶ Et † caue quia præter præmissa officia ad ieiunium pertinentia, quæ in quarta, & in sexta feria, in hoc sabbato exposuimus, aliæ quidem lectiones & euangelia in eiusdem diebus inueniuntur, quæ fortè solennitati magis appropinquare videntur: sed tamen hæc & illa gratiã spiritus sancti personant, & operationem. Vnde quidam hodie non incongruè duas missas celebrant: vnam in tertia, de festo, cum Gloria in excelsis, & Credo. aliam in nona die ieiunio, sine Gloria in excelsis: in qua sunt clerici ordinandi, qui merito in hac hebdomada ordinantur, vt sancti spiritus dona percipere me- 8 reantur. † Et memento, quòd hac die terminatur quadragesima: & ideò hodie frequẽtatur & cantatur pro graduali allelu-Ia, nec flectuntur genua: pertinet enim ad octauam. Generale quidem est, quòd quoties de tempore in die gratiæ materia laudis assumitur, aut dies ad octauam refertur, genua non flectimus: sed in orationibus stantes col-

laram nobis gratiam & conferendam gloriam profitemur, vt cùm olim essemus serui curui, tunc facto iugo incedamus erecti, vt in dominicis diebus, & sanctorum natalitiis & paschalibus inclinare tamẽ capita possimus, & mulieres deuotas monumentũ veniẽtes imitemur.

SVMMARIVM.

1 *Trinitatis festiuitas, cur sequatur Paschatis & Pentecostes ferias.*
2 *Antiphonis cur addantur versus quarundam festiuitatum.*
3 *Tropus, quid.*
4 *Trinitatis missa, eiusque officium, & illius expositio. & nu. 5. 6.*
6 *Alchuinus, Caroli præceptor officium Ecclesiasticum ab Attila rege confossum restituit.*
7 *Trinitatis festiuitas, variè & diuersimodè celebratur.*

De die dominica sanctæ Trinitatis.

CAP. CXIIII.

IN † plerisque locis in octaua Pent. fit festum sanctę Trinitatis. Postquam enim celebrata est festiuitas Patris, in nativitate, quia natiuitas dicitur festiuitas Patris, & postquam celebratum est festum Filij in Pascha, & festum spiritus sancti in missione ipsius, meritò in octaua Pent. fit festum eorum. s. Trinitatis, vt ostendatur, quòd tres personæ sunt vnus Deus, & hæc est prima causa, quare celebratur festũ trium personarum diuinarum simul. Secunda causa est, quia ad inuocationẽ sanctæ Trinita. datur in baptismo spiritus sanctus, vt præmissum est. Tertia causa est, vt ostendat Ecclesia filiis suis illum, à quo sunt omnia bona, cuius habet imaginẽ, & cuius debet habere similitudinem, videlicet Dei & sanct. Trinitatis, quam semper laudare debemus, & quia tota intentio est laudare ipsum: ideo in quibusdã ecclesiis in singulis antiph laudum præponitur versiculus, qui laborem significat ad ostendendum, quòd toto labore totoque nixu debemus nos vertere ad laudandum Deum & sanctam Trinitatẽ, & eodem modo fit in quibusdam Ecclesiis in festo beatæ Mariæ in antiph. laudum, pro eo, quia ipsa se totam vertit in laudem Dei. Vnde tunc in euangelio dicitur: Maria autem conseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo: & quia ipsa priuilegiata fuit in virginitate, ipsa enim est virgo virginum, in antipho. quoque de beato Laurentio & de beato Paulo, & de beato Stephano proponuntur quidam versus antiphonis ad maiorem laborem notandum quem in suis martyris sustinuerunt. Beatus enim Lauren. grauius cæteris passus est. Vnde beatus Sixtus dixit ei: Maiora tibi debentur pro Christi fide certamina. Beatus verò Paulus plus cęteris laborauit prædicãdo, & beatus Stephanus pro Christi fide primus martyr extitit: sed in hoc est differẽtia, quia in nocturnalibus antiphonis tantum de beato Laurentio præmittuntur quia passio sua de nocte consummata est: vnde dixit: Mea nox obscurum non habet, & iterum: Non est inuẽta in me iniquitas, & ita apparet quòd totus fuit sacrifi-

sacrificium laudis. Vnde semper dicebat, Gratias tibi ago Domine. 1
2 Mane vero corpus eius conditum fuit, & ideo tantum nocturnalibus & non laudũ antiphonis versiculi præponuntur. ¶ † Rursus, quia versus laborem & boni operis fructũ significat, prout tactũ est in proœm. quintæ partis, merito in dictorum sanctorũ natalitiis specialiter præmittuntur antiphonis ad notandum, quòd ipsi excellentius labores & bonorum operum fructus suis natalitiis & martyriis præmiserunt. ¶ Item in quibusdam ecclesiis antipho. de martyrio beati Petri præpostere ponuntur ver. ideò, quia ipse petiit, vt in cruce caput suum ad terram verteretur. Hi autem versus tropi vocantur quasi laudes ad antiphonas conuertibiles. τρόπος enim † Græcè conuersio dicitur Latinè: 3
quia ergo semper sanctam Trinitatem laudare debemus. ideò ad missam dicitur introitus: Benedicta † sit sancta Trinitas, quem Alcuinus 4
sumpsit de Tobia xij. post modum sequitur epistola de Apoc. Vidi ostium apertum in cœlo, & in circuitu sedis, id est, Ecclesiæ quæ est sedes Domini, mare vitreum, id est baptismum, in quo submergunt omnes Aegyptij, id est omnia peccata. Et not. quia dicit mare vitreũ, propter corporis fragilitatem, & perspicuitatem, quam recepit in baptismo: & est in circuitu, quia ad Ecclesiam venire non possumus, nisi per baptismum. sequitur. Simile crystallo: quia qui prius erant aquæ fluxibiles, sunt per gratiam in baptismo acceptam firmi sicut crystallus, quę 5
fit ex aqua congelata, & diuturno gelu in naturam lapidis consolidata. Et hæc est vna causa, quare in hac die legitur hæc epistola, † quia in ea dicitur de baptismo, in quo per inuocationem Trinitatis dantur septem dona Spiritus sancti. Secunda ratio est: quia in ea inuitamur ad laudes Trinitatis, cum ibi sequatur, quòd animalia plena oculis ante & retrò, id est, prælati dabant gloriam & honorem, benedictionem sedenti super thronum, viuenti in secula seculorum. Sedens super thronum, est Deus Trinitatis. Vnde sequitur: Et procidebant viginti quatuor seniores in facies suas mittentes coronas ante thronum: hoc significat quòd omnia bona nostra debemus attribuere ei. itaque omne illud ex quo meremur coronam. sequitur, & non habebant requiem dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus: & ideò in introitu, & in aliis officiis toties reperitur, Benedicta sit sancta Trinit. & propter hoc responsorium siue etiam graduale, quod respondet epistolæ est: Benedictus es domine, qui intueris abyssos. Dani. iij. cap Versus est: Benedicite Deum cœli. Tobiæ. xij. cap. & allelu-ia Benedictus es Domine &c. offert. Benedictus es Domine. Et post commune Benedicimus Deum cœli, &c. Tobiæ xij. capite Euange. est: Erat homo ex Pharisæis Nicodemus. in quo habetur de baptismo, qui in inuocatione sanctæ Trinitatis sanctificat baptizatos. In aliis verò Ecclesiis dicitur epistola: Gaudete perfecti. quæ est ad Corinth. vlt. capite. Et 6
in aliis dicitur: Vidi ostium quæ est Apocalyp. iiij. Et euangelium: Cum venerit paracletus. Ioannes. xiiij. capit. ¶ Sciendum † est quòd

historias de sancta Trinitate,&de inuentione sancti Stephani compo-
fuit sanctus Stephanus Laudicen. ¶Rursum cum Attila rex,qui Chri-
stianos persecutus est,verè omnia volumina Christianæ religionis de-
struxisset, Alchuinus magister Caroli & Ludouici filij eius, rogatu
Bonifacij.archiepisc. Maguntini, multa de ecclesiasticis officiis con-
scripsit.Vnde & Magunt.consilio approbante, vt haberur de consecr.
distinctione quinta.instituit,quòd à festo Paschæ,vsque ad dominicã
istam,tres tantum dicerentur lectiones, & hac die de Trinitate con-
traiti vsque ad dominicam sequẽtem,& tunc incipere:Domine in tua
misericordia,&c.Et composuit officium de Trinitate,videlicet respõ-
sorium,antiphona,missam & sequentiã,quæ omnia obtulit Alexand.
Papæ.Ille verò respondit,non esse celebrandum festum, de Trinitate,
sicut nec de vnitate.Nam singulis diebus fit festum Trinitatis, & vni-
tas:quia semper dicitur Gloria Patri & filio & spiritui sancto, & præ-
missas historias, & officium non admisit. extrà de fer. cap. ij. Verum
superueniente hæresi Arriana ferè fuit fides Trinitatis extincta: sed
Hillarius, Eusebius, & Ambrosius restituerunt. Consensit igitur ea-
dem de causa Greg. Magnus, vt de Trinitate specialia cantaremus.
Ecclesias in ipsius honorem ædificaremus.† Exinde ergo est,quòd de
historia Trinitatis inuenitur varia consuetudo.Alij namq; non vtun-
tur ea,sequentes reprobationem Alexand.Pap.Sed in qualibet domi-
nica ab octaua Pente. vsque ad aduentum cãtant in nocturnis nouum
responsorium de Trinit. nisi festum aliquod impediat, vt eam con-
teantur,per quam saluantur:& in missa allelu-ia, eam hilariter profi-
tentes:vt dictum est sub quarta parte,sed titulo de allelu-ia.Alij verò
vtuntur ea,cantantes eam in hac prima dominica,sequentes primam
institutionem Alcuini.Alij ponũt eam in fine temporis declinationis,
scilicet in vltima dominica : videlicet ante dominicam de aduentu,
sequentes vltimam probationem Gregor.Romani:ergo nunquam de
Trinitate celebrant festum,nec etiam has octauas faciunt sed in pri-
ma dominica post Penteco.incipiunt historiam : Præparate, seu Deus
omnium.Alij verò celebrant hodie octauã,s.de Spiritu sancto, & po-
nunt eandem epistolam,& idem quod prædiximus euangelium,pro-
pter baptismatis sacramentum cæteris obseruatis, sicut in die Pente-
cost.Celebrant autem octauam ad innuẽdum perfectionem, vel con-
summationem operum sancti Spiritus. Per septem enim dies opera-
tio gratiæ septiformis in octauo vero consũmatio declaratur.Et quo-
niam in octaua redit ad caput, ideò omnia sicut in die festo à vesperã
in vesperam,in ipsis vesperis & tribus nocturnalibus psalm. obseruãt.
De his octauis August.dicit:Celebrationem octauarum festiarum no-
ui hominis celebramus.Baptismus neophytorum licet in sabbato pe-
ragarur ad illum tamen baptismum pertinet, quem Apostoli suscepe-
runt in die Pentec cuius octaua dies est dominica sequens. Qui verò
ponunt historiam Præparate, seu Deus omnium melius faciunt:quia
Roma

Romanam sequuntur ecclesiam,nostræ peregrinationis recolentes,
& percurrentes historiam.Nam per septuagesimam significamus,ex-
pulsionem generis humani de patria paradisi, per quadragesimam
seruitutem populi sub Pharaone,per Pascha immolationem agni, per
quadraginta dies Paschales,xl.annos in deserto,per Rogationes ter-
ræ promissionis ingressionem per septem dies pentec. in quibus vij.
dona diuiduntur terræ datæ diuisionem, per tempus, quòd ab hoc
die sequitur, significamus populi afflictionem & gubernationem fa-
ctam per iudices & reges, ideo que sequuntur iiij. libri Reg. prout in
seq.tit.dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Libri Regum leguntur post Pentecostes octauas, & cur ita, ibidem nu-*
mero 2.
3 *Dauid nobis in hac militia proponitur in exemplum & typum virtutis.*
4 *Saul nobis est exemplo.*
5 *Dauid funda quid significet.*
6 *Euangelium dominicæ primæ post Pentecost. & eius interpretatio.*

De prima dominica post Pentecost.

1 Hic † dicendum restat de prima dominica post Pentecost. quæ est
vna de principalibus dominicis : & incipit hic quartum tempus
peregrinationis,quia sumus in via veniendi ad patriam.Sed quia ho-
stes habemus prius quã illuc perueniamus, scilicet carnem,mundũ &
diabolum,ideo legitur de lib.Reg.in quibus agitur de bellis & de vi-
ctoriis,vt inuitemur ad pugnandum fortiter contra hostes, vt victo-
riã habeamus:sicut Iudæi de Philistæis:& tãdem gloriemur in cœlis, *Ephes. 6*
quia nõ est nobis tantum lucta aduersus carnẽ, sed etiã aduersus aë-
reas potestates:vnde primo dicimus in vesperis.Benedictus Dominus
Deus meus,&c.Historia est:Deus omniũ.Seu secundũ Ro.præparate.
Sed quia bellũ sine discretione nõ bene geritur, ideò sequẽti tẽpore
subiunguntur libri Salomonis.Item,quia insurgunt vitia, contra quæ
necessaria est patiẽtia,ideò subsequenter subiũgitur historia de Iob.
recte ergo inuitamur ad pugnam quia postquàm digni sumus in nu-
mero iustorum haberi,per librum Numeri iã perlectũ,& in statu per-
fectionis per nouã legem,scilicet Deutero.in quo habetur: Diliges
Dominum Deum tuum,ex toto corde tuo & ex tota anima tua.& iu-
stus sub Iesu per librum Iosue,& sub iudicibus,id est,prælatis per li-
brum iudicum, & sumus sine acceptatione personarum, per librum
2 Ruth,quæ fuit Moabitis:restat tamẽ pugnare,quia tunc magis tẽrat
diabolus:& sic ordinantur †libri Regũ, in quibus tractatur de bellis
ipsorum ad alios libros. Adaptantur etiam aliter primę quatuor do-
minicæ quatuor libris regum, prout dicetur sub iiij.& sub vij & sub
xv.dominicis. Leguntur autem in tali tempore & post missionẽ spi-

ritus sancti,& post festum Trinitatis:quia quando accipimus gratiã Spiritus sancti,ex tũc sumus similes Deo,& filij sumus summi Regis, & per cõsequens sumus reges.Vnde in Apoc.Fecit nos reges & sacerdotes Deo,& patri suo,&c.Pe.in canonica,Vos estis genus electũ,regale sacerdotium,&c.Extrà de sac.vnct.ergo cùm simus reges,& habemus aduersarios,non restat nisi vt regnum nostrum defendamus: quia ex hoc nobis inuidet diabolus, quia ad illud regnũ sumus assũpti,vnde fuit deiectus,& ideò nobis grauis imminet pugna. Nempè ostenditur nobis† Dauid in exemplum , qui vicit per humilitatem,& per iucũditatẽ mentis.& vnctus fuit ter.¶Primò à Samuele, in Bethleem in signum regni.¶Secundò,super domum Iuda,in regem super tribu Iuda,à viris Iuda in Ebron;Tertiò,iterum in Ebrõ,& in confirmatione regni super totum Israël. Similiter nos si bene pugnabimus ter inungemur.¶Primò.in baptismo in signum regni.¶Secundò.in confirmatione.¶Tertiò in paradiso, quando regnum nostrũ confirmabitur.Saul†nobis proponitur in exemplum, qui per inobedientiã amisit regnum : vnde nõ simus inobebientes sicut ipse fuit,ne perdamus regnum æternũ.Dauid autem fuit humilis in omnibus operibus suis,quòd paret : quia cum luderet corã arca Domini indutus Ephod lineo,depositis regalibus vestibus despexit eũ Michol filia Saul,dicẽs ei,quòd nudatus fuerat sicut vnus de scurris,& ille respondit,Ludã & vilior fiam ante Dominum,qui eligit me, &c. Item quando venit ad eum Natham Propheta & redarguit eũ de peccato suo publicè pœnituit.¶ Item iucũditatem mẽtis habuit,& omnia bona à se facta ad Deũ retulit,vnde de eo cãtat Ecclesia : Præualuit Dauid in Philistæũ in funda & lapide in nomine Domini. Ecce exultatio in Deo. Non enim in se confidebat.Funda † Dauid,est prædicatio, perquã fundam prædicationis eiicitur diabolus de cordibus hominum,cùm per duram reprehensionem incutitur timor,& concipitur pœnitentia,lapis verò dura reprehẽsio est,quia ergo huiusmodi victoria habetur per humilitatem,ideò ad missam incipit introitus : Domine in tua misericordia speraui. Ecce humilitas Dauid.Exultauit cor meũ:ecce mẽtis iucũditas:per hæc duo vincitur pugna:& quia ille solus vincit,qui nihil sibi sed omnia bona sua Deo attribuit,& sperat in eo,ideò bene sequitur oratio:Deus in te sperantiũ,&c.posteà sequitur epistola de charitate.Deus charitas est,&c.j.Ioan iiij. cap. quia per charitatẽ reges sumus,& per eam facimus bona opera meritoria regni , per quę regnũ nostrum defendimus,& conseruamus,vnde sequitur.In hoc apparuit charitas Dei,& c.post:Deus,charitas est, &c.ibi etiã ostenditur quòd diligere debemus Deum & proximum. In euangelio autem : Homo quidã erat diues.Luc.xvj.cap.ostenditur, quod non debemus diligere † diuitias, per diuitẽ , qui induebatur purpura & bysso,& per pœnam eius:vt enim dicitur Eccles.v.cap.Qui amat diuitias,fructum nõ capiet ex eis : qui amat , scilicet amore libidinoso,naturali verò charitatiuo

1.Reg.6

potest,quia diuites cum iustitia & bonis operibus non abiicimus.xxx.distinct. hoc scripsimus.habetur enim in euãgelio de mendico Lazaro in cuius persona incipit graduale:Ego:dixi Domino,miserere mei & sequitur versus de operibus misericordię,Beatus qui intelligit super egenum & pauperem,id est intelligit & prœcogitat illud,quod est in egeno & paupere , scilicet egestas & paupertas , vt ei subeniat. dicit enim Grego. quod debemus eos vocare patronos & amicos nostros,quod etiã fratres nostri sunt:& sic facere nobis amicos de mammona iniquitatis,& de malè acquisitis,vt cùm defecerimus per mortem , recipiat nos in æterna tabernacula : hoc non fecit dives ille epulo, & quia in aliquo noluit pauperi subuenire:ideo cũ eo distinctissimè fecit dominus vt non posset habere gratiã aquæ ad refrigerium linguæ:& ideò sequitur allelu-Ia:Deus in.for.&c.postea sequitur offert.in persona mẽdici,scilicet,Intrẽde voci orationis meæ & quia non obliuiscitur Deus orationespauperũ , sequitur postcommunio.Narrabo omnia mirabilia tua,psal.di.&c.in quibusdã tamen Ecclesiis legitur hodie euãg.Estote misericordes.quod est Luc. vj.c. & est sciendũ quod Vrbanus Papa quartus,statuit fieri festum de corpore Christi.v.feria post hanc dominicã, concedens magnam indulgentiam tam clericis officiantibus quàm populis conuenientibus ad diuina,prout in officio super hoc ordinato habetur.

SVMMARIVM.

1 *Dominica secunda post Pentecosten Missa , officiumque , & eius expositio. & nu.2.4.*

2 *Lingua dolosa palliatorum amicorum.*

De secunda dominica post Pentecost.

CAP. CXVI.

1 Dictum est , † quod prima causa qua defendimus regnum nostrũ est charitas,quæ dilatatur per considerationem æternarum nuptiarum,de quibus in Apoc.Beatus , qui vocatus est ad cœnã nuptiarum agni.Vnde in hac secunda dominica habetur de huiusmodi cœna in euãg.Luc.xix.cap.Homo quidã fecit cœnam magnam,& vocauit multos,& misit seruos suos hora cœnę dicere inuitas, vt venirẽt, &c.hora cœnę est ex quo porta paradisi aperta est per Christũ sequitur.Et cœperũt se omnes simul excusare.Nã primus dixit : Villã emi, & necesse habeo videre illã.Secundus dixit:Iuga boum emi quinq;, & de probare illa.Tertius vero dixi:Vxorẽ duxi, & ideo non possum venire.Dominus vero dixit ad seruum:Vade, & compelle intrare,vt domus mea impleatur. Multos enim compellit intrare per tribulationes:illi vero,qui vocati fuerãt non venerunt, quia auari, qui primum se excusant,supple,vel gulosi,qui per secundũ,& luxuriosi, qui per tertium intelliguntur,hac cœna se reddũt indignos : vnde versus

Villa,boues,vxor,cœnã clausere vocatis:Mundus, cura, caro,cœlũ, clausere renatis.Et quia in hoc isti se reddunt indignos: ideo Dominus alios vocat. Quia vero per considerationẽ huius cœnæ dilatatur charitas,& quia dominus protegit habentes charitatem:ideò incipit introitus,Factus est† Dominus protector meus,& eduxit me in latitudinem charitatis. Sequitur versus de charitate: Diligam te domine fortitudo mea,&c.In oratione verò petit charitatem sancti nominis tui,&c.in epistola:Nolite mirari.j.Ioan.iij.cap.habetur de vita æterna,per cuius intuitum amor concipitur,& sequitur in fine de charitate:Filioli,non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & virtute: Hæc est lingua dolosa,qua† dicunt amatores mundi:Rogo te, habe me excusatum.Dicunt etiã bonis & sanctis viris: Rogate pro nobis, & tamen venire non curant.Et attende,quod duo primi excusant se. Per primum enim superbi intelliguntur.per secundum, omnes, qui delectantur in quinque sensibus corporis. Per tertiũ verò, luxuriosi, qui se nõ excusauit,quia non habent cor,sicut habetur in Oseæ iiij.c. Fornicatio,vinum,& ebrietas,auferũt cor. Magis enim absorbet hominem fornicatio,quàm superbia,vel auaritia.Quia ergo,vt dictum est,lingua talium excusantium se, dicitur lingua dolosa:ideo Ecclesia à lingua dolosa petit se liberari in responsorio:Ad Dominum cùm tribularer clamaui,& exaudiuit me.In ver.domine libera me,&c.Et quia perfectus est qui,nõ peccat in lingua,ideo in secundo tono cantatur.Postmodũ sequitur† allelu-Ia similiter de charitate: Diligam te domine fortitudo mea,&c.Quia verò consideratione vitæ æternæ concipiũtur charitas, visa cœna petit cõuerti in offertorio:Cõuertere domine,& eripe.Et quia ibi cantabimus vocaliter,vt ait Cassiodorus super psalmistam:Omnis spiritus laudet Dominum, non erit ibi tantum cœna,sed maxima solennitas.Vnde in Threnis,primo c. Viæ Sion lugent,eò quod non sint, qui veniant ad solennitatem. Ideò in postcõmunione promittit se cantaturum ibi domino,dicens,Cantabo Domino,qui bona tribuit mihi,& psallam,&c.

SVMMARIVM.

1 *Euangelium Dominicæ tertiæ post Penteco.& expositio,etiam mystica ibi Missa.nu.2.3.4.*

De dominica tertia post Pentecost.

CAP CXVII.

1 TErtia causa,quare inflãmamur ad defendendum regnũ† nostrũ, est consideratio benevolentiæ Dei,quia nos custodit & diligenter quærit,ideò in euangelio huius dominicę:Erãt appropinquantes. Luc.xv,c.habetur,Quis ex vobis homo habens centũ oues, id est,angelos & homines,& si perdiderit vnam, scilicet hominem. nonne relinquit nonagintanouẽ in deserto,id est,in cœlo,& vadit quærere perditam

ditam,&c.aut,Qua mulier habẽs dragma x.scilicet angelos & homines,& perdit vnam,scilicet hominem,in quo imaginem suam depinxerat,nónne accendit lucernam,id est,naturam humanam,in qua lumen deitatis posuit vniendo se ei, & quærit diligẽter donec inueniat, & cum inuenerit conuocat amicas,& vicinas,dicens eis:Congratulamini mihi:quia inueni dragmam, quã perdiderã. Ita dico vobis gaudium erit coram angelis Dei super vno peccatore pœnitẽtiam agente.Ecce quanta est benevolentia Dei erga nos.Ista enim benevolẽtia accendit in nobis charitatem. ¶ Quia† verò ad nuptias æternas non intrant superbi, neq; luxuriosi,neq; auari,vt præmissum est, ideò introitus huius dominicæ:Respice in me.&c.& dicit:Vide humilitatem meam,cõtra superbiam & laborem meum,contra luxuriã,quia inops & pauper sum ego,contra auaritiam:& propter prædicta monet nos Pet:ad humilitatem dicens in epist.j.Pet. vlt. c. Humiliamini sub potẽti manu Dei,vt vos exaltet.&c.Et post sequitur ibi:Sobrij estote,& vigilate in orationibus, quoniam ad.ve.di.tan.le.ru.cir.q.quem devorare. ¶ † Et quia tantam curam habet Dominus de nobis, ideo in graduali inuitat nos Ecclesia dicens:Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet. versus: dum clamarem ad Dominum,ex.vocem meam, &c.Allelu-Ia est:Domine refugium.Offer.est:Sperãt in te omnes,qui te nouerunt,&c.quia de sperãtibus in se habet curam.Quia verò Dominus non inuenitur, nisi quis pœniteat:cum verò quis pœnitet, ad ¶ Dominum clamat:ideò sequitur postcommunio:Clamabo.¶ † Rursus hoc officium est de pœnitente,sicut apparet ex ipsa communione, & ex euang.vbi per Dauid intelligitur quilibet pœnitens:vbi dicitur: Gaudium est in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, &c. & ex introitu,& aliis,& ideò cantatur circa festum beati Ioann. Bapt. qui legitur populum ad pœnitentiam pronocasse.

SVMMARIVM.

1 *Dominica quarta post pent.quid moneat:& quod habeat officium.nu.2.*
2 *Dominicæ quatuor sequentes Pente.quatuor libris Regum adaptantur.*

De dominica quarta post Pentecóst.

CAP. CXVIII.

1 QVarta† causa,qua defendimus regnũ nostrum,sunt opera misericordiæ.Vnde in euang.Luc.vj.cap. quod legitur in hac quarta dominica,in quibusdam Ecclesiis dicitur: Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est. Est pòst sequitur: Mensuram bonam & confertam, & coagitatam & super effluentem dabunt in sinum vestrum.¶ Quia verò non potest homo opera misericordiæ facere, nisi priùs illuminetur à Deo, ideò incipit introitus:Dominus illuminatio mea.Et qui opera misericordiæ, est Ecclesia terribilis, vt castrorum acies ordinata,sicut dicitur in Canticis Canticorum, sequitur versus: Si exurgant aduersum me castra,non timebit cor meum,& si exurgat ad me

Can.6

Psal.26

ad me pretium, &c. Posteà petit in collecta misericordiam & gratiam dandi eleemosynas cùm dicit: Protector in te sperantium Deus, &c. ¶ In † epistola verò: Existimo, quæ ad Rom. viij. cap. ostenditur præmium. vbi dicit Apostolus: Non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Et pòst sequitur: Et omnis creatura ingemiscit, expectans reuelationem filiorum Dei. Et vt hanc gloriam Ecclesia possit adipisci, petit in respõsorio veniam de peccatis: Propitius esto peccatis nostris Domine, &c. ¶ Sequitur allelu-Ia, In te Domine speraui: quia in te sperantibus propitius es. Vnde Psal. Quoniam in te speranit liberabo eum. Adaptantur etiã † iste 5 quatuor præcedentes dominicæ quatuor libris Regum sic: In primo enim libro habetur quomodo Dauid inuictus fuit. Vnde in prima dominica incipit introitus: Domine in misericordia tua speraui. Et in responsorio habetur: Et vnxit me vnctione misericordiæ suæ, & oleo exultationis. Vnde sequitur in introitu: Exultauit cor meum in salutari tuo. & ita ostendit se vnctum oleo lætitię per misericordiam Dei. In secundo libro habetur, quomodo liberatus fuit ab inimicis, & vnctus bis, vt haberet latitudinem regni. Vnde in secunda dominica incipit introitus: Factus est Dominus protector meus, & eduxit me in latitudinem, vt latè regnaret. In tertio habetur quomodo mortuus fuit. Vnde in tertia dominica vtitur Ecclesia voce decedentium, dicens: Respice in me, & miserere mei. & in versu: In te Domine speraui. In quarto libro habetur de Prophetis, qui illuminati sunt à Deo, vt viderent ventura, & ideo in quarta dominica dicitur in introitu: Dominus illuminatio mea, &c.

Psal. 90

SVMMARIVM.

1 *Dominica quintæ post Pente. adfert rete Petri, & quid illud significet.*
2 *Prædicatores pro terrenis prædicantes, nihil capiunt.*

De quinta Dominica post Pentecosten.

CAP. CXIX.

QVinta causa, qua defendimus & obtinebimus regnum nostrum est pax cum inimicis Ecclesiæ, & patientia in aduersis: ad quam inuitat nos beatus Petrus in epistola huius quintæ dominicæ: Omnes vnanimes. j. Pet. iij. cap. dicens, & non reddentes malum pro malo, &c. Vnde in euangelio habetur de rete beati Petri. Sed † multi sunt, qui rumpunt rete Beati Petri, id est concordiam & vnitatem fraternam: & ideò in persona tollerantium incipit introitus: Exaudi Domine vocem meam qua clamaui ad te, &c. versus est: Dominus illuminatio mea, &c. Illuminatus enim à Deo, saluatur ab hostibus, quia sperat in eo. Pro prædicta autem pace cum inimicis Ecclesiæ impetranda, orat Ecclesia, in collecta, dicens: Da nobis quæsumus Domine, vt & mundi cursus, &c. In aliquibus tamen Ecclesiis dicitur: Deus, qui diligentibus te, &c. ¶ Sequitur euangelium, Luc. v. capit. Dum plurimæ turbæ irruerent

1

2

1 irruerent in Iesum, &c. vbi sequitur. † Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cœpimus: Tales qui laborant in nocte, & nihil capiunt, sunt qui pro terrenis prædicant. sequitur: In verbo tuo autem laxabo rete. hoc facit, qui habet scientiam & vitam: talis enim concludit multitudinem piscium copiosam. Vnde in principio tot capti sunt boni & mali, quod rete rumpitur, per quod significatur, quod Ecclesię vnitas in hac vita rumpitur à quibusdam, sed post resurrectionem capti sunt multi, & tamen non est scissum rete, per quod significantur boni, qui non scindunt vnitatem Ecclesiæ. Et ideò in offertorio dicit Ecclesia, se laudare Deum, qui quantùm ad bonos filios dedit eis intellectum, vt non rumpant rete, id est vnitatem Ecclesiæ. Benedicam Dominum, qui mihi tribuit intellectum. in post communione verò dicit Ecclesia se operari vnitatem, & hanc petere à Domino, inquit: Vnum petiit à Domino. licet enim plura petat quotidie, tamen dicitur vnum petere, quia ad vnum finem, id est, ad habendum à Deo omnia petenda petit & hoc est quod ibi sequitur. Hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini, omnibus diebus vitæ meæ, hoc ideò dicit, quia tunc legitur Paralipomenon, id est verba dierum, qui habet eandem materiam cum libro Regum, & significat, quòd qui in diebus suis bene rexerit se, habebit dies æternitatis. Et attende, quod hoc officium cantatur circa festum beati Iacobi, sicut dicitur in euangelio: Relictis retibus secutus est Dominũ, & factus est piscator hominum, id est supplantator re & nomine vitiorum.

SVMMARIVM.

2 *Dominicæ sextæ post Pentecost. Missa, & eius expositio. & nu. 2.*

De sexta Dominica post Pentecosten.

CAP. CXX.

1 QVia verò non † valent omnia prædicta, nisi fiat etiam plena iustitia fidei, & in nouitate vitæ: ideò in hac sexta dominica legitur secũdus liber Paralipomenon, vbi habetur, quod confortauit Dominus Salomonem, per quod significatur, quod Dominus spiritualiter suos confortat, dando eis fortitudinẽ, ideo dicitur in officio huius dominicæ: Dominus fortitudo plebis suæ, protector, &c. versus est: Ad te domine leuaui animam meã: quia ab ipso est omnis fortitudo, & tunc bene regimus regnum nostrum: quòd maximè fit, si tẽdat homo ad promissiones Dei: vnde dicitur in oratione. Deus qui diligentibus te, bona inuisibilia præparasti, &c in epistola autem, † quicumque baptizati sumus, &c. ad Roma. vj. cap. hortatur nos Paulus, vt in nouitate vitę ambulemus, aliter enim nihil valent alia: & vt hoc possimus, orat Ecclesia in responsorio: Conuertere Domine aliquantulum, &c. ille verò, qui ambulat in nouitate vitæ, præparat se ad laudandum Deũ in præsenti, & in futuro: vnde sequitur allelu-Ia: Te decet hymnus Deus in Sion. Ad hanc orationem vel perfectionem hortamur in euangelio

2

euangelio Matth.v.c.Nisi abundauerit iustitia vestra,&c.Et sequitur ibi:Si offers munus tuum ante altare Et quia nō potest homo hoc facere sine auxilio Dei,ideò orat in offertorio. Perfice gressus meos in semitis tuis,&c.Et quia talis potest offerre:ideò sequitur in postcommunione:Tollite hostias,&c.

SVMMARIVM.

1 *Libri sapientiæ,cur potissimùm in Augusto legantur, & quid septima Dominica præterea adhibeat.num.3.*
2 *Sextilis ante iam Augustus.*
4 *Missæ Dominicæ septimæ post Pentec.expositio.*

De septima dominica post Pentecosten.
CAP. CXXI.

SEquitur † septima dominica in qua leguntur libri Salomonis, vt Parabolæ,&c.Cantica,libri Sapientiæ, quem Philo. composuit, & Ecclesiasticus quem Iesus filius Sirach edidit: & tamen Salomoni attribuitur.Hi libri qui sunt de operibus sapientiæ Salomonis,leguntur à Calendis Aug.vsque ad Calendas Septembris:quia mensis iste calidus est,& æstū significat vitiorū, in quo nos oportet sapienter regere: sicut in medio nationis prauæ & peruersæ: vel quia mensis iste, scilicet Augustus sextus est † vnde Sextilis ante Augustū Cæsarē vocabatur:& verus noster Salomon in sexta ætate venit, qui facit vtraque vnū,qui fuit Dei virtus & Dei sapiētia, qui docuit nos sapiēter viuere & docere.Hic est Christus Rex regum:qui septem panibus,& paucis piscibus,vt legitur in euangelio hodierno,satiauit eos,qui de longè venerant,& eum triduo sustinuerant. ¶ Rursus † in hac dominica incipit Ecclesia Parabolas Salo.post festum enim Trinitatis legitur liber Regum,quoniam homo quando Trinitatis similitudinem habet, fit rex & sacerdos:vnde præponuntur ei exempla de regibus & sacerdotibus sicut sub prima dominica dictum est. Posteà verò sequuntur libri doctrinales:præponūtur enim exempla doctrinis, quia plus monent facta,quàm dicta.Act.j. Cœpit Iesus facere & docere:& sic ordinantur libri ad se inuicem, vt præcedant libri exemplares Regum & Paralipomenon, & sequantur libri doctrinales Salomonis: quæ doctrina,est refectio spiritualis, de quo habetur in euangelio huius vij. dominicæ.de hoc dicetur sub dominica xj.& xij. Et quia huic doctrinæ bonis operibus respondere debemus, incipit introitus: Omnes † Gentes plaudite manibus. Et beatus Paulus inuitat nos in epistola ad Rom.vj. capitu. vt respondeamus illi doctrinæ seruiendo Deo, dicēs:Humanum dico,propter infirmitatem carnis vestræ:vnde in quibusdam Ecclesiis sequitur responsorium:Beata Gens, cuius Dominus Deus eorū,id est, quæ Deum habet pro Domino,ei soli seruiendo. & sequitur versus: Verbo Domini,id est,doctrina Domini,cœli firmati sunt,

sunt, id est, maiores, sicut Apostoli, & alij sancti. Sequitur in quibusdam Ecclesiis allelu-Ia: Attendite populo meus legem meam: lex est illa refectio, illa autem refectio ostenditur in euangelio, Marc. viij. Cum turba plurima,&c. & est notandum, quod ibi dicitur, quod quidam de longè venerunt, scilicet illi, qui de peccatis enormibus redierunt & pœnituerunt, qui enim in peccato mortali est, non habet quod manducet.Erant autem quatuor millia, scilicet habentes quatuor cardinales virtutes, & comederunt, & saturati sunt: quia lex Domini satiat,& remanserunt septem sportæ,scilicet prædicatores habentes septem dona Spiritus sancti, & reficientes alios. In aliis verò Ecclesiis legitur euangelium: Attendite à falsis prophetis: quia verò habens doctrinam videt, in quanto periculo sit constitutus, videt enim se esse in fornace Babylonis, in offertorio, Sicut holocaustum, &c. Dan. iij.cap. petit se liberari, & vtitur voce trium puerorum. In postcommunione verò: Inclina aurem tuam, &c. petit liberationem accelerari.

SVMMARIVM.

1 *Dominica octaua,post Pentecosten quid moneat.& num.2,3.*

De octaua dominica post Pentecosten.
CAP. CXXII.

1 SEquitur octaua dominica, in qua docet nos Ecclesia vitare † omnem vanitatem.Hic enim debet esse effectus doctrinę in nobis: quia in doctrina docet nos fieri spirituales,& remoueri à corporalibus desideriis ad similitudinem beatæ Virginis, cuius festum instat. Vnde introitus incipit. Suscepimus Deus misericordiam tuam, id est, Filium tuum Iesum Christum nobis ex misericordia datum, in medio templi tui,id est,in communi Ecclesia tua:secundum nomen tuum Deus.Deus enim vbique nominatur: sic & laus tua in fines terræ, id est, vbique.
2 Templum etiam est beata Virgo, in qua verè suscepimus Dei misericordiam.Vnde circa eius † festum rationabiliter præsens cantamus officium,cùm sit templum Domini & sacrarium Spiritus sancti.Sequitur epistola ad Rom. viij. debitores carni non simus, vt secundùm carnem viuamus, &c. in qua docemur conculcare omnem carnalitatem, & ad ostendendum,quod hoc possumus: sequitur: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum:quo gustato desipit omnis caro.Sed quia non possunt hæc fieri, nisi Dominus protegat. Ideo orat in graduali: Esto mihi in Deum protectorem.¶ Rursus,quia non potest habere hęc omnia:nisi qui gaudet in Domino, ideò sequitur allelu-Ia: Exultate Deo adiutori nostro,
3 gaudium enim spirituale, excludit omnem carnalitatem. Quia † verò quidam sunt vita casti & humiles,sed fictè:ab his docet cauere in euangelio Matth. vij. cap. Attendite à falsis propheris, qui prætendunt castitatem, & sunt luxuriosi. Vel propter humanam laudem sunt casti,

Licet

sicut fatuæ virgines, quibus dicitur: Amen dico vobis, nescio vos. Sed dominus verè humiles saluat. Vnde sequitur offer. Populum humilem saluum facies domine, & oculos superborum humiliabis. Quia verò per delitias spirituales omnia conculcamus, ideo dicitur in postcommunione: Gustate, & videte, quoniam suauis est dominus.

SVMMARIVM.

1 *Dominica nona post Pentecost. Missa eiúsque expositio. & num. 2. 3.*

De dominica nona post Pentecosten.

CAP. CXXIII.

POstmodum † sequitur nona dominica, in qua legitur liber sapientiæ. Sapientia autem est cogitare de cœlestibus, & leuare cor ad illa. Vnde monet nos ad hoc maximè propter festum assumptionis beatæ Virginis, quod instat, quando scilicet assumpta est in cœlum: & quia homo se super se leuare non potest, nisi dominus eum trahat, ideò dicitur in introitu: Ecce Deus adiuuat me, & dominus susceptor est animæ meæ, id est, sursum capior. Sicut enim itur ad cœlestia nō passibus corporis, sed assimilatione mentis ad Deum, in quo vitantur omnia mala: & sequitur in epistola. i. ad Corinth. x. cap. Non simus concupiscentes malorum, &c. Posteà sequitur ibi. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere, priùs tamen incutit dicendo: Stare qui se putat, videat ne cadat. In graduali verò quæ sursum rapitur, reddat gratias Deo, Dicens: Domine deus noster, quam admi. est no.tu.in vniuersa terra. Quoniam eleuata est magnificentia tua super cœlos, scilicet non tantum in Christo & beata Virgine, ideſt super cœlos materiales, & spirituales, verūetiam in sanctis super cœlos materiales. In † euang. Luc. xvj. monet vt si nō possumus per nos volare ad cœlum, facias nobis amicos de mammona iniquitatis, ideſt de diuitiis inæqualiter possessis, dicens: Homo quidam habebat villicum, &c. Homo iste, sciuit sic per prudentiam carnis disponere, quòd amotus à villicatione fuit receptus in domibus domini: & hoc per iniquitatem fraudis. Si ergo ille laudatur, qui per iniquitatem fraudis sicut sibi in futurum prouidere, multò magis laudabit dominus eos, qui dant eleemosynas, quòd est prudentia spiritus, de quo dicit Apostolus: Est vita & pax, qua homo sibi prouidet in futuro. Posteà sequitur. Quia filij † huius seculi prudentiores sunt filiis lucis in generatione sua, id est in his, quæ pertinent ad generationem suam, id est, circa temporalia. Et ego dico vobis, facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis scilicet moriendo, recipiant vos in æterna tabernacula, quæ sunt sua. Vnde beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum: & quia non tantùm per eleemosynas, sed etiam per orationes volamus ad cœlestia, ideò est alleluIa: Domine Deus salutis meæ, in die clamaui, & nocte coram te. Quia verò hæc tabernacula per opera iustitiæ habentur, sequitur offertorium: Iustitiæ domini rectæ lætificantes corda, &c. Quo autem ordine hæc fiant, ostenditur in postcommunione. Primum quærite regnum Dei. Matth. vj. cap.

1

2

SVMMARIVM.

1 *Dominica decima post Pentecosten quid moneat. & num. 2.*

De decima Dominica post Pentecosten.

1 IN dominica † decima legitur Ecclesiasticus, qui incipit: Omnis sapientia à domino Deo est: vbi ostenditur, quia non solum sapientia, sed etiam omnia bona sunt à Deo & ideò ab eo solummodò sunt petenda, & ad eum debemus clamare: & ideò incipit introitus: Dum clamarem ad dominum exaudiuit vocem meam. Et quia debemus ipsum solum orare, sequitur versus. Exaudi Deus orationem meam. Et oratio in quibusdam Ecclesiis: Pateant aures misericordiæ tuæ domine precibus supplicantium. In qua collecta pater quis rogans dignus sit exaudiri. Vnde sequitur: Et vt petentibus desiderata concedas: fac eos, quæ tibi sunt grata & placita postulare, & ostenditur in epistola. Scitis quoniam, &c. i. ad Corinth. xij. cap. quòd omnia bona sunt à Deo: & ideo 2 ei sunt exhibendæ gratiarum actiones. Vnde † enim enumeratis omnibus donis, dicit: Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus diuidens singulis, prout vult. Sed quia bonum cirò amittitur, quod non à largiente custoditur, sicut dicit Gregor. ideò sequitur responsorium: Custodi me domine, vt pupillam oculi. Item quia ad illum confugere debemus, à quo omnia bona habemus, sequitur allelu-Ia: domine refugium factus es nobis. In aliis Ecclesiis dicitur allelu-Ia, Te decet. Euangelium verò, quod est in quibusdam Ecclesiis: Cùm appropinquaret † dominus Hierosolymam. Luc. xix. cap. est de simoniacis, qui iniuriantur spiritui sancto scilicet in hoc quòd vendunt ea, quæ ipse dat gratis, vel ad voluntatem suam tribuunt, ac si ab illis essent ilIa bona, & non à spiritu sancto. Et nota, quòd hoc euangelium in quo Hierusalem destructio prædicatur, in Augusto legitur, quia prius à Nabuchodonosor postmodum à Romanis in quo mēse destructa fuisse inuenitur, In aliis Ecclesiis legitur: Dixit Iesus ad quosdam: sequitur offertorium, Ad te domine leuaui animam meam, quasi diceret: Non ad simoniacos, nō ad prælatos, prauos vel ad quosdam fatuos, & simulatos religiosos, qui faciunt se à simplicibus adorari, sed ad te à quo omnia bona sunt. Et quia tūc acceptat Deus omnia opera nostra quādo sperauimus in ipso Deo, ideò sequitur postcommu. Acceptabit, &c.

SVMMARIVM.

1 *Iob legitur dominica vndecima post Pentecost. & quid moneat, & eius diei officium. num. 2. 3.*

De vn

De vndecima dominica post Pentecosten.

CAP. CXXVI.

VNdecima dominica, in qua incipit ecclesia legere † Iob qui simi- 1
liter est liber exemplaris, sed est exemplum perfectionis: deest perfectæ sapientiæ quæ non habetur nisi per prædictam refectionem doctrinæ spiritualis. Nam refectio facit spiritualiter fortes: & ideò post libros Salomonis legitur liber Iob. In ordine autem Bibliæ omnes exemplares, scilicet Rub, Iob, Thobias, Iudith, & Hester præcedunt libros doctrinales Salomonis propter prædictam rationem, de quo etiam dicetur sub dominica decimaquinta. Et quia vnanimitas facit fortes, & patientes: sicut fuit Iob, & concordes, sicut fuerunt filij Iob, qui faciebant conuiuia per domos vnusquisque in die suo, ideò incipit † introitus: Deus in loco sancto suo: id est in humilibus. Esaias, super quem requiesceret spiritus meus nisi super humilem & quietum & trementem sermones meos? & si Deus est cum eis, nullus potest eis prævalere. Deus enim habitare facit vnius moris in domo, id est, concordes & vnanimes, quales fuerunt filij Iob, qui dabant sibi inuicē comedere: vnde versus est. Exurgat Deus & dissipentur inimici eius, quia fortitudo nostra nihil valet, nisi dominus nobiscum cooperetur, imò principaliter operetur. In epistol. Notum vobis facio euangelium, quæ est. j. Corinth. xv. ostendit beatus Paulus humilitatem: vnde sequitur ibi. Qui non sum dignus vocari Apostolus: & propter hanc humilitatem raptus fuit vsque ad tertium cœlum. In responsorio quoque sequitur vox humilium: In Deo speravit cor meum, & adiutus sum, & in vertit. Ad te domine leuaui animam meam: & quia ex tali spe sequitur exsi. xultatio, ideò quibusdam Ecclesiis est allelu-Ia. Venite exultemus Domino. † Euangelium verò est de humilitate & eius effectu. Duo homines ascendebant, &c. Lucæ xviij. vnde sequitur: Pharisæus: dicebat Domine non sum sicut cæteri hominum, &c. Ecce superbia: sequitur: Publicanus dicebat: Deus propitius esto mihi peccatori: ecce humilitas, & ideò abiit iustificatus in domum suam ab illo: quia verò humiliratem sequitur exaltatio (qui enim se humiliat, exaltabitur) ideò sequitur offert. Exaltabo te domine, quoniam suscepisti me, id est, sursum cepisti. Exaltabo te domine quoniam exaltasti me. Postcommunio Honora dominum de tua substantia, &c. Prouerb. iij. cap. hoc ad literam facit humilis, da eum libenter pauperibus, & hoc est honorare dominum: quia ipse præcepit, vt detur pauperibus: vel honora dominum, &c. id est, omnia bona tua Deo attribue. & hoc est proprium humilium. Hæc postcommunio congruè hoc tempore canitur, quando frugibus horrea, & vino cellaria plenè redundant, quibus deuotè dominus honoratur.

SVMMARIVM.

1 *Missa dominica duodecimæ post Pent. & eius officium, & num. 3.*
2 *Sanctorum orationes nobis conferunt.*
4 *Septembris historia, bipartitur.*
5 *Catholicorum quidam perfecti, quidam imperfecti.*

De duodecima dominica post Pentecost.

CAP. CXXVI.

1 DVodecima dominica est de oratione & quasi exprimitur † Iob orans & sedens in sterquilinio, conquerendo de falsis amicis: legitur enim Iob in duabus dominicis. Iob quidem in sterquilinio, moraliter est anima, in mortali peccato, & fœtido: in quo dum residet, non resilit nisi orare Deum, vt ipsam ab eo eripiat: vnde incipit introitus: Deus in adiut. meum intende, domine ad adiu. me festina: confun. & re. qui quæ. animam meam. In offert. autem ostenditur efficacia ora-
2 tionis, & totum officium est oratio Moisi sumpta de Exo. quando rogauit pro filiis † Israël, qui fecerunt sibi vitulum conflatilē: & incipit: Precatus est Moses in cōspectu domini Dei sui, &c. qui Moses seipsum exposuit pro salute populi, dicens domino: Aut dimitte eis hanc noxā, aut dele me, &c. xlv. di. disciplina. & reducit ad memoriam merita Patrum: Memento inquit, Abrahā, Isaac, & Iacob, &c. & placatus factus
3 est dominus de malignitate, quam dixit facere populo suo: & ex hoc probatur, quòd sanctorū merita nobis prosunt. Et not. † quòd in hoc offerto. sit verborum geminatio: de quo dictum est sub secūda dominica post epiphaniam in epistola: Fiduciam talem habemus per Christum ad Deum. ij. ad Corinth. iij. cap. ostendit Apostolus, quòd oratio sua, & aliorum bonorum prælatorum noui Testamen. maiorem habet efficaciam, quàm habuit in veteri Testamento, quod etiam Moses ostendit cum fiducia, confisus demeritis Patrum: sed ne videatur hoc ex arrogantia facere, subdit: Nō quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficiētia nostra ex Deo est, cuius ministri sumus. In euangelio vero ostenditur, quòd multum valet oratio prælatorum, quod legitur in quibusdam Ecclesiis, dum transiret Iesus per medios fines Decapoleos, adducunt ei surdum & mutum, & sanauit eum Dominus. Multi sunt surdi qui nolunt audire verbū Dei, & muti muti, qui nolunt loqui, & possunt: similiter hos debent prælati per prædicationem adducere ad dominum, & in confessione & oratione saluabit eos. Vnde in persona surdi & muti cantatur in graduali: Benedicam Dominum in omni tempore: versus est: In Domino laudabitur anima mea. In allelu-Ia vero monet ad hanc laudem: Venite exultemus Domino: &c. de offertorio supra dictum est postcommunio verò est: De fructu operum tuorum satiabitur terra, i. prædicatores, quos Dominus replet, prius bonis, & ipsi repleti alios replent, in aliis verò Ecclesiis dicitur Euangelium: Exiēs Iesus de finibus Tyri, quòd

est Mar.vij.Potest autem dici secũdum Richard. episcopum Cremẽ. in Mitrali,quòd Salomone mortuo regnum diuiditur:& ideò mensis Septembris historia † bipartitur. Prima pars in vna historia consolidatur:alia variatur,quia regnum Iuda in Dauid familia stabilitur, sed regnum Israël à pluribus occupatur.Vnde & historia de his iustis,qui Gentibus intermisti fuerant compilatur:vt Iob,Tobia,Iudith, & Hester:cum in prima Septembris hebdomada legatur Iob,quẽ ipse scripsit cum responsorio:si bona in secunda lib.Tobia,quem ipse composuit in tertia Iudith,quem Achior edidit:in quarta Hester,quem Mardochæus vel potius Esdra composuit:sed in liber Esdræ,post hæc opera recitatur,& cum his cantatur responsorium:Peto & adonay Domine,&c.His temporibus prophetizauit Helias, qui gessit typum Christi.Sic mortuo Constantino Ecclesia separatur.Vna pars est catholica, alia per multa chismata separatur, à quibus ecclesia catholica multa aduersa,pro Domino tolerauit:sicut illi, quorum opera hoc tempore leguntur.† Inter catholicos, quidam sunt perfecti,quidam imperfecti:perfecti sunt prædicatores idonei, ministri & cooperatores Dei, quod dicitur in epistola:Fiduciam. Hi adducunt imperfectos,& alienos,surdos,mutos ad gloriam Iesu Christi:sicut legitur in euangelio. Vox itaque perfectorum est in introitu: Deus in adiutorium meum intende:quia adiutorium Dei implorant,vt hæreticis valeant resistere, & eos ad Dei gratiam adducere. aut est vox imperfectorum proficientium:qui vt proficiant, Dei implorant auxilium in graduali: Benedicam & in allelu-ia:Dominus refugium vox siquidẽ est perfectorum gratias agentium de illis se à perfectione aliquoties temperantibus,& istis proficientibus.Et quia Moses fuit vnus eorum, qui se obtulerunt pro peccatis subditorum, ideo in offertorio cantatur:Precatus est Moses.Hi perfecti sunt illa terra,quæ satiata fructu operũ Domini donis videlicet Spiritus sancti,producit fœnum iumentis,id est, doctrinam hominibus.Vnde communio est:de fructu,&c.Et attende, quòd rectè de Iob & Mose simul rectè cantatur: quoniam contemporanei reperiuntur, per quorum exemplum ad patientiam & mansuetudinem inuitamur.

4

SVMMARIVM.

§ *Tobias legitur decimatertia dominica post Pente.& eius diei missa,eius q̃ expositio.num.2.3.4.*

De decimatertia dominica post Pentecostes.

CAP. CXXVII.

1 DOminica decimatertia legitur liber † Tobiæ,per quem figuratur genus humanum cæcũ festum per peccatum primi parẽtis,quod non potuit sanari, nisi amaritudine passionis: quæ per fel significata est.Christus verò,per piscem:quia piscis assus, est Christus passus.Cæcum quidem erat genus humanũ:quia habitatibus in regione vmbræ mortis

2 mortis lux orta est eis. Petite ergo vt veniat Dominus sicut promisit. Dominica enim ista est de promissionibus.† Vnde dicit in introitu: Respice domine in testamentum tuũ,& in promissione tua:sicut promisti veniat Filius tuus & hoc est,quod sequitur Et animas pauperũ tuorum ne obliuiscaris in finẽ:& hoc est,quod dixit Tobias filio suo, Memento fili quoniã pauperem vitã gerimus, habebis multa bona,si timueris Deum.Vnde sequitur oratio:Omnipotens sempiterne Deus, de cuius munere venit,&c.& rogat vt possit currere Ecclesia ad veras 3 promissiones.Epistola.† Abrahæ factæ sunt promissiones,& semini eius,&c.Ad Gal.iij.c.vbi agitur de promissionibus:& sequitur ibi,quid igitur lex.dixit Apost.si non potest sanare genus humanum cæcum,sicut Tobiam? & sequitur respõsio:Lex quidem propter transgressores posita est,sicut dicit pedagogus.Sequitur responsorium:Respice Domine in testamentum tuum.vbi ostenditur vehemẽs effectus oratio- 4 nis In allelu-ia, Quoniam Deus magnus,&c. ostenditur,quis est qui potest illuminare.In euangelio † ostenditur quòd lex nõ potest sanare & incipit in quibusdam Ecclesiis:Beati oculi,qui vidẽt,quæ vos videtis:multi prophetæ & multi reges,&c.Luc.x.cap.vbi habetur,quòd sacerdos, & Leuita pertrãsierunt hominem,qui incidit in latrones:& sacerdos inquam & Leuita vere.Testa.sed solus Samaritanus.s. Christus,qui est custos noster,ipsum sanauit.Et quia lex non sanat,quoniã neminem ad Profectionem ducit,sed solus Deus in quo sperandũ est, ideo sequitur offertorium:In te Domine speraui. Quomodo autẽ sanauit illum cæcum,patet,quia per panem angelorũ,qui factus est panis hominum,id est, per Filium Dei incarnatum : & ideo sequitur in postcommunione panem angelorum manducauit homo. Aliæ Ecclesiæ dicunt Panem de cœlo,&c.Sapient.xvj cap.

2

SVMMARIVM.

Iudith historia cur legatur dominica decimaquarta post Penteco.& eius diei officium quale.nu.2.

De xiiij. dominica post Pentecost.

CAP. CXXVIII.

1 DOminica † decimaquarta legitur liber Iudith,& cãtatur quomodo victoria data est in manu fœminæ, & monet nos Ecclesia ad sanctimoniam siue ad continentiam exẽplo Iudith : sicut enim interfecit Holofernem qui interpretatur eneruans vitulum saginatum:sic monet Ecclesia vt interficiamus Holofernem,i.diabolũ, qui eneruat, & interficit lasciuos mũdi, quod fiet per sanctimoniam abscindendo ei caput.nam caput diaboli est luxuria,quia quasi primo de ea incipit homines tentare:& ideò Dominus dicit in Luc.Sint lumbi vestri præcincti, hoc est, præcingatis vos contra primum vitium. Exod.xij.in comestione agni renes vestros accingetis. Alio tamen modo superbia est initium omnis peccati. Quia vero fragiles sumus & effœminati,

vnde interficere non possumus Holofernem, nisi adiutorio Dei, ideò dicit in introitu. Protector noster aspice Deus, & respice in faciē Christi tui. Sequitur in quibusdā Ecclesiis epistola ad Gal. v. c. Spiritu ambulate & desideria carnis non perficietis: caro enim cōcupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, & sequitur: Manifesta autem sunt opera carnis, & nominat ea. Item alibi dicit Si cōtenditis nonne carnales estis: hoc dicit quia contendimus de carnalibus. Et post. Fructus autem spiritus sancti sunt longanimitas, pax, patientia, &c. Deuincere igitur Holofernem: in nobis, est facere ista duo. Per hoc quoque vitia interficimus in nobis, quòd gustamus Spiritū sanctum quo gustato desipit omnis caro. Sed quia non potest sanari in nobis carnalitas, nisi à Domino, quia est sicut lepra, ideo in quibusdā Ecclesiis sequitur euangelium: Dū iret Iesus. Luc. xvij. c. de leprosis, qui venerunt ad Dominū, & dixit eis: Ite, & ostendite vos sacerdotibus, ipsis tamen prius sanatis: per quòd significatur quod prius peccator à Domino sanatur, & postea iniungitur ei pœnitētia à sacerdote, & absoluitur, quòd significatum est per hoc quod discipuli Domini iniira Lazari soluerunt: & tamen prius ipse erat resuscitatus à Domino. Redit autem vnus ad eum flexis genibus, gratias agens, per quod significatur, quod vnitas Ecclesiæ reddit gratias Deo: vnde vnus sanabatur in piscina. Ioan. iiij. & ideo in responsorio in gratiarū actione dicit Ecclesia: Bonum est cōfiteri Domino & etiam in allelu-ia, quod est in quibusdam Ecclesiis, Confitemini domino, & inuocate nomen eius & quia hoc non sufficit, nisi & Dominus nos custodiat, ideò sequitur in offertorio: Immittit angelus domini in circuitu timentium eum: quia custodit nos Dominus per angelos. Sequitur: Gustate & videte: quid autem gustare debemus, ostenditur in postcommunione, scilicet: panem, qui saginat animam, non corpus. Vnde est offertorium in quibusdam Ecclesijs: Panis, quem ego dedero, caro mea est pro mundi vita.

SVMMARIVM.

1 *Dominica decimaquinta post Pentecostem in quo conueniat cum antecedenti Missa item eiusdem diei num. 2.*

De decimaquinta dominica post Pentecosten.

CAP CXXIX.

1 DOminica quinta habet eandem intentionem cum præcedenti † & ideo in quibusdam Ecclesijs in his duabus dominicis legitur liber Iudith, & introitus est. Inclina aurem tuam Domine, verus est: Lætifica animam serui tui: quoniam ad te Domine leuaui animam meam, quasi dicat, non ad carnalia desideria. In epistola quæ est Gal. vj. capite monet nos, vt non simus vitulus saginatus, sed firmus spirituales, vnde dicit ibi Paulus: Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus: quia qui seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam: qui vero in carne, de carne metet corruptionem. Sequitur

quitur responsoriū: Bonum est confidere in Domino, quàm confidere in homi. qui dat victoriam in manu fœminæ: quādo facit hominē vincere in carne: & quia hoc facit, qui præparat cor suū ad seruiēdum 2 Deo: sequitur allelu-ia. Paratū cor meū Deus, &c. In euangelio: Nemo † potest duobus dominis seruire, quòd est Matt. vj. c. docemur ne seruiamus ventri: & post: Nolite solliciti esse dicētes, Quid māducabimus aut quid bibemus, &c. sed primū quærite regnū Dei, &c. Nolite solliciti esse, scilicet sollicitudine suffocationis, sollicitudine autē prouidētiæ solliciti esse debemus. In offertorio verò monemur, vt seruiamus domino nō ventri: Expectans expectaui dominū, vt reficeret me. Quis autē sit iste cibus, quo anima debet refici, ostēditur, in postcommunione, quæ est in quibusdam Ecclesiis, Qui manducat meam carnē, scilicet per fidem: nā vt dicit Augu. Credo, & manducasti, &c. Quæritur autē, quare Ecclesia post libros Sal. legat librū Iob, & post eā librum Tobiæ & Iudith, cum alio modo ordinentur in Biblia? sicut enim dictum est sub septima dominica precedunt libri exēplares: & posteà doctrinales: quia magis mouent facta, quā dicta: & ad vltimū ponuntur libri Machabæorū, qui sunt libri exēplares. Ad quod dicitur, quod per doctrinam peruenitur ad perfectionem patientiæ quæ magis fuit in Iob. vnde posteà sequitur Tob. quia magnum etiam patientiæ signum fuit in Tobia, quia amisit multa, & filium ad tempus, & oculos, qui maximè ab homine diliguntur: ex eo, quòd oculi sunt principium cognitionis, ad quam natus est homo, & quia etiam plus valet exemplum fœminæ, & magis erubescentiā incutit, ideò liber Iudith, in quo habetur de victoria in manu fœminę post prędictos ab Ecclesia ordinatur: vltimo vero liber Machabęorum legitur, quia ibi habetur exemplum de confirmatione iustitiæ. Machabæi enim passi sunt martyrium pro lege defendenda, & custodienda ab Antiocho fidei inimico.

SVMMARIVM.

1 *Dominica decimæsextæ post. Penteco. officium, ex Machabeis sumptum. & nu. 2. 3. 4.*

De dominica decimasexta post Pentecost.

CAP. CXXX.

1 DEcimasexta dominica † legit & cantat Ecclesia de Machab. vt dicitur in sequenti titulo, qui multa passi sunt ab Antiocho, & septē populis: & ibi habetur, quod tēplum, quod pollutū fuerat ab illis populis, ab istis Machabæis purificatum fuit: & per hoc significatur quod anima quæ templum Dei est polluta à septē capitalibus vitiis, nō potest mūdari, nisi purificetur à peccato, ꝙ est causa resuscitari de morte peccati. Vnde habetur in euāgelio de resurrectione filij viduæ & ideo incipit introitus: Miserere † mei Domine, scilicet vt resuscites me. versus est: Inclina Domine aurē, &c. In epistola vero, Apostolus

inuitat nos ad patientiã dicens: Obsecro vos ne deficiatis in tribulationibus, &c. quæ est a1 Eph. iij. c. sic enim vincuntur inimici à Machabeis, id est, à sanctis. sequitur graduale: Timebũt Gẽtes quia sicut postquam illi vicerunt inimicos suos, & mundauerunt templum, & reædificauerunt, timuerunt Gentes in circuitu, sic & postquã homo vicerit diabolum & mũdauerit se per confessionem, & reædificauerit templum Dei in se timent dæmones. vnde sequitur versus, Quoniã ædificauit Dominus Syon. sed quia non potest fieri, nisi à Domino, quod homo liberetur à vitiis, ideo sequitur alleluia: Redemptionem misit, &c. Euangelium est in quibusdam Ecclesiis: Ibat Iesus in ciuitatem, &c. Luc. vij. cap. & post. Accessit Iesus & tetigit oculum, & dixit: Adolescens, tibi dico: Surge. & surrexit. & dedit illũ matri suæ. Nempe tangit Dominus loculum, vbi erat mortuus, quando infirmitate vel aliquo flagello tangit corpus hominis, in qua iacet mortuus spiritus hominis, id est, anima. & sic excitatur à somno mortis. vnde Eccl. xxj: Infirmitas grauis sobriã reddit animã. Sequitur offertorium: † quasi in voce Machabæorum: domine in auxilium meum respice. sequitur postcommunio: domine memorabor iustitiæ tuæ solius: iustitiæ, inquã quia omnis qui venit ad te, non eiicietur foras. Potest & aliter dici quòd Iosia defuncto, Hierusalem destruitur, populus captiuatur & premitur: ideò in hoc mẽse Octobri Machabæorum† historia legitur & cantatur. Adaperiat, &c. quia à suis aduersariis admodum premebantur: quorum primam partem Simon pontifex edidit, aliam filius eius. Ioan. posteriorem quidam Iudæus agrestis, sed eruditus. hi captiui militantem designant Ecclesiam, in qua sunt duces & satellites, doctores & discipuli, perfecti & imperfecti, Doctores, viduam significant Ecclesiam quæ vidua est: quia militans cum sponso triumphanti non est, cuius filius moritur, cum discipuli pro quouis crimine ab Ecclesiæ corpore separantur. resuscitantur, cum illis gratia infunditur. Hæc igitur orat in euangelio, pro filij resurrectione. id est, gratiæ infusione & hortatur in epistola, ne deficiat in tribulationibus, & huius rei gratia flectit genua sua; hæc eadem orat in introitu: Miserere & in offertorio domine graduale: Respice id, quod dicitur in euangelio: Accepit autem omnes timor. Postcommunio: domine memorabor gratiarum est actio. vel hic mensis Octobris, vt quidam aiunt, designat octauam. sicut ergo Iudæi finitis præliis & templo restaurato, in hymnis & confessionibus domino benedicebant, sic in octaua magnæ festiuitatis sancti festiuius exultabunt.

SVMMARIVM.

1 *Dominica xvij. post Pente. quid maneat. & nu. 2. 3.*

Dominica decimaseptima post Pent. CAP. CXXXI.

IN dominica † xvij. agitur de nuptiis æternis, quia consideratione nuptiarum illarum libenter patimur tribulationes, sicut & Machabæi fecerunt. Sunt autem quatuor dominicæ in quibus agit Ecclesia de Machabæis, cõsideratio enim illa tribulationes leues facit: & propter illas nuptias pœna quælibet leuiter sustinetur. De his nuptiis dicitur in euangelio, quod in hac die in quibusdam Ecclesiis legitur, Cùm inuitatus fueris ad nuptias, recũbe in nouissimo loco, &c. Omnes inuitati sumus ad nuptias æternas: & si in nouissimo loco nos ponimus hic, vt simus humiles, exaltabimur in paradiso: & econtra. vnde statim subiungitur: Ego† autem dico vobis: quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur, &c. Vnde incipit introitus: iustus es domine, scilicet in hoc iudicio & rectum iudicium tuum. Huic enim iudicio cõcordat Ecclesia seu consentit quo Deus exaltat humiles & superbos deprimit, dicens, Iustus es domine, &c. in epistola, Obsecro vos, quæ est ad Ephes. iiij. c. inuitat nos ad humilitatem: vt dicatur nobis, Amice, ascende superius. vbi dicitur: Vt dignè id est, in humilitate ambuletis in vocatione, qua vocati estis, scilicet ad nuptias, hoc enim est nouissimum locũ tenere. Ad hoc idem monet in graduali: Beata Gẽs, cuius est dominus Deus eorum, &c superbi faciunt se dominos, humilium vero Deus est Dominus. vnde versus est, Verbo domini cœli, id est, humiles firmati, id est sanctificati sunt. debemus ergo esse humiles, quia nihil habemus, nisi à deo, & ideò sequitur in quibusdam Ecclesiis, Allelu-Ia. Qui timent Deum sperant in eum quasi dicat, nõ in se. Posteà sequitur euangelium de nuptiis, sicut dictum est. In aliis vero Ecclesiis legitur: Cùm intraret Iesus in domum. Luc. xiiij. c. Notandum autem, quod antequam in ipso euangelio dicatur de nuptiis, habetur quomodo sanauit hydropicum, per quem intelligitur omnis amator mundi, prius enim oportet quòd sitis mundo sanati, quia qui bibierit ex hac aqua, sitiet iterum. Ioan. iiij. quandiu enim homo erit hydropicus in illis nuptiis non poterit satiari. In offertorio † similiter inuitamur ad humilitatem. vnde ibi habetur oratio Danielis, Oraui ad deum meum, &c. Daniel. ix. c. Et propter hanc humilitatem meruit audire Archangelum, qui certificarit eum de incarnatione Christi. Satis autem congruè fit ibi mentio de angelo, quoniam hoc officium circa dedicationem beati Michaëli cantatur, in postcommunione habetur de humilibus & superbis. Vouete & reddite domino deo vestro omnes, qui in circuitu eius offertis munera, id est, humiles, qui attribuitis omnia bona deo terribili, & ei qui aufert spiritum principum: id est, superbiam eorum, ecce, quia superbos humiliat.

SVMMARIVM.

1 *Feria quarta dominicæ decimæ septimæ post Pentec. quale habeat officiũ.*

De quarta feria quatuor temporum Septembris. CAP. CXXXII.

IN quarta feria † legitur euangelium, Respondens vnus de turba. Matthæi ix. capit. de surdo & muto, quem Apostoli curare non

non poterant eo, quod illud genus dæmonij non eiicitur, nisi in oratione & ieiunio, quod bene huic diei conuenit. Hodie nãque ieiuniũ est quatuor temporum. Ideò namque duæ lectiones leguntur, vt ordinandi in duobus præceptis charitatis vel duabus legibus instruantur. Prima de calcatore vuæ, scilicet: Ecce dies: Amos in fine, tẽpore conuenit. Secunda videlicet, Congregatus. Neemiæ viij. ca. congruit ordinandis, quibus dicitur in introitu: Exultate Deo qui præmeditari promittunt. in offertorio: Meditabor. Communio est: Comedite pinguia. & sumitur de lectione secunda.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentiam exprimit ordinandorum, feria sexta quatuor temporum Septembris.*

De sexta feria quatuor temporum Septembris.

CAP. CXXXIII.

FEriæ † sextæ officium pœnitentiam exprimit ordinandorum, Vnde in euangelio: Factum est, peccata paralytico dimittuntur: & in lectione: Conuertere, Oseæ vlt. c. ad conuersionẽ instruuntur, & in introitu: Lætetur. ad quærẽdum Dominũ inuitantur. Graduale & post-communio, sunt orationes electorum. Offerenda consolatio eorumdem: in aliis tamen Ecclesiis dicitur euangelium: Rogabat Iesum. Luc. vij. cap.

SVMMARIVM.

1 *Sabbatum quatuor temporum Septembris, quid moneat. & nu. 2.*
3 *Ieiuniorum instituendorum vetus mos, & nu. 3. diuersus hodie. num. 4. & eius ratio. nu. 5.*

De sabbato quatuor temporum Septembris.

CAP. CXXXIIII.

SAbbati † quoque officium ad doctrinam ipsorum ordinandorum fit, ne sint steriles, vt fici arbor infructuosa de qua legitur euãgelium: Arborem fici, &c. Luc. iiij. cap. ne vita illorum sit terrenis implicita, sicut mulier incuruata. in epistola vero tabernaculũ factum est, &c. quæ est ad Hebr. ix. ca. vbi de primo & secundo agitur tabernaculo: monetur vt sic seruiant in tabernaculo Ecclesiæ militantis, vt domino præsentatur in tabernaculo triumphantis. In lectionibus vero quare hoc † Septembris ieiunium indicitur, causa instructionis & eius vtilitas intimatur: quarum prima est decima die. Leuit. xxiij. cap. secunda est: Quintadecima die, quæ est ibidem. tertia est: domine dominus noster, Micheæ vltim. cap. quarta est: Factum est verbum. Zacha. cap. vij. quinta est Angelus domini. Danie. iij. cap. Cætera sunt ordinandorum exhortationes, orationes, & consolationes scilicet: Com

Cõmunio, scilicet, Mense septimo, de Leuitici lectione sumitur. Merito autem in hoc mense fit clericorum ordinatio: quoniam, & in hoc mense fiebat tabernaculorum celebratio. Ordinati verò sunt Ecclesię ministri, in die tabernaculorum per septiformem gratiam in septem gradibus constituti. Vnde & beatus Petrus legitur ordinationem fecisse in Septembri sex Episcoporum, decem presbyterorum, & septem diaconorum, Et celebratur ordinatio in tertia hebdomada: quia in tempore tertio, scilicet gratię fuit ab Apostolis instituta. Olim tamen 3 alia ratio fuit à sapientibus assignata. Nam † olim instituta fuere ieiunia in prima hebdomada Martij, in secunda Iunij, in tertia Septembris, in quarta Decembris, vt committerentur initia tesseræ decadis lesu Christi. Cùm enim quis ordinatur, quodammodo, vt Christo attineat, generatur, ergo persona primæ tesseræ decadis est Abraham, à quo sumitur ordinatio primæ hebdomadæ Martij prima persona, secundæ tesseræ decadis est Dauid, à quo sumitur ordinatio secundæ septimanæ Iunij, initium tertiæ est Ieconiæ, à quo sumitur ordinatio tertiæ septimanæ Septembris: demum est Christus in quarto loco, à quo sumitur ordinatio quartæ septimanæ Decembris. Sumitur autem potius ab his personis, quàm ab aliis ordinationes: vel quia fuerunt in genealogia maiores vel propter nominum interpretationes: dicitur enim Abraham pater multarum gentium. Dauid fortis. Iechonia, præparatio Domini. sic & illi qui ordinantur debent esse fortes, præparati ad euangelium Christi, vel sicut à persona in personam sunt quatuordecim generationes, sic ab ordinatione in ordinationem se- 4 primanæ quatuordecim inueniuntur, vt ordinandi periti sint in decalogi & in euangelij disciplina. Nunc † autem ieiunia ex causis præmissis aliter ordinantur, vt dictum est sub quarta feria tertiæ hebdomadæ aduentus. Et memento, quod apostolici, vsque ad Simplicium Papam in Decembri semper ordines celebrabãt, vt ordinandos coaptarent generationi Iesu Christi. Simplicius verò addidit ordines in Februario tribuendos, vt ordinandos vicinius incorporaret corpori Iesu Christi. vide de hoc in proœmio secundæ partis. Sed si, vt præmissum est, ieiunia constituta sunt in prædictis septimanis pro his, qui ad ordinationem accedunt, nunquid commutari possunt, quando nullus tunc ordinatur: cerrè non, nisi necessitate vrgente: de qua in proœmio secundæ partis dictum est. Cùm enim sit vna Ecclesia omninò, debet in actionibus eius esse concordia, quæ non esset si in tam generali ieiunio alij pranderent, alij ieiunarent. Præterea, licet alicubi non fiat ordinatio sit tamen alibi, pro quibus ieiunare & orare debemus: vt digni ad ordinationem perueniant. omnes enim fratres sumus, & vnanimes in domo Domini sumus.

SVMMARIVM.

1 *Dominica decimaoctaua post Pentecosten quid agat moneatque, & num. 2. 3.*

De dominica decimaoctaua post Pentecosten.

CAP. CXXXV.

DIctum est in præcedenti † dominica, quòd debet homo se ponere in nouissimo loco: vt ponatur in primo. sicut sunt prælati: vnde in hac decimaseptima dominica agitur de prælatis, qui sunt in primo loco, vnde euangeliũ in est quibusdam Ecclesiis: Super cathedrã Mosi, &c. Introitus verò, qui sumitur Eccle. xxxviij. cap. incipit Da pacem domine sustinentibus te, vt prophetæ tui, id est, prælati fideles inueniantur supplẽdum est, in non infideles. sicut Scribæ & Pharisęi. versus est: Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum domini ibimus. id est, ibimus ad nuptias, & de hoc lætatus sum. quia inuitati sumus ad nuptias, in quibus erit ęterna pax. In aliis verò Ecclesiis versus est, Bonum est. † Præterea, scripserunt quidam, quod ideò dicitur introitus ipse, quia tali die Zacharias Papa fecit pacem cum Longobardis. In epistola Apostolus agit gratias de Ephesiis, quia habent fidem veram de istis nuptiis, dicens: Gratias ago semper Deo meo, pro vobis, &c. j. ad Cor. cap. j. in responsorio verò: Lætatus sum, &c. ostendit gaudium de prædictis nuptiis, & ideò propter prædictas nuptias in allelu Ia: Laudate dominum omnes gentes: hortatur ad laudem. Euangelium in quibusdam Ecclesiis: Accesserunt † ad Iesum. quod est Matth. xxij. c. de Scribis & Pharisæis, qui infideles fuerunt: vnde tentauerunt dominum, dicentes: Quod est mãdatum magnum, &c. Dixit dominus: Diliges dominum Deum tuum, &c. & posteà reprehendit eos, de infidelitate: quia non credebant ipsum esse Deum dicẽs: Quid vobis videtur de Christo cuius filius sit? dicunt ei Dauid. & dixit eis: Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum dominum, dicens: Dixit dominus domino meo sede à dextris meis, &c. Prælati verò non debent esse tales, id est, infideles: sed sicut Moses, de quo habetur in offertorio. Sanctificauit Moses altare Domino, &c. debent prælati se totos offerre in censum: & posteà multas hostias: vnde sequitur post communio: Tollite hostias. loquitur enim de prælatis.

1

SVMMARIVM.

1 *Dominica decima nona post Pentecosten quid referat, aut moneat. & num. 2.*

De decimanona dominica post Pentecosten.

CAP. CXXXVI.

HÆc decimanona dominica respondet præcedenti, in qua dictum est: Da pacem domine sustinentibus te, vt prophetæ tui, id est, prælati tui fideles inueniantur. Respondet inquã, si faciant, quod haberur in euangelio, quod legitur † in hac dominica, in quibusdã Ecclesiis, scilicet: Ascendens Iesus, &c. quòd est Matth. ix. c. in quo habetur quod adduxerunt ad dominum paralyticum. Iesus autem videns fidem illorum, qui offerebant, &c. Paralytici sunt, qui in delitiis carnis ita dissoluti sunt, quod non possunt opera bona facere: & merito fide prælatorum sanantur, & ideò bonum est habere bonos prælatos. Quidam autem de Scribis dixit intra se: Hic blasphemat, qui peccata dimittit. Iesus autem videns cogitationes eorum, dixit: Vt sciatis quoniam Filius hominis habet potestatem in terra, dimittendi peccata, dixit paralitico: Tolle grabatum tuum, & ambula. Et quia solus Deus est, qui sanat paralysim, ideò incipit introitus: Salus † populi ego sum, &c. versus est: Attẽdite populo meus, legem meam, subaudi per quam sanantur paralytici. In epistola monet Apostolus paraliticos, vt erigãtur corporaliter à paralysi ad bona opera, dicens: Renouamini in spiritu mentis vestrę & induite nouum hominem, &c. Ephe. iiij. c. Sequitur etiam graduale in voce paralytici: Dirigatur oratio mea, sicut incensum, &c. versus est: Eleuatio manuum mearum, &c. iam iste leuatur ad bona opera. Allelu-Ia verò dicitur in voce paralytici sanati, scilicet dextera domini fecit virtutem subaudi. quia sanauit me. Sed quia non sufficit sanare, nisi Dominus custodiat, sequitur offertorium: Si ambulauero in medio tribulationis: vbicumque enim ambulant sanati à domino, custodit eos, quantùm in se est.

2

3

SVMMARIVM.

1 *Dominica vigesima post Penteco. quid legat.*

2 *Dominica vigesimæ post Pentecost. missa & nu. 4.*

3 *Nuptiæ tres leguntur in euangelio.*

De dominica vigesima post Pentecost.

CAP. CXXXVII.

1 IN dominica † vigesima incipit Ecclesia legere duodecim Prophetas & Danielem, & cantant de Esa. & Daniele & Hieremia: non tamen legit de Esa. & Hier. quia in aliis temporibus pleniùs leguntur. De Esa. enim legitur in aduentu: de Hier. in passione. ¶ Quæritur autem quare legit Ecclesia Propheras, post librũ Machabæorũ cũ in Biblia præponatur. ad quod dicimus, quod Biblia præponit omnes libros exẽplares, eò quod magis mouẽt exẽpla quàm doctrina: præter libri Machabæorum, quem vltimò ponit, & propter perfectam iustitiam, & propter tempus, quia vltimo tempore fuerunt. Ecclesia etiam legit vltimum librũ Ezechiel. quia in eo agitur de templo cœlesti, in quo est cõfirmatio, & finis omnium. Duodecim verò Prophetas legit, propter fundamentum fidei, quod semper necessarium est, quantumcũque homo sit perfectus: & vide quod dictũ est sub dominica. xv. In capi. autem Ecclesia legere Ezechielem, in principio Nouembris. In matutinali huius dominicæ officio primum responsorium est in quibasiam Ecclesiis de Esa. scilicet, Vidi Dominum sedentem, super solium excelsum. Vidit enim Esa. quomodo thronũ Dei Angeli sunt, &

Sancti

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sancti in Ecclesia triumphante, & militante: in quibus per gratiam sedet ille, qui est primus & nouissimus. Quia ergo Ezechiel vidit templũ cœleste in quo fiũt nuptiæ æternæ, ideò in euangelio missæ, quòd in quibusdã Ecclesiis in hac dominica dicitur, & est Matt. xxij habetur in illis nuptiis: Simile est regnum cœlorum, homini Regi, qui fecit nuptias, & misit seruos suos hora cœnæ dicere inuitatis: Omnia parata sunt, venite ad nuptias. Illi verò contempserunt venire ad nuptias. Hi sunt Iudæi, qui contempserunt venire. Et misit tunc seruos suos, dicens: Ite ad exitus viarũ, & conuocate omnes, & impletæ sunt nuptiæ discumbentium. Et videns Rex quemdam non habentem vestẽ nuptialem, dixit ei: Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? & tradidit eum ministris suis, vt proiicerent eum in tenebras exteriores. Huic autem iudicio, quo Dominus eos, qui contẽpserũt venire ad nuptias, amouit à nuptiis: & omnes alios vocauit, congaudet Ecclesia in † introitu, dicẽs: Omnia: quæ fecisti nobis Domine in vero iudicio fecisti. In epistola vero, monet nos Apostolus, vt cautè ambulemꝰ ad has nuptias, quia sine veste nuptiali proiicimur in tenebras exteriores, dicens: Videte autẽ quomodo cautè ambuletis, &c. quæ est Ephes. v. ca. & dissuadet à contrario, dicens: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, ne sitis in nuptiis diaboli, sed impleamini Spiritu sancto. Sed quia cibum illarum nuptiarum non potest dare, nisi solus Deus: ideò sequitur in responsorio? Oculi omnium in te sperãt Domine, & tu das escam illorum, id est cibum nuptiarum æternarum, in tempore opportuno. Et quia de nuptiis illis non potest comedere, qui est in peccato mortali: sequitur in quibusdã Ecclesiis alleluia: De profundis, id est de peccato, clamaui ad te Domine: vt me eruas à peccato, & ita pero nuptiis interesse. In offertorio verò ostenditur quid sit interesse nuptiis, scilicet habere memoriam de æternis, dicens: Super flumina Babylonis, scilicet delitias seculi illius sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion, id est, tui, ô Ecclesia triumphans. In postcommunione verò petit, vt detur ei interesse nuptiis illis dicens: Memento verbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti, &c. quasi dicat, Memor esto, quia promisisti qui enim promittit, & nõ dat, videtur esse oblitus. ¶ Et † nota, quòd tres nuptiæ leguntur in euangelio. De primis dicitur quòd simile est regnũ cœlorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Hic filius est Christus, qui humanam naturam sibi copulauit: vbi fuit thalamus Virginis vterus: vnde tanquam sponsus procedens de thalamo suo, ad has nuptias homines sub lege per Propheras inuitauit. De secundis dicitur: Vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptiis. hic dominus Christus est verus homo, qui ascendens, angelicam naturam sibi copulauit ad has nuptias Gentes per Apostolos conuocauit. De tertiis verò dicitur: Virgines, quæ præparatæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias: hic sponsus est Christus. qui Ecclesiã post iudicium sibi compu-

computabit, & in thalamo glorificabit. Ad has per prælatos Ecclesiæ quotidie inuitamur. De primis solennizat Ecclesia in Christi natiuitate. De secundis in ascensione. De tertiis in resurrectione, quoniam in nostra resurrectione Christus sponsam assumet, & de Babylonia mundi introducet in cellarium paradisi: de quibus nuptiis hic potest intelligi: cùm intrasset homo non habens vestem nuptialem, ejectus est in tenebras exteriores: cæteri nuptialiter induti, sunt cum domino epulati. Hi sunt lapides viui, ex quibus ædificantur muri Hierusalem. Potest etiam aliter dici, quòd post reuersionem à captiuitate, Hierusalem reædificabitur, & templum restaurabitur per Zachariam, & Aggæum, & Esdram & Malachiam, per quos aduentus domini præ-
nuntiatur ideoque in hoc mense Nouembris vsque ad aduentum do-
mini cantatur historia de Prophetis: † Vidi dominum: & leguntur libri Ezechielis: Danielis, & duodecim Prophetarum. Captiuitas illa corporalis nostram spiritualem significat. A captiuitate reuersio, est peccatorum remissio. Rex itaque Prophetarum volens supernam Hierusalem restaurare, filio nuptias celebrauit: & sicut legitur in euangelio, multos ad cœleste prandium inuitauit, hi qui intrauerunt, sunt lapides viui, de quibus præmissum est. Ne igitur ad captiuitatem similem reuertamur, & à nuptiis excludamur, monet nos Paulus, in epistola præcedenti: Videte quomodo cautè ambuletis: non quasi incipientes, sed vt sapientes. Introitus: Omnia quæ fecisti: vox est Danielis captiuitatem præteritam recolentis, & eam suis meritis Dei iudicio adscribentis. Similiter in offertorio: Super flumina Babylonis: captiuitatem illam ploramus: sed in graduali: Oculi omnium: gratias agimus. In postcommunione: Memento verbi. postulamus, vt nuptias promissas in spe, percipiamus in re.

SVMMARIVM.

1 *Dominica vigesimaprima post Pentecost. quid moneat, eiúsque diei officium. & num. 2. 3.*

De Dominica xvj. post Pentecost.

CAP. CXXXVIII.

1 IN † præcedenti dominica instructi sumus & admoniti, vt caurè eamus ad nuptias quæ celebrantur in templo, quod scripsit Ezechiel. Sed quia de his nuptiis maximè inuidet nobis diabolus, pro eo, quòd de illis ejectus fuit, ideo in hac vigesima prima dominica agit Ecclesia de bello contra diabolum, & de armatura nostra contra eum, si enim pugnauerimus, intererimus æternis nuptiis, si tamen habuerimus vestem nuptialem, quæ est charitas: aliter non. Vnde quia cinis & cilicium, sunt arma pœnitentiæ in introitu vtitur Ecclesia voce Mardochæi, in cilicio, & cinere existentis dicens Deo: In voluntate tua domine vniuersa sunt posita, & non est qui resistat voluntati tuæ. Hester

iij. cap.

iij. cap. Sequitur: Quoniam dominus vniuersorum tu es & ideo beati, qui tibi seruiunt: quia tu liberas eos de manu diaboli, & adiuuas eos in bello contra diabolum: sicut in hac oratione liberasti Mardochęum de manu Naamam & suspensus est in patibulo, quòd præparauerat Mardochæo. In epistola † monet Apostol. armari contra diabolum armatura Dei, dicens: Confortamini in domino, & in potentia virtutis eius, &c. quæ est ad Ephes. vj. ca. & post: Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus spiritualia nequitiæ in cœlestibus: in omnibus tumentes scutum fidei, &c. Sed quia etiam bene armati non possunt per se resistere, nisi Deus adiuuet: sequitur repōsorium: Domine refugium factus es nobis, &c. Quia si lassamur vel sauciamur in hoc bello non est refugium, nisi ad ipsum: vnde sequitur in quibusdam Ecclesiis allelu-Ia: Lauda anima mea Dominum: quia vero sauciati in hoc bello, non sanantur nisi à Domino, & multi ab eo sanantur: ideo in quibusdam Ecclesiis † sequitur euangelium, de sanatione filij Reguli. Erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur, &c. quod est Ioan. ij. cap. Per istum regulum intelliguntur reges, scilicet prælati qui reges sunt, debēt esse humiles, & ita sunt reguli, vnde exaudiuntur licet habeant paruam fidem pro sanatione filiorum. Credebat enim iste Regulus quòd Dominus poterat sanare filium suum, sed non credebat quòd esset Deus quia credebat quòd non posset sanare, nisi præsens. Humilitas ergo valde necessaria est prælatis. Quia vero per patientiam maximè vincitur diabolus, præponitur in offertorio Iob in exemplum. Vnde in Sapientia, Melius est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium, & incipit: Vir erat in terra Hus, nomine Iob &c. In versibus autem huius offertorij fit sæpè repetitio: de qua dictum est sub dominica secunda post octauam Epipha. sed quia nihil valet patientia, nisi homo speret in domino, sequitur postcommunio: In salutare tuum anima mea sperauit, &c. quia spes patientiam operatur.

1 2 3

SVMMARIVM.

1 *Dominica vigesima secunda post Pentecost. hortatur ad charitatem, & eius diei officium. num. 2. 3. 4. 5.*

De dominica xxij. post Pentecosten.
CAP. CXXXIX.

Dictum est quòd nullos † potest interesse æternis nuptiis, nisi habeat vestem nuptialem, quæ est charitas, ideò in hac vigesima secunda dominica monemur & inuitamur ad habendam charitatem, vt non tantum bene faciamus proximo, sed dimittamus iniurias nobis ab eo factas. Vnde in quibusdam Ecclesiis euangelium est de seruo, qui debebat decem milia talenta, cum † quo dominus posuit rationem, & ille dixit, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi & misertus dominus eius dimisit eum, & debitum dimisit ei: & incipit: Simile est regnum

1 2 3

gnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis quòd est Matth. xviij. cap. Siquidem in die iudicij ponet dominus rationem nobiscum, & nullus poterit computare cum eo, quia de tempore, quomodo reddet hanc rationem, quòd tam bonum est quòd in quolibet momento eius potest homo fieri filius Dei: & ideò incipit introitus: Si iniquitates † obserua. Domine, Domine quis susti. quasi dicet, Nullus & hoc est: Patientiam habe in me, &c. & sequitur versus: De profundis clamaui ad te domine, &c. In epistola: Confidimus, &c. ad Philipp. cap. j. inuitat nos Apostol. ad perfectam charitatem, vt dimittamus fratri, vt Deus dimittat nobis: sicut habetur in fine euangelij: Sic & Pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Dicit igitur Apostolus in epistola. Fratres, confidimus, id est, confidentiam talem habemus, vt posteà sequitur: † Obsecro autem vos, vt charitas vestra magis ac magis abundet, vt sitis synceri, & sitis sine offensa, & tunc est vnitas in Ecclesia, quando non offendimus propter iniurias, sed dimittimus: vnde sequitur responsorium: Ecce quàm bonum, & quam iucundum, habitare fratres in vnum: sed quoniam illos, qui irascuntur, sanat Dominus per charitatem, dum pœnitent, ideò sequitur allelu-Ia: Qui sanat contritos corde, & al. con. eorum. In præmisso vero euangelio monemur ad perfectam † charitatem, vt cautè ambulemus ad nuptias, cum veste nuptiali: & quia perfecta charitas, non tantùm impedit beneficia, & dimittit iniurias, sed etiam orat pro inimicis: ideò sequitur in offerto. ratio Hester ad Assuerum regem, quod interpretatur beatitudo, id est, ad Christum: & incipit: Recordare Domine, &c. Hester xiiij. cap. in quo offerto. rogat pro reconciliatione peccatorū: & quia de hac re conciliatione gaudent angeli: sequitur in quibusdam Ecclesiis postcommunio: Dico vobis, &c. Luc. xv. cap.

1 2 3 4 5

SVMMARIVM.

1 *Dominica xxiij. officium.*

De xxiij. dominica post Pentecosten.
CAP. CXL.

In tribus dominicis vltimis scilicet xxiij. xxiiij. & xxv. est † idem officium, & in eis ostēdit Ecclesia se habere vestem nuptialem ideò est charitatem, quia orat pro Iudæis, vt conuertantur: quod fiet in fine mundi, quando venient ad nostram, quod significatum est in Ioseph, qui noluit longo tempore se manifestare fratribus suis: posteà verò ad vltimum se manifestauit eis: & petierunt veniam ab eo, & dixit eis: Nolite timere, ego pascam vos, & inebriatus est cum eis, quæ inebriatio significat lætitiam omnium in illa conuersione Iudæorum. Hoc autem erit in fine peregrinationis nostræ, & ideò de huiusmodi conuersione agitur in fine temporis peregrinationis: in quatuor enim partes diuisum est tempus anni, prout dictum est in proœm. huius partis: & per has

1 2 3

tres

tres dominicas agitur de hac conuersione: quia ad fidem Trinit. cõuertuntur. In hac ergo xxiij. dominica introitus est de conuersione Iudæorum, & de promissione Domini, ipse namque dicit per Hiere. xxix. cap. Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis: quia ad hoc tendunt mala, quæ vobis infero, vt reconciliem vos mihi, & not quòd tempore Henrici tertij Imperatoris Bruno Tuliensis episcopus, qui de multis sanctis cantus composuit factus Papa per Henricum tertium Imperatorem, & vocatus Leo x. dum Romam pro partu veniret, audiuit voces angelorum canentium & dicentium: Dicit dominus, Ego cogito cogitationes pacis, &c. ipse verò cogitans quòd non haberet canonicum ingressum, renuntiauit & iterum à Romanis Papa elegitur & vitam cum multis miraculis finiuit. In graduali verò agit Dauid gratias de sua liberatione, à captiuitate spirituali, & corporali, dicens: Liberasti nos ex affligentibus nos, &c. In versu verò promittit laudem bonorum operum, dicens: In Deo laudabimur tota die, &c. & quia solus dominus est, qui sanat, ideò in quibusdam Eccle. sequitur allelu-Ia: Quia sanat contritos corde. In offertorio vero petit veniã, sicut fratres Ioseph, dicens: De profundis clamaui ad te domine, &c. & quia Ioseph, id est Christus respondit: Nolite timere, ego pascam vos: ideo quia liberalis est dominus, & citò dimittit: sequitur post communio: Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & fiet vobis. Matt. xviij. ca. Qui vero intrabunt ad nuptias nisi habeant similitudinem Dei, ideo in euang. Abeuntes, &c. Matth. xxij. cap quòd legitur in quibusdam Ecclesiis dicitur: Reddite ergo, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo, scilicet imaginem suam, similitudine sua insignitam, quia omnia ad sibi similia conuertuntur. In epistola quoque: Fratres imitatores, &c. ad Philipp. iij. cap. monet nos Apostolus, vt reddamus Deo imaginem suam, & post sequitur: Conuersatio nostra in cœlis est, q. d. In hoc deberis me imitari non illos, quorum venter Deus est: qui sunt inimici cruci Christi. Imitemur autem Deum & Apost. in humilitate, mansuetudine, charitate, & sanctimonia, & post. Saluatorem expectamus Dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Si enim habuerimus illam similitudinem Dei in animabus nostris, in futuro non habebimus illam similitudinem in animabus tantum, sed etiam in corporibus: quia vt dicit Apostolus: Similes erimus Christo.

SVMMARIVM.

1 *Dominica xxiiij. Missa, etésque expositio. & num. 2.*

De dominica vigesimaquarta post Pentecosten.

CAP. CXLI.

1 IN † vigesima quarta dominica similiter agitur de vocatione & conuersione Iudæorum. Vnde incipit in quibusdã Ecclesiis euang. Matt. ix. cap. loquente Iesu ad turbas: Ecce princeps ἄρχων εἷς προσελθὼν προσεκύνει αὐτῷ λέγων ὅτι ἡ θυγάτηρ μου ἄρτι ἐτελεύτησεν ἀλλὰ ἐλθὼν ἐπίθες τὴν χεῖρά σου ἐπ' αὐτὴν καὶ ζήσεται. καὶ ἐγερθεὶς ὁ Ἰησοῦς ἠκολούθησεν αὐτῷ καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. καὶ ἰδοὺ γυνὴ αἱμορροοῦσα δώδεκα ἔτη προσελθοῦσα ὄπισθεν ἥψατο τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ. ἔλεγεν γὰρ ἐν ἑαυτῇ ἐὰν μόνον ἅψωμαι τοῦ ἱματίου αὐτοῦ σωθήσομαι. ὁ δὲ Ἰησοῦς στραφεὶς καὶ ἰδὼν αὐτὴν εἶπεν θάρσει θύγατερ ἡ πίστις σου σέσωκέν σε. καὶ ἐσώθη ἡ γυνὴ ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης. καὶ ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἄρχοντος καὶ ἰδὼν τοὺς αὐλητὰς καὶ τὸν ὄχλον θορυβούμενον ἔλεγεν ἀναχωρεῖτε οὐ γὰρ ἀπέθανεν τὸ κοράσιον ἀλλὰ καθεύδει. καὶ κατεγέλων αὐτοῦ. καὶ ὅτε ἐξεβλήθη ὁ ὄχλος εἰσελθὼν ἐκράτησεν τῆς χειρὸς αὐτῆς καὶ ἠγέρθη τὸ κοράσιον. καὶ ἐξῆλθεν ἡ φήμη αὕτη εἰς ὅλην τὴν γῆν ἐκείνην. καὶ παράγοντι ἐκεῖθεν τῷ Ἰησοῦ ἠκολούθησαν αὐτῷ δύο τυφλοὶ κράζοντες καὶ λέγοντες ἐλέησον ἡμᾶς υἱὸς Δαυίδ. ἐλθόντι δὲ εἰς τὴν οἰκίαν προσῆλθον αὐτῷ οἱ τυφλοὶ καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς πιστεύετε ὅτι δύναμαι τοῦτο ποιῆσαι ὑμῖν; λέγουσιν αὐτῷ ναί κύριε. τότε ἥψατο τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν λέγων κατὰ τὴν πίστιν ὑμῶν γενηθήτω ὑμῖν. καὶ ἀνεῴχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί. καὶ ἐνεβριμήσατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς λέγων ὁρᾶτε μηδεὶς γινωσκέτω. οἱ δὲ ἐξελθόντες διεφήμισαν αὐτὸν ἐν ὅλῃ τῇ γῇ ἐκείνῃ. αὐτῶν δὲ ἐξερχομένων ἰδοὺ προσήνεγκαν αὐτῷ ἄνθρωπον κωφὸν δαιμονιζόμενον. καὶ ἐκβληθέντος τοῦ δαιμονίου ἐλάλησεν ὁ κωφός. καὶ ἐθαύμασαν οἱ ὄχλοι λέγοντες οὐδέποτε ἐφάνη οὕτως ἐν τῷ Ἰσραήλ. οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἔλεγον ἐν τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια. καὶ περιῆγεν ὁ Ἰησοῦς τὰς πόλεις πάσας καὶ τὰς κώμας διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν καὶ κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν. ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους ἐσπλαγχνίσθη περὶ αὐτῶν ὅτι ἦσαν ἐσκυλμένοι καὶ ἐρριμμένοι ὡσεὶ πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα. τότε λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ὁ μὲν θερισμὸς πολύς οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι. δεήθητε οὖν τοῦ κυρίου τοῦ θερισμοῦ ὅπως ἐκβάλῃ ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτοῦ. καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν πνευμάτων ἀκαθάρτων ὥστε ἐκβάλλειν αὐτὰ καὶ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν. τῶν δὲ δώδεκα ἀποστόλων τὰ ὀνόματά ἐστιν ταῦτα. πρῶτος Σίμων ὁ λεγόμενος Πέτρος καὶ Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ. Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ζεβεδαίου καὶ Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ. Φίλιππος καὶ Βαρθολομαῖος. Θωμᾶς καὶ Ματθαῖος ὁ τελώνης. Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ἀλφαίου καὶ Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος. Σίμων ὁ Κανανίτης καὶ Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης ὁ καὶ παραδοὺς αὐτόν. τούτους τοὺς δώδεκα ἀπέστειλεν ὁ Ἰησοῦς παραγγείλας αὐτοῖς λέγων εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε. πορεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ. πορευόμενοι δὲ κηρύσσετε λέγοντες ὅτι ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. ἀσθενοῦντας θεραπεύετε λεπροὺς καθαρίζετε νεκροὺς ἐγείρετε δαιμόνια ἐκβάλλετε. δωρεὰν ἐλάβετε δωρεὰν δότε. μὴ κτήσησθε χρυσὸν μηδὲ ἄργυρον μηδὲ χαλκὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν. μὴ πήραν εἰς ὁδὸν μὴ δύο χιτῶνας μηδὲ ὑποδήματα μηδὲ ῥάβδον. ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ ἐστιν. εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν ἢ κώμην εἰσέλθητε ἐξετάσατε τίς ἐν αὐτῇ ἄξιός ἐστιν κἀκεῖ μείνατε ἕως ἂν ἐξέλθητε. εἰσερχόμενοι δὲ εἰς τὴν οἰκίαν ἀσπάσασθε αὐτήν. καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἡ οἰκία ἀξία ἐλθάτω ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπ' αὐτήν ἐὰν δὲ μὴ ᾖ ἡ εἰρήνη ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐπιστραφήτω. καὶ ὃς ἂν μὴ δέξηται ὑμᾶς μηδὲ ἀκούσῃ τοὺς λόγους ὑμῶν ἐξερχόμενοι ἔξω τῆς οἰκίας ἢ τῆς πόλεως ἐκείνης ἐκτινάξατε τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν ὑμῶν. ἀμὴν λέγω ὑμῖν ἀνεκτότερον ἔσται γῇ Σοδόμων καὶ Γομόρρων ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ. ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων. γίνεσθε οὖν φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί. προσέχετε δὲ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων παραδώσουσιν γὰρ ὑμᾶς εἰς συνέδρια καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν μαστιγώσουσιν ὑμᾶς. καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας δὲ καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε ἕνεκεν ἐμοῦ εἰς μαρτύριον αὐτοῖς καὶ τοῖς ἔθνεσιν. ὅταν δὲ παραδιδῶσιν ὑμᾶς μὴ μεριμνήσητε πῶς ἢ τί λαλήσητε δοθήσεται γὰρ ὑμῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ τί λαλήσητε. οὐ γάρ ἐστε ὑμεῖς οἱ λαλοῦντες ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς ὑμῶν τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. παραδώσει δὲ ἀδελφὸς ἀδελφὸν εἰς θάνατον καὶ πατὴρ τέκνον καὶ ἐπαναστήσονται τέκνα ἐπὶ γονεῖς καὶ θανατώσουσιν αὐτούς. καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων διὰ τὸ ὄνομά μου. ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος οὗτος σωθήσεται. ὅταν δὲ διώκωσιν ὑμᾶς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ φεύγετε εἰς τὴν ἑτέραν. ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν οὐ μὴ τελέσητε τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραὴλ ἕως ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. οὐκ ἔστιν μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον οὐδὲ δοῦλος ὑπὲρ τὸν κύριον αὐτοῦ. ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ ἵνα γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ καὶ ὁ δοῦλος ὡς ὁ κύριος αὐτοῦ. εἰ τὸν οἰκοδεσπότην Βεελζεβοὺλ ἐκάλεσαν πόσῳ μᾶλλον τοὺς οἰκιακοὺς αὐτοῦ. μὴ οὖν φοβηθῆτε αὐτούς οὐδὲν γάρ ἐστιν κεκαλυμμένον ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται καὶ κρυπτὸν ὃ οὐ γνωσθήσεται. ὃ λέγω ὑμῖν ἐν τῇ σκοτίᾳ εἴπατε ἐν τῷ φωτί καὶ ὃ εἰς τὸ οὖς ἀκούετε κηρύξατε ἐπὶ τῶν δωμάτων. καὶ μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεννόντων τὸ σῶμα τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι φοβεῖσθε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ. οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν ἄνευ τοῦ πατρὸς ὑμῶν. ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσίν. μὴ οὖν φοβεῖσθε πολλῶν στρουθίων διαφέρετε ὑμεῖς. πᾶς οὖν ὃς ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. ὃς δ' ἂν ἀρνήσηταί με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων ἀρνήσομαι κἀγὼ αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τὴν γῆν οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἀλλὰ μάχαιραν. ἦλθον γὰρ διχάσαι ἄνθρωπον κατὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ καὶ θυγατέρα κατὰ τῆς μητρὸς αὐτῆς καὶ νύμφην κατὰ τῆς πενθερᾶς αὐτῆς. καὶ ἐχθροὶ τοῦ ἀνθρώπου οἱ οἰκιακοὶ αὐτοῦ. ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ οὐκ ἔστιν μου ἄξιος καὶ ὁ φιλῶν υἱὸν ἢ θυγατέρα ὑπὲρ ἐμὲ οὐκ ἔστιν μου ἄξιος. καὶ ὃς οὐ λαμβάνει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου οὐκ ἔστιν μου ἄξιος. ὁ εὑρὼν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀπολέσει αὐτήν καὶ ὁ ἀπολέσας τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ εὑρήσει αὐτήν. ὁ δεχόμενος ὑμᾶς ἐμὲ δέχεται καὶ ὁ ἐμὲ δεχόμενος δέχεται τὸν ἀποστείλαντά με. ὁ δεχόμενος προφήτην εἰς ὄνομα προφήτου μισθὸν προφήτου λήμψεται καὶ ὁ δεχόμενος δίκαιον εἰς ὄνομα δικαίου μισθὸν δικαίου λήμψεται. καὶ ὃς ἐὰν ποτίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων ποτήριον ψυχροῦ μόνον εἰς ὄνομα μαθητοῦ ἀμὴν λέγω ὑμῖν οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ. καὶ ἐγένετο ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς διατάσσων τοῖς δώδεκα μαθηταῖς αὐτοῦ μετέβη ἐκεῖθεν τοῦ διδάσκειν καὶ κηρύσσειν ἐν ταῖς πόλεσιν αὐτῶν. ὁ δὲ Ἰωάννης ἀκούσας ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τὰ ἔργα τοῦ Χριστοῦ πέμψας διὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἶπεν αὐτῷ σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος ἢ ἄλλον προσδοκῶμεν; καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς πορευθέντες ἀπαγγείλατε Ἰωάννῃ ἃ ἀκούετε καὶ βλέπετε. τυφλοὶ ἀναβλέπουσιν καὶ χωλοὶ περιπατοῦσιν λεπροὶ καθαρίζονται καὶ κωφοὶ ἀκούουσιν νεκροὶ ἐγείρονται καὶ πτωχοὶ εὐαγγελίζονται. καὶ μακάριός ἐστιν ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί. τούτων δὲ πορευομένων ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς λέγειν τοῖς ὄχλοις περὶ Ἰωάννου τί ἐξήλθατε εἰς τὴν ἔρημον θεάσασθαι; κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον; ἀλλὰ τί ἐξήλθατε ἰδεῖν; ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον; ἰδοὺ οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλέων εἰσίν. ἀλλὰ τί ἐξήλθατε; προφήτην ἰδεῖν; ναί λέγω ὑμῖν καὶ περισσότερον προφήτου. οὗτός ἐστιν περὶ οὗ γέγραπται ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου. ἀμὴν λέγω ὑμῖν οὐκ ἐγήγερται ἐν γεννητοῖς γυναικῶν μείζων Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν μείζων αὐτοῦ ἐστιν. ἀπὸ δὲ τῶν ἡμερῶν Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ ἕως ἄρτι ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν. πάντες γὰρ οἱ προφῆται καὶ ὁ νόμος ἕως Ἰωάννου ἐπροφήτευσαν. καὶ εἰ θέλετε δέξασθαι αὐτός ἐστιν Ἠλίας ὁ μέλλων ἐρχεσθαι. ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν ἀκουέτω. τίνι δὲ ὁμοιώσω τὴν γενεὰν ταύτην; ὁμοία ἐστὶν παιδίοις τοῖς ἐν ταῖς ἀγοραῖς καθημένοις ἃ προσφωνοῦντα τοῖς ἑτέροις λέγει ἠυλήσαμεν ὑμῖν καὶ οὐκ ὠρχήσασθε ἐθρηνήσαμεν καὶ οὐκ ἐκόψασθε. ἦλθεν γὰρ Ἰωάννης μήτε ἐσθίων μήτε πίνων καὶ λέγουσιν δαιμόνιον ἔχει. ἦλθεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πίνων καὶ λέγουσιν ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης τελωνῶν φίλος καὶ ἁμαρτωλῶν. καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς. τότε ἤρξατο ὀνειδίζειν τὰς πόλεις ἐν αἷς ἐγένοντο αἱ πλεῖσται δυνάμεις αὐτοῦ ὅτι οὐ μετενόησαν. οὐαί σοι Χοραζείν οὐαί σοι Βηθσαϊδά ὅτι εἰ ἐν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ γενόμεναι ἐν ὑμῖν πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ μετενόησαν. πλὴν λέγω ὑμῖν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἀνεκτότερον ἔσται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἢ ὑμῖν. καὶ σύ Καπερναούμ μὴ ἕως οὐρανοῦ ὑψωθήσῃ ἕως ᾅδου καταβήσῃ ὅτι εἰ ἐν Σοδόμοις ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ γενόμεναι ἐν σοὶ ἔμεινεν ἂν μέχρι τῆς σήμερον. πλὴν λέγω ὑμῖν ὅτι γῇ Σοδόμων ἀνεκτότερον ἔσται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἢ σοί. ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν ἐξομολογοῦμαί σοι πάτερ κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς ὅτι ἔκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις. ναὶ ὁ πατήρ ὅτι οὕτως εὐδοκία ἐγένετο ἔμπροσθέν σου. πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου καὶ οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν υἱὸν εἰ μὴ ὁ πατήρ οὐδὲ τὸν πατέρα τις ἐπιγινώσκει εἰ μὴ ὁ υἱὸς καὶ ᾧ ἐὰν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι. δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι καὶ ἐγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πραΰς εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστός ἐστιν καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν. ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἐπορεύθη ὁ Ἰησοῦς τοῖς σάββασιν διὰ τῶν σπορίμων οἱ δὲ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπείνασαν καὶ ἤρξαντο τίλλειν στάχυας καὶ ἐσθίειν. οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἰδόντες εἶπαν αὐτῷ ἰδοὺ οἱ μαθηταί σου ποιοῦσιν ὃ οὐκ ἔξεστιν ποιεῖν ἐν σαββάτῳ. ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς οὐκ ἀνέγνωτε τί ἐποίησεν Δαυὶδ ὅτε ἐπείνασεν αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ πῶς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγον οὓς οὐκ ἐξὸν ἦν αὐτῷ φαγεῖν οὐδὲ τοῖς μετ' αὐτοῦ εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσιν μόνοις; ἢ οὐκ ἀνέγνωτε ἐν τῷ νόμῳ ὅτι τοῖς σάββασιν οἱ ἱερεῖς ἐν τῷ ἱερῷ τὸ σάββατον βεβηλοῦσιν καὶ ἀναίτιοί εἰσιν; λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι τοῦ ἱεροῦ μείζων ὧδε ἐστίν. εἰ δὲ ἐγνώκειτε τί ἐστιν ἔλεος θέλω καὶ οὐ θυσίαν οὐκ ἂν κατεδικάσατε τοὺς ἀναιτίους. κύριος γάρ ἐστιν τοῦ σαββάτου ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν ἦλθεν εἰς τὴν συναγωγὴν αὐτῶν. καὶ ἰδοὺ ἄνθρωπος χεῖρα ἔχων ξηράν καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν λέγοντες εἰ ἔξεστιν τοῖς σάββασιν θεραπεύειν ἵνα κατηγορήσωσιν αὐτοῦ. ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς τίς ἔσται ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος ὃς ἕξει πρόβατον ἕν καὶ ἐὰν ἐμπέσῃ τοῦτο τοῖς σάββασιν εἰς βόθυνον οὐχὶ κρατήσει αὐτὸ καὶ ἐγερεῖ; πόσῳ οὖν διαφέρει ἄνθρωπος προβάτου ὥστε ἔξεστιν τοῖς σάββασιν καλῶς ποιεῖν. τότε λέγει τῷ ἀνθρώπῳ ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου καὶ ἐξέτεινεν καὶ ἀπεκατεστάθη ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη. οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἐξελθόντες συμβούλιον ἔλαβον κατ' αὐτοῦ ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσιν. ὁ δὲ Ἰησοῦς γνοὺς ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοί καὶ ἐθεράπευσεν αὐτοὺς πάντας καὶ ἐπετίμησεν αὐτοῖς ἵνα μὴ φανερὸν αὐτὸν ποιήσωσιν. ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου λέγοντος ἰδοὺ ὁ παῖς μου ὃν ἐξελεξάμην ὁ ἀγαπητός μου εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου θήσω τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτόν καὶ κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγελεῖ. οὐκ ἐρίσει οὐδὲ κραυγάσει οὐδὲ ἀκούσει τις ἐν ταῖς πλατείαις τὴν φωνὴν αὐτοῦ. κάλαμον συντετριμμένον οὐ κατεάξει καὶ λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν. καὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. τότε προσηνέχθη αὐτῷ δαιμονιζόμενος τυφλὸς καὶ κωφός καὶ ἐθεράπευσεν αὐτόν ὥστε τὸν κωφὸν λαλεῖν καὶ βλέπειν. καὶ ἐξίσταντο πάντες οἱ ὄχλοι καὶ ἔλεγον μήτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς Δαυίδ; οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἀκούσαντες εἶπον οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια εἰ μὴ ἐν τῷ Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων. εἰδὼς δὲ τὰς ἐνθυμήσεις αὐτῶν εἶπεν αὐτοῖς πᾶσα βασιλεία ἐφ' ἑαυτὴν διαμερισθεῖσα ἐρημοῦται καὶ πᾶσα πόλις ἢ οἰκία ἐφ' ἑαυτὴν διαμερισθεῖσα οὐ σταθήσεται. καὶ εἰ ὁ σατανᾶς τὸν σατανᾶν ἐκβάλλει ἐφ' ἑαυτὸν ἐμερίσθη πῶς οὖν σταθήσεται ἡ βασιλεία αὐτοῦ; καὶ εἰ ἐγὼ ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσιν; διὰ τοῦτο αὐτοὶ κριταὶ ὑμῶν ἔσονται. εἰ δὲ ἐν πνεύματι θεοῦ ἐγὼ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ. ἢ πῶς δύναταί τις εἰσελθεῖν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἰσχυροῦ καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ ἁρπάσαι ἐὰν μὴ πρῶτον δήσῃ τὸν ἰσχυρόν καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει. ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ κατ' ἐμοῦ ἐστιν καὶ ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ σκορπίζει. διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις ἡ δὲ τοῦ πνεύματος βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται. καὶ ὃς ἐὰν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἀφεθήσεται αὐτῷ ὃς δ' ἂν εἴπῃ κατὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ οὔτε ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον καλὸν καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ καλόν ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον σαπρὸν καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ σαπρόν ἐκ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται. γεννήματα ἐχιδνῶν πῶς δύνασθε ἀγαθὰ λαλεῖν πονηροὶ ὄντες; ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας τὸ στόμα λαλεῖ. ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ ἐκβάλλει ἀγαθά καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ ἐκβάλλει πονηρά. λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι πᾶν ῥῆμα ἀργὸν ὃ ἐὰν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι ἀποδώσουσιν περὶ αὐτοῦ λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. ἐκ γὰρ τῶν λόγων σου δικαιωθήσῃ καὶ ἐκ τῶν λόγων σου καταδικασθήσῃ. τότε ἀποκριθέντες τινὲς τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων λέγοντες διδάσκαλε θέλομεν ἀπὸ σοῦ σημεῖον ἰδεῖν. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου. ὥσπερ γὰρ ἦν Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας οὕτως ἔσται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας. ἄνδρες Νινευῖται ἀναστήσονται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης καὶ κατακρινοῦσιν αὐτήν ὅτι μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ καὶ ἰδοὺ πλεῖον Ἰωνᾶ ὧδε. βασίλισσα νότου ἐγερθήσεται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης καὶ κατακρινεῖ αὐτήν ὅτι ἦλθεν ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς ἀκοῦσαι τὴν σοφίαν Σολομῶνος καὶ ἰδοὺ πλεῖον Σολομῶνος ὧδε. ὅταν δὲ τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων ζητοῦν ἀνάπαυσιν καὶ οὐχ εὑρίσκει. τότε λέγει εἰς τὸν οἶκόν μου ἐπιστρέψω ὅθεν ἐξῆλθον καὶ ἐλθὸν εὑρίσκει σχολάζοντα σεσαρωμένον καὶ κεκοσμημένον. τότε πορεύεται καὶ παραλαμβάνει μεθ' ἑαυτοῦ ἑπτὰ ἕτερα πνεύματα πονηρότερα ἑαυτοῦ καὶ εἰσελθόντα κατοικεῖ ἐκεῖ καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων. οὕτως ἔσται καὶ τῇ γενεᾷ ταύτῃ τῇ πονηρᾷ. ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος τοῖς ὄχλοις ἰδοὺ ἡ μήτηρ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ εἱστήκεισαν ἔξω ζητοῦντες αὐτῷ λαλῆσαι. εἶπεν δέ τις αὐτῷ ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ἑστήκασιν ζητοῦντές σοι λαλῆσαι. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν τῷ εἰπόντι αὐτῷ τίς ἐστιν ἡ μήτηρ μου καὶ τίνες εἰσὶν οἱ ἀδελφοί μου; καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ εἶπεν ἰδοὺ ἡ μήτηρ μου καὶ οἱ ἀδελφοί μου. ὃς γὰρ ἂν ποιήσῃ τὸ θέλημα το

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritualem intelligentiam non manducant: sed tunc eos Dominus saturabit. Duo verò pisces, sunt psal. & euangelium. Tunc enim reficiet eos dominus intelligentia legis & psalmorum & euangelij. In quibusdam tamen Ecclesiis dicitur euangelium: Cum subleuasset Iesus oculos, Io. vj. ¶ Rursus in hac vltima dominica cætera concludente, rectè ponitur officiū quod ad vtrunque domini pertinere possit aduentum: vt dictum Hieremiæ propheticum: Ecce dies veniūt & suscitabo, &c. ecce primus aduentus. In diebus illis saluabitur Iuda: ecce secundus. Sed in euāgelio rectè legitur de quinque panibus: quia post quinque milia annorum datus est nobis in primo aduentu panis angelorum. Ab hinc etiam quinque dominicæ computātur, vsque ad illum diem, in quo panis ortus in præsepio prædicabitur. Quidam tamen hanc epistolam, & hoc euangelium ponunt cum officio Trinitatis: infra hebdomadam verò, fit sicut in cæteris feriatis, & congruè circa festū beati Andreæ hoc euangelium legitur: quoniā de eo in ipso mentio continetur. Quædam Ecclesiæ faciunt in hac dominica festum de Trinitate: aliæ verò in octaua Pentecostes, vbi de hoc dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Dominica vigesima sexta post Penteco. quid legendum in officio Ecclesiastico. & nu. 2. 4.*
3 *Menses singuli singulis adaptantur temporibus.*

De vigesima sexta dominica post Pentecost.

CAP. CXLIII.

1 ILlud † postremo notandum est, quòd nocturnales lectiones à prima dominica post Penteco. vsque ad aduentum Domini, quidam nō insubtiliter referunt ad illam temporis seriem, quæ fuit à Dauid vsque ad aduentum Domini, Sed & ad illam congruè referri possunt, quæ à primitiua cœpit Ecclesia: sicut enim Sauli successit Dauid, vnde primo legitur de primis libris Regum, sic dęmonum cultui cultus vnius Dei: & sicut regnum Dauid per Roboam, & Ieroboam in scissuras diuiditur, vt legitur in libris sequentibus, sic Ecclesiam scindit hęreticorum 2 insania. Deinde sequuntur † libri Salomonis, quia post pugna hæreticorum claruerūt in Ecclesia sanctorum doctorū ingenia. Postmodum sequitur liber Iob, vbi agitur de persecutionibus & consolationibus eius, quia quamtumuis in pace floreat Ecclesia, tentationes tamen non desunt spiritualium aduersariorum, quorū quanto est occultior pugna tanto difficilior est: sed gloriosior erit acquisita victoria. Rursus illud 3 †quoque adijciendum est quòd singulos menses, præteritis possumus adaptare temporibus. Nam per Ianuarium in quo nouus annus inchoatur, tempus à diluuio intelligitur: vbi mundus renouatur. Per Februarium, in quo allelu Ia deponitur, illud tempus innuitur, in quo vniuersitas linguarum confunditur. Per Martium, in quo quadragesima sacrificium celebratur, illud tēpus accipitur, in quo Dei populus in Aegypto affligitur.

affligitur. Per Aprilem verò, vbi Pascha celebratur vel obseruatur, illud tempus ostenditur, in quo populus à Pharaone liberatur. Per Maium, in quo de Pentec. solennizatur, illud tempus recolitur; in quo populus in terra promissionis gratulabatur. Iunius & Iulius, in quibus historia Regum legitur, regnum Saulis & Dauid commemorant. Augu. in quo liber Sapientiæ recitatur, regnū Sapientis Salomonis insinuat. Reliqui quatuor menses, regna principalia notāt Babylonicum, quod est in oriente, Persarum quod est in Meridie, Græcorū, quod in Aquilone, Romanorum, quod est in Occidente. Igitur historia Iob, quæ legitur in Septembri, per duas hebdomadas, regnum exprimit Orientis. Vnde ibi dicitur: Erat vir ille magnus inter omnes Orientales, & legitur per duas hebdomadas, quia regnum illud durauit per duas annuales hebdomadas, id est, per bis septingentos annos. Tot enim anni inueniuntur à tempore Nini, à quo regnum Babyloniæ incœpit, vsque ad Cyrum regem Persarū, in quo defecit. In reliqua parte Septembris, 4 regnum Persarū innuitur. Quocirca † duæ historiæ leguntur, eò quòd nunc de Persis nunc de Medis reges assumebantur. Historia Machabæorum, quæ legitur in Octobri. Græcorum significat regnū, sub quibus Machabæi fuerunt afflicti. Per Nouembrem & Decembrē in quibus Prophetæ leguntur, regnum Romanorum, in quo Christi religio viget, accipitur. Prophetiæ maximè de Christo loquuntur, cuius nativitas est in fine anni, sicut regnum Romanorum in fine mundi.

Finis Libri Sexti.

LIBER SEPTIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Sanctorum festa quibus de causis Ecclesia celebret. ibid. & nu. 2.*
2 *Sancti, & eorum reliquiæ an debeant honorari, & venerari. & nu. 3. 6.*
5 *Sanctorum noui Testamenti quadruplex differentia.*
7 *Sanctorum nuillilatriam, vel sacrificium debemus.*
Septimana dies qualiter nominetur ab Hebræis. Qualiter, à Christianis. nu. 8. 10. Item, qualiter à Gentilibus. nu. 9.
11 *Feria, quid & vnde dicta, & vnde hoc verbum natum inter Christianos num. 12.*
13 *Dies tripliciter denominatur. Et diei Dominicæ excellentia. nu. 14.*
15 *Dies quidam priuilegiati, in quadragesima.*
16 *Dies variè incipit, iuxta variam regionis & loci consuetudinem.*
17 *Solennitas. quid, & vnde dicatur.*
18 *Festiuitatum diuersa nomina. & num. 19.*
20 *Statio. quid & vnde orta. nu. 21.*
22 *Stationum duæ species.*

23 *Stationum forma, & à quo in vrbe instituta. Et quorsum fiant nu. 24.*
25 *Paschatis festum, est alijs superius.*
26 *Israëliticus populus, tres potissimum solennitates celebrat.*
27 *Encœnia ab Hebræis ortum habuerunt. Et quid.*
28 *Festa occurrunt plus quinque milia Sanctorum, quolibet die exceptis Calendarum diebus: vt respondit Eusebius Constantino imperatori.*
29 *Sanctorum catalogo nullus adscribēdus, nisi per Romanum Pontificem.*
30 *Festa quæ celebranda per totum annum.*
31 *Festa omnia, sunt aut in totum duplicia, aut simpliciter duplicia, aut semiduplicia vnum quodque percurrit. ibid. & nu 32.33.*
34 *Festorum varia & dissimiles solennitates, hierarchiam cœlestem sedibus & gratia distinctam, designant. & nu. 35.36.37.*
38 *Pascha annotatiuum, quid.*
39 *Festa omnis generis Sanctorum cur celebrentur tempore Paschali, sub nomine vnius personæ.*
40 *Festa sanctorum qui immediatè cœlum ascenderunt, celebrantur tempore Paschali, non autem cæterorum.*
41 *Festa sanctorum veteris testamenti, per Græcos & Venetos coluntur.*
42 *Sanctorum octauæ cur celebrentur. & nu. 46. non tamen omniū. n. 43.*
44 *Sanctorum octauæ, varij sunt generis.*
45 *Octauæ significationis, quæ sit. Et quæ supplicatis. num. 47.*
48 *Octauas institutionis, qui habeāt inter martyres, & qui inter cōfessores.*
49 *Sanctorum ferias quo ordine Author prosequatur.*

De sanctorum festiuitatibus.

CAPVT I.

POstquàm diuinis officiis in genere atque dominicis, & de festiuitatibus ad Dominum pertinentibus in specie præmisimus: vtile est, vt de officijs festiuitatum sanctorum aliqua in hac vij. parte subijciamus.† Sanè Ecclesia sanctorum festa multis de causis celebrat. Primo vt eis vicem rependamus: quia ipsi iam celebrant festū de nobis, quoniam gaudium est in cœlo angelis Dei, & animabus sanctis super vno peccatore pœnitentiam agente. j. distinct. quia tua. Secundo, quia eos honorando rem nostram agimus. Nam eorum festiuitas nostra est. Vnde Apostolus: Omnia nostra sunt: nos autē Christi. Charitas enim omnia cōmunia facit. Tertiò, vt habemus eos intercessores pro nobis: vnde legitur in iij. Regum. j. ca. quod Bersabee, quæ interpretatur puteus latetatis, id est, Ecclesia triūphans, impetrauit filio suo regnum. Quarto, vt eos imitemur. Per eorum enim exempla ad eorum imitationem prouocamur. Quinto, propter augmentum nostræ securitatis, & spei sublevationem. Si enim homines mortales nobis similes potuerūt ita per sua merita sublimari, & nos similiter poterimus: quoniam manus domini

Nota 1. Luc. 5

1. Cor. 3

Esai 59

domini non est abbreuiata. Sextò, propter honorem diuinæ maiestatis, quam illos honorando in eis honoramus, & mirabilem prædicamus eum, qui ipsos sanctificauit. Septimo, vt visa eorum pulchritudine & munditia confundatur homo de peccatis suis, & certetur eorum temnat, sicut & ipsi fecerūt. Octaua & principalis† causa est, quia sanctorum dies & anniuersaria in eorum honore nobis ad memoriam reducitur propter nostram vtilitatē: quoniam in eis honoramus Deū. Ipsi namque cùm sunt perfectè beati, orationibus nostris nō indigēt quia omnia eis ad votum succedunt: imò iniuriam facit martyri, qui pro martyre orat: extra de cele. miss. cum Martha. §. pen. Ioan. etiam 3 Dama. in lib. iiij. c. vij. ponit alias rationes quare sancti† & pariter eorum corpora, siue reliquiæ debeant honorari, quarū quædam sumū tur quantum ad eorū dignitatem, & quædam quantum ad corporum ipsorum pretiositatem. dignitas quadruplex est: quoniam sunt amici Dei, & filij dei, hæredes dei & duces nostri. De. j. Io. xiij. Iam non dicā vos seruos: &c. de secunda Ioan. j. dedit eis potestatem filios Dei fieri. de tertio Rom. viij. Si autem filij & hæredes. de quarto ita dicit: Si quis multum laborat ducem inuenire, qui eum alicui regi mortali ad ducat. & pro eo ad ipsum verbum faciat, quantò magis duces generis humani, qui pro nobis ad deum interpellationes faciunt, honorandi sunt templa illis erigendo, & eorum memoriam venerando. Quantū vero ad corporum eorum pretiositatem manifestandam, ponit etiam † idem quatuor orationes Nam ipsa sanctorum corpora fuerūt promptuaria dei, templum Christi, alabastrum spiritualis vnguenti, fontes vini. Augustinus addit quintum, scilicet organū Spiritus sancti. ¶ Circa primum dicit: Hi enim sunt promptuaria Dei, cœnacula Spiritus sancti de secundo dicit, Quoniam per intellectum in corporibus eorum habitauit deus, vnde Apostolus: Nescitis, quoniam corpora vestra, &c. Deus autem spiritus est. Honoranda ergo sunt animata Dei templa. Homo quidem delectatur in ædificatione murorū: Deus vero in conuersione sanctorum. Vnde Psal. Domine dilexi decorem domus tuæ, decorem, scilicet quem præstat diuersitas non marmorum sed gratiarum. Circa tertium dicit, si enim ex rupe aqua manauit in eremo, & ex maxilla asini Samsoni sitienti: nequaquam incredibile est, ex martyrum reliquiis vnguentum bene olens, emanare sitientibus dei, & sanctorum virtutem. Circa iiij. dicit: Isti enim viuentes in veritate, eum libera præsentia Deo adsistunt: & fontes nobis salutares dominator Christus sanctorum suorum præbuit: reliquias multiformia beneficia irrigantes. Circa quintum dicit Aug. in li. de ciui. Dei: Non sunt contemnenda, sed plurimum veneranda sanctorum corpora quibus dum adhuc viuerent, Spiritus sanctus quasi quibusdam organis ad omne bonum vsus est. Vnde Apostolus: An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Item Ambro. in Hexameron: Hoc est potissimum, quod homo diuinæ vocis sit organum, &

Nota

† promptuaria Dei.

1. Cor. 6

Psal. 25

Aug.

2. Cor. 13

Universidad de Deusto
Biblioteca

corporalibus labiis cœleſte exprimit oraculum. ¶ Eſt† autem quadraplex differentia ſanctorum noui Teſtamenti, quos per anni circulũ colimus. Sunt enim Apoſtoli, martyres, confeſſores, & virgines: & hi ſecundum Rabanũ per quatuor mundi partes ſignificantur: per oriẽtem Apoſtoli, per meridiem martyres, per aquilonem confeſſores, per occidentem virgines. Licet autem feſtiuitates ſanctorum† celebrandæ ſint, & in eorum memoriam altaria conſtruenda: nulli tamẽ eorum vel etiam angelis, ſed ſoli deo ſacrificare debemus. Nemo enim antiſtitum in locis ſanctorum corporum adſiſtens altari aliquãdo dixit: Offerimus tibi Petre. & Paule, aut Cypriane: ſed quod offertur, deo, qui ſanctos coronauit offertur apud eorum memorias, quos coronauit, vt ex ipſorum locorum amore maior effectus aſſurgat ad augendum charitatem in illis, quos imitari poſſumus: & in illud, quo adiuuari poſſumus. Nec enim ipſi ſancti, vel angeli exhiberi ſibi volunt, quod vni deo per latriam deberi norunt. Vnde Paulus & Barnabas, cum quidam miraculis per eos factis commoti, ipſis tanquã diis immolare voluiſſent, conſciſſis veſtibus cõfitentes ſe homines mortales, & non deos eſſe hoc fieri vetuerũt. Et ſicut in Apoc. legitur angelus Ioannem ipſum in viſione adorare volentem prohibuit, dicens Vide, ne feceris: frater enim tuus & conſeruus fratrum tuorum ſum, Deum adorare. Iã enim Chriſtus erat ſuper angelos exaltatus. Antea vero leguntur angeli adorari, vt dictum eſt in iiij. parte: ſub particula canonis, ſuper verbo, Seruitutis. Et Mardochæus Naamã noluit adorare: quoniã ille diuinam ſibi voluit adorationem impendi. Hõorãdi† ſunt ergo ſancti propter imitationẽ: non adorãdi, propter religionẽ. honorandi ſunt charitate, nõ ſeruitute, vt dictum eſt ſuper dicto verbo, Seruitutis. Tribus ergo de cauſis ſanctos rogamus, prout dictũ eſt in præcedenti parte, ſub tit. de rogationibus. ¶ Et nota, quòd ſtãdo ſanctos rogare debemus, vt dictum eſt in proœmio v. partis, vbi de reſponſorio agitur. Porrò dierum alij ſunt profeſti, alij feſtiui, ſiue ſolennes. Profeſti ſunt, qui nulla ſpeciali celebritate inſigniti ſunt, quaſi procul à feſto. ¶ Et not. quod † Hebræi aliter denominant dies ſeptimanę, & aliter gentiles, & eorum presbyteri, & aliter Chriſtiani. Hebræi denominant omnes alios dies, à ſabbato, qui apud omnes præcipuus habetur: vnde diem ſequentem poſt ſabbatũ vocant prima ſabbati. Aliam, ij. ſabbati, & ſic de reliquis. Septimam verò diem vocant ſimpliciter ſabbatum, & quandoque ſabbatũ ſabbatorum. Sextam feriã, vocant† paraſceue, à παρά, quod eſt præ, & σκιὴ, quòd eſt ſtructio, quaſi præſtructio, ſeu præparatio: quia tunc Iudæi præparãt cibaria ad opus ſabbati iuxta quod eis præceptum fuerat de manna, ſcilicet ſexta die colligatis ex eo duplum. Quoniam in ſabbato non licebat eis cibos præparare, ſicut manna colligere. Nos verò hoc nomen quod eſt commune cuilibet ſextæ feriæ appropriamus illi ſextæ feriæ, quæ eſt proxima ante paſcha, pro eo, q̃ tunc præparatus eſt cibus ſiue manna quo

Aquilo, es el Norte.

Act. 14

Apoc. 9

Heſt. 3

Exod. 16

quo eſt militãs Eccleſia modò, & triũphanş in futura requie perfruetur. ¶ Et nota, quod παρασκευὴ eſt nomen Græcum: ſed Iudæi propter varias captiuitates inter Græcos diſperſi, quædam vocabula à Græcis ſumpſerunt, vt παρασκευὴ & συναγωγὴ, & alia quædã. ¶ † Gentiles autẽ tam vulgus, quàm Philoſophi denominant dies à planetis. Vnde ſecundum eos, prima dies, dicitur dies Solis, ſecunda, dies Lunæ, &c. Quæ nomina ſacra Scriptura non recipit, licet hodie vulgari vſu tenentur. De hoc dicitur in parte viij. vbi agetur de ſeptimana. Nempe vulgus ideò ſic eos denominabat, quia Solem, Lunam, Martem, & alias planetas à quibus dies denominabant, deos eſſe credebant. Philoſophi verò ideò, quia hæc ſunt nomina planetarũ, ex quorum motibus, & naturis omnia ſui vegetationem ſecundum illos trahunt. ¶ Chriſtiani † verò duos dies tanquàm propriis deſignãt nominibus. Nam ſabbatum ſimpliciter ſabbatum vocant, propter authoritatem Hebraici ſermonis, & frequentem diem dominicam vocant propter ſui primatum: de quo iam dicetur. Vel quia ſic in legenda ſancti Ioã, vocatur, vbi dicitur, Ioan. dominica die poſt miſſarum ſollennia, deſcendit in foſſum ſepulturæ ſuæ locum. Poſſet etiam dies dominica, prima feria appellari. Diem verò poſt dominicam ſequentem appellabant ſecundam feriam, aliam tertiam feriam, & ſic de aliis diebus vſque in ſabbatum. Interpretatur† enim feria, quaſi dies ſolennis, à feriando dicta. vnde prima dies ſeptimæ ſolennis eſt. Vocantur ergo feriæ, à feriando, quia toto tẽpore à vitiis feriare, id eſt, vacare debemus, non quod ſit à neceſſariis vitæ operibus feriandum. Vel dicitur à fando, id eſt, loquẽdo: quoniã ſicut legitur in Gen. Dominus dixit & facta ſunt. Si quidẽ beatus Siluester nolens imitari Iudæos, qui dicunt Prima ſabbati, Secunda ſabbati, nec gentiles qui dicũt dies Solis, dies Lunæ, &c. adinueniat hoc nomẽ feria. In† fine tamen ſeptimanæ ſeruauit ſabbatum propter præmiſſam rationem, vel propter figuram, quia ſabbatum interpretatur requies, quia tũc Dominus requieuit ab omni opere, quod patrauerat: vnde & nos per totam hebdomadẽ, id eſt, per totum tempus vitę noſtræ, quod percurrit per ſpatium vij. dierum debemus laborare, & niti ſummo conamine, vt ad requiem & beatitudinem perueniamus. ¶ Dies † ergo tripliciter denominatur. primo ſecundũ ſe, vt dies Lunæ, dies Martis, &c. Secundo, iuxta vſum Eccleſiæ vt prima feria, ſecunda feria, &c. Tertio, ſecundũ menſes & hoc tripliciter. Primo modo Cal. pridie Cal. iij. Cal. ſecundo modo, Idus, pridie Idus. iij. Idus. Tertio modo, Nonas, pridie Nonas. iij. Nonas. Dominica verò dies primatum obtinet, & maior† eſt inter alios dies: quia Chriſtus annunciatus fuit & reſurrexit & in Apoſtolos Spiritũ ſanctum miſit, & Deus mundũ, id eſt, cœlum & terram in illa fecit, & in eodẽ quoque die, vt dicitur mundus diſſoluetur. Dicitur aũt dominica propter gaudiũ dominicæ reſurrectionis quod in eo celebramus. Licet autẽ quædam dominicæ omnibus aliis ſint ſuperiores:

Universidad de Deusto
Biblioteca

videlicet Paschæ & Pẽte.& hoc propter resurrectionẽ,Spiritus sancti missionem:tamen & quinque aliæ principales dicuntur, & solennes, in quibus officia mutantur,scilicet dominica prima de aduentu, dominica in octauis Paschæ,dominica in octauis Pente. dominica qua cantatur Lætare Hierusalem,& dominica in ramis palmarũ. Adeunt etiam quidam sextam,scilicet qua cantatur:Inuocauit me, quædam etiam aliæ dominicæ dicuntur priuilegiatæ,quibus videlicet historiç sunt appropriatæ. ¶ Et nota, quod sunt quidam dies priuilegiati † in tempore quadragesimę,videlicet quatuor quartę feriæ,scilicet quarta feria in capite ieiuniorum, quarta feria sequentis hebdomadæ, & quarta feria post Lætare Hierusalem, & quarta feria ante cœnã Domini. Item,quatuor sabbata,videlicet sabbatum prioris hebdomadæ, quando ordines celebrantur, & sabbatum quartæ & sabbatum quintæ,& sabbatum in vigilia Paschæ.Itẽ tres dies dominicæ, scilicet Inuocauit me, & Lætare Hierusalem, & Dominica in ramis Palmarũ. Item vna quinta feria,scilicet cœnæ Domini.Itẽ vna sexta feria, scilicet parasceue.Item, tota vna septimana, scilicet vltima quæ maior dicitur,prout sub dominica in ramis palmarum dictum est,de quibus priuilegiis in suis locis dictum est.Et nota. quòd Pascha & Pentecos. sunt hebdomadariæ festiuitates,vt dictum est in sexta parte,sub ti.de septem diebus post Pascha,& sub Pentecost.¶Incipit†autem dies naturalis secundũ Ægyptios ab occasu Solis,siue in principio noctis,& durat vsque ad vesperam sequentis diei:iuxta illud:Et factum est vespere, & mane, dies vnus, secundum Persas & Græcos & secundum communem vulgi vsum incipit mane ab ortu Solis: secundũ Romanos à media nocte:secundum Athenienses & secundum Arabas & Astronomicos à sexta diei hora:quos omnes variè imitamur:quoniam ad celebrationem diuinorum officiorũ incipit dies in vesperis, iuxta illud:A vespere in vesperam celebretis sabbata vestra. extra de feriis. c.j.quo ad treugę obseruationẽ in ortu Solis.extra de treuga & pace. ca.j.ff.de iudiciis.l more. quò ad contractus incipit dies,& finitur in media nocte:quò ad esum carnium, post cœnam vsque ad diluculũ. de consec.dist.iij de eiu.quò ad iudicium incipit mane,& terminatur sero in fine diei ante noctis tenebras.de offic.dele.cõsuluit. & in authentica,de iudiciis.§ sedebunt. Computatio autem Ægyptiorũ videtur,cùm contineat ortum & occasum signorum.Potest tamen dici,quod secundum Eccleſiã incipit media nocte:quia tunc verus Sol scilicet Christus,ortus est,iuxta illud: Dũ medium silentium, &c.vel veriùs in vesperis,vt præmissum est, quia nos præcessit, dies autẽ appropinquauit.Licet autem naturaliter dies præcedant noctes,tamen in nocte paschali fit ecõuersò,vt dictum est in vj.parte, sub ti.de sabbato sancto. Solẽnes † verò seu festiui dies,in quib.à quolibet opere seruili in honorem Dei & sanctorum abstinendum est,& diuinis laudibus insistendum.Et notandum est,quod solennitas est communiter

institutа celebritas pro aliqua prærogatiua:& dicitur à solõ quod est commune vel à soluto,id est,firmo atque solido:quia ob religionem mutari non debet. vel dicitur solennitas ex eo, quòd fieri solet in anno.Celebritas verò vocatur, quia ibi non terrena,sed solum cœlestia aguntur. Solennitas autem alia est festiuitatum, alia stationum, alia litaniarum,alia ieiuniorum,de quarum singulis videamus.Solennitas festiuitatum, quæ est mors sanctorum, pluribus nominibus designatur.Vocatur enim festiuitas, festum celebritatis, natiuitas natalis vel natale,siue natalitium,transitus seu exitus obitus, passio, assumptio, depositio,& obdormitio. ¶ Festiuitas † dicta est à festis diebus, quasi festiuitas eò quod in eis sola diuina res agitur, quibus contrarij sunt festi.in quibus ius fatur.Dicitur quoque festiuitas,quasi sancti natiuitas.Natiuitas propriè dicitur festum illius natiuitatis, quæ est in carne,& in mundo:& secundum hoc dicitur tantùm Christi natiuitas & beatæ Mariæ,& beati Ioannis Baptistæ, quorum tantùm natiuitates in Ecclesia celebrantur.Quare sancti dicantur in morte nasci,iam sequitur,& dicetur vbi de octaua agetur. De celebritate iam dictũ est: natalis verò vel natale vel natalitium dicitur,migratio sanctorum ab hoc seculo:quia tunc nascuntur Deo, & seculo ad gloriam ea natiuitate,quæ tendit ad vitam æternam.Indifferenter tamen ista accipiuntur.Transitus,dicitur festum de morte sanctorum:quoniam animę illorum à corporibus exeũtes,per ignota sibi, & diuersa loca transeũt. xiij.quæst.ij tempus.vt per cœlum aëreum, & æthereum, & crystallinum,vt tandem perueniant ad empyreum. ¶ Et † nota quod maius est festum transitus alicuius sancti, quàm aliquod aliud.de illo dicetur sub festo assumptionis. Obitus dicitur : quia tunc angeli veniunt obuiam animæ:vt legitur de beato Martino. Passio dicitur:quia tunc maximè corpus patitur, & etiam in anima quando per violentiam ab inuicem separantur : & obitus vniuscuiusque potest passio nominari, quia sine amaritudine,& sine violẽtia quadam nulla anima de corpore tollitur. Assumptio propriè, dicitur transitus beatæ Mariæ. Depositio propriè, dicitur depositio beati Ioannis euangelistæ:qui, vt præmissum est, locum sepulturæ viuus intrauit, & ita seipsum deposuit. Obdormitio verò,dicitur mors sanctorum,quasi quies:nam sicut quis post somnum integer, & validior fit:sic sancti sine difficultate resurgunt in corporibus glorificatis, quasi à somno euigilantes. Vnde dicitur de Lazaro mortuo dixit Lazarus amicus noster dormit. xiij.q.ij.tẽpus.vnde Apostolus Nolumus vos ignorare de dormiẽtibus,&c. ¶ Sequitur de stationibus videre:statio autem,secũdum † Isidorum, est obseruatio statutorum dierũ vel temporum. Dierum,vt quartæ & sextæ feriæ ieiunium ex veteri lege præceptũ,de qua statione in euãgelio:Ieiuno bis in sabbato,id est in quarta & sexta sabbati.Temporum,scilicet quæ legalibus,& propheticis institutionibus:determinatis temporibus,statuta sunt:vt ieiunium mẽsis quarti,quinti,septimi.

& decimi: vel ſicut in euangelio dicitur: Dies ille in quibus oblatus eſt ſponſus. Statio, quoq; vocatur, proceſſio ad aliquam Eccleſiã ad exoluendum ibi gratias Deo facta: & dicitur ſtatio, quia tunc ſtantes orare, & Deo gratias perſoluere non flexis genibus debemus tunc, nec ieiunamus tunc, nec in eis ſupplicationis voces fiũt: quæ omnia cum veſtibus humilitatis in litaniis fiunt. Videtur autem † ſtationes à veteri lege initium habuiſſe, quoniam tunc populus Iudæorũ, & etiã multi Gentiles conueniebant, in magnis ſolennitatibus, ſcilicet in Paſcha & Pentec. vt ibi orarent in templo, & Deo gratias perſoluerent, & offerrent: quod adhuc obſeruat Eccleſia, præſertim in Italia, vbi in hebdomadibus Paſchæ, & Penteco. populus de oppidis & villis adiacentibus ciuitatibus conuenit ad eccleſiam Epiſcopalem. Aliæ ſtationes à Romanis habuerunt initium: qui eas maxime frequentãt qui cum interceſſionibus Sanctorum quorum ſuffragia implorabant, periculũ euaſiſſent, cum proceſſione veniebãt ad Eccleſiam illius Sancti, cuius patrocinio fuerant liberati, laudes Deo, cũ gratiarum actionibus perſoluentes. Iſidorus dicit in vj. Etymolo. quod ſtatio ex militari exemplo nomen accepit: pro eò, quod nulla lætitia caſtris obueniente, ſtationẽ contriſtatio militum reſcindit. Sunt autẽ duæ ſpecies † ſtationũ: aliæ namque ſunt generales, aliæ particulares. Generales ſunt, quæ in prædictis duabus ſeptimanis ad matricẽ Eccleſiã fiũt. Particulares ſunt, quæ in diuerſis Eccleſiis fiũt, pro prædicta cauſa. Fiunt etiã quandoque obſeruationis cauſa, nulla alia cauſa intercedente: vt cùm in feſto alicuius Sancti ad eius Eccleſiam vadit proceſſio à maiori Eccleſia. Fiunt etiam cùm in diuerſis feſtis diebus, ad diuerſa altaria, cũ proceſſione ob Sanctorũ veneratiõnẽ venimus. Inſtitutio ergo ſtationum ex prædictis liquet, hoc tamẽ addito quoniã ſicut Romani pro vitãdis ſuis periculis ſtatuerũt ſuas ſtationes in vrbe, ſic & alij in ſuis ciuitatibus ob cauſas ſimiles ſtationes inſtituerũt. In diebus autẽ ſtationũ, voces ſeu cãtica lætitiæ cãtantur, videlicet reſpõſoria vel antiphonæ, vel quid huiuſmodi. Quandoque etiã tũc miſſa celebratur in Eccleſia ad quam dabunt: & quandoque non: ſed poſt ſtationem oratione finita redeunt. ¶ † Et nota, quod populus primò cõuenit in aliqua Eccleſia vicina illi, in qua debet eſſe ſtatio, vt dictũ eſt in quarta parte ſub titulo de oratione. Nempe beatus Gregorius, qui ſtationes in vrbe ordinauit xx. homil. euangelij diuerſo tempore in illis dixerat, quas declarauit. alias verò ſtomacho laceſſante aliis pronũtiãdas commiſit. De ſolennitate litaniarum in ſexta parte, ſub titul. de rogationibus dictum eſt. ¶ † Nota tamẽ, quòd ſtationes fiunt propter præteritã pericula. Litaniæ verò, quæ rogationes vel ſupplicationes interpretãtur fiunt pro periculis euitandis, vt præmiſſum eſt. De ſolennitate ieiuniorum, & de vigiliis Sanctorum, dictũ eſt in ſexta parte, ſub quarta feria quartæ dominicæ de aduentu. Hoc etiam nota, quod natale

Ioan. 4 Domini feſtum eſt Patris, quia per eum Filius innotuit mũdo. In hoc enim

enim apparuit charitas Dei, quod nobis dedit Filium ſuum, ſicut dicit beatus Ioannes. Feſtum tamen Patris, feſtũ eſt Filij, & Spiritus ſancti. In hoc enim, quòd dicitur Verbum, intelligitur Pater verbi. & etiam alia ratione, quia ſcilicet Filius Patrem manifeſtauit mundo. Paſcha verò eſt feſtũ Filij: quia tunc Chriſtus à mortuis reſurrexit, & verus
1 Deus apparuit. ¶ Et nota † quòd ſolẽnitas Paſchę anthonomaſticè dicitur ſolennitas ſolennitatum, ſicut dicitur ſancta ſanctorum, & cantica canticorum, eò quod alia ſancta, & alia cãtica excedunt. Inde eſt, quod omnes dies dominicos reciprocamus, id eſt omnes dies domini cæ ſunt octauæ huius feſti. Dicitur etiã feſtiuitas feſtiuitatũ: tũ quia prima eſt omniũ feſtiuitatum: tum quia omnes hac dominica cõmunicare debent. ¶ In quibuſdã tamen locis quodlibet magnum feſtum
2 Paſcha vocatur, quaſi tranſitus, quia de vitiis ad virtutes trãſire debemus. Penteco. eſt feſtum Spiritus ſancti. & quælibet iſtarum ſolennitatum eſt ſolẽnitas totius Trinitatis: quoniã indiuiſa ſunt opera Trinitatis, de conſec. diſt. iij. ca. fin. Licet, vt præmiſſum eſt, quęlibet iſtarum
4 magis, vni, quam alteri approprietur. ¶ Non eſt etiam † ignorandum quod populus Iſraëliticus tres principaliter celebrat ſolemnitates. Primum erat dies Paſchæ ſiue dies azymorum, quod eſt paſcha, quia tunc Deus eos liberauit à poteſtate Pharaonis de ſeruitute Ægypti, & à percuſſione angeli linitis poſtibus de ſanguine agni immolati. Non enim fuit domus alicuius Ægyptij, vbi mortui non iacerent: niſi domus Iudæorum, vbi nullus mortuus eſt ¶ Secundum erat Pentec. quia tunc ſuſceperunt legem: vt dictum eſt in ſexta parte ſub ipſo feſto. ¶ Tertium ſcenopegia, in Septembri: quod ex Græco interpretatur, dedicatio ſiue fixio tabernaculorum. Populus enim Iſraëliticus quadraginta annis in tabernaculis habitauit, in cuius rei memoriam adhuc Iudæi hoc feſtum celebrant, quaſi in tabernaculis degentes. Σκη-νὴ enim Græcè, tabernaculũ dicitur Latinè. Hæc feſta quæ ſeptẽ diebus prorelabantur, præcipuæ dicebantur & ſabbatum quod interueniebat dicebatur ſabbatum ſabbatorum, id eſt, ſabbatum ſanctorum.
27 Verum & ſuperaddiderunt & alia † feſta ob euentus varios: vt encœnia quod celebrabant Hebræi in hyeme, ſcilicet in Octobri: & vocabant encœcia nouam dedicationem templi. Νέον enim Græcè, dicitur nouum Latinè: vnde quandocumque aliqui nouum fuerit dedicatum, encœnia vocatur. Nam & ſi quis noua tunica induitur encœniare dicitur. Nos autem duo illorum ſeruamus, ſcilicet paſcha & pentecoſt. ſed alia ratione quam illi, ipſi enim celebrant paſcha, qui tunc ab Ægyptiaca ſeruitute liberati ſunt. nos vero, qui tunc per Chriſtum redempti ſumus illi celebrabant pentecoſten, quia tunc ſuſceperunt legem: nos verò quia tunc Spiritum ſanctum accipimus. Item illi ſuſceperunt legem in tabulis lapideis, ad duritiam cordis notãdam extriſecus ſcriptam, quoniam vſque ad ſpiritualẽ literæ intellectũ non pertingebant. Sed Spiritus ſanctus: datus eſt lxxij. Diſcipulis in corde digito Dei,

gito Dei, spiritualem intelligentiam eis dictante. Scenopegiam etiam quodāmodo celebramus in Ascensione Domini, quia per tabernaculū intelligimus, corpus Domini in quo sub humanitate diuinitas latuit, iuxta, illud psal. In sole posuit tabernaculum suū Hoc itaque tabernaculum Christus in mortali carne figebat: quoniam exultauit, vt gigas ad currendam viam, discurrens de loco in locū, vt susceptum mysterium adimpleret, sed tunc fixit & stabiliuit tabernaculum, id est, corpus suum. quando assumptus est in cœlum, sedens ibi, ad dexteram Dei patris, & requiescens in patrimonialibus patris bonis, donec ponet inimicos suos scabellum pedum suorum. Hæc itaque tria festa recte in euangelio spiritualiter celebramus. Nam iuxta psal. Christus captiuam duxit captiuitatem: quando in Pascha resurgens, victos suos eduxit de lacu, in quo non erat aqua. Ascendit in altum, cùm in ascensione exaltatus est super cœlos cœlorum adorientem. Dedit dona hominibus, cùm in penteſt. effudit de Spiritu sancto, super omnem carnem. Quarta verò feria post dominicā de passione est encœnis, prout ibi dictum est in sexta parte. Erant quoque & aliæ quatuor solemnitates, non tamen ita solennes sicut præcedentes, videlicet sabbatum, festum clangoris, festum propiciationis, & Νεομηνία. Siquidem apud Hebræos neomenia dicta est, quia secundum lunarem cursum mēses supputabantur. Μήνη Græcè luna vocatur, illud νεομηνία, id est, noua luna. Apud nos verò neomeniæ, sunt Calendæ. Erant apud Hebræos ipsi dies Calendarum ex legali institutione solemnes. ¶ Sanè Constantinus † Imperator partes trāsmarinas petens, inuenit Eusebium Cesariēn. Episcopum virum sanctissimum, cui dixit: Pete à me vnde Ecclesia tua ditetur. Ille verò respondit: Ecclesia mea satis abundat in diuitiis, sed rogo te, vt mittas per partes mundi, & nomina sanctorum, & tēpora passionū, & sub quibus, & qualiter, & in quibus locis passi sunt resertibas: quod factum est. Et refert Eusebius quòd quolibet anni die plus quam quinque millium sanctorum festa concurrunt excepta die calendarum Ianuarij, quo intendebant Gentiles epulis. & solennitatibus non ad martyrizandum sanctos Hiero. dicit idē in epistola, quæ suo Calendario præponitur, vnde Greg. dicit: Totus mundus plenus est sanctis. & similiter Haymo dixit de angelis, quòd si quis creaturas spirituales videre posset, videret eas ebuire in aëre sicut minimos atomos in solis splendore. ¶ † Et nota, quòd nullus adscribendus, seu annumerandus est catalogo siue, numero sanctorum, nisi per Romanum pontificē, & nisi facta priùs clara fide de illius vita, & miraculis. extrà de reliq. & veneratio. sancto. c. j. extrà de testamen. venerabili. Dicitur autem catalogus, sermo, à κατὰ quod est circa, & λόγος, quod est sermo. * Et litania siue calēdarium, in quibus enumerātur Sancti † per Romanam Ecclesiam approbati, dicitur vniuersalis sermo, cæterum secūdum Decretum cōcilij Africani, de consecratione distinctio. j. placet. nulla memoria martyrum probabiliter, siue solenniter accipiatur,

Psal. 18

Mar. vl.
Psal. 109
Psal. 67
Zac. 7

piatur, nisi aut vbi corpus martyris, aut certæ reliquiæ sunt, aut vbi fuit origo habitationis, vel possessionis illius. Nam altaria, quæ per somnia, & inanes quasi reuelationes quorumlibet hominum vbicunque statuuntur, omnino reprobātur. Item statutum est in concilio Aurelia. de consecratio distinctio. iij episcopus. quod episcopus si infirmitate non fuerit impeditus, Ecclesiæ cui fuerit proximus, puta episcopali, die dominica deesse non debet. ¶ Quæ autem festiuitates † celebrandæ sint, patet ex concilio Lugdun. de consecratio. distinct. iij. ca. j. extrà de fest. cap. fin. in quo sic statutum est: Dies domini feriandi sunt à vespera in vesperam. Item festum natalis domini, sancti Stephani, sancti Ioannis euangelistæ, Innocētium, sancti Silueſt. Circuncisionis. Theophaniæ, siue Epiphaniæ, Pascha, cum tota præcedenti, & sequentibus hebdomadibus, Rogationes cum tribus diebus, Ascensio domini, Pentecostes, cum duobus diebus sequentibus, sancti Ioannis Baptistæ, duodecim Apostolorum. sancti Laurentij Festiuitates Beatæ Mariæ, omnes dies dominici, dedicatio sancti Michaelis, dedicatio cuiuslibet oratorij, festum omnium sanctorum, sancti Martini Illæ festiuitates scilicet sanctorum Canonizatorum, quas singuli episcopi in suis Ecclesiis cum clero, & populo decreuerint celebrandas. Reliquis verò festiuitatibus, quæ per annum sunt, non sunt populi cogendi ad celebrandum siue feriandum, nec prohibendi. Quot psalmos, quot responsoria, quot lectiones, & quare in festis dicantur, dictum est in quinta parte, sub titulo de nocturnis. ¶ Quædam † autem festa dicuntur in totum duplicia: quædam simpliciter duplicia, quædam semiduplicia. ¶ Dicuntur quædam duplicia in quibusdam Ecclesiis, pro eo, quòd responsoria tam maiora quam breuia, & versus à duobus cantātur, & quia omnia incipienda à duobus incipiuntur, & quia antiphonæ in matutinis & vesperis duplicantur. dicuntur enim completæ & ante Psalmum, & post si cut est festum natalis domini, Sancti Stephani protomartyris, sancti Ioan. euangelistæ, Circuncisionis domini, Epiphaniæ, Purificationis, Annunciationis, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, sancti Ioan. Baptistæ Apostolorum Petri & Pauli, sancti Laurentij, Assumptionis Beatæ Mariæ virginis, natiuitatis eiusdem, & dedicatio Basilicæ. ¶ Præmissa † quidem sunt maiora duplicia festa. Minora autem duplicia festa sunt, secunda & tertia feria, infra octauas resurrectionis. Item secunda & tertia feria infra octauas Pentecostes, commemoratio sancti Pauli Apostoli, octauæ Apostolorum Petri & Pauli, & assumptionis, & quodlibet festum quòd vnaquæque Ecclesia duplex ordinauerit celebrari. ¶ Semiduplicia † autem festa sunt, in quibus præmissa omnino non obseruantur, sed tantum tertium, sextum, & vltimum. Responsoria cantātur à duobus, nec incipitur à duobus, nec duplantur antiphonæ, licet versus & breuia responsoria à duobus dicantur: & sunt hæc semiduplicia festa Sanctorum, Andreæ, Nicolai, Luciæ, Thomæ, Apostoli, Innocentium octauæ epiphaniæ, Agnetis, conuersio sancti Pauli, Agathæ,

Agathæ, Mathiæ, Cathedra sancti Petri, Gregorij, Augustini, Hieronymi, Ambrosij, Philipp. & Iacobi, Marci euangelistæ, Inuentionis sanctæ Crucis Reuelationis sancti Michaelis, octaua Ascensionis, Ioan. ante portam Latinam Barnabæ apostoli, octaua sancti Ioan. Baptist. Mariæ Magdalenæ, Iacobi apostoli, ad vincula sancti Petri, octaua S. Laurentij Bartholomæi apostoli, & decollatio sancti Ioan. Baptistæ, octaua natiuitatis beatæ Mariæ, Exultatio sanctæ Crucis, Matthæi apostoli, Lucæ euangelistæ, Simonis, & Iudæ apostolorum, Martini, Cæciliæ, Catharinæ, & alia secundum consuetudinem cuiuscunque Ecclesiæ. ¶ Sanè igitur hæc varietas circa festa seruatur: quoniam sicut per Apostolum stella differt in claritate à stella: sic etiam erit resurrectio mortuorum. Cùm ergo secundum beatum Dionysium, Ecclesiastica hierarchia repræsenter aliqualiter in suis actionibus, seu ordinationibus cœlestem hierarchiam, in qua sancti secundum diuersitatem meritorum suorum disponuntur, ideò ad hoc repræsentandum varietas diuersorum officiorum in nostra Ecclesia reperitur. ¶ Quæritur † festa in toto duplicia, & quæ semiduplicia dici debeant, liquido patet secundum mysticum intellectum. Nam secundum sanctos visio Dei erit præmium omnium beatorum, quæ quidem visio erit maior vel minor in omnibus, secundum quod hic positi, magis, vel minus in charitate, quę est radix omnium meritorum, profecerint. Verumtamen sunt quædam specialia merita, quæ secundum aliqua specialia præmia habentibus alia merita in futura gloria conferentur. Vnde speciale præmium superessentiale redderetur Martyribus, Doctorib⁹ & Virginibus, quod præmium aureola dicitur, ita quod quantum ad hoc aliqui sancti duplex habebunt præmium, scilicet essentiale, quod dicitur Dei visio, & accidentale, aureola: & secundum hæc festa sanctorum possunt dici maiora, vel minora, scilicet in quibus præmiorum rationes magis vel minus reperiri possunt. Quia igitur beata Virgo inter omnes sanctos sublimiori præmio potitur, quantùm ad præmium essentiale, & rationes etiam accidentalium præmiorum sibi comperunt: ideò eius festum totum duplex dicitur esse: sic est etiam in festiuitatibus ad honorem Christi statutis. Quia verò post eos angeli secundum obtinent locum, & post illos Apostoli & martyres, & post ipsos alij: ideo secundum eorum plura vel pauciora essentialia, & accidentalia præmia ipsorum festum, vel totum duplex vel semiduplex vel simplex debet ab Ecclesia militante, quæ vestigia triumphantis imitatur, conformiter celebrari. ¶ † Quandoque verò alia consideratione dicuntur festa duplicia, si quando, scilicet eadem die duo festa concurrunt: & tunc minus cedit maiori. Nam die illa de festo excellentiori officium celebratur & de minori fit solummodo commemoratio & illis officium ad diem sequentem reseruatur: sicut fit de beatis Petro & Paulo: Si ergo eadem die plura festa concurrant, & omnes sunt martyres illius qui inter eos maioris erit nominis, officium celebretur. Si verò alter confessor, & alius

alius martyr, vel martyres: si cõfessor maioris sit nominis, quam martyr, vel priuilegiatus, vt beatus Martius, & cuius generaliter officium instituit Ecclesia, dicendum est officium de confessore & commemoratio faciendæ est de martyre: sin autem celebrandum est de martyre, Item si festum Andreæ veniret in prima dominica de aduentu, fiet in
36 secunda feria. ¶ Idem dicimus † de quolibet festo Apostolorũ & martyrum si currerẽt in primis dominicis priuilegiatis. Item si festum habens vigiliam contingit in feria secunda, celebratur officium de vigilia, & ieiunatur in sabbato præcedenti: extrà de obser. ieiu. c. j. Si autem in quacunque alia dominica à priuilegiatis, id est, quibus historiæ appropriatæ inueniuntur euenerit festum Apostoli vel alicuius præcipui martyris, vel alterius sancti qui proprium habeat officium, attendendum est, vtrum sequens hebdomada siue singularis dies ipsius proprium habeant officium: quòd si habent, fiet officium de dominica, &
37 festum sancti fiet in secunda feria: si verò non habent, fiat officium de festo in dominica, & officium dominicæ fiet in secunda feria, & sic dominica quandoque cedit festo, quandoque econuersò. ¶ Circa vigilias † sanctorum quare sic vocantur, & vnde ortum habuerunt dictum est in sexta parte sub quarta feria tertiæ hebdomadæ aduentus. Porrò circa festa, quæ in sepruagesima seu in tempore passionis siue ante illud occurrunt, sicut est festum sanctæ Agathæ, cathedra sancti Petri, sancti Matthię Annuntiationis Domini, festum sancti Gregorij, festum etiam patroni cuiuslibet Ecclesię, si acciderit: vel anniuersarium illius vel passionis alicuius annotatiuum generaliter dicimus quòd cãtica laudis, sci. Te Deum laudamus. Gloria in excelsis Deo, & Ite missa est, in illis debent cantari, & omnia quæ cantarentur in illis, si in aliis temporibus contingerent præter allelu-ia, quoniam festa huiusmodi ad tempus paschæ pertinere noscuntur. Sed quare non dicitur tunc allelu-ia, sicut alia cantica lætitiæ? Respondeo quia illud est magis canticum, lætitiæ quã alia, quæ sunt magis obseruationes, seu gratiarum actiones, quàm cantica lætitiæ. Licet & in illis sit aliqua lætitia, præsertim in cantu. Si vero opponatur, quòd Gloria in excelsis, quod est propriũ natalis Domini, & Ite missa est, quod est canticum seu laus resurrectionis, & Te Deum laudamus, quòd significat lætitiam pro dragma inuenta, nõ debeat in festo annuntiationis Domini cantari, pro eo, quòd præmissa in aduentu Domini nondum sua tempora habebant, quia Dominus nondum ea in rebus humanis fuerat prosecutus. Respondent, qui solennizare contendunt, quòd hoc festum est omnium festorum Christi quasi fons & origo seu initium: quoniam etsi natale Domini vel passio vel
38 inuentio dragmæ nondum erant in re, vel in tempore, habebantur tamen in spe: quoniam in spe eorum prodigia præcedebãt. Annotatiuum † paschа vocatur, quando aliquis diem, quo baptizatus est, celebrat annotatim quod forte sumitur à Gentibus, qui diem, in quo ad miseriam nascebantur, natalitium obseruabant, in qua celebratione officium

Paschæ

Paschæ debet cãtari præter allelu-Ia, si in tempore quadragesimæ contingat ¶ Et nota, quòd hæc tria scilicet, Te Deum laudamus: Gloria in excelsis Deo, & Ite missa est sese concomitantur: & est ratio. Nam Gloria in excelsis significat illud ineffabile gaudium, quod angelus pastoribus nuntiauit, dicens: Annuntio vobis gaudium magnum, quia natus est vobis hodie Saluator. Ite missa est: quòd est dictum, Ite ad propria missa est consummata, designat accessum pastorum ad locum natiuitatis Christi dicentium adinuicem, post angelicã annuntiationem. Transeamus vsque ad Bethleem, & videamus hoc verbum: quod factum est, Quia ergo post annuntiationem angeli secutus est pastorum accessus, ideò merito quando sacerdos dicit: Gloria in excelsis Deo, in quo prædictum angelum repræsentat, debet etiam dici, Ite missa est. Similiter quando hæc duo dicuntur vel omittuntur: Te Deum laudamus, ad nocturnos dicitur vel omittitur: quoniam ibi gaudium & laudes cœli & terræ, creatoris, & creaturæ, capitis & membrorum significantur, sicut in Gloria in excelsis Deo cœlum & terra, creator & creatura, caput & membra cum laude & gaudio nominantur, imò ferè omnia, quæ ibi implicitè continentur hic explicitè ponuntur, merito igitur quando illud dicitur hoc non debet omitti. Verumtamen non semper præmissa se concomitantur. Nam in festo cathedræ beati Petri etiam si occurrat in quadragesima, quædam Ecclesiæ dicunt, Te Deum laudamus: cæteris laudibus tacitis: quia hoc tacito vti solemus ad intronizandos episcopos in sedes suas: & beatus Petrus eadem die fuit in cathedra Antiochena intronizatus. Item in cœna Domini dicitur Gloria in excelsis, & ite missa est. si episcopus adsit, & chrismatis celebret officium. Et in sabbato sancto dicitur Gloria in excelsis, sed non Ite missa est. In ipsis tamen diebus non dicitur, Te Deum laudamus. ita in die natiuitatis dicitur, Gloria in excelsis in prima missa, sed Ite missa est non dicitur: ne populus licentiatum se credens, non audito matutino discedat: & propter hoc etiam quidam tunc reseruant finalem collectam primæ missæ donec matutinæ expleantur, concludentes postea missam sub, Benedicamus Domino: sed alia ratio ponitur in quarta parte, sub titulo de oratione nouissima. Secundam etiam missam eodem modo finiunt. In quibusdam tamen Ecclesiis dicitur tunc, ecce completa sunt omnia, nec datur populo licentia credendi, vt sciat se debere terciam missam audire in qua demum dicitur, Ite missa est. In aliis autem, in quibus fit officium Ambrosianum in tempore quadragesimæ nullius sancti festiuitas celebratur: sed tantum commemoratio fit & idipsum antiqua decreta in aliis Ecclesiis seruari iubebant: & antiquitus communiter sic fiebat. In aliis quoque Ecclesiis prius sanctificatur, quam euangelium legatur, vel cantetur. xxxiiij. quæstione iiij. non oportet. & sequent. De officio festorum, quæ tempore aduentus occurrunt, dictum est in sexta parte, in titulo de tempore aduentus. De festis † verò resurrectionis, vsque ad octauam Pentecost. hæc regula generaliter ob-

seruatur, quod in omnibus sanctorum festis cantatur historia, Beatus vir. hoc in Apostol. Martyribus, Confessoribus, & Virginibus, hoc in vno & in pluribus frequentatur. Vir enim iste beatus Christus est secundum regulam ciconij caput & membra. Hic est enim martyr, de quo dicitur in antiphona; Filiæ Hierusalem, quem secundum caput coronauit Dominus stola immortalitatis, in hoc tẽpore solennitatis & lætitiæ; & secundum membra postea coronabit in illo tempore, quod per istud significatur, quod erit æternitatis & gloriæ, hic enim est quæ loquitur in officio, quod hoc tempore frequentatur scilicet. Protexisti me Deus, Hic est vitis vera: & sancti sunt palmites sicut dicitur in euangelio. Ego sum vitis vera. Ioann. xv. capit. quod similiter hoc tempore frequentatur, & secundum premissa patet quod etiam in festis duorum vel plurium sanctorum, debet dici in prædicta antiphona, Filiæ Hierusalem, venite & videte martyrem, scilicet Christum & non martyres, & alia in plurali, sicut faciunt quidam. Frequentamus autem hoc tempore in festiuitatibus Sanctorum identitatem officiorum, eò quod in suo significato, idem erit denarius omnium & quia tunc glorificati erimus, vnum cum Christo, hoc tempore glorificato. Sed quæritur, † quare in tempore paschali non celebramus festa Sanctorum, qui cum Christo surrexerunt vel cum eo cœlos ascenderunt: debemus enim de illorum glorificatione gaudere & solennizare, sicut & de aliis Sanctis, cum certi sumus eos cœlos ascendisse? Respondeo quòd ideò non solennizamus quoniam ad inferos descenderunt, Solennizamus enim Sanctorum natalitia, quando videlicet cœlo nati sunt vt præmissum est, non quando inferno de quo dictum est in sexta parte sub paraseeue. Potest etiam dici, quod de glorificatione illorum in anima in Pascha, vel saltem in Ascensione festare debemus: sed non possumus, propter autoritatem officiorum illorum dierum. Obumbraretur enim solennitas illorum autoritate maioris solennitatis, quoniam veniente principe, cessat magistratus: & ideò statutum fuit vt per alia tempora anni diebus, quibus ei dedicatę fuerint Ecclesiæ festa illorum celebrentur. Vel secundum Bedam, in dedicatione ecclesiæ in qua nouem lectiones dicuntur, fit festum de illis sicut & festum sancti Ioann. Baptistæ fit ad finem Augusti, qui tamen circa Pascha mortuus fuit, & festum beati Iacobi compostellæ in Iulio, qui tamen fuit tempore Paschali occisus. Beatus quoque Petrus Apostolos fuit incarceratus hoc tempore. Facta est enim prædictorum festorum mutatio: quia tanta erat festiuitas principis omnium, quod non poterant tunc celebrari solennitates satellitum, iuxta illud: Cede maiori. ¶ Verumtamen † sanctorum veteris Testamenti, vt Abraham, Isaac, Dauid, Daniel & aliorum per Græciam & apud Venetias coli dicuntur & ibi habere Ecclesias de Machabęis dicitur, prout sub isto festo dicetur. Circa octauas notandum est quòd octauam diem Leuiticus liber insinuat, dicens: Dies octauus

erit celeberrimus, atque sanctissimus. ¶ Sanæ † octauæ sanctorum i- 42
deò celebrantur, quia sicut primus dies significat natiuitatem eorum,
scilicet qualiter nascuntur cœlo, & in societatem angelorum, & sanctorum patrum, quando animæ eorum à corporibus separantur: ita in octauis recolentes resurrectionem corporum congratulamur resurrectioni eorum. ¶ Et attende, quod quorundam † sanctorum cele- 43
brantur octauæ, ne hoc mysterium lateat: non autem omnium, ne vilesca. Si enim non valemus omnia facta celebrare sanctorum, quanto minus octauas eorum? Si igitur aliorum sanctorum octauæ solennes sunt, quanto magis sancti sanctorum, scilicet Domini natiuitatis, octaua solennis erit? Videtur autem, quod natiuitas Domini non habeat octauam: quia illa rendebat ad mortem. Obitus enim Sanctorum ideo habent octauas, quia tunc ipsi nascuntur ea natiuitate, quæ est ad vitam æternam. Post illam enim natiuitatem, quæ est in morte, speranda est gloria resurrectionis, quæ datur in octaua, non post natiuitatem, quæ est ad mortem. Secundum hoc etiam videtur, quod natiuitas beatæ Mariæ, natiuitas beati Ioannis Baptistæ, non habent octauam, nec etiam resurrectio domini, in qua dominus recepit totam corporis, quæ generaliter omnibus fidelibus dabitur in octaua. Iam enim ipsa resurrectio domini facta erat in re. ¶ Quia † igitur di- 44
uersæ Ecclesiæ in diuersis festiuitatibus octauas celebrant, ideo inlas reprehendere videamur, dicimus, quod duplex est octaua: scilicet reuerentiæ siue veneration is, seu deuotionis & institutionis. ¶ Octaua reuerentiæ, est festiuitatum Paschæ, Pentecostes, Natiuitatis beatæ virginis Mariæ, & beati Ioannis Baptistæ: celebratur enim octauæ eorum pro sola deuotione, non pro alio mysterio. ¶ Octaua etiam deuotionis est in sanctis patronis Ecclesiarum, & de sancto Nicolao, & de beata Maria Magdalena, & similibus. Sed octauæ non habent, sed quædam Ecclesiæ ob deuotionem eas faciunt. ¶ Octaua vero institutionis, quadripartita est: quia est octaua significationis, supplectionis, alterius negotij significationis, & futuræ glorificationis. ¶ Octaua † significationis est, vt octauæ sanctorum vigilias habentium 45
& festum dedicationis Eccles : quod fit in signum, quod dedicabitur Ecclesia, id est, extrema & plenissima dedicatione, dedicabitur tunc, id est, copulabitur Christo, dedicari enim, est copulari & octauæ martyrum, quia ipsi per ea quæ passi sunt, & ex eo, quod hanc vitam pro nihilo habuerunt ostenderunt, quod erat vita immortalis. ¶ Vtde octauæ Innocentium possunt dici octauæ significationis quia per eas resurrectio nostra significatur, prout festo illo dicetur: & etiam octauas beatorum Petri & Pauli, & quorundam sanctorum quæ significant stolam secundum, scilicet glorificationem, quam in octaua ætate habituri sunt. Sed quare ob similem etiam causam non obseruatur seu celebratur octaua passionis domini? Sicut enim Christus est sol iustitiæ natus est, non propter se, sed vt lux nostris mentibus qui

eramus in tenebris apparent, sicut etiam baptizatus est, non propter se, sed vt nostra peccata lauaret: sic mortuus est, non propter se, sed vt nos moreremur peccato, per quod nos liberaret à morte. ¶ Respondeo ideo quia superueniens festum lætitiæ obumbrat, & abolet commemorationem tristitiæ. ¶ Præterea, licet reddatur ratio, quare præmissæ octauæ fiant non tamen vsquequaque in similibus exigitur, quod octauæ fiant. Nam Christus fuit circumcisus carnaliter, vt circumcidamur spiritualiter, ieiunauit, vt ieiunemus, pedes lauit, vt lauemus. Nec tantum octauam istorum aut similium celebramus, sed & octauæ sanctorum ob causam dissimilem celebrantur, vt præmissum est. ¶ Rursus dissimilem habet causam octauæ paschalis solennitatis: cui non fit octauæ mysterium vel ministerium. ¶ Octaua tamen additur propter octo beatitudines quæ in illa solenni octaua percipiuntur, prout dictum est ibi. & etiam octaua Pentecost. quæ & ideo celebratur, vt operum sancti Spiritus consummatio declaretur. Est e- 46
tiam omnium † octauarum ratio generalis, quia, scilicet, octaua redit ad caput, quod est de beatitudinibus. In libro de doctrina Christiana asserit Augustin. Idemque dies primus est, & octauus, scilicet dominicus: & ideò resurrectio Domini dicitur facta in octaua, id est, in die dominica. Idcirco igitur obseruatur celebritas octauarum vt conuertamur ad primum innocentiæ statum, in crucis innocentiæ re- 47
cordatione, in octauo die circumcisio agebatur, vt mens circuncisa fieret ab omni carnali contagione. ¶ Octaua † suppletionis, est octaua natiuitatis domini: quia ea supplemus quod minus factum est, in festo natiuitatis. Quia enim in natiuitate multum actum est de partu & parum de parturiente, ideò in octaua plenius agitur de parturiente, quod apparet in responsorijs: & antiphonis laudum, & in diurno officio ipsius octauæ, & ob similem etiam causam celebratur octaua Epiphaniæ. ¶ Octaua alterius rei significationis est, similiter octaua natiuitatis prout ibi dictum est, & octaua Agnetis. In illa enim repræsentatur, quòd beata Agnes octaua die visa est gloriosa, à quibusdam fidelibus, prout sub illo festo dicetur. ¶ Octaua futuræ glori- 48
ficationis est, vt octaua obitus cuiuslibet sancti. ¶ Item nota, quod tantum beatus † Stephanus & Laurentius habent inter martyres octaum institutionis: solus verò beatus Martinus inter confessores. de Octauis Paschæ & ascensionis & natalis domini, dictum est in sexta parte, sub titulo, de Pascha. Licet autem regulariter in octauis festiuitatum fiat in missa officium sicut in ipsis festiuitatibus, pro eo quod in octaua eadem die cum ipso festo censetur hoc tamen fallit in octauis Apostolorum Petri & Pauli in quibus dicitur officium de martyribus. Licet enim vna & eadem die ambo passi fuerint, non tamen eadem die de vtroque in Ecclesia solennizatur prout sub eorum festo dicetur. Ideoque vtriusque officium nequit in octaua fieri, cùm vnam diem duntaxat ambo habeãt pro octaua. Oportuit ergo, quod in eorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum octaua aliquod commune officium inueniretur: & ideò quia eorum martyrium maximi fuit meriti, officium dicitur de martyribus, quamuis de vtriusque præcipuis actibus mentio in ipso officio habeatur. Fallit etiam hoc in octauis beati Laurentij, in quo tria præcipuè valde commendabilia fuerunt: videlicet pietas in eleemosyn s firma stabilitas in fidei confessione, & martyrium speciale. de primo agitur in vigilia, de secundo in festo, & ideò de tertio agi oportuit in octaua. ¶ Verum licet † ecclesiastica officia ab aduentu domini, quòd est tempus renouationis, inchoari in proœmio sextæ partis dixerimus, in hac tamen parte simplicius incedentes Calendarium prosequemur à mense Ianuarij inchoando de aliquibus anni festiuitatibus, seriatim aliqua specialia opponentes, videlicet de sanctis Fabiano & Sebastiano, De sancta Agnete, de conuersione sancti Pauli, de Sancto Iuliano. De sancta Agatha, de purificatione beatæ Mariæ. De cathedra sancti Petri. De Annuntiatione beatæ Mariæ. De sanctis Philippo & Iacobo. De inuentione sanctæ Crucis. De reuelatione sancti Michaëlis. De sanctis Geruasio & Prothasio. De sancto Ioanne Baptista. De sanctis Petro & Paulo. De festo septem fratrum. De sancto Iacobo apostolo. De septem dormientibus. De ad vincula sancti Petri. De Machabæis. De inuentione sancti Stephani. De transfiguratione Domini. De sancto Laurentio. De assumptione beatæ Mariæ. De sancto Bartholomæo. De decollatione sancti Ioannis. De sanctis Felice & Audacto. De natiuitate beatæ Mariæ. De exaltatione sanctæ Crucis. De sancto Matthæo Apostolo. De sanctis Mauricio & sociis suis. De beato Luca. De Simone & Iuda. De festo omnium sanctorum. De officio mortuorum. De sanctis quatuor coronatis. De sancto Martino. De sancto Andræa. De sancto Nicolao. De venerabili Beda presbytero. De sancto Thoma Apostolo. De festis sanctorum Stephani & Ioannis euangelistæ. De Innocentibus. De Apostolis. De euangelistis. De Martyribus. De Confessoribus. De Virginibus. De officio festi Dedicationis Ecclesiæ.

ANNOTATIO.

* Feriando Etymologia verbi num aliunde duci possit. ipse videris. Feriæ enim ἑορτὰ, siue πάντη Græco verbo, videntur potius dictæ à feriendis victimis: vel ab epulis ferendis: qui dies erant cessationum ab opere, quibus epulæ fiebant ex pecorum frugumque prouentibus.

ANNOTATIO.

* Sermo. Κατάλογος, natum à verbo, καταλέγω deligo, conscribo, & centurio. Itē censeo, existimo, num. & loco habeo, quòd Latinè dicitur numero

numero siue mauis à verbo, καταλέγομαι, recenseo & numero. Erit igitur κατάλογος legio, cohors, enumeratio, recētio, numerus. In qua postrema significatione accipitur prouerbiū illud, ὥσπερ τὸν κατάλογον ζῆν vltra catalogum viui: de eo, qui iustum & præscriptum annorum numerum præterit. Dictionem autem κατὰ author inepte vertit, pace tanti viri. N. D.

SVMMARIVM.

1 *Fabiani & Sebastiani, quale officium.*

De sanctis Fabiano & Sebastiano. CAP. II.

1 IN festo beatorum Fabiani & Sebastiani duplex † collecta in quibusdam Ecclesiis dicitur, & insolito more vtraque sub vno, per Dominum nostrum terminatur: tū quia ab ipso vnico Dei Filio Iesu Christo mediante, ambo ad palmam martyrij peruenerunt, tum etiā quia licet diuersis passi fuerunt temporibus: Ecclesia tamen propter ingēria vtriusque merita vtrique pariter & principaliter solennizat: & vtranque collectam vno eodemque fine concludit.

SVMMARIVM.

2 *Agnetis festum, caret octauis institutionis, & eius diei officium.*

De sancta Agnete. CAP. III.

1 FEstum † beatæ agnetis, caret octauis, scilicet institutionis habet tamen octauam alterius negotij significationis: vt iam dictum est in proœmio. Quod ergo dicitur in Calendario Agnetis ij. non dicitur propter hoc, quod illud sit festum octauarū eiusdem in Ecclesia pronuntiatur, nec in Calendario scribitur octaua. sed est alia solennitas de eadem repetita propter miraculum quoddam quod in octaua die post eius obitum contigit ad tumulum illius, parentibus suis plorantibus. Intelligitur ergo Agnetis secundo, scilicet festo. Vnde melius dicetur secundo Agnetis. de hoc etiam dictum est sub quarta sub
2 symbolo. Quia † vero Præfecti filius eā adamauit, ideò rectè in eius festo cantatur introitus: Me expectauerunt peccatores.

SVMMARIVM.

1 *Paulus conuersus est eodemmet anno, quo Christus passus.*
2 *Pauli conuersio cur potissimum celebretur, & eius diei officium nume.*

De conuersione sancti Pauli. CAP. IIII.

1 CONuersio † sancti Pauli Apostoli facta est eodem anno, quo Christus passus est, & Stephanus lapidatus anno quidem non naturali, sed emergenti. Nam Christus passus est octauo Calendas Aprilis.

Stephanus eodem anno tertio die Augusti lapidatus est. Paulus octauo Calendas Februarij conuersus est. Eius autem conuersio potius, quàm aliorum sanctorum celebratur triplici ratione. ¶ Primò † propter exemplum ne quisquam quantumcunque peccator desperet de venia quando totum in culpa conspicit, postmodum talem fuisse in gratia. ¶ Secundò, propter gaudium. Sicut enim Ecclesia magnam habuit tristitiã in eius persecutione: ita maximam habuit lætitia de eius conuersione. ¶ Tertio, propter miraculum quod Dominus in eo ostendit: dum de sæuissimo persecutore fecit fidelissimum prædicatorem In † hoc festo dicitur epistola: Saulus adhuc. quæ est Act. ix. ca. Et euangelium, Dixit Simon Petrus ad Iesum quod est Matth. xix. c. dicitur etiam ad horas capitulum. Erat quidam discipulus. Act. ix. ca.

SVMMARIVM.

1 *Iulianus, Cenomanensis Episcopus. Et quot præterea Iuliani.*

De sancto Iuliano. CAP. V.

IVlianus † iste cuius festum fit quinto Calendas Februarij. fuit Episcopus Cenomañ. Qui Simon fuisse dicitur quem Dominus à lepra mundauit, & qui deum ad conuiuium inuitauit. Hic etiam dicitur esse ille Iulianus, qui ab intinerantibus pro inueniendo bono hospitio inuocatur eo quod in domo eius fuit dominus hospitatus. Alij dicunt quod est ille, qui patrem & matrẽ occidit, de quo sequitur: Fuit quoq; & alius Iulianus de Almania, qui desiderio martyrij se vltro persequentibus offerebat. Vnde Crispinus consularis eum iussit occidi: quod ipse Iulianus audiens statim foras prosiliit: & quærenti sponte interpidus se opponens protinus ictum ferientis excepit. Fuit insuper alius Iulianus frater beati Iuliani, qui templa idolorum permissu Theodosij Imperatoris vnà cum fratre destruebat: ad cuius verbũ homo vnus super plaustrum mortuum se fingens mortuus est. Fuit etiã quartus Iulianus, qui vtrunque parentem necius occidit: sed post multa pœnitentiam sub specie mendici leprosi recipit in domo sua angelum à quo audire meruit, quod Dominus suam pœnitentiam acceptasset. Fuit etiam quintus Iulianus non sanctus sed apostata sceleratissimus. Primò enim fuit monachus, deinde Imperator Romanus: vt dicetur sub festo inuentionis sanctæ crucis.

SVMMARIVM.

1 *Agathæ festum, & officium.*

De beata Agatha. CAP. VI.

BEata Agatha † post multa tormenta in carcere mortua est: ad cuius caput in tumulo posita est, visibiliter tabula per angeli ministerium

ferium, in qua scriptum erat: Mentem sanctam spontaneam, honorẽ Deo & patriæ liberationem. ideoque consueto innoleuit, cum tabula eius imaginem continente fieri processionem.

SVMMARIVM.

1 *Maria primatum obtinet inter sanctos.*
2 *Maria quatuor principalia habuit festa.*
3 *Maria fuit in vtero sanctificata.*
4 *Maria conceptio vtrum approbata, & solenniter celebranda.*
5 *Maria purificatio est duplex festum. & nu. 6.*
7 *Masculi corpus in quadraginta diebus, fœminæ autem, in septuaginta diebus animatur. Hæc in octoginta diebus animatur iuxta auerrhoem infra n. 7. cit.*
1 *Dominus cur præceperit puerum quadragesima die offerri in templo.*
5 *Purificationis festum sequitur festa natalia, merito. Et quod Dominus fuerit in templo præsentatus duplici mysterio. & nu 10.*
Purificationis festum solenne vbi, & quo tempore, & cur fuerit primum institutũ.
2 *Purificationis processio, quid significet, & quo instituta. nu. 15. & cur in ea ferantur cerei ardentes. nu. 14. 16.*
11 *Candela accensa, quid significet.*
17 *Purificatio Mariæ caret octauis.*

De purificatione sanctæ Mariæ. CAP. VII.

1 INter cunctos sanctos gloriosa Dei genitrix † virgo semper Maria primatum obtinet, vtpotè quæ est sanctis dignior & excellentior vniuersis: extra de pœnitent. & remissio noua in cuius honore in Ecclesia in tij. anni temporibus, quatuor † solennes celebrat festiuitates, videlicet annuntiationem, assumptionem, natiuitatem, & purificationem. Omni enim tẽpore ipsam in memoria habere debemus, quę omni tempore ad Filium suum pro nobis peccatoribus intercedit: quarum quæ sunt tibi & Domino nostro communes, scil. et purificatio & annuntiatio. Hæ autem quatuor festiuitates, fiunt secundũ quatuor beatificationes, quę in ipsius Virginis salutatione cõtinetur. ¶ Prima est: Ave Maria gratia plena, quæ primæ festiuitati competit, scilicet annuntiationi, quãdo videlicet eã angelus salutauit: de Spiritu sancto cõceptã, facta, gratia plena. ¶ Secunda est: Dominus tecũ: quæ cõpetit assumptioni, quãdo videlicet assumpta est in cœlũ quia tũc fuit cũ Dño suo, id est Filio, vt est Dominꝰ. Ante enim nõ viderat eũ Dominũ, ita manifestè in se. ¶ Tertia benedictio est: Benedicta tu in mulieribus: quæ cõpetit natiuitati, quia tũc † est nata mulier in vtero sanctificata. Nulla enim mulier fuit in vtero sanctificata: & ideò dicta est castrum propter singularitatẽ, quia nũquàm dæmones castrũ illud fregerunt.

¶ Quarta benedictio est: Benedictus fructus ventris tui: quæ cõgruit quattæ festiuitati, scilicet purificationi, quia tunc obtulit illum benedictum fructum in templo. Quidam etiam faciunt quintum festum, scilicet de † cõceptione beatæ Mariæ, dicentes, quod sicut celebratur de morte sanctorum nõ propter mortem, sed quia tũc recepti sunt in nuptiis æternis, similiter potest celebrari festum de conceptione: ~~non quia sit concepta, quia in peccato est concepta~~: sed quia mater Domini est concepta, asserentes hoc fuisse reuelatũ cuidam abbati in naufragio constituto, quod tamen non est authenticum, vnde nõ est approbandum, ~~etiam concepta fuerit in peccato~~, scilicet per concubitum maris & fœminæ. de consec. dist. iiij. firmissimè. Veruntamen ~~licet fuerit concepta in peccato~~, dimissum est ei illud originale peccatum, cum sanctificata fuerit in vtero: sicut & Hieremias & sanctus Ioã Baptista; quare meritò natiuitatis eius & beati Ioan. Baptistę celebratur. Natiuitas dico Ex vtero, quando videlicet in lucem seu in nundum prodierunt. Sed natiuitas eorum in vtero scilicet quando infusę sunt animæ in corporibus eorum, non celebratur, vt præmissum est. ~~nempe Hieremiæ et sancti Ioannis Baptistæ~~

¶ Sextum etiam festum est festiuitas parientis, scilicet festum natalis sed quoniam tunc est etiam simul festum Filij, quod plenũ exigit officium, ideo non solennizatur de illa, nisi vsque in octauas, tunc vesic, vt iam dictum est in proœmio. ¶ Septimum quoque festũ est beatæ Mariæ ad martyres, de quo sub festo omnium sanctorum dicetur. Quia verò festum purificationis: secundum huius vij. partis diuisionem in ordine tẽporis alia festa Virginis præcedit, idcirco hic de illo dicamus. Est autem hodie duplex festum. ¶ Primò, quòd † ad partum quod dicitur festum Ὑπαπάντης, id est, obuiatio, quia in illa sollẽnitate Anna prophetissa & Symeõ obuiauerunt beatæ Mariæ venienti Filio suum, Christum in templum offerre. Ὑπαπάντη, enim Græcè dicitur obuiatio Latinè, ab ipso quod est ire & anti quod est contra. Aduentus Domini in templũ significat aduentũ eius in Ecclesiam, & in mentem cuiuslibet fidelis animæ: quæ est templum spirituale. Hunc aduentum prædixit dominus per Malachiam prophetam. iij. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam ante faciem meam, & statim veniet ad templum sanctum suum, &c. Vel dicitur Ὑπαπάντη, id est, præsentatio, eò, quòd Christus in templum est præsentatus. ¶ † Secundum quò ad parientem: & dicitur festum purificationis, quia beata Virgo licet purificatione nõ indigeret, nec legi purificatiõis, obnoxia teneretur, quia nullo modo immũdata fuit, quia peperit concepto semine, tamen voluit facere præceptum legis. Dicitur enim Leui. xij. cap. Mulier. si suscepto semine peperit masculum, immundata erit. vij. diebus, munda quidem erat à consortio hominũ, & ab ingressu templi: expletis verò vij. diebus munda efficiebatur, quo ad consortium hominum, adhuc tamẽ vsque ad diem xxxiij. eius ad templi ingressum immunda erat, donec purgaretur, iuxta ritum

Nota, corrigendam esse propositionem, intelligendo solum de Hieremia, et S. Ioanne Baptista, non verò de Beatissima Virgine Maria; hæc enim à primo instanti suæ Conceptionis præseruata est à Deo, et sic concepta sine peccato originali, vt pie credit Sta Mater Ecclesia. Vnde celebrat non solum eius Nativitatem, verum et eius Conceptionem purissimam.

mẽstrui fluxus: sed completis xl. diebus, in die quadragesimo templum intrabat & puerum cum muneribus offerebat. Si autem fœminam peperisset, tempus duplicabatur, & quò ad consortium, & quò ad ingressum sicut, & duplicatur quò ad corporis formationem. † Nã in xl. diebus corpus masculi organizatur, & perficitur, & in quadragesimo infunditur anima vt sæpiùs: corpus verò fœminæ octoginta diebus perficitur, & in octogesimo anima inspiratur, vt sæpius hꝛ. ergo si masculũ peperat xl. si fœminã octoginta diebus, à die natiuitatis partus à templi arcebatur ingressu: hodie tamen statim ingredi non prohibetur, ne sibi pœnam in culpam vertatur. v. dist §. hæc si. & cap. se extiã de purifi. post par. c. vno. Veruntamẽ mulier dum sentit sibi imminere dolores partus, non intret Ecclesiã, vel saltem caueat, ne polluat illam. Sacerdos autem mulierem vicinã partui sæpe moneat, vt confiteatur: ita cùm dolor partus vrgebit eam, sit parata accipere eucharistiã. Nam inhonestum est, quòd tempore partus presbyter diu cum ea moretur. Est autem triplex † ratio quare præcepit Dominus die xl. puerum in templum offerri. ¶ Primò, ad notandum, quod sicut die xl. in materiale templum ducitur, sic in xl. à conceptione, vt sæpiùs anima infunditur in corpus tamquàm in suum templum: prout in hiſtoria Scholastica dicitur, quamuis Physici dicant quod in xlvj. corpus perficitur. ¶ Secundò, vt anima, quæ in die xl. corpori infusa ab ipso corpore maculatur, in die xl. tẽplum ingrediens, per hostia expietur. ¶ Tertio, ad insinuandũ, quod illi merentur cœleste templum ingredi, qui decem præcepta decalogi cum fide quatuor euangeliorum obseruauerunt. Transactis ergo purificationis diebus pariens ingrediebatur templum, offerẽs filium vel filiam, & munera pro se. scilicet pro peccato, pullum columbæ siue turturem: pro filio verò vel filia offerebat agnum anniculum, in holocaustum. Quę agnum habere nequibat. offerebat duas turtures, aut duos pullos columbarum: & alterum in holocaustum pro partu, alterum verò pro se scilicet pro peccato suo. Vnde in euangelio dicitur: Vt offerrent par turturum, &c. secundùm legis consuetudinem scilicet sicut lex exigere videbatur. Mulieres igitur in hoc beatam Virginem imitantur, cùm in quibusdam locis post partum transactis xl. diebus Ecclesiam ingrediuntur, significantes, quod si virginem ipsam fuerint imitatæ, post vitam præsentem ingredientur cum ea æternam. Celebratur ergo hoc festum die xl. à natiuitate domini, quia beata Virgo die xl. à natiuitate Christi ad templum veniens ipsum secundum legem præsentauit. ¶ Rursus † hoc festum sequitur post festiuitates natalis domini circuncisionis & epiphaniæ ratione mysterij, sicut & ratione mysterij voluit dominus in templum præsentari. Et hoc dupliciter, ¶ Primum mysterium est. Nascitur enim primò Deus per fidem in homine, & sequitur circuncisio: quia quando fides in homine est purificatur homo: vnde in Actibus. Fide purificans corda eorum. Qui verò habent bonam fidem

Nota. In 40. diebus corpus masculi organizatur, et perficitur, et in quadragesimo infunditur anima. Corpus verò fœminæ octogesimo.

Nota. Iuxta Physicos in 46 diebus perficitur.

relinquunt omnia mala opera, & tunc apparet Deus: sed tunc facienda est pœnitentia, vt in nobis maneat, sicut in templo suo, & tunc fit ibi oblatio, & offertur ei par turturum id est, mundicia mētis, & corporis, quod non potest fieri, nisi in iugi luctu, sicut turtur gemit pro cantu, & duos pullos columbarum id est, geminā simplicitatē. ¶† Secundum mysterium, quia in templum venit in hac die, vt notetur aduentus eius in mentem cuiuslibet fidelis animæ, siue in Ecclesiam, in quā semper paratus est intrare. Vnde in introitu dicitur: Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui: quia Christus est lignum vitæ in medio paradisi, paratus æqualiter omnibus subuenire, & bona sua largiri: secundum nomen tuum Deus, ita & laus tua Deus &c. q.d. Sicut creasti omnes & recreasti, ita & laudandus es per totum mundum. Hoc etiam expositum est in vj. parte sub octaua dominica post Penteco. Vt autem veniat in mentem nostram, hortatur Ecclesia filios suos, vt occurrāt. Vnde dicit in principio matutinalis officij, scilicet in inuitatorio: Ecce venit ad tēplum sanctum suum dominator Dominus gaude & lætare Sion, occurrens Deo tuo, scilicet per fidem & per bona opera: & propter hoc festum illud, dicitur ὑπαντὴ, id est, obuiatio, quia si volumus, quod ille veniat in mentem nostram, accipiamus in mentem nostram eius similitudinem: vnde dicit in responsorio primo. Adorna thalamum tuum Sion scilicet virtutibus pugnea te, & suscipe, scilicet virtutes, & sic veniet in te. Epistola verò eiusdem. Ecce ego mitto angelum, quæ est Malachiæ vlt. capit. Et euangelium. Postquàm impleti sunt dies. Lucæ ij. cap. Et postcommunio: Responsum accepit Symeon. Lucæ ij. cap. ¶ Et not quod tempore † Iustiniani Imperatoris fuit magna mortalitas apud Constantinopolim, & ideo tunc constituta est solemnitas purificationis Mariæ in reuerentiam eius, ob causas præmissas. * Solet autem quæri, cùm adhuc pullulent infinitæ hæreses, quomodo sit verum, quod in nono responsorio dicitur, scilicet quod beata Virgo omnes hæreses interemit. Ad hoc dicimus, quod hoc fecit, quantùm in se fuit, quia ipsa ostēdit eum visibilē, qui inuisibilis erat. Primò enim non poterat inueniri: quia quidam ipsum quærebant in delitiis carnis: quidam in diuitiis, quidam in libris Philosophorum, & non erat ibi, vnde in Canticis: Quæsiui, & non inueni eū. Modo verò non potest aliquis errare in via, nisi velit, vnde manifestè habetur in Esa. Hęc erit recta via, vt etiā stultus non erret, per viam & quæ erit illa via? Ecce dabo in Sion salutem, & Hierusalem gloriam meam. Dicitur hodie capitulum: Ecce ego mitto. Malach. iij. capitul. & illud: Eradicaui. Ecclesiast. xxiiij. c. & illud: Quasi cedrus, quod est ibidē. ¶ Fiat autē hac die † processio generalis, quæ significat processionē illam, scilicet quam beata Virgo & Ioseph ad tēplum fecerunt. Qui in processione ante cancellos cantant. Responsum accepit, &c. Significant Prophetas natiuitatem domini: & misericordiam annuntiātes: melodia respondētium, est gaudiū hanc Dei

Quæstio.

Cantic. 4

Esa. 30
Esa. 46

Dei misericordiā suscipiontiū Tenentes cādelas in manibus, dicamus igitur: Suscepimus Deus misericordiā tuam, &c. quod verò cantatur in processione, & in euangelio: Accepit eum Symeon in vlnas suas ostendit quod debemus eum non tantùm corde, sed etiam in brachiis portare, vnde in cāticis: Pone me vt signaculum super brachiū tuum. & vt sigillum super cor tuū. ad Corinth. Empti enim estis pretio magno, glorificate & portate Deū in corpore vestro. Debemus quidem portare, non tantùm deitatem: vel humanitatē, sed vtrumque, sicut fecit Symeon: quod significatur per cādelam, quam ferimus in processione. Per ceram enim per apes opere virginali, cum melle producta, nulla enim libidine resoluūtur, humanitas siue caro Christi ex Virgine sumpta, per lumen deitas: quia Deus noster ignis consumens est. Deuteron. iiij. per lichinum in cera, anima candidissima, vel deitas in carne latens vel secundum alios mortalitas intelligitur. ¶ † Rursus candela in manu accensa, est fides cum bona operatione: nā sicut cādela sine lumine, mortua dicitur: & lumen per se absque candela non lucet. sed mortuum esse videtur: sic & operatio sine fide, & fides sine operatione mortua esse dicitur. Lichnus sub cera occultatus recta intentio est vnde Greg. Sic fiat opus in publico, vt tamen intentio maneat in occulto. Candelæ, autem benedicuntur vt eas dignè ferant omnes. Sunt enim multi habentes intus tenebras, licet extra lucere videantur. Dignè ferentes sunt qui sicut extrà lucent per lumen, quod ipsi ferunt in manibus, ita lucēt intetiùs per verā fidem: & in hoc festiuitas & gaudium magnū. Portantur itaque in processione cerei ardēres propter sex causas. † Primò, vt vnusquisque se illuminet, & opera sua lumine patefacta aliis insinuet. Secundo, vt ritum Gentilium in melius commutet religio Christiana: Romani namque de quinto in quintum annum in Calendis Februarij, ad honorem Februæ matris Martis, qui, vt putabant, erat Deus belli, illustrabant vrbem tota nocte cum cereis ac fascibus accensis, vt filius eius eis victoriam de hostibus concederet cuius matrē tam solenniter honorabant, quod Februā Burbaie dicebatur. Ipsi autē in mense Februarij sacrificabant Februo id est Plutoni, cum cæteris diis infernalibus, pro animabus antecessorum suorum, vt propitiarentur ipsorum eis solēnes hostias offerentes, & tota nocte eorū laudibus cum cereis & fascibus accensis, vigilantes mulieres quoque Romanorum his diebus festū luminum exercebant Gentiles namque pro eo, quod dicitur Pluto, Deus infernalis concupiscens Proserpinam speciosissimā eam in principio huius mensis rapuit, deamque fecit, quam Ceres eius mater, & parentes fascibus accensis per syluas de nocte in Aethna monte Siciliæ, multo tempore quæsierunt prout Poëtarum fabulæ fingunt: idcirco & ipse in principio mensis Februarij in memoriā huius rei de nocte vrbem lustrabant abiiciendo ipsum cum facibus ardentibus. Idololatræ enim sicut legitur in libro Sapientiæ, obscura faciebant. Hos igitur lustrā di

Cantic. 8
1. Cor. 6.

mores

Sap.17 mores Sergius † Papa mutans in meliùs ſtatuit feſtum Purificationis 15
in honorem matris Domini in eodem menſe,& tũc proceſſiones fieri
vt plebs vniuerſa portans cereos ardentes in manibus per Eccleſias
procederet in memoriam cœleſtis regni,quando omnes electi lucen-
tibus bonorum actuum lampadibus obuiam ſponſo venientes mox 16
cum eo ad nuptias ſupernæ ciuitatis intrabunt.¶ † Tertiò,vt per hoc
prudentes virgines imitemur , quarum beata virgo eſt caput , vt ac-
cẽſa in nobis lampade caſtitatis,& bonorum operum cum eis in tem-
Matt.25 plum gloriæ, ad verum ſponſum ingredi mereamur. ¶ Quartò quia
lumen quod eſt ad reuelationem gentium,ſicut dixit Simeon,hac die
pro nobis eſt præſentatum. Hæc ergo proceſſio ſignificat illã Simeo-
nis. ¶ Quintò,ad notandum diuinitatem & humanitatem Chriſti, vt
præmiſſum eſt.¶ Sextò ad oſtendendum Virginis puritatem, ne quis
audiens eius purificationem , credere poſſet eam purificatione indi-
guiſſe.Portamus ergo candelas accenſas quaſi ipſo facto dicat Eccle-
ſia:Virgo beata purificatione non indiget,ſed tota rutilans,tota ſplen- 17
dens:& propter cauſas prædictas candelaria nuncupantur. Hoc † fe-
ſtum caret octauis , quoniam licet Chriſtus legaliter fuerit præſenta-
tus in templo , nullus tamen doctor nos coarctat quòd infantes die
quadrageſima natiuitatis eorum præſentemus in templo. Vnde ſicut
præſentatio puerorum ad templum ſecundum veteremritum defecit,
quia hodie fit in baptiſmo:ita & octauaὑπαπαντης.In octauis enim ſicut
per primum diem recolimus , quod factum eſt, ita per octauam rem
pro qua factum eſt,De feſtis annuntiationis, aſſumptionis, & natiui-
tatis in ſuis locis dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Petrus Antiochiæ fuit incathedratus.*
2 *Petrus Apoſtolus fuit tripliciter exaltatus.*
3 *Petri feſtum triplex propter prærogatiuas tres.*
4 *Petri in cathedratio , antiquitus feſtum epularum Petri dicebatur: & eius diei officium. numero 5.*

De cathedra ſancti Petri. CAP. VIII.

DE cathedra † ſancti Petri Eccleſia ſolennizat , quando videlicet
apud Antiochiã cathedrali honore ſublimatus eſſe perhibetur
quam ſublimationem dicunt quidam factam eſſe à Theophilo princi-
pe Anthiochẽ cuius filiũ defunctũ poſt annos quatuordecim , Petrus
ſuſcitauit,& ipſum populum ciuitatis conuertit, propter quod ibi Ec-
cleſiam conſtruxerunt,in cuius medio excelſam cathedrã collocaue-
runt & Petrũ vt ab omnibus audiri & videri poſſet , exaltauerunt , in
qua ſedit ſeptẽ annis. De hoc igitur honore ſolennizat Eccleſia : quia
tunc prælati Eccleſiæ cœperunt loco præſtare & honore ſublimari.
Pſal.106 Tunc enim completum eſt illud pſalmiſtæ : Exaltent eum in Eccleſia
plebis,&c.& nota.quod exaltatus eſt tripliciter,& ideò triplex feſtum
celebra

celebratur ¶ Primo † exaltatus eſt in Eccleſia militantium,eidem præ-
fidendo,& eam in fide & moribus laudabiliter regendo: ad quod per-
tinet hodierna feſtiuitas, vt præmiſſum eſt.¶ Secundo,in Eccleſia ma-
lignantium ipſam,ſcilicet diſſipando & ad fidem cõuertendo,ad quod
pertinet ſecundum feſtum:quod dicitur,Ad vincula:tunc enim Eccle-
ſiam malignantium diſſipauit: & plures ad fidem conuertit. ¶ Tertiò,
in Eccleſia triumphantium , in eam , ſcilicet introeundo feliciter , ad
quod pertinet tertium feſtum , ſcilicet paſſionis eius. ¶ Rurſus † ſit ei
feſtum triplex , propter alias quinque rationes. ¶ Primo propter priui-
legium fuit enim præ aliis priuilegiatus , & ideò magis honoratus in
authoritate, Nam fuit princeps Apoſtolorum & claues regni cœlorum
accepit. Fuit etiam feruenter in Chriſti amore, & efficacior in virtute.
Nam ad eius vmbram ſanabantur infirmi. ¶ Secundò propter offi-
cium. Ipſe enim officium prælationis ſuper vniuerſam Eccleſiam ha-
buit : Quæ in tres partes mundi , ſcilicet Aſiam , Africam , Europam
diffuſa eſt : & ideo Eccleſia ter in anno pro eo ſolennizat. ¶ Tertium,
propter beneficium , quia ipſe qui poteſtatem ligandi atque ſoluendi
habuit , liberat nos à tribus generibus peccatorum , ſcilicet cogitatio-
nis, locutionis, & operationis. Vel quia in Deum,in proximum, & in
nos peccamus. Vel hoc beneficium poteſt eſſe triplex bonum , quod
virtute clauium peccator in Eccleſia conſequitur. Primum eſt , abſo-
lutionis à reatu oſtenſio. ¶ Secundum eſt,pœnæ purgatorij in tempo-
ralem commutatio. Tertium,pœnæ temporalis ſecundum partem re-
laxatio. ¶ Quartò propter debitum , quia ſcilicet tripliciter , pauit &
paſcit nos , ſcilicet verbo , exemplo , & temporali ſubſidio. ¶ Quinto,
propter exemplum : vt quia , ſcilicet nullus deſperet , etiam ſi tertiò
Chriſtum negauerit, ſicut ille: ſi tamen velit cum eo Deum corde, ore,
& opere confiteri. ¶ Nec † eſt prætermittendum, quod hoc feſtum de
incathedratione Sancti Petri olim feſtum beati Petri epularum dice-
batur. Fuit enim mos gentilium ſecundum magiſtrum Ioannem Be-
leth, annis ſingulis in menſe Februarij, hac die vinum & epulas offerre
Deo ſupra ſepulchra parentum : moti forte propter illud Tobiæ ter-
tio. Panem tuum & vinum tuum ſuper ſepulturam conſtitue, quas de
nocte dæmones conſumebant.Ipſi tamen ab animabus circa ſepulchra
oberrantibus , quas vmbras vocabant , vaſtari putabant , quod ſancti
Patres extirpare volentes feſtum de incathedratione ſancti Petri tam
de illa quæ Romæ, quam etiam de illa, quæ Antiochiæ fuit facta, ſta-
tuerunt fieri, illo die,quo talia à Gentibus fiebant. Vnde ab illis epulis
feſtum conſueuit appellari , feſtum beati Petri epularum. Hac tamen
die non dicitur in quibuſdam Eccleſiis , niſi vna collecta : & de illa in-
cathedratione quæ fuit Antiochiæ facta.† Dicitur autem epiſtola:Pe-
trus Apoſtolus ſeruus : quæ eſt j. Pet. j. Et euangelium : Venit Ieſus in
partes. Matth. xvj. tractus eſt: Tu es Petrus. Matth. xvj.cap Ad horas
dicitur cap.Petrus Apoſtolus.j.Pet j.cap.¶ In feſto beati Matthiæ Apo-

ſtoli

stoli dicitur epistola: Exurgens Petrus in medio Act.j.cap. Et euangelium: Confitebor tibi pater.

SVMMARIVM.

1 *Annuntiatio Mariæ, & eius diei officium.ibid.*
2 *Annuntiatio Mariæ iure accidit tempore Veris.*
3 *Deus multa operatus die xxv. Martij.*

De annuntiatione virginis Mariæ. CAP IX.

FEstum annuntionis beatæ Mariæ est, quoniam angelus ei bonos † rumores nuntiauit: & ipsa Saluatorem concepit. Tunc autem impletæ sunt prophetiæ. Vnde Ecclesia legit & cantat de Prophetis, quare introitus est: Rorate cœli desuper, & nubes, id est, prædicatores pluant, id est, annuntient iustum, id est, Christum: quia antonomasticè dicitur, iustus Christus. aperiatur terra, id est, beata Virgo. Aperiatur inquam per consensum, & germinet; id est, concipiat Saluatorem, id est, Christum. De hoc dictum est sub prima dominica de aduentu. Epistola est. Egredietur virga. Esai.xj.cap. Aliæ tamen Ecclesiæ dicunt: Locutus est dominus ad Achaz: quæ est Esai.vij.cap Euangelium est: Missus est Gabriel. Luc.j cap. & quod ibi dicitur Et hic mensis, &c sic exponitur, hic mensis scilicet Martius: in quo beata Virgo concepit: est sextus illi, id est, à conceptione illius scilicet Elisabet, quæ vocatur sterilis: quia illa concepit Ioannem Baptistam octauo Calend. Octobris. Dicitur etiam per horas ca. in diebus illis notum faciet Deus. Hierem. xxx cap. ¶ Competit † autem hoc festum tempore veris: Nam tempore Veris Deus factus est homo, & omnia facta sunt noua. Hoc autem festum est de Domino & de beata Maria: quare eadem præfatio dicitur in natali & in annuntiatione Domini, de annuntiatione Domini consueuit apponi, quòd Gloria in excelsis, & Ite missa est, & Te Deum laudamus. in ea cantari non debeant: de quo dictum est in proœmio huius partis. Si hoc festum fuerit in dominica passionis, vel oliuarum, ad secundam feriam transmutabit. Hoc enim generale est priuilegatis dominicis. Si autem in triduo ante Pascha occurrerit, in sabbato ante palmas, secundum quosdam anticipabitur. Quidam verò illud transferunt vsque ad octauas. Similiter si fuerit in die Paschæ non contigerit quando transfiguratus est, & quando suscitauit mortuum in gruè poterit intra hebdomadam celebrari: in quo historia de aduentu compilata cantatur: vnde melius est, quòd ad secundam feriam post octauas trãsferatur. In hac die † dicitur per diuersa temporum curricula Deus multa operatus: quæ quidam sic egregiis verbis perstrinxit.

Esai. 40

Salue festa dies, quæ vulnera nostra coërces.
Angelus est missus, est passus, & in cruce Christus.
Est Adam factus, & eodem tempore lapsus.
Ob

Ob meritum decimæ cadit Abel fratris ab ense.
Offert Melchisedec Isaac supponitur aris.
Est decollatus Christi Baptista beatus.
Est Petrus erectus, Iacobus sub Herode peremptus.
Corpora Sanctorum cum Christo multa resurgunt.
Latro per Christum tam dulce suscipit amen.

SVMMARIVM.

1 *Paschale tempus octauam ætatem, hoc est vitam æternam designat.*
2 *Philippi & Iacobi minoris festum, cur dicatum calendis Maius: & eius diei officium num.7.*
3 *Iacobus minor, cur dictus frater Domini.*
4 *Mariæ virginis genealogia.*
5 *Iacobi minoris vita dignitas, & sanctitas, eius deinde interitus.num.6.*

De sanctis Apostolis Philippo & Iacobo. CAP. X.

1 PAschale tempus, sicut sæpe dictum est, octauam † significat ætatem, vbi bonum, quod erit singulorum in dispari charitate erit eorum omnium, quia vnusquisque de bonis alterius gaudebit, vt de suis: & bonum omnium erit singulorum. Vt ergo tempus paschale concordaret solennitatibus, quæ intra illud eueniunt præsertim cum Apostoli
2 in Ecclesia primitiua non haberent particulares solennitates, statutum fuit, vt in calendis Maij, celebrarentur † solennitates ad honorem omnium Apostolorum, vt dies varij non viderentur diuidere quos vna diuinas & Apostolatus in cœlesti gloria fecit esse sublimes: quod festum Græci celebrare dicuntur in festo Apostolorum Petri & Pauli. Hac etiam die festum est Apostolorum Philippi & Iacobi: quia forte die ista passi sunt. Sane Iacobus iste dictus est minor, ad differentiam Iacob. Compostellæ siue Zebedæi, qui dictus est maior, non ætate, sed vocatione: sicut contingit in Episcopis, qui loco Apostolorum sunt, quoniam qui primò consecratus est, alios quantumlibet maiores antecedit. xvij. distinct. § fin. Primò enim à Domino vocatus est: & primò ei adhæsit, & sibi magis fuit familiaris. In secretis enim illum vocabat, domo dictus etiam est iste † Iacobus Alphæi: quia fuit filius Alphæi dictus est etiam frater Domini secundum carnem, de consecr. distin.j. Iacobi: quia dicitur fuisse: cõsimilis ei facie, vel quia erat filius Alphæi, frater Ioseph viri Beatæ Mariæ, & Mariæ sororis eius, qui enim ex vtraque parte sanguinis coniungebantur apud Iudæos fratres vocabantur. Iesus enim putabatur filius Ioseph, vel dicitur frater Domini, id est, consobrinus, quia filius sororis beatæ Mariæ, quem morem Tusci seruant: sed & Ioseph dicitur cognatus Domini, vel quia pater putatiuus,

vel

vel quia cognatus Domini ex parte matris, scilicet beatæ Mariæ. Ad clariorem autem † præmissorum euidentiam, notandum est quòd Ioachim pater beatæ Mariæ accepit vxorem nomine Annam, quæ habuit sororem nomine Imeriam: hæc autem Imeria genuit Elizabeth & Eliud: Elisabeth genuit Ioannem Baptistam, de Eliud natus est Emineud, de Emineud natus est sanctus Seruatius, cuius corpus in oppido Traiecti super flumē Mosæ, in episcopatu Leodiensi requiescit. Anna autem tres viros dicitur habuisse: Ioachim, Cleophan fratrem Ioseph, & Salomane. De primo habuit filiam, scilicet Mariam matrem domini, quam dedit Ioseph nuptui, quæ genuit Christum: Generatio ipsius Ioseph & Mariæ posita est in sexta parte sub festo natalis domini. Primò autem viro defuncto: de secundo similiter genuit aliam filiam nomine Mariam, quam Alphæo postmodum in coniugem dedit. Hæc autem Maria genuit ex Alphæo quatuor filios scilicet Iacobum minorem, Ioseph iustum, qui & Barsabas dictus est: & Simeonem, & Iudam. Ex tertio viro, scilicet Salomane secundo mortuo, genuit aliam similiter filiam nomine Mariam, & Zebedæo in coniugem tradidit, ex quo duos filios habuit, scilicet Iacobum maiorem & Ioannem euangelistam.

¶ Porrò † Iacobus iste meritò suæ professionis cognominatus est iustus. Ex vtero enim dicitur sanctus fuisse, ipse enim à Petro & Iacobo & Ioanne Apostolis ordinatus est primus Hierosolymitanorum episcopus. lxvj. di. pono. Ipse vnà etiam cum Basilio episcopo Cæsariensi addidit nobis in scriptis missæ celebrationem. de consecr. distinct. j. Iacobus ipse quoque traditur primam celebrasse missam post Paschā domini, in Hierusalem, & Petrus primus in Antiochia. Iste vinum vel siceram non bibit: nullam carnem comedit: nunquam tonsus: nunquam vnctus, nunquam balneo vsus est, & in tantum genibus terræ defixis orabat, vt eius genua camelorum excedere duritiam crederentur. † Iste præcipitatus est à Iudæis de pinaculo templi, cùm nomen Christi prædicaret, & cum perticis fullonum interfectus. Fullo enim est, qui lineos pannos candificat. Quidam autem dixerunt propter peccatum interfectionis eius. Iudæos destructos fuisse per Titum & Vespasianum, & ista non attribuunt destructionem illam morti Christi, In hoc festo † dicunt quidam Ecclesiæ introitum: Exclamauerunt. Nehemiæ ix. ca. epistolam: Stabunt iusti. quæ est Sap. v. euangelium: Non turbetur cor vestrum, quòd est Ioan. xiiij. cap. & postcommunionem. Tanto tempore Ioan. xiiij. c. dicitur autem ad horas capitulum: Stabunt iusti. Sap. v. c. & illud. Nos insensati, quod est ibidem, & illud. Non esurient. Apoc. vij. c.

SVMMARIVM.

1 *Crucis priuilegium, & eius inuentionis officium Ecclesiasticum. num. 2.*
3 *Crucis duplex festum.*
4 *Crucem inuenit Iudas.*
5 *Iulianus monachus, diabolo amicus, apostata, & Christianorum persecutor,*

cutor, cuius tumulus ad hunc diem fœtorem intolerabilem emittit. n. 6.

De inuentione sanctæ Crucis.

CAP. XI.

1 IN sancta † Cruce Domini secunda spes habetur. Sicut enim beata Virgo portauit Dominum: ita & sancta crux suo modo. Et sicut Dominus dat aquis baptismalibus sanctificare & aliis sacramēnis, ita per tactum dominicæ carnis sanctificarum fuit lignum, vt nos suo modo sanctificare possit: & quia ita crux saluat per talem effectum quem habet, ideò de ea cantantur. O † crux splendidior astris, &c. quę sola fuisti digna, i. dignitate tibi data, portare talentum mundi, &c. Et quia finis crucis, est gloria, ideò in fine plurium antiphonarum de cruce dicitur alleluia. Dicitur autem per horas canoni. Mihi autem absit gloriari. Gal. vltimo. Fit autem duplex festū † de cruce videlicet exaltationis, de quo suo loco dicetur, & inuentionis: quia inuenta fuit crux tempore Eusebij Papæ à beata Helena matre Constantini: mediante Iuda, quia tunc Iudæus erat. Vnde in canone ipsius Eusebij de consecratione distinctione iij. crucis ita legitur. Crux Domini nostri Iesu Christi: quæ nuper nobis gubernacula sanctæ Romanæ Ecclesiæ, tenentibus quinto nonas Maij inuenta est in prædicto Calenda. die inuentionis festum vobis solenniter celebrare mandamus: est autē maius hoc festum, quam festum exultationis, prout ibi dicetur. Legitur autem † de prędicto Iuda, quòd conuersus ad fidem, factus est postmodū episcopus Hierosolymitanus, & mutato nomine vocatus est Quiriacus. De quo dicitur Diabolus sic prophetasse. Iudas Christum morti tradidit, sed iste Iudas illum mortuum exaltauit & artes magicas detexit: sed Iulianus familiaris † & amicus meus, idcirco rex erit, qui me de isto vindicabit, quod factū est. xj. q. iij. Iulian. j. & ij. Nam Iulianus monachus ab ordine apostatans acquisiuit per nefas consulatum Romanum, & inde factus Imperator & Christianorum persecutor illum diuersis pœnis afflixit & interfici iussit. Legitur quoq; quòd quidam miles nomine, Quiriacus, hunc Iulianū posteà interficit. De isto Iuliano legitur quòd adhuc apud Cōstantinopolim de tumba sua fœtor intolerabilis progreditur. Si quæratur: quare fit festum † de cruce, in qua Christus fuit dehonestatus, & flagellatus, non de asina, in qua fuit valde honoratus, nec etiam de aliis quæ ipse tetigit? Respondeti potest quòd laus & honor super asinā impensus transitorius, & mundanus fuit, nec inde salus nostra prodiit, de quo curandū nō est. Præterea, per alia quæ ipse tetigit non leguntur miracula, & sanitates fieri nec per illa redempti sumus: dehonestatio vero in cruce facta nostra redemptio fuit dicitur hodie introitus Nos autem Gal. vlt. c. & legitur epistola, Confido de vobis in domino. Gal. v. cap pro eo quòd ibi dicitur: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Aliæ Ecclesiæ dicunt. Hoc sentit ad Phil. ij. euangelium est: Simile est

Nota.

regnum cœlorum thesauro abscondito in agro,&c. quia crux Domini ad literam inuenta est in agro,vel moraliter in agro Ecclesiæ inuenitur crux domini,quæ dicitur thesaurus:quia emptũ est per eam nobis regnum cœlorum,qui videt hunc thesaurum in Ecclesia, vadit & vendit omnia,quę habet,id est omnes transitorias delectationes,& emit agrum istum, vt sit de ecclesia. Alij dicunt, Erat homo ex Pharisæis.Ioan.cap.iij.Et est notandum,quod festum crucis sit semper cum festo martyrum,quia crux significat martyrum.Et ideo in festiuitatibus sanctæ crucis leguntur in quibusdam Ecclesijs sex lectiones de martyribus, & officia commiscentur. De signo crucis dictum est in proœmio quinque partis.

SVMMARIVM.

1 *Angelorum festum agit Ecclesia,duplici de causa.*
2 *Michael,princeps est angelorum,qui mittuntur.*
3 *Michaelis festum cur institutum.& cur potius ei dicatum,quam cæteris angelis.nu 4.*
5 *Michaelis festum,quod habeat officium.*
6 *Angeli semper nobis adsunt, & parati sunt orationes nostras sursum deferre.nu 7.*

De reuelatione sancti Michaelis.

CAP. XII.

Ecclesia facit † festum de angelis duplici ratione.Prima est, quia nobis ministrãt.Omnes enim sunt administratorij Spiritus sancti in ministerium missi propter eos,qui hæreditatem capiunt salutis? sicut habetur in epistola ad Heb.j.Secunda ratio est, quia pugnant pro nobis contra angelos malos,nec permittũt nos tentari supra id quod possumus,de hac pugna dicitur in Apoc.Factum est prælium in cœlo Hoc bellum erit maximè tempore Antichristi & in morte martyrum fuit,& etiam semper est,& eiectus est draco, id est,diabolus de cœlo, id est,de cœlestibus hominibus,& deiectus in corda malorum hominum.Huius autem belli princeps est beatissimus Michael, & ideò sit ei festum,licet sit de vltima hierarchia, de inferiore, scilicet ordine. Sunt enim nouem ordines angelorum,prout dictum est in quarta parte sub tit.de præfatione:qui quamuis omnes mittantur, quoniam vt præmissum est,sunt administratorij spiritus,& in Esa.vj.habetur quod missus est ad eum vnus de Seraphim,rarò tamen mittuntur,vnde Daniel Milha millium ministrabant † ei,&c.Eorum verò qui mittuntur princeps est Michael,qui fuit princeps Ecclesiæ Iudęorum,vt habetur in Daniele.modo est princeps Ecclesię Christianorum.In Iudęis enim fuit aliquando Ecclesia:quæ nunc est in Christianis.¶Hoc † autem festum,quod est commemoratio victoriæ sancti Michaelis, inde originem sumpsit,quia cùm barbari depopularentur Apuliam, Christiani triduano ieiunio in dicto sancti Michaelis auxilium imploraueruntper

ad Hebr. c.1.

Apoc. 12

Nota.

Daniel.

per cuius visibile patrocinium fugam ter barbari dederunt, & Christiani victoriam habuerunt.Vocatur etiam festum reuelationis, quia in monte Gargano reuelatus est,vt sequitur.Sanè Michaël,Gabriel,& Raphael,nomina personalia sunt angelorum,alia verò sunt ordinum: vt dictum est in iiij,parte,sub ti.de præfatione.¶Sed cùm † hoc festum sit commune omnium angelorum, quare spiritualiter denominatur festum sancti Michaëlis,& nõ Gabriëlis vel Raphaëlis. ¶ Respondeo, Michaël est,qui est missus in Aegyptũ, fecit illas famosas plagas, qui diuisit mare rubrum, qui eduxit populum per desertum, & eduxit in terram promissionis.Ipse est prępositus paradisi,& custos & est susceptor animarum,& princeps Ecclesię,& ideò cum magis venerari debemus,¶ Secunda ratio est, quia ipsemet fundauit Ecclesiam, & consecrauit altare,vnde dicitur:Stetit angelus iuxta aram templi, &c. hoc fuit in monte Gargano: posteà verò reuelauit hoc hominibus per episcopum illius regionis.¶Tertia ratio est,vt homines venerantes angelos, perueniant ad consortium angelorum & ea de causa in diebus dominicis & festiuis solennitatibus,nouem psalmi, nouem lectiones, & nouem responsoria cantantur, vt per cantum illorum ad consortium perueniamus nouem ordinum angelorum, quorum proprium est Deo cantare. Congaudendo † autem angelis dicit Ecclesia in introitu, Benedicite dominum omnes angeli eius & quia angeli laudãt, & nos similiter Deum laudare debemus. Vnde sequitur versus: Benedic anima mea Dominum.Epistola verò Apoc.j.c.sumitur:Significatur deus,quæ oportet fieri cito &c.Sequitur ibi:Ioannes septem Ecclesijs, per septem Ecclesias vel per septem spiritus quantum ad intelligentiam,quæ ad hanc diem pertinet vniuersitas angelorum intelligitur:per septem enim dies currit vita præsens. Sequitur responsorium: Benedicite.& versus:Bened. Ratione qua suprà Allelu Ia est:In conspectu angelorum psallam tib.hoc autem ideò dicit Ecclesia:quia † sunt angeli deferre deo orationes nostras.Sępe enim nobis adsiant, & aspiciunt nos & auscultant.Vnde in Canticis: Qui habitas in hortis amici,id est,angeli auscultant te.Per istos scilicet bonos:compassio illos,scilicet malos:passio,scilicet inuidiæ cogit, vt in nos aspiciant.Sequitur euang.Accesserunt &c.Matth. viij. cap. in quo præcipitur vitari scandalum paruulorum,quia ibi fit mentio de angelis. Amen dico vobis:quia angeli eorum in cœlis semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est. Quia verò parati sunt deferre † orationes nostras.in offertorio ostenditur:Stetit angelus iuxta aram templi Apocal.viij.& data sunt ei incensa multa,id est orationes accensæ igne charitatis: & ascendit fumus aromatum, id est, oratio in conspectu Dei de manu angeli.in postcommunione verò placuit Ecclesiæ: sicut prius benedicere:vnde dicitur in quibusdam Ecclesijs:Benedicite angeli Dominum,&c.Sanè,quod Michaël legitur cum draconę pugnasse intelligitur allegoricè,Michaël,id est,Christus,historicè verò,quia

* Quęrit.

Resp. Vide etiam supra n.1. circa fin.

Quid per septem Ecclesias intelligatur?

Euangel. Matth.c.8.

Michaëlis & aliorum angelorum eius ministerio diabolus describ-
tur in Ecclesia propter laicos esse depulsus. In hoc festo dicitur capi-
tulum, Significauit. Et illud: Beatus, qui legit: & illud Ioan. Septem
quæ sunt Apoc. j. cap.

SVMMARIVM.

1 *Geruasij & Prothasij festum, ex institutione Gregorij.*

De sanctis Geruasio & Prothasio.

CAP. XIII.

IN festo sanctorum † Geruasij & Prothasij cantatur ex institutione 1
Gregorij introitus. Loquetur Dominus pacem in populo suo ex eo
quod tali die pax inter Romanorum Imperatorem & Agisulphum re-
gem Longobardorum extitit reformata: quem regem Theodesida e-
ius vxor Christianissimus cui Grego. librum Dialog. scripsit ad fidem
conuertit. Officia namque sanctorum partim conueniunt ipsis sanctis,
partim his cuntibus, qui in ipsorum cuenere diebus.

SVMMARIVM.

1 *Ioannis Baptistæ festum duplex agit Ecclesia. & cur ita, & eius Missa-*
num. 3. & 8.
2 *Ioannes Baptista, cur dictus Lucifer.*
4 *Ioannis vigilia, habet ieiunium.*
5 *Ioannes Euangelista quo die obierit.*
6 *Ioannes Baptistæ, & beata etiam Maria, fuerunt in peccato originali*
concepti.
7 *Ioanni Euangelistæ hymnum diaconus canit voce recuperata, quam*
prius amiserat.
9 *Ioannis Baptistæ quadragesima.*
10 *Vigilia Ioannis Baptistæ cur ignes accendantur, & qua significatione,*
& nu. & cur ossa comburantur. nu. 12. & cur rota voluatur nu. 14.

De sancto Ioanne Baptista.

CAP. XIII.

Matt. 11 QVia inter † natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista, 1
merito Ecclesia celebrat festum de illo: & facit ei duplex festum,
scil. eet natiuitatis & decollationis. ¶ Natiuitatis propter quatuor.
¶ Primo, propter historiam: quonam dicit dominus de eo, per angelum, sicut in euãgelio habetur. Et multi in natiuitate eius gaudebunt,
quod etiam propter Saracenos dictum est qui hoc festũ celebrare dicuntur. ¶ Secundo, propter allegoriã & ministerium, quia per Ioannẽ
figuratus est ortus gratiæ, quã nobis attulit Christus. Ipsũ enim Ioannes præcessit: in annũtiatione, in natiuitate, & prædicatione: in passione, & ad inferos descẽsione. ¶ Tertio, quia sicut beata Virgo sanctifi-
cata fuit in vtero matris, ita & ipse. ¶ Quarto, quia ipse primus annũ-
tiauit

tiauit gaudia æterna: ideo dicitur Lucifer & tuetur. Vnde in canticis: Cant. 2
Vox turturis audita est in terra nostra. & Iob. xxxviij. c. nũquid duces
Lucifer ẽrũ in tẽpore suo. & eius natiuitas fuit per Gabrielem nuntiata.
2 Ideo autem Ioannes † dictus est Lucifer, quia obtulit nouum tem-
pus. Et inde est, quod in quibusdam Ecclesiis habent missam in ma-
ne, quia natiuitas fuit quasi aurora: natiuitas vero Christi fuit quasi
ortus solis. vel ideo dicitur missa in ortu diei, quia legitur in euan-
gelio Lucæ, quòd ipse fuit sanctificatus & Spiritus sancto repletus in Luc. 1
vtero matris: quare meritò laudãdus est eius creator, in exordio diei
qui illũ dignatus est honorare in vtero matris. Habet etiam aliã pro-
3 priam missam, sicut † & alij sancti, quæ dicitur circa tertiã. Vel pri-
ma missa est de vigilia euãgelistæ, vel alia dicitur quia ipse fuit mar-
tyr & præcursor. Vnde illa missa est vnius martyris, & est introitus:
Iustus vt palma florebit in domo domini. De ipso nãque prophetaue-
runt Elaias quòd Hieremias. Here. ipso vitæ actu, quia fuit ei simi
lis. Esaias: vt in epistola habetur hodierna: Audite insulæ & attendite
populi de lõgè. Esa. xlix. ibi etiã sequitur. vnde sumitur introitus: De
vetre, &c. Sequitur etiam ibi: Posuit os meum, vt gladium acutum.
Gladius acutus, est lingua prædicatoris, quoniã abscindit superflua.
Sequitur: Posuit me quasi sagittam electã. Sagitta electa, est prædi-
cator, qui facit quod docet. Sagitta acuta fuit Ioãnes cum dixit Ge-
nimina viperarum, quis docebit vos fugere ab ira ventura? respon-
sio est: Prius, quàm te formarem &c. Here. j. cap. & est de natiuitate
eius, allelu-Ia est: Tu puer. Luc. j. ca. & illud, Inter natos &c. Matth. ix.
c. Euãgeliũ est: Elizabeth impletũ. Luc. j. capit. dicitur autem hac die
capitulum: Audite insulæ Esa. xlix. cap. & illud: Prius, quàm te forma
rem. Hieri. j. cap. & illud: Reges videbunt. Esa. xlix. c. ¶ Portò in vigi-
4 lia beati † Ioannis Baptistæ ieiunamus, quasi compatientes ei qui in
deserto ieiunauit, & asperam vitam duxit, & vigilia ipsa plenum ha-
bet officium, quia post Ioannis decolationem Christus crucifixus fuit
& agnum comedit, fuit enim Ioannes quasi lapis angularis; id est, ve-
tus & nouum Testamentum coniungens. Vnde tunc magis sollẽnisa-
mus propter mysterium quàm propter personam ipsam: & quoniam Matt. 11
ipse fuit medius inter vtrũque Testamentũ, quia fuit finis veteris, &
initium noui Testamenti, nam & lex & Prophetæ vsq; ad Ioannem
videlicet inclusiuè: hinc est quod huius diei officium partim de vete-
5 ri, & partim de nouo est Testamento. In † hac autẽ die Ioannes euan-
gelista obiit, sed eius festum translatum est, prout sub eius festo dice-
tur. Festum autem decollationis non ita solẽnizat Ecclesia sicut istud
prout ibi dicetur. Fuit ergo, vt præmissum est, in vtero sanctificatus,
6 ceus & Hieremias. Vnde & de Here. legitur in hac die: ꝙ probatur
per illud, quod dicitur in euangelio: Et repleta est Spiritu sancto Eli- Luc. 2
zaberh, & exultauit in gaudio infans in vtero meo: sed quod genere
sanctificationis, non legimus. ¶ Dicunt † tamẽ quidam quod ab omni

peccato mũdatus est: sed in glossa super illo loco: Tu vis à me baptizari: ego à te debeo baptizari, id est, ab originali peccato mũdari: dicitur quod in persona generalis hominis loquebatur, fuit tamen in peccato originali cõceptus, similiter, & beata Virgo: de quo & quare eius natiuitas celebretur sub Purificatione dictũ est. Paulus historiographus Romanę Ecclesię diaconus Cassinẽsis monachus, quadã die cũ vellet paschalẽ cereũ consecrare, raucæ factæ sunt† fauces eius, cũ prius vocales essent. Vt ergo vox sibi restitueretur, composuit in honorem beati Ioannis hymnũ: vt queant laxis resonare. in cuius principio perit vocis restitutionem quam obtinuit: sicut & merito sancti Ioannis restaurata est Zachariæ.† In hoc festo nõ cantatur frequenter allelu-Ia, sicut fit in festiuitatibus Petri & Pauli & aliorum in quorum vltimis nocturnis personatur. Ratio est: quia ipse figurat legem, & quia natale huius fuit ante Christi resurrectionẽ, & ante gaudium. Quidam tamen faciunt officiũ sine allelu-Ia in initio noctis propter figuram legis, & postea iterant officium cum allelu-Ia in medio noctis terminantes illud in principio lucis in memoriam antiquæ obseruationis: de qua & quare in hoc festo nocturni cantantur in initio noctis, dictũ est in quinta parte sub titulo de nocturnis. ¶ † Nota, ℣ antiquitus solebat vna quadragesima celebrari ante hoc festum, & alia ante natale Domini, sed postea propter fragilitatem hominum, redactum fuit ad tres septimanas ante natale, & tres ante hoc festũ. Vnde prohibitum est in decretis xxxiij quæst. iiij. non oportet. & consequenti, in illis tribus septimanis nuptiæ fiant, sed & hoc abolitũ est, prout dictũ est in prima parte, sub titulo de sacramentis ¶ Fiant † autem tria specialia in hoc festo. In vigilia nãque in quibusdam partibus ex antiqua obseruatione colligunt homines & pueri ossa, & quędam alia immunda & insimul cremant, vt exinde fumus in aërem producatur. Ferunt etiam brandas siue faces, & cũ illis circuunt arua. Tertium est, quia rotam voluunt. Qui immunda cremant, & fumũ in altum produci faciunt, habent hoc à Gentibus. Antiquitus enim dracones hoc tempore ad libidinem propter calorem excitati, volando per aërem frequenter in puteos & fontes spermatizabant, ex quo inficiebant aquæ, & tunc erat annus lætalis ex aëris & aquarum corruptione: quia quicunque inde bibebant, moriebantur, aut grauẽ morbum patiebantur: quod attendentes philosophi ignem iusserunt frequenter & passim circa puteos & fontes fieri: & immunda, & quæcunque immundum redderent fumum, ibi cremari. Namque per† talem fumum sciebant posse fugari dracones, & quia tali hoc tempore maximè fiebant, ideo hoc adhuc ab aliquibus obseruatur. Sunt enim dracones animalia, vnde in psalmo: Laudate dominum de terra dracones, non thracones, id est, meatus terræ, prout quidam dixerunt: quæ quidem animalia in aëre volant, in aquis natant, per terram ambulant, nil immundum sustinent, & fugiunt propter fumum ol-

Vide supra, pag. 824. n. 4.

ferum

ferum, sicut elephantes propter grunitum suum. Est† etiam alia ratio quare ossa animalium comburuntur: videlicet in memoriam quod ossa Ioannis baptistæ à Gentibus in ciuitate Sebastiæ combusta fuerunt, vel potest hoc referri ad nouum Testamentum. Abiiciunt enim pueri vetera, & comburunt, ad significandum, quod aduenientę nouæ legi, vetus Testamentum debet cessare. Dictum est enim vetustissima veterum nõ comeditis, & nouis superuenientibus vetera proicietis. Feruntur quoque branda seu faces ardentes & fiunt ignes, qui significant sanctum Ioannem, qui fuit lumen & lucerna ardens, & præcedens & præcursor veræ lucis, quæ illuminat omnem hominem veniẽtem in hunc mundum. Vnde dicitur Ioan. vj. Est lucerna ardens lucẽs ante dominum, qui viam domino præparauit in eremo. Rota† in quibusdam locis voluitur ad significandum, quod sicut sol ad altiora sui circuli peruenit, nec altius potest progredi, sed tunc sol descendit in circulo. Sic & fama Ioannis, qui putabatur Christus descendit, secundum quod ipse testimonium perhibet, dicens: Me oportet minui, illum autem crescere, quod dicunt quidam dictum esse, eò quod tunc dies incipiunt minui, & in natiuitate Christi crescere. Sed quia ante festum sancti Ioannis decrescunt: & ante natale Domini crescunt intelligendum est de natiuitate in matre, quando scilicet conceptus est vterque: quoniam Ioannes conceptus fuit decrescentibus diebus, vt in Septembris, & Christus in crescentibus, vt in Aprili, vel dic de morte vtriusque: nam corpus Christi exaltatum est in cruce, corpus Ioannis capite minoratum.

SVMMARIVM.

1 *Petrus & Paulus eisdem die & anno passi sunt.*
2 *Petri & Pauli officia distinxit Gregorius.*
3 *Petri & Pauli octaus, quod habeant officium.*

De sanctis Petro & Paulo. CAP. XV.

1 DE Petro† & Paulo quæstio est, vtrum eadẽ die passi sint. Nã Henricus Solitarius velle videtur, quod eadem die anno reuoluto Paulus passus sit. Sed Pelagius & Nicolaus Papæ, & Ambrosius, & alij sancti Patres volunt, quod eadem die & eadem etiam hora, sub Nerone Imperatore, videlicet anno xiiij Imperij eius: alioquin falsæ essent historię de illis Scriptæ. Sed tamẽ in diuersis locis: licet in vrbe, & diuersas pœnas passi sunt, quia Petrus in vrbe crucifixus est, Paulus verò, quia sicut legitur in Actibus Apostolorũ, ciuis Romanus erat, quãuis natiõe Tharsensis esset, extra muros vrbis decolatus, quæ pœna honestior videbatur: & de ipso lac pro sanguine legitur profluxisse. Verùm procedente tempore cùm Constantinus Imperator in honorẽ vtriusq; Ecclesias construxisset, & Romanus Pontifex vellet eorũ corpora seperare, & dubitaretur, quæ cuius ossa forent, diuinitus

resp onsum est: Maiora ossa sunt prædicatoris, minora piscatoris: & sic adinuicē seperata sunt & in propriis Ecclesiis collocata. Postmodùm verò Siluester Papa, volens Ecclesias ipsas cōsecrare, tā parua, quàm magna ossa ex æqua lance, cum summa reuerentia ponderauit, & vnam medietatem in vna Ecclesia, & aliam in alia Ecclesia collocauit. Vnde quidam faciunt festum de hac diuisione, officium, in Nonis vel octauo Idus Iulij, quia tali die facta fuit: alij illud faciunt xv. vel xvj. die eiusdem mensis. Alij verò dicunt, quòd festum diuisionis Petri & Pauli, quòd celebratur die illa, fit propter illam diuisionem, quæ facta est in Hierusalem, post duodecim annos, quando separati sunt ad prædicandum Gentibus, in quo festo cantant illam magnam sequentiam: Cœli enarrant gloriam, & euangelium ascensionis: Recumbentibus, &c. incipientes ibi in fine: Dominus quidē Iesus postquàm, &c. ¶ Licet† autem eorum festa eadem die celebranda concurrāt. Beatus tamen Gregorius instituit vt tantum officium beati Petri ipso die celebraretur: tum quia tali die Ecclesia beati Petri fuit dedicata: tum quia ipse prior fuit conuersione: tum quia maior fuit dignitate, quoniam Romanæ Ecclesiæ tenuerat primatum. Et dicitur in missa introitus, Nunc scio. Act xij. Collecta communis vtrique, Deus, qui hodiernam diem, quare non fit commemoratio de sancto Paulo. Epistola: Misit Herodes, quæ est ibidem. Allelu-Ia: Tu es Petrus. Matth. xvj. Euangelium: Venit Iesus in partes, quod est ibidē. vbi dicitur: Quem dicunt homines esse Filium hominis: sed secundum Hieremiā in Hebræo dicitur, Filius Adæ: per horas verò dicitur capitul. Misit Herodes rex magnus. Act. xij. capit. & illud: Angelus Domini. & illud. Et Petrus ad se reuersus, quæ sunt ibidem. Sequenti verò die fit festū de beato Paulo & dicitur in missa introitus: Scio cui. ij. ad Timot. ij. cap. & collecta: Deus, qui multitudinem. Graduale: Qui operatus est Pet. Galat. j. c. versus est: Gratia Dei. ad Corinth. xv. cap. Epistola: Notum vobis facio ad Galat. j. cap. Allelu-Ia. Tu es vas electionis. Act. ix. cap. Euangelium: Dixit Simon Petrus. Matth. xix. cap. in aliis Ecclesiis dicitur: Hoc est præceptum. Ioan. xv. ca. Communio: Amen dico vobis. Matth. xix. c. Item in nocturnali officio beati Pauli, quidam versiculi præmittuntur antiphonis laudū, vt dictum est in sexta parte, sub Trinitate, & dicitur capitulum: bonum certamen, ij. ad Timoth. iij. capit. In octauis verò Apostolorum dicitur† illud: Confitebor tibi domine rex. Ecclesiast. vlt. verùm in vigilia dicitur introitus. Dicit dominus. Ioan. vlt. & epistola Petrus & Ioan. Act. iij. Euangelium: Dixit Iesus Simoni Petro. Ioan. vlt. c. Habet autem hoc festum tria, scilicet ieiuniū, solennitatem, & octauā. Ieiuniū, quia si volumus cōregnare, oportet nos & cōpati. In die festi, de corū glorificatiōe gaudemus. In octaua, de eorum futura beatitudine in corpore, & anima iā certi lætamur, & æternæ glorificationis meritum expectamus. De hac octaua dictū est in proœmio huius partis. Et nota, quod Leo Papa secūdus orans pro Neapoli

Neapolitanis ciuibus in mari cum Saracenis, pugnantibus fecit illam collectam: Deus cuius dextera beatum Petrum, &c. Perfectis verò per eum muris ciuitatis Leoninæ imponens seras portis, orans fecit illam collectā: Deus, qui beato Petro collatis clauibus, &c. ¶ In festo Magdalenæ dicitur epistola: Mulierem fortem quis inueniet? quæ est in Parabolis vlt. cap. Euangelium: Rogabat Iesum. Lucæ. vij. cap.

SVMMARIVM.

1 *Fratres septem.*

De septem Fratribus. CAP. XVI.

1 CIrca festum septem † Fratrum notandum est, tres fuisse matres quarum quælibet habuit septem filios, & post passiones eorum passæ sunt, videlicet mater Machabæorum, cuius nomen ignoratur, & Felicitas, mater istorum septem fratrum, & Symphoriana sapiens mulier, quæ sancta fuit.

SVMMARIVM.

1 *Iacobus maior, filius Zebedæi, euangelium docuit in Hispaniis, & eius diei officium nu. 2. & quando fiat. nu. 3.*

De sancto Iacobo. CAP. XVII.

1 IAcobus † maior filius Zebedæi, frater Ioannis euangelistæ missus est ad prædicandum Hispanis. Sed cùm non posset nisi vnum Principem ibi conuertere, redit Hierosolymam, sed tandem ab Herode Necollatus, & in Hispaniam reportatus, quos viuus conuertere nequit, mortuus diuino miraculo conuertit. Fit autē eius festū octauo Calēd. Augusti, pro eo, quod in tali die fuit apud Compostellam translatus, non quod tunc obierit, quia occisus est ab Herode in diebus azymorum, videlicet octauo Calen. Aprilis in annuntiatione Domini, scilicet circa Pascha, vt legitur in epistola huius diei. Misit† Herodes, &c. & ita tunc propter dies ipsos festum non habuit. in Calend. verò Ianuarii fuit sepultus, quia ab Augusto vsque nūc sepulchri eius fabrica 2 fuit protelata: † vel ideo fit octaua Calen. Augusti hoc festum quoniā hac die dedicata est sibi Ecclesia in Cōpostella: quare dictus sit maior dictum est sub festo Apostolorum Philippi & Iacobi. Hoc autem festum non habet vigiliam vel ieiunium, prout dictum est in sexta parte, sub quarta feria tertiæ hebdomadæ Aduentus. Hac die, dicūt quædam Ecclesiæ epistolam: Iam non estis. Ephe. ij. cap. Aliæ: Benedictus Deus, & Pater Ephe. j. & euangelium: Accessit ad Iesum. Matth. xx. c.

SVMMARIVM.

1 *Fratrū septē dormientiū fere trecentis annis, festū ibidēmque historiæ.*

De septem dormientibus. CAP. XVIII.

1 NVnc de festo † septem dormientium dicēdum est: sex eorum potentes fuerunt in Epheso tempore quo Decius Cæsar persecutus

est Ecclesiũ Dei, qui quàm citò audierunt persecutionem, fugerunt in montem & latuerunt in spelunca quadam & secum magnam pecuniam portauerunt: sed parũ cibi, quorum nomina sunt: Maximianus, Marcus, Martinianus, Dionysius, Ioannes, Serapion, & Constantinus. Hi cum essent in spelunca, prima die comederunt quicquid habuerũt comestioni aptũ, & dixerũt seruienti suo: Cras emes nobis cibos: quia parum hodie comedimus, & posteà dormierunt. Tandẽ Decius quęsiuit eos: nã audiuit eos esse Christianos, sed dictũ est ei eos aufugisse in alias regiones, vel in monte latuisse: quod audiens fecit ostia speluncæ lapidibus obstrui. Post multũ verò temporis, videlicet circiter trecentos annos, quidã voluit stabulũ cõtra spelunca facere, & fecit magnũ ignem, in quo soluti sunt lapides, qui erant in ostio speluncæ: & statim in spelunca refulsit splẽdor ignis, euigilati sunt septem dormientes, & sex qui potentes erant dixerunt septimo qui erat seruus eorum: dies est, vade nobis emere cibos. Putabãt enim se per vnã noctẽ tantum dormiuisse. Iuit ergo ille ad ciuitatẽ & venit ad macellum miratus vltra modũ quia cruces videbat per vicos & in triuiis, & quadriuiis. Cũ suo carnes emẽs obtulisset monetã quã habebat, non cognouerunt eã carnifices, & dixerunt: Vnde habes istos nummos? Qui ait ex meo proprio labore. & illi: Vnde es tu? Qui ait: De patria ista: tunc illi: Qui sunt parentes tui? Ille ait: isti, & nõ cognouerunt carnifices aliquos eorum, quos ipse nominabat, à longo enim tẽpore eorũ nomina cũ illis erant sepulta. Iterũ illi dixerunt: Sub quo imperatore fuit illa moneta, ait ille, Sub Decio. Tunc illi admirati sunt, tum propter monetã, tũ propter ea quæ referebat, æstimãtes eũ insanum esse. Qui ligauerunt eum, & duxerunt ante pontificẽ ciuitatis, cui diligenter inquirenti quis iste esset, & vnde & vbi hanc monetam inuenisset, & de aliis, quæ ipse retulerat carnificibus, omnia prout cõrigerant reuelauit. Tunc Episcopus veniẽs cũ vniuerso populo ciuitatis ad spelũcam, inuenit eos sex, qui ibi remãserant iterum dormientes, & euigilatos secum in ciuitatẽ adduxit, & singula sciscitatus ab eis, inuẽtum est eos in spelunca fuisse per annos ferè trecentos. Prætereà, inuentæ sunt Plumbeæ, tabulæ in ipsa spelunca, quas illi imposuerant ibi qui mandato Decij obturauerant os speluncę. Imperatores erãt tunc Honorius & Archadius: qui cum prius dubitarent de resurrectione hoc viso firmius crediderunt. Fuerunt autẽ cum Episcopo prædicti septem iuuenes, per aliquos dies: & posteà mortui sunt, libera morte. Vnde dicti sunt martyres, quia tam diu in spelunca manserunt.

SVMMARIVM.

1 *Petri ad vincula festum, quemodo institutum, & quare, ibid. & numero 2. 3. 4. eiúsque diei officium, nu. 5.*

De festo sancti Petri ad vincula. CAP. XIX.

FEstum † beati Petri ad vincula taliter secundum Bedam institutũ fuit: Theodosia, vxor Theodosij secundi Imperatoris Hierosolymam

am proficiscens vidit in Alexandria festum celebrari in Calen. Augusti, ad honorem Cæsaris Augusti de triumpho habito de Cleopatra regina Ægypti & de Marco Antonio viro eius. Vnde vehementer doluit, quòd dãnato & gentili tantus honor exhiberetur. Veniens autem Hierosolymã, catenas quibus Petrus sub Herode fuit alligatus, acquisiuit, & Romam rediens, eas apostolico præsentauit, qui alias catenas, quibus sub Nerone fuerat alligatus, apportari præcepit: quæ se tangentes vsque adeò sunt miraculosè connectæ, ac si semper fuissent cædẽ. Theodosius igitur ad honorẽ beati Petri Ecclesiam ædificauit, & ibi catenas imposuit, quæ dedicata est in Calend. Aug. vt solemnitas piscatoris obfuscaret solennitatem Imperatoris & catena Petri extingueret torquem Augusti. ¶ Secunda causa † institutionis huius festi est, propter memoriam liberationis beati Petri per angelum factæ à carcere, siue à vinculis, quibus per Herodẽ Agrippã tenebatur, prout in epistola legitur hodierna: & secundum hoc videtur, quòd deberet vocari hoc festum à vinculis. ¶ Tertia † causa est, quia cùm Quirinus tribunus filiam haberet gutturosam, illa ad mãdatum sanct: Alexandri Papæ qui sextus fuit à beato Petro, quæsiuit bogas siue vincula, quibus beatus Petrus fuit vinculatus Romæ sub Nerone quibus osculatis, liberata est, & Quirinus cum tota sua familia baptizatus est: tunc dictus Alexand. Papa hoc festum in Calend. Augusti celebrandũ instituit, & in honorem beati Petri Ecclesiam in vrbe fabricauit, vbi vincula ipsa reposuit, & Ad vincula nominauit, & Calen. Aug. dedicauit: in qua festiuitate populus illic ipsa vincula hodie osculatur. ¶ † Quarta causa potest esse: quia dominus Petrum à vinculis miraculosè absoluit, & eidem ligandi atque soluendi potestatem dedit. Nos autem vinculis peccatorũ ligati tenemur, & absolui indigemus. Ideo igitur in solennitate ipsa, quæ dicitur. Ad vincula, ipsum honoratus vt sicut ipse à vinculis absolui promeruit & absoluendi potestatem accepit à Domino: sic & ipse nos à peccatorum nexibus absolui obtineat. Hac † die dicitur epistola: Misit Herodes. Act. xij. cap. Euangelium. Venit Iesus in partes Matth. xvj. cap.

SVMMARIVM.

2 *Machabæorum festum cur agat Ecclesia. & num. 3. & infrà.*

De Machabæis. CAP. XX.

1 MAchabæi isti, sunt illi de † quibus fuit Iudas Machabęus de quibus habetur in 1. Machabæorum. Et cùm Ecclesia Occidentalis nullius alterius sancti veteris Testamẽti festũ celebret, prout dictũ est in proœmio huius partis, istorũ tamẽ & Innocentiũ festũ recolit: istorum quidẽ propter quatuor. Primò, quia † passi sunt propter legis obseruationem, quia, videlicet carnes porcinas contra legem comedere nolu-

runt.

noluerunt. Secundò, propter martyrij prærogatiuam, prout legis in historia scholastica: qui enim inaudita supplicia, super sanctos veteris testamenti perculerunt, ideò in hoc priuilegiati sunt, vt eorum passio celebretur. Tertiò, quia ipsi fuerunt septem fratres, & numerus septenarius, est numerus vniuersitatis. Vnde in eis significatur omnes martyres veteris Testamenti, celebritate digni. & omnibus illis in istis reuerentia exhibetur. Quartò, quia ipsi ostenduntur in exemplum martyribus noui Testamẽti, vti sicut illi pro legis Mosaicæ obseruatione passi sunt: ita & nos maximè si necesse fuit, parati simus pro euangelica: & secundum hoc magis celebratur hoc festum propter significatum, quàm propter significans. Quidam verò dixerunt quod illi Machabæi, sunt illi septem fratres qui fuerunt filij Feliciatis.

SVMMARIVM.

1 *Stephani protomartyris festum quo die agatur, & cur statim à natali Dominico.*

De inuentione sancti Stephani. CAP. XXI.

SAncti † Stephani protomartyris inuẽtio facta fuit die illa qua ce- 1
lebratur eius passio, & passus est die illa qua eius inuentio celebratur: scilicet in Augusto, sed festa per Ecclesiã quatuor de causis translata sunt. Primò, quia cum beatus Stephanus fuerit protomartyr, & martyrum sanctorum sit corũ natale in cœlis, merito statim post natale Domini, natale protomartyris Stephani celebratur. Secũdò, propter dignitatem: dignius namque est festum, quod est de morte, quam aliud, & ideo competenter tamquam dignius statim post natiuitatem collocatum est. Tertiò, quia officium passionis eius concordat officio natalis Domini. Vnde illud: Heri natus est Christus in terris, hodie Stephanus nascetur in cœlis. Quartò quia in eius inuentione maxima multitudo hominum venit: qui videntes miracula plurima, quæ fecit Deus in illius inuentione, maiori cultu diem illum celebrauerunt annuatim, quam etiam diem mortis illius. Statuerũt ergo sancti Patres, vt festum passionis eius trãsferretur ad hanc diem inuentionis, & ad festum inuentionis, festum passionis: quia festum passionis maiori cultu dignum est, vt populus hunc diem: qui natale Domini sequitur, feruentiori cultu celebret, quàm diem eiusdem festi in Augusto. Alia etiam ratio reddetur sub isto festo.

SVMMARIVM.

1 *Domini transfiguratio, cur die sancti Sixti celebretur.*
2 *Dominicæ transfigurationis die consecratur vinum nouum, & primæ fruges, atque fabæ. num. 3.*

De transfiguratione Domini. CAP. XXII.

SEquitur † de festo transfigurationis domini, quod est in die bea- 1
ti Sixti, non quia tali die transfiguratio facta sit: sed quia tunc ab Apostolis, qui secum fuerunt in monte, fuit manifesta, & publicata, & prædicata. Præceperat enim Dominus, ne alicui dicerent, donec à mortuis resurrexisset. Illi autem vsque ad hanc diem super hoc tacuerunt. Transfigurationem enim constat factam fuisse circa principium, eo scilicet die, quo dicitur euangelium de transfiguratione scilicet se- 2
cunda hebdomada quadragesimæ. ¶ Et † nota quòd in quibusdam locis hac die conficitur sanguis Christi de nouo vino, si inueniri possit, aut saltem aliquantulum de matura vua in calice eliquatur. Benedicuntur etiam racemi ex quibus populus communicat, & est ratio hæc: In die enim cœnæ dicit Iesus discipulis: Amen dico vobis: A modo non bibam de hoc genimine vitis, donec bibam illud nouum in regno Patris mei. Quia ergo hoc quod dixit nouum, & etiam tranfiguratio pertinet ad illam gloriosam innouationẽ, quam Christus, habuit post resurrectionem, & quam fideles post resurrectionem sunt habituri, ideò in hoc festo sanguis Christi ex nouo vino conficitur, & propter hoc etiam hac die nouæ vuæ benedicuntur. Eutichianus Papa statuit, 3
vt primæ † fruges & fabæ super altare benedicantur.

SVMMARIVM.

1 *Laurentius post beatum Stephanum, primatum obtinet inter martyres, & cur honorificentius præ cæteris colatur & eius diei vigilia, officium. num. 2. & diei. numer. 4.*
2 *Leuita, quis.*
3 *Laurentius tria singularia habet priuilegia.*

De sancto Laurentio. CAP. XXIII.

1 BEatus † Laurentius, quia post beatum Stephanum, inter alios martyres primatum obtinet, vigiliam habet, nõ quia maiorem pœnam sustinuerit, quam alij: nam multi tantam pœnam sustinuerunt, sicut beatus Vincentius & beatus Gregorius & alij quidam: sed propter officium prædicationis & propter martyrij locum, quia Romæ, & propter bonam administrationem, thesaurorum Ecclesiæ. Vnde incipit in- 2
troitus † in vigilia ipsius: Dispersit, dedit pauperibus. In die vero ha- *Psal. 101*
bet proprium officium videlicet: Confessio & pulchritudo, &c. & hoc ideò dicitur quia propter confessionem fidei fuit assatus & exaltatus & apparuit eius sanctitas, cum non timuerit sic tormentari pro Christo: quia vero ipse in tormentis positus iubilabat, ac domino laudes cantabat, ideo sequitur versus: Cantate Domino canticum nouum. In collecta vero illa: Da nobis quæsumus Domine, &c. orat ecclesia se sic liberari, per dominum ab igne vitiorum, & ipsa vitia in se extingui, sicut beatus Laurentius fuit liberatus ab igne tormentorum. Vnde ipse dicebat tyranno: Discе miser quanta est virtus domini: nam carbones isti non dolorem sed refrigerium mihi præstant. In epistola verò, Qui parce.

Universidad de Deusto
Biblioteca

parce. ij. Corint. ix. cap. agitur de largitate eleemosynarum faciendarum pauperibus quod præceptum strenuè impleuit beatus Laurentius, qui thesauros Ecclesiæ dedit pauperibus, & vt eum in hoc imitemur, dicitur, Iustitia eius manet in seculum seculi. Responsorium de passione eius est, eo quòd igne probatus fuit aurum in fornace probatur: & hoc est, quod dicit: Probasti cor meum, & vi.no. quia ad literam de nocte fuit assatus & à Domino visibiliter visitatus, & ideo dicebat: Mea nox obscurum non habet, sed omnia in luce clarescunt. Versus est: Igne me exal. & non est inuenta in me iniquitas, idest inæqualitas: quia semper & perfectè in fide constans fuit. Vel non fuit inuenta in eo iniquitas, scilicet peccati. Allelu Ia est de nobili ministerio eius. Et quia erat præcipuus minister, ideò in virtute Domini præcipuè operabatur. Leuita (inquit) Lau. bonum opus operatus est: qui per signum crucis cæcos illuminat. Leuita † idem est quòd assumptus vel offerens, quia ad literam assumptus fuit ad ministerium diuinum. Vnde legitur ipsum dixisse beato Sixto: Quò progredieris sine filio pater? nunquid degenerem me probasti: experire certè: vtrum idoneum ministerium elegeris, cui promisisti dominici sanguis consecrationem. Item fuit Leuita, id est seipsum offerens. Vnde ipse in tormentis positus dicebat: Ego me obtuli hostiam Deo, in odorem suauitatis, & ideò de eo in nocturnali officio cantat Ecclesia: Meruit esse hostia beatus Laur. qui dum assaretur, dominum non negauit: & ideò inuentus est sacrificium laudis. Et quia Deus laudandus est de tanta patientia concessa martyri, ideò prædicta sub allelu-Ia cantatur. In euãgelio † verò: Nisi granum frumenti cadens in terram bonam quod est Ioan. xij. agit. Dominus de ministris suis, & de præmio ipsorum, dicens primo de opere ipsorum: Qui mihi ministrat me sequatur, & post de præmio adiungit, dicens: Et vbi sum ego, illic & minister meus erit: si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus, &c. Cum igitur inter ministros præcipuus fuerat beatus Laurent. ideò istud euangelium in eius festiuitate cantatur. Sed quia priuilegiatum ministerium est prædicatio & confessio nominis Domini coram regibus & principibus, ideò sequitur offertorium. Confessio & pulchritudo in conspectu, &c. in post communione quoque agitur de ministris & merito ipsorum. Qui ministrat, me sequatur, &c. Ad horas dicitur capitulum: Qui parcè ij. Corinth. ix. capit.

Psal. 16

¶ Et nota † quod iste sanctus propter prærogatiuas suprà in principio positas, in tribus priuilegiatus est. Primò, quoniam ipse solus inter martyres habet ieiunium institutionis. Secundò, in octauis, quoniam iste tantum, & beatus Stephanus octauas habent inter martyres: sicut beatus Martinus inter confessores. De hac octaua dictum est in fine proœmij huius partis. Tertiò, in regressibus antiphonarum: in hoc enim festo quidam versiculi præmittuntur antiphonis: vt dictum est in sexta parte, sub dominica de Trinitate. Beatus Laurentius fuit archidiaconus Romæ, post quem nullus dicitur ibi archidiaconus fuisse.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Maria virgo an fuerit assumpta, vnà cum corpore, & quoto ætatis anno. numer. 2.*
3 *Adsumptionis Mariæ officium. & num. 5.*
4 *Adsumptio Mariæ celebratur æstiuo tempore, idque congruè.*
6 *Adsumptionis die cur euangelium legatur de Maria & Martha, & quid illæ duæ sorores designent. num 7.*
8 *Euangeliæ sunt quatuor de beata Maria.*
9 *Adsumptio Mariæ, habet ieiunium, & octauas.*
10 *Adsumptionis die cur colligantur herbæ, & benedicantur.*

De adsumptione virginis gloriosæ Mariæ.

CAP. XXIIII.

1 Hieronymus dicit: Quomodo beata Maria † adsumpta fuerit siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit Augustinus verò dicit, quòd in corpore, veritas tamẽ est, quod primò adsumpta est in animam, vtrum verò corpus in terra remanserit, incertum habetur, & melius est piè dubitare, quam aliquid circa hoc temerè diffinire, pie tamen credendum est eam totaliter fuisse adsumptam. Verum quædam religiosissima mulier Elizabet nomine de partibus Saxoniæ asseruit sibi reuelatum fuisse, quòd post quadraginta dies post adsumptionem animæ, adsumptum fuit corpus, & inde composuit quemdam tractatum, qui tamen non est authenticus. Refert Ephitius, quòd beata Virgo quando Christum concepit, erat annorum quatuordecim, & in decimoquinto anno ipsum peperit, & cum eo mansit annis xxxiij. & post mortem Christi superuixit annis vigintiquatuor: & secũdum hoc tempore obitus sui erat annorum lxxij. Probabilius, vt videtur dicunt alij † quia 2 duodecim annis filio superuixit, & sic sexagenaria est adsumpta: cum Apostoli totidem annis prædicauerunt in Iudæa & circa partes illas.

3 ¶ In hoc festo quędam dicuntur, quæ in Ecclesiarum † dedicationibus dicuntur, quia ad eam pertinent. Cantatur etiam de libro Canticorum, scilicet: Osculetur me osculo, &c. Responsoria enim antiphonæ & lectiones eædem sumuntur, qui liber est de amoribus, quia in carne maiorem habuit dilectionem, quam aliqua creatura in carne viuens, excepto Christo: & ideò propter excellẽtem charitatem, quam habuit in terris, meruit ascendere super cœlos, in carne enim præter 4 carnem viuere, non terrena, sed cœlestis vita est. Et † competit hoc festum æstiuo tempori, quia per calorem ignis charitas ascendit. Rursus legitur & cantatur de Cantico amoris, eò quòd beata Virgo figuram tenet Ecclesiæ. Sicut enim ipsa mater est: virgo & sponsa, sic & Ecclesia, mater sanctorum nomen, tenet virginitatis & sponsæ virginitatis inquam mentis, & fidei, quæ præualet virginitati carnis & sponsæ: quia ipsa est sponsa Christi. Vnde Apostolus. Despondi vos vni viro virginem

virginem castam exhibere Christo. Est autem, vt dicunt quidam, cantici legenda medietas vsque ad octauas: alia verò medietas vsque ad natiuitatem eiusdem Virginis reseruetur. Huic ergo congruè accedit, quod circa festum istud libri Salomonis legantur, & præmittuntur antiphonis quidam versiculi, vt dictum est in sexta parte, sub dominica de trinitate. In Calcedonñ. consilio, quod beatus Leo celebrauit, statutum fuit, quod virgo Maria mater Dei appellaretur. Alij tamen dicunt quod in Ephesino iussu Cœlestini Papæ primi celebrato. ¶ Item nota, quod ille sermo Hieron. Cogitis me, ô † Paula & Eustocium qui à quibusdam in Ecclesia, in hoc festo legitur: sed non debet legi, nisi in refertorio vel capitulo, quia ad hoc factus fuit. Dicitur autem ad horas capitulum: In omnibus requiem quæsiui, Ecclesiast. xxiiij. cap. in vigilia assumptionis, dicitur epistola: Ab initio, & ante secula Ecclesia xxiiij. cap. Aliæ Ecclesiæ dicunt: Ego quasi quæ est ibidem: ¶ Euangelium est: Exurgens Maria. Luc. j. cap. Aliæ Ecclesiæ dicunt: Loquente Iesu ad turbas. xj. cap. Offertorium: Oratio mea munda. Iob. xvj. ca. Cæterum in missa diei legitur epistola: in omnibus requiem quæsiui, &c. in omnibus enim quæsiuit vitam æternam, & ideò habuit illam. Sequitur: Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo, id est, in vtero meo. Et quia dominus in vtero beatæ Mariæ virginis requieuit, ideò ipse dedit illi suum tabernaculum, id est, cœlum. Et sicut ipsa, duo fecit, thronum grandem, vnde ipsa dicit, Magnificat anima mea dominum, & iij Regum x. Thronum fecit rex Salomon de ebore grandem: & ita ei fecit dominus thronum grandem in cœlo, quando exaltauit eum super angelos. ¶ Euangelium legitur † de Marth. & de Maria, scilicet intrauit Iesus. Luc. x. quod prima facie pertinere non videtur: tamen bene pertinens est secundum allegoriam. Intrauit enim Iesus, in quoddam castellum, id est in beatam Virginem, quæ dicitur castellum, quæ est terribilis dæmonibus, & bene se muniuit contra diabolum, & vitia. Diminutiuè autem dicitur castellum propter humilitatem. Et dicitur quoddam propter singularitatem: quia nec primam similem visa est, nec habere sequentem, & Martha, id est actiua vita recipit eum. Diligentissimè enim nutriuit puerum suum, tulit in Ægyptum, & prius probauit in actiua vita, eundo ad Elizabet, & seruiendo ei, & sicut ipsa fuit Martha in actiua vita: ita & fuit Maria Magdalena in contemplatiua. Vnde in alio euangelio habetur: Maria conseruabat verba omnia, hæ conferens in corde suo. † Hæ autem duæ sorores significant tam actiuam, & vitam contemplatiuam, quæ plenæ fuerunt in beata virgine Maria, per quas ipsa sublimeret, honorabiliter atque delectabiliter in seipsa recipit Christum. ¶ Illud autem notandum est quod quatuor sunt euangelia de beata Maria virgine. † Vnum est: Missus est Angelus: quod non debet dici, nisi in aduentu Domini, & in Annuntiatione eius. Alia tria possunt cantari, quoties de ipsa peculiaris missa cantatur: tanquam communia: quæ sunt ipsa, Extollens vocem mulier,

mulier, &c. aliud: Abijt Maria in montana, &c. aliud: Stabat iuxta crucem, &c. ¶ † Item nota quod hoc festum habet ieiunium & octauas, quod non habet aliud festum de illa. Hoc enim festum maius est omnibus alijs, quæ fiunt de illa. Similiter & de quolibet sancto maius festum est transitus illius, quàm aliud de illo, quia de miseria transit ad vitam: excepto de Ioanne Baptista. ¶ † Quare autem herbæ colliguntur, & benedicantur, in hoc festo, ipsa legenda indicet: quia beata Maria comparatur rosæ & lilio. ¶ Vnde sicut spina rosam genuit Iudæa Mariam. Officium beatæ Marię virginis debet quotidie, sed in sabbato solenniter dici, prout dictum est in sexta parte, sub titulo de tempo readuentus. In quibusdam tamen Ecclesiis non dicitur à quinta feria cœnæ Domini, vsque ad octauas Pentecostes, dicentes, quod tunc in Ecclesia omnia breuia debent esse. ¶ Legitur tamen, cùm quidam sacerdos aliam forte missam nesciens, omni die missam de beata Virgine celebraret, Episcopus eum ab officio suspendit, sed Virgo beata ipsi Episcopo ex hoc grauissimè comminata est: & ideo ipse suspensionem huiusmodi relaxauit.

SVMMARIVM.

1 *Bartholomæi festum variè celebratur.*
2 *Bartholomæi statuta.*

De sancto Bartholomæo Apostolo.

CAP. XXV.

1 BEatus † Bartholomęus, primo prędicauit: vt dixit beatus Theodorus abbas in Lugdonia, postea in India, deinde in Albania in ciuitate Armeniæ, vbi primò excoriatus, & postea decollatus est: deinde translatus dicitur Beneuentum, quamuis hodie Romæ esse dicatur. Quidam autem celebrant festum excoriationis, & quidam decollationis, sicut dictum est in sexta parte sub quarta feria tertiæ hebdomadę aduentus. Et † nota, quod inquirentibus beatũ Bartholomæum, 2 Dæmon ipsum ita descripsit, dicens: Capilli eius nigri, & crispi: caro candida oculi grandes, nares coæquales, & directæ: barba prolixa, habens paucos canos: statura æqualis, collobio albo eleuato, & purpura vestitur: induitur albo pallio: quod per singulos angulos habet gemmas purpureas.

SVMMARIVM.

1 *Ioannis decollatio.*
2 *Herodes, tres fuere.*
3 *Ioannis Baptistæ caput, vbi humatum, & vbi quando, & à quo inuentum. num. 4.*
4 *Ioannis Baptistæ officium ecclesiasticum in decollatione.*

De decollatione sancti Ioannis Baptistæ.

CAP. XXVI.

FEstum † decollationis beati Ioann. celebrat Ecclesia, quia pro veritate mortuus est: sed non fit solenniter sicut festum natiuitatis

eius,eò quod descendit ad inferos,sicut dicit Greg.super illud:Tu es, qui venturus es,an alium expectamus? Fuit autem decollatus in tempore paschali per Herodem regem anno trigesimosecundo à natiuitate Domini, scilicet anno præcedente passionem Domini, & ipse in anno xxv. cœpit prædicare: & ita hoc festum est de decollatione. Et no.quod tres fuerunt † Herodes, quos eorum infamis crudelitas fecit famosos. ¶ Primus dictus est Herodes Aschalonita, sub quo natus est Dominus,à quo innocentes occisi sunt.¶ Secundus,Antippas, qui Ioann.decollauit.¶ Tertius Agrippa,qui Iacobum occidit. & Petrum incarceraut.Vnde versus: Aschalonita necat pueros, Antippa Ioannem,Agrippa Iacobum, claudens incarcere Petrum. Sanè decollato Ioanne discipuli eius corpus sepelierunt in Sebasta vrbe Palestinæ & caput in Hierusalem humatum est iuxta † Herodis habitaculum, & vbi corpus sepultum iacebat,multa Deus miracula operabatur. Vnde multitudo Christianorum illuc confluebat. Quod videns Iulianus apostata iussu eius Gentiles ad dedecus sancti Ioannis confregerunt mausoleum: & ossa eius per agros sparserunt. Sed cùm Christiani illuc venirent,& miracula non cessarent,iterum Gentiles ossa collegerunt,& combusserunt: sed digitus ille, quo Dominum ad Iordanem venientem monstrauit,dicens: Ecce agnus Dei,&c. non potuit comburi.Multi tamen Christiani monachi àHierosolymis,qui intererant cum Gentilibus ossa colligentibus, quot occultare poterant reseruauerunt,tulerũtque ossa ad Philippum Hierosolymitanum episcopum qui misit ea per Iulianum diaconum Anastasio Alexandriæ episcopo, quæ posit Theophylus vrbis eiusdem episcopus, in templo Serapis reposuit,& Basilicam in honorem eius consecrauit.Vnde hoc festum de decollatione & combustione ossium est, secundum magistrum Gulbertum,quod celebrat Ecclesia,quasi pro iam mortuo, secundũ martyrium,quia in suis ossibus quodammodo passus est. Alij dicunt,quod beata Tecla digitum beati Ioannis,qui comburi non potuit, de vltramarinis partibus afferens in Morianam vbi ad honorem beati Ioannis fundauit Ecclesiam, & hac die dedicata est ei Ecclesia. ideoque statutum fuit à Domino Papa,vt hæc dies ad honorem beati Ioannis per totum mundum semper celebris haberetur, & secundum hoc videtur,quòd habet dici festum dedicationis.Rursus† beatus Ioannes caput suum quod in Hierusalem fuerat humatum, reuelauit duobus monachis Orientalibus,qui Hierusalem adorare venerant, qui iuxta Herodis habitaculum' illud vij. Calend. Martij inuenerunt, sed postea ab alijs perlatum est in Edissam ciuitatem, & in quodam specu ignobiliter reconditum, donec denuò Marcello presbytero fuit reuelatum,& per eiusdem vrbis episcopum,iiij.Cal. Septembris reuelatum: ex quo tempore cœpit in eadem vrbe decollatio celebrari, ea die, vt arbitror, quo caput est reuelatum, & ita hoc festum potest dici reuelationis. Hoc ergo festum potest esse de decollatione, vel de collection e.

ctione ossium,vel dedicatione Ecclesiæ ad honorem illius, vel de reuelatione.Hac †die dicunt quidam epistolam:Expectatio. Prouer.x. cap. Et euangelium: Misit Herodes. Mar. cap. vj.& allelu-ia:Erat lucerna.Ioan.v.cap.

SVMMARIVM.

1 *Felix & Audactus,socij in passione. Et vnde nomen sortitus Audactus.*

De sanctis Felice & Audacto.

CAP. XXVII.

1 SCiendum est, quod cum beatus † Felix traheretur ad mortem pro nomine Christi quidam repentè se in medio protulit,dicens: Ego sum Christianus.Dixerunt carnifices, ergo venies & tu. Cum autem nomen illius ignoraretur, vocatus est Audactus, quasi beato Felici audacter associatus: sicut & beatus Ioannes Alexandrinus episcopus ob eximiam in pauperes Christi pietatem Ioannes eleemosynarius dictus est.Cuius festum nono Cal.Februarij celebratur.

SVMMARIVM.

1 *Mariæ natiuitas cur celebretur ab Ecclesia.*
2 *Natiuitas Mariæ,antiquitus non celebratur.*
3 *Natiuitas Mariæ non habet ieiunium institutionis.*
4 *Ecclesia tres natiuitates celebrat, quæ designant tres natiuitates spirituales.*

De natiuitate beatæ Mariæ,

CAP. XXVIII.

1 FEstum † natiuitatis beatæ Mariæ virginis, quando videlicet in mundo nata est, ideò celebratur, quia fuit in vtero sanctificata, iuxta illud psalm.Sanctificauit tabernaculum suum altissimus.In hoc festo legitur genealogia Saluatoris, imò ipsius beatæ Mariæ virginis, quia de eadem fuerat genealogia:vnde legitur euangelium Matt.j.c. Liber generationis Iesu Christi:de qua dictum est in sexta parte, sub natali & sub festo Apostolorũ Philippi & Iacobi.Et epistola:Ego quasi.Ecclesiastici xxiiij. cap. Aliæ Ecclesiæ dicunt,Dominus possedit me Prouer. viij. capit.Cantatur etiam historia de laudibus ipsius virginis Mariæ. In quibusdam tamen Ecclesijs leguntur Cantica Canticorum quæ magis perueniet ad festum assumptionis virginis Mariæ, prout ibi dictum est:dicitur etiam ad horas capitulum: Ego quasi vitis. Ec-
2 cle.xxxiiij.c.Sanè hoc festum olim † non celebratur, sed quidam vir religiosus pluribus annis audiuit angelos in hac nocte solennitates in cœlis, cui causam quærenti reuelatum est angelos gaudere: quoniam beata virgo nata fuit in illa nocte, quod Apostolus authenticauit,& festum celebrari præcepit,vt in solennizando cœlesti curiæ con-
3 formemur. † Non autem habet festum hoc ieiunium institutionis: potest tamen habere deuotionis. Olim etiam non habuit octauam,

sed Innocentius Papa quartus eam instituit. Vacate enim Romana Ecclesia per obitū Greg. Papa nouis cardinalibus concordare nequeuntibus, Romani post plures dies eis inclusis multiplices molestias inferebant, propter quod Cardinales reginæ cœli vouerunt, quod si eius meritis concordarent, & abire libere possent, octauam suæ natiuitatis diu, neglectam celebranda de cæterò statuerūt. Sicque ad Cœlestinum Papam conuenerunt, & liberati sunt. Sed quia idem Cœlestinus viuit solum xviij. diebus non potuit votum implere: quòd postmodum dictus Innocentius eius successor impleuit. ¶ Et † nota quod Ecclesia tres natiuitates solennizat, scilicet Ioannis baptist. & beatæ Mariæ & Christi: siquidem Ioannes fuit lucifer, quia sicut lucifer præcedit solem, sic ipse Christum. Primus enim aperte prædicauit. Maria fuit aurora, natiuitas Christi ortus solis, quia in eo splendor patris apparuit. Prædictæ autem tres natiuitates designant tres spirituales natiuitates. Nam renascitur cum Ioan. in aqua, cum Maria, in pœnitentia, & cum Christo in gloria. Cùm igitur oporteat, quod contritio præcedat natiuitatem baptismi in adultis & natiuitatem gloriæ similiter, ideò meritò illæ duæ vigilias habent. Sed cùm pœnitentia tota sit pro vigilia, non oportuit, quod ipsa vigiliam haberet: & ideò hoc beatus Fulbertus episcopus Cardinalis fecit illa tria responsoria: Stirps Iesse. Sorlem iustitiæ. &, Chorus nouæ Hierusalem.

SVMMARIVM.

1 *Crucis exaltatio, vnde ortum duxerit.*
2 *Crucis inuentio, superior est exaltatione.*
3 *Crucis exaltatio, quod habeat officium.*

De Exaltatione sanctæ Crucis.
CAP. XXIX.

EXaltatio † sanctę crucis dicitur, quia Cosdroës rex Persarum Hierosolymam venit, & lignum Domini cum inde secum tulit, & facta domo cœlo simili, & in ea eadem sedem sibi fecit, & lignum à dextris posuit loco Filij: gallum verò à sinistris, loco Spiritus sancti: & ipse stans in medio, se Deum vocari iussit. Quod audiens Eraclius Imperator Romanus, aciem mouit iuxta Danubium, qui fluuius est Persarum, non hunc, qui in Suenia nascitur: sed alium eiusdem nominis, inde victo filio Cosdroe singulari certamine crucem domini tulit: & cùm appropinquaret in magna pompa Hierusalem, portæ ciuitatis per angelum clausæ sunt, ne intraret: qui cum vehementer admiraretur, audita est vox de cœlo dicens: Regem regum non sic intrasse Hierusalem phaleratum, quando pro omnibus pati venit: sed humilé & super asinam sedentem. Et statim recognoscens elationem suam, de equo descendit, & humiliatus est valdè, & portæ ei sponte apertę sunt & nudis pedibus ciuitatem intrauit, & in eius introitu multi diuersorum morborum generibus detenti, curati sunt per crucem: & Imperator ipse in has deuotissimas crucis prorupit laudes, dicens: O crux splendidior cunctis astris, mundi celebrior hominibus, &c. Ille ergo crucem exaltauit, exaltationis diem in futurum episcopis sibi consentientibus in suo imperio statuit esse solennem. Sergius verò Papa, longis post temporibus in sacrario beati Petri inuenit capsam argenteam, & in ea crucem, ex salutiferi ligni magna portione compositam, lapidibus pretiosis adornatam, quæ posita in basilica Saluatoris, adoratur à populo in die exaltationis. ¶ † Est autem maius festum inuentionis, quàm exaltationis, propter authoritatem instituentis. Nã illud à Papa, scilicet Eusebio, istud ab Imperatore statutum est. ¶ In † hoc festo dicitur epistola, quæ dicitur in ramis palmatum: quia in ea agitur de exaltatione sanctæ crucis. Alij legunt illam: Christus factus est. ad Philip. ij. capit. ¶ Legitur etiam in quibusdam Ecclesiis euangelium in quo fit mentio de aduentu Christi & fulgure. Sicut fulgur erit, &c. quod dici consueuit tempore aduentus. In aliis verò dicitur euangelium de Nicodemo, quod quidam dicunt in festo inuentionis sanctæ crucis: ibi enim dicitur: Sicut Moses exaltauit serpentem in eremo, ita exaltari oportet Filium hominis. Communiter tamen dicitur, quod melius est euangelium: Nunc iudicium est mũdi. Ioan. xij. c. in quo dicitur: Cum exaltatus fuero à terra omnia trahã ad meipsum. ¶ Prefatio verò illa dicitur, quę ante Pascha per quindecim dies seu in quibusdã Ecclesiis per quinque dicitur, vel vt alij volunt, illa, quę dicitur in tempore Paschali: Dicitur etiã ad horas capitulum, Christus factus est pro nobis. ad Philip. secundo capitulo.

SVMMARIVM.

1 *Matthæus, Leuita fuit. & Hebræus.*
2 *Matthæus, item alij euangelistæ, quibus temporibus scripserint euãgelia.*

De festo sancti Matthæi Apostoli & Euangelistæ.
CAP. XXX.

1 BEatus † Matthæus Leuita fuit. Erat autem Hebræus, & ideò Hebraicè scripsit Hebræis in Iudæa, sed posteà liber eius fuit translatus in Græcum, deinde in Latinum. Et nota, quod euangelium quod ipse propriis manibus anno Domini xl. scripsit, cum ossibus beati Barnabæ repertũ est. Quod quidẽ euangelium beatus Barnabas secũ ferebat, & super ægros illud ponens tã fide Barnabæ, quàm merito beati Matthæi continuò liberabat. Matth. verò edidit Aquileiæ euãgelium anno Domini xliij. ¶ Dicitur hodie epistola Vnicuique vestrum Ephe. iiij. c. Alij verò dicunt: Similitudo vultus Ezechiel. j. cap. euangelium est: Dum transiret Iesus Mat. ix. c. in vigilia verò est euãgelium: Vidit Iesus Publicanum. Luc. v. cap. ¶ Prædicauit † autem sub 2 Caio Caligula Imperatore, qui sic dictus est, quoniam natus est in expeditione, & coopertus est caligis. Ioan. autem scripsit sub Nerua,

Marcus sub Nerone: de Luca incertum est, quidam tamen dicunt quod sub Nerone.

SVMMARIVM.

1 *Mauricij & sociorum vita, & finis.*
2 *Thebæ, plures.*

De sancto Mauricio & sociis. CAP. XXXI.

CVm Galli † exercuissent exercitum in Romanos, dux Ægypti col- 1
legit exercitum in quo fuit beatus Mauricius, qui sub se habebat legionem, in qua erant. vj. Mccccclxvj. Cùm ergo essent in exercitu, tyrannus voluit eos cogere adorare idola, qui noluerunt, & propterea decimam partem accepit tyrannus, & interfecit: quod videns beatus Mauricius conuertit sermonem ad socios, orans vt viriliter starent, & sic ab eo confortati, passi sunt martyrium. Fuerant autem 2
baptizati antè quàm Romã venirent. ¶ Et nota, quod dicitur † de 3
Mauricio & Thebæa legione, quod inueniuntur plures Thebæ: vna in Ægypto, vbi sunt Mauri, altera in Græca, vbi sunt Thebani: alia in India, vbi sunt Thebytæ. Isti socij Mauricij erant de Ægypto.

SVMMARIVM.

1 *Lucas, cuius fuerit, & quando ad fidem nostram accesserit.*
2 *Lucas, à quo acceperit potissimum, quæ scripsit.*

De festo sancti, Lucæ euangelistæ. CAP. XXXII.

LVcas Syrus † fuit natiõe, & Antiochenus patriarcha: & prædicauit 1
in Bithynia vbi sua morte, non martyrio vitam finiuit. Fuit etiam pictor & medicus, & secundum Hiero. fuit discipulus Apostolorum. & non domini, venit enim ad fidem post domini resurrectionem, vt legitur in glo. super Exo licet quidam dicant, quòd fuerat de lxx. discipulis domini, & scripsit euangelium in Achaia. Vixit autem octoginta quatuor annis. Ipse Euangelium & Actus Apostolorum composuit. Fuit discipulus beati Pauli, à quo † dicitur, quod docuit, sicut & beatus Marcus à beato Petro. In prologo tamen euãgelij sui inuenitur, quod ipse didicit multa à quibusdam, qui in principio cum domino fuerũt. Sed beatus Paulus non fuit à principio cum Domino: ergo non didicit ab eo, quod docuit. Solutio: Quædam didicit ab eo, & quædam ab aliis, sed maximè à beato Paulo. Creditur tamen quod ipse ad beatã Virginem tanquàm ad arcam testamenti recurrens ab ea de multis certificatus fuit, præcipuè de his, quæ sibi soli constabant, sicut de angelica annuntiatione, & Christi natiuitate, & huiusmodi, de quibus solus Luc. agit.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Iacobus minor, & Simon, fratres Domini.*
2 *Iudas variè appellatus est.*
3 *Simon, vbi prædicarit.*

De festo Apostolorum Simonis & Iudæ. CAP. XXXIII.

1 IAcobus minor frater domini, & Simon & Iudas & Ioseph, qui & Barsabas, & etiam iustus cognominatus est, ne propter iniustitiam ab Apostolatu fuisse reprobatus credatur: fratres fuerunt filij Mariæ Cleophæ, quæ Alphæo nupta fuit. Simon autem iste dictus est Zelotes, dictus est & Simon Cananæus, à Cana vico Galileæ, quod idem est. cana enim zelus interpretatur. Habuit enim magnum zelum ani-
2 marum. Iudas † enim multipliciter cognominatus est Dictus est enim Iudas Iacobi, supple frater, vt præmissum est. Dictus est etiam Thadæus, à tracha, quod est regia vestis, & Deus: vel Thadæus interpretatur, apprehendens principem. Ipse enim fuit vestis regia per ornamẽta virtutum, per quas apprehendit principem Christum. Dictus est etiã Iebæus, quod sonat cor, vel corculus, id est, cordis cultor. Inter præmissũ Ioseph & Mathiã sortes iactæ sunt, & de Simone dicitur, quod crucifixus mortuus est. Alij tamen dicunt, quod non est iste: sed Simon, qui fuit filius Cleophæ, crucifixus est. Iste † Simon prædicauit in 3
Ægypto, posteà verò venit in Hierusalem, & ibi fuit episcopus post beatum Iacobum minorem, qui dictus est frater domini, & ibi crucifixus est. Vixit autem cxx. annis, & suscitauit ante quàm moreretur cxx. mortuos. Vnde in eius legenda inuenitur, quod terdenos mortuos mersos fluctibus humanæ vitæ reddidit vitibus. Filium enim hospitis sui mersum fluctibus suscitauit. Mortuus autem est in bothoro, non in postophorio. Postophorium, vt quidam volunt, est porticus templi, in quo iacebant custodes templi. Iudas autem prædicauit apud Persas & Mædos, & mortuus est apud Armenos.

SVMMARIVM.

1 *Pantheon à quo, quo tempore, & cur Romæ ædificatum.*
2 *Sanctorum omnium festum, vnde primum. & nu 3. & quibus de causis institutum. nu. 4.*
3 *Sanctorum omnium festum ieiunium habet institutionis, & eius diei officium. nu. 6 8.*
4 *Sanctorum omnium die, quo ordine legantur lectiones.*

De festo omnium Sanctorum. CAP. XXXIIII.

1 CVm singula idola Romanorum Romæ templum † habere non possent, Romani vnum templũ in honorem Cybeles matris deorum,

rum,& omniũ Deorum ipſorum fecerunt,quod dictum eſt πάνθεον, à πᾶν, quòd eſt totum : & θεὸς, Deus. Succeſſu verò temporum Bonifacius Papa petiit à Phoca Cæſare Imperatore Conſtantinopolitano, qui præerat Romanis,templum illud ſibi dari.Quo † obtento, abiectis inde idolis,dedicauit illud quarto Idus Maij,ad honorem beatæ Mariæ virginis,& omnium Martyrum : & dictũ eſt feſtum illud beatæ Mariæ ad martyres. Nondum enim fiebant feſta de Confeſſoribus,ſed ſolum de Martyribus.Vnde tunc inſtitutum fuit feſtum beati Ioannis ante portan Latinam, occaſione martyrij, quod quantum in ſe fuit,ſuſtinuit. Statuit ergo idem Papa, vt ſingulis annis illa die celebraretur feſtum de Martyribus, ſicut in calendis eiuſdem menſis celebrabatur feſtum Apoſtolorum : & in honorem beatę Mariæ,& omnium martyrum cãtauit ibi.Terribilis eſt locus iſte, in quo eſt ſalus, &c. Quod tantum in dedicatione Eccleſiæ ſolet dici: verum Gregor.quartus hoc feſtum martyrum tranſtulit ad Calendas † Nouembris, vt tunc collectis terræ frugibus conuenienter ad hoc feſtum poſſent copioſiùs victualia inueniri, inſtituens tunc fieri feſtum non ſolum Apoſtolorum & martyrum,ſed etiam Trinitatis, & Angelorum & confeſſorum, generaliter omnium Sanctorum & Sanctarum, & etiam electorum, vt patet in hymno : & illius officium ordinauit. ¶ Inſtitutum † autem fuit hoc feſtum quatuor de cauſis.Primò propter præmiſſam templi dedicationem. Secundo,propter omiſſorum feſtorum ſuppletionem. Non enim ipſorum multitudinem de omnibus feſtare ſpecialiter valemus. Tertiò, propter negligentiam in feſtis,quæ celebramus,commiſſarum expiationem. Et hæc ratio tangitur in ſermone,qui hac die in Eccleſia recitatur,vbi ita dicitur:Decretum eſt, vt die iſta omnium Sanctorum memoria habeatur, vt quicquid humana fragilitas per ignorantiam, aut negligentiam, vel per occupationem rei ſecularis in ſolemnitatibus Sanctorum minus peregiſſet, in hac ſancta obſeruatione perſoluatur. Quarto propter facíliorem orationum noſtrarũ interpretationẽ. Facilius enim quoc perimus,obtinebimus,ſi ſimul omnes intercedãt pro nobis,quia impoſſibile eſt multitudinem non exaudiri.Vnde in oratione hodierna dicitur:Multiplicatis interceſſionibus largiatis.¶ Quare autem feſt: Sanctorum celebrentur,dictum eſt in proœmio huius partis.Hoc† feſtum habet ieiunium inſtitutionis : nec debet quis comedere illa die vſque ad veſperas, nec ieiunium debet mutari,vt quidã faciunt propter ſanctum Quintinum. Quia verò hoc feſtum omnium Sanctorum eſt generale, ideò variatur illius † officium, prout habetur varietas omnium Sanctorum.Prima enim antiphona,& prima lectio,& primi reſponſorium de Trinitate cãtatur,quia feſtũ Trinitatis:ſecundo loco cantatur de beata Maria:tertio, de angelis. quarto, de prophetis quinto, de apoſtolis : ſexto de martyribus : ſeptimo, de confeſſoribus:octauo,de virginibus : nono, de omnibus ſimul. ¶ † Authoritas autem

autem illius officij obſeruatur in lectionibus, nam in quibuſdã Eccleſiis in hoc feſto maior in Eccleſia, etiam Epiſcopus ſi præſens fuerit, lectionem legit de Trinitate, ſcilicet primã, vel Decanus, vel ſaltem Sacerdos & ſic fit deſcenſus per perſonas in legendo vſque ad pueros. Octauam namque lectionem de virginibus,legit vnus ex pueris:nam ſemper nonam lectionem maioris eſt legere. Octauum etiam reſpõſorium dicunt de virginibus,ſcilicet Audiui vocem. quòd cantatur à quinque pueris coram altare beatæ Mariæ virginis,ſi fuerint ibi candelas in manibus tenentes ad repræſentationem quinque prudentiũ virginum lampades ornatas accenſas habentium.† Dicitur etiam capitulum.Vidi turbam.Apoc.viij.Ad miſſam verò dicitur epiſtola:Ecce ego Ioan.quæ eſt Apoc.v.c.Allelu-Ia:O quàm glorioſum. Apoca. vij.c.Euange.Videns Ieſus turbas Matth.v. In vigilia verò,dicitur Epiſt.Ecce ego Ioan.Apoc.v.c.Euang Deſcendens Ieſus.Luc.vj.c.

SVMMARIVM.

1 *Mortuorum officium dicitur,agenda,vel exequiæ,& quare.*
2 *Mortuis cur officium inſtitutum,& à quibus primùm.nu.3.& 4.*
5 *Mortuorum memoria, à variis variè fit, qua percurrit generatim per num.6.7.8.9.10.11.12.& 13.*
14 *Mortuorum anniuerſarium,obſeruatur triplicici de cauſa.& nu.15.16*
18 *Anniuerſarium an celebrari debeat,aut poſſit die feſtiuo.*
20 *Mortuorum officium quotidie vſurpare,an indecens.& nu.19.*
21 *Mortuorum nomine ſuffragia facta,quid proſint.*
Eleemoſyna facta nomine,vnius ſpecialis defuncti,an plus proſit,quàm communis.
22 *Mortuis an proſint ſuffragia hominis,in peccato iacẽtis,vide & nu.23.*
24 *Mortui an ſciant ſuffragia,qua eorum nomine fiunt.& nu.25.*
26 *Mortui an curent viuos.*
27 *Mortuorum officium,imitatur Chriſti ſepulturam.& nu.28.29.*
30 *Pax dari non debet in Miſſa defunctorum.& nu.32.*
31 *Mortui corpus non debet eſſe in Eccleſia, quandiu de tempore concurrenti dicitur.*
33 *Mortuorum officium vnde incipiat & eius forma.& num.34.*
36 *Sacerdos Miſſã defunctorũ celebrãs vt eius mortẽ incurrat,deponatur.*
37 *Mortui cadauer lauare,quid referat.*
38 *Mortuus à quibus ſit portandus ad ſepulturam.*
Mortui corpus qua forma & ſolennitate condatur in ſpelunca,& qualiter ſepeliatur.nu.39.aut quo habitu.40.41.
42 *Chriſtus,an poſt reſurrectionem fuerit aliquibus veſtibus vſus.*
43 *Homines an erunt nudi poſt diem iudicij,an verò amicti.*
44 *Defuncti an loqui poſſint.*
45 *Miſſa defunctorum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

De officio mortuorum. CAP. XXXV.

HOc loco de officio mortuorum dicendum est. Et † quandoque vocatur Agenda, ab ago agis, quia inter cæteras sui significationes agere idem est quod celebrare. Inde ergo officium, ordinatum ad celebrem defunctorum memoriã, agenda vocatur: quandoque etiam vocantur exequiæ, ab exequor exequeris, quia inter alias sui significationes, exequi idem est quod extra alia sequi. Officium ergo seu obsequium in sepulturis mortuorum exequiæ vocantur, quia celebrantur dum mortui extra viuos sepeliendi feruntur, vel quia extra horas canonicas speciales, & singulares habent obseruãtias. Sane hoc officium continuatur festo omnium sanctorum, & sunt tres dies continui tribus mysteriis deputati. Nam vigilia omnium sanctorum, dies est afflictionis solẽnitas, dies exultationis: hodie verò dies orationis. In primo nos ieiunando affligimus, præsentis vitæ miseriam recolentes. In secundo beatitudini sanctorum congaudemus, gratiarũ actiones Domino referentes. In tertio pro his, quæ in purgatorio detinentur oramus: eis modo à minorum, modò plenam absolutionem orationibus impetrantes. Siquidem † commemoratio omnium fidelium defunctorum instituta est fieri ab Ecclesia tali die, vt generalibus beneficiis adiuuentur quia spiritualia habere non valent. de consec. dist. j. visum. sicut & de festo omnium sanctorũ præmissum est. Sicut enim Petr. Damianus ait sanctus Odilio comperiẽs, quòd apud Vulcanum Siciliæ crebræ voces & vlulatus dæmonum audiebantur plangẽtium, pro eo, quòd animæ defunctorum per eleemosynas & rationes de eorum manibus eripiebantur, ordinauit in suis monasteriis, vt post festum omnium sanctorum fieret commemoratio defunctorum, quòd fuit postmodum à tota Ecclesia approbatum. Primò ergo videamus, à quibus institutum fuit officium mortuorũ. Secundo, vbi habuit initium. Tertiò, de modo celebrandi illud. Quartò, de modo sepeliendi. ¶ † Fuit ergo primo institutum ab apostolis sed ab Origene, vt testatur Isid. in lib. de Ecclesiasticis. Officiũ, fuit adauctum & ex maxima parte ordinatum. Vnde ipsum commendat beatus Aug. in Enchirid. dicens eum fuisse secundum in Ecclesiasticis officiis post apostolos. Hoc † officium initium habuit in veteri lege. Nam sicut ait Amb. xij. q. ij. quia mortuo Iacob Ioseph, & alij fratres sui cum multis Ægyptiis attulerunt eum in Ebron, sed priùs fleuerunt xl. diebus in Ægypto, & posteà fleuerunt eum vij. diebus in arca Achad. Gen. l. c. Item legitur in Deut. vlt. c. quod mortuo Mose fleuit populus Israël xxx. diebus, & similiter fecerunt de Aaron & de Maria. Item, dicit Salomon: Luctus filij sapientis mortui, septẽ diebus. Luctus stulti filij, sempiternus, ideo quia in æternum morietur. ¶ Nota autem, quòd † quidam faciũt memoriam, pro defunctis die tertia, seu per tres dies repræsentantes tridua[illegible] domini sepulturã: seu respectum habentes ad resurrectionem

nem Christi, qui tertia die resurrexit, resurrectionem cum Christo mortuis peroptantes: seu ad trinitatem, vel vt quia viuentes tripliciter peccauerũt, videlicet cogitatione, verbo, & opere, remittãtur eiusdem. Alij verò faciũt missam celebrari septem diebus seu per septem dies, & vtrũque ostenditur in lib. Num. xix. c. vbi dicitur, quòd qui tetigerit cadauer mortui hominis, immundus erit septem diebus: vnde aspergatur aqua tribus diebus & septem, & sic mundabitur. de consecra. dist. j. aqua. ¶ Sanè immundus propter cadauer mortui hominis, significat pollutam animam propter mortua opera. Celebratur ergo 6 per septem dies. Primò vt † defunctus ad Sabbatum æternæ quietis citius valeat peruenire. Secundò, vt ei remittãtur omnia peccata quæ commisit in vita, quæ per septem dies ducitur. Tertiò, propter septenariũ animæ & corporis. Anima enim tres habet vires, scilicet rationabilitatem, cõcupiscibilitatem, & irascibilitatem. Corpus verò constari ex quatuor elemẽtis, vt ergo peccata, quæ homo per hoc septenarium siue in hac vita, quæ per septẽ dies ducitur, cõmisit, deleãtur, septenariũ mortuis celebratur. Quartò sicut filij Iacob defuncti fleuerunt per septem dies, vt præmissum est, ita & Ecclesia pro suis de- 7 functis celebrat officium septem diebus. ¶ Quidam † autem faciunt nouendinale, id est, officium nouem dicrũ, vt per hoc officiũ mortuorum, animæ à pœnis liberatæ, nouem angelorum ordinibus associentur. Hoc autem à quibusdam non approbatur, ne Gentiles imitari videamur, à quibus hoc sumptum esse videtur, qui nouẽ diebus lugebãt mortuos suos: & in ix. die cineres eorum pyramidibus vel in bu- 8 stis recondebant. ¶ Alij verò celebrari faciunt † pro defunctis xxx. dies vel trigesimo die. Primo, quia filiis Israël tot diebus fleuerunt Moysem & Aaron, vt præmissum est: Secundò ideò quia ter decẽ faciunt xxx. per ter enim Trinitatẽ, per decem decalogum intelligimus. Ter denarium ergo mortuis facimus: vt quod in obseruatione decalogi seu præceptorum Christi, & contra Trinitatem peccauerunt, eis Dei misericordia condonetur. ¶ Tertiò, quia numerus lunę xxx. diebus perficitur, ideò trigesima die, vel xxx. diebus fit mortuis officiũ, 9 vt opera eorum corã Deo plena esse intelligãtur. ¶ † Quidã quoque quaterdecies celebrãt siue quadragenarium faciunt vt quod illi in doctrina quatuor euangeliorũ & in x. præceptis legis peccauerunt sibi condonetur. ¶ † Rursus, qui diem quadragesimum seruabit, repræsentant dominicam sepulturam, optantes mortuos gloriam habere cum Christo, qui quadraginta horis iacuit in sepulchro computata hora, in qua emisit spiritũ: & vlti. hora noctis dominicæ, in qua resurrexit secundum Augusti. Repræsentant etiam quòd vt præmissum est mor- 10 tuo Iacob filij eius luxerunt quadraginta diebus. ¶ † Alij quinquagenarium faciunt, quoniam sicut Beda & Greg. dicunt in gl. super locum illũ, vbi habetur, quòd Abraham, quæsiuit à domino volente subuertere Sodomam: Si quinquaginta fuerint ibi, nunquid destrues eos? &

Universidad de Deusto
Biblioteca

eos? & respondit Dominus. Non. Quinquagenarius numerus perfectus est,& significat annum iubileum,id est,octauam ætatem, in qua erit remissio, & plena libertas. Vt ergo animæ defunctorum plenariam libertatem, & peccatorum suorum remissionem adipiscãtur: quinquaginta diebus pro illis celebrant officium. Præterea dicitur in Marco: Vnum granum afferebat triginta, & vnum quinquaginta, & vnum centum: ¶ Alij † sexagenarium, pro eo,quia sexagesima significat mœrorem Ecclesiæ propter absentiam sponsi : & ei in consolationem duæ alæ dantur, vt dictum est in vj. parte sub dominica quadrageſimæ : sic & hic repræsentant mœrorem, propter absentiam defuncti sui,in quorum consolationem & animæ defuncti expiationem sacrificium Domino offertur, & pauperibus eleemosynæ largiuntur. ¶ Nonnulli etiam † celebrant centesimum diem , vt mortui transeant à læua,in dexteram, à militia,in triumphum, à terra, in cœlum,à miseria,in gloriam,à morte,in vitam. Optant enim illis æternam beatitudinem,quæ per centenarium,vltrà quem non est numerus designatur. ¶ † Quidam vero anniuersarium obseruant triplici de causa. ¶ Primò vt defuncti de annis calamitatis perueniant ad annos æternitatis,siue ad vitam æternam , quæ sine fine est , & quasi annus in se reuoluitur,vel quia ibi est idẽtitas & nulla reperitur varietas. ¶ † Secundò,quia sicut sanctorum anniuersarium ad ipsorum honorem & nostram vtilitatẽ celebramus,prout dictum est in procem. huius partis,sic & anniuersarum defunctorum,ad ipsorum vtilitatẽ & nostram deuotionem. ¶ Tertiò, dies anniuersarij pro defunctis † ideo repetitur quoniam secundũ Augustinum qualiter sit eis in alia vita,nescimus & melius est,vt eis supersit beneficium nostrum,quam desit xiij. quæst. ij. non æstimamus. Anniuersarium autẽ si contigerit in die dominica vel in aliqua celebrari solennitate , non debet mutari ad sequentem diem,prout fit in festis sanctorum:sed fiat in die præcedenti, vt citius occurrantur pœnis defunctorum:quas in purgatorio sustinẽt:defuncti enim nostro indigent auxilio & beneficio , sed non sancti. ¶ Dicit quidem festiuo † anniuersariũ celebrari non debet,nec missa pro defunctis dici, nisi corpus præsens fuerit:tunc sic, quia omni tẽpore potest missa pro defunctis celebrari cadauere præsente , nisi in parasceue,tunc enim non debet corpus intumulari , nec missa pro eo cantari : quia tunc corpus Christi immolari non debet , sed vsque in crastinum reseruetur , & tunc scilicet in sabbatho potest missa pro illo cantari , & corpus sepeliri. Similiter siquis in die Paschæ moriatur, corpus eius vsque in chrastinum reseruetur super terram , & tunc cum celebratione missæ sepeliatur. Non enim debet corpus sepeliri absque missa quamuis contrarium fiat in plerisque locis. ¶ † Licet autẽ secundum Gabilonen cõcilium.de consecra.distin.j.visum,quotidie sit pro defunctis orandũ , & sacrificandum , in præmissis tamen diebus specialiter agitur ab amicis. Siquidem aliqui omni tempore, festiuis diebus duntaxat exceptis, generaliter orant pro defunctis, in officio vespertinali & matutinali , alij missam pro eis quotidie celebrant,alij in mensis initio nouem psalmos,nouem lectiones & nouem responsoria cantant: & quidem sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare,vt à peccatis soluantur.In quibusdam locis non dicitur in Ecclesia officium mortuorum , à quinta feria cœnæ Domini : vsque ad octauas Pentec. dicẽtes, quod omnia officia illius temporis debent esse breuia , nec in dominicis diebus. ¶ Legitur autem , quòd quidam Abbas prohibuit monachos suos celebrare dominicis diebus pro defunctis:sed mortui propter hoc purissimis verberibus eum afflixerunt, & ideò prohibitionem huiusmodi reuocauit. ¶ Et nota † quòd suffragia quia fiunt in Ecclesiis pro defunctis valde bonis,actiones sunt gratiarum:illæ enim animę quæ sunt perfectè bonæ statim cum egrediuntur à corporibus euolant ad cœlos,nec subsidiis nostris egent: extrà ad celebr.missæ cum Marthæ,ad fi.xiij.quæstio.j.tempus. Pro valdè malis fiunt qualescunque consolationes viuorum. Eis enim subsidia nostra non prosunt,quoniam animæ:illorum statim descendunt ad infernum.Pro mediocriter bonis,cui scilicet sunt in purgatorio,fiũt expiationes, pro mediocriter malis, qui scilicet sunt in inferno, fiunt propitiationes,siue pœnarum mitigationes. Nam secundum August.quibus prosunt, aut prosunt, vt sit plena remissio: aut certè, vt tolerabilior sit damnatio.xiiij.quæst.ij.tempus.in fin.quidam tamen pro eodẽ sumunt mediocriter bonos. & mediocriter malos , quos vocant non valde bonos,qui videlicet intrant purgatorium,qui viuentes iniunctam pœnitentiam non perfecerunt:quibus prosunt eleemosynæ,orationes,ieiunia,& sacrificia,quæ pro eis fiunt:nam vt dicunt,eis qui sunt in inferno nihil prosunt.¶ Illud † etiam nota,quod secundum Hieron.de consec. distinct. v . mediocriter. cùm pro cunctis animabus psalmos vel missa dicetur , non minus , quàm si pro quolibet diceretur , accipitur. Circa hoc tamen dici potest,quòd si suffragia fiunt in speciali,magis prosunt illis pro quibus specialiter fiunt , quàm aliis. Si fiunt in genere seu in communi magis prosunt illis , qui plus meruerunt in hac vita vt sibi prodessent, vt in dicto cap.non æstimemus. & cap. tempus.si in æquali vel maiori necessitate existunt.Licet enim secundum Aug.xiij.q.ij.non æstimemus.non prosint omnibus pro quibus fiunt:qui tamen nescimus quibus prosint vel non, pro omnibus facienda sunt, ne aliquis prætermittatur: melius namque supererunt eis,quibus nec obsunt, nec prosunt,quã desint eis,quibus prosunt, & ideò dies anniuersarij fit vt præmissum est.Sed †nunquid suffragia eius,qui propter mortale peccatum in charitate non est,prosint ei, qui in charitate decessit? Respondeo opera sacramentalia,vt missa officium mortuorum, collectæ & similia per talem facta bene valent, sed & defuncto prosunt.extra de cleri.excommun. minist. cap. si tum. quia illa à Deo non operante efficaciam, habent tum: quia ille nõ proprio nomine,sed quasi syndicus omnium videlicet

in inferno damnatorum nulla fit mitigatio pœnarum; intellige capite hoc illius nomine, nempe, in inferno: id est, in purgatorio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

videlicet totius Ecclesiæ nomine hoc agit secundum ea, quæ dicta sunt in proœmio quartæ partis. Si verò tanquam priuata persona: suffragia facit aut hoc facit agit alio nomine, aut suo proprio: si alieno, vt quia defuncti seu alterius in charitate existentis iussu: de illius bonis eleemosynam tanquã minister pro eo facit: tunc quidem ille prodest, quoniã is intelligitur facere, cuius mandato facit, extra de sentent. excommun. mulieres, & qui mandat solui, ipse soluere videtur ff. de solu. cui mandato. Hinc est, quòd peregrinationis votum ab vno emissum, alter eius iussu exequi potest: extra de voto: licet. Idem quoque est si duo quorum alter in charitate est, alter non, pro defuncto psalterium legunt. † Et si eleemosyna datur iusto, vt oret pro defuncto. His etenim casibus prodest defuncto ratione charitatis hominis iusti adiuncti. ff. quòd cum fal. tut. vel act. §. extra de elect. illa contra. extra de offi. dele cum nup. Si autem suo priuato nomine, & de proprio quis pro illo eleemosynam dat, vel orat, vel ieiunat, vel alirer se affligit, quasi communiter dicũt theologi, quod talia in nullo prosunt ei. Nam legitur Ioan. ix. Scimus, quia peccatores Deus non exaudit: sed illud cæci & non Euangel. fuit verbum & Esai. j. cum multiplicaueritis orationes, non exaudiam. Manus enim vestræ sanguine, id est, peccatis plenæ sunt: imò secundum August. in ij. quæst. vij. in grauibus Dum is, qui displicet ad intercedendum mittitur, irati iudicis animus ad deteriora prouocatur. Deus enim iniquorum dona non respicit, & iustorum solum orationes exaudit. Item Domin⁹ per Amos prophetã: vota pinguium terræ, id est peccatorum non recipiam. xxiij. quæstio. j. odi. Verùm cum pauci sine crimine viuant. de pœnit. distin. ij. si enim in princip. 50. dist. quia tua talis sententia, quæ misericordiam, & tot suffragia defunctis adimit & viuorum charitatem ad illos refrigescere facit, nimis dura: & ideò non sequenda videtur 50 dist. ponderet extra de renun. nisi §. j. Si enim hominum quos conscientia culpæ arguit, suffragia condemnamus illa paucorum suffragiis iuuabũtur. † Dicendum ergo videtur, quòd quamquam suffragia eius, qui etsi non in charitate, in fide tamen illi qui in charitate decessit, non prosunt ex merito vitæ agentis: quia tamen illa fiunt: secundũm doctrinam Ecclesiæ & per eum, qui in fide est, & pro eo, qui talia recipere meruit beneficia, vbi deficit charitas agentis, supplet meritum fidei: & charitas Ecclesiæ talia dictantis, ac defuncti capaces suscipientis, necnon & liberalitas Dei misserentis, qui secundum Ambr. de pœn. distinct. j. quantumlibet beneficia non reuocat, imò cumulos liberalitatis amplificat, & sua liberalitate opus ab alio factum proinde reputat, ac si per illum pro quo fit, factũ esset. Nam secundum iura, aliquo alienum debitum exoluente, ipse debitor liberatur. ff. de pig. act. solutum. §. solutam & si seruo legata sit libertas si Titio decem præstiterit, quomodocunque illa x. præstiterit, libertas est. ff. de ita. ho. Arethusa. Sed & per eum, qui capax non est, alteri legatum & hæreditas acquiri potest. ff. ad Trebel. l. cogi. §. hi, qui. ff. si quis aliquem testari prohi-

Si quis peregrinationis votum ab vno emissum, alter eius iussu exequi non potest: è contra verò si emisit votum per se vel per alium potest alius perficiendum; nam hoc secundo modo votum est conditionatum.

prohi. l. j. §. sed si legatum. Et is qui ob crimen pro aliis postulare prohibetur pro se, & pro his, quorum curam gerit admittitur, iij. quæst. vij. §. ria. Et secundum Aug. j. quæst. j. si fuerit. quanquam in lapideo canali nil generetur tamen aqua inde transiens, terram fœcundat. Et Hieron. de pœnit. dist. j. potest hæc i. & distin. iij. pium. Si quando videritis inter multa opera peccatorum quemquam aliqua facere, quę iusta sunt, non est tamen iniustus Deus vt propter multa mala paucorum honori o- 24 blitus scatur. ¶ Sanè defuncti † sciunt suffragia, quæ pro eis fiunt tribus modis, secundum August. xij. quæst. ij. fatendum. Primo per diuinam reuelationem, quando scilicet Deus eis reuelat. Secundo, per bonorum angelorum manifestationem. Angeli enim qui hìc semper nobiscum adsunt, & omnes actus nostros considerant, quasi in instanti possunt ad eos descendere, & eis, protinus nuntiare. Tertio per animarum hinc exeuntium intimationem. Quarto, per experientiam, cum videlicet, 25 se à pœnis sentiunt reuelari. ¶ Sciendum autem, quod defuncti † valde mali nescitũt, quid à viuis agitur, nisi quatenus eis scire permittitur. Similiter nec mediocriter boni adhuc in igne purgatorij cõstituti, qui nondum Dei visione fruuntur, nisi quatenus per aliquem de præmissis modis permittitur eis scire. Sed valde boni, quæ iam ea fruuntur, bene sciunt qui hìc agitur, Iuxta illud Gregor. Quid est, quod nesciunt, qui videntem omnia vident? Alij tamen dicunt, eos scire omnia quæ eis necessaria sunt, & non alia. Vnde Esa. ex persona populi afflicti, ait: 26 Abraham pater noster, nesciuit de hoc. xiij. quæst. j. de mortuis. Et † vtrum mortuis cura sit de viuis, August. latè prosequitur lib. de cura pro mortuis habenda. Adhuc sicut August ait xiij. quæst ij. fatendum. Multi aliquos ex mortuis vel in somnis. vel alio quocunque modo viuis apparere credunt. Et vbi eorum inhumata iacerent corpora, atque vt eis sepulchra fierent, & alia huiusmodi innumera fæpè admouisse, & illa vera, reperiun. in Dialo. Gregor. & in aliis plerisque scriptis authentis reperitur. Verumtamen, vt idem August. in præmisso libro ait, quamuis mortui talia in somnis indicare vel petere videãtur, non ideo putandum est eos ista sentire: nam & viuentes plerumque apparent in somnis dormientibus, dum ipsi se nesciunt apparere & ab eis, qui hoc somniauerunt audisse dicentibus, quod eos in somnis agentes aliquid vel loquentes, viderunt. Vnde, vt dicit, credendum est, quod hæc sunt angelicæ operationes, propter dispensationem prouidẽtiæ Dei ad quælecunque solatium viuorum. Concilium enim Anquiritañ. xxvj. quæst. x Episcopi. in princ. ait, quod plerique dæmonum illusionibus & fan- 27 tasmatibus sæpe seducuntur. ¶ Officium mortuorum † imitatur omnino triduanam Christi sepulturam: sicut enim in illo triduo, ita & in hoc officio omnia laudis cantica subticemus, & solennitates quaslibet subtrahimus. nam in missa benedictiones ab Episcopo nõ petimus, nec in agenda dicimus: Domine labia mea, &c. nec Deus in adiutorium meum intende: nec Benedicamus: nec Inuitatoriũ nisi corpus præsens sit:

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit:& etiam in vigiliis, nec Gloria Patri ad responsoria, vel in fine psal. nec ad lectiones benedictionem petimus, vel damus, nec dicimus: Tu autem vel Deo gratias nec in missa allelu-Ia, nec Gloria in excelsis nec Ite missa est. Nam in veteri lege prohibitum fuit oleum lætitiæ & thus suauitatis pro peccato offerri: mors etenim est vindicta peccati, vnde vbi peccatum, ibi tenebræ, nec debet esse lætitia, nec canticorum lætitiæ decantatio, vbi est luctus & contristatio mentis, ac exequiæ pro mortuis celebrantur cum luctu. ¶ Rursus laudes † supprimimus, quia quò mortui transeunt ignorantes, nescimus vnde laudare Dominum debemus de iustitia, vel misericordia gaudium reprimimus, quia tristes in hunc mundum intramus, & tristiores eximus: non ergo sequentia debēt dici, quæ est canticum exultationis. ¶ Adhuc licet in missa pro viuis debeant omnes † thurificari ad significandum, quòd illorum orationes ad cœlestia diriguntur, in missa tamen pro defunctis non debet thus per chorum portari, nec offerri, id est altare thurificari, sed circa corpus tantum: quia hoc in lege prohibitum fuit, vt iam præmissum est. Nullus ergo in hoc officio thurificatur, ad notandum, quod mortui nil amodò valent orationibus suis promereri, vnde Psal. Non mortui laudabunt te Domine. Ipsa autem defunctorum corpora thurificantur, & aqua benedicta asperguntur non vt eorum peccata tollantur, quæ tunc per talia tolli nequeunt, sed vt omnis immundorum spirituum præsentia arceatur, & fiunt etiam in signum societatis, & communionis sacramentorum, quam nobiscum dum vixerunt habuerunt. Vnde & Dyonisius tradit, quòd antiquitus viui mortuos osculabantur, in signum vnitatis, quam cum ipsis habuerunt: prosunt etiam hæc & similia, inquantum per talia ipsi Deo reuerentia exhibetur. ¶ Quare autem duplex versus ponitur in introitu pro defunctis, scilicet: Te decet & exaudi orationem meam, &c. dictum est in sexta parte sub sabbato tertiæ hebdomadæ quadragesimæ: item in missa pro defunctis non debet intermisceri oratio pro viuis, prout dictum est in quarta parte, sub titulo de oratione. Pax † etiam, triplici ratione, non datur. ¶ Primo, quia hoc officium, vt iam dictum est triduanam Christi sepulturam vestigio sequitur: vbi pax non datur propter Iudæ osculum detestandum. ¶ Sec undo, quia non communicamus mortuis: quia non nobis respondent, Nos enim sumus in sexta ætate, illi in septima: inde est, quod † corpus nunquam debet esse in Ecclesia, quamdiu missa de die celebratur, imo prius si esset, ibi debet asportari, extra Ecclesiam, in vestibulo Ecclesiæ, quantacunque authoritate viuens fulgeret, & posteà ad missam de mortuis reportari. ¶ † Tertiò, quoniam sicut ex multis granis simul collectis vnus panis cōficitur, & ex multis racemis vinum eliquatur: sic ex multis fidelibus, quorum quidam boni, quidam mali sunt, vna Ecclesia constituitur & coadunatur. Quia ergo de mortuo homine nescimus adhuc, vtrum sit ipse de conformitate Ecclesiæ & pacem habeat cum suo creatore, & reconciliationem: ideò pacem ad missam non damus, nec

nec aliquas laudes pro mortuis referimus, quia nō est vnde agendum sit. Non enim adhuc apparet eorum requies. ¶ Quarta ratio, posita est in quarta parte, vbi agitur de osculo pacis. ¶ Illud † quoque notandum est, quod officium mortuorum incipit à vesperis, postea sequuntur vigiliæ quarum tria sunt genera. ¶ In quibusdam enim Ecclesijs leguntur nouem lectiones de Iob, & incipiunt. Parce mihi Domine, &c. In alijs leguntur de lib. Sapien. &, incipiunt, Mel us est ire ad, &c. In alijs vero de quodam sermone Augu. sed vndecunque sumantur absolutè sine: iube domine benedicere & fine, Tu autem Domine, vel alibi incipiuntur, & finiūtur, prout in exequijs, quas in dicto triduo pro Christo celebramus seruatur. Veruntamen in quibusdam Ecclesijs, loco, Tu autem Domine, terminatur, Beati mortui, qui in Domino moriuntur quę verba sunt Apocal. xiiij. cap. ¶ Frequentatur autem in hoc officio psal. Te decet † Hymnus Deus quoniam ibi agitur de reditu filiorum Israël à captiuitate in terram promissionis, sic & defuncti de captiuitatis miseria ad vitam proficiscuntur æternam, dicitur etiam psal. Domine ne in furore tuo arguas me. qui cum sit sextus in ordine psalterij, tamen pro octaua intitulatur quasi in sex ætatibus per hunc psalmum Deum rogantes, vt septimę ætatis possimus ornamenta euadere, & ad octauam gloriæ peruenire. ¶ Officium mortuorum non habet secundas vesperas, vt dictum est in sexta parte, sub titulo de vesperis. ¶ In † consilio Toletan. xxvj. quæst. v. quicunque, statutū est, quod sacerdos missam defunctorum celebrans, vt eius inimicus mortem incurrat, deponatur, & tam ipse quam eum ad hoc incitans, exilio perpetuo puniatur. Nunc videndum est qualiter corpus sepeliendum sit, & quidem quando homo videtur agere in extremis, debet poni ad terram super cineres, vel ad minus supra paleas, per quod innuitur quod cinis est, & in cinerem reuertetur: & fit hoc exemplo beati Martini, qui vt in se aliis daret exemplum, in cinere iacens vitam finiuit. Et si moriens literatus sit, legi debet passio Domini, vel saltem pars illius ante eum, vt sic ad maiorem punctionem moueatur, & debet esse crux erecta ad pedes, vt moriens eam cernens magis confortetur, & conuertatur. debet etiam supinus iacere, vt semper erecta facie aspiciat cœlum, exemplo beati Martini, & prius, quàm expiret, eius anima Domino commendetur. † Postquàm vero expirauerit campanæ debēt pulsari, prout dictum est in prima parte, vbi agitur de campanis: deinde corpus nisi viuens nouiter inunctus fuerit, debet lauari ad significandum, quod si anima per confessionem & contritionem à culpa mundata sit, vtrunque, scilicet anima & corpus æternam glorificationem & claritatem in die iudicij consequetur, quodque illi secundum Iob, vere in Domino moriuntur, & beati sunt, qui nullam secum portant maculam, sed in hoc mundo per pœnitentiam derelinquunt. Sed cum de hac lotione, neque in veteri Testamento, scilicet, Leuit. x. ca. neque in nouo, scilicet Act. v. capit. nil agatur. si omittere

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur,non multum,vt aiunt quidam,curandum esset.Et Aug.dicit in li
bro de Cura pro mortuis agẽda.Corpori humano,quod post mortem
impenditur,non est salutis præsidium, sed humanitatis officium. ve-
runtamẽ cum Maria Magdalena vnxerit Dominum ante passionem.
Matt.xxxvj.cap.fecit enim morituro quod non potuisset facere mor-
tuo Marc.xiij.cap.præuenit,inquit, vngere corpus meum in sepultu-
ram, ex hoc probari potest corpora defunctorum lauanda esse. Nam
sicut Hierony.ait in Originali super illud Matt.vj.c.Vnge caput tuum
In illis partibus vnguentis pro balneis vtebantur. Canon Toletan.
concilij.xiij.quæst.ij.qui diuina statuit quod qui diuina vocatione ab
hac vita recedunt. cum psalmis tantummodo & psallentibus vocibus
ad sepulchrum deferantur, debet † autem defunctus portari à consi-
milibus suę professionis,vt si fuerit diaconus à diaconibus,si sacerdos
à sacerdotibus,si sint ibi, aliter non est vis:quia necessitas legi nõ sub-
iacet de consec.distinct.j.sicut.extra de obseruatione ieiun.cap.ij.cle-
ricus à clericis,catholicus à catholicis.Si vero fuerit de aliqua frater-
nitate,deportetur ab aliis,qui sunt eiusdem fraternitatis, mulieribus
vero non licet corpora ferre, ne cogantur corpora sua lasciuia inci-
tantia denudare:quod facilè contingere posset.dum autem de domo
ad Ecclesiam seu sepulturam portantur,secundum quorundam loco-
rum morem ter in via pausatur.¶ Primò,ad significandum,quod ipse
in hac vita existens, vt posset dignè Domino præsentari, & cum aliis
sanctis perpetua quiete perfrui,in tribus specialiter seipsum exercita-
uit, videlicet, in Dei dilectione, in charitate proximi,& in custodia
sui:sine quo in fide sanctæ Trinitatis vixit,atque vitam finiuit.¶ Se-
cundò,ad representandum,quod Dominus triduo in ventre terræ pau-
sauit.¶ Tertiò, tres pausæ fiunt in via, vt per tres dietas psalmodiæ
quæ tunc dicitur trina fiat ei absolutio à delictis tribus modis,scilicet
cogitatione,verbo,& opere commissis.Exod.iij. Viam trium dierum
ibimus in solitudine.Deinde ponitur in spelunca in qua in quibusdam
locis ponitur aqua benedicta † & prunæ cum thure. Aqua benedicta
ne dęmones,qui multũ eam timent,ad corpus accendant.Solet nam-
que desæuire in corpora mortuorum, vt quod nequiuerunt in vita,
saltem post mortem agant. Thus vero ibi ponitur propter fœtorem
corporis remouendum, seu vt defunctus creatori suo acceptabilem
bonorum operum odorem intelligatur obtulisse,seu ad ostendendam
quod defunctis prosit auxilium orationis: carbones in testimonium
quòd terra illa ad cõmunes vsus amplius redigi non potest,plus enim
durat carbo sub terra,quàm aliud.Hędera quoque vel laurus & huius
modi,quę semper seruant virorem in sacrophago corpori substernun-
tur,ad significandum, quod qui moriuntur in Christo viuere non de-
sinent.Nam licet mundo moriantur secundum corpus, tamen secun-
dum animam viuunt, & reuiuiscunt Deo. Alia tamen consideratione
habebant in funeribus antiqui cupressos, quia videlicet sicut cupres-
sus cæ

Nota.

sus cæsa non iterum surculescit sed tota moritur: ita homo mortuus
non reuiuiscit.Fiunt etiam hęc,non quia cadaueribus insit sensus, sed
in figuram,videlicet,vel ad resurrectionem sperãdam, vel ad Dei mi-
sericordiam,seu beneuolentiam prouocandam,cui talia pietatis offi-
cia placent.Debet autem † quis sic sepeliri, vt capite ad Occidentem
posito,pedes dirigat ad Orientem,in quo quasi ipsa positione orat, &
innuit quod promptus est,vt de occasu festinet ad ortum, de mundo
ad seculum.Et in quocunque loco extra cœmeterium Christianus se-
peliatur, semper crux capiti illius apponi debet, ad notandum illum
Christianum fuisse,quia hoc signum diabolus valde veretur, & timet
accedere ad locum crucis signaculo insignitum. ¶ Debent † quoque
fideles Christiani sepeliri induti sudarijs,prout prouinciales obseruãt
quod sumunt ex euangelio in quo legitur de sudario & sindone Chri-
sti. Quidam vero cilicio insuuntur, vt hac veste insignia pœnitentiæ
repræsentent:nam cinis & cilicium, arma sunt pœnitentium. Nec de-
bent indui vestibus communibus, prout in Italia fit:& vt quidam di-
cunt,debent habere caligas circa tibias,& sotulares in pedibus,vt per
hoc ipsos esse paratos ad iudicium repręsentetur.Clerici † vero,si sunt
ordinati,illis instrumentis induti sint quæ requirunt ordines quos ha-
bent. Si verò non habent ordines sacros more laicorum sepeliantur.
Veruntamen licet in alijs ordinibus propter paupertatem hoc sæpiùs
omittatur,in sacerdote tamen & Episcopo nullo modo prætermitten-
dum est.Vestes enim sacerdotales virtutes significant,cum quibus prę
cæteris sunt duo præsentandi.Euticianus Papa statuit, vt nullus mar-
tyres sepeliat sine dalmatica,aut collobio purpurato.¶ † Circa hoc au-
tem considerandum est, vtrum Christus vestitus fuerit post resurre-
ctionem,& vtrum cœlum vestitus ascenderit, & vtrum duobus disci-
pulis euntibus in Emaus, & cæteris mulieribus, & discipulis vestitus
apparuit.Si quidem angeli leguntur vestiti apparuisse,iuxta illud Ioa.
Vidit angelos sedentes in albis. & ibi:Ecce duo viri adstiterunt iuxta
illud in vestibus albis,qui &, dixerunt: Hic Iesus qui assumptus est à
vobis in cœlum,sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in
cœlum.Nempe Christus vestibus ascendit in cœlum,iuxta illud:Quis
est iste qui venit de Edon,tinctis vestibus de bosra?Item angeli dixe-
runt:Quare rubrum est indumentum tuum?¶ Quæritur † etiã,vtrum
homines erunt nudi post diem iudicij an vestiti? & videtur quod ve-
stiti:Nam semper angeli apparere solent vestiti,&Christus etiam post
resurrectionem cum veste apparuit, & in transfiguratione vestitus
fuit Vnde & apparebant vestimenta eius alba,sicut nix.Econtrà vide-
tur,quod nudi erant,quia habet authoritas quod in eadem forma eri-
mus,in qua fuit Adam prius,quàm peccaret, & eriam in meliori: sed
tũc fuit nudus,ergo similiter nudi erimus. Solutio:Nil diffinimus de
veste,sed hoc solum dicimus,quod ibi non erit difformitas, nec vlla
aduersitas,vel infirmitas,& erimus vestiti & ornati vestimentis virtu-

tum. ¶ Quis autem & in quo loco sepeliri debet, & vtrum locus sepulturæ aliquid conferat, dictum est in prima parte, vbi de cœmeterio agitur. ¶ Illud autem nota, quòd quia scriptum est Leuit. xxj. ca. Pontifex ad omnem mortuum etiam patrem vel matrem non ingredietur, neque egredietur de sanctis. hinc est, quod Romanus pontifex ad nullius defuncti domum accedit, item quia ibidem dicitur: Sacerdotes non radẽt caput, non barbam, nec in crinibus suis facient inscissuram, ideò qui charorum morte tristãtur, barbam nutriunt, nec crines præscindunt, & etiam nigris vestibus ornantur, vt per nigredinem & dolorem consepulti mortuo videantur. Hic etiam † quæri potest, vtrum voces mortuorum loquantur? & videtur quod si iuxta illud prophetæ: Exultationes Dei in gutture eorum. Hormisda Papa I. distin. si quis diaconus. dicit, quod illi, quibus cum falsa misericordia indulserimus, ante tribunal Christi contra nos facient quæstionem. & August. xiij. quæst. ij. fatendum. dicit quod defuncti, qui nesciunt, quæ hic fiunt, dum hic aguntur, post eà audiunt ab his, qui moriendo hinc recedunt. Sed Apostolus contradicere videtur, dicens, quod tunc linguæ cessabunt. & Psal. Non mortui laudabunt te. Et nota secundum Aug. quod tempus, quod inter hominis mortem & vltimam resurrectionem interpositum est, animas abditis, id est, nobis occultis receptaculis continet. ¶ Postremò nota, secundùm magistrum Ioan Beleth. quod antiqui solebant dicere, quod quando animę in humanis sunt corporibus vocantur animæ, in infernis manes: quando verò cœlos ascendunt, spiritus: quando autem recens erat sepultura, siue quãdo Spiritus circa sepulturas errabat, vmbram vocabant. Vnde Psal. Nam si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es: & ideò tunc panem & vinum ponebant supra sepulchra mortuorum, vt dictum est sub titulo de catedra Petri. ¶ In † missa pro mortuis dicitur quandoque epistola: Vir fortissimus Iudas. i. Machab. xij. cap. quandoque: Nolumus vos ignorare de dormientibus, sicut & cæteri, qui spem non habent. j. Thessal. iiij. ca. quandoque: Audiui vocem de cœlo. Apoc. xiiij. cap. quandoque: Ecce mysterium vobis dico. j. Corin. xv. capi. Dicitur etiam quandoque euangelium: Amen dico vobis, quia venit Ioann. v. cap. quandoque: Dicit Martha ad Iesum. Ioann. xj. cap. quandoque: Sicut enim Pater suscitat mortuos, & viuificat, &c. Ioan. v. cap. quandoque: Omne, quod dat mihi Pater. Ioan. vj. c. quandoque. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi: quod est ibidem.

SVMMARIVM.

1 *Sancti coronati, & eorum nomina. nu 2.*

De quatuor coronatis martyribus.

CAP. XXXVI.

1 DE † quatuor coronatis hoc notabile reperitur quòd quinque fuerunt, qui venerant ad construendum templũ. & Diocletiano cognito,

quod essent Christiani martyrio sunt coronari: quorum nomina quia nota fuerunt, idcirco in collecta ponũtur. Post duos verò annos alij quatuor martyrium susceperunt, quorũ corpora sepulta sunt, iuxta corpora prædictorum quinque, quorum nomina quia fuerunt ignota, ideo statuit Melchiades Papa, vt dies eorum sub nominibus prædictorum quinque celebris habeatur, & sic vocatum est festum quatuor coronatorum. posteà verò fuerunt cuidam religioso eorum 2 nomina reuelata, scilicet † Seueri, Seuerini. Carpuphori, & Victorini: nomen tamen festi propterea mutatum non est, nec etiam dies in Calendario.

SVM-MARIVM.

1 *Martinus, dicitur par Apostolis, & quâ id ratione.*
2 *Martinus, solus inter Confessores habet octauas institutionis.*

De beato Martino Episcopo & Confessore.

CAP. XXXVII.

1 DE beato † Martino sciendum, quod dicitur par Apostolis, non propter suscitationem mortuorum quorũdam vt quidã putant: cum idẽ multi alij fecerint martyres, & confessores, vel propter multitudinem miraculorum: sed specialiter propter vnum miraculum. Cùm enim esset Thuron Archiepiscopus, venit ad eum quidam pauper & inops tunicam ab eo petens, & ipse concessit. Iussit ergo procuratori suo vt emeret. Ille verò iuit ad forum & tardus rediit, tunicam vilem portans: quæ ferè penula quasi penè nulla poterat dici: quam vir sanctus sibi monstrare fecit. Erat autem breuis fortè, vsque ad genua: manicæ vsque ad cubitum, extrahens ergo suam, pauperi dedit, & ipse pauperis tunicam induit. Nec multò post præparauit se ad celebrandum missam, & stans ante altare, sicut mos est in præfatione, leuauit manus ad Dominum, Manicis laxis retrò labentibus, licet nec grossa eius brachia nec multum canosa esset: & cum præfata penula, non nisi vsque ad cubitum protenderetur, remanserunt eadem brachia nuda. Tũc venerunt miraculosè aurei torques, ipsaq; decenter operuerunt, & globus igneus apparuit super caput eius, per quod demonstratũ est, Spiritũ sanctũ super eum descẽdisse ad robur, sicut sit- 2 per Apostolos in Pẽtecoste. Vnde propter hoc nõ immerito dictus est par Apostolis: est etiã eis par in officio. ¶ † Considerandũ autem est, quod ipse solus inter Confessores institutionis habet octauas, sicut beatus Laurentius inter martyres, ille enim dixit: Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. & Martinus in agone mortis dixit dæmoni adstanti: Nil inuenies in me cruenta bestia, ecce quomodo concordãt. ille præpollens martyr, quare præ omnibus aliis octauas. & vigiã habet: iste cõfessor excellens, quare præ omnibus aliis octauã habet. Cappam eius reges Francorũ consueuerunt portare in præliis, vt dictu est in secũda parte, vbi agitur de sacerdote. Fortuna-

tus Poëta vir vita egregius, & ingenio præclarus, de Italia Thronis veniens gesta beati Martini conscripsit tempore Ioannis Papæ tertij.

SVMMARIVM.

1 *Andreæ Apostoli statura, & vbi ille prædicarit. numer. 1. eiusque dici officium. nu. 3.*

De beato Andræa Apostolo. CAP. XXXVIII.

SAnctus Andræas† niger fuit colore, barba prolixa, staturæ mediocris: hoc ideo dicitur vt sciatur qualis in Ecclesia debet depingi, & de vnoquoque Apostolorũ & aliorum multorũ sanctorum sciendum esset. Prædicauit autẽ in† Achaia & Athenis, & circa partes illas. Excellentis fuit valde meriti, nec fine causa beatus Gregorius fuit sibi adeò deuotus, quod, sibi fecit proprium officium, & monasterium condidit & ibi monachus extitit: vigiliam ex institutione non habet, quia est in tempore ieiuniorum, quare non fuit necesse instituei ei vigiliã, & idem est de beato Thoma Apostolo. Sanè ossa eius ac beati Lucæ euangelistę tempore Constantini secundi Imperatoris translata sunt apud Constantinopolim. Hac die dicitur epistola. Corde† creditur ad iustitiam Roma. x. c. & euangeliũ: Ambulans Iesus iuxta mare. Mat. iiij. c. ¶ Postcõmunio. Venite ad me quæ est ibidẽ. ¶ In vigilia verò est introitus: Dominus secus mare. Mat. iiij. c. Et euangeliũ: Stabat Io. & ex discipulis. Ioã. j. c. ¶ Postcõmunio: Dixit Andræas. Ioã. j. c.

SVMMARIVM.

1 *D. Nicolai historia vnde introductum, vt legatur in Ecclesia.*

De beato Nicolao. CAP. XXXIX.

LEgitur, quod cũ in quadã, Ecclesia, quæ dicitur Crux subiecta monasterio beatæ Mariæ de charitate† nondum historia beati Nicolai cantaretur, fratres eiusdem loci priorem suum, vt eam sibi cantare liceret, instanter rogauerunt: ille verò hoc præcisè negauit, dicens incongruum fore pristinum morem nouitatibus immutare. Illis verò instantibus indignatus respondit: Recedite à me, quia noua cantica, imò ioculatoria quædam in mea Ecclesia non cantabuntur. Adueniente autem eiusdem Sancti festiuitate, fratres cum quadam animi tristitia matutinales vigilias peregerunt. Cúmq; omnes se in lectis recepissent, ecce beatus Nicolaus priori visibiliter terribilis apparuit, quem à lecto extrahens per capillos, dormitorij pauimento allisit, & incipiens antiphonam: O pastor æterne, per singulas vocum differentias virgis, quas in manu tenebat grauissimos ictus super dorsum illius ingeminans, per ordinem morosè cantando antiphonam ipsam ad finem vsque perduxit: omnibus ergo illis clamoribus excitatis, semiuiuus ad lectum deportatur, qui tandem ad se rediens dixit: Ite & historiam nouam sancti Nicolai decantate. Tempore Henrici quarti Impe-

Imperatoris ossa sancti Nicolai apud vrbem Beneuentum translata sunt.

SVMMARIVM.

1 *Beda, cur dictus venerabilis. & nu. 2. & vbi sepultus. ibid. in fine.*

De venerabili Beda Presbytero. CAP. XL.

BEda venerabilis presbyter, & monachus egregius, expositor, claruit in Anglia, circa annum domini ccccccclxvj. qui licet in Sanctorum catalogo computetur non tamen ab Ecclesia† sanctus, sed venerabilis appellatur, duplici ratione. ¶ Primò, quia cùm præ nimia senectute eius oculi caligarẽt, faciebat se duci per villas, & castra, vbiq; verbũ domini prædicando, cúmq; quadã vice per quãdã vallem magnis lapidibus plenã transiret, quidã ex doctoribus deteriorè dixit ei, quòd ibi erat magnus populus, cõgregatus, expectans eius prædicationem auidè & silenter, & tunc incepit ille prædicare feruenter, & cum in fine conclusisset. Per omnia secula seculorum: mox omnes lapides altæ voce clamasse dicuntur: Amen † venerabilis pater, & ideò venerabilis pater appellatur. Alij vero asserunt, quod angeli respõdentes: Bene dixisti, venerabilis pater. ¶ Secunda causa est, quia post eius mortem clericus quidam sibi deuotus quendam versum edere cupiebat quem in illius tumulo sculpi facere intendebat, incipiẽdo sic: Hac sunt in fossa: volens versum terminare, Bedæ sancti ossa: sed quia talẽ finem versus congruitas non patiebatur, & sedula mente reuolueret, nec congruum finem videret, dum quadam nocte multum super hoc cogitasset, mane ad tumulum properans manibus angelicis taliter versum scriptum, reperit finitum. Hæc sunt in fossa Bedæ venerabilis ossa. Eius autem corpus apud Ianum deuotione congrua dicitur coli.

SVMMARIVM.

1 *Thomæ Apostoli officium ecclesiasticum.*

De sancto Thoma Apostolo. CAP. XLI.

HIstoria† seu legenda de sancto Thoma Apostolo, & si quid ex ea in responsoriis vel antiphonis sumptum reperitur inter apocrypha deputatur: in ipso autem festo legitur ad missam Euangelium. Thomas vnus ex duodecim. Ioan. xx. cap.

SVMMARIVM.

1 *Stephani, & Ioannis Euangelistæ, & Innocentium festum cur comitentur natiuitatem Domini.*
2 *Martyrium est triplex.*
3 *Stephani officium & nu. 4. 15.*

5 *Alchuinus composuit sancti Stephani historiam.*
6 *Ioannes Euangelista passus est martyrium: quod est voluntate, nõ opere.*
7 *Ioannis Euangelistæ officium.*
8 *Ioan. Euangelistæ: obiit in festo Ioannis Baptistæ. & nu. 6.*
10 *Innocentes tertium martyrium sustinuerunt, quod est opere, & nõ voluntate. Et cur illud festum celebret Ecclesia. nu. 14.*
11 *Innocentium festum cur non admittat cantica lætitiæ, & eorum officiũ. nume. 12, 13.*

De sanctis Stephano, & Ioanne Euangelista, & Innoc.

CAP. XLII.

POst domini natiuitatem sequenti die fit festũ de obitu beati Stephani protomartyris: & tamen ipse fuit passus in Augusto. Quare autem hoc festum sub festo inuentionis eius dictum est. ¶ Quæritur, quare † hac tria festa, videlicet Sanctorum Stephani, Ioannis, & Innocentium immediatè post festum natiuitatis domini ordinantur? Respondeo. Primò vt Christo capiti & sponso omnes sui comites adiungantur. Natus enim Christus spõsus Ecclesiæ in hunc mundum tres sibi comites adiunxit, de quibus dicitur in canticis: Dilectus meus candidus & rubicundus electus ex millibus: candidus quantùm ad Ioannem Euangelistam pretiosum virginem, & confessorem: rubicundus quantum ad Stephanum protomartyrem: electus ex millibus, quantum ad magnam turbam Innocentium. Secundò vt sic Ecclesia omnium martyrum genera: quorum quidem martirij Christi natiuitas causa fuit insimul adunare. Triplex † est enim martyrium. Primum voluntate, & opere: & tale fuit martyrium beati Stephani, & hoc est dignissimum in gene. Hoc autem dicimus: quia aliqua circũstantia facere posset, quod aliquis concessor aliquo martyre dignior esset, & ideo festum eius præcedit alia, & continuatur festo dominicæ natiuitatis. Vnde in ipso festo legitur: Mortem quam Saluator dignatus est pro omnibus pati: hanc ille primus præ omnibus reddit Saluatori. Et iterum Christus heri natus est in terris, vt hodie nascereretur Stephanus in cœlis. ¶ In † festo beati Steph. introitus est: Et† enim sederunt Principes, & aduersum me loquebantur. in quo ostenduntur insidiæ principum Iudæorum beato Steph. insidiantium. Epistola est. Actu. vj. c. Stepha. plenus gratia & fortitudine, quæ sicut dicit Augustin. in sermone huius diei cùm plurimum habeat admirationis in ipsa specie, non minùs continet in mysterio dignitatis, in qua narratur tam passio ipsius, quàm passionis causa, & meritum seu remuneratio: & hæc etiam insinuantur, & repræsentantur in responsorio, quod est: Sederunt principes, & aduersum me loquebantur, & in illo, quod est: Video cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris Dei. Actu. viij. c. Et in offertorio, & in postcommunione: Video cœlos apertos. Act. vij. ca. Et in nocturnali etiã officio idẽ repetitur, vt ostendatur

datur quòd sæpiùs consiliati sunt principes Sacerdotum in mortem
4 eius Euãgeliũ est: Ecce † ego mitto ad vos. Matt. xxij. cap. Et sequitur. Hierusalem, Hierusalẽ, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, &c. Stephanus enim fuit lapidatus: dicitur etiam ibi à sanguine Abel iusti, sicut enim ille fuit Protomartyr in veteri Testamento: sic iste in
5 in nouo. † Historiã sancti Steph. cõposuit Alchuinus Caroli magister, & Capellanus nocturnales antiphonas de psalmis, quibus attitulantur, Accepit, cætera de Actibus Apostolorum: antiphonis etiam laudum quidam versus præmittuntur, prout dictum est in sexta parte, sub dominica de Trinitate. Frequentatur autem in versiculis alleluia, vel propter solemnitatem dominicæ natiuitatis, vel propter gaudium de consortio Stephani angelicæ concionis. Dicitur enim illud capitulum Stephanus plenus gratia & fortitudine, & illud: Surrexerunt quidam. quæ sunt: Actu. vj. capitu. & illud: Cum esset Stephanus
6 plenus Actu. vij. capitul. Secundum † martyrium est voluntate, & non opere, quale fuit martyrium Ioannis euangelistæ, qui martyr fuit, sicut patet in illa antiphona: In feruentis olei dolium missus Ioannes Apostolus diuina se protegente gratia illæsus exiuit vt sicut consenserit carnis æstum, quia virgo fuit mente & corpore, sic nec æstum feruẽtis olei senserit. In natali autem eius canitur, in quibusdam Ecclesiis vna missa in exordio lucis, ad notandum, quod ipso accepto lumine huius mundi sacrificium virginitatis semper obtulit Deo: qui enim non poterat habere vigiliam propter festum beati Stephani, statutum fuit, vt duas missas haberet. In missa de beato Ioanne epistol. Qui ti-
7 met † Deũ faciet bona. Eccl. quindecimo c. Euangelium est: Dixit Iesus Petro. Ioann. vltim. capit. & cantatur allelu ia Valde honorandus est, &c. quod ibi dicitur: Qui supra pectus domini in cœna recubuit: sumitur Io. vltim ca. introitus est in medio Ecclesiæ aperuit. Eccl. xv. c. & responsorium: Exiit sermo inter fratres, & c. Io. vj. c. Itẽ allelu-ia: Hic est discipulus. Io. vlt. cap. communio: Exiit sermo quæ est ibidem: Dicitur etiam ad horas capitulum: Cibauit, Ecclesiastici. xv. capit. & illud Benedictus Deus, & Pater. Ephes. primo capitul. & illud: Qui ti-
8 met Dominum Ecclesiast. quindecimo capitul. ¶ † Et nota, quod beatus Ioan. euangelista in festo beati Ioannis Baptistæ obiit: sed quia non poterat tunc eius festum fieri, translatum est ad tertium diem natalis Domini, vt omnes comites suos haberet sponsus, vt præmissum est. Et festum beati Ioannis Baptistæ, in suo die remansit nec mirum quia dies illa ab Angelo gaudio natiuitatis præcursoris authentica fuit. Nec est dogmatizandum, quod Euangelista Baptistæ tanquam maior cesserit & pro eo quod legitur. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista: nam quod non esset de ipsorum maioritate disputandum, diuinitus est ostensum. Cùm enim duo magistri, quorum vnus Baptistam, alter præferebat euangelistam solennem ad hoc indixissent disputationẽ, & quilibet scilicet inuestigasset author-

ritates & rationes efficaces, quibus suum Ioannē præferre posset tandem die disputationis adueniente, quilibet Sanctorum æmulatori suo apparuit dicens : Bene concordes sumus in cœlis : de nobis non disputetis in terris. Tūc illi sibi adinuicem, & omni populo visionem publicauerunt, & Dominum benedixerunt : vel ideò fuit ad tertium diem post Domini natiuitatem translatum quia forte illa die dedicata est ei Basilica, vel quia fortè ea die rediit de Pathmos insula, vel infulatus est: fuit enim patriarcha Ephesinus. ¶ Aiunt† quidam, quod beatus Ioan. cum post celebratam missam descendisset in tumulum, euanit ab oculis circunstantium, & cum terra ibi scaturiat, de profundo addunt eum viuere, & terram eius anhelitu scaturire, alij cœlum translatum : igitur partim ex euangelio partim ex eius tribulatione hodierna copulatur historia, in cuius vltimo responsorio, scilicet, In medio Ecclesiæ, quod sumitur de lib. Sap. in quo agitur de spiritu intellectus neuma iubilatur: quia per spiritum intellectus fuit de ineffabili verbo, scilicet de Deo vero locutus. ¶ † Tertium martyrium est opere & non voluntate, quale fuit martyrium Innocentum quod sicut tertium locum obtinet in dignitate, ita & inter festa martyrum. Sed quare festum Innocentium celebratur ante festū stellæ, id est epiphaniæ cum mortui fuerint post apparitionem stellæ, quando scilicet Herodes vidit quod illusus esset à Magis. Respondetur, quod Herodes auditis rumoribus de Christo nato, turbatus est valde timēs amittere regnū, vnde cogitauit facere interfici omnes pueros, & sic Christus non euaderet, sed, fuit impeditus tunc: quoniam Aug. Cesar mandauit ei, quod ad eū veniret cum Atistobolo & Alexandro, filio ipsius Herodis responsuris coram eo, & quia non fuit ausus non ire, iuit: postmodum verò reuersus reuoluto anno post natale domini fecit omnes pueros interfici à bimatu, id est, biennio & infra. *Δίετία* enim Græcè, dicitur Latinè biennium. ¶ Quæritur † quare in festiuitate Innocentium in missa Gloria in excelsis, & Allelu-Ia, & alia cantica lætitiæ non cantantur : Dicunt magistri ideò, quia mortui sunt ante domini passionem, & sic ad inferos descenderunt. Sed pari ratione, & in festo beati Io. Bap. subticeri deberent. Dicendū est igitur, quod hoc ideò contingit: quia author officii, voluit nos coniungi in hac festiuitate animabus deuotarum mulierum de monte Innocētum plangentium, & dolentiū. Vnde causa tristitiæ earum illa dimittimus : & ideo legitur prophetia Hiere xxxj. ca. de innocentibus. Vox in rama audita est, quæ ad literam de Beniamitis exponitur: qui interfecti sunt, propter vxorem Leui, quā oppresserant. & Rachel fuit mater Beniamin. Vel per Rachel quæ interpretatur ouis vel videns, intelligitur Ecclesia, quæ plorat filios suos, scilicet triplices. ¶ Primi sunt martyres considerans eos esse sibi subtractos, & non vult consolari in præsenti, sed omnem consolationem transfert in futurum: quia non sunt licet præsentes. ¶ Secundos filios luget Ecclesia: quia ferè ad partum veniunt,

veniunt, in quibus patitur abortum. ¶ Tertij verò, sunt qui iam renati in baptismo erant, sed per peccata retrocedunt: hos & illos luget Ecclesia, quia non sunt, id est, damnati sunt : & ideò quia luget Ecclesia cantica lætitiæ subticentur. Potest esse & alia ratio: nam cantica lætitiæ propriè post victoriam cantari debent: vnde Ezechieli dictum est. Dispone domui tuæ quia morieris: quia post victoriam habitam non decinit cantica lætitiæ: sed innocentes non habuerunt victoriam: non enim est victoria, vbi pugna non est. Media ratio melior est. Quidam tamen pro alleluia cantant in missa : Laus tibi Christe. Alij : Cantemus eia. Et dicitur epistola : Vidi † supra montem Sion agnum stantem. Apoc. xiiij. c. & euāgelium: Angelus Domini apparuit in somnis. Mat. ij. c. Si autem festum illud in dominica contingit, nullum canticum lætitiæ subticetur, propter gaudium resurrectionis. In octauis quoque eorū cātica lætitię: cantātur, pro significatione gaudij, quòd accepturi sunt in octaua, id est in resurrectione. quia licet ad inferos descenderint, resurgent tamen nobiscum in gloria. Octauæ enim festiuitatum celebrātur in memoriā generalis resurrectionis, quam significant. ¶ Rursus quia hac die tristitiam mulierum repræsentamus, in multis Ecclesiis diaconi nō vtūtur dalmaticis: nec subdiaconi subtilibus, id est, tunicellis, ad notandum, quòd innocētes statim in morte primā stolam non receperunt, sed ad infernum descenderūt: de hoc in tertia parte dictum est, sub tit. de coloribus ¶ In † hoc festo dicitur c. illud : Vidi supra montē. Apoc. xiij. c. illud: Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati. & illud: Hi empti sunt: ibidem. ¶ Et aduerte quod antiphonæ nocturnales de psalmis sumūtur: cætera de epistola & euangelio. Quod autem dicūtur cxliij. millia, finitum ponitur pro infinito: quia Deus omnes sub certo numero cōprehendit. Quod etiā dicitur. Vidi sub altare Dei animas interfectorū, sic est accipiendum quia Ioan. vidit animas interfectorum sub altare, id est, humiliatos capiti suo, vel quia in absconso, quia nemo percipit hic, quomodo ibi sit. ¶ Sed † quare solēnizat Ecclesia pro morte innocentium, qui non habuerunt voluntatē patiendi? Videtur enim quòd eadē ratione si aliquis tyrānus interficeret tot pueros deberet Ecclesia similiter solēnizare pro illis, quòd verum nō est. Responderi potest quod hoc festum propter tria celebrandum est licet voluntatē non habuerunt patiendi. Primō, quia Christus in eis quærebatur, & occidebatur. Secundò quia Christus in eis celebratur diabolo & Herodi. Tertiò, quia nomen domini non loquendo, sed moriendo confessi sunt, quia pro Christo & vice Christi sunt occi. Erant Innocentes autem, quia circuncisi: nam circuncisio erat tunc remedium contra originale peccatū, licet non ita sufficiens, sicut nunc baptismus est. ¶ Illud autem sciēdum est quod in quibusdam ecclesiis † in die natalis Domini diaconi vesperis finitis in honorē beati Stephani, qui eximius diaconus fuit in tripudio conuenientes cantāt antiphonā de sancto Stephano, & sacerdos collectam.

lectam. Nocturnos autem officium in crastinum celebrant & benedictiones super lectiones dant quod tamen facere non debent. Et eodem modo faciunt sacerdotes in festo beati Stepha. in vesperis in honorem sancti Ioannis, quia ipse sacerdos fuit: & pueri in festo sancti Io. ad honorem Innocentium. Subdiaconi verò faciunt festum in quibusdam Eccl. in festo circũcisionis: vt ibi dictum est in aliis in epiphania, & etiam in aliis in octaua epiphaniæ, quod vocant festum stultorum. Quia enim ordo ille antiquitus incertus erat: nam in canonibus antiquis extrà de æta. & quali. à multis quandoque vocatur sacer, & quandoque non. ideò subdiaconi certum ad festandum non habent diem, & eorum festum officio celebratur confuso.

SVMMARIVM.

1 *Apostolus, quis dicatur. Et qualiter officium Apostolorum exequatur Ecclesia.*
2 *Apostolorum officium. & nu. 3. 4. 5.*
6 *Apostoli treis tantum Romæ, & treis Euangelistæ.*

De Apostolis. CAP. XLIII. 1

Ἀπόστολος Græcè † interpretatur missus Latinè: inde Apostoli dicti sunt, quia à Christo missi fuerunt euangelizare per vniuersum orbem. Sanè Ecclesia in communi de Apostolis solennizat & canit in matutinis. Ecce ego mitto vos, &c. quia omnes electi sunt simul à Domino, post sermonem ad eos factum in monte: sicut habetur in Mat. & Marco. qui, videlicet, electi sunt xij. De quibusdam tamẽ facit Ecclesia officium proprium, sicut de beato Petro, propter priuilegium dignitatis. De beato Paulo, quamuis non sit de xij. propter priuilegium prædicationis. De beato Ioãne, propter priuilegium amoris siue virginitatis. Et de beato Andræa, propter priuilegium crucis quam ita ardenter prædicauit, concupiscit & habuit. ¶ Per horas capitulum illud. Iam non estis † hospites & aduenæ. Eph. ij. & illud. Non vos me elegistis, quod est ibidem. & illud: Beatus vir: qui suffert tẽtationem. Iac. j. c. & illud: Magnificauit eum in timore inimicorum. Eccle. xlv. Et illud: Statuit illi Dominus testamentum sempiternum, ibidem. & illud: In fide & lenitate illius sanctum fecit illum, ibidẽ: & illud: ibãt Apostoli gaudentes. Act. v. & illud Nam quos præsciuit, hos & prædestinauit conformes. Ro. viij c. & illud. corpora sanctorum in pace sepulta sunt. Eccl. xliiij. c. & illud: Non esurient, neque sitient amplius Apoc. vij. c. & illud. Nos insensati vitam illorum. Sapien. v & illud, Ipso summo angulari lapide Christo Iesu. Ephe. ij. c. habent † autem vigil. 1 lias & octauas. quia si compatimur & cõregnabimus, de hoc dictũ est in iiij parte sub quarta feria tertiæ hebdomadæ aduentus. Instãtia tamen est de beato Ioanne euãgelista, quod ad ieiuniũ quòd contingit tam quia vt dicunt quidam, non fuit martyr, nisi animo: tum propter festum

4 festum Sancti Stephani quòd est in vigilia festi eius. ¶ In vigiliis † Apostol. dicitur epistola: Benedictio domini super caput eius. Proverb. xv. cap. Et Eccles. xlv. cap. Item illa: Per manus autem Apostolo. fiebant signa & prodigia. Acto. v. cap. Et euangelium: Ego sum vitis vera. Ioan. 5 xv. † In festis vero Apostolorum dicitur epistola: Iam non estis hospites & aduenæ. Ephes. v. cap. Item illa: Hi sunt viri misericordiæ. Eccles. xliiij. Item illa: Scimus, quia diligentibus Deum. Rom. viij. item illa: Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi. Ephes. j. cap. item illa: Spectaculum facti sum⁹ ad Cor. iiij. c. item illa: Vnicuique vestrum data est. Ephes. iiij. ca. item Allelu-Ia: Ego vos elegi. Ioan. xv. Item illud: Venite ad me omnes, qui laborat. Mar. xj. cap. euang. vero. Hoc est præceptum meum. vt diligatis inuicem, &c. Ioan. xv. cap. & illud. Hoc mando vobis, quòd est ibidem. item illud, Ecce ego mitto vos. Matth. x. cap. item illud: facta est contentio inter discipulos Iesu, Luc. xxij. item illud: Designauit Dominus & alios. Lucæ v. cap. & illud: Ego sum vi. ve. Ioan. xv. cap. item illud: Dixit Simon Pet. Matth. xix. c. Post communio: Amen dico vobis, quòd vos qui re. Matth. xix. cap. item illa: Vos, qui secuti é- 6 stis me: quæ est ibid. ¶ † Et nota, quòd tres Apostoli leguntur tantum vigi fuisse Romæ, scilicet Petrus, & Paulus, & Ioannes. & tres euangelistæ, scilicet Ioan. Marcus & Lucas. ¶ Notandum est etiam Apostolos siue Christi discipulos non ideò tantum fuisse passos quia prædicabant de Christo: sed quia ipsum deificatum aiebant, sine Romanorum auctoritate, quòd ipsi prohibuerant. Ecclesia olim statuit fieri communiter festum de omnibus Apostolis in Cal. Maij: vt dictum est in sexta parte sub festo Apostolorum Philippi & Iacobi.

SVMMARIVM.

1 *Euangelistæ quatuor, designant fluuium Paradisi in quatuor capita deriuatum. Et recta est ea comparatio. num. 3. 2.*
3 *Euangelistas iiij. & quatuor Doctores tantum cur admiserit Ecclesia.*
4 *Euangelistæ quatuor, per quatuor animalia figurantur. Item per quatuor annulos aureos rotundos arcæ. num. 6.*
7 *Euangelistarum officium Ecclesiasticum communem eis, variè. & num. 9. Excepto Ioanne habente proprium. num. 8.*

De euangelistis. CAP. XLIIII.

Post Apostolos Ecclesia veneratur etiam euangelistas qui non tantum prædicauerunt, sed etiam euangelia scripserunt. Legitur enim 1 in Gen. iiij. cap. quòd † fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum qui diuiditur in quatuor capita, scilicet Physon, Gyhon, Tygrin & Eufratem. Sanè allegoricè fluuius ille euangelica prædicatio est, quæ à Christo procedit, à quo generaliter omnis voluptas emanat. Venite inquit ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos, & inuenietis requiem animab⁹ vestris, iugum enim meum

meum suaue est,& onus meum leue.Gustare & videre,quoniam suauis est Dominus: beatus vir, qui sperat in eo. ¶ Rectè autem hæc prædicatio fluuio † comparatur, tum quia reficit, abluit, & fœcundat: tum quia fluuius, dicitur a qua fluens, & vt Salomon ait: Aqua profunda verba ex ore viri,& torrens inundans,est fons sapientiæ,qui tam longè lateque defluxit, vt mundum repleuerit vniuersum, iuxta illud: Euntes in vniuersum mundum, prædicate euangelium, &c. quapropter in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Hoc irrigat paradisum, id est, fœcundat Ecclesiam, iuxta illud, quod dicit Apostolus: Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Hic est enim fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. Fluuius autem iste, in quatuor capita diuiditur, quia prædicatio Iesu Christi in quatuor euangelia deriuatur: nam licet scripserint multi Euangelia, quia Luca testante multi conati sunt ordinare narrationē rerum, quæ in nobis completa sunt: tamen nonnisi quatuor recepta sunt ab Ecclesia, videlicet: Matthæi, Marci, Lucæ & Ioannis, quod † vtique factum est quadruplici ratione. ¶ Primo ad ostendēdum duorum Testamentorum concordiam: sicut enim in veteri Testamento vnus fuit legislator, scilicet Moses, & quatuor maiores prophetæ, scilicet Esaias, Hieremias, Ezechias, & Daniel & duodecim minores prophetæ, & multi sapientes, scilicet Iob, Dauid, Salomon, & Iesus Syrach, ita & in nouo Testamento vnus fuit legislator, scilicet Christus: & quatuor Euangelistæ, duodecim Apostoli, & multi alij Doctores, vt Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, & Gregorius: vt per hoc ostēdatur, quia rota cōtinetur in medio Rotæ, & duo Cherubin sese respiciunt versis vultibus in propiciatorium. ¶ Secundò pro ministerio quadrigæ Aminadab, de qua sponsa in Canticis dicit: Anima mea turbata est propter quadrigas Aminadab. Aminadab enim interpretatur spontaneus Domini: hic est Christus qui factus homo, oblatus est quia ipse voluit: huius quadriga est euangelica doctrina, per quam eius fama per mundum vehitur vniuersum, cuius quatuor rotæ sunt dicti quatuor euangelistæ, propter hanc quadrigam sponsa, id est, Ecclesia salubri dolore turbatur ad pœnitentiam. ¶ Tertiò, ad designandum liberationem generis humani à morte quadrifica, id est, à transgressione quadruplici: prima transgressio, fuit mandati in paradiso, secunda, legis naturalis, tertia legis scriptæ, quarta euangelij, vel potius peccatum fragilitatis per impotentiam, simplicitatis per ignorantiam, securitatis per negligentiam, malignitatis per inuidiam. His enim quatuor modis peccandi anima moritur, & separatur à Deo. ¶ Quartò, pro ministerio formæ quadrigæ, sicut enim in cæteras formas quadratum, sic inter cæteras doctrinas euangelium solidius & stabilius perseuerat. nam illud vndique stat, & ideo legitur Apocal. xxj. cap. quod ciuitas in quadro posita est, & istud propter stabilitatem appellatur æternum per cuius gratiā homo quadratur in moribus & in

& in virtutibus solidatur. Cæterum istorum potius, quàm aliorum euangelia recepta sunt: tum quia ipsi diligentius & apertius historiam euangelicam descripserunt: tum quia licet aliquando varia seu diuersa, nunquàm tamen contraria seu aduersa scripserunt: tum quia isti quatuor † animalium figuris in visione Ioan. & Ezec. præligurati sunt Ezech. j. Matthæus per hominem: eò, quod eius intentio præcipuè circa scribendam Christi humanitatem versatur. Vnde eius liber ab humana Christi natiuitate sumit exordium. Liber inquit, generationis Iesu Christi, &c. Marcus per Leonem in deserto rugientem, eò quod eius intentio præcipuè circa describendam eius resurrectionem consistit. Vnde eius euangelium antonomasticèin die resurrectionis legitur. Diceret autem quod leo rugitu maximo tertia die suos excitat catulos, ita & Deus Pater immensa potentia sua Filium suum tertia die suscitauit: vnde & Marcus ab exclamatione incipit, scilicet à prædicatione Ioann. in deserto clamantis & dicentis: Vox clamantis in deserto. Et dicitur quod Marcus fuit lōgo naso, subducto supercilio, pulcher oculis, caluus, barba prolixa, habitudinis optimæ, ætatis mediæ, canos asperfuit. Lucas per vitulum, eò quod præcipuè circa describendam Christi passionem eius intentio versatur, in qua Christus se obtulit hostiam Deo Patri, idem, sacerdos & hostia. Vitulus enim erat hostia sacerdotalis: vnde à sacerdotio incipit dicens: Fuit in diebus Herodis regis Iudææ sacerdos quidam, &c. Ioannes per aquilam, quia cæteris cum Domino gradientibus ipse in cœlum ad describendam Christi diuinitatem volauit, dicens. In principio erat: & de hoc dictum est in prima parte sub titul. de picturis. Hæ siquidem quatuor principales intentiones designaræ sunt per figuras illorum quatuor animalium: & quorum quodlibet secundum visionem Ezechielis iij. habet facies: quoniam omnes de singulis agunt, licet quidam principalius de quibusdam, præsertim cum omnes agant de Christo cui quatuor illæ figuræ conueniunt: fuit namque homo nascendo, vitulus moriendo, Leo resurgendo, aquila ascendendo. Quæ vt melius intelligas, imagina aliquod animal habens caput quadratum: & in qualibet superficie imagina vnam faciem, videlicet à parte anteriori, faciem hominis, à dextris, faciem Leonis, à sinistris, faciem vituli, à parte posteriori, faciem aquilæ à superiori. Quia vero facies aquilæ super alia eminebat propter colli longi productionem, ideò dicitur quod erat desuper. Quodlibet etiam horum habebat quatuor alas de pœn. dist. ij. pennata. Finge quodlibet animal quasi quadratum: in quadrato sunt quatuor anguli, & in quolibet angulo erat vna ala. Porro hi quatuor significati sunt per ꝑdicta † quatuor flumina: per Physon Ioannes. per Gyon, Matthæus, per Tigrin Marcus, per Eufratem Lucas. Sic enim clare probat Innocent. iij. de euangelistis in sermone. Sunt † etiam significati à quatuor, annulos aræ qui aurei & rotundi erant. In auro charitas in rotunditate, quæ initio caret & fine designatur æternitas, ipsi enim æternam Christi charitatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatem & claram æternitatem describunt per duos annulos à sinistris duo euangelistæ, scilicet, Matth. & Ioannes qui ab ipso Christo fuerunt edocti, significantur. Quidam tamen per duos annulos à sinistris Matth. & Ioannem: quia adhuc passibili & morali adhæserant: accipiunt: per duos à dextris Marcum & Lucam, qui post ascensionem ei iam facto immortali & impassibili adhæserunt accipiunt per sinistram enim mortalitas, per dextram immortalitas designatur, secundum illud: Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Et propter hanc causam in picturis ecclesiarum Paulus ad dexteram, & Petrus ad sinistram statuuntur Saluatoris: & in bulla papali caput Pauli à dextris, crucis, & caput Petri à sinistris. ¶ Sanè in † quibusdam Ecclesiis antiphona ad Magnificat, in eorum officio est: Ecce ergo Ioannes vidi ostium apertum in cœlo, &c. Apocal. iij. ¶ Per horas autem dicitur capitulum: In medio Ecclesiæ aperuit os eius. Ecc. lxv. cap. & illud. Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus, ibidem. & illud: Iucũditatem & exultationem thesaurizauit: quod est ibidem Omnia responsoria sumpta sunt de Ezech. Primum de visione Dei, scilicet. Vidi coniunctos, & ¶ In laudibus vero habetur de ministerio prædicationis eorum. Dilecti Deo & hominibus, &c. Eccles. xlv. cap. ¶ Introitus missæ propriæ est: Os iusti meditabitur sapientiam. Tamen † Ioannes euangelista habet introitum proprium, propter priuilegium amoris & dignitatis, videlicet, In medio Ecclesiæ aperuit os eius, &c. quia ipse non tantum fuit euangelista, sed etiam propheta, quod patet in principio libri Apocal. vbi dicitur: Beatus: qui legit, & qui audit verba prophetiæ huius, & seruat ea, quæ in ea scripta sunt. ¶ Notandum tamen est, quod iste introitus propter priuilegium prædicationis, secundario competit Augustin. Gregor. & aliis expositoribus. ¶ † Epistola in quibusdam Ecclesiis est de figura quatuor animalium: Ecce ego Ioan. vidi ostium apertum Apocal. iiij. cap. Aliæ Ecclesiæ dicunt illam: Ezech. j. cap. Simillitudo vultus, &c. ¶ Responsorium est: Beatus vir qui timet Dominum, &c. versus est: Potens interea erit semen eius, &c. quod intelligitur de semine verbi Dei, & bonorum operibus. Sequitur: Generatio rectorum benedicetur, quam euangelistæ generant filios Dei, qui benedicuntur. ¶ Allelu-Ia in quibusdam Ecclesiis est: Primus ad Sion dicit. ecce. & Hierusalem. euangel. Dabo. Esa. xlj. cap. In aliis vero Ecclesiis dicitur allelu-Ia: Beatus vir Euangelium est: Designauit Dominus & alios septuaginta duos Discipulos. Luc x. cap. & sequitur, dicebat illis: Messis quidem multa, operarij vero pauci, xx. distinct. in nouo. Offertorium est: Posuisti Domine super caput &c. Postcommunio est, Magna est gloria eius in salutari, &c.

SVMMARIVM.

1 *Martyr, id est, testis & an habeat octauam & vigiliam.*
2 *Martyrum officium, variè per discursum num. 3. 4. 9.*

3 *Martyrum præmium, & eius expositio. & nu. 6.*
4 *Arundinetum, quid.*
5 *Melota, quid.*

De Martyribus. CAP. XLV.

1 Μάρτυς Græcè, dicitur testis † Latinè: martyres enim testes sunt quod Christus passus est pro omnibus, & ipsi pro Christo. ¶ Sa- 2 solus beatus Laurentius inter martyres vigiliã habet & octauam, Prout sub eius festo dictum est: omnes enim martyres singulares habent communia officia exceptis Stephano, Laurentio, Ioanne Baptista, & aliis quibusdam, Et est † introitus ad missam, Gloria & honore coronasti eum Domine vel, Sapientia sanctorum. Eccle. xliij. capi. vel dicabunt sancti Sap. iij. cap. vel, Sacerdotes Dei. Dan. iij. vel. Lætatur iustus. Hi tamen in paschali tempore habent aliud officium, eò quod in illo tempore oportet quod frequenter repetatur allelu-Ia pro pter gaudium resurrectionis, & tũc est introitus: Protexisti me à conuentu malignãtium, &c. & quia corona debetur eis tanquàm victoribus ideo sæpè fit mentio de corona: vnde Stephanus, interpretatur coronatus. Epistola vero quandoque dicitur pro vno martyre, Iustus corruit. Eccle. xxxix. c. quandoque illa: Beatus homo, qui inuenit sapientiam. Prouer. iij. c. quandoque Iustorum animæ. Sap. iij. ca. quandoque illa: Iustus in morte præoccu. quæ est ibidem. iiij. cap. quandoque illa: Beatus vir, qui in sapientia. Eccle. xxiiij. c. & xv. quandoque illa: Benedictus Deus, & Pater. 2. ad Corinth. j. ca. quandoque illa. Memor esto. ij. ad Ti. ij. c. quandoque illa: Nemo militãs, quæ est ibidem: quandoque illa Beatus vir, qui inuentus est. Eccle. xxxj. c. quandoque illa Benedicto Domini super caput. Prouer. xxv c. quandoque illa, Stabunt iusti. Sap. v. c. Euangeliũ vero dicitur quandoque: Si quis vult post me venire: Matth. xvj. quandoque illud: Si quis venit ad me Lucæ xiiij. quandoque illud, Nisi granum. Ioan. xij. cap. quandoque illud: Nolite arbitrari, Matth. x. quandoque illud: Nihil operum. quod est ibidem, quandoque illud, Si quis veniat ad me, & non odit. Luc. xiiij. ca. ¶ Pro 3 pontificibus vero martyribus † dicitur quandoq; epistola: Lingua sapientium. Prouer. xv. ca. quandoque illa: Benedictus Deus pater Domini nostri Iesu Christi. j. Pet. j. c. quandoque: Iustorum animæ in manu Dei sunt. Sapien. iiij. quandoque Rememoramini pristinos dies. Hebræ x. quandoque sancti per fidem. Heb. xj. quandoque: Expectatio iustorum lætitia Prouer. xj. c. quandoque: Hi sunt viri. Eccle. xliij. c. quandoque: Absterget Deus Apoc. vij. ca. quandoque: Redder Deus. Sapie. x. quandoque: Iusti autem in perpetuum viuent. Sapi v. ca. quandoque: Quis separabit nos à charitate Christi. ad Roma. viij. ca. ¶ Allelu-Ia est: Hi sunt duæ oliuæ. Apocal. xj. cap. euangelium verò quandoque dicitur. Cum audieritis prælia Luc. xxj. quãdoque: Descendẽs Iesus de monte. Luc. vj. cap. quandoque: Videns Iesus turbas. Matth. v. ca. quandoque:

Egrediente Iesu de templo. Mar. xiij. cap. quandoque: Attendite à fermento Pharisæorum. Luc. xij. ca. quandoque illud: Sedente Iesu super montẽ oliueti. Matt. xxiiij. cap. quandoque illud: Væh vobis, qui, ædificatis. Lucæ xij quandoque illud. Qui vos audit. Luc. x. cap. quandoque illud: Confitebor tibi Pater. Matt. xxvj. ¶ Dicitur postcommunio: Amen dico vobis, quod vni. Matth. v. capit. quandoque: Et si coram hominibus. Sapien. iij. capit. quandoque. Quicunque fecerit. Matt. xij. quandoque: Dico autem vobis. Matth. x. capit. quandoque: Signa autem Mar. vlt. cap. & quandoque: Multitudo. Luc. vj. ca. ¶ In nocturnali† verò officio primum responsorium est: Iste sanctus pro lege Dei sui certauit vsque ad mortem, &c. & est quinti toni, quia pertinentia quinque sensuum fuit mactata in eis. In tempore verò paschali primum responsorium est: Beatus vir, qui metuit dominum, & est octaui toni propter octauam, quæ significat gloriam resurrectionis: quia verò sancti martyres in tollerandis tormentis se habuerunt constanter: & constantia à solo Deo est, ideò illud responsorium: O veneranda martyrum, &c. cantatur pro eis: & est quinti toni, quia martyres quinque sensus Deo immolauerunt. De martyribus etiam cantatur illud responsorium: Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Iudicabunt nationes, & dominabũtur populis, & regnabit dominus eorum in perpetuum. Sap. iij. cap. & est sensus: Iusti† fulgebunt in futuro diuersis beatitudinibus: prius tamen in hoc seculo discurrent, id est, per diuersas mundi partes cursitando diuina verba alij annuntiabunt, & hoc faciunt more scintillarum discurrentium per arundinetum: sicut enim scintillæ vel fauillę ignis arundinetum, id est materiam fragilem arundinum atterunt, & annihilant, sic & sancti sua prædicatione ignita, id est, diuino igne accensa, vita quę respectu fortium virtutum fragilia sunt, destruent. Iudicabunt, id est denominabuntur nationes, id est, illos, qui in peccatis suis permanserunt: & regnabunt in æternum, id est, in æternitate cum Deo recipient immortalitatem, & impassibilitatem, cæteraſque virtutes. ¶ Rursus in his† verbis exprimitur stola carnis, quam sancti recipient, quæ consistit in quatuor scilicet, in claritate, subtilitate, agilitate, & impassibilitate. Nam fulgebant clari & tanquàm scintillæ subtiles in arundineto discurrent agiles, & regnabit dominus eorum in perpetuum: & ipsi cum domino impassibiles. Nam absterget Deus omnem lacrymam ab oculis sanctorum, &c. imò exultabunt in gloria, & de cubilibus suis: quod ad stolam spiritus refertur, quam etiam recipiunt sancti. & nota quod† 7 rundinetum est locus in quo sunt multæ arundines siue canæ, sicut in paludibus: flante autem Austro ex assidua confricatione arundinum ignis accenditur: scintillæ vndique aduolant & accenditur arundinetum, quod allegoricè contingit in sanctis. De martyribus etiam cantatur: Circumierunt in melotis Hebr. xi. q. d. in petra: Melota est† restis facta de pillis vel de pelle cuiusdam animalis, quod melota vocatur si

tur siue taxus. Est enim habitus necessarius ad exercitia operis. ¶ Per 9 horas etiam dicitur capitulum illud: Beatus vir† qui suffert. Iac. j. ca. & illud: Beatus vir qui inuentus est sine macula. Eccle. xxxj. c. & illud: Beatus vir, qui in sapientia morabitur. Eccle. xiiij. c. & illud: Iustorum animæ Sap. v. c. & illud: Iusti autem in perpetuum viuent. ibidem. & illud: Sancti per fidem. Hebr. xj. & illud. Potuit enim transgredi, & non est transgressus. Eccle. xxxj. c. & illud: Corona aurea super caput eius. Eccle. xlv. & illud, Stolam iucunditatis induit. ibidem. ibi tamen dicitur: Stola gloriæ. & illud: Sancti ludibria. & verbera. Hebr. xj. & illud: Tanquàm aurum in fornace Sapi. iij. capit. & illud: Hi sunt, qui venerunt de tribulatione. Sap. vij. c. & illud: Non esurient neque sitient. ibidem & illud: Iusti tulerunt spolia impiorum. Sap. x. cap. & illud: In bonis iustorum exaltabitur ciuitas. Prouer. xj. ca. ¶ Illud etiam sciendum est, quod Ecclesia celebrat festum quorundam martyrum veteris Testamenti prout dictum est in festo Macchabeorum.

SVMMARIVM.

1 *Confessores, dicuntur laudatores quod verbum commune etiam est & martyribus, & virginibus, & veris sanctis.*

2 *Confessores distinguntur in Episcopos & Presbyteros, & vtrocunque aliquando idem officium sapè diuersum. vnde & 3. 4. 5.*

De confessoribus. CAP. XLVI.

1 CONfessores, dicuntur †laudatores: licet autem tã martyres, quam virgines, quàm etiam omnes sancti veri sunt Christi confessores, martyres tamen, quia in irascibili vincunt, trãscendũt & superlucrantur speciale vocabulum martyrum: & virgines quia vincunt in concupiscibili nomen virginum, & doctore, quia alios superant. in rationabili doctorum: hinc est, quod martyres, & virgines, & doctores, au-
2 reola decorabuntur. ¶ Sanè† confessores distinguuntur in episcopos & presbyteros. De episcopis dicitur introitus: Statuit, Eccles. quadragesimoquinto cap. Et epistola: Ecce sacerdos magnus. Eccle. xliij. Ipsi enim sunt magni sacerdotes. & illud de episcopis dicitur: Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum, quia non tantùm vncti fuerunt in baptismo, & in cõfirmatione, & inordinatione in presbyteros, sed etiam in consecratione in episcopos, vt habeant misericordiã superfluentem, & officia illa, quæ incipiunt sacerdotes, propriè competunt episcopis: cætera sunt communia: & plura sunt responsoria o-
3 ctaui toni, quia afflixerunt & crucifixerunt carnem suam cum vitijs, & concupiscentijs, propter octauas resurrectionis. ¶ Rursus† de confessoribus dicitur quandoque epistola: Dilectus Deo, Eccle. xlv. capit. quandoque. Testificor coram Deo. ij. ad Timo. iiij. quandoque: Plures facti sunt sacerdotes ad Heb. vij. ca. quandoque: Dedit dominus confessionem. Eccle. xlv. c. quandoque: institutus cor suum. quæ est Eccle.

xxxix.ca.quandoque:Sapientia laudabit animam.Eccle. xxiiij.quandoque:Iustum deduxit dominus.Sap.x. cap.quandoque doctrinis variis.ad Hebræ.xxiij.ca.quandoque:Ego enim iam deliberor.ij.Timo. iiij.Allelu-Ia:Iustus germinabit.Esa.xxxv.ca. Euangelium verò dicitur quandoque:Sint lumbi vestri præcincti.Luc.xij. quandoque:Vigilate Matth.xxiiij.quandoque:Homo quidam peregrè.Matth.ij. ca. quandoque:Videte & vigilate.Mar.xiij.c.quandoque Homo quidam nobilis.Luc.xix.ca.quandoque:Nemo accendit lucernam. Luc.xj.ca. quandoque:Vos estis sal terræ Matth v.cap.quandoque:Nolite timere pusillus grex.Luc.xij.c.Postcommunio est:Quinque talenta.Matt. xxv.& quandoque:Fidelis seruus.Matt.xxiiij.cap.& Luc.xij. ca.¶ Per † horas verò dicitur capitulum illud:Ecce sacerdos.Eccle.xliiij.cap.& illud:Benedictionem omnium gentium,&c.quod est ibidem.& illud: Cognouit eum.ibidem.& illud:Iustum deduxit.Sap.x.cap.& illud:Iustus cor suum.Eccle.xxxix.cap.& illud : Magnificauit eum in conspectu regum.Eccle.xxv.capit.sed quod hic dicitur:Magnificauit.dicitur ibi glorificauit.& illud:Labia sacerdotis custodiunt Malach.ij. capit. & illud:Non est inuentus similis illi.Eccle.xxiiij.capitu. & illud:Fungi sacerdotio & habere laudem.Eccle.xlv. capitul. & illud : Talis decebat,vt esset nobis pontifex.ibidem.& illud Collaudabunt multi sapientiam eius,& vsque in seculum non recedet memoria eius. Eccles. xxxix.capitul.& illud:Honestauit illum in laboribus.Sapient.x.capit. & illud:Custdiuit illum ab inimicis.quod est ibidem.¶ † Illud autem notandum est, quod si plura festa in eadem die concurrant, illius qui inter eos maioris erit nominis officium celebratur.De hoc dictum est in procœmio huius partis.

SVMMARIVM.

1 *Virginum officium.& num.2.3.*
4 *Virgines quanam habeant proprium officium.*

De virginibus. CAP. XLVII.

OFficium matutinale † virginum maximè ex parte sumitur de psalmo epithalamico,scilicet:Eructauit cor meum.in quo agitur de laudibus sponsi & sponsæ.Virgines enim sunt sponsæ Christi, quæ sequuntur agnum quocunque ierit, in corpore & in anima, propter integritatem corporis & animæ.¶ Notandum autem est, quod illud responsorium quod est de sponso,scilicet:Audiui vocem de cœlo.&c. quod in quibusdam Ecclesiis dicitur, est primi toni. quia vnicus est sponsus animarum Christi,& sumitur de Matth. xxv. cap. illud verò quod est de contemptu mundi,scilicet:Regnum mundi & omnem ornatum seculi contempsi,&c,est quinti toni,quia ibi ostenditur consolatio quinque sensuum.¶ De† virginibus enim cantatur illud:Fulcite me floribus.Cantic.ij.& quod expositum est in quinta parte,sub titulo de sexta.In quibusdam Ecclesiis dicunt versiculum de virginibus, illum:Elegit eam Deus,& præelegit eam.sed alij rectiùs considerantes,quod sola beata virgo Maria præelecta est in honorem eius tantum dicunt illum:præ aliis verò virginibus dicunt:Elegit eam Deus, & dilexit eam.¶ Per horas etiam dicitur capitulum : Qui gloriatur.j. Corinth.ij.cap.& j.Corini.x.c.& illud: Æmulor enim.j.Corint.xj.c.& illud:Sapientia vincit.Sapien.viij.& illud:Memorati sunt domine misericordiæ tuæ.Eccle.lj.c.& illud:Liberasti me à perditione. ibidē. & illud:Accinxit fortitudine lūbos suos Prou.xxxj.c. In † officio missæ sit virgo & martyr proprium officium est: Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum,&c. Alia communia sunt, excepto, quod de beata Agatha dicitur introitus. Gaudeamus † omnes in domino pro eo,quod ipsa excellenter lætissima venit ad passionē, sicut de ea scriptum est: Agatha lætissimè & glorianter ibat ad carcerem: ideò eius lætitiæ nostram lætitiam sociamus,& cum in ea domino congaudemus.¶ De beata etiam Agnete,officium missæ est:Me expectauerūt. ratio quare,potest ex eius legenda haberi. Et nota quod de virginib. dicitur quandoque epistola:Confitebor†tibi domine.Eccle. lj.c. quādoq;:Qui gloriatur.ij.Cor.x.c.quandoq; : Domine Deus meus exaltasti.Eccle.ij.c.quandoq;:Sapientia laudabit animā,scilicet Sap.xxiiij. quandoq;:Sapientia vincit malitiam.Sapien.vij.quandoq; : De virginibus ad Corint.vij.quandoq; dominus possedit me. Prouerb. viij. c.Allelu-Ia & post communio : Quinque prudentes. Matth.xxv.cap. Euangelium quandoque dicitur:Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro Matth.xxiij.c.quandoque : Simile est regnum cœlorum decem virginibus.Matth.xxv.cap.

SVMMARIVM.

1 *Dedicationis Ecclesiæ festum.respondet festo encæniorum.*
2 *Dedicatio Ecclesiæ vnde duxit initium.*
3 *Dedicatio Ecclesiæ,cur octo diebus celebretur.*
4 *Dedicationis Ecclesiæ officium,& eius expositio.& nu.5.& 6.*
7 *Dedicationis Ecclesiæ festum,quando differatur.*

De festo & officio dedicationis Ecclesiæ. CAP. XLVIII.

QVoniam in parte prima dictum est, qualiter Ecclesia dedicanda sit,restat,vt hic aliqua de officio, quòd in festo dedicationis Ecclesiarum dicitur subiiciamus. Festum ergo illud solēniter ab Ecclesia celebratur de quo in Ioāne habetur:Facta sunt encænia,id est, festa dedicationis in Hierosolymis:& iesus ambulabat in tēplo in porticu Salomonis ad confirmationē illius festiuitatis. de consecratione dist.j.solēnitates. Et dicitur porticus Salomonis:quia Salomon solebat ibi orare,& ibi orauit in die dedicationis.Hoc † etiam festum in

veteri testamento fiebat: vnde legitur in primo libro Machab. iiij. ca. Elegit Iudas Machabæus sacerdotes sine macula, & mũdauerunt sancta. Ecclesia enim militans potest mundari, sed nõ triumphãs: & Augu. dicit in homilia super prædicto verbo: Facta sunt encænia. Illum diem quo templum dedicatum est, Iudæi solenniter celebrant. Celebrauerunt autem Iudęi encęnia† octo diebus, quare videtur quòd nos similiter festum dedicationis debemus octo diebus solennizare: vt in prædicto cap. solennitates. § j. Sed mirum est quare octo diebus celebrauerint encænia, cùm Pascha & scenopegiam non celebrauerunt, nisi per septẽ dies tantùm, vt de cõsecratione distinctio j. §. Ad hoc est responsio: quia hæc festiuitas specialiter significat æternam dedicationem, in qua Ecclesia illa, scilicet anima sancta ita Deo dedicabitur, id est, copulabitur, vt non possit ad alios vsus transferri: quod erit in octaua resurrectionis, & ideò in nouo Testamento habet hoc festũ octauas. ¶ Hæc Ecclesia cõstruitur in baptismate & in doctrina & in pœnitẽtia. Hic enim auditur securis & omnis generis ferramentum: id est, omnia genera flagellorum, & disciplinarum, scilicet in Ecclesia militãte, quæ per tabernaculum Mosi significatur. Tabernacula enim militãtium sunt. Tẽplũ verò illud Salomonis, signis, significat Ecclesiã triumphantẽ, in qua hæc nõ audiuntur. ¶ In† matutinali officio dicuntur illi psalmi in quibus fit mentio de portis, quæ specialiter sunt timor & amor, sicut habetur in psalmo illo: Domini est terra. ibi. Attollite portas principes vestras, &c. Itẽ illi, in quibus fit mẽtio de altari sicut in psalmo illo. Iudica me Deus, & discerne, &c. Itẽ illi in quibus fit mentio de ciuitate, vt sunt illi: Deus noster refugiũ, &c. &, Magnus Dominus noster. Itẽ illi, in quibus fit mentio de atriis & de portis, vt sunt illi: Quã dilecta tabernacula, &, Fundamenta eius in montibus sanctis. Sed quæritũr quare tunc dicitur psalmus ille: Domine Deus salutis meæ? ad quod quidam dixerunt quod ideò, quia ibi fit mentio de sepulchris: sed hæc ratio non valet, quia ibi fiet mentio de talibus sepulchris in quibus habitant, siue sepeliuntur corpora fidelium, iuxta Ecclesiã, sed de sepulchris malorum. Vnde dicimus, quod dicitur ille psalmus sed quod est psalmus pœnitentialis. & specialiter ibi de oratione habetur, quæ in Ecclesia faciẽda est. Vnde ibi dicitur, intret oratio mea in conspectu tuo. Dicit autem Dominus de Ecclesia: Domus mea, domus orationis vocabitur. Octauus verò psalmus est: Qui habitat in adiutorio altissimi, id est, in Ecclesia, quia ibi dicitur: Altissimum posuisti refugium tuum, quia super omnes mõtes in vertice mõtium fundata est Ecclesia. Vltima verò antiphona, scilicet, ad† Magnificat in vesperis est: Pax æterna: quia ad hoc celebratur dedicatio, vt dedicemur & habeamus illam pacem æternam. Per hoc autem dicitur capitulum illud: Vidi ciuitatem. Apoc. xxj. cap. & illud: Ecce tabernaculum. quod est ibidem: & illud. Vnusquisque propriam mercedem. iij. Corinth. & illud: Fundamentũ aliud nemo potest ponere,

Aug.

Quare Dedicatio Ecclesiæ habet octauas?

nere, ad Corint. iij. Sane huic festo cõpetit, quod Iacob vidit scalam & angelos ascendentes, & descẽdentes, id est, totam Ecclesiam vidit tua visione, & erexit lapidẽ, id est, Christum, qui est lapis in summo: & est lapis angularis, & fundamentum qui omnia sustinet. Erexit inquam in titulum præconialem, memorialem, & triumphalem, fundẽs oleum desuper. Siquidem Iacob, id est, prælatus fundit oleũ super lapidem, id est, Christum, ad ostendendum eius chrismata. & idem proberauit Iacob, dicens Terribilis est locus iste, non est hic alius nisi domus Dei, & porta cœli: vere Dominus est in loco isto. & ego nescieram. Terribilis est enim Ecclesię dæmonibus propter Dei similitudinem, quam habet. & propter hoc ad missam est introitus: Terribilis est locus iste. Genes. xxviij. Sequitur, & vocabitur aula Dei hoc appellat beatus Gregorius de suo, pro eo, quod ibi paratus est Deus exaudire sicut dixit Dominus Salomoni iij. Regũ. xiij. Exaudiui orationẽ tuam, &c. Quare autem terribilis sit ostenditur in versiculo: Dominus regnauit decorem induit scilicet in membris suis: & ideò terribilis est Ecclesia dæmonibus. In consecratione verò altaris est introitus: Dicit dominus sermones mei Esa. xix. & xvj. Epistola sumitur de Apocal. xxj. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem, &c. responsoriũ est: Locus iste, scilicet Ecclesia materialis. sanctus est, quia sanctificata est ad hoc, vt ibi Dominus exaudiat preces, & ideò prętat orãtibus sanctitatem. Salomon enim orauit, vt Dominus orantes ibi exaudiret, & Dominus dixit ei, Exaudita est oratio tua. hoc enim significatum est iij. Regum. viij c. vbi Salomon dedicato templo ait: Quicumque orauerit in loco isto, exaudies in loco tabernaculi tui in cœlo, & cum exaudieris, propitius eris. Allelu-ia est in quibusdam Ecclesiis: O quã metuendus est. Genes. xxviij. c. euangeliũ vero est: Egressus Iesus Luc. xix. c. eò quod ibi habetur: Hodie salus huic domui facta est. in quibusdam tamen Ecclesiis legitur euangelium de Matthæo: in quo habetur, Et non potuerunt subuertere domum illam. Fundata enim erat supra firmam petram sequitur offertorium de verbis Dauid in Paralipomenon j. vlt. c. vel secundum alios, sunt verba Salomonis Domine Deus in simplicitate cordis mei lætus obtuli vniuersa hęc. Obtulerat enim sacrificia inæstimabilia, quæ significant bonas operationes, siue cogitationes, & bona desideria, quæ inæstimabilia sunt & numero & pretio. ¶ Sequitur post communio: Domus mea, &c. Esaiæ lvj. & Mat. vij. ca. ¶ Nota, quod† si festũ dedicationis Ecclesiæ occurrerit in passione Domini, fit in sequẽti hebdomada: si verò in festo a scensione, de ascensione fit officium & officium dedicationis differtur. Salomon enim dedicauit templum duodecima die mensis, & decima die mensis occurrebat scenopegia: celebrauit autem dedicationem templi per septem dies, & prorogauit scenopegiã vsque post dedicationẽ.

Gene. 28

Finis libri septimi.

LIBER OCTAVVS.

SVMMARIVM.

1 *Computi rationem tenere debent sacerdotes.*
2 *Computus, quid, & vnde dicatur. nu. 3.*
3 *Tempus quid, & eius partes.*
5 *Annus, est triplex.*

De computo & Calendario, & pertinentibus ad illa. Pulcherrimus enim est liber iste, & clericis & laicis necessarius valde.

CAP. I.

QVoniam sicut † ait beatus Aug. xxxviij. distinct. quæ ipsis. Sacerdotes computum scire tenentur: alioquin vix eis nomen sacerdotis constabit: sub quo verbo notitiam cursus temporis, Lunæ ac Calendarij intelligimus, quoniam computus, est scientia certificandi † tempus secundum Solis & Lunæ progressum. Idcircò ad simpliciũ sacerdotum instructionem, in hac octaua & finali parte de hoc aliqua claro compendio perstringemus, prout ad vsum Ecclesiæ dignoscitur pertinere. Dicitur † autem computus, à computo computas: quia in ipso computando procedimus, non quia in ipso computare doceamur: & est duplex computus, scilicet astronomicus, seu philosophicus & vulgaris seu ecclesiasticus: sed de astronomico nil ad præsens. Vulgaris computus est, scientia distinguẽdi tempus certa ratione, siue scientia temporis discretiua, secundum Ecclesiæ vsum. Tempus † vero, prout hic sumitur, est secundum Tullium, quædam quantitas anni, mensis diei, seu alterius spacij. Vel tempus, est mora motus rerum variabilium, cuius partes decem esse dicuntur, scilicet annus, mensis, septimana, dies, quadrans, hora punctum, momentum, vncia & atomus. Annus continet duodecim menses, & quinquaginta duas septimanas, & diem vnam, & trecentos sexaginta quinque dies & sex horas. Mensis continet quatuor septimanas vel paulo plus. Septimana septem dies. Dies, quatuor quadrantes. Quadrãs, sex horas, Hora, quatuor puncta. Punctum, decem momenta. Momentum, duodecim vncias. Vnica quadraginta septem atomos. Atomus inuisibilis est. Nam ἄτομος, Græcè, indiuisio dicitur: vnde ἄτομος Græcè, indiuisio Latinè. Anni ergo solaris ferè duodecima pars mensis est. Septimana verò, est ferè quarta pars mensis. Dies naturalis, septima pars septimanę. Quadrans quarta pars diei naturalis. Hora, sexta pars quadrãtis. Punctũ quarta pars horæ. Momentum decima pars puncti. Vncia, duodecima pars momenti. Atomus, quadragesimaseptima pars vnciæ. Et cætera

alia temporis diuisio, scilicet per æuum, ætatem per seculum per lustrum, per olympiadem, & per indictionem, de quibus infrà dicetur. ¶ Cæterum † tria sunt tempora annorum, siue triplex est annus, scilicet solaris, lunaris, & magnus, de quibus præuidimus in hac octaua parte tractare, quæ duas principaliter habet partes, in quarum prima agitur de anno solari, & de magno: in secunda verò de lunari.

SVMMARIVM.

1 *Huius octauæ partis quadruplex diuisio, & quid qualibet tractet, & numero. 3. 4.*

Prima pars de anno solari incipit. CAP. II.

IN hac † prima huius Operis parte de anno Solari tractatur, quæ in quatuor subdiuiditur particulas. In quarum prima agitur, quid sit annus. De initio annij. De multiplici anno. De duodecim signis. De bissexto. De quatuor anni temporibus. De ieiuniis illorum. De solstitiis. De æquinoctiis. De magno anno. De æra. De olympiade. De lustro. De ætate. De seculo. De æuo. ¶ † In secunda parte agitur de mẽsibus. De Calendis. De nonis. De Idibus. Vnde & qualiter dies denominentur. De diebus Ægyptiacis ac canicularibus. ¶ † In tertia agitur de septimana: & quæ sit litera Calendarum cuiuslibet mensis. In qua die septimanæ quilibet mensis incipiat. ¶ Et de literis dominicalibus. De regularibus solaribus. De concurrentibus. Et de indictione. ¶ † In quarta agitur de die. De momento, & de hora. Occasione horæ annectitur de quantitate lucentium horarum noctis.

SVMMARIVM.

1 *Annus solaris, quid & nu. 4. & vnde dicatur.*
2 *Anni initium, à variis variè cœptum.*
3 *Annorum varia nomina.*
6 *Zodiaci signa, & quid Zodiacus.*
10 *Zodiaci signorum explanatio. Primum de ariete, proximè de cæteris ordine per num. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.*
20 *Bissextus, quid, & vnde. & quando contingat. num. 19.*
21 *Bissextus quomodo dignoscatur.*
22 *Anni quatuor tempora, & eorum explicatio.*
24 *Ieiunia quatuor temporum, cur sic dicta, & cur fiant. nume. 23.*
25 *Solstitia duo sunt in anno seculari & quid solstitium, & vnde dicatur.*
26 *Æquinoctium. quid.*
27 *Annus magnus. Item mundanus. ibid.*
28 *Æra, quid.*
29 *Olympias, quid.*
Lustrum. quid.

30 *Annus indictionalis. Romanis: Iubilæus, Hebræis Christianis, benignitatis & gratiæ est ibid. & nu. 31. 32.*

33 *Ætas, quid. & quomodo accipiatur.*

ANNOTATIO.

* Annus, est) Imo annus (cui est triplex) Græco verbo ἐνιαυτὸς ἀπὸ τοῦ ἔτους, à temporis circuitu, dicitur ab am, quod veteres, circum dixerunt, & nare, fluere. Fluunt enim anni, sicut dies & menses quod annus conficiatur mensibus in se confluentibus. Aut, si mauis ab ἀνανέω renouo, quia semper renouatur. Varij tamen varia super hoc verbo. Cæterum, de annorum differentia apud varios, vide Plinium, Natural. Histo. lib. 7. c. 48. vbi etiam fuse de anni obseruatione rationeque. Item quot diebus constet, quinam intercalaris. lib. 18. ca. 25. 26. Eius partes & initia. ibid. Annus porro Athenienſium, erat dierum 4. & 50. supra trecentos quoniam menses ipsi suos lunari cursu metiebantur. Et quot deerat dierum ad annum iustum solaremque rationem, id intercalatione supplebatur. N. D.

Quid sit annus Solaris. CAP. III.

ANnus, est * solis † anfractus, cum peractis trecentis sexaginta quinque diebus, ad eadem loca syderum redit. Dicitur ergo annus, quia mensibus in se recurrentibus voluitur ab am, quod est circum, & eo is, quasi circulariter rediens. Vnde & annus dicitur, quasi annulus, id est circulus, eò quod in se redit: vnde Virgilius:

Atque in se sua per vestigia voluitur annus.

& ob hoc ante inuentas literas. sic apud Ægyptios annus indicabatur: pingebant enim draconem, caudam suam mordentem, quia in se recurrit: & sic adhuc à quibusdam figuratur. Alij annum ab innouatione dicũt, semper enim renouatur. ¶ Annus secundũ † diuersos diuersa habet initia: quoniã Arabes & Ægyptij illum inchoãt post solstitium æstiuale, scilicet à septembri: pro eo, quòd legitur arbores in principio mundi fructum habuisse, & quia hoc in Septembri contingit, putant tunc mundum factũ fuisse: ideoq; ibi incipiunt annũ Numa verò Iustus pilius & Romani annum à Ianuario inceperũt: pro eo quod tunc vel paulo ante Sol nobis incipit appropinquare. Iudæi à Martio inceperunt, quia in eo, cõditus est mundus: & ideò dicitur quòd decimus octauus dies eius, est primus dies seculi, quos omnes quo ad aliqua compotistæ imitantur: ipsi namque à Septẽbri incipiunt regulares annares, & emboliſmos & epatas, & omnes annos lunares: A Ianuario verò incipiunt auteum numerum, & quasdam literas dominicales. Martio

Martio regulares solares concurrentes: & quasdam literas dominicales, prout in secunda parte apparebit. Sane, quidam moderni ob reuerentiam Saluatoris computant annos à natiuitate eius. Alij vero ab eius incarnatione, id est, à conceptione beatæ Mariæ, & quando illa dixit: Ecce ancilla domini, &c. statim enim fuit Christus homo, & plenus Spiritu sancto. ¶ Annorum † alius est naturalis, alius vsualis, alius legitimus, alius emergens, alius solaris, alius magnus, alius olympias, alius lustralis, alius indictionalis, alius iubileus, alius benignitatis, alius æternitatis & gloriæ. ¶ Annus naturalis est cum Luna Soli opponitur: vnde sol eclipsim patitur. ¶ Vsualis siue temporalis est, qui secundum vsum hominum sumit initium, videlicet à Ianuario vsque ad sequentem Ianuarium. ¶ Legitimus siue cæremonialis est, qui computatur secũdum lunationes ab Aprili vsque in Aprilẽ, Aprilis enim est primus mensis apud Hebræos. ¶ Emergens est, in quo aliquod magnum Iudæis vel aliis contingit: à quo facto in illius memoriam annum incipiunt cõputare, scilicet à quouis die ¶ † Annus solaris est spatium, in quo circuit Sol duodecim signa Zodiaci, quẽ circulum facit vt præmissum est in cccLxv. diebus & ferè sex horis: Ferè dixi, propter quædam momenta, quæ adiiciuntur, sicut infra dicetur. Hæc autem sex horæ de quarto in quartum annum, faciunt vnum diẽ naturalem bissextilem, & annus iste communis genribus, & incipit qualibet die, & qualibet die finitur transactis prædictis diebus, & iste potest etiam dici naturalis. ¶ † Signa verò prædicta sunt ista: Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus Aquarius, & Pisces, vnde versus.

Hæc sunt signa poli, quæ semper sunt via Soli.

Est Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libráque. Scorpio, Chiron, Capricornus. Vrnula, Pisces. Et nota, quod cœli habitatio stat circulorum distincta zonis Zonæ autem ipsæ sunt quinque quæ ideò zonæ vel circuli appellantur, quia in circunductione sphæræ existunt. Zodiacus autem circulus est, qui ex linearum quinque angulis & ex via linea constat. Rursus ζωδιακὸς Græce, dicitur animalis, ab effigie animalium, siue signum Latinè: inde zodiacus dicitur animal. seu signifer circulus, ex eo, quod in medio firmamenti sunt duodecim signa per transuersum posita æqualiter per circulum distincta, quę formis & nominibus animalium designãtur: quia sol intrãs in illas, proprietates animalium quodammodo sortitur, vel quia stellæ in signis dispositæ sunt animalium figuris. Signum autem dicitur duodecima pars Zodiaci. Sol quidem intrat in aliquod de prædictis signis quolibet mense in xv. Calend. secundum Ecclesiam. vnde in Martio intrat in Arietẽ xv. Calen. Aprilis. in Aprili intrat in Taurum xv. Calendar. Maij. & sic per ordinem mensium & signorum. ¶ Primum igitur signũ est † Aries in quo sol dicitur esse factus in quo signo est sol circa

princi

principia Veris, sic dictum: qui sicut Aries est animal retro debile habens aliquid ante roboris sic postrema Solis illo tempore debilia sunt frigore eius fortitudinem minuente: anteriora verò quæ æstatem respiciunt, aliquid fortitudinis, id est caloris habent, vel sicut Aries in hyeme, cubat in latere sinistro, in Vere autē incipit cubare in dextro: sic Sol ante illud tempus moratur in sinistro latere firmamenti scilicet in meridie: tunc vero intrat latus dextrum, scilicet versus Aquilonem. Antiqui hoc signum propter amorē Iouem vocauerunt in cuius capite, qui simulachra faciunt Arietis cornua fingunt. ¶ † Secundum 7
signum est Taurus: sic dictum, quia sicut Taurus fortior est Ariete, sic fortioris est efficaciæ. Sol in illo tempore, quò ad nos, quam in precedenti, verumtamen ante est efficacior, quam post, sicut Taurus ante fortior est, quam retro. Antiqui ideò Taurū inter sydera in honorem Iouis collocauerunt, quia ille fabulosè fingitur in bouem conuersus, 8
quando Europam trāsuexit. ¶ Tertium † Gemini sic dictum quia illo tēpore vis Solis geminatur, incipit enim esse calidus & siccus effectiuè. Vel quia tunc præcipuè res geminantur, id est, multiplicantur, aues enim & animalia fœtus producunt: vel propter geminos siue duos gradus, quibus sub illo signo magis, quā sub alio Sol eleuatur à terra. Antiqui autē hoc signum Gemini vocauerūt propter Castorem & Pollucem, quos per mortem inter notissima sydera constituerunt. 9
¶ † Quartum, Cancer, sic dictum, quia Cācer est animal retrogradum & Sol tunc retrograditur, discedens à nobis, cum prius appropinquauerit nobis. ¶ Quintum Leo, sic † dictum: quia Leo est animal crudele, 10
& semper febricitans, sic & tempus illud crudele & generans febres. ¶ Rursus quia Hercules Leonem fortissimum in Græcia occidit, ideò propter suam virtutem hunc inter duodecim signa statuerunt. ¶ Sextum virgo, † quia sicut virgo nil generat, sic tēpus illud sterile nil no- 11
ui generat: generata tamen matureſcere facit, est enim tēpus canicularium dierū. ¶ Septimum † libra sic dictū est ab æqua itate mēsis ipsius, 12
quia Sole ibi existēte dies & nox æquipōderata est, quia tūc est æquinoctium autūnale. ¶ Octauum est Scorpius, sicut † enim Scorpius ve- 13
nenosus est & pungit, sic & tempus illud morbosum est, propter inæqualitatem aëris: est enim mane frigus pungens, & in meridie calor vrens. ¶ Nonū, Sagittarius, sic dictum quia † venatio quæ per sagit- 14
tarios fit, plerumque tunc exercetur, vel propter fulgura, quę tunc sæpe cadunt quæ Italici sagittas vocant. ¶ Decimū Capricornus: † sicut 15
enim Capricornus in abruptis montibus siue in excelsis præcipitijs pascitur, sic Sol tunc est in altissimo gradu versus Meridiem vel sicut Capricornus mōres solet ascendere, sic Sol tunc ad nos ascendere incipit. Rursus Antiqui Capricorni figuram inter sydera finxerunt propter capram Iouis nutricem cuius posteriorem partem corporis in pisces effigiē formauerunt, vt pluuias designarēt, quas plerumque idem 16
mensis in extremis solet habere. ¶ Vndecimum, est † Aquarius, sic dictus,

quia tempus illud aquis & ventis abundat. ¶ Duodecimum est Pisces: quia † sicut pisces est animal aquaticum, sic & tempus illud propter multas pluuias aquaticum est, vel quia tunc aquis resolutis est tempus piscationis. Verum licet, sicut patet ex præmissis, signa aqualia sint secundum Astronomicos, Ecclesia tamen illa non ponit æqualia, quia quandoque plures dies sunt in vno signo, quàm in alio, cùm vnius mensis plures dies habeat, quam alius: vnde plures erunt gradus in vno quam alterius signi. Gradus autem, dicitur spacium, quo sol moratur in suo transit in Zodiaco die naturali. Ex iam dictis facilè sciri potest in quoto gradu alicuius signi sit Sol quocunque die. Porro † dies bissextilis, de qua dictum est, dicitur bissextilis secundum Philosophos, quasi ex bisse momentorum collecta: quod sic poterit comprehendi. Sol enim in quolibet signo moratur triginta diebus, & xxx. trientibus horarum & xxx. bisse momentorum: & triens est tertia pars alicuius rei constantis ex tribus partibus. Bisse vero sunt duæ partes, sed multiplicatis duodecies xxx. diebus habemus ecclx. dies xxx. trientes horarum quæ dies xxx. bisse momentorum continet viginti momenta, & ita duo constituunt decem horas, quæ multiplicatis duodecies faciunt quinque puncta, sed multiplicatis duodecies duobus punctis, habemus sex horas ex bisse momentorum collectas, quę de quarto in quartum annum constituantur vnam diem quæ dicitur bissextilis. ¶ Rursus secundum Isidorum, per singulos annos crescit pars quarta assis: ac vbi quarto anno assis completa † fuerit, bissextum vnum facit & ideo per quatuor annos vnus bissextilis adiectus est. Dictus autem est secundum eum Bissextus: quia bis sexies ductus assem facit quod est vnus dies. In quo loco Calendarij poni debeat illa dies his versibus continetur.

Bissextus sextæ Martis tenuere Calendæ.
Posteriore die, celebrantur festa Mathiæ.

Hoc est dicere, quod in illa litera vbi dicitur in Calendario vj. Calen. Martij, debet poni dies bissextilis, & tunc stamus siue sedemus duobus diebus super illa litera & festum sancti Matthiæ quod deberet illa die celebrari, celebratur tantum in sequenti, ita tamen quòd inter ipsum festum & vigiliam nullum sit medium extra de verborum signi. quæ- fiunt. non interest tamen vtrum ipsum festum in prima vel in secunda die prædictarum duarum celebretur: sed regionis in hoc consuetudo seruetur. Isidorus dicit, quod à sexto noñ. Martij vsque in diem Calen. Ianuarij Lunæ cursu bissextus apponitur, atque inde detrahitur. Si autem † volumus scire, quando fit annus bissextilis, debemus diuidere annos Domini per quatuor, quoties possumus, & si nullus superauerit, tunc erimus in anno bissextili, si autem aliquis remanserit, tunc non erit bissextus. Vnde versus.

Annis

Annis diuisi Domini, per quatuor æque.
Monstrant Bissextum, qua ratione scias.

Hoc autem verum est, secundum illos, qui diuidunt annos Domini incipiendo à natiuitate, vel à Ianuario, non secundum illos, qui incipiunt ab incarnatione. Alia etiam doctrina ad inueniendum bissextum ponitur infra, vbi de concurrentibus agetur. ¶ Tempora † siue partes anni solaris sunt quatuor, scilicet, Ver, Æstas, Autumnus, Hyems, vt dictum est in sexta parte, sub quarta feria tertiæ hebdomadæ aduentus. Dicta autem sunt tempora, à communionis temperamento, cò quod inuicem seu humore, siccitate, calore, & frigore contemperent: hæc & curricula dicuntur quia non stant, sed currunt. Ver. dictum est, quia vret, Æstas dicitur ab æstu, id est calore, inde æstas, quasi vsta & arida. Autumnus, à tempestate vocatur: quando & folia cadunt, & omnia matureſcunt. Hyems dicitur ratione hemisphærij, quia tunc Sol circulo voluitur breuiori. Vnde & hoc tempus Bruma dicitur, quasi βραχυτὴ id est breuis, vel à cibo, quia tunc maior est vescendi appetitus: edacitas enim Græcè, bruma appellatur. † Principia autem partium anni secundum Ecclesiam his versibus continentur.

Festum Clementis, Hyems caput est Orientis.
Cedit Hyems retro, cathedrato Simone Petro.
Ver fugat Vrbanus, Aestatem Symphorianus.
Id tibi, quod restat Autumni tempora præstat.

Hoc est dicere festum Clementis, quod est octauo calend. Decembris, est principium hyemis: & durat vsque ad festum cathedræ sancti Petri, tunc incipit Ver, & istud festum est octauo Calen. Martij, & Ver durat vsque ad festum sancti Vrbani, quod est octauo calend. Iunij, tunc incipit Æstas & durat vsque ad festum Symphoriani, quòd est octauo Calen. Septembris, tunc incipit Autumnus, & durat vsque ad festum Clementis, in quo incipit Hyems. In † his quatuor partibus anni triduana ieiunia celebramus: & ideo ieiunia quatuor temporum appellantur. Ieiunium Veris, est in prima septimana quadragesimę, scilicet in quarta feria post cineres. Ieiunium Æstatis, est in prima die Mercurij post Pentecosten. Ieiunium Autumni, est in tertia die Mercurij Septembris scilicet in quarta feria post festum sanctæ Crucis. Ieiunium hyemis in quarta feria post festum beatæ Luciæ, prout ibi dictū est, vnde versus.

Vult Crux Lucia, cineres charismata dia,
Vt det vota pia, quarta sequens feria.

¶ Fiunt † autem hæc ieiunia in quarta feria, quia in quarta feria Christus à Iuda traditus est: & in sexta feria, quia in ea crucifixus est, & in sabbato,

sabbato, quia tunc apostolorum tristitiam de nece Saluatoris repræsentamus, nam si cõpatimur, & conregnabimus. de consecratio. distin. iij. ieiunia. & cap. sabbato. ¶ Aduentus autem Domini quando celebretur, dictū est in sexta parte, sub titulo de aduentu. ¶ Adhuc in † anno Solari contingunt duo Solstitia. & duo Aequinoctia. Solstitia in Aestate, & in Hyeme. Aequinoctia in Vere, & in Autumno. Et autem Solstitium, maxima inæqualitas diei, & noctis, siue ingressus Solis in Capricornum, vel Cancrum: & dicitur Solstitium, quasi Solis statio, cò quod tunc Sole stãte cresc̃unt dies, vel noctes. Aequinoctium est † maxima diei & noctis æqualitas: quia tunc æquali spatio horarum constant, siue ingressus Solis in ariete, vel Libram. Vbi autem sit locus Solstitiorum, & Aequinoctiorum his versibus continetur.

Solstitium decimo Christum præit, atque Ioannem.
Æqua Crucis festum dat tempora Martis & Idus.

Hoc est dicere, quod Solstitium Hyemale, est ante natiuitatem Christi decem diebus, videlicet xviij calend. Ianuarij: quo tempore Sol incipit ad inferiores circulos petere: & Solstitium Aestiuale est ante natiuitatem Ioan. Bapt. totidem diebus, videlicet xviij. calend. Iulij, quo tempore incipit Sol ad inferiores circulos remeare. Vnde æstiualis Solstitij dies maximus, sicut & hyemalis dies minimus inuenitur. Sed secundum Aegyptios Hyemale est xij. calen. Ianuarij: secundum Græcos ix. calen. Aestiuale vero secundum Aegyptios xij. calen. Iulij, secundum Græcos ix. calen. item in festo Crucis, vel secundum alios xij. calen Octobris est Aequinoctium Autumnale: & vbi dicitur: in cal. Idus Martij, vel secundum alios xij. cal. Apri. est Aequinoctium Vernale. Olim enim annus in duas partes tantum diuidebatur, scilicet Aestiuale, & Hyemale Solstitium, & in duo hemisphæria. ¶ Magnus autem annus † completur reuersis Planetis omnibus ad loca sua creationis, quod fit annis non paucioribus cccccxxx. Mundanus vero annus, erit omnibus stellis ad prima loca reuersis, quod fit demum post quindecim milia annorum. Magister Sententiar. dicit in historia Genes. vbi agit de ebrietate Noë, quod magnus annus impletur per circulationem sexcentorum annorum. ¶ Aera, qua vtuntur † Hispani, singulorum annorum est constituta à Cæsare Augusto, quando ad primum censum orbem descripsit. Dicta est autem æra, ab ære, ex eo, quod omnis orbis æs reddere profussus est Reipublicæ Romanorum. Prius autem fuerunt indictiones, postea æræ. ¶ Olympias † constituta est apud Græcos: in Elide ciuitate: aliis à Gentibus agonem & quinquennale certamen, quatuor mediis annis vacantibus: & ob hoc tempus elidij certaminis olympiadem vocauerunt, quadriennio in vna olympiade supputato. ¶ Lustrum † est πωπαγμὸς, id est, quinquenniũ, quod quinto anno dicitur condi. propter olympiades à Romanis institutas: nondum enim erant consules

neque

neque æræ: quinquennale quidem tempus ideo sic vocatum est: quia census per quinquennium in republica peracto, vrbis Romana lustrabatur. ¶ Apud † Romanos est annus impictionalis, qui ter quinos continet annos, vt infra dicetur, & præmissum est. ¶ Apud † Hebræos est annus iubileus, id est, remissionis, qui septenis completus annorum hebdomadibus celebratur, de quo dictum est in vj. parte sub tit. quinquagesimæ. ¶ Apud † Christianos est annus benignitatis & gratiæ, in quo Christus venit, & nos sola benignitate redemit. ¶ Apud sanctos comprehensores, est annus æternitatis & gloriæ, in quo exultabunt sancti in gloria sine fine. ¶ Rursus secula generationibus constant: sic dicta, quia sequuntur, abeuntibus enim aliis alij succedunt. ¶ Hoc tempus quidam quinquagesimum annum dicunt, quem Hebræi iubileum vocant, vt iam dictum est. Et ob hanc causam Hebræus propter vxorem & liberos amans Dominum suum, aure pertusa seruitio subiugatus, seruire iubetur in seculum, id est: vsque ad annū quinquagesimum. Aetas † autem plerumque dicitur pro vno anno, & pro septem: & pro centum, & pro quouis tempore. Vnde & ætas est, quod de multis seculis instruitur, & ideo dicta est ætas quasi æuitas, quia similitudo æui. Nam æuum est ætas perpetua, cuius neque initium neque finis nosciturDeriuatum est autem æuum, ab ἀεὶ ὤν, quod apud Græcos aliquando pro seculo, & aliquando ponitur pro æterno. Propriè vero ætas duobus modis dicitur: videlicet hominis, sicut infantia, iuuentus, senectus aut mundi. Cuius prima ætas est ab Adam, vsque ad Noë. Secunda à Noë, vsque ad Abraham. Tertia ab Abraham vsque ad Dauid, & quarta à Dauid vsque ad transmigrationem Iudæ in Babyloniam. Quinta de iuda vsque ad aduentum Saluatoris in carne. Sexta, quæ nunc agitur, vsquequo mundus iste finiatur. Quot autem sunt anni ab origine mundi, dictum est in sexta parte sub titul. de septuagesima.

ANNOTATIO.

Appellatur. Dicta certe Bruma, quasi βραχύμενον, id est breuis dies.

SVMMARIVM.

1 *Mensis, quid & vnde dicatur.*
2 *Menses habet duodecim annus.*
3 *Mensium enumeratio, & etymologia primam de Ianuario, vnde dicatur*
Inde de sequentibus, per discursum num. 4.5.6.7.8.9.10.11.12.
13 *Mensis quilibet habet tres dies celebres, Calendas, Nonas, & Idus.*
15 *Calendæ vnde dictæ, & cur institutæ.*
16 *Nonæ, & cur institutæ.*
17 *Idus, & cur sic dicantur. num. 18.*
20 *Ægyptiaci dies.*
21 *Dies felices & infelices.*

Incipit

Incipit secunda pars, & primò de mense.

CAP. IIII.

1 Dicto de anno, sequitur videre de mense. Est † autem mensis spatium temporis, quo à Phœbo Phœbe recedens, eidem completo suo circulo sociatur. Et dicitur mensis, à mensurando, eò quod annus per menses mēsuratur: vel à μὴν, quod est defectus, eò quòd luna singulis mensibus, visu deficit ab humano. Vel secundum Isidorū à μὴν, † Græcè, quod est Luna Latinè. † Apud Græcos enim menses legitimi, non ex Solis circulo, sed ex lunæ cursu cōnumerantur, quod est de nouo ad nonam. Diuiditur † autem annus per duodecim menses, quia sol peragrando Zodiacum duodecim circuit regiones signorum. Et in his duodecim mensibus commoratur. Romulus tamen voluit tantùm decem esse menses in anno, incipiens à Martio, quē Marti Deo belli quem parrem suum esse putabat, dedicauit. Vnde Ouidius in primo Fastorum: Tēpora digereret, cùm conditor vrbis in annum, Instituit menses quinque bis esse suos. ¶ Sed Numa Pompilius videns, quod annus non bene decem mensibus cōplebatur, superaddidit duos principio, scilicet † Ianuarium & Februarium. Ianuarius dicitur à ianua. 2 xxxvj. cli. ieiunium. quia sicut per ianuam intramus domum, ita per Ianuarium intramus annum, est enim limes anni, vel dicitur à Iano Deo, qui ab Antiquis dicebatur principium, & finis omnium rerum. Et tecum tuit à gentibus mensis iste consecratus, vnde & idem Ianus bifrons pingitur, vt anni introitus & exitus demōstretur, de quo dictum est in sexta parte, sub tit. de circūcisione. ¶ Februarius, dicitur à febri- 4 bus † quæ tunc de facili contingunt, vel à februis, id est, purgationibus. Sunt autem februæ, oblationes factæ pro mortuis. Romani autem isto mense memoriam animarū habebant, & eas purgabant celebrando exequias mortuorum, vnde secundam Isido. dicitur à febru, id est, 5 Platone, cui eo mense sacrificabatur. ¶ Martius dicitur à Marte † patre Romuli, vel quia eo tempore cuncta animantia aguntur ad marē, & ad concubandi voluptatem, appellantur etiam quandoque mensis agnorum, quia est anni initium, & quandoque nouum ver. quia in eo virid antibus fructibus nobis transactorum probatur occasus. ¶ Aprilis dicitur † quasi aperilis, quia tunc terra aperitur ad germinandum 6 etiam flores aperiuntur, & arbores incipiunt pullulare vel Aprilis, pro Venere dicitur, quasi Aphrilis, ἀφρόδιτη, Græcè, dicitur Latinè Venus. 7 ¶ Maius à maioribus † natu dicitur, qui erant principes reipublicæ, vel à Maia matre Mercurij. ¶ Iunius à iunioribus dicitur, erāt † enim, olim maiores, scilicet seniores, qui appellabantur patres, & hi in ciuitate semper remanebant vrbis regimini consulentes: erant & minores, qui ibant ad pugnandum pro republica: & ideò Maius à maioribus, Iunius à Iunioribus nomen acceperunt: & in illorum honorem 8 instituti sunt: vel dicitur à Iunone. Iulius † dicitur à Iulio Cęsare, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

tunc natus fuit, vel quia tunc de hostibus triumphauit: vicit enim Cleopatram reginam Aegypti, cum Antonio viro suo bello nauali. Iulius tamen priùs quintilis dicebatur, eò quod est quintus à Martio: qui secundum Romulum principium erat anni. ¶ Augustus † est dictus ab Octauiano Augusto, qui tunc natus fuit, vel quia tunc hostes superauit: prius tamen dicebatur Sextilis, eò quod sextus est à Martio, ¶ September † nomen habet à numero & imbre, quia septimus est à Martio, & imbres habet: sic & October, Nouember: atque December ex numero † imbribus vocabula acceperunt: quem numerum decurrentem December finit, pro eò quod denarius numerus præcedentes numero clausit. Quot autem dies quodlibet mensis habeat, his versibus continetur.

Iunius, Aprilis, September, Nouemb.q̃, tricennos.
Plus vnum reliqui, sed habet Februs octo vicenos:
Cui si bissextus fuerit, superadditur vnus.

Hoc est dicere, quod Iunius, Aprilis, September, & Nouember, habent triginta dies reliqui autem menses habent xxxj. sed Februarius tantùm habet xxviij. & quanto bissextus. xxix. Sciendum autem est. quod † cuilibet mensi primo dati fuerunt triginta dies, qui multiplicati in duodecies constituunt tricenos lx. dies, de quinque vero residuis datus est vnus Ianuario, eò, quod est principium anni, & etiam ratione ipsius numeri, quia impar numerus mundus est & numero Deus impari gaudet xxxij. q. j. nuptiæ. secundus datus est Martio propter eandem imparitatem, tertius Maio, quartus Iulio, quintus Octobri. Cæsar autem Augustus volens suum mensem esse æqualẽ mensi Iulij. abstulit Februario vnam diem: quia erat mensis tristitiæ atque luctus: & attribuit eam Augusto: & ita remanserunt Februario tantùm xxix. & Augu. xxxj. Demum Astrologi Romani abstulerunt aliam diem Februario, & addiderunt Decembri: ad hoc, vt finis principio responderet. & sic Februario remanserunt tantùm xxviij. & Decembri xxxj. Veruntamen quandam ad compẽsationem vna dies videlicet bissextilis est de quarto in quartum annum Februario restituta. ¶ Qua verò die, vel qua feria quilibet mensis intrat, iam sub titulo de septimana dicetur. ¶ Sanè in quolibet † mense sunt tres dies celebres, qui solis proprijs nominibus nominantur, & ab eis cæteri denominãtur, scilicet Cal. Nonæ, Idus, quos Romani propter dies festos vel propter officia magistratuum instituerunt. His enim diebus in vrbibus conueniebant. de consec. dist. j. si quis. Calendæ sunt † primi dies mensis: dicitur quasi colendæ, quia tunc semper erat festum Iunonis. Vnde Ouid.

Verdicat Ausonias, Saturnio Iuno Calendas.

Vel quia tunc à Romano populo principia mensium celebrantur: sicut ut ab

ab Hebræis. xxvj. q. vlti. non licet. & c. seq. vnde Ouidius.

Salue festa dies, meliórque reuertere semper,
A populo rerum, digna potente coli.

Vel dicuntur à Καλῶ quod est voco. Primo namque die mensis præco more populum ad nundinas vocabat: clamans toties. Καλῶ, quot dies erant vsque ad Nonas, & ideo pluraliter Calendæ, à pluribus vocationibus vocabantur: vel à Κάλον, quod est bonum omen per totum mensem habendum. xxvj. q. vlt. non obseruetis: tunc enim sibi mutuò munera transmittebant. † Nonæ verò sunt quatuor, vel sex dies in quolibet mense, qui sequuntur post Calendas, & dicuntur à nundinis, quasi nundinæ. quia tunc Roma. nundinas colebant. Ideo autem in alio mense erant Nonæ siue inchoatio nundinarum in die v. & in alio die vij. ne prædones certum tempus ad insidiandum mercatoribus haberent: vel dicuntur Nonæ à Nonis. quia ille dies nonus erat ante Idus: vel à non, quia tunc nullum fiebat festum: vnde Ouid.

Nonarum tutela Deus erat.

Idus verò sunt octo dies qui sequũtur post Nonas: Est † autẽ Idus semper in xiij. vel xv. die secundum quod nonæ præcedunt. Si enim mensis habet quatuor Nonas, Idus est in xiij. Quòd autem conciliũ Antiochen. xviij. dist. propter. dicit, quod Idus est in die x. hæc alia consideratione dicit, & dicuntur Idus, quasi diuisio, quia tunc fiebat diuisio nundinarum: vel quia in Idibus fit diuisio mensis. Dicitur autem Idus ab iduo, as, id est, separo, ras, vnde vidua dicitur quasi idua, id est, diuisa. Plerique Latinorum putant Idus dici ab edendo, eò quod hi dies apud veteres epularum essent. Dies autem qui sequuntur statim post Calend. ita denominantur, Si enim est mensis qui habet quatuor Nonas debemus dicere, in Calendario statim post Calendas. iiij. Nonas. In tertio iij. Nonas. In quarto pridie Nonas. In quinto verò Nonas dicimus vt patet in Ianuario & similibus. si verò est mensis, qui habet sex Nonas, debemus dicere statim post Calendas sexto Nonas. In tertio die quinto Nonas. In quarto iiij. Nonas. In quinto iij. Nonas. In sexto pridie Nonas. In septimo Nonas, vt patet in Martio & similibus. † Dies autẽ qui sequuntur post Nonas ita denominantur: in quolibet mẽse, viij. Idus. vij. Idus. vj. Idus. v. Idus. iij. Idus. iij. Idus pridie Idus, & Idibus: sicut hæc apparent in Cale. manifestè. Dies verò, qui sequuntur post Idus denominantur. à Calend. mensis sequentis hoc modo, Ianuarius habet xxxj. dies, de istis accipe vnum pro Calen. & viij. pro Idibus & iiij. pro Nonis. & sic remanent tantum xviij. adde ergo istis xviij. diebus Calen. siue diem Calend. sequentis mensis. & sic erunt ix. Vnde in mense Ianuario debemus dicere statim post Idus. xix. Calen. Februarij: in sequẽti die xviij. Calen. & sic per ordinem vsque ad finem mensis semper minuendo. ¶ Nota

tamen quod dicitur pridie Idus & pridie Nonas,& pridie Calen.& nō secundo,quia secundus dicitur à sequor:sed illa dies nō sequitur, sed præcedit.¶ Et exponitur hæc prepositio prę, id est,antè vel prius,vnde pridie quasi priori die,siue præ,id est, ante diem:& cum dicitur iiij. Nonas intelligitur iiij.dies ante Nonas, & sic de alijs.¶ Quot autem dies denominentur à Nonis , quot ab Idibus , & quot à Calendis omnium mensium,his versibus continetur.

Sex Nonas Maius:October,Iulius,& Mars,
Quatuor at reliqui,tenet Idus quilibet octo.
Ianus & Augustus denas,monásque December.
Iulius,October,Mars,Maius epta decemque.
Iunius,Aprilis,September,& ipse Nouember,
Ter senas retinet.Februsque bis octo Calendas.

Hoc est dicere quòd Maius.October , Iulius , & Martius habent dies sex pro Nonis,sed reliqui menses habent tantùm quatuor, & quilibet mensis habet octo dies pro idibus.Item,quod Ianuarius,Augustus,& December habent xix.dies pro Calen.Iulius verò. Martius October & Maius habent xvij.Iunius autem,Aprilis,September & Nouember habet xviij. Februarius haber xvj. & si fuerit bissextus superadditur ei vnus.¶ Illud autem † notandum,quòd in quolibet mense sunt duo dies Aegytiaci,id est,ab Aegyptiis deprehensi:in Aegypto enim erant quidam Astrologi,qui quasdam constellationes nociuas , humanis actibus in illis diebus inuenerunt , ideoque illas notas esse hominibus voluerunt,tamen illarum constellationum puncta scire propter errorem nostri computi non valemus : vel fortè inuenerūt illos dies beneconstellatos , & ideò eos in Calendario notauerunt : vt in illis diebus potius , quàm in alijs,actibus insistatur : quorum errorem ne Ecclesia sequi videatur, à talibus cauetur. Vel dicuntur Aegyptiaci secundum quosdam , quia Dominus in illis diebus percussit Aegyptios , nouem plagis.Quotus autem sit dies Aegyptiacus à principio , vel fine mensis,his versibus continetur.

Augurior decies,audito lumine clangor,
Liquit olens abies,coluit colus,excute gallum.

In his versibus sunt xij.dictione xij. mensibus seruientes : prima primo,secunda secundo,& sic per ordinem sumpto initio à Ianuario , ita quòd quota die erit prima litera primæ syllabæ alicuius istarum dictionum in alphabeto , totus erit dies Aegyptiacus in illo mense cui seruit illa dictio , computando à mensis principio versus finem.Item, quota erit prima litera secundæ syllabæ in alphabeto,totus erit Aegyptiacus in illo mense, cui seruit illa dictio , computando à fine versus principi

principium , Verbi gratia:Augurior est prima dictio,& seruit primo mensi,scilicet:Ianuario.au,est prima syllaba,& a est prima litera ipsius syllabæ,& est prima in alphabeto : ergo dies prima Ianuarij est Ægyptiaca.Item gu.est secunda syllaba, & g, est prima littera ipsius syllabæ,& g,est septima in alphabeto, ergo septimus dies Ianuarij numerando à fine versus principium est Ægyptiacus,& sic in aliis:hoc obserua,quod h,in hoc loco pro litera non ponatur. Quilibet autem vltimissorum dierum propter vnicam horam sui denominatur Ægyptiacus,de hoc dictum est in fine Operis.¶ De diebus †verò felicibus vel infelicibus , quos quidam Astrologi notauerunt in præsenti Opusculo , non agitur quia Ecclesia prohibet fidem talibus adhiberi. xxvj.q.vlt.non obseruetis.& c.qui æstimaret.& c.seq.In quibusdam quoque mensibus sunt quidam dies, qui caniculares dicuntur , à Canicula vel Canicula stella,sita in fronte Leonis,& ante genua Tauri, quæ istis mensibus est in medio centro cœli , & dum Sol ad eam ascenderit,coniuncta cum Sole, vel ei proxima duplicatur calor ipsius , ex quo dissoluuntur corpora & vaporantur : vnde vocatur Canis , quia corpora morbis afficit,& sunt septuagintadno dies in quibus propter temporis crudelitatem , & calorem Solis & intemperiem, malum est minui sanguinem.& potionari. Quando autem illi dies incipiant , & finiantur,his versibus continetur.

Incipiunt Iulij pridie Idus Caniculares,
Et pridie Nonas Septembris fine resultant.

Secundum aliquos verò,incipiunt xiiij.Calend.Augu.

ADNOTATIO.

†Latine.Doctorum est opinio,vt mensis Latinè Græcè μὴν,deducatur à Metior,mētiris,quasi res numero dierum mensa. Quod confirmat Tullius.lib.ij. de Natura Deorum, his verbis : Qui quia mensa spatia conficiunt,Menses nominantur. N.Doard.

SVMMARIVM.

1 *Septimana,quid,& vnde dicatur.*
2 *Dies singuli à quo denominentur.*
3 *Dies cur ita non ordinentur in septimana sicut planetæ in cœlo.*
4 *Mensis quilibet,qua die septimanæ intret.*
5 *Soles regulares,& vnde dicantur.*
6 *Concurrens,qui,& qualiter demonstretur.nu.7.& 8.*
9 *Indictio,quid.*

De septimana. CAP. V.

Sequitur de Septimana.† Nempè cōtinet Septimana septē dies naturales,quorū repetitione & menses,& anni secula peraguntur:& hæc apud Græcos hebdomada sed apud Hebræos Sabbatum appellatur,& dicit septimana à septē,& manè,quasi septē & manè,pars pro

toto,scilicet,manè pro tota die:vel septem,& manet: quia manet per septem dies:vel dicitur septimana,quasi septem luces,nam manè lux est.secundum Isidorum,idem etiam spatium vocatur hebdomada,ab ἑπτὰ Græcè,quod est septē,& ἡμέρα, quod est dies,vel modus quod est mensura: & secundum hoc hebdomada est communius nomen, quam septimana. Vnde Daniel:Post septuaginta hebdomadas,&c. & sumuntur ibi hebdomadæ annorum, id est, septuagies septem anni. Septimanæ autem nequeunt habere certa nomina,quia neque habēt certa initia. Singulis nāque annis variantur, propter vnum, vel propter duos dies,qui quādoque sunt super integras septimanas ¶ Omnes † autem dies septimanarum inscribuntur septem primis literis alphabeti: Item dies secundum Gentiles denominantur à planetis. Primus à Sole,qui princeps est omnium syderum, sic & idem dies caput est cæterorum dierum.Secundus à Luna quæ & splendore & magnitudine Soli proxima est, & ex eo mutuat lumen. Tertius à stella Martis,quæ vesper vocatur.Quartus à stella Mercurij,quam quidam candidum circulum dicunt.Quintus, à stella Iouis. quam Phaëtontē aiunt.Sextus à stella Veneris, quam Luciferum asserunt: quia inter cuncta sydera plus lucis affert. Septimus, à stella Saturni, quæ sexto cœlo locata triginta annis fertur explere cursum suum: de hoc dictū est in procœmio octauæ partis. ¶ Sed quæritur,quare† dies non ita ordinantur in septimana sicut planetæ in cœlo, quoniam in cœlo ordinantur secundum hunc versum.

Sol,Ve.Mer.& Luna,Saturnus,Iupiter,& Mars. vel sic:

Saturnus,Ioue,Mars,Sol,cum Vene.Mer.Luna.

Solutio:Dicimus, quòd dies in septimana non ordinantur secundum ordinem Planetarum,sed secundum regimen eorum, in singulis diebus.Vnde quia viderunt Philosophi, quod Sol regnabat prima hora diei Dominicæ,ideò illam diem denominauerunt à Sole. Item quia viderunt,quòd Luna regnabat prima hora secundæ feriæ, ideò diē illum denominauerunt à Luna: & sic de cæteris, sicut patet ex distinctione horarū diei facta inter planetas per ordinem successiuè. Rursus à dictis planetis Philosophi nomina sumpserunt eò quòd à singulis aliquid in homine esse voluerunt,vt à Saturno,candiditatem,à Ioue temperantiam.à Marte,feruorem,à Sole,spiritum, à venere,voluptatem,à Mercurio,eloquentiam,à Luna, cor. Et quia ordo planetarum vltra numerum septenarium non procedit,sed ad primum reuertitur,ideò tantùm septem dies in septimana sunt, à sapientibus constituti. ¶ Nunc †videndum est qua die septimanæ quilibet mensis ingredi tret:de hoc duplex ratio habetur.Prima per hos versus.

Alta domat Dominus,gratis beat,æqua gerentes.
Contemnit fictos,augebit dona fideli.

In istis versibus sunt duodecim dictiones duodecim mēsibus seruientes prima primo,secunda secundo:& sic per ordinem sumpto initio à Ianuario ita quòd quæcunque fuerit, initialis litera alicuius istarum dictionum,eadem erit litera Calēdarum mensis,cui seruit illa dictio. Verbi gratia:Ita est prima dictio,& seruit primo mensi. id est, Ianuario,& a est prima litera illius dictionis alta:ergo a,est prima litera Ianuarij.Item domat,est secunda dictio, quæ seruit secundo mensi. scilicet Februario,& d,est prima litera istius dictionis: ergo d,est prima litera Februarij,& sic de aliis. Item dicit sequens versus per syllabas, quod præcedentes per dictiones.

Adam degebat,ergo Κυὸς ἀδ ξίνος.

Habita autem litera Calēdarum facile possumus scire, qua feria quilibet mensis intret. Per literam enim dominicalem illius anni procedē computando dies per literas subsequentes vsque ad literā quæ est in Calend.mensis cuius diei,introitum scire optas, & in qua feria occurret,in tali feria intrabit ille mensis.Secūda ratio,per quā scire potes qua feria quilibet mensis,intret, est per regulares & concurrentes.Nota ergo,quòd in anno solari sunt quinquaginta duæ septimanæ & vnus dies,vel duo, si sit bissextilis propter quam diem variantur singulis annis principia mensium. Si enim hoc anno incipiat Ianuarius à die Dominico,toto illo anno, quæ est prima litera, Ianuarij erit Dominicalis. Cum ergo ventum fuerit ad finem anni,illud a, finale Calendarij,quod inscribitur illi diei, quæ est vltra integras septimanas,repræsentabit diem dominicam:ergo sequens a,quod iterū est initiale Ianuarij, repræsentabit secundam feriam, & sic toto illo anno erit illa variatio eodem mō singulis annis variātur initia mensiū per diuersas ferias. Et si sit bissextus duplex erit variatio prima in Calend.Ianuarij, secunda in festo sancti Mathiæ. Vt ergo cōpotistæ scire possent,qua feria quolibet anno,quilibet mensis inciperet inuenerūt duos numeros,vnum inuariabilem,qui vocatur regularis,solaris,ferialis:aliū variabilem,qui vocatur concurrens,de quibus breuiter est dicendum. ¶ † Videndum est autē primo, quid sit regularis solaris,vnde dicatur,& vnde habeat ortum, & quot regulares quisq; mensis habeat.Regularis.Solis, est numerus inuariabilis datus mēsi, qui adiunctus cōcurrenti declarat,qua feria septimanæ quilibet mēsis intret,cuius fuerit regularis.Dicitur aūt regularis a regula:quia inuariabilis est,sicut regula ij.dist.canon.Solaris dicitur, ad differentiā Lunaris,de quo infrà dicetur.Habēt enim ortum regulares à Martio: nā in mense Martij sunt v.regulares seu v.pro regulari.Martius enim non habuit initium in primo anno mūdi,seu seculi, imo dicitur mundus factus fuisse in illo mense,in die in quo dicitur xv. Calend.April. vel vt alij dicunt. viij. Calend. Si enim cōputes ordine retrogrado, dies septimanæ vsq; ad Calend. Martij, inuenies q̄ quinta fere mun-

dus incepit,si tamen ante Martium fuit:& hæc est causa, quare Martius quinarium numerū habuit pro regulari.Regulares verò aliorum mensium sic formantur:Iungas regulares menses cū diebus eiusdem & ab illa summa subtrahe vij. quoties poteris & regularem sequentis mensis,quod remansit iudicabit. Verbi gratia Maritus habet quinq; regulares,& dies eius sunt xxxj.redige in summā,& sūt xxxvj. subtrahe vij. quoties poteris, & remanet vna dies, quæ datur mensi sequentis pro regulari.Item Aprilis habet xxx. dies & vnum regularem,qui constituunt xxxj.subtrahe vij.quoties poteris & remanebū: tres quæ dantur Maio pro regularibus,& ita de aliis vsque ad Martium.Possumus etiam scire mensium regulares per hos versus.

Est astris clara fulgentibus ara Deorum.
Grata bonis extat,gratissima cuique fideli.

In istis versibus sunt xij. distinctiones mensibus seruientes: prima primo,secunda secundo,& sic per ordinē sumpto initio à Martio:ita quòd quota fuerit litera prima alicuius istarum dictionū in alphabeto,tot regulares habet ille mensis, cui seruit illa dictio. Verbi gratia Est,est prima dictio,& seruit primo mēsi,scilicet Martio, & c.est prima litera istius dictionis est,& est quinta in alphabeto:ergo Martius habet v.regulares,itē astris est secunda dictio,& seruit secundo mēsi scilicet Aprili.& a,est prima litera istius dictionis,quæ est etiā prima in alphabeto:ergo Aprilis habet vnum regularē;& sic de aliis. ¶ Nūc dicamus de concurrentibus.Dicuntur autem†concurrentes,quia sibi inuicem concurrunt sicut videtur in formatione, vt ideò, quia currunt cum regularibus ad demonstrandam initialem feriam mensiū singulis annis. Est autem concurrens, super excrescentia vnius diei, vel plurium super quinquaginta duas septimanas anni solaris: ideò dixi Vel plurium, quia in anno bissextili superexcrescunt duo dies, in aliis verò vnus tantum:& ab illis superexcrescentia habēt originem concurrentes. Alij verò concurrentes,qui sequuntur,post primū,formātur vno addito singulis terminis siue annis:sic tamē, quod septenarium numerum non excedunt, quia non sunt nisi septem feriæ: & quandocunque est septimus concurrens,illo anno menses habēt eadem principia,quæ in primo anno mūdi seu seculi habuerunt: quælibet enim feria distat, per septenarium à semetipsa. † Concurrentes etiā in hac linea demōstrantur. j.ij.iij.iiij. vj.vij.j.ij.iiij.v.vj.vij.ij.iij. iiij.v.vij.j.ij.iij.v.vj.vij.ij.iij.iiij.v.vj. Nam primus annus cycli solaris,habet vnū concurrentem,secūdus duos,tertius,tres,quartus,quatuor,quintus,sex,propter bissextum, sextus, septem, septimus vnum quia vltra septenarium nō proceditur,sed reuertitur ad vnum, & ita debemus procedere vsq; ad xxviij.annos, tunc reuertimur ad primū annū cycli,& procedimus sicut prius Vnde transcursus lxxviij. annorum vocatur Cyclus solaris,vel concurrentiū:& dicitur Cyclus quasi circu-

culus per similitudinem. Si autem volumus scire,quotus sit annus cycli solaris,debemus diuidere annos Domini per xxviij.quoties possumus & addere illis ix.antè, quàm diuidamus quia quādo Christus natus fuit,tantum iam processerat ille cyclus,& quotus annus remanserit supra diuisionem:annorum totus erit cyclus, & si nullus remanserit,tunc sumus in vltimo anno cycli solaris,vnde versus:

Annis adde nouem Domini partire per octo
Viginti,cyclus sic tibi notus erit.

¶ Possumus etiam scire concurrentes † cuiuslibet anni,per,literam dominicalem illius anni,sicut declarant verficuli subsequentes: A sex,B quinque C,quatuor,E,duo,tres.D,Primus concurrens,F,litera, septimus:est G.& sic de similibus Hoc est dicere quod quando A,est litera dominicalis,in illo anno sunt sex pro concurrente:quando B, quinq;, quando C,quatuor quando E, duo, quando D, tres,quando F, vnus, quando G,septem. Inuēto autem concurrente debemus iungere cum regularibus mensis,cuius feriam Calendarium, id est, introitum scire volumus. & quota fuerit illa summa, si non transcendet septem tota sue tali feria septimanæ ille mensis intrabit. Si verò transcendat septem,quorum fuerit residuum tota feria septimanæ ille mēsis intrabit.sicut autē concurrentes,ita & dominicales literæ variantur.Nam ¶ in primo anno cycli solaris est F, litera dominicalis in secundo E, in tertio D, in quarto G, in quinto A,tunc enim propter bissextum pertransitur B,quod in his versibus declaratur.

Fert ea,dux,cor,amet gens,eum fautor coluit bis.
Ars genus est de corde bono,gignit ferus ensis.
Dicta beant aqua gens, frons dat cunctis bonus author.

In his versibus sunt vigintiocto dictiones viginti octo annis cycli solaris seruiētes, prima primo,secunda secūdo,& sic per ordinem sumpto initio à primo anno cycli,ita quòd quæcumque fuerit initialis litera alicui istarum dictionum eadē erit litera dominicalis in illo anno cui seruit illa dictio. Verbi gratia: Fert est prima dictio, & seruit primo anno cycli solaris,& f.est prima litera:ergo f.est litera dominicalis in j anno cycli solaris,& sic de aliis. Et nota, quòd ille annus est bissextilis, cui deseruit dictio desinens in t , & ita primus annus cycli semper est bissextilis , cum ei deseruiat dictio desinens in t. s. fert & propter hoc prima litera dictionis desinens in t. non erit litera dominicalis illo anno cui seruit illa dictio , nisi à loco bissextili vltra,quia litera dominicalis cum bissexto simul mutatur. A Calen.verò Ianuarij præcedentis ipsum bissextum vsque ad locum bissexti erit litera dominicalis illa,quæ immediatè sequitur in Calendario post illam quæ deberet esse litera dominicalis, vnde in j anno cycli, f. est litera do-

minicalis à loco biſſextili vſque ad Calendas Ianuarij ſequẽtis à Calend. verò Ianuarij pręcedentis vſque ad locum biſſexti g, eſt litera dominicalis, & ita in aliis. Annus autem cui ſeruit illa dictio ſciri poteſt per rationem ſuperius dictam de cyclo ſolari: nam ratio literæ dominicalis tunc currentis ratione ſimili incipit & finitur. ¶ † Nũc aliqua de indictione dicamus. Eſt autem indictio, ſpatium tẽporis quo Romanus princeps tributum Gẽtibus indicebat. Si autem volumus ſcire quota ſit indictio, debemus addere tres annos annis Domini, & poſtmodũ diuidere annos Domini per quindecim, quoties poſſumus, & quotus annus remãſerit, facta diuiſione tota erit indictio, & ſi nullus ſuperauerit, in vltimo anno indictionis ſumus: & tunc ad primam indictionẽ reuertimus quia indictio non tranſcendit xv. vnde verſus.

Si tribus adiunctis Domini, diuiſeris annos,
Per te quinque datur indictio certificata.

De indictione plenius diximus in ſpeculo iudiciali, in Tractatu de inſtrumentorum edictione. §. j. verſi. poſt annos, & infra, vbi de cyclis agetur. De æra ſupra dictum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Dies, eſt duplex.*
2 *Diei partes.*
3 *Dierum alia differentia.*
4 *Momentum quid.*

De die. CAP. VI.

1 Licet † iam ſuperius in pleriſque locis de die tantum eſt: nihilominus hîc ſpecialiter dicendũ eſt. Sciẽdum eſt igitur quod duplex eſt dies, ſcilicet naturalis & artificialis ſiue vſualis: naturalis, eſt ſpatium, quo Sol ducitur circa totã terram ab Oriente vſque in Occidentem, ſcilicet ſpatium diei, & noctis, quod ſemper continet xxiiij. horas. Dicitur dies iſta à diis, quorum nomina Romani quibuſdam, ſyderibus ſacrauerunt: vnde quælibet dies ab aliquo Deo antiquitus vocata eſt, vt à Ioue, & aliis, prout ſub ſeptimana dictum eſt: vel à *Δίω* quod eſt duo, quia continet duo tempora, noctem, ſcilicet & diem vſualem. Quãdo autem incipiat, dictum eſt in proœmio ſeptimanæ partis. Artificialis eſt ſpatiũ, quo ſol moratur ſuper noſtrum hemiſphærium, ab ortu Solis, vſque ad occaſum: & hic ſecundum ſolis aſcenſum & deſcenſum creſcit, pariter & decreſcit. Dicitur autem, dies & claritas. Et dicitur vſualis ſiue artificialis, quia ſolùm hoc tẽpus aptum eſt vſibus artificiis exercendi. Reliqua pars diei, dicitur nox à noceo, quia nocet viſui & vſui: & ideo vocata eſt dies à meliori parte ſine commemoratione noctis, iuxta illud: Et factum eſt veſpere & mane dies vnus. ¶ Rurſus partes † diei tres ſecundum Iſid. ſcilicet mane, meridies & ſuprema. Mane eſt lux matura & plena, nec iam crepuſculum. Meridies dicitur quaſi medi dies, id eſt, medius dies: vel quia tunc purior

purior dies eſt. Suprema eſt poſtrema pars diei. Sero dicitur, à clauſis feris. Noctis verò partes ſunt ſeptem, ſcilicet veſperæ, crepuſculũ, cõticinium, intempeſtum, gallicinium, matutinum, & diluculũ. Veſperum dicitur à veſpere, occidentali ſtella, quæ tenebras ſequẽtes prędicit, & dicuntur tenebræ quaſi tenentes vmbram. Crepuſculum dicitur dubia lux, ſcilicet inter lucem, & tenebras. Cõticinium, eſt quãdo iam omnes ſilent. Intempeſtum, eſt medium noctis tempus, quando nil agi poteſt & omnes ſilent, quaſi importunum Gallicinĩ, dicitur propter gallos lucis prænuntios. Matutinum, eſt inter abſceſſum tenebrarum & auroræ aduentum. Diluculũ dicitur, quaſi incipiens parua diei lux & aurora, quæ ſolem præcedat. Eſt enim aurora diei clareſcentis exordium. ¶ Et nota, quòd dies alij † ſunt ſyderales, in quibus ſydera mouentur, & homines à nauigationibus excludũtur, alij præliales de quibus in lib Regũ quibus reges ſolent ad bella procedere: alij intercalares, quos ſcimus duodecim menſibus ſupereſſe: alij caniculares, alij ſolſtitiales, alij ęquinoctiales, de quibus iam præmiſſum eſt, alij feſti, in quibus iura fantur, alij nefaſti eis contrarij, alij feſti, id eſt, feſtiui, vt die azymorum, alij profeſti, quaſi procul à feſtis, vt feriales, alij mali ſunt. quoniam in eis plus ſolito homines affliguntur: vnde Apoſtolus. Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt, & econtrario ſunt: boni, alij Ægyptiaci de quibus præmiſſum eſt, etiam dies ſaluris in quo dominus venit ad ſaluãdum: eſt etiam dies iudicij. in quo Dominus venier ad iudicandum, qui erit bonis dies lætitiæ, malis autem calamitatis & miſeriæ. Momentum verò eſt † minimum atque 4 anguſtum tempus à motu ſyderum dictum: eſt enim extremitas horæ in brevibus interualis, cum aliquid ſibi cedit atque ſuccedit, ſecundum Iſidorum *ὥρα* Græcum nomen eſt, & tamen Latinum ſonat, eſt enim finis temporis, quot autem horas contineat dies naturalis dictum eſt in principio huius partis.

Rubricæ ſecundæ partis tractantis de anno lunari.

Sequitur ſecunda pars de anno lunari. In qua agitur primò quid ſit annus lunaris, & quot dies contineat. Secundo, de regularibus lunaribus. Tertiò de epacta. Quartò de emboliſmo. Quinto de aureo numero. Sexto, de termino paſchali, & aliarum mobilium feſtiuitatum. Septimò, de cyclis.

SVMMARIVM.

1 *Annus lunaris quid.*

Quid ſit annus lunaris, & quot dies continet. CAP. VII.

1 Annus lunaris dicitur tribus modis. Primo modo, annus † lunaris eſt ſpatium, quo luna circuit totum Zodiacum, quod facit,

facit,in xxvij.diebus,& xij.horis.Secundo modo, dicitur annus lunaris ſpatium,quo luna circuit Solem ab vna aſcẽſione,vſque ad aliam: & hoc facit in xxix.diebus, & xij.horis. Nam cum Luna ſeparatur à Sole ad peragrandum Zodiacum, & poſtea reuertitur ad eundẽ punctum,in quo dimiſerat Solem,non inuenit illum ibi, quia Sol tantum proceſſit ſuo motu:quia luna laborat recurrere ad eum ſiue attingere ipſum duobus diebus,& tribus horis.Tertiò,dicitur annus lunaris ſpatium xij lunationum in anno cõmuni, & tredecim in emboliſmali de quibus infra dicetur.Cum ergo lunatio quælibet conſtet cxxxix.diebus,& xij. horis, quia non curat Eccleſia de minutis, & ex xij. horis præcedentis lunationis.& ex xij.ſequentis conſtituitur vna dies naturalis,quæ ſemper lunationi præcedenti attribuitur, ita quod lunatio prędcedẽtis menſis ſemper habeat xxx.dies,& ſequentis xxix.niſi aliud ſit,propter biſſextum,vel emboliſmum, vel ſaltum lunæ,vnde verſus:

Luna paris menſis,numquàm trigeſima fiet
Impar triceno,numquàm niſi fine carebit.
Tempore Biſſexti Febri,trigeſima Luna eſt:
Nam Iulij Luna,tunc eſt viceſimanona.

Par menſis dicitur, quia numerando à Ianuario per ordinem cadit in numerum parem, vt Februarius,Aprilis, Iunius,Auguſtus, October, December quorum lunatio ſemper eſt xxxix.dierum excepto Februario,cuius lunatio eſt xxx. quando eſt biſſextus. Impar verò eſt, quando cadit in numerum imparem,vt Ianuarius, Martius, Maius,Iulius, September, & Nouember. quorum lunatio ſemper eſt xxx. dierum: excepto Iulio, qui in vltimo anno cycli lunaris propter ſaltum lunæ habet tantum xxix. Ex his autem xij.lunationibus conſtituuntur trecenti quinquagintaquatuor dies in anno lunari, & ſic annus lunaris in xj diebus exceditur à ſolari, ex quo exceſſu omnis varietas ætatis lunæ conſurgit, ita quod vbicumque fuerit luna prima in primo anno,fit in ſecundo xj. propter quam varietatem duorum numerorum genera ſunt inuenta,regulares videlicet & epactæ de quibus breuiter videamus.

SVMMARIVM.

1 *Regularis lunaris,quid.& nu.2.*

De regularibus Lunaribus. CAP. VIII.

NVnc videamus † de regularibus.Et quidem regularis lunaris,eſt 1 numerus inuariabilis, datus menſi ad inueniendum lunã in Calend. menſium ſingulorũ. Habent autẽ ortũ regulares ab illis quinque diebus,qui ſuperſunt in anno ſolari ſupra cccl x. dies : Vnde quinque regulares dati ſunt Septembri, à quo annus lunaris ſumit initium. Regula

Regulares verò aliorum menſium ſic formantur: Iunge regulares menſis cum diebus eius, & ab illa ſumma ſubtrahe lunationem eius, & reſiduum quod remanſerit erit regularis illius menſis. Verbi gratia: September habet quinque regulares, & dies eius ſunt triginta, qui coniuncti regularibus conſtituunt xxxv. & lunatio Septembris eſt tricesima,qua ſubtracta remanent quinque, quæ ſunt regulares ſequentis menſis ſcilicet Octobris,& ſic de aliis vſque ad Septembrem.Nam Aegyptij ſuum annum incipiunt à Septembri, & ideo nos annum lunarem incipimus à Septembri. De regularibus † traditur iſte verſus.

Dic e,g,bis i, k, bis,& poſt manet ordo.

Quaſi dicat: Dic,e bis,quæ eſt quinta in alphabeto, id eſt primis duobus menſibus annis lunaris dantur quinque pro regularibus. Item dic bis g,quæ eſt ſeptima in alphabeto, id eſt tertius & quartus menſis habent ſeptem pro regularibus. Item dic bis, i, quæ eſt nona in alphabeto, id eſt, quintus & ſeptimus menſis habent nouem pro regularibus Item dic bis, K. quæ eſt decima in alphabeto, id eſt, ſextus & octauus menſis habent decem pro regularibus. Et nota, quòd hic tranſitus de quinto ad ſeptimum, & de ſexto ad octauum, vt patet in formando in ipſos regulares, quia Ianuarius, & Martius ix. & Februarius, & Aprilis x. habent: ſed poſt manet ordo, id eſt, Maius xj. Iunius xij. Iulius xiij. Auguſtus xiiij. habent.

SVMMARIVM.

1 *Epacta,quid & qualiter deſignatur & inuenitur, num. 2.& 3.*

De Epacta. CAP. IX.

1 SEquitur de epacta. † Eſt autem epacta numerus variabilis,datus anno ad inueniendum Lunam in Calend. cuiuſlibet menſis : & dicitur epacta ab ἐπὶ, quod eſt ſupra, & aucta, quia eſt ſuper excreſcentia anni lunaris à ſolari.Ideóque annus primus cycli lunaris nullam habet epactam,quia nullus annus præceſſit,à quo vndecim accepiſſet.Secundus verò habet vndecim pro epacta, quia epacta oritur ab illis vndecim diebus, quibus annus lunaris exceditur à ſolari. Tertius verò annus habet xxij. quia ſemper adduntur xj. ſi non tranſcendat xxx. ſi vero tranſcendat xxx. abiectis xxx. reſiduum erit epacta illius anni : & ideò in quarto anno, quia ſumma aſcendit ad xxxiij. abiectis triginta tres ſunt epactæ illius anni. Epactæ verò Græcè dicuntur, Latinè adiectiones annuæ lunares,quæ per numerum vndecima vſque ad tricenarium ſe reuoluuntur, quas Aegyptij ideò adiiciunt, vt lunaris emerſio ratione Solis coæquetur. Luna enim iuxta curſum ſuum xxix.ſemis dies lucere dignoſcitur,& fiunt in annum lunarem dies trecenti liiij.remanent ad curſum anni ſolaris dies vndecim, quos Aegyptij adiiciunt.

Abſque

Absque his inuenies lunam quota sit in quolibet anno, mense, & die. Epactæ omnium annorum cycli lunaris, per hanc tabulam denotatur, ita quod hoc verbum nulla respondet primo anno,& singuli sequentes numeri respondent singulis annis cycli, vsque ad xxix. vt nulla xj. xxij. iij xiiij.xxv.vj.xvij.ix. xxj. xij.xiij.v.xvj.xxviij.xxx.Sed hoc idem etiam ostenditur per hos versus.

*Annis * adde monos Domini partire per vnde.*
Viginti Lunæ cyclis, & inde patet.

Hoc vult dicere, quòd si volumus scire quotus sit annus epactalis, siue cyclis debemus diuidere annos Domini per decemnouem quoties possumus, & addere vnum : quia quando Christus natus fuit tantum processerat ille cyclus , & quota fuerit summa , quæ remanserit.totus erit annus cycli epactalis:verbi gratia: Hoc anno computamur annos Domini mille cclxxxvj. quorum mille ducenti septuagintatres:sunt rectè per decem & nouem diuisi , supersunt tredecim de prædicto numero: addito ergo vno fiunt quatuordecim, vnde hoc anno est decimusquartus annus cycli lunaris, in anno sequenti erit xv. & sic vsque ad decemnouem : posteà reditur ad primum , & hoc verum est , secundum illos: qui incipiunt computare annos Domini à natiuitate Christi : vel in Calendis Ianuarij , non autem secundum eos qui illos immutant in Calendis Septembris,& faciunt ibi diuisionem: nam tunc addendi sunt duo anni. Potest etiam & † aliter inueniri epacta , vt si summam, quæ remanet de præmissa diuisione annorum Domini per tres iuncturas pollicis numerus. Si enim numerus finitur in prima iunctura debemus demere vnum de ipso numero , si in secunda debemus addere nouem, si in tertia, debemus addere x.& ix.& summa inde prouenies est epacta , & hoc si triginta non transeat. Si verò transiret abiectis triginta residuum est epacta.Vnde versus.

Deme vnum , post adde nouem, post dena nouemque.

¶ Inuenta igitur epacta debemus eam iungere cum regularibus mensis,cuius lunam volumus inuenire,& quota fuerit summa,inde prouenies tota erit luna in Calendis illius mensis , dummodo triginta non transeat : si vero triginta transiret abiectis xxx. residuum erit ætas Lunæ: & si summa illa fuerit xxx.in Calend.mensis: tunc luna erit triginta,si autem nulla fuerit, pura in primo anno cycli lunaris tunc ad inueniendum lunam sufficit regularis.Sod quoniam epactarum ratio quandoque fallit,propter embolismum siue saltum Lunæ, ideo de ipso breuiter videamus.

SVMMARIVM.

1 *Embolismus, quid.*
2 *Embolismalis annus.*
3 *Annus communis.*
4 *Epacta,*

4 *Epacta , vbi fallat.*
5 *Lunæ saltus. & num.6.*

De embolismo. CAP. X.

1 CIrca embolismum siue Lunæ saltum notandum est † quod ἔμβολισμος Græcè , interpretatur Latinè superaugmentum , seu superexcrescentia anni solaris super lunarem : Quia ergo annus solaris excedit lunarem in xj. diebus ex illo excessu constituuntur septem lunationes in xix. annis cycli lunaris multiplicatis illis vndecim diebus. Et dicuntur lunationes embolismales , quarum quælibet est xxx. dierum , & attribuuntur vij.annis embolismalibus : ita quod in quolibet cyclo lunari sunt septem anni embolismales , & xij. communes. ¶ Appellatur † autem annus embolismalis , quia quarta decima luna præcedentibus pascha, vsque ad quartamdecimam sequẽtis habet xiij.lunationes,siue xiiij.menses lunares, id est,trecentos lxxxiiij.dies: & iste est annus sancti Moysi diuinitus reuelatus.Communis verò habet tantùm xij.lunationes, id est, trecentos quinquaginta quatuor dies, quorum dispositiones continet iste versus.

Cur fles has lacrymasi odiosum quare tyrannum.

¶ In isto versu sunt septem dictiones septem annis embolismalibus seruientes: prima primo,secunda secundo, & sic per ordinem, ita quod quota est prima litera alicuius istarum dictionum in alphabeto , totus annus cycli epactalis erit annus embolismalis.Verbi gratia:Cur est prima dictio, & seruit j. anno embolismali:& c, est prima litera illius dictionis, quæ est tertia in alphabeto: ergo tertius annus cycli lunaris est
3 embolismalis , & ita de aliis hoc obseruato : quod hæc dictio Has debet scribi cum h. Et dicitur annus † cõmunis,quia sæpè duo ita coniunctim incedunt,vt inuicem se in paschali solennitate sequantur:embolismalis enim semper solus est. Ordo autem istorum annorum communium & embolismalium , patet in linea subsequenti. Communis communis embolismalis : communis communis embolismalis: communis embolismalis : communis communis embolismalis: communis communis embolismalis : communis embolismalis: communis communis embolismalis.Habito autem anno embolismali:possumus scire, in quo mense lunatio embolismalis contingat per hunc versum.

Mobilis & Christum modò liber habeto ceuum.

¶ In isto versu sunt septem dictiones septem mensibus seruientes , in quibus contingunt lunationes embolismales in præfatis septem annis: prima primo secunda secundo : & sic per ordinem, ita quod quotaerit prima litera alicuius istarum dictionum in alphabeto , toto mense illius anni , cui seruit , illa dictio contingit lunatio embolismalis. Item,

quota

quota erit prima litera secundæ syllabæ in alphabeto, tota die mensis incipit lunatio emboliſmalis, verbi gratia: Mobilis est prima dictio & seruit primæ lunationi, quæ contingit in tertio anno cycli lunaris & m, est prima litera huius dictionis, & est xij. in alphabeto, ergo in xij. mense contingit lunatio emboliſmalis. Item b, est prima litera secundæ syllabæ, & est secunda in alphabeto ergo in secunda die illius mensis incipit illa lunatio, & sic de aliis. Si autem velis plenius huius rei veritatem inquirere, recurre ad epactam, & regulares illius anni de quo 4 vis scire, & ita inuenies. ¶ Nunc † videamus vbi fallit epacta iuncta regularibus propter emboliſmum seu saltum Lunæ. Circa quòd nota, quod licet in cyclo lunari sint septem anni emboliſmales, vt superius dictum est: non tamen fallit epacta, nisi in tribus, scilicet in viij. xj. & xix. vnde versus.

Octauo vndecimo, postremo fallit epacta.

¶ In quo autem loco vel mense, vel quot locis fallit epacta, iuncta regularibus, his versibus denotatur.

Iulius vndenis, ter Maius, octo vicenis,
Biſſextus nisi sit, Mars peccat: in vnde tricenis.
In totidem Maius, Augustus vero duobus.

¶ Hoc est dicere, quod in viij. anno cycli lunaris fallit epacta cum regularibus in Maio & Iulio, quia in Calen. Maij cum luna deberet esse xxviij. secundum epactam. non reperitur nisi xxvij propter emboliſmum. Item fallit in Cal. Iulij eodem anno, quia tunc luna deberet esse xxx. secundùm epactam, tamen non reperitur, nisi xxix. propter emboliſmum, vbi credendum est emboliſmo, & non epactæ. Item in xj. anno fallit epacta, quia in Calend. Martij secundùm epactam deberet esse luna xxix. sed propter emboliſmum reperitur tantùm xxviij. Verumtamen si in illo anno fuerit biſſextus, tunc corrigitur ille error, quoniam propter biſſextum additur vna dies. Item xix. anno fallit epacta in duobus locis, nam secundùm epacta luna deberet esse xxix. in Calend. Maij, sed propter emboliſmum non reperitur nisi xxviij. & in eodem fallit in Calend. Auguſti: quia secundum epactam luna deberet ibi esse ij. sed propter saltum Lunæ ibi tertia inuenitur, quia lunatio Iulij quæ deberet esse xxx. in illo anno est tantum xxix. & hoc contingit propter errorem noſtri computi, & tunc annus in ij. diebus excedit 5 tur à solari. De saltu † Lunæ traditur iste versus.

Luna facit saltum, quintilis lude suprema.

¶ Retrocedit enim Luna vna die, sicut diximus propter errorem noſtri computi vt in sequenti anno in Calend. Septembris. Luna redeat sicut debet: nisi enim saltus Lunæ colligeretur, contingeret error, vt in xiiij.

in xiiij. cyclis decireturt Luna prima quando esset pleniluniu. Colligitur autem sic iste dies: quælibet enim lunatio ad hoc, vt lunationes sint æquales, haberet xxix dies & dimidium minus iiij. momentis, & vna vncia, & vna atomo, sunt autem in cyclo ducenti triginta quinque lunationes: erunt ergo quater tot momenta, quæ sunt in vniuerso nongenta quadraginta, quę diuisa per xl. constituunt xxiij. horas & dimidiam. Posteà ccxxv. vncias constituitur xij. momenta, & remanent xij. vnciæ: & ex cccxxxv. atomis constituuntur v. vnciæ. quæ vnciæ cũ xij. ptioribus faciunt vnum momentum, quod iunctum ad xix. momenta præhabita, facit dimidiam horam, quæ iuncta cum aliis xxiij. & dimidiam facit vnam diem, quæ subtrahitur vltimo anno, à lunatione Iulij, & dicitur saltus Lunæ. potest etiam facilius hoc modo colligi. Annus lunaris constat ex ccclxiiij. diebus minus vna hora & iiij. parte vnius horæ, & lxxvj. parte quarta vnius horæ: ergo in xix. annis habetur xix. horæ, & xix. faciunt in xix. annis quartam partem vnius horæ: & ita erunt xx. quartæ horarum quæ faciũt v. horas quæ iunctæ 6 xxiij. horis præhabitis, faciunt vnum diem. est † igitur saltus Lunæ quidam dies collectus in xix. annis ex eo superfluo quod datur lunationibus & dicitur saltus Lunæ, non quod Luna magis saliat illa die, quàm alias: sed quia nos Lunam computãtes diem illam, super quam in aliis annis lunatio Iulij dicitur xxx. salimus siue prætermittimus, non computantes Lunam in vltimo anno cycli decem nouẽnalis, nisi xix. ideò autem subtrahitur dies illa à lunatione Iulij in vltimo anno cycli decennouennalis, quia Iulius est vltimus in anno epactali, inter menses habentes xxx. dies in lunatione. vnde vltimo anno lunatio Iulij non computatur tricesima, sed vicesimanona: & ideò aureus numerus illius anni, scilicet decennouẽnalis, quamuis crescat, sequitur sine intercallo minorem, & per consequens in aliis mensibus sequentibus, vsque ad Ianuarium sicut infrà dicetur: saltus ergo Lunæ facit duas lunationes pariter esse xxix. dierum: ad præfatos ergo errores facilius corrigendos inuẽtus est aureus numerus, de quo breuiter est dicendũ.

SVMMARIVM.

1 *Numerus aureus, quid, & cur sic dictus, & à quo inuentus.*
2 *Numerus aureus, vnde formetur. & nu. 3.*

De aureo numero. CAP. XI.

1 AVreus numerus † est ille, qui ponitur in Calendario, qui in quolibet mense indicat lunam primam, ad priuatos errores facilius corrigendos, inuẽtus. Et dicitur Aureus numerus, per similitudinem: quia sicut aurum superat omnia metalla: iste numerus omnes alias lunationes lunares excellit, quem Iulius Cæsar tanta diligentia dicitur inuenisse, qui incipiens à quocunque anno cycli lunaris, vbicunque inuenit lunam primam in primo anno cycli posuit j. in Calendario in

latere extrinseco,iuxta literas feriales,scilicet in quolibet mense,& in secundo anno vbicunque inuenit primam posuit ij. in quolibet mense,& in tertio iij.& sic de aliis:& ideò in Calen. Ianuarij ternarius est numerus,quia ibi luna inuenitur tertio anno prima,nec ibi debet poni alius numerus,quàm ternarius,quia in nullo anno Calen. Ianuarij luna est prima, nisi in tertio anno cycli decem noualis. ¶ In quibusdam †tamen Calendarijs numeri ipsi designantur,per literas alphabeti:nam pro vno interponitur ibi,a,pro duobus,b,pro tribus,c,& sic de aliis numeris & literis,& seriatim vsque ad literam,t,quæ est decima nona in ordine alphabeti. Formatur autem Aureus numerus ab illo ternario, qui ponitur in Calend. Ianuarij : nam illis tribus adduntur octo, & constituunt vndecim, qui numerus debet poni in tertia litera Ianuarij. Item illis vndecim adduntur octo, quæ constituunt decem nouem, qui numerus debet poni cum interuallo in quinta litera Ianuarij.Item illis xix.adduntur octo,& sic sunt xxvij.Sed quia Aureus numerus non transit xix.ideò abiectis xix.residuum,scilicet octo,debet poni immediatè post xix.& sic per totum Calen.Patet ergo,quod quando maior numerus sequitur minorem, tunc debet inter vtrunque numerum dimitti vna litera,&quando minor sequitur maiorem, tunc nulla debet litera intermitti.vnde versus.

De tribus octo canens superet de dena nouémque.
Maior sit ternus.Minor aureus esto secundus.

Veruntamen formatio illa fallit in omni mẽse. cuius lunatio est xxix. dierum,scilicet in Februario,Aprili,Iunio,Augusto, Octobri, & Decembri : in quibus post minorem numerum maiori immediatè locatur sequitur † circa principium mensis,quod patet hoc versu:

Mense breuis Lunæ Februs est ars dat cito ganger.

In isto versu sunt sex dictiones sex mensibus deseruientes, quorũ lunatio est xxix. incipiendo in medio versu, vbi dicit Februs : ita quod quęcunque fuerit initialis litera alicuius istarum dictionum super eadem litera in Calendario maior numerus sequitur minorem sine spatio,id est nulla litera dimissa in illo mense,cui seruit illa dictio : verbi gratia : Februs est prima dictio, & seruit mensi cuius lunatio est xxix. scilicet Febru.& f,est prima litera : ergo super primum, f, mensis Februarij maior numerus sequitur minorem immediatè:similiter super primum,e,April.& sic de aliis:sed super primum, g, Decẽbris Maio, scilicet xxiij.sequitur immediatè minorem,scilicet ij. & super eadem litera, quia ibi est duplex aureus numerus quod designat geminatio huius literæ,g,in hac dictione ganger.Item fallit in Iulio, & reliquis mensibus vsque ad Ianuarium in quibus circa finem numerus xix.sequitur immediatè ad xij numerum,vnde versus:

Iulius

Iulius & reliqui,qui restant denam nouemque
Iungunt vndeno sic est ratus aureus ordo.

Item sciendum est, quod quando xix. immediatè sequitur xj. tunc octauus,qui sequitur debet tertio loco poni,vnde versus.

Quando continuas vndenis dena nouémque.
Maiori trinus,tunc octonarius esto.

SVMMARIVM.

1 *Paschatis terminus.& n.4.5.6.7.8.& 11.& paschatis claues & n.2.*
3 *Clauium sedes.vbi inueniatur.*
9 *Septuagesimæ inueniendæ terminus.item Pentecostes.nu.10.*

De termino Paschali.
CAP. XII.

1 DE termino paschali† triplex datur ratio.Prima per claues Mosaicas.Secunda per ætatem Lunæ.Tertia per tabulas manuales, de quarum qualibet videndum est.Sed primo de clauibus,& ideò dicendum est,quid sit clauis & vnde dicatur, & vnde habeat ortum, & ad 2 quid inuenta fuerit.Clauis & numerus † variabilis datur anno ad inueniendum principia quinque mobilium festiuitatũ,s.septuagesimæ, quadragesimæ,paschalis rogationum,& pẽtecostes,& ideò sunt quinque claues, & quælibet prædictorum festorũ habet xxxv. dies in quibus semper celebrantur. A sede autem cuiuslibet clauis numerantur dies xj. vsque ad initium ipsorum x xv. dierum prout hic infrà patebunt.Et dicitur clauis per similitudinẽ, quia sicut per claues ostia reseruantur:ita per talem numerum principia dictarum festiuitatum nobis denotantur.Habent enim ortum istę claues terminorum à xix.annis cycli lunaris,& vij.diebus septimanæ : vnde prima clauis est xxvj. Claues autem aliorum annorum,sic formãtur:Addamus enim semper claui præcedentis anni xix. & summa inde proueniens erit clauis sequenti anni,si nõ superat quadraginta:si verò summa superat quadraginta abiectis xxx residuum erit clauis sequentis anni. Verbi gratia: Clauis primi anni est xxvj.cui si iungantur xix.erũt xlv.vnde abiectis xxx.remanent xv.qui numerus est clauis sequentis anni,& ita forman tur vsque ad xix.annos,per ordinẽ,quia non proceditur vltra xix.numerum,sed reuertitur ad priorem:vnde cyclus clauiũ aurei numeri,& epactarum non differunt quantitate,differunt tamen principio: quia cyclus epactarum incipit à Septembri,cyclus autẽ aurei numeri & clauis à Ianuario:vnde si velimus scire, quotus sit annus cycli aurei numeri & clauium,possumus scire per diuisionem annorum domini facta superiùs in titulo de epacta.Inuẽro quotus sit annus clauiũ possumus scire,quę sit clauis illius anni per aliã hanc rationem:numerus enim ille, qui remanet de diuisione annorũ domini numeri debet per

sumitates quinque digitorum, inchoando à police: & si numerus terminatur in pollice. debemus addere xxv. & summa inde proueniens erit clauis illius anni: si verò numerus finitur in indice, debemus addere xiij. si in medio xiij. si in annulari xix. si in auriculari vij & si summa inde proueniens accesserit xl. adiectis. xxx. quod remanserit, erit clauis, quæ additio his versibus continetur:

Vigintiquinque tredecim plus esse tricenos:
Vnde vicena epa, digitis pro clauibus apta.

¶ Sedes quidem † clauium nunquam inueniuntur in Calendario, nisi super hanc literam, g, prima ergo Ianuarij g, est clauis septuagesimæ, vltima g. eiusdem mensis est clauis quadragesimæ, & secunda g, Martij est clauis paschalis, tertia g, Aprilis est clauis, rogationum: vltima g, Aprilis est clauis Pentecostes, vnde versus.

Vltima, g. prima Iani, Martisque secunda,
Aprilis terna tibi signat, & vltima clauem.

¶ Habita ergo claue anni incipe computare à sede clauis, & comple illam & diebus Calendarij per ordinem procedendo: & vbi terminabitur ibi erit terminus solenitatis, ita quod in proximo die dominico ibi sequenti erit initium solennitatis, cuius est clauis, sed rogationes incipiunt in sequenti die Lunæ, & si fuerit bissextus cuilibet claui est vna dies addenda. † Possumus etiam scire paschales terminos per ætatem Lunæ cuius rationem sequimur iuxta cõsuetudinem Judæorum: de quo talis datur regula: Accipe Lunam quæcunque est in festo epiphaniæ, & perfice illam procedendo per dies calendarij ordinatè vsque ad quadraginta dies, & si fuerit bissextus, vsque ad quadraginta vnum in proxima die dominica sequenti erit initium septuagesimæ, vnde versus:

A festo stellæ numerando perfice lunam.
Quadraginta dies post Septuagesima fiet.
Bissextus, quando fuerit super additur vnus.
Si cadit in lucem Domini tunc sume sequentem.
Si cadit in feriam septenam, fitque Bissextus.
Linque diem Domini primum: sumaque secundum.

¶ Habita ergo septuagesima terminos aliarum mobilium festiuitatum facile scire potes. Nam à septuagesima vsque ad quadragesimam, sunt tres integræ septimanæ à quadragesima, vsque ad Pascha sunt sex integræ septimanæ: à Pascha verò vsque ad diem lunæ rogationum sunt quinque septimæ, & vnus dies: à paschate vero vsque ad Pentecostem computantur quinquies decem dies. † Terminum quoque Paschalem his versibus scire potes. *Post*

Post nonas Martis Vbi sic luna noua require.
Tertia lux Domini proxima Pascha tenet.

¶ Rursus vbicunq; post duodecim Cal. Aprilis luna decima quarta reperitur in dominica proxima, & Pascha celebratur. Itē qualiscunq; luna fuit in Cal. Ianua talem fac cũ festo Sancti Benedicti, siue duodecimo Cal. April. & illam computes vsque ad vigesimam quartam: & ibi erit Pascha Hebræorum. ¶ † Rursus ab viij. idus Martij, vsque ad Nonas April. sunt dies xxix. quocunque ergo illorum luna fuit prima, computetur vsque ad xiij & ibi erit Pascha Hebræorum. Est etiã & alia ratio inueniendi Pascha per ætatem Lunæ, quoniam quando Luna currit per vnum, erit. Pascha dominica prima post Nonas Aprilis, quando currit per duo, erit dominica prima post viij. Calen. Aprilis, quando currit per tres erit dominica prima post Idus Aprilis, quando per quatuor erit dominica prima post Nonas April. quando currit per quinque, erit dominica prima post xj. Cal. Apr. quãdo currit per sex, erit dominica prima post iiij. idus Apri. quando currit, per septem, erit dominica post iij. Cal. April. quando currit per octo, erit dominica prima post quartum decimum Cal. Maij: quãdo currit per nouem, erit dominica prima post septimam Idus Aprilis. quãdo per decem erit dominica prima post. vj. Calend. Aprilis, quando per vnde cim erit dominica prima post xvij. Cal. Maij, quando per duodecim, erit dominica prima post pridiè Nonas April. quando per tredecim, erit dominica prima post ix. Cal. Aprilis, quando per quatuordecim, erit dominica prima post ij. Idus April. quando per quindecim, erit dominica prima post Calen. April. quando per sexdecim erit dominica prima post duodecim Calen. April. quando per decem septem, erit dominica prima post v. Idus Aprilis, quando per viij. erit dominica prima post iiij. Idus Aprilis, quando per xix. erit dominica post xv. Cal. Maij. ¶ Tabulas insuper manuales nonnulli ad inueniendos Paschales terminos confecêre sicut Dionysius, Isidorus, & quidam alij, quas ad præsens duximus dimittendas, ne difficultas sit nimium onerosa. Ad præsens igitur sufficient carmina nostra scripta.

Esse grauem nobis bello carmen caueamus.
Bellum sæpe gerens, etiam puto deiicit hostem
Mox animæ lucrum inuenies cum religiosis.

In his versibus sunt xix. dictiones, xix. annis cycli lunaris seruientes, prima primo, secũda secundo, & sic per ordinẽ, sumpto initio à primo anno cycli: & quota fuerit prima litera dictionis in ordine alphabeti, quæ non desinit in m, tota die Aprilis, cõputando à mensis principio. versus finem, erit terminus Paschæ Hebræorum, id est, Luna xiiij. & in proxima dominica subsequenti erit Pascha nostrum, sicut in sexta parte sub tractatu de Pascha plenè dictũ est. Ibi etiam patet quare su-

per v.Cal.Apr.scribitur in Calendario resurrectio. Domini. Si verò dictio desinit in m,quota eius erit prima litera in alphabeto tota die Martij computando à mensis fine, versus principium erit terminus paschalis Iudæorum:& in primo die dominico,qui posteà occurrerit descendendo versus finem erit Pascha nostrum:hoc cautiùs obseruãdo,quia carmen & caueamus, in præfatis versibus debent scribi per k,& hostem debet scribi per h, quæ in hoc loco pro litera reputatur: Potest & aliter Pascha facilè inueniri: pone enim in Calendario tuo in margine aureum numerum sequentem,videlicet iuxa xij.Cal.Apr. pone xvj.iuxta xj.Calen.pone v.iuxta ix.Calend.xiij.iuxta viij.Cal.ij. iuxta vj.Cal.x.iuxta iiij Cal.xviij.iuxta.iij.Cal.vij.item iuxta Calend. Apr.xv.iuxt.iiij. No.Ap.iiij. iuxta ij.Noñ. xij.iuxta. Noñ.j. iuxta vj. Idus xix. iuxta v.Idus xvij. iuxta iiij. Idus vj. iuxta ij. Idus xiiij. iuxta Idus iij.iuxta xvij.Calend.Ma.xj.iuxta xv.Cal.xix.iuxta xiiij.Ca viij. Volens ergo terminum Paschæ inuenire,adde † vnum annis Domini tunc currentibus,posteà diuide ipsos quoties poteris per xix.& si diuisio perficiatur in xix. ita quod nihil supersit, curre ad Calendariũ tuum,& in die illa,iuxta quam inuenies scriptum xix.erit Pascha Hebræorum, quod semper celebrant in xiiij.luna, & in sequenti dominica erit Pascha nostrum. Si verò aliquid supersit super vltima xix. puta quinq; vel x.vel xv.dies tunc Pascha Hebræorũ erit in die iuxta quam scriptum inuenies v.vel x.vel xv.& sic de aliis præmissis numeris & diebus,& in sequenti dominica erit Pascha nostrum, quod non potest esse ante xj.Cal.April.nec post vij.Cal.Maij.verbi gratia: Hoc anno computantur anni Domini mille cclxxvj. quorũ mille cclxxiij. sunt rectè diuisi per xix.supersunt ergo xiij de præmisso numero quibus additur vnus & fiunt xiiij. vbi ergo inueneris in tuo calendario hunc numerum,ibi erit hoc anno Pascha Iudæorum,in sequenti verò anno erit,vbi inuenies scriptum xv.& sic vsque ad xix.posteà verò redditur ad primum,& sic perpetuo fiet.¶Per eundem†quoque modum poteris terminum septuagesimæ inuenire .Pone enim in Calendario tuo in margine iuxta xvj. Cal. Februarij hunc numerum decimumoctauum:item in eadem linea pone xix.iuxta xv. Ca.Feb. pone v.iuxta xiij.Cal.xiij.iuxta xij.Ca.ij.iuxta.Ca.x.iuxta vij.Ca.viij.iuxta.vij. Cal.vij.iuxta v.Cal.xv.iuxta iiij.Calẽ. iiij. iuxta ij.Cal.xij. item iuxta Cal.Feb.xix.item iuxta iij.Noñ.Februarij vj.iuxta vj.Idus iij.iuxta v. Idus iij.iuxta iij. Idus xj. uxta Idus xix. Diuersis ergo annis Domini per xix.vt prœmissum est,vide qui numerus supereſt, super xix. & vbi illũ in ipso Cal inueneris ibi erit terminus septuagesimæ,qui semper est in luna xi.& in sequenti dominica septuagesimã celebramus, quæ nõ potest esse ante xv.Cal.Febr.nec post ix.Cal.Mart.Sic nec quadragesima potest esse ante vj.Idus Febr.nec post ij.Idus Martij.¶Eodem etiam modo†terminus Pẽtecostes inueniri potest. Pone enim in tuo Ca.in margine iuxta vij.Idus Maij xvj.Idus v.iuxta iiij.Idus xiij.iuxta iij.Idus ij.iuxta Idus x.item iuxta xvij. Calẽd. Iunij xviij.iuxta xv. Cal.vij.iuxta xiij.Cal.xv.iuxta x.Cal.iiij.iuxta xi).Calẽd.xij.iuxta ix. Cal.j.iuxta vij.Cal.xix.iuxta quantum Ca.xij.iuxta In ij.Ca.vj. iuxta ij.Cal.xiiij.itẽ iuxta Ca. Iunij iij.iuxta iij No. xj. Noñ.xix.iuxta viij. Idus viij. Diuisis ergo annis Domini per xix.numerum illum,qui supererit, super decẽ & nouem quære in prœmissis locis Calendarij: & vbi illum inueneris,ibi erit Pentecost. Hebræorum, quod semper est in Luna quarta:& in sequenti die dominica erit Pentecoste nostrum, quod non potest esse ante vj.Idus Maij,nec post Idus Iunij, sicut nec rogationes esse possunt ante vij.Cal.Maij,nec post iij. Cal. Iunij. Potest etiam Pascha aliter inueniri per hanc tabulam†quinque,quindecim,tredecim, duo viginti duodecim, triginta decem, octo septem, xxij. quindecim quatuor xxiiij. xij. vnũ xxj. nouem xxix. decem & septem.Isti numeri repræsentãt quosdam dies Aprilis & Martij. in quibus contingit Pascha Hebræorum,computando dies illos à principio ipsorum mensium, ita quod ipsi numeri à viginti infra respondeant Aprilli à viginti supra Martio; hoc vult hæc dicere tabula, quòd in primo anno cycli lunaris est Pascha Hebræorum in quinto die intrãtis Apr.in secundo anno eiusdem cycli est quintadecima die intrantis Martij.& sic de aliis,donec numeri ipsius tabulæ cõpleantur posteà ceditur ad primum annum cycli. Qualiter autem inueniantur anni cycli,dictum est suprà, vbi agitur de epacta. Quare festa Saluatoris excepto festo natalis siue natiuitatis, sint mobilia, dictum est in sexta parte, sub festo natali. Vltimò secundum Isidorum. sciendum est,quod inter Latinos & Græcos est varietas super termino festiuitatis Paschalis:quòd prouenit,quia Latini à iij.Noñ.Martij,vsque ad tertium Noñ,Aprilis primi mensis,Lunam requirunt,& si quindecim Luna dies dominica peruenerit in aliam dominicam Pascha protrahunt,vt præmissum est,Græci verò obseruant primam Lunam ab viij. Idus Martij,vsque in diem nonam April.

SVMMARIVM.

1 *Cyclus,quid.*

2 *Cycli sex numero:solaris,decem noualis, lunaris, epactalis magnus, & indictionalis,quos percurrit ibidem,& nu.3.4.5.6.7.*

De Cyclo. CAP. XIII.

1 QVia in plerisque huius partis locis de Cyclo mentio facta est, ideò de Cyclo aliqua dicamus. ¶Notandum est ergo,† quod Cyclus est spatium aliquorum annorum in se rediens secundum aliquos numeros, & dicitur quasi circulus, per duplicem syncopam. Est enim Cyclus vocatus cò quòd in orbem digestus sit, & quasi in circulum dispositum ordinem compleatur annorum sine varietate, & sine arte. Sunt autem sex† Cycli. Primus solaris incipiens in vj.Calend.Martij,in festo Matthiç,& constans ex xxviij.

viij. annis continens concurrētes & regulares solares, & dominicales & annos bissextiles & communes. ¶ † Secundus Cyclus est x. nouēnalis, constans ex xix. annis, & incipit à Ianuario continens in se autē numerum, & claues terminorum. ¶ Tertius est Cyclus lunaris incipiēs similiter à Ianuario, habens xix. annos. incipit autē quarto anno cycli decem nouennalis, hunc inuenerunt Romani, vt scirēt qua hora Luna à Sole accederetur: sed quia processu temporis hæc inuentio falsificata est, nihil operamur secundum hunc Cyclum. Quartus est epactalis † incipiens v. Calend. Septembris habens simpliciter annos xix. continens in se regulares, & lunares & epactas, & annos communes, & amboliſmales. Quintus † est Cyclus magnus, constans ex quingentis xxxij. annis vel secundum alios, quingentis triginta annis secundùm quidem formatur tabula Dionysij. ¶ Sextus est Cyclus † indictionalis constans xv. ann. & continens indictiones. Romani enim, quia difficilè erat de remotis mundi partibus venire singulis annis Romam ad soluenda tributa, per eos prouinciis indistincta, statuerūt quòd saltē singulis quinquēniis soluētur, ita quòd primo quinquēnio apportarent pro tributo ferrū pro fabricandis armis. In secundo quinquēnio argentū, pro stipēdiis militibus erogādis. In tertio aurū pro simulachris fabricādis, & sic semper post aurum, quod in ann. xv. ferebatur incipiebat quinquennium, quo ferrum iterum soluebatur, & sic erat quasi quidam circuitus temporis: quia ergo Romani, sic fieri indixerunt, ideo illi anni indictio nuncupati sunt, de quo dictum est supra. Præmissum autem spatium quinque annorum, vocatum est lustum; quia venientibus nuntiis prouinciarum cum tributo, cum cereis, & aliis pretiosis sumptibus vrbem lustrabant.

Conclusio Operis. CAP. XIIII.

NEmo in hoc Opere diuina officia sufficienter existimet expositā, ne forte opus extollendo humanum diuinum improuide extenuet sacramentum: in diuinis namque officiis missæ, tot & tanta sunt inuolura mysteria, vt nemo nisi per vnctionem edoctus, ea sufficiat explicare: quis enim nouit ordinē cœli, & ponit rationes eius in terra? Scrutator quippe maiestatis, opprimetur à gloria. Ego verò nō prœualens lippientibus oculis Solē in rota cōspicere, tāti mysterij maiestatē quasi per speculū in ænigmate mihi visus sum intueri, nec penetrās ad interiora cœnaculi, sed prę foribus assidēs in vestibulo egi diligenter vt potui, nō sufficienter vt volui. lxix. dist. si officia in prin. cū in humanis inuentionib. nil sit ex omni parte perfectū. vij. q. j. nihil. Nēpe propter innumeras atq; ineuitabiles negotiorū apostolicæ sedis iniunctas necessitudines, quotidie more fluctuū emergētes, quę studentis & ad superiora tēdentis obtūdunt animum, quasi perplexus, atque variis & ineuitabilibus irreritus nexibus, vacare ad plenum nequi

nequiui vt vellem quinimo vix valui meditata dictare, nedum concipere meditanda: nam cuiusque animus ad plura diuisus, fit profecto ad singula minor. Quocirca non solum benignum sedulo imploro Lectorem, verumetiam liberum desidero correctorem. Enimuero negare nequeo, quin plura inserta sint in hoc opusculo, quæ possunt iusto iudicio, nulla temeritate culpari. ix. di. negare. Verū si quid fortè laude dignum reperietur in eo diuinæ gratiæ penitus adscribatur: nam omne datum optimum, & omne donum perfectū, desursum est, descendens à patre luminum. j. q. ij. quam pio. Siquid verò indignum insufficientiæ deputetur humanæ, nam corpus quòd corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem: aut siquidem propriè, aut eorum fortasse quorum dicta plerumque potius recitādo, quā approbādo hic introducta noscuntur. Hoc enim tam ex diuersis aliorum libellis & commentariis more mellificantis apis, quam ex his quæ mihi diuina gratia propinauit fructuosè collegi, & hanc doctrinam interno fluentem nectare, velut fauum mellis in diuinis officiis speculari volentibus, diuino suffultus præsidio propinaui, hanc solùm apud homines exingenti perpessо labore mercedem expectans, vt apud misericordissimum iudicem pro peccatis meis deuotas orationes effundant.

FINIS.

RATIONALE DIVINORVM OFFICIORVM

IOANNE BELETHO THEOLOGO Parisiensi authore: Opus annis ab hinc ferè quadringentis conscriptum, nunc demùm opera Cornelij Laurimani Vltraiectini, in lucem editum, ac diligenter à mendis compluribus repurgatum.

***

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC REVERENDISSIMO DOMINO D. GEORGIO AB AVSTRIA Episcopo Leodiensi, Duci Bullonensi, Comiti Lossensi, ac Marchioni Francimontano, &c. Cornelius Laurimanus Vltraiectinus, S. D.

SAMIVS ille Pythagoras, quo viro in tota Grecia neque meliorem fuisse, neque doctiorē hanc iniuria profecto putādum est, Princeps Illustrissime, ita me domesticis alioqui negotiis distractum satis, iampridem vnica sententia occupatum detinuit, vt quæ tandem ratione ab ea retcederem, ipsémet mecum diu, multumque dubitauerim. Ea autem est huiusmodi, Nimirum maximè & pietatem & religionē versari in animis, cum rebus diuinis operam adhibuerimus. Nam quotiescumque hanc voluo ac reuoluo, accuratiúsque mecum examino, tantus illico rerum diuinarum passim apud omnes subit animum neglectus, vt iam non mirum mihi adeò videatur, si penè infinites exulcerationissimo

simo hoc seculo habeamus, in quorum animis non solum pietas, sed & religio tam frigidis obducta est cineribus, atque ita penitus extincta, vt propemodum difficile sit ipsam, non dico rursum excitari sed in aliquam fauillam reuocari. Vnde profecto, qui non hinc temporis huius iniuriam, atque omne malorum agmen proficisci arbitretur, na ille mētis parum compos est. Quanquam enim plerique omnes soleamus, quicquid tandem aduersi nobis contigerit, in Homericam nescio quam Auem reijcere: nos tamen potius culpandi sumus & accusandi. Quotusquisque nostrum est, qui aliquem moueat lapidem, quo ipsa religio semel velut in integrum restituatur, cum tamen fieri non possit, vt sine religione ciuitates benè beatéque administrētur. Nā cum Deo opt. Max. honorem & reuerentiam cum extrinsecus, cū intrinsecus exhibere debeamus, certè quod imperium quòd regnum quod oppidū illa duo cumulatè Deo non tribuerit, illud diutius constare nullo modo poterit. Sunt enim hæc duo, quibus sacer Dei cultus continetur. Vtrumque certè Deo ab hominibus summa cum cura præstandum est: verum id quòd in externis positum est: quas ceremonias vocamus, tanta religione obseruari debet quanta rei alia fortassis nulla. Nam per has ceremonias alij aliis exemplo sumus, inflamamur mutuo in Deum amore, & (quod præstantissimum est) per has ipsas ceremonias datur etiam nobis summum Dei beneficium quod Gratia nominatur. His de causis à primo totius orbis initio omnes omniū nationum homines leges instituerunt de interiore Dei cultu, atque etiā externo, quas alij ab aliis quasi per manus ad hunc vsque diem acceperunt. Possem hic à vetustissimis omnium nationum Chaldæis exempla petere, quæ ad hanc rem plurimum facerent: itemque ab Assiriis, ab Aegyptiis, à Græcis, aliisque Gentibus, nil vererer hac in parte longior iusto esse. Vnius populi Romani exemplo contētus ero. Numa Pompilius (hic enim mihi erit instar omnium) eum hoc ipsum de religione, tum per se, tum ex Pythagoræ decretis intelligeret, sacra Diis instituit gratissima, perfecitque cuique Deorum suos sacerdotes, quos, tametsi & ipse plurima sacra obibat, religiosissime creauit. Ab hoc fasti dies nefastique orti sunt. Ab hoc flamines Iouis, Martis, & Quirini sunt instituti, quibus etiam, vt perpetuo templi forent antistites, stipendium de publico statuit. Ab hoc in peculiarem codicem relatum est, quibus diebus, & cui Deo, quibus hostiis esset immolandū cui maioribus, cui latentibus, cui maribus, cui maribus, cui fœminis. Ab hoc denique innumerabiles natæ sunt ceremoniæ, quas Romani non minus pij, quam religiosè semper obseruarunt. Quod quidem factum est, vt pace terra marique parta vniuersum orbem suo imperio subiectum tam diu tenuerint. Illi enim tanti Deorum, vt dixi, religionem semper fecerunt vt firmissimas de ea ac saluberrimas leges latas non acceperint modo, verum vnicè etiam præter cæteros custodierint, & præcipuos earum habuerint obseruatores, cuiusmodi νομοφύλακας vocant Græci. Quid enim mehercle sanius præcipi posset, quam cum aiunt: Ad Diuos

casti

castè esse adeundum, pietatem adhibendam; atque opes esse admouendas quorum si qua secus fiant, non hominem sed Deum ipsum vindicem forè quid: quod & huiusmodi inter cæteras legem habuere. Nocturna mulierum sacrificia ne sunt prater ollas (sic enim veteres loquebantur) quæ populo ritè fient. Taceo nunc duo illa præclara sacerdotum genera, quorum vnum præest ceremoniis & sacris: alterum interpretatur fatidicorũ & vatum effata incognita. Taceo sempiternum ignem foci publici à Vestalibus diligenter obseruatum. Taceo demum, quod sanctè vota Deo reddenda esse voluerunt: quis enim hic omnia complectatur? Certè illud diffiteri non possumus maiorem Ethnicos circa suas ceremonias religionem exercuisse, quam nos modo facimus Christiani: Nam si quid ad vtilitatem Ecclesiæ, aut diuinorum officiorum conferendum sit, non hic tantum manus contrahimus, verum etiam clamamus indignum esse, vt quicquam à misera plebe exigatur. Si quæ honestæ donationes postulentur, quibus Ecclesiæ ceremonias commodè perficiamus, ex templo ad hoc itur: non velle nos dare, quibus ditentur sacerdotes, eos abundè satis habere, nec opus esse dari, quo illorum augeamus luxuriam. Sub huiusmodi prætextu interim perit Ecclesia, & cultus diuinus omnino extinguitur. Nec etiam si concedamus dari sacerdotibus, velut stipidi volumus intelligere, quod sacra inquit Scriptura, ac repetit Paulus ad Timotheum: Non obligabis os boui trituranti. Et dignus est operarius mercede sua. *Verum hæc omnia ideo dixerim, vt cognoscamus non frustrà tantas in Republ. Christiana in dies nasci rerum perturbationes, si omnis pietas & religio ita ex humanis mentibus sublata est, vt eius mentio nusquam ferè fiat. Nam quod attinet ad Dei cultum interiorem non opus est dicere, quantis dubitationum tenebris circunfusus sit, id enim nemo non videt, quod ad externum de cæremoniis cultum spectat, tot fuere opiniones quot referri nec facilè possunt, nec debent. Fuere quidam qui illas partim abrogandas, partim imminuendas, quidam prorsus inanes illas esse, & propterea tollendas putarent. Contra horum insanam opinionem multi cum nostræ ætatis tùm superiorum temporum memoria verè, sanctè præclaréque volumina aliquot conscripserunt. In his me hércules non omninò contemnendus est Ioannes Belethus Parisiensis schola Rector & Doctor, idque propter eius tractandi rationem, pietatem, ac venerabilem antiquitatem: Scripsit enim multis abhinc annis, vt statim ostendemus. Hic autem cum hominum incuria & negligentia in tenebris quasi in squalore sordibus lateret, beneficio cùm docti, tũ pij sacerdotis ad manus meas peruenit, qui cum à me esset diligenter perlectus, non incommodum fore putauit, si ipse in manus hominum ad communem vtilitatem peruenirem, quo misera ac insana plebecula ab istiusmodi cæremoniarum contemptu, quem nuper sub pernicio*sissimo duce Luthero accepit, reuocaretur. Tametsi enim non tam præcise ac certo innenire potuerim, (quod non exiguam mihi attulit molestiam) quibus potissimùm temporibus vixerit, coniecturam tamen sacro longe euidentissimam li-

nam librum hunc scriptum fuisse propè quadringentis ab hinc annis: velut ipsius nostri Authoris verba, satis superque declarant. Is etenim in capite de Assumptione virginis Mariæ, religiosissimam ait fœminam appellatam Elizabeth adhuc in viuis esse: agereque in finibus Saxoniæ, cui quid pie de Assumptione sentiendum sit, reuelatum fuit & ab ipsa conscriptum. Hanc ergo comperio (si qua Chronicis fides habenda est) ætatis suæ anno vigesimo tertio obijsse sub Frederico Imperatore primo, videlicet anno 1505. Vnde quiuis facilè supputet, quo tempore noster Author vixerit: si, quum hæc scriberet, illa etiam tum videbat. Possunt nihilominus & vetustatem huius arguere ea, quæ passim suo tempore in Ecclesia obseruari scribit, quorum pars magna ita abolita est, ita penitus extincta, vt eorum ne minimum quidem modo appareat vestigium. Nec parum profectio ad nostram coniecturam (si modò coniectura dicenda est, ac non potius argumentum) quòd eum Trithemius inter illos scriptores collocauerit, qui sub Henrico secundo Imperatore claruerunt. Si enim hinc rectè calculum ad Fredericum subduxerimus, comperiemus annos fuisse intervectos circiter triginta. Quot annis hic post Elizabeth superuixisse facilè potuit, ita vt non absimile vero mihi videatur eodem propemodum tempore, & eisdem (vt ego quidem opinor) de causis sex libros de sacro altaris mysterio, Innocentium Papam viii. nominis tertium scripsisse: Cum enim Ecclesia maxima pateretur detrimenta, atque id quidem circa eius præcipuè officia ac ceremonias, vterque huius malo quoad eius fieri potuit: succurit. Verum istud mihi noster Author tantò verius præstitisse videtur, quanto id agat copiosius. Nam præter officium Missæ, quod erudite sane & pie Innocentius enodauit, vniuersum hic totius anni officium ea breuitate complexus est, vt in eo tamen vix sit, quod desideres. Quocirca ad incudem ipsum reuocandum esse consuasi, vt quod illi deesset, per nos quodammodo posideret. Nouit vero Deus, quantis hoc opus mihi constiterit laboribus, quod nemo rectius intellexerit, nisi qui nostram hanc editionem cum vetusto illo exemplari, quod in membrana tam ignotis sapè conscriptum fuit characteribus, vt vel ipsa lectio non mediocre mihi fecerit negotium, fideliter contulerit. Nec profectò æquum mihi visum fuit, si in posterum supprimeretur, & non potius communi ære donaretur quando hoc præsertim tempore ab hæreticis & nouatoribus, quorum copia maior est, quam Reipu. Christianæ expediat, quasi in arenam protrahetur. Hi sunt qui Ecclesiæ nostræ ceremonijs innumeras depingunt sannas & iconias, quas noster hic egregiè confutat ac refellit, dum, quid quoque tempore in Ecclesia cani, aut legi, aut etiam fieri oporteat, pie & sanctè explicat. Ex quo sane quanta hinc debeatur gratia ac quantopere sit necessarium, vt in lucem emittantur, si ex ipsius laboribus ea ad Reipublicæ peruenire poterit vtilitas, equidem neminem esse existimo, qui non facilè agnoscat, nisi plane ex eorum numero sit, qui nihil nisi, quod ipsi fecerint, & rectè factum, & dignum gratia esse putant. Hoc itaque Opus, Illustrissime ac Reuerendissime Princeps, in tuo nomine, ob duas præcipue

rationes

causas tandem in lucem emisimus. Nam præter humanitatem tuam & beneuolentiam, quia non aliter omnes ad te rapis studiosos, atque Cacias nubes, certe ob summam religionem, & Ecclesiæ obseruationem, quam in te præ cæteris maximè admiramur, illud Opus tibi nuncupandum haud absurdè putauimus, quod tùm Ecclesiam, tùm eius ritus & ceremonias, quàm fidelissimè conseruat. Præterea non incommodè feciſſe videbor, si istiusmodi opus sub eius fide & tutela deposuero, quæ Deus vt reliquis Ecclesiæ ministris præesset, instituit. Nec vero tibi ignotum esse arbitror, quam hinc cæteris quoque primatibus prospectum esse queat, si illorum officium exigat circa Ecclesiæ ritus ac ceremonias, obscura apperire occulta reuelare, inuoluta euoluere & explicare, ac denique meminisse se omnia agere veluti speculatores, vt pascua salubria suis tribuat ouibus, vt ab agnis puri fontis exhibeat vndas, vt ouibus lupos, & ab agnis noxias excludant bestias, vt errantes reuocent, vt ignotos in Dei timore, quantum fieri potest, instruant. Quæ est enim vt inquit Cyprianus, maior aut melior cura præpositorum, quam diligenti sollicitudine, & medela salubri fouendis & conseruandis ouibus prouidere? Quum Dominus loquatur & dicat.

Quod infirmatum est, non confortastis, & quod malè habuit non corroborastis, & quod contribulatum est, non consolidastis, quod erauit, non reuocastis, & quod periit, non inquisistis, & dispersæ sunt oues meæ, eò quòd non sint pastores, & factæ sunt in comesturam omnibus bestiis agri, & non fuit qui inquireret, neque qui reuocaret, propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego super pastores, & inquiram oues meas de manibus eorum, & auertam eos, vt non pascant oues meas, & iam non pascent eas: & extraham eas de ore eorum, & pascam eas cum iudicio.

Cùm ergo, vt idem pergit, pastoribus talibus, per quos Dominicæ oues negliguntur & pereunt, sic communiter, quid nos alius facere oportet, quàm collegendis & refouendis Christi ouibus, exhibere diligentiam plenam, & curandis lapsorum vulneribus paternæ pietatis adhibere medicinam? Sic quoque Paulus breuius Episcopi describit officium.

Oportet, *inquit*, Episcopum inculpatum esse, tanquam Dei dispensatorem, non præfractum, non iracundum, non debacchantem, non percussorem, non turpiter lucro deditum: sed hospitalem, bonarum rerum studiosum, sobrium, iustum, sanctum, temperantem, tenacem eius, qui secundum doctrinam est, fidelis sermonis, vt potens sit etiam exhortari per doctrinam sanam, & contradicentes conuincere. *Non equidem hæc eo à me dicta sint, quasi huiusmodi te putem ignorare, aut quo te horum admonerem, cùm vtique per te satis sapias, nec vllius indigeas monitis,*

nedum meis. Cùm igitur hæc ita sese habeant, humiliter & obnixè te Princeps Illustrissime, oro, vt hunc librum ab inuidis, quos non paucos fortassis habebit, diligenter defendas, vt qui non exigua aduersus hæreticos, & ceremoniarum contemptores præbeat argumenta. Nos vicissim Christum etiam atque etiam precabimur, vt tuam valetudinem cùm nobis tum sponsæ suæ Ecclesiæ diu seruet incolumem. Bene vale Præsul Clarissime. Ex Louanio, ipso die Agnetis.

***

AD PIVM LECTOREM COR. LAVRIMANI VLTRAIECTIVI PRAEFATIO.

NON eram nescius, pie Lector, quum hunc de Ecclesiasticis officiis librum typis primo excudendum proposuissem, quin infinitos propè in me carbones excitarem. Nam tum velut apertis oculis fore satis præuidebam, vt noster hic qualiscunque labor in varias incurreret reprehensiones. Atque id quidem haud iniuria. Vt enim omittamus hoc, qui quantumuis piè satis de rebus istiusmodi ad Ecclesiam nimirùm pertinentibus, sentiunt, non possunt tamen se cohibere, quin & aliorum laboribus censoriam virgulam quodammodo subducant, certe ab eorum moribus, qui innumera in dies nouorum dogmatum commenta excogitant, nullam mihi securitatem assim polliceri. Hi sunt, quos se Euangelicos & Paulinos appellari non pudet, cùm in iis nihil minus sit, quam quæ in euangelio præcepta sunt exequi: quæque à paulo, qui non sine causa dictus est vas electionis, sunt tradita recta ratione expendere. Quod adeò verum esse iam inde à multis annis per varios scriptores, eosque non minus pios quàm eruditos, abunde ostensum est. Eò enim humana rediit audacia, ne dicam stultitia, eò, inquam, inconsiderata illa ac præceps quorundam hominum libido lapsa est, vt non vereantur quadam peruicacia in se recipere, quod ab iis, quàm longissimè abest. Ab horum ita que virulentis impetitionibus, sat scio, tutus esse non potero: qui quod hac in parte fecimus nunquam sint probaturi. Nam qua ratione ea probent: quæ cum suis infulis & perniciosis videant pugnare institutionibus? Quæ nos huc sanis atque euidentibus probata rationibus adducimus: hæc illi plane reiiciunt. Et quid in vero reiiciant: si nouam sibi Ecclesiam inuenerint, & in ea nouas, si Diis placet, instituerint cæremonias. Sed per Deum immortalem, quod insaniæ genus esse poterit apertè, quàm velle magis sapere Apostolis, qui nostram hanc præsentem Ecclesiam à Christo acceperũt, acceptámque nobis quasi per manus tradiderunt. Hi ergo multa mihi dicturi sunt, multa in eo, quem proferimus cauillabuntur: nisi esset qui illorum ineptias manifestè conuincat. Eius enim rei potissimùm gratia Autorem hunc in lucem emittimus: vt semel quam

quam rideant, quæ in nostra fiunt Ecclesia. constare possit. Clamabunt imprimis vestutum esse. & qui iam à tineis & blatis propemodum confessus, sit itaque in tenebris obcæcatus, vt lucem intueri nequeat. Verum nos omnes adhibuimus operam, vt ab huiusmodi tineis ipsum vendicaremus, & omnino id fecimus, vt iam lucem facilè agnoscat. In ea, nisi quid mea me fallat opinio, tam fœliciter & prosperè versaturus est, vt non leue vulnus inde hæritici sint accepturi, quod nullum quamtumuis efficax medicamentum fideliter satis curare poterit. Non quasi plures non sint, qui idem aut maius etiam præstare queant, sed omnino hoc nobis persuademus, quod cum hic aliis etiam Ecclesiæ nostræ propugnatoribus adiunctus sit, & fortiorem & faciliorem multò in hæreticorum aciem, si quam instruxerint, faciamus impressionem, vsque adeò, vel hastam abiicere, vel arenam nobis cedere cogentur. Enimuerò sanè optarim & complures alios huiusmodi hæreticorum antagonistas quotidiè exoriri, qui consimilibus lacertis cum iis dimicata non substerfugerunt, sed validissimis rationibus, tãquam hastis in manu collocatis, inanes eorum argutias perstringere adoriretur. Nam si quid in me iudicij est, quod sentio quam sit exiguum, non arbitror alia ratione fieri posse, vt commodè horum nouatorum obstinata pertinacia comprimatur, nisi semel communi Marte eos ita sacrarum literarum testimoniis velut ensibus confodiamus, vt postquam terga dederint, deinceps nihil noui redintegrare audeant. Qua in re Deum Op. Max. facilè adiutorem habebimus, si modò prælium aggrediamur ac cum perniciosissimis Christianæ Reipu. ciuibus ceu publico certamine manus conserere nõ defugiamus. Nũquam enim patietur Deus, vt quicquam detrimenti ferat Ecclesia, cuius ille caput est. Quanquam verò non ignorem quin semper ab Ecclesia condita varij ac multi extiterint Hæretici, sed hoc idcò factum esse certò credimus, vt ita Christus nostrã excitaret socordiam. Nunc verò quid dicemus? An non inerti luxu perditi adeò dormitamus omnes, vt permittamus sacrosanctam nostram Ecclesiam, quàm vnicè defensare deberemus, ẽ nautis, fabris, fullonibus, cerdonibus, pala-tinis, tonsoribus, aucupibus, piscatoribus, cetarijs, coquis, sartoribus, essedarijs, baiulis, in foro, in compitis & lustris, in compotationibus, in officinis, in tonstrinis, publicè & priuatim, ita lacerari, ita capi, ita proscindi & conculcari, vt iam mille, si dicere fas est, in ea nascantur hæreses. Nam nemo ferè est qui non nouam aliquam de ea excogitauerit opinionem. Sed quo feror? Certè hoc verè dicere possum, lector, nullum satis acerbum posse inueniri epiphonema, quod isti rei conueniat. Quare, vt ad nos redeamus, haud dubiè, quicquid in huius Operis editione præstiterimus, certi sumus, istiusmodi hæreticis ac nouatoribus non probatum iri. Sed quid adeò ad nos, filijs non placeamus, quibus nostra exosa Ecclesia est, cui tanquam matri omnem, vt par est, honorem deferimus? Nihil equidem hos moror, si quod res est

ingenuè proferre liceat. Nihil, inquam, curo, si ab illis explodamur, modò à nostris hoc est, ab iis, qui verè ac piè de Ecclesia vnica sponsa Christi & matre nostra sentiunt, recipiamur. Non enim hic nobis, cornea vsque adeò fibra est. quin ab horum vno si fieri posset, magis laudari optemus, quàm ab illiusmodi improbis hæreticis, & Ecclesiæ corruptoribus decem. Fremant ergo illi, per me licet, quibus, vt diximus, nostra sordet Ecclesia, qua tamen an aliquid clarius, purius & sanctius esse debeat, nõ ausim dicere. Quidvis enim potius fatẽdum est, quàm si hic contemnamus, quod nobis totius nostræ salutis fons Christus, dum hinc ad Patrem emigraret, tanquam optimum quod habuit, pignus reliquit. Quid inquio contemnamus? Imò verò ne tamquam simus inconsiderati, vt quicquam ea de re siniſtri suspicemur, quã Christus iam crucis ligno suffixus in sponsam & chariſſimam vxorem accepit. Hanc equidem esse arbitror, de qua delicatulus ille puer Salomõ mysticè hoc modo cecinit: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te vlla. Formosa admodum sit oportet, in qua ne vnus quidem inueniatur næuus, quæque ita omnibus formæ dotibus prædita est, vt nihil quod ad eam rem faciat, deesse vnam deprehendas. Talis est Ecclesia, atque ita sponsi, sui virtutibus exornata, vt si qui eam contaminent, ac suis spurcitiis fœdè polluant, morte potius sint piandi, quam vt vllam hic admittamus excusationem. Quamlibet profecto ignarus non sim, serpentem illum Leuiatham ita studioſe operam dare per suos administratores, tantosque vndique nimbos & procellas concitare, vt hanc velut vnicam salutis nostræ nauiculam ita semel tempestatibus queat inuoluere, quo tandem penitus immergeretur ac periret. Verum hæc omnia ille fruſtrà laborat, & quando pugnat hac in parte cum Deo non desinit, certè aduersus stimulum, quod aiunt, calcitrat. Ex his ergo quæ diximus, vel me deinceps tacente, quantopere fuerit necessarium, vt hoc Opus de officiis Ecclesiasticis in apertum produceretur facilè colligis. Si enim tam chara nobis ecclesia esse debeat, quam istud ipsum à nobis Christus exigit, si ea innúmeris omnibus proculdubio Christianis præstet beneficia, si nos de via lassos, & grauibus peccatorũ sarcinis onustos, aduenientes vltrò excipiat, si in ea, post æstuantis animi pernicioſos ardores & desperata vitæ squalentis, solatia, blanda recipiamus refrigeria, ac delectabiles auræ susurros sentiamus, si denique ad eam tanquam amœniſſimum secessum lympidis fontibus ac ripis smaragdinis conspicuum nos conferamus, vbi onere peccatorum depoſito tam dulci ac salubri cibo & potu refocillamur, vt quicquid molestum sit, facilè isthic excutiatur, profectò eius siue leges, siue ritus & cæremonias omnino negligere non possumus. Atqui hac quidem in re omnes facilè pastores ac sacerdotes habebo imprimis mihi beneuolos, quorum munus præcipuum est, in eiusmodi cæremonijs ita populum & gregem sibi commissum edocere, ne quid amplius in hisce addubitent. Nam, si non illud ignorare vo-

rare volumus. quod lippis & tonsoribus etiam notum est, certè hinc omnis proficiscitur perturbationum in Repub. Christiana colluuies. Et proh dolor, quam multi hoc tempore, cum Pastores, tum Sacerdotes reperiuntur, qui horum non solùm ignari sunt, verùm etiam quos istiusmodi addiscere & piget & pudet. Sed hos quæso, meminerint, quid illis loquatur Ezechiel: Et violabãt inquit, me ad populũ meum, propter pugillum hordei, & fragmentum panis, vt interficerent animas, quæ nõ moriuntur, & viuificarent animas, quæ nõ viuunt, mentienti populo credenti mendacijs: propter hoc dicit dominus Deus: Væh pastoribus Israël, qui quod infirmatum fuit non consolidastis, & quod ægrotum non sanastis Quid istud obsecro te? Dicã compendio: Quum magis curant quibus ciborum cupedijs ventrẽ saginent, quàm qua ratione populi erroribus queant mederi. Nam tum demum hoc facere intelliguntur, si verbum Dei, & quæ ad animarum pertinent salutem, populo non interpretãtur, posteaquam eos Deus animarum constituerit medicos, & pastores eiusmodi, qui dominicum gregem ex Dei sententia, hoc est, vt voluit Hieronymus, scientia & intelligentia pascant. Atqui profecto haudquaquam fieri posse existimo, vt ea quis alterum doceat, quorum ipse rudis sit & ignarus. Benignè itaque hi nostram qualemqualem accepturi sunt industriam: si eam è re sua esse apertè intellexerint. Violabant, inquit Propheta, me ad populum meum cum nimirum potius, quid fortunati: Coi aut Veneris iactus portendat, scire laborent. atque vtrum vinum meratius sit diiudicare, quàm eas addiscere disciplinas, quas cum maxima animarum salute ad populum Dei fideliter trepunjsuent. Sed væ istiusmodi. Quemadmodum enim Iosephus dixit suis fratribus se ad conspectum suum illos neutiquam admissurum, nisi & nimirum fratrem secum adduxerint: ita quoque Christus verus ille Iosephus, & cuius hic vmbrã tantum expressit cum suis fratribus videlicet sacerdotibus & sacrosanctæ ecclesiæ pastoribus expostulabit sanguinem, hoc est, animam eorum fratris minimi, eumque de manu ipsorum requiret. Quem quidem si adducere non poterunt, bone Deus. quàm malè cum iis agetur. Non equidem quemquam iudico, nec speciatim aliquem perstringo, sed si quid, nequid, vt ait Comicus. Nam vt omittam cętera oppido quàm turpè est ea ignorare, in quibus iudices versamur: Non potest igitur Opus hoc non ad eos maximoperè pertinere, quorum fidei Ecclesiæ gubernacula commissa sint. Hic enim præter rationem legitimè legendi cantandique officium diuinum, vtriusque & ecclesiæ cæremonias luculentam sanè ad obscuriora quædam sacrarum Literarum loca explicationem non vulgaribus veterum Orthodoxorum testimonijs confirmatam habebunt. Porrò autem plerosque fore facilè crediderim, qui nos cuiusdam negligentiæ atque inconstantiæ insimulabunt quasi parùm considerate, quæ nos deceant, perpendamus, vt qui iampridem Iurisprudentiæ nomen dedimus, & in eius castris hactenus

ctenus militauimus, modo ijs nos intermiſceamus, quæ ſunt Theologorum. Fateor equidem me præter profeſſionem facere, quod ſi peccare eſt, fateor id quoque. Verum, mea quidem ſententia, omnis profeſſio in iis ſilet, quæ communem ſpectant vtilitatem. Et certè vniuſcuiuſque profeſſio eſt, vt profit quamplurimis, & obſit nemini. Nec verò is ſum qui tantum meo tribuam iudicio, vt ſolus omne Operis huius in lucem proferendi conſilium ceperim. Cum enim primò illud ad manus meas peruenisſet, extemplò quibuſdam amicis communicaui, quorum iudicium & doctrina non vulgaris vſque adeò mihi perſpecta fuit, vt non dubitarim, quicquid tandem mihi perſuaſiſſent, vel perpetuo nominis periculo, aggredi. Hi me non ſolum ad editionem adhortati ſunt, verum etiam honeſtis monitis, ita me interdum oſcitantem & ſomniculoſum excitarũt, vt hinc quoque factũ ſit, quod Opus hoc magis excultum prodire non poterit. Dedimus itaque operam, vt author hic, qui iam propè quadringentis annis horridus, incultus, iciunus & ſquallidus inter fœdiſſimas chartas à muribus penè totus corroſus delituit: iam tandem in manus eruditorum aliquanto terſior, ornatior ac politior veniret, iis ſublatis mendis, quæ lectori nauſeam parere potuiſſent. Quod ſanè, quantis mihi conſtiterit laboribus, tum verius, lector, dixeris, quum ſingula attenta lectione diligenter diſcuſſeris. Vetus enim ille codex manu ſcriptus ita arctis ac preſſis, characteribus fuit exaratus, vt legi admodum mihi fuerit difficilè, vſque adeò, vt ſæpe numerò, ſi quam ſententiam elicere voluiſſem, debuerim profectò deuinare: tametſi quidẽ me non lateat, quàm in huiuſmodi rebus diuinatis ſit odioſa, ne dicam periculoſa. Dabis interim veniam, ſi quæ interdum vocabula occurrant minus Latina, quæ eiuſmodi ſunt vt mutari non debuerunt. Hic namque illud cogites velim, quod alibi libens feceris, nempe omnes artes peculiares ſuos habere dicendi modos. Nemo eſt, vel mediocriter eruditus qui non faciè ſciat eccleſiam quoque non ſolùm ſua habere vocabula, ſed & quamplurimas dicendi phraſes Latinæ linguę authoribus prorſus inauditas. Verum hæ ſunt iſtiuſmodi, vt ea hic mutare ſi voluiſſem, non potuiſſem: & ſi potuiſſem, non voluiſſem, ne hic mihi accidat, quod pluribus vſu venire ſolet, qui dum rem illuſtrare conantur eam penitus peruertunt. Nec profectò quamquam offendere debet ſi hic interdum dilutas, ac vt videbitur, futiles inuenerit rationes, cum in nonnullis author hic non tam veras, quam pias ac vulgò familiares habere ſtuduerit, cuiuſmodi ſunt de diſſolutione ſtellæ à Magis viſæ & cur miſſa de defunctis celebretur feria ſecunda atque his ſimiles aliæ: qua in re etiam admonitum volui. Quare ad poſtremum vnum hoc rogo, pie lector, vt noſtram operam, & induſtriam, ſi quam hic iudicaueris, æquo animo accipias, & cum ſolùm promptitudinem benignè amplectaris, qua non paſſi ſumus hoc Opere diutius aliquem defraudati. Certò enim ſperamus, ſi non vtile, ſaltem mi

tem minus moleſtum fore iis, qui ſacris literis & pietati maximè operam dare conſueuerunt, vt hinc ita deinceps eccleſiam ſtudioſius amare, colere atque obſeruare diſcant, quòd ad æternam illam eccleſiam, cuius noſtra hæc duntaxat adumbratio quædam eſt; queant ſuo tempore peruenire: Quod vt faciat Chriſtus; etiam atque etiam oramus, quem in hac editione maximè honoratum optamus.

VITA IOANNIS BELETH,

ex Ioanne Trithemio.

IOannes Beleth, nomẽ Gymnaſij Pariſienſis, olim inſignis Theologus, in diuinis Scripturis eruditus & in ſeculari philoſophia ſufficienter doctus, ingenio promptus, ſermone ſcholaſticus, inter Doctores ſui temporis nõ ignobilis. Scribendo & diſputando nomen ſuum ad poſteritatis notitiam cum gloria deduxit. Scripſit enim non inutile Opus de Diuinis Officiis, & ſermones quoque varios. Verum & alia non pauca ſcripſiſſe dicitur, ſed ad notitiam meam non venerunt.

DIVINORVM OFFICIORVM AC EORVNDEM RATIONVM BREVIS EXPLICATIO D. IOANNIS Beleth, à Cornelio Laurimano Vltraiectino castigata, & in lucem edita.

Proœmium ac breuis totius Operis partitio.

IN primitiua Ecclesia prohibitum erat, ne quis loqueretur nisi esset qui interpretaretur. Quid enim obsecro prodesset loqui, sinon intelligeretur? Certè nihil. Hinc illa laudabilis inoleuit consuetudo in quibusdam Ecclesiæ partibus, vt pronunciato secundum literam Euangelio, statim vulgari illud populo exponeretur. Quid verò de nostris temporibus dicemus, si vix, ac ne vix quidem inueniatur qui, quæ legerit vel audierit intelligat, quisque satis animaduertat, quæ viderit, aut egerit? Vnde profectò illud verè dicere possumus, quod olim propheta conquestus est: Perit sacerdos, quasi è populo vnus. Videtur ergo tacendum potius esse, quam psallendum, silendum omnino quam tripudiandum si in hanc temporum infœlicitatem incidimus. Verum enimuerò ne aliquando ora canentium ad te Domine Deus, turpiter claudantur, ad hoc damnum euitandum, triplex adhibebimus remedium, si primo de ecclesiasticis institutionibus, deinde de expositionibus diuinorum sermonum, ac tandem etiam de dierum ratiocinationibus quam fieri potest breuissimè, dixerimus. Ac primum quidem ad eos pertinere poterit qui modo incipiunt, secundum verò ad eos, qui iam profectum aliquem sentiunt, tertium denique ad illos qui ad perfectionem quandam peruenerunt. De his igitur breuiter & compendiosè deinceps dicamus, vt per nos aliqua ex parte eorum consulatur ignorantiæ, qui quemadmodum de his rebus sentiendum, sit, verè nesciunt.

De rebus specialiter Deo consecratis. CAP. I.

TAmetsi quidem rerum hanc vniuersitatem Deus, ad nostrum maximè cõmodum ex nihilo creauerit, vt hinc merito, & sic vocetur omnium dominus iuxta illud: Domini est terra & plenitudo eius: ab illa tamen vniuersitate quæ

te quędam sibi specialiter retinuit. Quemadmodum enim illa in iiij. partes secari potest, ita hic à qualibet parte aliquid sibi propriè vendicauit. A locis, loca veneranda, à temporibus, dies festos, à rebus, decimas, primitias, oblationes, & si quæ sunt alia quæ donari solent, à personis denique, quas velut sibi dicatas habet, vt sunt ministri altaris, monachi, & moniales. De quibus sanè omnibus videlicet de locis, temporibus, personis ac earundem multifariis officiis, deinceps ordine dicemus. Et primò quidem de locis.

De loco. CAP. II.

LOcorum itaq; venerabilium alia sunt orationi dicata, alia verò necessitati humanæ deputata. Loca humanæ necessitati deputata sunt hæc, Xenodochium, nosco omnium, gerotrocomium, orphanotrophium, protrophium, brephotrophium. Sic cum patres & religiosi imploca quædam instituerunt, quò se reciperent peregrini, orphani, senes emeriti, infirmi, imbecilles & fœtus. Loca autem quæ orationi dicata sunt, quædam sacra sunt, quædam sancta, quædam religiosa: Sacra loca sunt, quæ per Pontificem Deo ritè sunt consecrata, & quasi sanctificata, quæ diuersis appellantur nominibus, præcipuè tamen his: Ecclesia, sacrificium, sanctuarium, sacellum, tẽplum, oratoriũ, Dei tabernaculũ, monasteriũ, cœnobiũ, κυριακὴ dominicalis, Domus orationis, basilica, cappella. Sed ignorandũ non est, quin oratorium pro ipsa ecclesia interdũ accipiatur, atq; etiã quiuis locus alius ad orandũ constitutus, vocetur oratoriũ, cuiusmodi in suis cenobiis sibi statuerũt monachi. Sancta verò sunt loca immunitatis monasteria, sub certæ pœnæ interminatione confirmata: quẽadmodũ apud nostrã Lutetiam cernitur, velut claustrũ quoddã, in quo sunt ædes canonicorum. Nã cuiuscũque sceleris reus sit, si illuc tãquam ad asylum perfugerit, maxima ei præstatur securitas. Sic muri etiam & portæ ciuitatis, ac theatra vt sancta essent, sancitum est legibus. Postremò locus religiosus ille dicitur, in quo integrum hominis cadauer sepultum est, vel saltem caput. Corpus enim obtruncatum, nisi & caput adsit, locũ religiosum facere non potest. Quare, cum hactenus de locis dictum sit, illud vnũ adiici oportet, vt, quẽadmodũ ecclesia sit ædificanda, paucis declaremus. Facto enim loco fundamẽti necesse est, vt Episcopus eum primò aqua lustrali, quã benedictam vocant, aspergat ac tum denique primũ fundamenti lapidem, qui crucem sibi impressam habere debet, ipse iaciat, vel iussu eius sacerdos alius, si ipse adesse nequeat. Et omnino quoque necessarium est, vt ædificetur versus Oriẽtem, hoc est, versus solis ortum æquinoctialem: nec verò contra æstiuale solstitium, vt nonnulli & volunt & faciunt.

De temporibus. CAP. III.

HIs igitur de locis ita breuiter expositis, dicẽdũ est de tẽporibus. Accipimus aũt hic tẽpora, pro diebus, quorum alij sunt festi, alij

solemnes,alij verò profesti. Ac profesti quidē sunt,quia nulla speciali celebritate fulciunt : aliter Iudæi suos vocant dies aliter Ethnici, eorum quæ Philosophi aliter demum Christiani,Hebræi primum dē appellant sabbatum,qui præcipuus apud eos habetur.Reliqui omnes ab hoc denominati sunt.Vocant enim sequentem diem post sabbatū, primam siue alteram sabbati , & qui deinde sequitur secundam sabbati,& sic de aliis , vsque ad diem septimum , qui ab illis vel septima sabbati,vel sabbatum sabbatorum dicitur. Apud Ethnicos verò, tum vulgus , quàm Philosophi iisdem vtebantur nominibus , nisi quod in iis diuersam inter se habuerint rationem. Vtriq; enim primum diem Solis appellabant,secundum,Lunæ,tertium , Martis, quartū, Mercurij,quintum Iouis,sextum,Veneris,septimum , Saturni.Sed ideò hos vulgus ita nominabat,quia Solem,Martem , Mercuriū & alios,deos esse arbitrabatur:Philosophi verò ob hanc causam,quod planetarum horum motibus humanæ vitæ natura constituatur. Proinde nomina hæc sacra Scriptura haud quaquam recipit , quanquam passim in vsu habeātur.Christiani denique ab his longè aliter dies nominant propriis nimirum appellationibus. Nam sabbatum Iudæorum vsque adeò non obiecerunt quin cùm iis illud libenter habere velint, partim ob Hebraici sermonis authoritatem,partim etiam ob interpretationis significationem.Sequentem verò diem vocant diem dominicum, tum propter Christi resurrectionem , tum propter Spiritus sancti è cœlis missionem,vel quia Ioannes Euangelista in sua Apocalypsi sic ipsum nominauit.Ait enim ibi hoc pacto:Fui in spiritu in die dominico.Sed diem qui proximè dominicam sequitur, feriam vocant secundam,itémque & alios dies ad sabbatum vsq;.Dicūtur autem feriæ à feriando,non quòd à necessariis vitæ operibus sit feriandum & abstinendum , sed quoniam toto vitæ nostræ tempore à vitiis feriati debeamus.Dies festi porrò sunt dies solemnes,qui,vt soli seruarētur, quasi præscripto & quodā instituto recepti sunt.A solo enim vel à solemne dictum est.Vnde solemnia festa vocat ecclesia, quæ certa sunt obseruatione constituta.Atque hinc etiam venit solemnitas quę quadripartita esse potest,videlicet festiuitatum,stationum,litaniarum,& ieiuniorum.

Apoc.1

De solemnitate festiuitatum. CAP. IIII.

PRimò igitur de festiuitatū solemnitate agēdum est, quę pluribus nominibus vulgò exprimi solet, nimirum his:festiuitas,festū, celebritas, exitus, transitus, assumptio, depositio , dormitio , passio,dedicatio,natiuitas,natalis,vel natale & natalitiū.Festiuitas dicitur,quasi festi sancti alicuius natiuitas.Natiuitas verò vel proprie appellatur festum illius natiuitatis , quæ est in carne , & in mundo ita vt hinc solum dicatur natiuitas Christi , beatæ Mariæ & Ioannis Baptistæ,quod horum natiuitates duntaxat ab Ecclesia celebrentur.

Nati

Natalis vel natale & natalitium vocatur sanctorum ex hoc seculo commigratio.Quia vt seculo & mundo moriuntur,ita tunc cœlo nascuntur. Indifferenter autem tria hæc vocabula vsurpantur . Dicitur porro trāsitus festum,quod est de morte beatorum,quum eorum animæ è corporibus exeuntes per varia loca sibi incognita transire debeant,nempe,si dicere liceat, per cœlum aëreum , æthereum, cristalinum,donec peruenerint ad cœlum empyreum. Obitus appellatur, quasi tum animis angeli veniant obuiam,cuiusmodi de beato Martino legitur.Passio autem nūcupatur, quasi tum maximè corpus patiebatur , cum inde anima excederet. Qua propter fieri etiam potest vt vnuscuiusque obitus appelletur passio , cum ille discessus animæ ac distract o à corpore,non sine magno dolore fiat. Nec enim sine causa est : quod diuus Hiēronymus in vitis patrum de quodam viro sancto narrat qui Dominum rogauerat,vt sibi vellet ostendere,quemadmodum è corpore excederet anima absque dolore & angustia aliqua. Nam cum hic quodam die fortè fortuna à suo veniret tuguriolo,vidit iuxta viam pauperem quendam ante se miserè prostratum, ac iam animam agentem cui aliquot,vt perspicuè videbat, astabant angeli, qui eius expectabant animam,vt eam ad superos deportarent.Verum hi posteaquam illic multum diúque expectassent vox missa è cœlis ad angelos illico audita est:Ad quid tandem moramini? Ad quam illi responderunt Dominum præcepisse , vt animam illius sine corporis anxietate educerent,quod certe facere non poterāt. Haud iniuria ergo cuiusque obitus & passio dici potest.Assumptio verò propriè dicitur transitus beatæ Mariæ & Depositio sancti ioan. Euangelistæ, qui viuus sepulchrum ingressus est.& se quasi in illud deposuit. Tandem etiam dormitio , mors appellatur sanctorum quæ illis est velut optatissima quies. Sicut enim à somno validiores atque integriores surgere omnes solemus,ita & sancti sine difficultate resurgent in corporibus glorificatis quasi è somno fuissent experrecti. Vnde illud est, quod dominus de Lazaro dixit.Lazarus amicus noster dormit.

De festis. CAP. V.

FEstorum quædam sunt generalia , quædam particularia. Generalia,sunt quæ generatim ab omnibus celebrantur,vt festa Trinitatis,beatę Mariæ,natiuitatis Domini.paschæ,pentecostes,sanctæ Crucis,Apostolorum,Euangelistarum,sancti Ioannis Baptistæ & Euangelistæ,Laurentij,Nicolai,Sylvestri, Martini, &c. Festa autem particularia sunt,quę tantùm in vna coluntur prouincia,vt festum beati Hylarij,quod in Aquitania duntaxat obseruatur. Vel etiam quæ in vno sunt episcopatu,vel in vna villa aut parochia,dicuntur festa particularia. Notandum interim obiter hic est, in colendis festis dignitatem

quandam & ordinem esse attendendum. Festa etenim trinitatis digniori cultu sunt celebranda, deinde festa beatæ Mariæ, præcipuè tamen Assumptionis, ac tandem quoque festa sanctæ Crucis, quæ duo sunt. De aliis autem intelligenti facilè est iudicare. Quod sunt festa Trinitatis, tot beatæ Mariæ esse secundum est. Causæ verò festorum quæ sunt, & cur quædam non suo tempore, sed alieno celebrentur, sequentia commodiùs declarabunt.

De stationibus. CAP. VI.

DE litaniis quidem modò non incommodè dicendum foret, nisi de iis tum paulò opportunius essemus dicturi cum de festis iuxta temporum varietates tractabimus. Operępretium igitur est, vt hoc tempore his supersedeamus, ac modò de stationibus agamus, vbi sex sunt considerandа. Primò, quid sit statio, & quambrobrē sic appellata, secundò, vnde initiū sumpserit, tertiò, quot sint earum species, quartò quare huiusmodi solemnitas stationum sit instituta, quintò, cuiusmodi sint perficiendæ, vltimò denique quæ sit differētia inter stationes, processiones & litanias. Et quidem statio, prout hoc in loco accipitur, est processio, quæ fit ad aliā ecclesiam, vt Deo persoluantur gratiæ. Dicitur autem statio, quòd stantes Deo agimus gratias, nō flexis genibus sicut in litaniis, nec in eis supplicationis vtimur vocibus, sed laudem Deo cantamus. Videntur tamen stationes à veteri lege ad nos fluxisse. Tum enim populus Iudaicus, atque etiā complures Ethnici Hierosolymam conueniebant in maximis solennitatibus, veluti in Paschate & Pentecoste, vt in templo adorarent, ibiq́ue & munera offerrent, ac Deo tandem gratias pro innumeris beneficiis agerent. Ab hac ergo est consuetudine, quod etiam nunc nostra ecclesia obseruat, vt omnes pariter ab oppidis, villis, aliisq́ue locis suburbiis in septimana Paschali & Pentecostes ad episcopalem ecclesiam cōuenirent. Sunt item aliæ stationes, quæ à Romanis originem traxerunt, qui in eiusmodi frequenter admodum versabantur. Si quando enim diuersis temporibus se ab hostibus vndique obsessos animaduertebant, aut grauiora sibi imminere pericula, sanctorum intercessiones implorabant, vt quicquid esset periculi tandem cessaret. Quo quidem facto processionibus ad eius sancti ecclesiam conueniebant, cuius patrocinio fuerant liberati, vt pro tanto beneficio dignas gratias Deo agere possent. Atque ita sanè fiebat statio ad S. Paulum illo die, quo per eius subsidij inuocationem eos liberauerat Dominus. Et sic de aliis. Stationum autem duæ sunt species. Aliæ enim sunt generales aliæ particulares. Generales sunt, quæ in iis duobus septimanis, quas modo diximus, ad maiorem semper ecclesiam fieri solent. Particulares verò sunt, quæ in diuersis ecclesiis, ex causa quam statim attulimus fiūt. Quandoque etiam fiunt stationes causa venerationis, nulla alia causa interue-

nerueniente, vt cum in alicuius sancti festo ad aliam ecclesiam itur à processione maiori. Rursus interdum stationes fieri dicuntur, cum ob eandem venerationis causam diebus festis ad diuersa progrediuntur altaria. Quare ex iis, quæ diximus, satis constare arbitror, quæ sit stationum institutio. Quibus illud tamen addendū est, quòd quemadmodum Romani in sua ciuitate ad pericula euitanda stationes anxiatim fieri statuerūt, sic quoque in aliis ciuitatibus ob similem causam suas instituerunt stationes. Non est profecto, quod multum anxij simus circa vestes, quibus in stationibus vti oporteat, cum eiusmodi esse debeant, quales in choro quotidie haberi licet, hoc semper obseruato, vt illi tempori maximè conueniant, quo fiunt stationes. Non hic ieiunatur sicut in litaniis. Non hic flectuntur, vt dictum est, genua, sed tertiæ voces cantantur, nimirum responsoria, vt diximus, & antiphonæ vel his quippiam simile. Fit nonnumquam, vt dum peraguntur stationes, in ea ecclesia, ad quam itur, missa celebretur, & interdum non. Virtutamen hæc sunt, absoluta stationis oratione semper vnde exierāt, redditur. Inter stationes vero, litanias & processiones hoc interest, quòd stationes ex causis supradictis, eo, quo expositum est, modo fiāt litaniæ quæ supplicationes ac rogationes significant, ad vitanda quidem fiunt pericula, atque omne effugiendum infortunium, sed non sine ieiunio, & veste humili, aut habitu lugubri, vocibus in modum supplicantis. Vnde profectò litaniæ dicūtur supplicationes. Sed euidentius hæc omnia patebunt cum eandem plenius paulò post simus tractaturi.

De processionibus. CAP. VII.

PRocessiones denique duæ sunt: vna est, quàm singulis annis obseruamus in Ramis palmarum. Sic enim illam vocamus dominicam, quæ proximè præcedit Pascham. Atque hæc quidem illam repræsentat processionem, quæ Domino fuit exhibita à turbis Iudæorum, & pueris cum ramis palmarum, cum insidens asinæ Hierosolymam veniret. Altera vero est, quam dominicis diebus celebramus in eius memoriam, quam discipuli Christo exhibuerunt ipso die Ascensionis, postquam cum eo simul ad montem Oliueti congrediebantur vnde illis videntibus assumptus est. Non quòd illud die dominico factum sit, sed processio & omnis istius diei celebratio in diem dominicum translata est, vt à popu. tunc maximè ad eccl. confugiente & simul & solemnius coli possit.

De ieiunio. CAP. VIII.

NVnc vidēdum est, quid sit ieiunium, vnde dicatur, de authoritate & laude, siue cōmendatione ieiunij, atque eius multiplici distinctione. Primum sane pertinet ad definitionem, alterum ad interpretationem siue originem, tertiū ad confirmationem, quartum ad amorem, quintum denique ad cognitionem. Ieiunium est communis omnium

Universidad de Deusto
Biblioteca

nium membrorum satisfactio, vt scilicet membra satisfaciãt pro peccatis, quæ admiserunt, vt singula peccauit, ieiunet ac sufficit. Qui solus est in culpa, solus sit in pœna. Si oculus, similiter. Vnde Hieremias, *Thren.3* *Hiero.9* Oculus meus deprædatus est animam meam. Et, Per fenestras oculorum meorum mors intrauit in animam meam. Sic Augustinus: Oculo nihil nequius. Potest autem dici ieiunium, à ieiunio, quod est intestinum quoddam, vt inquiunt anatomici, quod in homine, mortuo prorsus vacuum reperitur. Nam & nos itidem cùm ieiunamus à vitiis omnino vacui esse debemus, idque tam in animo, quam in corpore. Vnde plenius profecto Augustinus super Ioannem ieiunium definit hoc modo: Magnum & generale est ieiunium ab iniquitatibus & à carnalibus voluptatibus abstinere. Hoc enim ieiunium omnibus *Tit.2* numeris est perfectum & absolutum. Cui non absimile est, quod Paulus ait: Sobriè & piè & iustè viuamus in hoc seculo. Nam quod, vt sobriè viuamus, inquit, ad nos planè pertinet, quod piè, ad Dominum, quod iustè, ad proximum. Hinc pietas est cultus Deo exhibitus, cum quo velut ex aduerso pugnat impietas siue idololatria. Quare multi in hoc vocabulo pietatis errãt, dum in eo vulgo assentiunt, quod ille dicatur pius, qui è suis bonis libens pauperibus quippiam partiatur, contrà iste impius, qui quæ pauperum sunt, ad se rapit. Verùm ne diutiùs quadam similitudine labamur, & vitia impietati confinia, & virtutes, quæ Pietatis nomini non obscure videtur respondere, breuiter describemus. Multum sanè interest inter flagitium, facinus atque impietatem. Nam flagitium in nobismetipsis est. Facinus vero committitur in proximum & impietas in Deum. Sic quoq; magnum statuitur discrimen inter misericordiam, clementiam & pietatem. Vt enim misericordia maximè versatur circa naturam: sic clementiam esse dicimus erga iustitiam, pietatem erga Deum. Verbi gratia: Misericordia est, siquis ad supplicium aliquem iustè damnatũ duci videat, qui ita naturali inclinatione compatitur ac commouetur: vt ipsum à supplicio liberet. Quemadmodum etiã dicitur misericordia, si quod pauperi est suffuratum, ipsi restituimus. At vero clementia est, si quem iniustè punitum viderimus, & nos periculis obiecerimus, vt per vim illum eripiamus. Pietas demum est colere Deum, idq; ex mero amore, quem Græci vocant λατρείαν, vel Θεοσέβειαν, nos autem Dei cultum rectè appellare possumus.

De ieiunij authoritate.
CAP. IX.

AVthoritas ieiunij triplex est. Habet enim authoritatẽ partim ab antiquitate temporis, partim à loci qualitate, partim denique à præceptorum institutione, & maiestate. Ab antiquitate tẽporis, quòd statim post orbem conditum in ipsa hominis creatione esse cœperit *Gene.2* cum dicebatur: De ligno scientiæ boni & mali ne comedas. A loci vero qualitate,

qualitate, quia in paradiso fuit institutum. A præceptore: quod non ab homine, sed à Deo ordinatum fuerit. Rursus commendatur à temporibus & personis. Et à temporibus quidem, quod in tempore ante legem, in tempore sub lege, & in tempore gratiæ ieiunium semper fuerit obseruatum. Ante legem à Moyse, sub lege ab Helia, in tempore gratiæ à Christo. Eius autem commendatio plena est exemplis. Eua quamuis abstinuit virgo fuit incorrupta, mansítque in paradiso. Sed quum præceptum ieiunij violasset, extemplò carnis sensit corruptionem, & *Genes. 3* sub viro est constituta, ac paulò pòst è paradiso turpiter eiecta. Ad eundem sanè modum Adamus simul atque ieiunium fregisset, ex delitijs paradisi in hanc mortalitatis miseriam detrusus est. Moyses post *4. Reg.2* ieiunium cum Deo locutus est. Helias similiter post ieiunium igneo *2. Para.* curru in cœlum subuectus est. Hierosolyma à Sennacherib tempore *32* Ezechiæ Regis & Isaiæ centum octuaginta quinque milibus cœlitus vna nocte interfectis fuit liberata, & ne inter cineratos fœterent, solus Sennacherib cum decem tantum aufugit in Niniuem, vbi sexagesimo die post à propriis suis filiis fuit interemptus. Item, Iona iram Dei ieiunio conciliante, Niniuitæ in sacco & cinere ieiunium pœnitentiæ agentes consecuti sunt veniã. Sic quoque Iosue filius Naue ieiunio, dum illud per integrum diem agebat ad Gabaon, Solis & Lunæ cursum cohabuit & hostes suos superauit. Ab his itaque personis ieiunium commendatur. A loco vero, quod in Paradiso natum sit. Sequitur ieiunij distinct.

De distinctione ieiunij.
CAP. X.

IEiunium sic primo diuidi potest, quod aliud sit carnis, aliud mentis. Carnis est, cum quis abstinet à cibis. Mentis vero quando quis ieiunat à vitiis. Vel etiam carnis ieiunium dici potest, si quando quispiam ob nimiam pinguedinem ieiunat, ne corpore supra modum pinguescat. Verum illud nullius virtutis est, ideóque dicendum est potius esse afflictionis. Qua ratione & mentis ieiunium esse volumus contra luxuriam, ne similiter plus æquo pinguescat, ac in multis luxurietur. Secundò ieiunium & hoc modo distinguitur; aliud videlicet esse institutionis, aliud deuotionis, aliud paritatis: & aliud dispensationis. Ieiunium institutionis est, Quadragesima à sanctis patribus olim instituta. Quemadmodum enim in lege veteri, sancti patres rerum suarum omnium decimas & primitias Deo reddere consueuerunt: Ita nos quoque debemus ei decimas & primitias offerre, non solùm ex rebus nostris, nempe ex frugibus, & aljis quæ possidemus, verumetiam ex nobismet ipsis, scilicet ieiunando, idque corpore quidem à cibis, mente vero à vitiis. Est enim, vt statim diximus, carnis pariter & mentis ieiunium. Offerimus autem Deo ex nobis primitias & decimas, si ieiunando bene operamur.

De

De institutione Quadragesimæ, & reliquis ieiunandi formis.

CAP. XI.

INstituta igitur fuit Quadragesima, pro dierum decima. Sed cur potius quadragenario numero quàm alio appelletur, euidens ratio est: cùm quadraginta dies in anno pro decima liquidò possimus inuenire. Sicut Leuitæ ex decimis, quæ eis offerebantur, summo sacerdoti partem reddebant decimam, ita & nos decimam damus Christo vero Pontifici ex triginta sex diebus, qui sunt in decima trecentorum & quadraginta dierum, & ex sex horis cum quadrante, quæ sunt vltra dies trecentos & quadraginta. Cùm ergo summatim sint dies quadraginta vnus & quadrans, ex quadraginta habemus pro decima quatuor, quibus cum alij triginta & sex computatis, exurgunt quadragiota. Restat adhuc vnus dies & quadrans, quæ sunt horæ triginta, quarum pars decima tres sunt horæ, pro quibus in sabbato Paschæ ieiunamus vsque ad noctem. Sunt autem in anno dies trecenti & quadraginta sex, quorum decima pars triginta sex dies sunt, excepta decima quadrantis, pro qua voluit Augustinus, vt in vigilia Paschæ, eius diei missa nocte celebraretur. Vnde est quod in oratione, quam Collectam dicimus, illo die legimus: Deus qui hanc sacratissimam noctem, &c. Dicitur ergo Quadragesima, quasi cum decima quatuor. Diebus enim triginta & sex adduntur quatuor, qui sunt ex decima. Primus est sanctificationis, hoc est, mundificationis, si sic dicere liceat. Quia tunc homo mundatur & lauatur tam anima, quam corpore. Reliqui tres sunt primitiarum. Primus dierum quadraginta, est quarta Quadragesimæ. Tres alij sunt, vt dictum est, primitiarum. Et certè ignorandum non est, tres dies ieiuniorum in vnoquóque tempore celebrari, qui appellantur primitiæ, quod ita de iis sit dispensatum. Proinde ieiunium dispensationis est, quod in magnarum solennitatum vigiliis fieri dicitur. Solebant enim Maiores nostri illa nocte quæ proxime festum præcedebat, vigilare: vnde & vigilias appellabant dies festa proximè præcedentes, ad quas conueniebant iuuenes & puellæ, cantores & lusores, sicut adhuc fit in plerisque regionibus, vt in Pictauia, præcipue in festis patronorum ecclesiarum. Sed quoniam multa inde nascebantur incommoda, institutum, fuit, vt in locum vigiliarum succederent ieiunia, vt eo demum modo comessationes superfluæ & ebrietates, quæ crebo contingebant, tollerentur è medio. Quod in ea forma ab ecclesia ita dispensatum accepimus. Si quis tamen ieiunaret & vigilaret, hic vtique haud male faceret. Nihil enim vetat bonum duplicare. Dicitur autem huiusmodi institutio, dispensatio, quasi in diuersis (vt sic loquatur) pensatio. Nam ieiunium hoc fuit introductum in compensationem vigiliarum, quæ idcircò fuerunt abrogatæ: ne crebræ illæ comessationes atque ebrietates posthac fierent. Aliquando tamen & canonici rigoris est dispensatio iusta de causa ab eo, cuius interest, facta relaxatio quem

emadmodum etiam in hoc loco. Viderunt enim quod melius erat ieiunare, quàm vigilare. Ieiunium porro deuotionis est, si quando quis ea sponte ieiunat, vt in vigilia beati Martini, & beati Nicolai. Ieiunium paritatis est quum in vigilia sancti Iacobi, Bartolomæi, & aliorum Apostolorum ieiunamus, quibus vt ieiunarent, statutum non est. Facimus tamen ex eo, quod omnes Apostoli in meritis ac præmiis pares sint. Quorum enim merita æqualia sunt, necessarium planè est vt eorum animæ in cœlis sint æquales. Ob quã sane causam ecclesia conseruauit dignum esse, vt pariter omnes ieiunia haberent. Ex Apostolis autem sex tantum ieiunium habent institutionis: quorum item quatuor quum coniunctim ieiunamus, quatuor duntaxat in vniuersum existunt Apostolorum ieiunia. Nam Petrus & Paulus vnum communiter obtinent, quoniam eodem die passi sunt. Sic Simon & Iudas, qui ita simul duo ieiunia efficiunt tertium habet Matthæus, quartum Andreas. Cur vero his & non etiam aliis ieiunamus, ratio in promptu est. Vt hoc enim fieret in eorum vigiliis, ideo sancta ecclesia statuit quod sicut illi pro Christi nomine passi sunt, & nos quoque aliquo saltem modo cum eis patiamur, si beate cum eis viuere optemus. Eadem ratione etiam de aliis Apostolis instituisset, nisi aliud quippiam impedimento fuisset. Impedimenta autem sunt hæc: Festum Philippi & Iacobi, quod ipsis Calendis Maij habemus, quæ semper sunt inter Paschа & Pentecosten, quod sit tempus lætitiæ & gaudij ieiunandum non est. Necobstant ieiunia, quæ in diebus litaniarum siue rogationum occurrunt, cùm ea ob aliam fiant necessitatem, vt patebit dilucidius in sequentibus. Nam & tum ieiunatur ab aliquibus propter Spiritus sancti expectationem. Iacobus Zebedæi ab Herode obtruncatus est in diebus azymorum, ita vt neque ieiunium habeat, neque illi festum celebrari possit. Festum namque eius, quod septimo Calendas Augusti obseruatur non fit respectu illius passionis aut mortis, sed translationis. Tunc enim illi primò dedicata est ecclesia in Hispania, vt plenius ostenditur eo in loco, quo eius festum attingemus. Quod autem non ieiunatur Bartholomæo, cuius festum est octauo Calendas Septembris, aliud est impedimentum. Fertur enim vno die fuisse excoriatus, *Act. 13* & altero obiisse, quanquam in legenda seu vita eius illud minime habeatur. Quod si ergo ita sit, necessarium foret, vt eius vigilia secundo die ante festum coleretur, quod esset contra normam aliorum ieiuniorum festiuorum. Vt beato Thomæ ieiunetur, non oportet, quia festum eius est in Aduentu Domini, in quo quasi continuum ieiunium debemus obseruare. Barnabas propterea non habet ieiunium, quod non sit ex numero Apostolorum. Nec profectò dicitur Apostolus, nisi quod, cum erat Pauli socius, vt cæteri ad prædicandum missus sit. Vnde illud: Segregate Barnabam & Paulum. Matthæi ideo non *Act. 1* est institutum ieiunium, quia festum eius in Quadragesima frequen- *Psal. 108* tius solet contingere, quando alioqui semper ieiunatur. Vel etiam ob eam

cam rem, quod ex primitiuis Apostolis non fuerit, sed post Christi passionem per aliorum electionem loco Iudæ substitutus. De quo dicitur: Et episcopatum eius accipiat alter. Festum denique beati Ioannis Euangelistæ semper celebratur tertio die post natiuitatem Christi, quo ieiunare non licet propter dies festos. Nihil interim vetat, quominus omnium Apostolorum ieiunia possint celebrari. Optimè enim fecerit, qui ieiunauerit, sicut in vigilia beati Iacobi septimo Calendas Augusti ieiunant hi, qui ipsum colunt. Sed istiusmodi ieiunium vocatur paritatis, quod secundum merita suscipitur: non institutionis. Est rursus ieiunium aliud inspirationis, aliud circunspectionis, Inspirationis ieiunium est, quale fuit in beato Nicolao, qui etiamnum infans in cunabulis bis in hebdomada ab vberibus matris abstinuit, ac tantùm semel papillas quarta & sexta feria suxit. Ieiunium circunspectionis est, quando præ imminente aliqua tempestate, vel hostium periculo, vel simili aliquo infortunio ieiunamus. Deinceps vero ieiunium aliud est rationabile, aliud irrationabile. Rationabile appellatur, quod ipsa ratio facilè admittit, quum moderatè cibum & potum sumimus, ne inde corpus debiliteur. Vnde inquit Apostolus: Rationabile sit obsequium vestrum, non in comessationibus & ebrietatibus &c. Irrationabile est, si quis velit ieiunare duobus aut tribus diebus continuis aut etiam integra septimana, cuiusmodi Deus non approbat, qui vt vitia mori cogantur, non autem vt natura dissoluatur, vult esse ieiunandum. Hinc illud ieiunium posse prohiberi, quod nonnulli continuant à cœna Domini vsque ad Pascha, satis manifestum est. Sunt item aliæ ieiuniorum formæ, quas eadem breuitate perstringemus. Nam aliud reperitur qualitatis, aliud quantitatis, aliud numeri, aliud summæ exactionis, aliud alteritatis, vt sic dicam, aliud xerophragiæ. Qualitatis ieiunium vocamus, quum carnis esum nobis in posterum indicimus. Quantitatis, quum quis ad certam mensuram sibi victum subtrahit, & omnino, quantum quoque die comedat, quasi ponderatum habet. Ieiunium numeri, est si quando quis ita secum statuat, vt quolibet die non nisi semel posthac cibum caperet, vel bis, idque ex eo, quod qui idem sæpius faciunt, sic ipsi se abiiciant ac prosternant, vt nihil inter eos atque inter bruta animantia planè interfit. Hæc enim vt ad pastum nata sunt potissimum, ita sæpius vnoquoque die ventrem saturant. Bis sese reficere humanum est, semel autem (vt fertur) Angelorum. Quare cùm sint, quibus semel duntaxat cum Angelis quoque die vesci decretum est, huiusmodi ieiunium habere putantur. Sed tolerabilius hoc est, illud verò strictius, quod summæ dicitur exactionis, cuiusmodi habent hi, qui radicibus & herbis vescuntur, vt in deserto Ioannes Baptista & in eremo Maria Aegyptiaca, quæ cum duobus tantum panibus traiecit Iordanem, vitámque austeram & solitariam egit annis quinque. Alternationis esse dicitur ieiunium, cum quis alternatim ieiunat, nimirũ si cum hoc die abstinuerit, sequenti

Roman. 12.13

sequenti comedat. Xerophagiæ ideò ieiunium, est, si quando quis cibum comedit aridum. Dicitur enim xerophagia à ξηρὸς siccus, & φαγω, quod est comedo, quasi dicamus siccã comestionem, quale esse potest in pomis pyris, castaneis, prunis, & id genus alijs. Quidam tamen siccam comestionem esse arbitrantur legumina cruda siue cocta si modò absque iure comedantur. Postremò inuenitur quoddam ieiunium vanitatis seu simulationis, vt in hypocritis, qui ob fictã sanctimoniam ieiunant, vt omnibus suspiciantur: quoddam necessitatis, vt in mendicis, & quoddam virtutis, vt in ijs, qui veram corpori inducunt abstinentiam, quum à culpa animi abstinent, quum sese victu defraudantes, cibum egenis benignè partiuntur, quem suis ventribus detrahunt, quum denique sese esurientibus velint alios suis satiari epulis. De ieiunio igitur, eiusque multiplici distinctione hactenus.

De personis. CAP. XII.

Postquàm de temporibus Deo spiritualiter dicatis hucusque à nobis dictum sit, res ipsa postulat vt eodem modo de personis diuinis officiis addictis, hoc est, ecclesiasticis, deinceps dicamus. Ad cuius rei maiorem declarationem sciendũ est imprimis tres esse sectas, quæ hominibus maximè probantur, quarum vna est Ethnicorum seu Paganorum, altera Hebræorum, tertia Christianorum. Prima est erroris, secunda veritatis, tertia salutis. In prima naufragiũ patimur, in secunda à periculo quidem eripimur, sed in tertia saluamur. Prima rursum nos à Deo secat & separat, secũda illuminat, tertia autẽ penitùs saluat & liberat. Verum mos Paganorum cõuersus est in ritum Christianorum. Quę Dei Opt. Max. mutatio sanè pulcherrima est. Christianorum enim personæ tam sæculares, quã ecclesiasticæ ab alijs duabus sectis, nimirum ab Hebræa atque Ethnica, desumptæ sunt. Quemadmodum enim apud nos duo sunt personarum genera, laicales videlicet siue populares (λάος enim populus est) & ecclesiasticæ: sic apud Ethnicos & Hebræos, à quibus nostræ habuerunt initium. Apud Ethnicos personę sæculares erant hæ: Monarcha, scilicet Rom. Imperator, patricij, qui & separatores dicebantur. quorum arbitrio vniuersa ordinabantur, Reges, duces, præsides, præfecti, tribuni plebis, tribuni militum, prætores, centuriones, decuriones, quaterniones, tribuni, quæstores, ædiles, aulæ ianitores. In ritu verò templorum erant Archiflamines, flamines sacerdotes in vtroque sexu. Namque apud illos non aliter, atque modo apud nos erant & mulierum & virorum religiosi conuentus. Inter Poëtas erant carminum iudices. comœdi, tragœdi, historiographi. Apud Hebræos porrò eadem fuit personarum diuersitas. Erant enim quædam sæculares, quædam verò cultui diuino in templis perpetuò addictæ. Et personæ quidem in templis erant hæ: Summus sacerdos & minores sacerdotes, Leuitæ, Lathinæi, luminum emunctores, exorcistæ, ianitores vel editiui, & cantores. Inter sæculares verò imprimis

dux populi erat ad regendum Moyses, & sub eo, quos ipse ad consilium soceri sui Ietro continuerat, nempe erāt hi: Chiliarchi, hecatontarchi, pentecontarchi seu pentecosiarchi & decarchi, hoc est: milenarij, centenarij, siue centuriones, quintagenarij, decani. χιλιὰς enim milenarium numerum exprimit, ἄρχω, principem, vnde χιλιάρχος dicitur qui præest mille. Sic ἑκατὸν significat centum, vnde hecaton tarchus est cui centum parent, & pentacontarchus cui quinquaginta. Nam πεντήκοντα quinquaginta sonat. Qui autem decem in potestate habet recte appellantur dec ani, à δέκα decem quod sint supra denos. Apud Christianos quoque personæ sunt partim populares, partim clericales. Populares nō sunt diuersę ab iis quas apud Ethnicos esse dicimus, quamuis non vbique, Clericales sunt, quæ administrant ecclesiam dicunturque ἀπὸ τοῦ κλήρου quòd sors interpretatur, quasi sorte sint electæ. In veteri namque Testamento sacerdotes sorte eligebantur. Quemadmodum etiam Ethnici sortitione vnum ex liberis suis ad clericatum eligebant. Possunt nihilominus dici clericales, quia ipsi accipiunt hereditatem Domini nimirum decimas & oblationes. Nam κλῆρος Græcis non solum est, quod nobis sors, sed & hæreditas. Est enim iis æquinocum, vnoquoque nomine duo hæc significat. Personæ autem clericales diuiduntur in monachos, quasi sunt soli viuentes à μόνος solus, & ἔχω habeo quod, ab aliis seorsim soli habitare debeant, & ecclesiasticos. Quæ sit porrò personarum diuersitas inter monachos, equidem satis notum esse existimo. Totum enim illud ab ordinum varietate petendum est, quam alij albi siue candidi, alij nigri appellantur.

De personis ecclesiasticis.

CAP. XIII.

Ecclesiasticarum personarum genera duo sunt. Aliæ namque sunt dignitatis, aliæ ordinis. Dignitatis sunt, vt Papa, Patriarcha, Cardinalis, Primas, Archiepiscopus siue Metropolitanus quod eiusdē est significationis, Episcopus archidiacon⁹, Archipresbyter. In choro sunt decanus, hypodecanus, cantor, subcantor, thesaurarius, scholaster. Ordinis personę sunt sacerdos, diaconus, hypodiaconus, acolythus, exorcista, lector hostiarius. Sunt autem in ordine septē gradus, ad designandam septiformem gratiam spiritus sancti, cuius munere illorum ordinum officia exequuntur. Sed quoniam de ecclesiasticis personis iuxta nostrum tempus tractare proposuimus, videamus quemadmodum à veteri consuetudine tam ethnicorum quàm Iudæorum ad præsentis ecclesiæ cultum facta sit personarū translatio tum secūdum ordinem, tum secundum dignitatem. Ac primò quidem secundum ordinem, in veteri Testamento erant sacerdotes, quales fuerūt filij Aaron, qui pro populo sacrificia offerebant. Erant præterea aliqui in populo Magistri, vt

stri, vt fuit Nicodemus. In horum locum nostri successerunt sacerdotes, qui sacrificium altaris Deo pro nobis offerunt, quique ad hoc obligati sunt, vt verbum Dei populum sibi commissum doceāt. Vocantur autem sacer dotes, quasi sacradantes, & presbyteri, quasi seniores, non quidem ætate, sed eruditione & moribus. Ordo diaconorum, id est, ministrorum (tantum enim sonat) vicem explent Leuitarum. Vt enim in veteri lege Leuitæ in sacrificiis inseruiebant sacerdotibus Testamenti veteris: Ita hi in sacramento altaris ministrant sacerdotibus noui Testamenti. Hypodiaconi in locum Nathinæorum sunt substituti, qui sic dicebantur, quod in humilitate seruiebant. Quemadmodum enim hi sub Leuitis sacra administrabant, sic illi subdiaconis vnde & hypodiaconi sunt appellati. In templo erant emunctores luminum, qui candelas & accēdebant & extinguebant. Hi sunt in nostra ecclesia quos acolythos & ceroferarios dicimus, qui cereas candelas & thuribulum portant ac præparant. In tempore veteris legis exorcistæ, id est, adiuratores, ex doctrina Salomonis dęmones ab hominibus abigebant: sed & nos similiter exorcistas habemus qui illos exorcistant, qui efficiendi sunt catechumeni, nimirum cum ab iis adiuranda expellunt dæmones In templo erant cantores: apud nos sunt lectores siue anagnostes. Ostiarij in nostra Ecclesia vicem supplent templi ianitorum. Officium enim ianitorum erat templum claudere & aperire, immundos recipere, immundos excludere. Ostiariorum autem officium est catechumenos baptizandos, & pœnitentes per Episcopos iam reconciliatos in ecclesiam introducere.

Quomodo personę dignitatis à veteribus ad nos fluxerunt.

CAP. XIIII.

Videndum modò est, quemadmodum dignitatum personę à veteribus ad nostram ecclesiam peruenerint. Et dominus quidem Papa, id est, pater patrum vel custos patrum, summi pontificis, qui in lege fuit personam gerit, veluti Romanus Imperator, Monarchæ, Senatoria potestas, & patriciorum dignitas, quæ forsitam apud Iudęos obseruabatur, etiamnū in nostra ecclesia permanet in tribus patriarchis, scilicet Antiocheno, Alexandrino, & Constantinopolitano. Primates, qui tribus Archiepiscopis præsunt, vel præesse possunt, Regem exprimunt, cuius potestas ad tres se extendit ducatus. Metropolitani siue Archiepiscopi comparātur Ducibus, qui pluribus præsunt Comitibus. Nam & Archiepiscopi pluribus Episcopis præesse dicuntur. Episcopi habent similitudinem Comitum. Coëpiscopi, quorum iam abolita est dignitas, Præfectis adæquantur. Abbates imitantur tribunos militū: cancellarij, prætores, Archidiaconi, centuriones, decani, decuriones archipresbyteri loco sunt aduocatorum, presbyteri ædilium, diaconi, quaterniorum, hypodiaconi tribunorum, denique exorcistæ quæsto-

res repræsentant, ostiarij: aulæ ianitores, lectores, carminum recitatores, Acolythi, carminum scriptores.

De rebus quæ Deo potissimum debentur.

CAP. XV.

NVnc autem quod quartò à nobis fuit propositum aggrediamur, vt videlicet, quæ res Deo spiritualiter debeantur, breuiter exponamus, quod abundè satis pateant. Sunt etenim decimæ, primitiæ, vota, sacrificia, oblationes & donationes. Primitiæ à primis hominibus initium habuerũt. Legitimus enim Caina & Abelum, è frugibus suorum laborum primitias Deo obtulisse, sed Abelu agnos, & Caina segetum manipulos. Horum tamen alter quia & iustè & lęta fronte optimum quodque obtulit, Dei gratiam abundè demeritus est, eiusque grex in futura maximæ fœcunditatis abundauit, ob quam rem innocens sub Christi figura primus martyr extitit. Alter verò, quoniam iustè primitias non soluebat, cùm pessima quæque daret, Deo displicuit, primusque in peccatum parricidij aut homicidij incurrit, quod laboris sui prouentum nõ habebat expectatum. Eodem modo & populum Israëliticum ex omni suo labore Deo primitias dedisse ex Dei præcepto accepimus. Quare ipsa ratio exigit, vt & nos Christiani similiter faciamus. Quid autem & quomodo dandum sit, satis cumulatè docet nos euentus Abeli & Cainos. Profectò non possumus eius non meminisse, quod à Deo omnia accepimus, & quicquid habemus, quòd ab ipso sit profectum, ita vt vel ob id æquum sit, ei primitias offerre, & quodammodò de acceptis beneficiis referre gratias. Sed si quæratur cui dandæ sint primitiæ & in qua etiam quantitate, facilè respondemus eas sacerdotibus esse largiendas. Quòd ita tamen accipiendum non est, quasi necesse sit eas his solis dandas esse, ac non etiam aliis. Nam Eremitis & iis, qui in terrarum abditis latent & inclusi sunt, aliisque religiosis, si placuerit, dare possumus. Nec verò certa & determinata in his quantitas est, adeò vt quantum visum fuerit, & nõ vltra largiri liceat, si modo ex affectu charitatis proficiscatur. In veteri lege præceptũ est vt ex omnibus bonis darent decimas, quòd ex omnibus Deus sibi decimam voluit, quam tribui Leui in celebratione sui officij appropriauit. Sic nos vtique similiter facere debemus. Quod si verò à laicis iniustè possideantur, nihilo tamen minùs eas tenemur soluere. Nec sanè licitum est iis conniuere, aut de his dispensare, sed illos tantisper reddere, donec Deus iniustam eorum possessionem, in melius emendauerit. Proinde si quis decimã retinere præsumpserit, certè ille transgressor & præuaricator præcepti diuini iam factus est & mortaliter peccat. Atque etiam qui hoc fecerit, sciat se non solùm decimam retinere, sed quod & nouem alias partes iniustè non dubitet possidere, tantùm est non reddere, quod ad Deum pertinet. Vt

De votis & sacrificiis. CAP. XVI.

VOta nostra Deo debemus. Vnde illud: Vouete & reddite, &c. Sed votorum aliqua sunt necessitatis, aliqua spontaneæ voluntatis. Necessitatis sunt, quæ sunt fidei annexa, cuiusmodi in baptismo facimus, dum nos fidem Christi obseruaturos, & Satanæ operibus planè abrenunciaturos vouemus. Sic necessitatis voto adstringimur ad obseruationem decem præceptorum. Atque hæc quidem vota omninò mutari non possunt, sed perpetuò sunt obseruanda. Vota spontanea, nonnulla sunt discreta, nonnulla indiscreta, sunt vota puerorum, dum necdum suæ sint potestatis, sed parentum. Atque huiusmodi licitè omitti possunt, si videatur expedire, vel parentibus, in quorum potestate sunt constituti, placuerit contraire. Sic vita mulierum indiscreta appellatur, quum sunt in potestate virorum. Verbi causa: Si aliqua puella, quæ nondum esset nubilis, & ad annos suæ pubertatis adhuc non peruenisset, perpetuam vouisset castitatem, & paulò post parentes eam, vt matrimonium contraheret, cogere vellent, posset vtique nubere, nec teneretur voto satisfacere. Sic eòdem modo, si alicuius vxor marito ignorante votum fecisset de Hierosolymitana profectione, posset maritus eam, si vellet reuocare, quòd sub eius manu sit constituta. Sed contrà, vxor in casu marituni non reuocaret, nisi ipse vouisset castitatem. Illud enim neutri illorum permissum est, adquatenùs in hoc vtrique consentiunt. Alter igitur sine altero castitatem vouere non potest, nec debet, cùm alter alteri debitum persoluere obligetur. Verùm non in huiusmodi solùm personis votorum indiscretio intelligitur, sed quandóque etiam in prouectioribus, & quæ omninò liberæ sunt, vota fiunt indiscreta, quæ pœna potiùs digna sunt, quàm vt ad effectum producerentur. Quale esse potest, si quis illud se facere voueat, quod perficere nullo pacto possit, vel ex quo ita debilem suam efficeret naturam, vt periculum sit, ne oneri succumbat, & suipsius occisor habeatur. Certè quæcumque vouemus consilio & animi ratione facimus ea perpetuò sunt obseruãda, nec vllo mutanda tempore. Cum autem in lege veteri multiplex ageretur sacrificium, vt in Leuitico habetur, in Christianorum seu fidelium ecclesia vnum duntaxat celebratur sacrificium, scilicet corporis & sanguinis Domini, de quo quoniam in sequentibus latiùs dicturi sumus, cùm officium missæ exequemur, modo supersedeamus.

De oblationibus & donationibus.

CAP. XVII.

NVnc de oblationibus. Sicut in lege veteri populus Hierosolymã ad magnas quasdã solemnitates conueniebat, nimirũ ad Pa-

schatis Pentecost. & Scenophegiarum festa vt orarent in templo, vbi etiam ex debito vniuersi offerre obligabantur: Ita omnes Christiani ex institutione sanctorũ Patrũ tenentur offerre iuxta modũ suarum facultatũ in quatuor principalibus festiuitatibus, nempe natali Domini, Paschate, Pentecoste, & in festo omniũ sanctorũ, vt inde sibi victum habeant sacerdotes. Præterea offerre debent, quo Paschalis illa candela cerea ematur, quóque cum oleum tum cera ad Ecclesiæ illuminationẽ comparetur. Aliàs autẽ nemo ad oblationes cõpellendus est. Si tamen fiant, spontaneæ sunt, quemadmodum & illæ, quæ post confessiones dari consueuerunt. Quod verò in quibusdam ecclesiis vendantur sepulturæ, & pro campanarum pulsatione donationes exigantur, perinde est, ac si ecclesiæ sacramenta venderentur.

Quid officium & quotuplex. CAP. XVIII.

CVm ergo hactenus vt propositum erat, de locis, temporibus, personis & rebus Deo spiritualiter dedicatis expositum sit, sequitur vt de eo, quod quintum & vltimum in propositione, nimirũ de ecclesiasticis officiis deinceps dicamus. Et primò quidem videndum est, quid sit officium, secundò vnde dicatur, tertio quemadmodum de eo agendum sit. Officium est, vt ab Isidoro definitur, proprius vel conueniens vnuscuiusque actus, secundum leges & mores ciuitatis, vel institutа professionis. Alias enim officia habent monachi, alia canonici, alia solitarij atque Eremitæ, & sic de aliis. Dicitur autem officium, vt in libro Officiorum inquit Hieronymus, quasi efficium. Consentaneũ enim est, vt suum officium vnusquisque efficiat. De officiis agendum hic est partim generaliter, partim verò particulariter. Sũt enim quædam generalia officia & vniformia, quæ toto anno obseruantur vt sunt horarum preces, Vesperæ, completoria, ac nõnullæ missæ & matutinæ. Sunt autem quædam specialia, quæ pro varietate temporum & solemnitatum distantia variantur. Pro varietate temporum quoniã alia Paschali tẽpore celebrantur, alia in quadragesima, alia in æstate, alia denique in aduentu. Pro diastemate seu distantia solemnitatum quum aliter fiat in hac solemnitate, aliter in alia. Nam in ipso Paschate tres tantum lectiones recitantur, in Natali verò nouem.

De officio generali. CAP. XIX.

DE generali officio primò dicendum est, idq; hoc ordine, vt primo quid canendũ & psallendum sit videamus, deinde à quo fuerit institutum officium ecclesiasticum, tertio ad quid conducat, quã ob rem & quãdo sit ordinatũ: quartò denique à quo fuerit canonizatum & confirmatum. Et imprimis quidem dicimus generaliter nihil esse cantandũ aut psallendũ, aut etiam legendũ, quod à summo Pontifice non fuerit approbatum. In primitiua ecclesiã diuersi diuersa cantabant, quibus pro suo libitu, ita tamen si illud, quod canebant ad diuinam laudem pertineret. Pleraque tamen officia obseruabant quæ ab initio erant constituta, vel à Christo, vt oratio Dominica, vel ab Apostolis Symbolum. Posteà ecclesia velut scissa est per varias hæreses & schismata. Quod quidem cum vidisset Theodos. Imp. qui suo tempore omnes hæreses extirpauit, negotium dedit Damaso Pontifici, vt aliquem sapientem & catholicum ad se accerseret, qui ecclesiasticum officium ordinaret. Præcepit igitur Damas. Hiero. viro triũ linguarũ peritissimo, vt qui ad eã rem erat idoneus vt quædam officia ecclesiastica in certum ordinem redigeret. Habitabat autẽ tum temporis Hieronymus Bethlemiæ cum Paula & Eustochio, atq; aliis virginibus religiosis, postea quàm iã anteà Romæ sub septẽ apostolicis viris habitauerant. Ordinauit ergo hic quantum ad psalmos attinet, qui quibus diebus canerentur. Sed & Euangelia & Epistolas atq; alia officia in ordinem quendam redegit, vt quid quoq; die cantandũ esset, semel constaret. Nã omnes ferè cantus cõposuit, iis exceptis quos alij ecclesiæ doctores posteà adiecerũt. Hieronymus, itaque cũ Opus istiusmodi absoluisset, misit Romam, vbi à Damaso Papa fuit approbatum, & in communi concilio canonizatum. Postremò Papa Damasus eam dedit Operi authoritatem, vt posteà semper in omnibus ecclesiis obseruaretur, quemadmodum in eo erat ordinatum. Quare ostensum modo est à quo officia ecclesiastica fuerit instituta, qua de causa, quando, in quem finem, & quis ea canonizauerit.

De ipso officio. CAP. XX.

HIs ita cõsideratis, operę pretiũ est, vt ipsum officiũ persequamur ordiẽtes ab officio noctis. Hic enim ordo aptus & cõueniens est ne à luce ad tenebras veniamus, sed potiùs à tenebris prodeamus ad lucem. Sciẽdum igitur est olim tempore primitiuæ ecclesiæ vsu, receptum fuisse, vt nocte ter surgeretur ad diuinum officium celebrandum: primo, circa primum somnum habita ratione eius tẽporis, quo vulgus se quieti dare cõsueuit: Secundò circiter mediam noctẽ. Tertio paulo ante diem, hoc nimirum ordine, vt, cùm nocturni finiti essent, & lectiones cum suis responsoriis perlectæ, priusquam lucesceret aurora apparente, cum pulsu campanarum decantaret: Te Deum laudamus, & sic deinceps laudes matutinas. Ad primam nocturnam surgebant tantùm ministri ecclesiæ, qui cum tempestiuius iuissent cubitum, iam dormierant. Sed quoniam frequenter hoc nocturnæ, vocabulo vtimur: non incommodè fecerimus, si quid per illud significetur, exposuerimus. Accipitur ergo nocturna nocturnæ, pro hora, & nocturna nocturnorum, pro ipsis officiis. Vel nocturna nocturnæ psalmi appellantur, qui dominicis diebus dicuntur, ante quã

recitantur lectiones. Similiter etiam illi, qui diebus profestis dicuntur, vt in secunda feria: Dominus illuminatio, &c. atque ita de reliquis. Nocturnæ nocturnarum, dicuntur tempora, quibus psalmi cantantur. Nocturni nocturnorum, vocatur nouem psalmi, & nouem lectiones cum suis responsoriis. Nunc igitur pergamus. In solennitatibus ad secundam nocturnam pariter surgebant ministri & coniugati tam viri quàm mulieres. Ad tertiam tandem nocturnam communiter surgebant omnes. Sed posteà charitate erga Deum algescente cum feruor ille cultus diuini in hominibus tepescceret, ita vt iam pigriores essent, quam vt statis illis horis ad officium nocturnum surgerent tam ministri ecclesiæ, quàm cæteri, consultũ est, vt media saltem nocte omnes surgerent, iuxta illud prophetæ: Media nocte surgebam, &c. atque ita tum continuò integrum noctis officium absoluerent. Quod quidem etiam nunc plerique religiosorum conuentus obseruant. Verum & hæc institutio breui abiit in dissuetudinem, cum iam conuiuiis & luxui magis vacabant, quam Dei seruitio. Quapropter iterum aliter statutum fuit, vt vel tempore nocturnæ vltimæ vniuersi circa diei crepusculum surgerent. Nunc autem eò diuini cultus ratio demersa est, vt citius surgant pueri, quàm ministri ecclesiæ, & prius cantent passeres, quàm sacerdotes. Adeò amor ille Dei in hominibus penitus refrixit. In memoriam & recordationem primæ illius tam laudabilis consuetudinis, etiamnum ecclesia æstiuali tẽpore nocturnum officium celebrat, tempore nimirum primæ nocturnæ, quod nos vigilias vocamus, tametsi vero aliquando tempestiuius. Fit autem illud duplici nomine, vel ad veterum commẽdationem, vel ad nostram ipsius exhortationẽ, vt videlicet sciamus quam illi essent sobrij in officiis nocturnis tempore hyemali, cuos, cum ter quaque nocte surgerent breuitas noctis æstualis, haud quaquã tardabat. Quotus autem quisque nostrum est, qui iam sole radiante ad illud officium alacriter surgere queat? Vsque adeò hic spõsi videmur Penelopes, nati in medios dormire dies. Sed quid dico de officio nocturno? Quot sunt numero, qui diurnum rectè curent officium? Certè, si quod res est, loqui liceat, admodum pauci. Verũ ne quis dubitet quibus festis vetus illa obseruetur consuetudo, sciendum est in tribus illis, vigiliis, scilicet Ioan. Baptistæ, Petri, & Pauli, & assumptionis beatæ Mariæ. Quoniam hæ sunt præcipuæ solemnitates, quas in æstate habemus.

Cùm ter nocte surgebant. CAP. XXI.

CAusa verò & ratio quare ter nocte surgerent huiusmodi adferri potest, quod quadam similitudine maiores nostri ad hoc moti fuerunt. Quemadmodum enim hi, quorũ ciuitas ab hostibus obsessa est, facile ab incursione interdiu, cum communes vires conferunt sese

sese defendere possunt, & non verò noctu, ob id noctem ternis diuidere solent excubiis, vt in prima quiete vigilent omnes, quod illud tempus sit periculosissimum, ac paulo post tantum ij. circa muros permaneant, quorum primò si vigilare vsque ad conticinium, deinde verò vt illi surgant, quorum est secundo loco excubias agere, & pernoctare ad galli cantum vsque, atque ita demum & tertij vigiles surgant, donec iam dies sit. Sic sancti Patres similem excubandi vicissim consuetudinem sumpserunt ad tutandam sacrosanctam ecclesiam, quæ vna est omnium fidelium ciuitas, quam diabolus impugnat quotidiè, quamque vt semel subuertat conatur modis omnibus, idque præcipuè noctibus, quando nobis maximè insidiatur. Nox enim peccatis tutissimis apta est, furtis, adulteriis, & compluribus aliis, quum homines sperant fore clam, & minus habent pudoris. Hinc est: Qui male agit, odit lucem. Nam sicut aperta est lux, ita nihil apertum relinquit, sed obtrà nox vt est obscura, sic erubescere nescit. Quare profecto nocte accuratius excubare debemus contra inimici latentis insidias, ne iis ad turpia impellamur.

De repræsentatione trium temporum. CAP. XXII.

Illud quoque notãdum est, quod in his trium nocturnarum officiis, tria tempora repræsentamus, tempus scilicet ante legem tẽpus sub lege, & tempus gratiæ, quorum quodlibet tribus variatur distinctionibus. Temporis ante legem prima fuit distinctio ab Adã vsque ad Noë, secunda à Noë vsque ad Abraham, tertia ab Abraham vsque ad Moysen. Tempus verò sub lege habuit distinctiones: A Moyse vsque ad Dauidem, à Dauide vsque ad transmigrationem Babylonis, à trãsmigratione vsque ad Christum. Denique prima distinctio tẽporis gratiæ fuit tempus Apostolicæ & euãgelicæ prædicationis, secunda tempus impugnationis, quod omnes peperit hæreses, tertia tempus pacis, quando omnis est hæresis penitus extincta. Hic distinctionibus ita semel connumeratis, inueniemus nouem fuisse temporum diuersitates, quas non obscurè in numero Psalmorum, quos in officio nocturno cantamus innuimus. Diebus enim festis vsurpamus nouem Psalmos, nouem lectiones, nouem responsiones, cum nouem versibus. In vnoquoque nocturno tres sunt psalmi, tres lectiones, tres responsiones, tres versus, interim tamẽ sciendum est, nouenarium psalmorum, nouenarium lectionum, nouenarium responsorum cum totidem versibus, pro vno eodemque accipi, quantum ad mundi figuram attinet. In his temporum, diuersitatibus, quas modo enumerauimus, optimè vigilarunt sancti Patres bonis operibus sedulo incumbentes. Quod quidem nos, vt eorum meritis quadam ratione similes efficiamur, in officio nocturno sub nouenario numero psalmorum, lectionum, &c. in laudem Dei exprimimus, excitando nos mutuo ab insidiis diaboli.

Atque ideo sane in tribus nocturuis nouem dicimus psalmos & lectiones cum cæteris. vt Trinitati imprimis placeamus, ac nouem ordinibus Angelorum queamus associari. Nec verò ab re est, quod hæc nocte potissimum facimus, quum præsens hæc nostra ciuitas, ecclesia nimirum velut vmbra quędam sit cœlestis istius ecclesiæ, ad quam diuina gratia perueniemus. Celebratur autem officium hoc trium nocturnorum diebus maximè Dominicis, in solemnitatibus Trinitatis, & in festis sanctorum: ideò quoniam certò credimus illos Dominicæ resurrectionis, quam dies dominica significat, gaudia iam eos esse consecutos. Simili ratione in eorum festis nouem psalmos cum totidem lectionibus ac responsoriis proferimus, quo eos nouem ordinibus Angelorum associatos esse ostendamus. In noctibus verò istorum dierum, qui solemnes non sunt, psalmi duodecim quos vulgus dietam vocat, cum sex antiphonis canuntur, ac tres lectiones totidémque responsiones recitantur ea ratione, quod horæ duodecim diei adscribantur, & totidem nocti. Quod quidem fit, vt pro vnaquaque noctis hora psalmum Deo offeramus, quò à nocte erroris & à mentis nostræ cæcitate, ad quam nos per peccatum primi parẽtis detrusit diabolus, per innumeram Dei misericordiam liberemur. Sex antiphonæ designant sex opera misericordiæ, quæ si rectè obseruauerimus, ad huius noctis tenebris ad veram lucem, id est Christum haud dubiè perueniemus. Ob id autem hic duos psalmos coniungimus, vt per eos ostendantur laudes & opera nostra sine charitate nihil valere, quæ consistit in dilectione Dei & proximi, inter quos nullum est medium. Verum duos psalmos ita connexos propterea vno absoluimus Gloria, quia laudes nostræ tunc sunt Deo acceptæ, quando in charitate persistimus: Tres postremò lectiones tres connotãt ętates, videlicet, puericiam, iuuentutem, & senectutem. In his enim ne à diabolo seducamur, optimè vigilando Dominum laudare tenemur.

De ordinatione sancti Benedicti.
CAP. XXIII.

BEatus Benedictus multò aliter noctis officium instituit. Non quod à superiori ecclesiæ institutione dissentiat, sed ob aliam causam, quemadmodum statim dicemus. Nec sane in quoquam ei est contradictum, sed quicquid fecisset fuit approbatum & corroboratum à beato Gregorio. Cum enim hic vir sanctissimus, & qui Spiritus sancto illuminatus esset, verè habebatur, creditum fuit quod alio pacto officium non instituisset, nisi idem à Spiritu sancto accepisset. Beatus itaque Benedictus ad perfectioris vitæ culmen aspirans, sex psalmos in nocturno primo cantari & quatuor lectiones cum quatuor responsoriis instituit, totidemque in secundo, vt per hoc nobis duplicem vitam, contemplatiuam & actiuam aperte ianueret. Nam senarius numerus psalmus vitã nobis indicat actiuam, in qua

ia qua sane conueniens est sex opera misericordiæ exercere, si ad perfectionem vitæ contemplatiuę fœliciter peruenire velimus, quæ itidem vt per quatuor Euangelistas, ita hic per quatuor exprimitur lectiones. In tertia porro nocturno tria cantica in laudem Trinitatis cantari instituit, à qua nobis omnem vitæ perfectionem dari certo credimus & speramus. Finiuntur autem illa cãtica per Alleluia, quod est cœlestis lætitiæ canticum vt per hoc euidenter notetur Trinitatem dignam esse cœlesti laude, nec ad eam plene perfectęque laudandam satis sufficere laudem humanam. Quæ verò quatuor sequuntur Euangelicæ lectiones, significant laudatores Dei debere per doctrinã quatuor euangeliorum, quatuor insignium virtutibus, adeò vt hinc per quatuor responsiones designetur laudantium alacritas. Sed ne, dum hoc agunt, totum illud bonum sibi ascribant, verùm vt potius laudi diuinæ omne attribuant, & se seruos Dei in omnibus esse agnoscant commode subiungitur. Te Deum laudamus. Posteà legitur Euangelium, quod denarium connotat, id est, vitam æternam, quæ videlicet laudantibus digne reddetur. Per hymnum qui sequitur, nimirum: Te decet laus, &c. gaudium quod post laborem in denarij remunerationem habebũt sancti denotatur. Sed quoniam officium monachorum nihil ad nos pertinere videtur, tantum de eo hactenus dixisse sufficiat & nostrum propositum persequamur.

De pulsu campanarum & matutini temporis initio.
CAP. XXIIII.

CVm ecclesiæ ministri ad nocturnum officium surgunt, quemadmodũ in castris, vigiles sese tubis excitant: ita hi primo pulsant campanas: in signum fidelibus vt pernoctẽt, & sese aduersus insidiantem diabolum muniant, ac suum creatorem laudibus extollant, per quem à peccatorum tenebris & ab iniquitate dæmoniũ se fore liberandos certissimè sperant. Quemadmodum vero pulsandũ sit in maioris solẽnitatibus, diebus Dominicis, festis minoribus & aliis diebus Pentatis, opportunius dicetur aliàs. Dum igitur pulsantur cãpanæ, ecclesia aperta est, quam simulatque ministri ecclesiæ ingressi sunt, debent se ante omnia ad sanctorum altaria cõferre, ibique pressa voce prostrati eos implorare, quatenus & se & suum gregẽ eorum auxiliis bene vigilando à principe tenebrarum valeant custodire & perpetuò in diuinis laudibus perseuerare. Sed quoniã campanarum mentionem fecimus, facilè illud nobis concedetur, si quod mysterium hic lateat detracto velut cortice aperiamus. Campana enim significat concionatores, qui perinde nos ad diuinas orationes adhortantur. Lignum vero quod vltra campanæ caput protenditur, crucẽ declarat Domini, & cauilla (sic enim ferrum illud pensile vocant, quod Græci rectius ῥωπαλὸν nominant, cuius pulsu cãpana sonũ reddit (mentem concionatoris. Nam vt cãpana pulsari nõ potest nisi mediante cauilla, ita

quoque

quoque inutilis ille est concionator, qui mente non sit præditus. Cæterum chorda quæ campanæ appēditur, sacram exprimit Scripturam. Quia sicut chorda ex tribus potissimum conficitur funiculis, sic triplex omnino esse dicitur scriptura, nempe historica, allegorica atque ethica. Quod autē cāpana eleuetur ac deprimatur, iudicio nobis est sacram Scripturā loqui aliquando alte & aliquando sumisse. Iam ergo redeamus vnde diuerti cœpimus. Pulsatis campanis hebdomadarius (ita eum appellamus. cuius est tota hebdomada in choro administrare officium) alta voce incipit, Domine labia mea aperies, id est, aperi, vt fit enallage temporis. Domine, inquam, aperi, & os meū annunciabit laudem tuam. At non & anteà apertū os habuit, quum orabat? Habuit quidē, sed is est loquendi modus. Non enim dicitur apertū os habuisse, quandiu submissa voce orabat, sed tunc aperuisse, quādo illius vox apertè incepit audiri. Vel necdum os aperierat ad laudandum Dominum licet aperuisset ad orandum. Vel etiam tangit religionem sacerdotum primitiuæ ecclesiæ, qui quum irent cubitum signaculo crucis se muniebat vocem comprimentes ad tempus vsque matutinum, & tunc demum vocibus in laudem Dei prorumpebant. Sed quia hoc habet homo à Deo quod ipsum laudet, ideo ab ipso petit, vt sibi os aperiatur, inquiens: Domine labia mea aperies. Verum enimuerò quum diabolus semper odio habeat laudem Dei, & hominem tunc acerrime impugnet, quando se Dominum laudare promittit, ne laudator Dei à diabolo superetur, cui haud facilè est resistere, diuinum implorat auxilium, cùm ait: Deus in adiutorium meum intende. Vnde profectò etiam nunc moris est, vt tunc crucis fiat signaculum. Tum diuino fretus auxilio, quod semper præsto adest illud inuocantibus, fœliciter auspicatur promissam laudem nō solùm Patri, vel Filio, vel Spiritui sancto: sed etiā Trinitati, cum inquit: Gloria patri & filio & Spiritui sancto. Inchoata ad eum modum Dei laude, cantor, qui est quasi præco ecclesiæ, vel eius vicarius, alios adhuc ante altare suis orationibus insistentes ad laudandum Dominum hortatur, quum ait: Venite exultemus Domino, &c. In quo Psalmo etiā quædam causæ quamobrem Domino exultandum sit, continentur.

De hymno, & de iis, quę ad tertiam vsque nocturnam fiunt. CAP. XXV.

FInita exhortatione, quæ ob id appellatur inuitatorium, quòd cæterosad laudem Dei inuiter, sequitur ipsa laus, videlicet hymnus, qui ideò stando canitur, vt in erectione corporum ostēdamus, quam in laudando Dominum corda sursum erigere debeamus. Quia nisi mens linguæ consonet, certum est vocem quantumuis clamosam Deo non placere. Antiphona, quæ sequitur, quæque suauiter modulando canitur, mentis deuotionem: quam in laudando Dominum habemus desiguat. Verū ideò illa primo incipitur, & finito psalmo, qui ei modè

destè accinitur, tota cantatur, quia tunc recte laudem nostram, modulamus, si ex bona mentis deuotione incepta, simili deuotione absoluatur. Antiphonæ autem sunt quasi quædam cantilenæ ad animorum recreationem diuinis laudibus insertæ. Versiculus, qui postea cantatur significat, quod tunc ab officio psalmorum nos ad officium lectionum vertimus. A pueris hic canitur, vt tum demum intelligamus nostrum Deo placere seruitium, si cum innocentia hoc agamus. Postea dicitur dominica oratio, quæ inter alias orationes habetur maxima. authoritatis priuilegio. Atque hæc ideo dicitur, vt per eam tentationes diabolo reprimantur. Cum enim diabolus sentit nos velle legere lectiones, in quibus sanctorum victoriæ ab iis contra ipsum obtentæ recitantur, vel quæ ad morum institutionem & virtutum informationem maximè leguntur, tunc acrius impugnat nos. Quare ne ab ipsius impugnatione deuincamur orationi magis, quam voci incumbimus. Vltima autē pars orationis aperta voce recitatur, scilicet, Et ne nos inducas in tentationem, vt pareat, ad quid illa dicatur oratio, ne videlicet qui lecturus est, id electionis gloria faciat, atque ita per diabolum seducatur: & auditorum mentes lectionis intellectu ac profectu per ipsius phantasticas tentationes defraudentur. Tunc itaque lector ad librum accedit, ac priusquam legere incipiat benedictionem aliquam legendi licentiam petit à sacerdote inquiens: Iube Domne benedicere. Per quod innuitur neminem debere in ecclesia legere nisi prius venia, vt iussus sit, vel ad hoc ante concessus. Sed animaduertendum est, eum, qui lecturus est, hic Domne dicere, non Domine: quoniam ad hominem loquitur, qui vt est semiplenus & imperfectus defectu nostri Domini; ita syncopato vtitur vocabulo. In fine vero lectionis plene inquit: Domine hoc modo: Tu autem Domine. Quod veteres cæteros maxime obseruant monachi, quum dicunt, Domnus Abbas, non Dominus Abbas. Hinc etiam est, quod famuli Dominis sibi inseruientes si quando illis pocula porrigunt, non debeant vtrumque genu flectere, sed duntaxat alterum, nempe sinistrum, per quam flexum significatur corporalis seruitus, quæ tantùm debetur homini: Deo non spiritualis. Nec est acclinandum Principi seculari recta facie sed ab aure sinistra capite flexo. Finita igitur lectione adiungit lector, Tu autem Domine, nō Domne, vt qui perfectum alloquitur Dominum, & omnino talem qui perfecto & pleno vocabulo dignus est. Nec illud sane ad lectionem pertinet, aut præmissæ lectioni continuatur, sed lector absoluta lectione dirigens sermonem ad Dominum & Deum excusans inquit: Tu Domine miserere nostri. Quorum verborum sententia hæc est: Domine forsitan ego peccaui in legendo modulatè, pronuncians humanæ laudis cupiditate, & fortassis etiam peccauerunt auditores, quod variis cogitationibus fuerint intenti, & lectioni debitum non tribuerint auditum: sed ô tu Domine miserere nostri. Quod autem à cunctis generaliter respondetur: Deo gratias pertinet

ad

ad lectionem, & vox est ecclesiæ gratias Deo persoluentis. Ac si dicerent. Deus pauit nos verbis salutis, quæ sunt animæ cibus, de quo beneficio vicissim nos Deo agimus gratias.

De tertia nocturna. CAP. XXVI.

IN tertia nocturna similiter recitantur lectiones, sed de homelia Euangelij. Quare autem hoc fiat, hæc est ratio: quod tertia nocturna declaret tempus gratiæ, vt prædictum est superius, quo tractabantur Euangelica. Notandum interim hîc est fuisse quoddam tempus, quo veritas Trinitatis ab hæreticis maxime impugnaretur, sed tandem hæresi confutata atque eiecta, ac populo ad veritatis cognitionem reducto ordinauerunt sancti patres vt nona lectio de Trinitate legeretur cum suo responsorio. Quod quidem aliquamdiu fuit obseruatum, sed postea tamen neglectum. Cum enim ecclesiæ lectionem de Trinitate legere non fuerat necesse, vniuersis iam Christianis sane credentibus, eam legere omisit, sed eius responsorium retinuit. Inde est quod in æstate Dominicis diebus nonum semper Responsorium de Trinitate cantamus. Quanquam tunc propriè responsorium non dicitur, quod præmissæ lectioni non respondeat. Nam responsoria lectionibus, quibus subiunguntur, semper debent respondere, ita vt inde sic sint nominata. Quemadmodum & versus appellantur, quasi iis finitis vertuntur responsoria, id est, reuertantur & iterum cantentur, vel saltem eorum particula aliqua. Atque ita soluitur quæstio illa musicæ quæ fit de versibus secundi toni, qui terminantur in c, cùm secundus tonus semper in d, finiatur. Dicimus enim quod istic non est finis, sed in repetitione Responsorij: potest tamen dici quod commune appelletur responsorium, non quod præmissa respondeat lectioni sed illi, quæ de Trinitate legi solebat. Absolutis nocturnis ecclesiæ lumina accenduntur, & pulsantur campanæ, atque alta voce canitur: Te Deum laudamus, quo quidem significatur lætitia & gaudium eius mulieris, quæ incensa lucerna, dragmam quam perdiderit, inuenit. Quod autem istius cantici finis, videlicet: per singulos dies, & alij versus qui sequuntur, paulo altius canantur, designat vicinarum congratulationem, qua mulieri ob repertam dragmam congratulabantur. Nam & compulsatio earumdem repræsentat conuocationem.

De officio diurno. CAP. XXVII.

POst noctis officium, agendum est de diurno, quod in septem partibus distinctiones, videlicet in laudes matutinas: horam primam, tertiam, sextam, nonam, vesperas: & completorium. Missa etenim ad officium tertiæ vel nonæ spectat. Nam his duabus horis missa regulariter

iter celebratur. Quod autem diei officium septem horis distinctum agimus: è prophetia habemus qui ait: Septies in die laudem dixi tibi. Sed cur quæso septies? Quia quum nocturnum officium misericordiæ tempus exprimat, quo genus humanum à diabolo obsessum misere seruabatur, optime sequitur, vt diei officium tempus designet nostræ redemptionis: aut nostræ liberationis factæ per Christum solem iustitiæ, qui claritate suæ diuinitatis tenebras nostras illuminauit, atque à diaboli seruitute nos extraxit, ita vt inde septies quóque die laudes Deo Cantemus, quoniam nos tantum boni munere septiformis gratiæ sancti Spiritus accepimus. Quando quidem vero à tenebris peccatorum per viam pœnitentiæ ad vitæ libertatem peruenitur, hinc natum est vt diebus profestis seu feriis ad laudes matutinas caneretur psalmus ille pœnitentialis, nimirum: Miserere mei Deus. Diebus autem festis excepto Quadragesimæ tempore: Dominus regnauit decorem. De quo vt de psalmis aliis dicetur posteà.

Cur septies in die laudamus Dominum. CAP. XXVIII.

EST & alia ratio quamobrem septies in die laudemus Dominum, quod quilibet dies vniuscuiusque repræsentet ætatem. Non quod omnis homo habeat, sed quam haberet, nisi peccaret. Hæc autem septem habet varietates infantis, pueri, adolescentis, iuuenis, viri, senis & decrepiti. Per matutinas laudes repræsentatur infantia, per primam pueritia, per tertiam adolescentia, per sextam iuuentus, per nonam ætas virilis, per vesperas senectus, per completorium ætas decrepita ac finis humanæ vitæ. In his profecto omnibus ætatibus creatorem laudare tenemur. Quod autem infantiæ nostræ tempore Dominum laudare possimus, euidens nobis facit argumentum beatus Nicolaus, qui quarta & sexta feria matris vbera virtute abstinentiæ nõ sugebat. De aliis ætatibus satis est manifestum. Sunt item quàmplurimæ aliæ rationes, quare istarum horarum temporibus Dominum præcipuè laudamus. Rubescente diei aurora cantamus laudes matutinas, quæ matutinæ nuncupantur, à mane quod bonum est, si lumen est bonum, atque nihil esse melius luce videtur: bonũ igitur est mane, quum eo tempore nobis lumen redditur. Appellantur verò laudes, quod officium laudem potissimum sonet diuinam, quam ei damus: quoniam à tenebris erroris nos ad lucem veritatis reduxit. Hoc igitur tempore laudes Deo canimus quia eiusmodi hora mundum creauit, & Angeli qui statim atque conditi sunt, suaui cantu ac modulamine creatori suo laudes iubilarunt. Eodem quoque tempore populum Israëliticum per mare rubrum transduxit incolumen ac Ægyptios submersit: rursus eadem hac hora Christus victor à morte surrexit.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De aliis sex horis. CAP. XXIX.

SEquitur de aliis sex horis, sub quibus item sex aliæ comprehenduntur. Diei itaque duodecim horæ attribuuntur, & totidem nocti. Sub prima hora duas complectimur, ipsam videlicet primam & secundam: sub tertia tres, ipsam tertiam, & quartam & quintam: sub sexta itidem tres, ipsam sextam, septimam & octauam: sub nona duas ipsam nonam & decimam: vesperæ representant undecimam, completorium duodecimam. At roget aliquis, cur potius hisce diei horis diurnum celebretur officium, scilicet prima, quam secunda tertia, quam quarta vel quinta, sexta, quam septima aut octaua, nona quàm decima? Quoniam istæ horæ quibusdam insigniuntur priuilegiis. Prima enim hora Christus Pilato à Iudæis traditus fuit, & à morte resurgens prima hora Mariæ Magdalenæ apparuit. Prima hora visus est in litore septem discipulis piscantibus, quibus dixit: Pueri habetis aliquid pulmenti? Hora verò tertia crucifixus est linguis Iudæorum & flagellatus, eademque hora Spiritus sanctus ipso die Pentecostes discipulis fuit datus. Sexta hora Christus pro nobis ligno crucis clauis affixus est, atque eadem quoque hora ipso de Ascensionis cum discipulis discubuit. Nona hora exclamans spiritum emisit, & lanceatus è latere corporis sui duo eduxit Sacramenta, aquam videlicet baptismatis & sanguinem redemptionis ac saluationis nostræ. Vespere de cruce depositus est, quà item hora in vltima cœna cum discipulis suis cœnauit, vbi illis Sacramentum corporis & sanguinis sui tradidit, quod nobis salubertimum testamentum hinc discedens reliquit. Eadem rursus hora duobus suis discipulis proficiscentibus in Emaus in fractione panis fuit agnitus. Postremò in completorio Patrem pro suis discipulis orauit, qua etiam hora in sepulchrum positus est.

De psalmis qui hisce horis cantantur. CAP. XXX.

QVi psalmi hisce horis & quæ cantica debeant vsurpari, equidem satis notum esse puto. Quia verò ad aliam spectent editionem ac nos de generali officio hoc tempore tractare proposuerimus, paucis quæ hic sunt præcipienda tradamus. Sciendum ergo est generaliter in matutinis laudibus sex psalmos semper cantari, atque in aliis horis similiter, per quos sex opera misericordiæ designantur, quibus operarij in vinea domini laborantes intenti necessariò esse debēt, quæque si piè ac mundo corpore exerceamus, à seruitute diaboli liberati ad vitæ libertatē proculdubio perueniemus, & pro mercede fidelissimi laboris denarium diuinum, hoc est, sempiternam vitam recipiemus. Sanè notandum hic venit quod in laudibus matutinis duos concinimus psalmos, scilicet: Deus Deus meus ad te de luce vigilo. &, Deus misereatur

reatur nostri, quos vno tantum Gloria finimus. Sed quare hoc fiat huiusmodi potest ratio adduci: Quoniam alter horum Dei significat dilectionem, alter verò proximi, quæ duæ dilectiones vsque adeò inter se sunt annexæ, vt vna sine altera in Christiana perfectione intelligi nequeat. Ad hymnum autem trium puerorum, scilicet benedicite omnia, &c. Gloria Patri. non adiungimus, quod propter eiusmodi fidei confessionem in caminum ignis sint coniecti. Quo quidem facto maximè derogatum est Trinitati. Vel quod eius hymni postremus versiculus idem significat cum Gloria patri, ne quid in sacris scripturis superuacaneum reperiatur. In matutinis vero laudibus non iubilamus nisi in vltima tantum antiphona. Nam cum per laudes, Domini intelligamus resurrectionem, in qua nil penitus desiderauit beatitudine & immortalitate iam consecuta, certè nullo hic opus est iubilo, qui rei alicuius significat desiderium. Nec etiam in completorio, quod octauam connotat resurrectionem. Non quod post resurrectionem iubilus esse desinat, quando verius cum ipsis angelis creatori nostro iubilum simus cantaturi, sed quod tum suam amittet significationem, quæ alicuius rei dicitur esse desiderium. Tum enim nihil desiderabimus, vt inquit Dominus: In die illa non interrogabitis quicquam. Dictis itaque ad eum modū psalmis cum antiphona, legit sacerdos lectionem, quam alio nomine appellamus capitulum: quoniam ex capite epistolæ illius diei sumitur. Legitur autem absque Iube domine benedicere, & absque sacerdotali benedictione, quod Prælatis ecclesiæ ac sacerdotibus proprium sit eam semper legere, qui legendi veniam non petunt, neque eam aliis dare debeant. Nec est quod quis nobis obijciat, si in nocturnis (quod ferè fit) sacerdos lectionem legerit, an etiam sit necessarium veniā postulare ac dicere: Iube Domne benedicere, quod eius benedictionem & licētiam dare? Dicimus enim, quod sic hoc pacto lectionem legerit sacerdos, eum præter officium suum facere, cum sit lectoris. Verum si hic non adsit, tū facilè permittitur, vt vel sacerdos, vel clericus sacerdotis, vel etiam quispiam alius ordinis minoris tanquam lecturus dicat: Iube Domne, atque ei benedictio à sacerdote reddatur: Absoluto capitulo non subiungit: Tu autem Domine, quia ratio postulat vt sacerdos sit perfectus, & qui suggestionibus diaboli haud facilè succumbat. Sacerdos igitur in persona Domini pet capitulum nos sensu admonet atque hortatur ore, vt in fide perseueremus, & operibus misericordiæ perpetuo incumbamus. Iob.16

De Hymno & alijs sequentibus. CAP. XXXI.

DEinde canitur hymnus, per quem lætitia quam ob assecutam habemus libertatem, exprimitur. Sed quia Christus nobis hanc lætitiam acquisiuit, ne ingrati de beneficio accepto videamur, in laudē illius finito hymno prorumpimus, & quia nos liberauit, gratias ei refe-

rimus alta voce cantando: Benedictus Dominus Deus Israël. & quare, obsecro? Quia nos visitauit existentes in miseria, & fecit redemptionem plebi suæ. Hoc absoluto cantico cum antiphona, quæ notat dilectionem quam in laudando Dominum habemus, ait ad populum sacerdos: Dominus vobiscum. quod sanè sumptum est ex libro Ruth, Sic enim legitur Boos & Obed suos salutasse messores. Ac statim à populo respondetur: Et cum spiritu tuo. quod ex epistolis Pauli sumptum est. Ac si sacerdos diceret: Laus nostra sit acceptabilis Deo, & gratam sibi accipiat ac nos præmio vitæ remuneret. Cum autem populus respondet: Et cum spiritu tuo. idem est, ac si diceret: Tu pro nobis preces ad Dominum effundes, sed quia illas preces tantum approbat Deus & exaudit, quæ ex bono animo procedunt, ipse, sine quo nullum bonum est, sit & cum spiritu tuo. Tum sacerdos quasi suæ bonitati diffidens inquit ad populum: Oremus. quod humilitatis & euitandæ arrogantiæ gratia dicitur, quasi dicat: Orate simul mecum, vt quod postulamus, citius impetremus. Tunc dicit orationem, eaque dicta respondet chorus: Amen, quasi dicat: Ita nobis fiat, quemadmodum orasti. vel: Fœliciter tua sit oratio peracta. Sumptum autem est, Amen ex Apocalypsi Ioannis. Atque ad eundem modum rursus populum salutat sacerdos, reperitque quod antea dixerat: Dominus vobiscum. quasi dicat: Si gratiam Dei impetrastis, in ea perseuerate. Et iterum respondet populus: Et cum spiritu tuo quasi polliceatur: Orasti pro nobis, & nos vicissim pro te oramus. Tu pueri canunt: Benedicamus Domino. quod ex Psalmo tertio acceptum habemus. Quibus rursum chorus respondet: Deo gratias. quod Apostolo acceptum referimus. Eo autem significatur, quod vsque ad finem vitæ in innocentia Deo inseruire debeamus, ac illi benedicere pro beneficijs gratias persoluendo. Vltimò sequuntur suffragia sanctorum. Nam quandiu quidem viuimus, tanquam in lubrico solo & fragili glacie sumus cõstituti. in dieſque cum dæmonibus vehementissimè confligimus, ita vt sanctorum suffragijs non possimus non indigere. Post suffragia reperitur Benedicamus domino. non à pueris, sed à sacerdote, quemadmodum etiam in Completorio & magnis solẽnitatibus in quibusdam ecclesijs à maioribus: quo quidem significatur nos fore in æterna beatitudine cum domino perfectos laudatores. In hac enim vita perfecti esse non possumus.

De officio altaris.

CAP. XXXII.

NVnc de officio altaris dicamus. Et primò quidem de sacerdotum indumentis, eorundemque significatione, ac deinde quid officiũ Missæ quid introitus, quidve tropi nominentur, occurrit exponendum. Cætera vero breuiter ordine veluti in summa quadam perstringemus. Res enim ardua est, & quæ ingenij nostri vires facilè excedit.

Sacerdos

Sacerdos ergo tanquam aduocatus & pugil cum antiquo hoste pugnaturus, vestibus sacris quasi armis induitur. Sandalia enim pro ocreis assumit, ne quid maculæ vel pulueris affectioni etiam inhæreat. Sic amictu pro galea caput contegit: pro lorica totum corpus coopetit Alba, cingulum assumens pro arcu, & subcingulum pro pharetra. Vocatur autem subcingulum quidem in stola, quod ligatur cum cingulo. Quum stola collum circundat, quasi hastam contra retinentem vibrat. Manipulo pro claua vtitur, casula quasi clypeo protegitur, manus armatur libro pro gladio. Atque ita instructus, ad postremum per confessionem, diaboli renuntiat dominio.

De confessione sacerdotis ante missam.

CAP. XXXIII.

SAcerdos enim priusquam cantet missam confessionem pronunciet oportet. Nam, vt inquit Salomon, vir sapiens in principio sermonis accusator est sui. Debet autem peccata confiteri generaliter, nec mensuram excedere. Sic itaque ad certamen munitus contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus, & pro sedanda iudicis ira in subditos ad altare procedit, & populus quasi pro suo pugile oraturus diebus festis, terræ prosternitur. Quum verò cantat orationes, & reliqua recitat, tum quasi totis viribus aduersus diabolum pugnat. Nam cum & casulam in humero plicat, velut gladium contra hostem præparat, ita vt, quum Euangelium legitur, diabolus, tanquam gladio percutiatur. Sub finem autem pax datur, quo quies populo hoste deuicto ac prostrato nuncietur. Exinde redeundi data licentia, populus Deo agit gratias, ac quisque ad sua reuertitur.

De officio missæ. CAP. XXXIIII.

OFficium missæ siue missa, appellatur totum illud, quod à principio vsque ad finem dicitur, nempe ab introitu vsque ad ite missa est, cuius mens & sententia hæc est: Ite ad Christum, & ipsum sequimini, quia missa est pro vobis hostia ad Dominum placandum. Quandoquè tamen restrictiùs & quasi specialiùs pars, quæ prima canitur, nimirum introitus, officium missæ appellatur, quæ sic dicta est, quod illuc mittatur Angelus. Distribuitur autem missa in quatuor omnino partes, in obsecrationes, orationes postulationes, & gratiarum actiones. Est enim missa omnis obsecrationis, postulationis, & gratiarum actionis. Prima pars extenditur vsque ad offertorium, altera vsque ad finem Dominicæ orationis, cum Amen respondetur, tertia vsque ad communionem, quarta vsque ad finem. Ac prima quidem est catechumenorum vel neophytorum, quod fere idem est, cùm catechumenus appelletur nouiter instructus siue sit baptizatus, sine nondum etiã: & Neophytus quoque nouiter instructus siue baptizatus, siue non.

Amplius enim aut diutius eis interesse non licet, non aliter atque Iudæis aut Ethnicis, quod necdum sint membra ecclesiæ. Ob quam sane causam diaconus è pulpito alta voce dicere debet: Exeant catechumeni foras. Hinc est quod pars ista nominetur missa, à mittendo, quoniam tunc foras mittuntur. Cœpit autem illud originem ab eo, quod de Domino dicitur: Iesus autem non credebat eis, sciens quid esset in homine. Nam per catechumenos illi significantur, de quibus hoc dictum est. Vocatur itaque missa totum illud officium, quod est ab introitu, vsque ad Ite missa est, quanquam & interdum missam appellamus ea verba, quibus corpus Domini conficitur.

De introitu, tropis & linguis, quibus Missa celebrari potest.

CAP. XXXV.

INtroitus verò dicitur, quod sacerdos missam auspicaturus primo ad altare debeat intrare, sicut Episcopus qui extra chorum quandoque diebus festis Dei armis induitur. Dum enim canitur introitus intrat ad altare. Quamobrem etiam diebus profestis bis cani solet, in solennitatibus vero ter. Quandoque intermiscentur tropi. Dicitur autē tropus à Græcis, quod nobis est conuersio, quoniam ishīc quædam fieri solent conuersiones. Animaduertendū hic est, tribus linguis missam celebrari. Hebraica, Græca, & Latina, quod titulus Christi iam in cruce pendentis scriptus fuerit Græcè. Hebraicè, & Latinè. Vnde est quod in vnaquaque missa harum trium linguarū aliquid apponatur. Et ad Hebræa quidem, quod sit præstantissima: Allelu-Ia, Amen, Sabbaoth, Osanna. Allelu-Ia, quoniam à diuersis multis modis exponitur, quos & alibi sufficienter diximus, nunc præterire volumus. Iuxta interpretationem tamen Hieronymi, quę omnium est optima, interpretatur: Laudate inuisibilem. Quid Amen sit, satis constat, Sabaoth est exercituum siue militarium, virtutum & victoriarum. Osanna denique est, salua obsec. Et vbi quæso? In excelsis. Osi, id est, obsecro, anna, id est salua. Inde osanna, quasi osianna, ex corrupto & integro.

De Kyrie eleyson, &c.

CAP. XXXVI.

SEquitur Kyrie eleyson & Christe eleyson, &c. quod ideò Græcè canitur, vt ostendatur Ecclesiā primò in Græcia cœpisse, ac Inde Romam posteà delatam fuisse, vnde reliqua sunt Latina. Cantatur autem ter propter Patrem & filium & Spiritū sanctum continue, idque ternis vicibus vt simul dicitur nouies, propter nouem ordines angelorum quibus associati petimus. In quibusdā ecclesiis additur. ἅγιε, quasi dicant: ō Domine miserere nostri. Solennibus diebus sequitur hymnus de Euangelio, siue Euangelicus: Gloria in excelsis Deo. quòd anteà solum ad missam dicebatur. Reliqua verò beatus Hilarius Pictauiensis Episcopus appposuit, scilicet Laudamus te, & cętera quæ sequūtur. quę etiam

etiam ad missam cantari instituit. Verum enimuerò tum illud cani consuetum est, quum festum agitur Apostolorum, martyrum confessorum & eorum, in quorum honorem ecclesia est dedicata, quæcunque etiam illa sit. Eo autem finito sacerdos salutat populum, inquiēs: Dominus vobiscum. quæ salutatio ex veteri sumpta est Testamento, nimirum vt dictum est, ex libro Ruth. pertinetque ad minores sacerdotes. Est enim & alia videlicet: Pax nobis, quæ vt est sumpta ex Euāgelio ita solum spectat ad Episcopos & qui iis sunt superiores. Quo sanè illud expresè innuitur, quod nouum Testamentum, digniùs sit Testamento veteri. Respōsio verò populi. Et cum spiritu tuo. ex Apostolo in epistola ad Titum desumpta est. Cū denique ait Oremus. vniuersālem ad se colligit Ecclesiam, quasi esset syndicus aliquis in persona multorum loquens. Hoc enim syndicus significat. Lōga vetustate comprobatum est, quòd Oremus dicimus. Antiqui enim prœmisso Oremus ex templò orationem communiter subiungebant, omissa ratione, illud tantùm, videlicet oremus, reseruauimus.

De oratione, & quoties se in missa vertat sacerdos.

CAP. XXXVII.

ORatio siue collecta statim subsequitur, quātumuis collecta propriè vocetur oratio illa quæ fit in processione quum populus & vniuersus clerus ab vna ecclesia procedit ad alterā. Tum enim sacerdos aut Episcopus collecta omni multitudine, istiusmodi oratione super populum vti solebat, quæ propriè dicebatur collecta. Nunc autem oratione illa prætermissa tātum (vt dicimus) oremus retinemus. Notandum obiter hìc est, sacerdotem in qualibet missa se quinquies conuertere & septies populum salutare. Primò in ipso exordio. Secūdò in Euangelio, quod nō in altari, sed in assere vel aliquo lectorio versus Aquilonem legi oportet plicata in humero casula; quod diuinitū fungatur officio. Tertiò cū ad dextrum cornu altaris reuertitur, vnde venerat, dicto symbolo, si fuerit solēnitas: tū enim se cōuertit ad populum. Quartò post offertorium, cum inquit. Per omnia secula seculorum. & consequenter. Dominus vobiscum: sed non vertit se. Nam, vt dici solet, nemo qui ad aratrum manum applicuerit, retrorsum se spectare debet. Quintò cum ait: Pax Domini sit semper vobiscum, nec tum se conuertit. Sextò post communionem, & vltimò in fine. Quod autem ad orationem attinet, sciendum est nunc vnam legi oportere, nunc tres, nunc quinque, nunc septem, sed non vltrà. Et vnā quidem propterea quod vna sit Epistola atque vnum Euangelium, vel propter Dei vnitatē. Tres verò propter Trinitatem: nam & Deus numero gaudet impari, vel quia Dominus ter in passione orauit. Sic quinque legi possunt propter quinquepartitam Christi passionem, vel quinque eius vulnera. Verùm septem ideò, quòd septem in oratione nostra Dominica habeamus petitiones, vel etiam propter septē

dona Spiritus sancti, quæ apud Isaiam numerantur. Septenariũ enim numerum nullus excedere debet.

De epistola, graduali, allelu-Ia, & prosa.

CAP. XXXVIII.

DEinde legitur Epistola, quæ est sermo absentis missus ad absentẽ à Græco verbo ἐπιστέλλειν, quod mittere significat, sic appellata. Tales sunt Petri, Pauli, Iacobi, & Ioannis ad varios, missæ, quæ hoc in loco vt plurimum leguntur. Sed si contingat (contingit autẽ sæpè) vt vel ex Apocalypsi vel ex Prophetis aliquid hic legatur, nihilominus dicetur Epistola, idq; ob eam causam, quòd tũ ante Euangelium quoddammodo mittatur. Summoperè autem cauendum est, nequis Epistolam legere præsumat, nisi sit hypodiaconus, aut diaconus aut etiam sacerdos. Melius enim est vt sacerdos legat etiam si cantet missam, quam catholicus. Post Epistolam verò cantatur responsorium cum suo versu, sine Graduale, vt vocant. Appellatum autem est Graduale quod à minoribus in gradibus ante altare vel à maioribus etiã diebus profestis cani soleat. In solemnitatibus verò in altioribus, hoc est, in pulpito etiam à pueris. Vel quia gradatim cantatur, vel quia de gradu ad gradum procedere debemus, hoc est, de virtute in virtutem ascendere. Dictum est idem Responsorium, quòd versui respondeat, qui item à vertendo nominatus est, quoniam nos ad Orientem vertimus, vel quoniam à versu ad responsum sit regressio, aut ad officium aliud, vt in matutinis. Postea sequitur allelu-Ia, cuius interpretatio modò exposita est secundum Hieronymum. In huius fine neumati zamus, hoc est, iubilamus, dum finẽ protraximus, & ei velut caudam accinimus. Est enim differẽtia inter neuma neumæ, & pneuma pneumatis. Neuma fœminei generis est iubilus sicut in fine antiphonarũ, pneuma vero neutrius generis est Spiritus sanctus. Posteà versus dicitur, vnde similiter conuersio fit ad Allelu-Ia. Sequitur deinceps Sequentia, quam nos prosam appellamus. Fertur Notgerus Abbas apud sanctum Gallum natione Teutonus primò sequentias composuisse, atque eas postea in ecclesia cantari institutum fuisse per Nicolaum summum pontificem. Post hunc autem dicitur Hermanus Contractus inuentor astrolabij fecisse duas has: Rex omnipotens die hodierna, &, Sancti Spiritus adsit nobis gratia, &c.

Hic Episcopꝰ fuit Leodiensis. Circiter annũ 850.

De Euangelio. CAP. XXXIX.

FInita sequentia Euangelium, quod triplicem habet inchoationem. Vel per, Initium sancti Euangelij, sicut in principio quatuor Euangeliorum. Vel per, In illo tempore Vel per aliam determinationem regis aut alterius alicuius magnę potestatis, vt, Fuit in diebus Herodis. &, Anno quintodecimo Imperij Tyberij Cæsaris. Dicitur

citur autem Euangelium ab εὖ bene, & ἄγγελος nuncius, quasi dicatur bonum & lætum nuncium. Proinde verò Euangelium aliquando esse dicitur secundum historiam, quandoque secundum allegoriam, quandoque secundum personam, quandoque secundum partem & quandoque etiam secundum totum. Secundum historiã, vt illud: Maria Magdalena & Maria Iacobi & Salome, &c. atque illud etiã quòd cantatur in natali Domini ad secundam missam de pastoribus. Secundum allegoriam cuiusmodi illud quod in assumptione beatæ Mariæ legi consuetum est de Maria Magdalena & eius sorore Martha, nimirum: Intrauit Iesus in quoddam castellum, &c. Quia cum per Mariã Magdalenam vita significetur contemplatiua, per Martham vero, quæ administrabat, vita actiua: hoc Euangelio docetur in beata Maria virgine vtriusque vitæ fuisse consummationem, cõtemplatiuę scilicet & actiuæ. Secundum personam Euangelium canitur, vt in festo beati Thomæ Apostoli, vbi dicitur. Thomas vnus de duodecim, &c. Secundum partem, quemadmodum est in festo sanctæ crucis, Tum enim illud recitatur Euangelium, quod est de Nicodemo propter eius extremam particulam, quæ eiusmodi est, Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis. In hoc autem verbo Christus suam indicauit passionem, & sui corporis in cruce exaltationem. Quocirca Euangelium hoc in quo hæc continetur particula, legitimo sanctæ crucis: Secundum totum denique, cuiusmodi est exiguum illud, quod in circunciſione Domini obseruatur: Postquam consummati sunt dies octo. Animaduertendum ergo hic est, quod diebus profestis vna duntaxat candela cerea præcedat diaconum, quum ad legendum Euangelium accedit. Nec id quidem, iniuria, cùm per illud primus Christi significetur aduentus, qui humilis fuit & occultus, vt quem præuenit vnus tantùm præcursor, videlicet Ioannes Baptista, qui fuit Verbi lucerna. Festis verò diebus candelæ præcedunt cereæ, quod in secundo aduentu, qui solemnis erit & manifestus, duo sint præmittendi præcursores Helias scilicet & Enoch. Vel ideò etiam quoniam Dominus ante faciem suam binos coniunctim misit discipulos ad prædicandum. Illud quoque diligenter notandum est, quo simulatque Euangelium inchoatur, vniuersus populus, tam clerici quam laici, qui illud profert quam qui audit, crucis signum imprimere debeat in fronte, in ore, & in pectore. In fronte, quòd locus sit pudoris & verecundiæ: vnde impudentes homines effrontes dicimus, quasi sine fronte. Per hoc ergo quòd fronti, signum crucis imponimus, euidenter ostendimus nos non erubescere, quod credamus in Crucifixum, & eum habemus Deum & Dominum, qui à Iudæis atque Ethnicis nobis exprobratur. Vnde mehercle Apostolus: Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus vero stultitiam. In ore autem ideo, vt significemus nos audaciter crucem Domini prædicare

Denique in pectore ob eam causam, quo nos paratos esse pro Christi nomine pati ingenue ostendamus. Rursum in hoc, quod os & pectus crucè signamus, apertè innuimus, nos audacter ore fateri & corde credere Christum crucifixum, cuius liber legitur, Deum & Dominum nostrum esse. Sacerdos itaque vel diaconus Euangelium lecturus signat se in ore, fronte, & pectore, quasi dicat: Non erubesco crucem Domini, sed eam ore prædico & corde. Libro quoq; crucem imprimit, tanquam si diceret: Hic est liber Crucifixi. Posset autem hoc loco quæri, quemadmodum crucis signum fieri debeat à dextra ne in sinistram, an verò à sinistra in dextram? Ac nonnulli quidem sunt qui crucem à sinistra in dextram fieri velint, atque ex huiusmodi versu sumpserunt autoritatem. Egressus est à Patre, &c. A patre venit filius in mundum, & ideò crucem inchoamus à parte superiori per quam designatur Pater. Sed quòd à Patre absque vlla intercapedine in mũdum venit, per quem sinistram partem intelligimus ideò postquàm à superiori parte descendimus, à sinistra in dextram pergimus: nam & post eà ad Patrem ascendit, quod designat dextera. Alij verò putant, quod à dextra in sinistram fieri debeat, quia Christus à dextera in sinistram, id est, à Patre veniens, diabolum per crucem repulit, qui per sinistram significatur. Dictio igitur Euangelij titulo, respondetur ab omnibus: Gloria tibi Domine Proposito namque Euangelio ad legendum, in quo agitur de gloria partim Dei, partim nostra, quatenùs videlicet Christus diabolum vicit, ac nos redemit, & victor ad Patris gloriam ascendit, auditores Euangelij lætantes ad laudem sui creatoris inquiunt atque exclamant: Gloria tibi Domine, quasi dicant: Gloria tua, quæ nobis in hoc Euangelio prædicatur, in æuum nobis sine fine permaneat, semperq́ue crescat & augeatur. Lecto iam Euangelio, quisque dicere debet: Amen. Vel vt alij volunt, recitato Euangelio, statim dicamus oportet: Deo gratias. quemadmodũ post quãlibet lectionem siue capitulum. Sed melius est vt dicatur: Amen, ac nos cruce contra diabolum muniamus, ne ipse sermones Domini ex pectore nostro rapiat. Necessarium etiã planè est, vt dum legitur Euangelium, velamina capitum deponantur. Euangelica enim prædicatio omnia legis velamina demouit, atque homines, qui prius Dominum in ænigmate quodammodo & quasi per transennam videbant, modo ipsam veritatem aperte legis cognitione videre & intelligere fecit. Viri itaque aperto capite Euangelium audire debent, vt quinq; sensus ad audiendum magis fiant idonei. Inde est quod clerici non nutriant longos capillos, sed altè tonsos, vt rectius ac perfectius possint audire. Verum enimuerò propterea coronam habent, vt demonstretur inter eos & Dominum nullum esse medium. Non ergo longos habeant capillos clerici, si per longitudinem capillorum significetur multitudo peccatorum. Mulieres vero debent audire Euangeliũ tecto ac velato capite, etiam si sit virgo, propter pomum vetitum. Et si eueniat vt virgo capite sit aperto, & velamen non habet, necesse est, vt mater aut quæuis alia mulier capiti eius pannum vel simile quippiam imponat. Itémque erecti stare debemus donec Euãgelium pronuntietur, aut capite inclinato, si modo non sedeamus, nisi cogente necessitate. In lege quidem præcipiebatur, vt dum comederẽt agnum Paschalem, baculos in manibus tenerent, nos verò diacono legente Euangelium baculos deponimus, quod Christo prædicante legales obseruantiæ sunt depositæ.

Quid Symbolum, quando canendum & quot sint numero.

CAP. XL.

Post Euangelium statim debet subiungi Symbolum fidei scilicet Credo in vnum Deum Patrem, &c. si solemnitas fuerit. Nec tamen in omni solemnitate, sed in eorum tantummodo festis, quorum in symbolo fit mentio, vt in festo Trinitatis, in Natali, Circuncisione, Epiphania, Paschate, Ascensione, in Pentecoste, in festo omnium sanctorum, Transfigurationis Domini, beatæ Mariæ, & omnium Apostolorum, sanctæ Crucis, & omnibus diebus Dominicis. In aliis autem solemnitatibus dici non debet. Nec verò in solemnitate Angelorum cantari solet, quia illi non credunt, imò iam sciunt, cum plenam & perfectam habeant scientiam. Nec præterea cani consuetum est in solemnitate duorum Euangelistarum, qui non fuerunt. Apostoli, scilicet Lucæ & Marci. Sunt qui dicunt Symbolum dici debere in festo beati Ioannis Baptistæ, quia tum fuit commemorata Christi natiuitas. Sed eadem ratione qualibet die fit mentio beatæ Mariæ, adeoq́ue omni die canendum foret. Nonnulli etiam putant, quod in eorum festiuitatibus cantari debeat, qui illud composuerunt, atque eius rei gratia huc illud adferunt, quod in Euangelio Ioannis inuenitur, quod nimirum in dies fides Apostolorum crescebat propter miracula quæ edebant, quamquam alibi authoritas habeat, fidem non habere merito, cui humana ratio præbet experimentum. Pronunciato Symbolo sub finem ipsius debet fieri signum crucis, quoniam verbum est Euangelicum, non secus atque ipsum Euangelium, nisi quod sit verbum abbreuiatum. Vnde dictum est de eo. Verbum abbreuiatum faciet Dominus super terram. Et hoc modo: Veniet verbum abbreuiatum super filios Dei. Similiter quoque in omnibus verbis euangelicis signum crucis fieri oportet, quemadmodum sub finem orationis Dominicæ, Gloria in excelsis, Benedictus, Magnificat, & Nunc dimittis, quæ omnia perinde atque Euangelium stando audiri debent. Notandum est quatuor esse Symbola, nimirum, quod à cunctis communiter in quotidiana oratione dicitur, & quod Apostoli simul composuerunt. Secundum est, quod in prima recitatur: Quicumque vult saluus esse, quod ab Athanasio Patriarcha Alexandrino contra Arrianos hæreticos compositum est, licet plerique eum Anastasium fuisse falsò

falsò arbitrentur. Tertium est, quod Constantinopolitana synodus edidit, videlicet quod in missa hactenus cani consuetum est. Quartum est, quod ex Niceno concilio prodiit. Scripsit verò beatus Hilarius Pictauiensis Episcopus, librum de Synodis, in quo & illud composuit, ac legi oportet in omni synodo vel totum vel saltem eius aliqua particula. Ex quo sanè, liquido apparet, quam illi errent, qui aliam ibi legunt lectionem.

De offertorio. CAP. XLI.

Dicto symbolo cantatur offertorium siue offerenda, vt aliqui dicunt. Appellatur autem offertorium ab offerendo, quia tunc offerimus. Sed necessario hic considerandum est, tria omnino esse quæ offerre debemus: primo: nosmetipsos, ac deinde ea, quæ sacrificio sunt necessaria: scilicet panem, vinum, & aquam, & si qua sunt alia sacrificio apta. Obiter tamen hic dicere possumus panem hunc quasi nominatum esse à Græco vocabulo πᾶν παντος, quod omne vel totum significat. Quoniam cum hic, tum in futuro seculo panis iste tota vita
Ioan.15 nostra est. Vinum autem à vite simili ferè modo deducere licebit, cui Dominus in Euangelio se comparat, hoc pacto inquiens, Ego sum vitis vera. Nec denique ignorum esse puto aquam ab æqualitate dictam esse, quia per hoc sacramentum non angelis æquales fore certo & credimus & speramus. Quamquam vero interdum aqua significet populum. Vnde: Aquæ multæ, populi multi. Quia nec sanguis sine salute populi, nec salus populi potuit esse sine sanguine. Tum verò aqua benedicitur, quãdo admiscetur vino, sed haud quamquam vinum, quoniam peculiarem suam expectat benedictionem. In quibusdam ecclesiis in magnis solemnitatibus pretiosa offeruntur ecclesiæ vtensilia, & in altari ponuntur vel in locum competentibus. Tertio demum sequuntur manuales laicorum oblationes. Clerici enim non offerunt, nisi in exequiis mortuorum & in noua celebratione sacerdotis. Nam inhumanum videretur, si ij offerre tenerentur: qui ex oblationibus viuunt aliorum. In offertorio nulla ratione permittitur sacerdoti vt pixidem aut aliud huiusmodi manu teneat, quo omnem auaritiæ effugiat suspicionem.

De sacrificio. CAP. XLII.

Sacrificium dicitur quasi quo sacrum efficitur, vbi cognoscẽdũ est, quod olim sacrificiũ ab Apostolis & viris Apostolicis in primitiua ecclesia vasis ligneis ac vulgaribus vestibus celebrabatur. Tum enim erant (vt dici solitum est) lignei calices & aurei sacerdotes. Nunc vero est econtra. Paulò tamen post Seruerinus Papa instituit idem in vitreis fieri vasis. Sed quia erant fragilia, Vrbanus Papa voluit, vt argenteis vel aureis sacrificaretur, vel etiam ob paupertatem stamneis quæ tamen

tamen non facilè ærugiuantur. Hostia secundum Hebræos ab ostio nuncupata est, quia ad ostiũ tabernaculi offerebatur. Secundũ Ethnicos vero ab hoste deriuata est. Nam hostibus edomitis (vt ille ait) hostia nomen habet. Dicta est etiam victima à vincendo, & immolatio quod isthic Christus sacramẽtaliter immoletur, qui in veritate semel pro peccatis nostris in cruce est immolatus. Appellata autem est immolatio à mola, qua in sacrificiis cõteri solebat genus quoddam frumenti, quod far vel ador dicitur. Vnde: Et adora liba per herbas. Ponebatur enim inter cornua altaris vel animalis cultro isthic facto foramine. Mola vero in altari dicitur pars media sub qua reliquiæ sigillantur, & cui in dedicatione ecclesiæ crux imprimitur, atque vbi corpus Christi consecratur.

De secunda parte missæ. CAP. XLIII.

Iam vero secunda pars missæ quæ propriè missa appellata est, proximè sequitur, nimirum quam orationis esse diximus. Nam prima pars, de qua hactenus dictũ est, vocatur obseruationis. Hæc ergo pars missæ, vt missam appellemus totum officium ab introitu vsque ad Ite missa est, si strictim accipiatur, proprio nomine missa appellata est. Habet autem ea quatuor distinctiones. Prima dicitur secreta, altera præfatio, tertia canon, quarta oratio dominica cum sua præfatione. Atque hæc quidem pars extenditur vsque ad dominicæ orationis finem: Sed libera nos à malo. Amen quod tacitè à sacerdote proferri debet. Hic itaque considerandum est, tot debere dici collectas, eodemque ordine, ac de eisdem in secreta post communionẽ, quot præmissa fuerunt in obsecratione ante Epistolam in exordio missæ, nec plures, nec etiam pauciores. hoc semper obseruato, ne vltra septenarium numerum progrediatur. Summopere item cauendum est, quod si forte collecta pro defunctis intermisceatur, ne finalis, sed penultima vel antepenultima dicatur. Quoniam finis ad suũ debet retorqueri principium. Ad postremum generaliter cognoscendum est, quod in missa pro defunctis nulla debeat pro viuis oratio intermisceri, hac tamen communi excepta. Deus qui viuorũ dominaris simul & mortuorum.

De secreta. CAP. XLIIII.

Secreta dicitur, quia secrete pronunciatur, cùm tamẽ olim alta voce diceretur, ita vt ab omnibus facile laicis teneretur. Cõtingit ergo vt quodam tempore Pastores panem super lapidem quendam ponerent, qui dum huius secretæ verba proferrent, in carnem conuersus est & forsitam transubstantiatus: vt sic loquar, in corpus Christi. In quos diuinitùs facta est acerrima vindicta. Nam ad vnum omnes percussi sunt diuino iudicio cœlitus misso. Ex quo quidẽ facto statutum fuit,

fuit,vt posthac tacite ac submisse diceretur.Aut ideo sane occulte & quasi sub silẽtio dicitur,ne videlicet vilescat, sicut & ob eãdẽ causam sacræ Literæ dicuntur esse obscuræ. Aut tãdẽ ne à laicis cognoscatur ita vt hinc triplex silentij sit ratio.Cùm autem ait sacerdos:Orate fratres statim incipit orare, & nos similiter hoc audientes secreto orare debemus,ac duos psalmos canere nempè:Exaudiat te Dominus & sequentẽ.Sed quando interim dicit:Orate fratres,perinde est,ac si diceret:Dominus vobiscum,tacite,quum sese vertat ad populum. Quæ se meminerimus sacerdotem, se quinquies ad populum conuertere dicendo Dominus vobiscum, propter quinque apparitiones,quæ fuẽre ipso die Paschatis. Et quia vna apparitio fuit non manifesta, quando apparuit beatæ Mariæ Magdalenæ,vt pleriq́ue sentiunt,ideo occulte & quasi sub silentio ait:Dominus vobiscum tunc, cùm apperte satis dicit:Orate fratres. Per omnia secula seculorum id est,per secula sibi mutuo succedentia.Vel dicunt secula per antonomasiam, sicut Cantica Canticorum. Quæsitum est,cur secreto dicantur orationes, quæ sequuntur post oblatiõnes,Sed nos ideo hoc fieri respondemus, quòd
11.Ioa.11 Iudæi post suscitationẽ Lazari,statim Iesum voluerunt occidere, qui sese occultauit in ciuitate Ephrem in solitudine, & à prædicatione ac miraculorum operatione penitus quieuit & tacuit in sabbatum vsque,quod est ante Dominicam in Ramis palmarum,quo venit in domum Simonis leprosi, & apertè prædicauit. Atque hoc quidem expresse indicat sacerdotis illa vocis exultatio qua inquit per,omnia secula seculorum,cui subditur,Amen.propterea,vt quæ à sacerdote dicta sint,
Apoc.3 liquido confirmemus, quia per Christum seculum creatum est.Amẽ namque nomen Dei est.Vnde in Apocalypsi, Ego sum Amen testis fidelis. Subiungitur porro Dominus vobiscum ac deinde. Sursùm corda quæ scilicet sursum habere debemus ad Dominum in cœlestibus,non in terrenis,vt non quæramus benedictionem Esau,quæ vt caduca ac debilis est,ita in terrenis plane sita est. Idem prorsus nobis manifeste significant Episcopi sandalia,quæ cũ superius sint operta,iis admonemur, vt semper corda habeamus erecta ad Dominum cúmque inferius sint solida, volunt vt habeamus in terrenis mentem omnino obtusam, quasi non debeamus quærere benedictionem quæ in terrenis est, sed benedictionem Iacob, quæ est in cœlis. Posteà sequitur:Gratias agamus Domino Deo nostro. Quia pro omnibus beneficiis,quæ ille in nos benigne contulit, gratias ei merito rependere debemus. Inuenitur autem ibi quædam figura ad similitudinem nostrum Delta, D scilicet,vndiquè clausum,quod in parte præcedenti

Fortassis huiusmodi figura depicta fuit in libris veterum.

U nostrum cõplectitur, quod in summitate apertum est,in quorum parte media tractulus per transuersum ducitur vtrámque in modum crucis partem copulans.Quod quidem non sine causa factum est.Per delta enim circulariter clausum diuina figuratur natura, quæ nec princi

principium nec finem habuit. Per V exprimitur humana Christi natura, quæ principium in Virgine habuit, sed fine carebit. At vero tractulus in medio vtrámque partem coniungens, crux est, per quam humana sociantur diuinis.

De præfatione. CAP. XLV.

PRæfatio dicitur, quasi prælocutio, quæ est ad ministerium præparatio. Notantur enim isthic nouem ordines Angelorum, quos ibi præsentes esse certo credimus. Maiestas quoque de qua hic fit mentio appellata est quasi maior stans, vel maior potestas. Sciendum verò est alteram de Natali, tertiam de Epiphania: quartam de Quadragesima
Vndecima esse potest cõmunis illa de sancta Trinitate. siue ieiunio,quintam de Cruce Domini,sextam de Resurrectione,septimam de Ascensione, octauam de Aduentu Spiritus sancti, nonam de Apostolis, decimam & vltimam de beata Maria virgine. Pòst canitur ter: Sanctus, Sanctus, Sanctus, quod sumptum est ex veteri Testamento. Ait enim Isaias se vidisse Dominum super solium excelsum, & seraphim clamantia: Sanctus, Sanctus, Sanctus. Sed quod sequitur: Benedictus qui venit in nomine Domini, osanna in excelsis accepta est ex Euangelio, ita vt, quum illud cantatur, signum crucis fieri debeat. Postremo hic cantica Angelorum canimus, quia per hoc sacrificium terrena iungi cœlestibus non dubitamus, & ideo cum eis in excelsis salutari clamamus.

De canone. CAP. XLVI.

DEinceps vero sequitur Canon, ita enim Græcis dicitur, nobis autem regula, quod per eam regulariter sacramenti huius fit confectio.Nuncupatur etiam actio,quia tunc cum Deo nostra agitur causa. Quamobrem & in festis stantes oramus, in profestis verò vel ieiuniis prostrati. Sub silentio tribus de causis dicitur. Primo quoniam Deus non oris sed cordis clamorem intendit,vnde & Moysi dixit, Quid clamas ad me? cum tamen ipse taceret. Nihilominus tamen proferimus verba, ne quæ petimus, aut quæ petere debemus: penitus ignorare æstimemur. Secundo ob id submisse Canon dici oportet ne, si alta voce esset proferendus,longo clamore deficiamus.Vel tertio ob hanc rationem,ne tanti mysterij per vsum quotidianum, verba vilescant, & in locis non competentibus passim indiscrete pronuncietur,atque ita tandem extinguantur ac pereant, quemadmodum paulò ante de pastoribus narratum est. Prohibitum enim est per decretum, & sub anathemate datum,vt nullus nisi sacris vestibus, ex libro in altari consecrato, hæc verba proferat. Dicit ergo sacerdos: Te igitur clementissime Pater, &c. Alloquitur Dominum, tanquam præsentem. Incipit autem à littera Tau, T,quem in modum crucis effecta est. Quoniam per Christi passionem

passionem hæc omnia in cruce sunt completa: habentque suam efficaciam. Vnde profectò est, quod isthic crucifixi imago adpingi debeat. Sequuntur posteà multa, vt sunt nomina Apostolorum, Martyrum, pontificum, Virginum, qui omnes pro Christo se sacrificio exposuerunt. Atque item alia quædam sequuntur, quæ nobis explicare non licet, nisi forte solis sacerdotibus & ideo de illis tacebimus. Vnum hoc tamen addemus nulli hic concessum esse aliquid vel detrahere vel addere, nisi quandoquè nomen illorum, pro quibus specialiter aut nominatim offertur sacrificium.

De oratione Dominica. CAP. XLVII.

NVnc dicendum est de oratione Dominica, in qua continentur septem petitiones. Quod autem præmittitur, est quasi beneuolentiæ captatio. Tres priores ad futuram vitam pertinent. Quatuor posteriores quæ sequuntur, ad præsentem. Media autem, vt nonnulli volunt, à communi sumi potest, ita vt ad vtrámque referatur, qua videlicet dicimus, panem nostrum quotidianum quem ἐπιούσιον Græci, segola Hebræi, nos appellamus aut supersubstantialem, aut egregium aut etiam familiarem. Sed animaduertere oportet, quum sacerdos ait: Oremus, præceptis, &c. nos debere prostratos orare, vsque ad finem orationis Dominicæ, si dies fuerint profesti. Si vero festum sit, aut dies paschalis, certè non prostrati, sed stantes orare debemus: ac respondere: Sed libera nos à malo, amen. Quòd autem Dominicam hanc orationem non tacitè aut sub silentio dicat sacerdos, ratio est, quoniam ex Euangelio petitum est.

De pace. CAP. XLVIII.

POsteà inquit sacerdos: Pax Domini sit semper vobiscum, quod spectat ad tertiam partem missæ. Notandum tamen est, quod tacitè hic sacerdotem quandam orationem dicere oporteat, quæ in ambrosiana Ecclesia apertè pronuntiatur. Accepto itaque pacis osculo ab ipsa eucharistia, vt quibusdam placet, vel vt censent alij, ab ipso sepulchro & altari, impartit illud diacono aut subdiacono, vt per eos descendat ad alios. Sed cauendum est, ne ab ipsis viris tradatur mulieribus: ne forsitan lasciuiæ quippiam in animum aut carnalitatis clanculum subrepat, Agnus Dei ter canitur. Hic est ille verè Agnus declaratus & adumbratus in Paschali de quo sic habetur in Euangelio: Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Ter autem ideo canitur, vt eius corpus triforme intelligatur: illud videlicet quòd in cœlo est glorificatum, mysticum, quod etiamnum in terra ambulat, & quod in sepulchris vsque ad extremum iudicij examen quiescit. Bis dicitur cum miserere nobis tertiò cum dona nobis pacem. In cœna verò Domini tes debet

debet dici, cum miserere nobis. Sed horum neutrũ adiungitur, in missa pro defunctis, verum ter cum Dona eis requiem. Vbique obseruandum est, vt non continuò, sed interpollatè ac seiunctim cum oratione interposita dicatur, ἁγνὸς, verò Græcè dicitur purus & pius, quia sola pietate, vt puta hostia nos redimit. Vel ab agnoscendo, quod sicut agnus solo balatu matrem cognoscit, ita Christus in passione matrem suam cognouerit, ac virginem virgini commendauerit. Atque hinc quoque esse potest, quod ter canatur Agnus Dei. Quoniam Christus pendens in cruce Patrem suum cognouit, ei ad mortem vsque obediendo, & eadem cruce suffixus agnouit matrem suam, eámque virgini commendauit, ac tandem etiam ibidem humanum genus redimendo agnouit. Quod autem hic bis repetitur: Miserere nobis: & tertio variatur per Dona nobis pacem, totum illud ex veteri Testamento depromptum est, vbi cùm clamarent ad dominum, dicere soliti erant: Parce domine, parce populo tuo: ac subiungere tertiò, Ne dederis hæreditatem tuam in opprobrium. Quum igitur dicimus, Agnus Dei qui tollit peccata, expresè Ioannem Baptistam imitamur, qui ait Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Illud certè ignorari non debet, olim in primitiua ecclesia singulis diebus, qui canoni missæ intererant solito: fuisse communicare. Sed posteà crescente multitudine fidelium, fuit institutum vt tantum dominicis diebus communicarent. Quod etiam paulò pòst, quum obseruari non potuit, abiit in desuetudinem, ac tertia subsecuta est institutio, vt saltem ter quóque anno, in Natali, Paschate & Pentecoste omnes Christiani eucharistiam sumerent: Inuento tamen triplici remedio, vt singulis nimirum diebus osculum pacis daretur, ac dominicis diebus eulogia, id est, panis benedictus & consecratus, quod in quadragesima & temporibus abstinentiæ deputatis saluo ieiunio obseruari non potuit. Quare tunc huiusmodi fuit promulgata institutio, vt collecta diceretur super populum sub finem missæ, dicendo: Inclinate capita vestra Deo, quum videlicet minor aliquis sacerdos celebrat. Sed si Episcopus, inquiet. Humilitate vos ad benedictionem.

De vltima parte missæ. CAP. XLIX.

VLtima pars missæ modò sequitur, quæ dicitur gratiarum actio, atque incipit à communione. Vocatur autem communio, quasi participatio, quam ideo canimus, vt per eam cum sanctis diuinæ gratiæ participes efficiamus. Appellatur etiam completio, quoniam per illam missa, vt sic dicam, completur. Tribus verò modis finitur missa, primò per Ite missa est. in solennitatibus, quod est quasi abeundi licentia, ac sumptum est ab Exodo. Non quidem secundum verba sed iuxta mentem & rei intelligentiam, quando Israëliticus populus ex Ægypto permissu Pharaonis egressus est. Vel etiam quando è Babylonica captiuitate permittente Cyro ad propria regressus est Deo referens

gratias.

gratias. Sic & nos accepta benedictione vltima, ad cœlestem patriam remeare debemus, vbi in gratiarum actione semper fœliciter viuemus. Dicitur autem Ite missa est, quoties cantatur, Te Deum laudamus, Gloria in excelsis, & Allelu-Ia. Pronuntiato ite missa est, oportet nos respondere: Deo gratias. quæ vox est gratulantis. Secundò verò diebus profestis, dicitur Benedicamus Domino, ac petitum est ab Apostolo. Tertiò denique in missa pro defunctis requiescant in pace. quod ex sola consuetudine generali natum est. Cùm ergo dicitur, Ite missa est, debet sacerdos vultum dirigere ad populum, quando autem Benedicamus Domino, vel requiescant in pace, versus orientem. Necesse tamen est, vt hæc tria à sacerdote vel diacono tantum proferantur. Sed in prima missa natalis Domini, non debet dici: Ite missa est, ne videatur populus licentiam habere redeundi.

Quibus horis celebretur missa. CAP. L.

TRibus horis tantummodò regulariter missa poterit celebrari: tertia nimirum, sexta & nona. Et quidem tertia ideo quod tum linguis Iudæorum sit crucifixus, dum instanter clamarent: Crucifige, crucifige, eum, pertuleritque ludibria, maledicta, conuicia, alapas, flagra, insultantium sputus, & coronam spineam. Sexta verò ob eam causam, quòd tum in crucem actus sit, ac tolerare debuerit clauos rigidissimos & procula felle tincta, vt sic tandem pro nobis immolaretur. Nona demum, quia tunc animum exhalauit ac spiritum Patri commendauit. Poterit tamen fieri, vt ante primam in Dominicæ resurrectionis memoriam missa celebretur, quod vicarij faciunt, & post primam ante tertiam in eius rei commendationem, quod Christus inter primam & tertiam traditus fuerit Pontio Pilato Iudæis vociferantibus. Crucifige eum ipso tacente. Cantatur ergo missa diebus festis hora tertia, profestis sexta, & nona in quadragesima ac aliis diebus ieiuniorum. Nec tamen omnium, quia in sabbatis ieiuniorum quatuor temporum valdè serò celebrari & potest & debet propter sacros ordines: quod etiam ad sequentem spectet dominicam. In sabbato Paschæ & Pentecostes serò canitur propter cereæ candelæ, quam cereum nominamus, consecrationem, quod ex eo facilè perpendi aut colligi potest vbi dicitur: Hæc nox est, atque ex ista oratione: Deus qui hãc sacratissimam noctem, &c. Ipso verò die natalis Domini prima missa cantatur nocte. Potest tamen licitè cantari summo mane, sed tamen prima & tertia prius absolutis. Sic itaque ab illis horis excipitur dies qui Domini natiuitati sacer est, quum noctu prima canatur. Nec id quidem sine causa, vt posteà dicemus. Atque etiam sabbatum Paschæ & Pentecostes, quoniam eum tẽporis expresse dicimus: Hæc nox est. &, Deus qui hanc sacratissimam noctem. Excipiuntur denique dies ieiuniorum propter sacros ordines.

Quæ missæ quibus diebus debeant celebrari. CAP. LI.

NVnc dicendum est quæ missæ quibus diebus debeant celebrari. Fuit enim quoddam tempus, quo dominicum officium necdum erat ordinatum, ac variæ passim hæreses pullulabant. Quo quidem factum est, vt prima feria, ne diuinum officium periret de Trinitate. secunda de charitate, tertia de sapientia, quarta de Spiritu sancto, quinta de angelis, sexta de Cruce, septima de beata Maria vigine cantare tur. Sed posteà sancitum est vt cessante causa & illud cessaret, quod vrgente necessitate factum fuerat. Quapropter sanè dominico officio ordinato statutum est, vt prima feria suum peculiare haberet officium de Trinitate, & secunda de angelis, quod tum creati in bonis gratuitis fuerint, ac lux diuisa à tenebris, hoc est, boni angeli à malis. Nam eo tempore mali cecidere, & boni fuerunt confirmati. Sed prima feria fuerunt angeli creati & in bonis naturalibus constituti. Cantatur autem alia de causa pro defunctis, vt nimirum ijs adhibeamus suffragium angelorum, eodem quoque die missa pro defunctis celebratur quoniam, vt plerique aiunt: feria prima refrigerium habent ij, qui sunt in purgatorio, statimque altero die post ad pœnas solitas & ad laborem redeunt, ita vt eo die, quò eorum laboribus aliquomodo subueniatur, missa pro illis cantetur. Tertia autem feria oportet repetitum introitum missæ diei dominici. Præterea institutum quo fuit, vt quarta feria ieiunaretur, ideoque dominici diei missa tum caneretur. Sed & quinta feria similiter dicere conuenit officium diei dominicæ videlicet Introitum, Epistolam atque Euangelium, quod dies Iouis maximè cognata sit diei dominicæ. Eiusmodi enim die fieri solebat processio in memoriam Ascensionis Domini, quæ posteà in diem dominicam, vt suprà dictum est, fuit translata. Porrò autem sexta feria agitur de Cruce, & septima de beata Maria virgine, quod non temere ita cõstitutum accepimus. Miraculosum enim habet initium. Nam quum olim Constantinopoli in quadam ecclesia imago beatæ Virginis habebatur ante quam velum quoddam dependebat, quo tota ea coperiebatur, contigit vt sexta semper feria velum hoc à vesperis ab imagine, nullo mouente decideret, & diuino miraculo quasi deferretur in cœlum, ita vt iam plenè ac perfectè ab omnibus conspici posset, ac deinde rursus in sabbato vesperis absolutis ad eandem imaginem descenderet ibique permaneret vsque in proximum diem Veneris. Hoc ergo miraculo sæpius viso sancitum est, vt semper illo die de beata Maria in ecclesia caneretur. Potest tamen & aliam habere rationem, cur sabbato die officium cantetur de beata Maria. Nam cum ipsa nobis sit porta regni cœlorum, quod per diem dominicam comodissimè figuratur, certè ideò de illa solennizamus eo die, qui dominicam proximè præcedit. Hactenus igitur officium missæ explicuisse

De cõsec. dis. 1. cap. tribus.

satis sit, si intelligerimus neminem debere vno eodemque die duas celebrare missas cum vno sacrificio, vel cum duobus, sed vnam cum sacrificio, & aliam siccam. Quare huic rei finem imponemus, si duas adhuc quæstiones paucis enodauerimus, quarum vna est, an si iacerdos ante vesperas comedat, nec posteà possit dormire, die postremo debeat aut possit missam celebrare? Nam ipsum non debere apertè respondemus. Sic altera est, possit ne celebrare secundam missam in eo casu, quo in præcedenti, dum manus abluеret, aliquantulum aquæ deguſtauit? Certè enim & illud vetitum esse sciendum est. Nunc ego ad alia.

De vesperis. CAP. LII.

IN vesperis à nobis cantantur quinque Psalmi, qui sumus imperfecti, propter quinque sensus: vt videlicet quod per quinq; sensus corporeos commissum est, per quinque psalmorum cantionem penitus demittatur. Hinc notandum est nos eadem ratione quinque digitis pectus tundere, quum quinque canimus psalmos. Monachi vero, in quo se perfectiores esse ostendunt, tantùm quatuor dicunt. Quicquid enim quadratum est in quamcunque partem vertatur, manet semper idem, firmum ac solidum. Ad eundem sanè modum perfectus, quocunque loco aut quocunque tempore, semper idem atque immobilis permanet. Finitis psalmis parua sequitur lectio sine Iube Domne. & sine Tu autem Domine. hoc est, capitulum, ac deinde Responsorium vel eius loco versus, tum hymnus & antiphona, ac deinceps Magnificat. Plerumquè tamen hymnus beatæ Mariæ, videlicet Magnificat, loco hymni ponitur, vt præterea nullus alius canatur. Sequitur tandem collecta, quam orationem diximus: volumus autem, vt huic vsque à nobis factum est, consuetis & ecclesiasticis, vt qui officia tradamus ecclesiastica, deinceps vti vocabulis. Sciendum ergo est, quod de eodemque die eodemque festo parua debeat cantari lectio. Verbi gratia: Si de præcedenti dominica, vnum, & reliquum: si de sequẽti vnum & reliquum. Animaduertendum præterea est, quod, quando fuerit solemnitas nouem lectionum, illius vesperæ totę debent celebrari, vt in festo beati Stephani & beati Ioannis Euãgelistæ. Post vesperas necessario dicitur collecta de sancto, cuius est festum sequens vel antiphona cum Magnificat. Vnum tamen excipitur, festum videlicet sancti Syluestri quod etiam si nouem habeat lectiones eius tamen vesperæ sunt festi sequentis.

Quot psalmi canantur in completorio.

CAP. LIII.

QVatuor psalmi cantantur in completorio, ad significandam perfectionem. Cùm enim quodammodo ostendimus peccata, quæ per quinq; sensus corporeos pernicioſiſſimos satellites admiserimus iam

iam esse quinque psalmis præcedentibus remissa. Alia ratio est quòd diabolus semper nostro insidietur calcaneo, ita vt posteà nec loqui cũ aliis debeamus, nec aliud dicere nisi orationes. Quod monachi diligẽter obseruant, qui posteà non bibunt. Putat enim diabolus se vicisse si tunc vicerit. Quare vt breuiter quæ hic restare videtur, percurramur. post psalmos sequitur capitulum & versus, & deinde Hymnus eoque finito, antiphona ac nunc dimittis. Posteà verò dominica legitur. oratio, ac fidei nostræ symbolum, quibus posteà quam nos collectam annexuimus, statim subiungi oportet Benedicamus. Atque hoc quidem in vesperis vt à puero canatur omninò consentaneum est, vt per hoc demonstretur nos esse pueros, nimirùm ad laudes Deo referendas.

Quomodo finiendæ sint rationes.

CAP. LIIII.

VT autem euidens habeatur & plena cognitio quemadmodum orationes, quas collectas vocamus, sint terminandæ, prius nosse oportet, quod in eis sermo interdum ad Patrem dirigitur, interdum ad filium, interdum ad Spiritum sanctum & interdum etiam ad totam Trinitatem. Quando ad Patrem, rursus considerandum est, num ita ad eum sermo sit institutus, vt fiat mentio ad Patrem de filio, vel spiritu sancto, an vero nõ. Et quidem si in oratione, quæ dirigitur ad Patrem, fiat mentio filij multum interest scire, aliáne fiant ante partem finalem an in ipso fine. Quæ ideo diximus, quod secundum has diuersitates, diuersimodè orationis finis existat. Si ergo dirigatur sermo omnino ad Patrem absque mentione filij & Spiritus sancti finietur hoc modo: Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen. Si de Spiritu sancto mentio ibi fiat, dices: In vnitate eiusdẽ Spiritus sancti Deus cæteris remanentibus. Si vero fiat mentio filij, ante finalem partem, dicetur: Per eundem Dominum, &c. vt suprà. Si contra in ipso fine, dicemus tantùm. Qui tecum viuit & regnat, &c. Quemadmodum videri potest, in hac collecta beati Stephani: Omnipotens sempiterne Deus, qui primitias martyrum in beati Leuitæ & Stephani sanguine dedicasti, tribuè quæsumus, vt ipse pro nobis perpetuus intercessor existat, qui pro suis etiam persecutoribus exorauit Dominum nostrum Iesum Christum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen. Si ad Filium oratio instituatur, vt in hac excita: Domine potentiam tuam & veni, ac in aliis de aduentu Domini, finietur hoc pacto. Qui viuis & regnas cum Deo Patre, &c. Si autem ad Spiritum sanctum dicemus, sic: Qui cum Patre & filio viuis & regnas vnus Deus, &c. & ad Trinitatem ita: Qui in Trinitate perfecta viuis & regnas, &c. At verò in exorcismis, & quæ fiunt ad pueros efficiẽdos cathecumenos, ac fontes consecrandos, quandoque fit aqua benedicta, & in id genus multis aliis, dicetur

sanè hoc modo: Per eum qui vēturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. Hoc autem ideò fit, quia nulla vox ita terret Diabolum, atque hæc qui venturus est &c. , siue adeò vt statim fugere cogatur: simul atque vocē hanc audierit. Maximè enim præter cætera iudicium ignis extimescit. quod certus sit se post diem iudicij æterno igne punitum iri. Quare ob eandem causam voluit D. Gilbertus, vt simili modo finirentur orationes in officio mortuorum. Verùm ei contradicit vulgare nostrum Collectarium, affirmans dici oportere. Per Dominum nostrum, &c.

De diuersitatibus officiorum.

CAP. LV.

IAm ergo dictum est hactenus de ecclesiasticis officiis generaliter ita reliquum modo sit, eorumdem explicationem latiùs per totius anni circulum aggredi. Nam pro temporum varietate ipsa variantur officia. Sed operæ pretium me facturum existimo, si priusquam ad ipsam expositionem veniam, distinctio quatuor temporum præmittatur. Vt ergo solaris noster annus quatuor temporum potissimum successione dilabitur, scilicet Hyemis, in qua semina iaciuntur, Veris, in quo semina prodeunt, Aestatis in qua ad messem albescunt, & falcę succidūtur, Autumni, in quo per ventilationem grana à se mutuo separantur, & in horrea reponuntur, palęq; autem comburuntur. Ita quoque magnus vitæ præsentis annus durans ab initio vsque ad finem seculi, quatuor temporum varietate mensurantur. Fuit enim tempus quoddam deuiationis in humano genere, ab Adamo videlicet vsque ad Moysem, quo declinauerunt homines à cultu diuino ad idololatriam. Tunc enim homo reliquit Dominum suum creatorem, ac lapidibus & manuum suarum operibus dixit: Tu es Deus meus. Hoc tempus haud male conuenit nocti & hyemi. Quia sicut nox aut hyems nihil lucis habet, nisi contingenter & ex accidenti, vt exigue vel candela. Si tempus istud planè erat cæcitatis & ignorantiæ, alterum item tempus fuit reuocationis, nimirum à Moyse vsque ad natiuitatem Christi, quo edocti fuere homines per leges & Prophetas de aduentu Christi, de euitatione peccati, & vnus Dei dilectione. Tum dixit Deus Israëli: Audi Israël, Deus tuus Deus vnus est, illum solum adorabis, & illi soli seruies. Tertium verò tempus fuit regressionis, siue reconciliationis vel iustificationis, quod fuit à natiuitate Domini vsque ad ascensionem eiusdem, per quem facta est gratia hominibus, & prędicatio Euangelij. Quartum denique tempus est peregrinationis, quod ab Ascensione Domini fuit, & duraturum est vsque ad finem iudicij, vbi erit consummatio seculi. Hæc eadem tempora solent aliis nominibus appellari. Tēpus enim deuiationis dictum est tempus culpæ & pœnæ. Nam propter deuiationem homo subiectus est culpæ, & propter culpam pœnæ. Tēpus reuocationis nuncupatum est

est tempus doctrinæ & prophetiæ. Et quidē doctrinæ, propter decalogum, per quē Deus humanum genus docuit, inquiēns, Audi Israël, Deus tuus Deus vnus est. Prophetiæ verò, quoniam tum huiusmodi salutare accipimus vaticinium: Ecce virgo concipiet. Tempus proinde reconciliationis appellatur gaudij & lætitiæ, ac denique peregrinationis, tempus luctus & pugnæ. Vnde profectò necessarium est, vt pugnemus aduersus carnem nostram, mundum atque aëreas potestates. Maximè verò contra carnem, vtpote quòd multa cum nobis sit familiaris, ac nulla sit pestis sæuior quā hostem habere domesticum. Præterea tempora hæc possunt considerari secundum principales partes diei, vt sunt nox, quæ ad tempus spectant deuiationis, mane ad tempus reuocationis, meridies ad tempus reconciliationis vel regressionis, vesperū ad tēpus peregrinationis. Atque horū quodque proprium modo perpende epitheton, vt Nox est obscura, & qui à veri Dei cultu aberrabant, erant cæci. Eleganter sanè quadripartita hæc temporum diuisio in homine notari potest. Ante siquidem baptismum nascitur homo & fit filius iræ in baptimo renascitur, ac filius fit gratiæ: dehinc bene operatur, & iustitiæ efficitur proles, cū feruore quodā charitatis Deū diligit imprimis, & proximum: tandem cum Christo simul regnabit per mortē transiens ad vitā æternā, factus mō fœtes æternitatis & gloriç. Atq; in qualibet prędictarū partiū expositione possunt intelligi Hyēs, Ver, Æstas & Autūnus. Eadē quoque tēpora designātur per quatuor principales Christi actiones, quę sunt huiusmodi: Natiuitas, passio, resurrectio, aduētus ad iudiciū, cum omnibus horū appēdicibus: adeò hęc humano generi cōueniūt. Christi igitur vita, nostra est doctrina: Christi actio, nostra est lectio: vniuersa denique Christi cōuersatio, nostra est instructio. Dixi autē cū suis appēdi cibus quia ad natiuitatē pertinēt circūcisio, apparitio, baptismus iustificatio: Ad passionem referuntur ieiuniū, tentatio: Ad resurrectionem, in cœlum ascensio, & sancti Spiritus missio: Ad aduentum tandem iudicij spectant transfiguratio & miraculorū operatio. Efficacior enim fuit, ac plus potuit, post mortem, quàm ante trāsfigurationem, quod tunc demum nobis ostendit quid simus futuri. Passio comparatur Hyemi, Natiuitas Veri, resurrectio Æstati, iudicium Autumno, quando sedebit vetustus ille dierū tenens ventillabrum in manu sua permundabit aream suam, &c. Itē rursus Christi natiuitas comparatur & concordat tempori reuocationis propter prophetas, qui eam multis modis prædixerunt: passio tēpori deuiationis: resurrectio tempori regressionis propter lætitiam: aduentus iudicij tempori peregrinationis: quia huiusmodi tempus durabit vsque ad extremum diem iudicij. Vnde propheta: Ego miser & peregrinus, sicut omnes patres mei. Hęc ergo tēpora magni istius anni cōsiderans ecclesia in seruitium Dei transformauit, pro qualitate eorū & varietate singulis annis laudabili vtens officiorum diuersitate. Sed cum ita facit ecclesia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

maluit incipere à tempore reuocationis, quam à tẽpore deuiationis Quare incipit Ad te leuaui animam meã aſpiciens à longè, &c. Quã-doquidẽ nos etiamnũ quaſi per ſpeculum & cancellos aſpicimus. Et durat vſque ad natiuitarem Domini. Toto igitur tempore aduẽtuum vſque ad natale Domini eccleſia reminiſcitur temporis reuocationis quæ facta eſt per legem & prophetas malagma vulneri apponens. Atque ideò tunc legit Iſaiam, qui quũ incurabile vulnus vidiſſet dixit. Omne caput languidum eſt, & omne cor mœrens, &c. Et rurſus non eſt malagma apponere, &c. Malagma autẽ eſt genus emplaſtri, quod epithema appellatum eſt. Tum ergo inchoatur graduale: Ad te leuaui. ac ſi diceret. Tempore deuiationis homines leuabant manus, & corda ad opus manum ſuarum, atque aiebant lapidi & ligno: Tu es Deus meus. Ego verò ad te leuaui animam meã Deus meus, &c. Atque ita ſanè à tempore reuocationis militiæ ſuæ auſpicatur officia, nõ à tẽpore deuiationis ne videatur incipere ab errore. Benè itaq; rẽ ipſam obſeruat, ſed ordinẽ non ſequitur, quod frequenter etiam faciunt Euangeliſtæ. Quare ſi bonam quærat valetudinem, optẽtque quã optimè curari, omninò fuit neceſſarium, vt à Medicis inciperet.

De cæteris temporibus. CAP. LVI.

TEmpore verò ſeptuageſimę, quę eſt à dominica, vulgò appellata, Circundederunt me. vſque ad octauã Paſchæ, recolit eccleſia tẽpus deuiationis. Vnde eſt, quod tum legitur liber Geneſeos, vſque ad Regum, vbi de exceſſu agitur primorum parentum, & multorũ aliorum, qui omnes catacliſmate aut diluuio ſunt ſubmerſi. Breuiter ergo tum temporis eccleſia orat, flectit genua, ac ieiunat. Tempore autem Paſchali, quod eſt Paſcha, vel potius ab octauis Paſchæ, vſque ad octauas Pentecoſtes, tempus gaudij meminit & reconciliationis, quippe in quo legatur Apocalypſis, vbi fit mentio de noua ciuitate Hieruſalem, & Epiſtolæ canonicæ cum Actibus Apoſtol. Hinc pauca ſibi eccleſia indicit. Non ieiunat, à genu flectione ceſſat, albis vtitur veſtibus ternario numero pſalmorum & lectionum contenta eſt, cum tribus reſponſoriis ac totidem verſiculis. Ab octauis demum Pentecoſtes vſque ad aduentum Domini recolit tẽpus peregrinationis. In hoc eſt nobis perpetua pugna & lucta aduerſus tres, vt dictum eſt infeſtiſſimos hoſtes, mundum videlicet, carnem & diabolum. Mũdus eſt hoſtis ſophiſticus, caro hoſtis domeſticus, diabolus hoſtis antiquus. Nullus tamen iſtorum hoſtis eſt efficacior ad nocendum, quam inimicus noſter familiaris, ſcilicet caro, quam fouemus indumentis, & reficimus alimentis, cui tanquam iumento tria debentur cibus ne deficiat, onus vt manſueſcat, virga vt non indirectè ſed directè incedat. Propter huiuſmodi pugnam ſignificandã, legit tũc eccleſia librum Regũ, in quo agitur de pugna. Et quia in pugna maximè opus

mè opus eſt ſapientia, ideò continuatur liber Salomonis. Sed quoniam cum pugna nihil tãopere habere debeamus, atque patientiam appoſitè profecto Iobi liber ſubiungitur. Deinde porrò & Tobiæ liber ſequitur propter ſingularem miſericordiam, quã in hoc certamine requirimus. Cui deinceps quoque ſubiungimus librum Iudith, Ruth, Heſter, propter fortitudinem, iuſtitiam & temperantiam. Verumenimuero quum adhuc frequens ſit lucta, neceſſario annectitur liber Macchabæorum, in quo crebra eſt aduerſus ſuperbiã conflictatio. Nam deuictis omnibus vitiis, reſtat etiam vincenda ſuperbia. Roget ergo modo aliquis ſub quo illorum temporum continuatur illud quod eſt à natali Domini, vſque ad ſeptuageſimam? Verum facile iſtiuſmodi quæſtioni occurremus. Nam & ei non ineleganter per quoſdam ſatisfactum eſſe accepimus. Eius itaque pars vna continetur ſub tempore regreſſionis, quod eſt tempus gaudij, vt dictum eſt à Natali vſque ad octauã Epiphaniæ. Vnde in quibuſdam eccleſiis albis tandiu vtuntur veſtimentis, ſicut tempore Paſchali, & neque tunc ieiunatur, neque flectuntur genua. Pars vero altera, quæ eſt ab octaua Epiphaniæ vſque ad Septuageſimam, complectitur ſub tempore peregrinationis, & leguntur duodecim epiſtolæ Pauli vbi agitur de labore eius, quem luctando ac pugnando pertulit. Nec vero quantumuis ipſo die natiuitatis domini Iſaias legi ſoleat, credas diem illam pertinere ad tempus reuocationis. Fit enim hoc alia conſideratione, & ante Euangelium in nocturnis & ante epiſtolam in miſſa, quod videlicet velut baſis columnæ ſupponatur, vt per vtrumque Teſtamentum natiuitas Chriſti perhibeatur.

Quis ordinauerit officia eccleſiaſtica, de quibuſdam diebus. CAP. LVII.

HÆc autẽ eccleſiaſtica officia, vt dictum eſt inſtituit beatus Hieronym. rogatu Damaſi Papę, & quęcunq; etiam alia ex veteri & nouo teſtamento leguntur in eccleſia. Gregorius tamẽ quoſdã cantus apposuit, Gelaſius quoſdã Hymnos, & alij alia. Tempore ſiquidẽ Theodoſij Imperatoris inordinatè pſallebant, qui rogauit Damaſum Papam, vt curaret ſapienter ordinare officium eccleſiaſticum. Quod diligenter ille effecit, vt ſuprà diximus. Sunt autẽ in prædictis tẽporibus dies quidam duplices, vtpote ſi quando duo ſimul facta cõcurrant, in quibus illud obſeruandũ eſt quòd in morali Philoſophia dici ſolet. Cede maiori, & locũ da melioribus. Hoc eſt, vt excellentius celebretur officium, ac duntaxat de minori fiat commemoratio ipſo die, & ſuum officium reſeruetur in craſtinum, vt de Petro & Paulo in quibuſdam eccleſiis diebus dominicis. Nã primo quidem celebratur de Petro, quod princeps fuerit Apoſtolorũ, ſequenti verò die de Paulo. Sic de quibuſdã aliis in diebus dominicis ita vt dominica debeat quieſcere, ac poſteà in hebdomada peragi. Quemadmodũ ſanè

factum videmus in Testamento veteri. Cum enim Salomon templũ dedicasset duodecimo die mensis, quo occurrebat scenophagia, celebrauit dedicationem templi septem diebus continuis, & post dedicationẽ distulit scenophegiã. Sunt præterea in suprà dictis temporibus quædam principales dominicæ, quibus cætera cedunt festa præter Paschа & Pentecosten, quæ præter resurrectionem & sancti Spiritus missionem sunt aliis longe superiores. Atque earum quidem aliquæ vt sunt præstantiores & solemniores, ita in iis mutãtur officia, cuiusmodi sunt dominica in principio Aduentus, & septuagesima, ac illa quæ est in octaua Paschæ. Aliquæ vero non sunt ita præstantes, quales duæ hæ sunt, videlicet, quam vulgari nomine appellamus Lætare Hierusalem, & Dominica in Ramis Palmarum. Nam si cõtingat dies Annuntiationis in Ramis Palmarũ, aut ipso die resurrectionis, de eo penitus tacebitur, ac die sabbato, qui præcedit dominicam, quam in Ramis palmarum vocatam diximus, vniuersum Annuntiationis fiet mysterium. Ipsum enim sabbatum ius suum maiori facile cedit. Ad eundem sane modum si eueniat, vt in ipsa Domini passione sit festum dedicationis, certe omni iure eius mysterium celebrabitur in hebdomada sequenti, vt in Ascensione, si idem festum fuerit. Necesse enim est, vt in aliud tempus differatur.

Quomodo officia ecclesiastica fieri debeant, & qui sint eorum libri. CAP. LVIII.

VT igitur ab aduentu incipiamus, atque ita de ecclesiasticis officiis per totius anni circulũ tractare, pergamus, duo in vniuersum nobis sunt diligenter in eis præcauenda, ne videlicet coactè fiãt & indiscretè. Coacta esse non debent iuxta Prophetã qui ait: Voluntariè sacrificabo tibi, &c. Sic Obal qui & Berseleel appellatus est, dicitur spontaneè ædificasse templũ Domino. Quanquã vero sint, qui putant duos fuisse Obal & Berseleel, & vtrũque spontaneũ in tempore indiscrete prohibentur esse, quia immundum est pecus quod ruminat, & hõ findit vngulam. Fissio autẽ vngulæ accipitur pro discretione. Qui ergo spontanea sacrificia facit & discreta, eum diligit Dominus. Hinc statutum est à sanctis maioribus, quemadmodum Deo seruiremus discretè. Statuerunt enim in vnaquaque hora lectionem. Verbi gratia: In matutinis & in Missa instituerunt Epistolas & Euangelia, in aliis horis paruas lectiones, quę dicuntur Capitula. Sed quoniam in lectione & cantu vniuersum fere versetur officium ecclesiasticum, operępretium est scire quinque esse libros lectionum in ecclesia, ac tres cantus, scilicet Graduarium, Antiphonarium, & Trophonarium, Antiphonarius à digniori nomen sumpsit, hoc est, ab antiphonis, cum & in eodem libro contineantur. Responsa & Versus. Legitur enim in Tripartita Historia Ignatius Patriarcha Antiochenus audiuisse Angelos cantantes Antiphonas in monte, qui exinde quasdam

dam Antiphonas in ecclesia cantari instituit, & psal. iuxta Antiphonas tonizari. Vnde etiam Antiphonæ sunt appellatæ respectu psalmodiæ sicut responsum, historiæ. Et cum anteà confusè & quasi in choro cantarẽtur Psalmi & Antiphonæ, statutũ est à maioribus vt seorsum chorus sederet, & alternatim caneret, id est, vt vna pars chori vnũ psalmi versum caneret, atque alia alium. Incipit ergo Antiphonarius hoc modo: Aspiciens à longe. Tametsi vero non sit Gregorianum hoc est à Gregorio compositum, sed solummodò ab alio quodam monacho appositum. Quamobrem quidem non deberet merito procedere ea, quę Gregorius composuit. Vsu tamen receptum est, vt ab omni ecclesia diceretur. Nec facilè profecto est, quæ longo vsu inoleuerint emendare aut mutare. Cætera vero sunt sancti Gregorij.

De reliquis libris. CAP. LIX.

SEcundus liber est graduarius, ita à gradibus appellatus, eò quod diebus festis in gradus ascendi debeat atque isthic cantari in ambone. Dicitur autem ambonis ab ambio ambis, eò quod locus ille ambigitur gradibus: vel ab ambo ambæ ambo, quod nimirum duæ sint viæ isthic, hoc est, in pulpito, quod situm est, ante eum locum, vbi recitatur Euangelium. Oportet itaque sint ibi duo pariæ graduũ, vnum à sinistris, quo fiat ascensus: alterum à dextris, quo descensus fiat, *Matth.* extra illud: per aliam viam regressi sunt in regionem suam. Diebus autem profestis canitur in medio chori ante gradus altaris. Eius libri principium est: Ad te leuaui. Tertius liber dicitur Trophonarius, à Græco nomine τροπος, quod est conuersio. Nam à fine regredimur ad principium cantus vnde & trophium zona nominatur, quod ab vno latere vertatur in aliud, circumeundo vsque ad vmbilicum. Est autem Trophonarius liber, in quo continentur hi cantus qui cum introitu missæ cantari solent, & maximè quidem à Monachis, cuiusmodi sunt tropi Sequentiæ, Kyrie eleyson, & Neumæ. Tropi dicuntur, quia prius canitur versus, ac posteà eleyson: & iterum versus, & eleyson deinde. Hic etiam notandum, quod semel diximus, neumam fœminei generis absque p, accipi pro iubilo, pro Spiritu autem sancto dicitur Græcè hoc pneuma, pneumatis Hebraicè ruath, Latinè Spiritus. Vnde quidem in prosa: Descendet in te sanctum pneuma. Postremò trophonarius non habet certum principium, quod ad placitum canatur. Nemo enim tenetur potius hoc vel illud Kyrie eleyson in aliquo festo dicere, quam aliud. Contra vero Antiphonarius certum habet initium, nimirum hoc: Aspiciens à longe, quemadmodum Graduarij principium est: Ad te leuaui. Ab Aduentu enim incipit ecclesia.

De quinque libris lectionum. CAP. XL.

NVnc de quinque libris lectionum videamus. Et primus quidem est bibliotheca à βίβλιος, quod liber est, & θήκη positio. In eo enim totum continetur vtrumque Testamentum. Atque hinc propter excellentiam, tamquam si dignior & maior esset, solus omnium librorum materiæ nomen retinuit. Fiebant enim omnes libri ex biblo Vnde bibliopolæ venditores librorum appellantur. Vel rectius ideo liber hic dictus est bibliotheca, quod instar cuiusdam bibliothecæ multos & varios libros cõplectatur. Secundus vero liber est passionarius, qui tamẽ plures sunt. Tertius est legẽdarius. Quartus homeliarius. Quintus denique sermologus, siue liber sermonũ. Redeamus igitur ad primum, & singulos paulo accuratius examinemus. Bibliotheca vox est ambigua & homonyma, siue, vt nunc loquũtur, æquiuoca. Vno namque nomine & locum vbi libri reponuntur, nempe armariũ significat, & volumen aliquod magnum compactum ex omnibus libris noui & veteris Testamenti. Sunt autem viginti duo volumina veteris testamenti, quæ ibi continentur, & octo noui, scilicet Euangelistę quatuor, Epistolæ pauli, Apocalypsis, Epistolę canonicæ, & Actus Apostolorum. Volumina veteris Testamẽti sunt quinque libri Moysis, videlicet pentateuchus, qui propriè apud Iudæos dicitur thoral, id est, lex vel libri legis, super quos iurant illi, vt nos super Euangelia tamquam sanctiora in nouo testamento. Sunt præterea, qui hoc pacto enumerãt: Iosue scilicet, Iudicum cuius extrema pericope pars est libri, Ruth, Samuel, Malachim quę duo volumina vnũ reputamus, videlicet Regum, quod tamẽ quatuor habeat partitiones vel distinctiones postea in vno volumine sequuntur alij quatuor Isaias, Hieremias, Ezechiel & Dauid. Sub vno volumine comprehenduntur duodecim prophetæ minores propter nimiam breuitatẽ. Nouem quę deinceps sequuntur reputantur hagiographa, ita tamen vt sint authentica, numerũ liber psalmorum, liber Iobi, tres libri Salomonis scilicet parabolæ, siue mauis dicere prouerbia, Ecclesiastes, & cantica canticorum: liber Paralipomenon, Iudith & Hester. Quatuor tandem enumerant apocripha, librum videlicet Tobiæ, Machabæorum, Philonis, cuius principium est, Diligite iustitiam & Iesu filij Sirach, qui sic incipit: Omnis sapientia à Domino, &c. appellatúrque etiã Ecclesiasticus. Verum hos quatuor quidam non recipiunt, ecclesia tamen eos approbat, quod argumentum fere habeant librorum Salomonis, etiamsi eorum authores pro certo ac verè non sciat. Alios duos credimus Esdrã composuisse, qui totam bibliothecam veteris Testamenti restituit, cum à Babyloniis esset combusta. Nos itaque bibliothecam nostram, scilicet vetus & nouum testamentum diuersis temporibus legimus iuxta varias historias singulis mensibus, vt sic tandẽ cũ totius anni circulo vniuersa absoluatur.

Vnde equidem non ignoro, quin illud in aduentu Domini primo sit assignandum & declarandum, sed facilius & dilucidius apparebit si ab alio tempore incipiat assignatio.

Quid legi debeat in Septuagesima. CAP. LXI.

IN septuagesima ergo legimus totum pentateuchem, quoad dies isti sint, videlicet quindecim ante pascha. Atque ita quatuor omnino cantantur historiæ, nimirum ex libris Geneseos, & quartus de Exodo Primus liber Moysis est Genesis, in quo agitur de origine mundi secũdus Exodus in quo de exitu agitur populi Israëlitici ex Ægypto: tertius Leuiticus, quartus est Numeri, quintus Deuteronomius, hoc est, lex altera, cuius velut quandam tradit anacephaleosin siue recapitulationem. Per illos autem dies quindecim vsque ad pascha legitur Hieremias & liber Baruch notarij eius, vt quidam testantur, sub eodem volumine. Et quidem Hieremiæ Threni siue Lamentationes recitãtur per triduum illud ante pascha, quod appellamus tenebras. Dicuntur autem Threni, eo quòd tripliciter exponantur à paschasio, scilicet historice, allegoricè, & tropologicè. Vel à monte Trenari, vbi primo auditæ sunt animarum lamentationes. Vel ideo etiam Threni appellati sunt, quod in iis post tertium quemque versum litera sit alphabeti. Scriptũ enim est opus illud quadruplici alphabeto, hoc est in eo quater ipsum alphabetum de integro reperitur. Vel denique, quòd verius esse puto, hæ lectiones propterea dictæ sunt Threni, quod lamentationes contineant. Apud Græcos namque θρῆνος planctus est. Sic itaque historia, quæ quindecimillis diebus narratur, sumpta est partim ex libro Hieremiæ, partim ex passione Domini in Euangelio. Nunc transeamus ad octauam pentecostes, vt ordinem veteris Testamenti simili ratione persequamur.

Quid legi debeat ab octaua Pentecostes vsque ad natale Domini. CAP. LXII.

TVnc ergo vsque ad Calendas Augusti legitur Samuel. Malachim, id est, liber Regum, & paralippomenon cum historia: Deus omnium. Solet tamen in octaua Pentecostes cantari & legi de Trinitate, quantumuis Alexander papa interrogatus an etiam fieri debeat, dixerit se nescire diem peculiarem de Trinitate, nec de vnitate. Sed officium eius præcipuè propter hæreticos institutum fuisse credimus. Quare hic vsque ad Calendas Augusti meminerimus, quod paulo ante cauendum esse præcipimus. Si enim festum erit die dominica secuto mutabimus historiam. Similiter si secunda feria, si tertia, si quarta Calendæ fuerint mensis Augusti, præcedenti dominica historiam liberè mutabimus. Si verò quinta, sexta aut septima, idem facere poterimus dominica sequenti. Atque hanc tanquàm generalem habemus regulam,

regulam. Quod si denique mensis Calendæ fuerint die profesto, illa dominica mutabimus historiam, quæ Calendis sit proximior, siue ea præcedat, siue subsequatur. A Calendis igitur Augusti vsque ad Septembrem leguntur tres libri Salomonis, & duo sapientiæ, qui sunt apochryphi, ita vt media pars Cantici Canticorũ reseruetur vsque ad natiiuitatem beatæ Mariæ in Septembri, atque altera legatur in eiusdem Assumptione. Nam sermones qui ibi sunt, vt: Cogitis me ô Paula & Eustochium, & Approbatæ consuetudinis est, &c. potius in Triclinio, seu refectorio legi debent, Tunc cantatur historia: In principio Deus, antequam terra, &c. quod ad recreationẽ pertinet. Nã istud aliud in principio, quod est in sexagesima, spectat ad creationem. Proinde à Calendis Septembris legitur Iobus per quindecim dies, & per quindecim alios dies Tobias, Esdras, Iudith, & Hester cum historia: Peto Domine. In Octobri legitur liber Machabæorum cum historia ô Adonay Domine Deus, &: Adaperiat Dominus. In nouembri Ezechiel, Daniel, duodecim prophetæ, cum historia: Vidi Dominum. Denique in Decembri Isaias totus vsque ad natalem Domini, nisi quod transire debeat idem lector id quod ipso natali legitur, vt populus gentium: Consolamini, Consurge, & quod recitatur in Epiphania, vt: Surge illuminare Hierusalem. Hæc namque pertinent ad Christum iam natum: Cætera vero quę in Aduentu leguntur ad Christum nasciturum. Atque hinc est, quod illa oporteat prætermitti vsque ad natale, quoniam tunc noua, audiri debent. In ieiuniis tamen quatuor temporum, quæ sunt in aduentu, & in vigilia natiuitatis Domini nihil Isaiæ legitur, quoniam proprias habent lectiones, & propria officia. Vnde & alia ieiunia ab his tamquam magis solemnibus officia petere soleant. Quare autem hæc habent & non illa, ratio est, quòd olim pontifex Romanus hisce ieiuniis ordines cõferre consueuit. Sed si festum Thomæ euenerit in ipsis ieiuniis, dicet ecclesia lectiones de sancto & nõ de ieiunio. Ita enim vsus inoleuit. Hoc ipsum tamen Romana ecclesia non obseruat, vt quæ sex recitet lectiones de ieiunio, & tres vltimas de homelia Euangelij ipsius festi. In aduentu aliquando tres sunt historiæ, aliquãdo quatuor si ipse fuerit quatuor hebdomadarum, quod rarò fit. Et tantum quidem habemus de veteri Testamento, modo videamus de nouo. Ab octaua Paschæ vsque ad Pentecosten legitur Ioannis Apocalypsis tribus septimanis, & Epistolæ canonicæ diebus sequentibus vsque ad Ascensionem, quæ numero sunt septem. Prima est Iacobi Alphæi, tres sequentes Ioannis Euangelistæ, quinta & sexta Petri principis apostolorum, septima denique Thadæi, quia & Iudas appellatus est frater Simonis. Ab ascensione Domini vsque ad pentecosten leguntur Actus Apostolorum: primum quidem, &c. Historia est: Dignus est Domine ad omnia præmissa. Ab octaua Epiphaniæ, vsque ad septuagesimam leguntur quatuordecim Epistolæ Pauli tam quæ sunt missæ ad personas quatuor, quam quæ ad

quæ ad decem ecclesias, vt ad Titum, Corinthios: de euangeliis & psalmis dicetur suo loco. Ad hunc ergo modum de vtroque testamento dispositum ab ecclesia habemus. Notãdum interim obiter hic est quatuor modis finiri lectiones, videlicet per: Tu autem Domine: Hæc dicit dominus, conuertimini ad me & salui eritis: & in threnis Hieremiæ per Hierusalem Hierusalem cõuertere ad dominum Deum tuum: atque vltimo in lectionibus mortuorum, per: Beati mortui qui in Domino moriuntur. Cuius tamen rei vsus in ecclesia admodum ratus est, sed nos dicimus non quid fiat, sed quid fieri debeat. Cæterum homelarius quem quartum librum esse diximus, legitur in natali & in festis eorum, qui propria habent Euangelia, vt in festo beati Thomæ, in pascha te, pentecoste cum suis feriis, ac tandem etiam recitatur diebus dominicis. Octo vero dies paschæ computantur cum Septuagesima, quod illa septimana sit septima à Quadragesima, per quam diem designatur, quod per Septuagesimam, in cuius septima decade filij Israël acceperunt redeundi licentiam, & iam quasi liberi erant, ideoque diebus illis cantica lætitiæ inclamantur. In sabbato autem in albis, geminatur Allelu-ia, quoniam finitur Septuagesima. Quo quidem significatur absoluto præsentis huius vitæ cursu nos duplicem accepturos stolam, quum ad nostram illam Hierosolymam peruenerimus. Vocatur autem sabbatum istud in albis, quòd in paschali sabbato Baptizati tunc albas vestes deponebant, quas octauò die sumpserant: proinde vetus libri passionarj leguntur in ipsis diebus Martyrum. Sed horum alij teste Gelasio, apocryphi sunt, vt de beato Gregorio, de Quirico & Iulita martyribus, ac qui omnino eiusmodi sunt vt eos composuisse fertur hæretici, ob quorum infamiam ab ecclesia interdicuntur. Quod autem sint canonizati: suo loco dicetur. Nec quidem omnes homeliæ sunt approbatæ: vt quædam sunt Origenis: qui ad hæresin declinauit. Quædam tamen eius leguntur ab Hieronymo castigatæ, sed in his subticetur nomen autoris propter infamiam hæresis. Quemadmodum etiam Salomonis nomen in lectionibus supprimitur, ob notam idololatriæ, & Moysis propter hæsitationem, quam habuit ad aquæ contradictionis, quia dominum exacerbauit. Non enim dicitur: Lectio libri Geneseos Moysis legislatoris, sicut dicimus: Lectio libri Apocalypsis Ioannis Apostoli. Nonnulli tamen hoc pacto in principio Homeliarum dicendum esse existimant. Homelia Origenis ab Hieronymo castigata. Atque in sequentibus quasi hoc modo: Homeliam eiusdem. Sunt autem ferè hi qui Homelias posteris reliquerunt: Augustinus, Gregorius, Beda & Origenes. Breuiter ergo passiones legendæ in festis martyrum, legendæ in festis, qui propria habent Euangelia, vt in beati Thomæ, tres vltimæ lectiones ex homeliis sint oportet, atque aliæ ex passionibus. At verò legendarius appellatur liber, qui vitas & obitus tradit confessorum, cuiusmodi sunt Hilarij, Martini & aliorum, quos sacrosancta Ecclesia confirmauit, ita vt in eorum

festis

festis istiusmodi liber necessariò legatur. Vltimò tandem liber sermonum, qui & Sermologus nominatur legi conuenit à Natali vsque ad octauam Epiphaniæ, quos Leo Papa & complures alij composuerunt. Sed idem liber legitur in purificatione beatæ Mariæ v rginis, & præter festa alia, etiam ipso die omnium sanctorum. Proinde præcipuas homelias composuerunt Gregorius & Beda, qui tamen nullas, præterquam eas, quas antè Augustinus ediderat, composuit. Námque ille hoc vnum de suo addidit, quod eas suis verbis quodammodò vestiuit, vsque adeò, vt quum in Augustino verba duntaxat essent disputationis, in Beda sint verba sermonis & lectionis.

De libris Cantuum. CAP. LXIII.

NVnc redeamus ad libros Cantuum, idque iuxta dies Aduentuum. Primum itaque responsum sequitur tres versus, quod si per vniuersum annum vagemur, non amplius fieri liquido comperiemus. Fit enim illud propter tria tempora antiquorum Patrum, Aduentum Christi expectantium. Ac primum quidem tempus fuit ab Adamo vsque ad Noë nempè ad diluuium. Secundum verò vsque ad Moysem, & tertium vsque ad Christum. Et quòd terna fiat in eodem responso repetitio, prima videlicet ab altiori, secunda à minus remoto, & tertia rursum à minus remoto & minori, causam habet huiusmodi. Eo námque modo ostendimus Patres primi temporis remotiùs ab Aduentu Christi abfuisse, quàm Patres secundi vel tertij, atque iterum longius fuisse Patres secundi, quàm tertij: Sic quoque tria sunt tempora Patrum nouitorum secundum Christi Aduentum expectantium. Nam horum primum fuit ecclesiæ primitiuæ de Iudæis ad fidem conuersis, & secundum modò præsto est, simul atque Gentium siue Ethnicorum facta est introductio. Sed tertium erit: quum omnis Israël saluabitur. Magis ergo remoti sunt, aut potius fuerunt primi quàm vltimi, vt hoc pacto, ad vtrumque aduentum allegoria hæc accommodari possit: Gloria Patri tribus versibus tandem subiungitur, quod omne nostrum desiderium & seruitium ad trinum dominum sit referendum. Non enim istic fit repetitio alicuius partis, sed totius responsorij, quoniam post hoc hanc præsentem vitam omnia tempora consummabuntur. Tunc Deus erit omnia in omnibus, hoc est, consummatio omnium & sufficientia. Verumenimuerò de qualitate officij videamus, déque temporis reuerentia, continentia & abstinentia. Ad qualitatem pertinet, quid tenendum sit vel omittendum. Et quidem quid tenendum seu obseruandum sit iam aliqua ex parte docuimus, addimúsque sub finem Aduentuum cani debere septem antiphonas secundi toni, & vnamquamque iuxta ordinem suo die vsque ad Natale. Quæ quidem omnes vel ob id secundi toni sunt, quod geminam nobis significent dilectionem, Dei videlicet & proximi, vel etiam propter duas

duas naturas in Christo. Sunt autem septem, propter spiritum septiformem, quo illuminati erant ij, qui Christum expectabant. Sciendum tamen est, his septem antiphonis quæ sunt de Sacramento, additas esse duas alias, vnam videlicet de beato Thoma, aliam verò de beata Maria virgine.

Quæ omittenda sunt in Aduentu. CAP. XLIIII.

OMittenda sunt in Aduentu, vt in Septuagesima, quædam cantica lætitiæ, quemadmodum, Te Deum laudamus, Gloria in excelsis, Ite missa est. Verum enimuero quum tempus istud partim sit lætitiæ, non subticetur. Allelu-Ia, sicut in septuagesima, quod tempus totum mœroris est. Quare considerare poterimus, tria ista sese mutuo sequi quidem, sed non semper. Quædam enim ecclesiæ in cathedra beati Petri, etiam si sit in Quadragesima festum istud, dicunt: Te Deum Laudamus, cæteris verò laudibus tacitis. Quia hoc cantico solemus vti ad introniſandos aliquos in suas sedes. Nam & eodem die Petrus in cathedra Anthiochena fuit constitutus. Rursus Gloria in excelsis, & Ite missa est, dicitur ipso die solemni cœnæ si Episcopus præsens sit & celebret officium de tribus olei, sed Te Deum laudamus, non dicitur, quoniam surgitur ad tenebras. Ob quam etiam causam subticetur in psalmis & in responsoriis hisce diebus Gloria patri, quia tunc multum dehonesta est Trinitas, maximéque illo triduo. Item in prima missa natalis Domini, canitur Gloria in excelsis nec tamen dicimus, Ite missa est, donec & tertia missa sit absoluta. Alioquin enim recederet populus, & non audiret matutinas. Vnde nonnulli sacerdotes obseruant collectam siue orationem finalem primæ missæ donec canantur matutinæ, ac postea dicunt & concludunt missam cum Benedicamus domino. Deinde verò incipitur missa secunda, & pari modo finitur, vel per Ecce complera sunt, in quibusdam ecclesiis ne populo licentia abeundi detur, sciátque se adhuc debere tertiam audire missam, sub cuius finem exprimitur, Ite missa est, quæ laus pertinet ad resurrectionem, sicut Gloria in excelsis ad natiuitatem. Atque hæc quidem est ratio, quamobrem vtrumque in Aduentu subticeatur, quod tunc vtrumque auidè expectetur: sed Te Deum laudamus ideò tacetur, vt cum maiori ardore resúmatur ipso die festo, vel quia nondum præsens est quem expectamus, quum ad præsentes hoc cantico vti soleamus. Sic & pro Dominus regnauit, dicitur Miserere mei Deus. & cantica illa, quæ sunt Annæ Moysis, Abacuch, atque alia quę isthic sunt vt, Ego dixi, & Audite cœli, quæ per singulas hebdomadas dicuntur. Horæ verò beatę Virginis, idcircò subticentur, quod totum illius temporis officium ad eius laudem sit. Hinc etiam animaduertendum est, quod in festis nouem lectionum, si quæ sunt, in Aduentu, ad tertiam debeat celebrari missa solemnis, cum Gloria in excelsis, & Ite missa est.

est. Vnde etiam in plerisque ecclesiis nigras cappas deponunt ad missam illam tanquam in Paschali tempore, nec genua tunc flecti debent. Missa verò absoluta cappæ resumuntur, & sexta ac nona cantata, auspicatur missa de ieiunio, atque tum diaconus pronuntiare debet ad huiusmodi missam, & in omni tempore ieiuniorum: Flectamus genua, exceptis feriis iis, quæ pentecosten proximè sequuntur, in quibus propter reuerentiam festi cantica lætitiæ non subiicentur, scilicet Alleluia, Te Deum laudamus, atque, Ite missa est. Proinde vero neque hic vllius sancti commemoratio fieri oportet, siue Christi aduentum præcesserit (quum eius temporis omnes ad inferos descenderint, vnde & pro eis non solemnizat ecclesia) siue secutus fuerit. Christi Aduentum quum eorum singulis diebus hic commemoratio fieri debeat. Ecce dominus veniet, &c. antiphona est, quæ canitur post Benedicamus domino, & sequitur oratio huiusmodi. Conscientias nostras quæsumus domine visitando purifica, vt veniens dominus noster Iesus Christus, cum omnibus sanctis paratam sibi in nobis inueniat mansionem, qui tecum &c. In Antiphona ponitur, omnes sancti eius cum eo, & in oratione, cum omnibus sanctis, ita vt hinc necessarium non sit fieri specialim aliquorum sanctorum commemorationem. Sed oportet intelligamus, hanc orationem pertinere ad secundum aduentum, qui efficitur in mente hominis, quum videlicet legitur: Vt veniens dominus Iesus Christus paratam sibi in nobis mansionem inueniat. Verum tunc addi non debet cum omnibus sanctis. Nam si illud adiiciatur, iam ad tertium aduentum videbitur pertinere. Est enim Aduentus Christi triplex. In carne, in mente, qui singulis diebus in humanis animis contingit per Spiritum sanctum, & tertius in maiestate, qui aduentus erit in die iudicij. De secundo aduentu, qui fit in humana mente, inquit Salomon: Domine, mitte sapientiam tuam, vt mecum sit, & mecum laboret. Et rursus & alia ratio, quæ eiusmodi est, vt duos nobis significet Aduentus, nimirum: Excita domine potentiam tuam, & veni, vt ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis &c. Ad primum aduentum pertinet, cùm dicitur: Te protegente mereamur eripi: ad secundum verò, quum legimus: te liberante saluari.

De temporibus quibus non debent nuptiæ celebrari.

CAP. LXV.

IN Aduentu non debent celebrari nuptiæ, sicut nec in Septuagesima, quòd huiusmodi tempora orationi potissimum sint deputata, ac tunc potius ab vxorio lecto quilibet debeat abstinere, quàm eidem adiungi. Pari modo faciendum est in sacris solemnitatibus, cum earundem feriis, sicut in Pascha & Pentecoste. Et certè quidem diebus quoque dominicis, ac in festis Apostolorum præcipuè continẽdum est: Solemnitates námque institutæ sunt, vt liberius vacari possit orationi. Verum

rumenimuerò rustici contrà libentius illis diebus conueniunt, vt vacent potationi. Sed in omnibus his, cautum oportet esse sacerdotem. Sæpenumerò enim accidit, vt mutum pecus doceat animal diuinum, hoc est, laicus clericum. Ac generatim quidem obseruandum est, quod quocunque tempore abstinetur à nuptiis, abstinendum sit ab amplexu coniugis, nisi si quando ob fragilitatem incontinẽtię poscat debitum ab vxore, vel illa à viro. Illud enim exigenti persoluendũ est, quia vir, vt inquit Apostolus, non habet potestatem suæ carnis, sed mulier, & contrà. Secundum has ergo rationes, non debent nuptiæ celebrari, etiam tribus illis septimanis, quæ festum sancti Ioannis Baptistæ præcedunt. Verum hoc in quibusdam ecclesiis iampridem in dissuetudinem abiit. Fuit tamen ratio, qua ecclesia constituerat ieiunandum esse Quadragesimam ante festum sancti Ioannis, sicut ante Natale. Sed propter fragilitatem humanã, duæ illæ Quadragesimæ redactæ sunt in vnam, atque illa tunc bipartita fuit in tres septimanas præcedentes natalem, & tres præcedentes festum sancti Ioannis. Quoniam igitur tempora hæc orationi sint maximè dedicata, quam ideo instituimus, vt ad cœlos perueniamus. quod tamen efficere nõ possumus sine duobus aliis, scilicet ieiunio & eleemosyna, quæ ad cœlos hominem facilè deferunt, ideo ordinatum est ieiunium: vt quod nobis remanserit propter ieiunium pauperibus erogetur, ideoque & sponsus debet abstinere à lecto vxoris: vt liberius ac commodius vacet orationi. Atque ita non fiunt nuptiæ à prima dominica Aduentus, vsque ad Epiphaniam, nec etiam fierent nisi ad octauam vsque Epiphaniæ, nisi Dominus nuptias tum sui præsentia, tum miraculo decorasset. Præterea in Aduentu sciendum est, quemlibet versum dici posse, si sit de Aduentu, vt: Egredietur Dominus de loco sancto suo in maiestate sua, & veniet ad iudicandum. Et: Veni Domine ad liberãdum nos, quod potest dici de quolibet Aduentu. Aduentus enim qui fuit in carne, liberauit animas nostras à seruitute diaboli, Aduentus verò in mente liberat animas à peccato. Aduentus denique in maiestate, liberat corpora. Postremò obiter notandum est, festum beatæ Luciæ hic adiunctum habere Italicè *chatrhar*. Quia tunc maximè carnes solent deponi, quemadmodum secunda dominica Septuagesimæ dicitur vulgò carnisprtiuium.

De festis & ieiunijs Aduentus.

CAP. LXVI.

DEinceps modò videamus de iis, quæ accidunt Aduentui, vt de eius festis & ieiuniis. Et in primis quidem hic cognoscamus, si festum S. Andreæ contigerit prima dominica, id persequendum esse secunda feria. Idem obseruari volumus, de quolibet festo tam apostolorum, quam martyrum, si contingat dominicis priuilegiatis, quos paulo post commemorabimus. Sic quoque si festum eiusmodi ipso dominico contigerit, quod vigiliam habeat, eius secũda feria celebrabitur

officium eritque ieiunium in sabbato, si videlicet inofficiata sit vigilia, id est, si proprium habeat officium. Item si qualibet alia dominica ex priuilegiatis, festum Apostoli, vel præcipuè alicuius martyris, vel alterius sancti, qui proprium habeat officium euenerit, restat videre, ab septimana si sequens sit inofficiata, hoc est, an proprium singuli eius septimanæ dies habent officium. Quòd si non habeant, illius dominicæ officio superfedimus, atque eius loco festum hospitis, id est, sancti aduenientis ad dominicam celebrabimus: si verò habeat, manente officio dominicæ festum transferetur ad secundam feriam, atque hoc pacto dies dominica interdum cedit festo, interdum vero non. Et quidem quare? Quoniam ibi officium renouatur. Proinde ieiunia quatuor temporum in tertia septima Aduentuum oportet celebrari. Aduentus autem debent viginti & vnum diem. i. tres septimanas integras habere, præter vigiliam Natalis Domini. Cum ergo aduentus semper incipiant à die dominica, si etiam simili die videlicet, dominica Natalis Domini contigerit, necessariũ est, vt aduentus protrahantur quatuor hebdomadis. Alioqui vigilia Natalis Domini, & ieiunia quatuor temporum concurrent, quorum vtrunque peculiare habet officium, & ad diuersa pertinent tempora. Nam vigilia spectat ad tempus gaudij, cum non sit de aduentu, sed de Natiuitate, quare ad eundem modum non haberet Aduentus viginti & vnum dies, excepta, vt dicimus, vigilia. Si autem contigerit Natalis Domini in secunda feria, vel deinceps vsque ad dominicã, tunc præter dies viginti & vnum facilè habebimus diem, quo faciamus vigiliam, quia ipso die dominico, qui proprium officium non habet, celebrabitur vigilia & allelu-ia canetur propter dominicam. Sed ieiunabitur sabbato præcedenti, tam pro ieiunio quatuor tẽporum, quàm pro vigilia Natalis Domini. Quantum verò attinet generaliter ad ieiunia, cognoscendum est, cum ieiunia vernalia primo instituta sint prima septimana Veris, æstiualia in secunda Iunij, Autumnalia in tertia Septembri, Hyemalia in quarta Decembris, id omne propter multas confusiones, quæ inde nascebantur abrogatum esse & regulariter definitum, quod tempore eorum quodque fieri debeat. Et de hyemalibus quidem dictum est, quod semper in tertia septimana aduentus fiant. Sed de aliis regulariter sciendum est, quòd in prima septimana Quadragesimæ semper incipiant vernalia, in septimana pentecostes semper æstiualia, autumnalia veterem seruent institutionem, cum semper in tertia septimana Septembris fiant. Cauendum interim diligenter est ne in computatione illarum septimanarum fallamus. Nã si calendæ illius mensis, hoc est, ipse mensis incipiat prima feria, vel secunda vel tertia, vel etiam quarta tum illa eius mensis septimana computabitur & in ea quæ est ab illa tertia, fient ieiunia. Si vero mensis inceperit quinta vel sexta, vel septima feria, tres illas septimanas numerare ordiemur à sequenti dominica, & eodem modo in tertia fient ieiunia. Atque ita sane dies

ne dies precedentes quoad computationem septimanarũ plane erunt inutiles. Sic igitur huiusmodi habemus regulam, vt ab illa dominica, quæ propinquior fuerit Calen. Septembris, id est pridie mensis semper numeranda sit prima, septimana, siue subsequatur, siue præcesserit.

De anniuersariis mortuorum, & vigiliis sanctorum. CAP. LXVII.

DE anniuersariis verò mortuorum dicimus, quòd si contigerit dominica die, vel alia quauis celebri solennitate, non debeant mutari & in sequentem diem differri, quemadmodũ de festis sanctorum diximus, sed potius fiant die præcedenti, vt citius succurratur eorum pœnis, quas igne purgatorio sufferunt. Vt enim sancti non indigent nostro auxilio & beneficio, ita cæteris defunctis omnino est necessarium. Omni tempore potest celebrari missa pro defunctis præsente cadauere, nisi Paraseeue. Tunc enim non debet corpus Christi immolari, nec missa cantari, sed die crastino, id est sabbato poterit missa pro eo cani, & corpus sepeliri. Pari modo etiam faciẽdum est, ipso die Paschæ. Si enim quis tunc morietur, postero die missa est celebranda, seruato corpore tantisper super terram. Nam fieri non debet vt sepeliatur absque missa. Porrò autem de vigiliis sanctorum generaliter dicimus, quod si propriam habeant collectam in missa, eam debere dici ad vesperas. Et si dominica sit in vigilia, dicemus vesperas de dominica, & post alias de sancto, vel cum Magnificat legimus duntaxat collectam, vt Moguntina facit ecclesia, & monachi: vel cum sola antiphona dicemus orationem siue collectam de festo, si propriam & peculiarem non habeat vigiliam, cui ad postremum subiungemus: Benedicamus Domino.

De vigilia natalis domini. CAP. LXVIII.

SEquitur vigilia natalis Domini, quæ propriam habet missam, & propriam in ea collectam, quæ item in vesperis dici debet, quod idem obseruatur in aliis vigiliis. in contrà fuerit, hoc est, si vigilia peculiare officium non habuerit, collecta in vesperis de sequenti festo dici oportet. Cantantur ergo Sin vigilia natalis Domini hi Psalmi: Laudate pueri Dominum. Laudate Dominum omnes Gentes. Lauda anima mea Dominum. Laudate Dominum, quoniam bonus. Lauda Hierusalem Dominum. sed in completorio cani debet hymnus: Veni redemptor Gentium.

De Natiuitate Domini. CAP. LXIX.

NVnc de ipso die Natiuitatis agamus, quo ante primos nocturnos, tres pannos super altare poni consuetum est, ad declarationem trium temporum, singulisque nocturnis vnum auferri. Et primus quidem niger erat, pro tempore ante legem: Secundus subcandidus, pro

dus,pro tempore reuelationis, & tertius ruber pro tempore gratiæ, propter dilectum ſponſum candidum,& rubicundum.Poteris alibi facilè inuenire quemadmodum veteres interpollatè,& diuerſis vicibus ad nocturnos ſurgere ſolebant,videlicet,in concinio, nocte media:& in anteluncano.Poſt tertium nocturnum incenduntur lumina eccleſię, & recitato Euangelio:Liber generationis cantatur, Te Deum laudamus,ad conſignandam cõgratulationem,quæ facta fuit ob inuentam dragmam, quam mulier perdiderat, in cuius inueniendæ gratiam ea lucernam incendit totamque domum euerrit, hoc eſt eccleſia triumphans ex inferno per Chriſtum omniò extrahitur. Quatuor autem illo die leguntur Euangelia,vnum Matthæi,alterum & tertium Lucę, quartum Ioannis, vt de Natiuitate Chriſti quatuor teſtes perhibeant teſtimonium.Quãquam ſanè duo,vel ad ſummum tres ſufficere poſſunt,cum in ore duorum vel trium teſtium ſteromne verbum.Quamobrem verò Iſaias legatur in primo nocturno,ſuprà à nobis oſtenſum eſt. Verum diligenter hic animaduetere debemus, trium præcipuè ſcripturas hoc tempore in eccleſia frequẽtari magis, quam aliorum. In primis nimirùm Dauidis prophetæ qui fuit homicida,proditor, & adulter.Deinde Matth.Apoſtoli, qui & publicanus dictus eſt, & hoc ipſo nomine infamis. Poſtremò Pauli Apoſtoli, qui perſecutus eſt eccleſiam.Quod quidem non abs re ita inſtitutum fuit,ne videlicet deſperent alij, quantumlibet peccatores, propter facta præcedentia, eleemoſynas vel orationes Deo diſplicere, quin ſi pœniteant certò ſciant ſe veniam facilè conſequi poſſe, quantumuis graui noxa perplexi ſint:Poſt Te Deum laudamus,dici oportet à ſacerdote iam è veſtiaria egreſſo:Confiteor,atque inchoari primam miſſam vbi de ęterna Chriſti generatione obſcura, & ignota agitur. Quoquidem fit vt illa etiam nocte cani debeat. Abſoluta vero illa dicuntur laudes,& finiuntur eadem oratione cum miſſa,vt hanc atque illas idem planè officium innuere exprimamus. Apparente aurora, ſtatim incipitur ſecunda miſſa, in qua agitur de completione ſiue impletione promiſſorum de Chriſto naſcituro.Vnde profectò ſic illam auſpicamur. Lux fulgebit, quum illucente die ac matutino apparente inchoetur. At dixerit hic ſemicoctus aliquis grammaticus ergo deberet ibi eſſe lux fulgens, quod verum non eſt,quia tunc rubet. Sed intelligendum eſt, vt diximus, de impletione promiſſorum, quaſi dicamus tum lux fulgebit, quum Chriſtus aduenerit, qui vera & æterna lux eſt, cumque omnia quæ de eius aduentu iam multo tempore dicta ſunt, complebuntur. Proinde hæc miſſa, vt & ante dictum eſt, finitur hoc modo: Ecce completa ſunt, &c. Prima ergo pertinet ad generationem ex patre ſine matre, videlicet æternam. Secunda ad eam, quæ fuit ex matre ſine patre, vt temporalem. Tertia autem quaſi compacta & coniuncta eſt, tradit enim vtranque. Nam quod in eius exordio dicitur:Puer natus eſt nobis,ad temporalem ſpectat generationem: ad æternam

æternam verò euangelium Ioannis: In principio erat Verbum. Pars tamen illius Euangelij poſtrema,nimirum:Verbum caro factum eſt, &c.ad temporalem natiuitatem referenda eſt. Dicitur autem huiuſmodi duplex natiuitas,vt nos haud obſcurè intelligamus natiuitatẽ Chriſti terreſtrem nobis, proculdubiò contuliſſe natiuitatem cœleſtem. Vnde illud eſt,quod in feſto beati Stephani dicitur: heri natus eſt Chriſtus in terris,vt hodie Stephanus naſceretur in cœlis. Deniq; neumę quæ fiunt in miſſa, gaudium repræſentant quæ potius per e, vt Kyrie,vel per a,vt allelu-ia fieri ſolent,quam per alias vocales, vt per has ſignificemus gaudium ſpirituale quòd reſtitutum eſt nobis in partu Virginis,cum facta eſt immutatio huius voculæ Eua ſalutante Angelo,& dicente:Aue Maria.Eius enim nominis,ſcilicet Euæ ſignificatio manſerat vſque ad ſalutationem Angeli. Hanc autem ſignificationem, nempè luctus Adæ & Euæ, naſcentes exprimunt pueri,ſi nimirum puella naſcatur profert,vt vulgus quidem exiſtimate, cum maſculus, a. Illæ igitur neumæ repræſentant dolorem, quem nobis contulit tranſgreſſio Adami & Euæ. Sed gaudium planè reſtitutum eſt in beata Virgine,cui non dictum eſt Eua,ſed Aue.

De feſtis Natiuitatem ſequentibus.

CAP. LXX.

DEinceps ſequitur ordine conuenienti,vt de iis feſtiuitatibus modo tractemus quæ Chriſti Natiuitatem proximè ſequuntur.Debent ergo veſperæ Natalis primo integrè celebrari,ac poſteà conueniunt diacaconi quaſi in tripudio, cantantque Magnificat cum Antiphona de Sancto Stephano. Sed ſacerdos recitat collectam. Nocturnos & vniuerſum officium craſtinum celebrant Diaconi, quod Stephanus fuerit diaconus,& ad lectiones concedunt benedictiones, ita tamẽ,vt eius diei miſſam celebret hebdomadarius, hoc eſt, ille cuius tum vices fuerint eam exequi.Sic exodem modo omne officiũ perficient ſacerdotes ipſo die beati Ioannis, quòd hic ſacerdos fuerit, & pueri in ipſo feſto Innocentiũ,quia Innocẽtes pro Chriſto occiſi ſũt. Sed ignorandũ non eſt,paſſionem beati Stephani factam fuiſſe in Auguſto,illo die,quo eius celebratur inuentio, & contra inuentionem eiuſdem fuiſſe poſtero die natiuitatis Domini. Verumenimuerò cũ dignius & præſtantius ſit feſtum Paſſionis Inuentione, idcirco tranſlatum eſt ad tempus natalis Domini.Vel etiam ob hanc rem, quod ei eodem hoc die dedicata ſit baſilica. Poterit tamen & alia eſſe ratio. quoniam Stephanus poſt Domini paſſionem pro Chriſto primus martyrium perpeſſus eſt,quòd naſci dicitur in cælis, cuiuſmodi natalem nobis Chriſti natiuitas in carne contulit.Conſentaneum ergo fuit vt natiuitati Chriſti continuaretur natale ſancti Stephani, quo per hoc notaretur,natiuitatem vnam ſequi ex alia. Vnde etiam eſt,q in ipſius vita legitur:Heri Chriſtus natus eſt in terris, vt Stephanus hodie

hodie nascereturin cœlis eodem ferè modo de festo S.Ioan. Euangelistæ censendum est, quòd quum ille dies quo se deposuit in foueâ post celebrationem sacrorum natalis fuerit sancto Ioan.Baptistæ,hic tamen cum illi cessit,de quo dictum erat à Domino: Inter natos mulierum non surrexit maior,&c. atque festum huius translatum est ad tertium diem Natalis Domini,vt omnes suos comites haberet sponsus,qui rubicundus est,& candidus.Vel ob id etiam, quod eo die ipsi ipsi dedicata sit basilica, vel tandem quia eo die infulatus est.Fuit enim Patriarcha Ephesinus. Tunc autem scripsit Euangelium de quo Beda inquit: Quod si paulo altius intonasset, vniuersus mundus vix capere potuisset,ita vt hinc quoque Hieronymus, eũ vocitet vocem Aquilę.Simili ratione Innocentes non statim quidem quarto die post passi sunt,sed quarto die anno reuoluto.Quandoquidem cum Herodes à filiis suis accusatus erat,debuit Romam proficisci, ibique corã Augusto Cæsare causam suam defendere, ita vt simulatque causam obtinuisset,ac iam rediisset,immane istud facinus perpetrauerit,omnes interimens pueros à bimatu & infra.Credebat enim puerum natum magnum fore,cui astra famulabantur, & timebat, ne per illum regnum suum amitteret,de quo plenius in Matthæo legitur. In festo itaque Innocentium penitus subticentur cantica lætitiæ, quoniam ij ad inferos descenderunt. Si vero contingat eorũ festum die dominica,tunc nullum subticetur,propter diem resurrectionis. Nec etiam in illorum octauis aliqua cantica lætitiæ supprimuntur, vt significemus gaudium,quod accepturi sunt in octaua,id est,in resurrectione.

De circuncisione. CAP. LXXI.

IN circuncisione duo simul facta concurrunt,parturientis scilicet,& partus,propter octauas.Vnde sane est, quòd eo die duas missas celebrare debeamus:primam de beata Virgine, scilicet: Vultum tuum. aliam de octauis,nimirum: Puer natus est nobis.& dicitur illo die Euangelium Lucæ:Post quam impleti sunt dies octo,&c.Sunt nonnulli alij,qui tria huc festa concurrere arbitrentur.de beata Virgine, de octauis,& de Circũcisione. Nam etiam si tum circuncisus non fuisset, nihilominus tamen fierent octauæ. Sed quoniam modo de octauis mensionem fecimus non incommodum erit,si eas paulò plenius persequamur.Sunt enim nonnullæ octauæ institutionis,vt sunt eorũ,qui habent vigilias,nonnullæ deuotionis, cuiusmodi fieri possunt in honorem cuiuslibet sancti. Nonnullę etiam venerationis,vt sunt eæ quę solius Dei esse dicuntur.Nam octauæ Natiuitatis,Paschæ & Pentecostes sunt venerationis Christi.Sunt item octauæ significationis,vt Innocentium.per quas nostra significatur resurrectio quo quidem fit,vt tunc lætitiæ siue laudis cantantur cantica. Nam tametsi quidem ad inferos descenderit,resurgent tamen nobiscum in gloria. Quanquã nihilominus & de quibusuis aliis sanctis octauæ significationis dici possunt.

possunt. Totum interim tempus, quòd est ad purificationem vsque, tractat infantiam Saluatoris,ita vt hinc aliorum sanctorum commemorationes fieri non debeant, & quidem maximè sanctæ Crucis iuxta illud vulgare dictum:Non coques hœdum in lacte matris.

De festo Hypodiaconorum. CAP. LXXII.

FEstum Hypodiaconorum, quod vocamus stultorum, à quibusdã perficitur in circuncisione,à quibusdam verò in Epiphania,vel in eius octauis.Fiunt autem quatuor tripudia post Natiuitatem Domini ecclesia,Leuitarum scilicet,sacerdotum, puerorum, id est,minorũ ætate & ordine,& hypodiaconorum,qui ordo incertus est. Vnde fit, vt ille quandoque annumeretur inter sacros ordines,quandoque nõ, quod expresse ex eo intelligitur,quod certum tempus non habeat,& officio celebretur confuso.

Vide Innocentiũ Papam in Leuitarum scilicet,sacerdotum, puerorum, id est,minorũ ætate & ordine,& hypodiaconorum,qui ordo incertus est. Vnde fit, vt ille quandoque annumeretur inter sacros ordines,quandoque nõ, quod expresse ex eo intelligitur,quod certum tempus non habeat,& officio celebretur confuso. III.cõst. 79.

De Epiphania. CAP. LXXIII.

POst hæc sequitur dies apparitionum,siue Epiphaniarum,quæ plures leguntur fuisse eodem die,annis tamen diuersis. Quarũ quidem vna effecta est per stellam decimotertio die à Natiuitate Christi. Atque hæc propriè dicitur Epiphania, à Græco verbo ἐπιφαίνομαι, quod est appareo. Altera vero facta est per vocem Patris,eodem die anno trigesimo, & appellatur θεοφανία, à θεὸς, quòd nobis est Deus. Tertia denique nominata est Bethphania, nomine conflato ab Hebræo & Græco,videlicet à Beth,quòd domus est, quę itẽ alio anno eodem die contigit. Apparuit enim in domo per transformationem aquæ in vinum. Atque hæ quidem tres Epiphaniæ leguntur in Euãgelio tanquam eodem die factæ. Quartam addidit Beda in Cõmentariis in Lucã,eodem die fuisse factam anno reuoluto, videlicet quæ fuit de refectione panum, diciturque phagiphania à φάγω, quod est comedo.His omnibus manifestatus est Christus esse Deus. Quatuor ergo festa sunt vno die. Si quæratur qua ratione tam cito reges venire potuerint, cum ipso die Natiuitatis primo eis stella visa sit, ita vt difficile fuerit ab exteris regionibus spatio dierum tredecim itinere terrestri venire Hierosolymam. Sed huic nos bifariam respondere possumus,quod nimirum vt plerique affirmant,eis ante Natiuitatem stella apparuerit,vel quod,vt alij putant, Dromedariis vecti fuerint.Est autem Dromedarius animal paulo minoris staturæ, quam Camelus, cum tamen cursu sit multo velocior. Potest enim vno die tantum itineris conficere,quantum equus diebus tribus. Si rursum roget quis, quoniã stella illa euanuerit,respondebimus iterum duobus modis quod vel ceciderit, vt quibusdam placet in puteum, vbi

etiamnum facilè sit conspicua iis tantum, qui sunt virgines, vel quòd vt alij opinantur, in priorem materiam sit dissoluta. Cæterum ipso festo Epiphaniæ ad primum nocturnum nō dicimus: Venite, idque duplici de causa: tum quia Reges ad adorandum Christum non inuitati venerunt, tum ne videamur Herodem imitari. Ipse enim omnes regni sui sapientes ad consilium conuocauit, non vt Christum adoraret, quemadmodum falsò dicebat, sed magis vt ipsum perderet. Ab eadem profecto ratione & hoc profectum est, quod triduo ante Paschā osculum pacis non damus, vt proditori Iudæ nos dissimiles esse ostendamus. In secundo autem nocturno ad sextum antiphonam canimus. Venite exultemus, quia in sexta mundi ætate Gentes ad Christi fidem peruenerunt, quarum primi fuerunt tres illi Reges, qui ad Christum adorandum è regnis suis profecti sunt. In tertio denique nocturno cantamus antiphonam Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, & Psalmum. Deus noster refrigerium, ordine Psalmorum retrogrado, quod amplius in toto anno non fit, nisi in festo omnium sanctorum. Sed quare tunc fiat dicetur alibi: Ideo tertio nocturno, quia tertio tempore, id est tempore gratiæ Fluminis (baptismatis scilicet) impetus, ciuitatem Dei, nempe sanctam militantem ecclesiam, lætificat, hanc mundando & ab omni labe purgando, vt ad septimam ætatem quiescentium fœliciter peruenire possit, vbi tum plenius ac cumulatius lætificabitur. Et quoniam quidem Dei ciuitas in ætate septima quiescentium quasi plenum recipiet statutum, cum ab omni pœnalitate eximetur & sui conditoris gratissimo fruetur aspectu, ideo istiusmodi Antiphona septimo loco cantatur. In tertio nocturno Allelu-Ia propterea frequentamus, vt in tertio tempore per baptismū lætitiam aduenisse monstremus. Ad hunc ergo modum incipi debēt matutinę Domine labia mea aperies. Deinde sequitur hymnus si sit monachalis ecclesia, si vero nō extemplo subiungitur: Afferte domino filij, &, Deus noster refugium. Ad postremum igitur, vt progrediamur ad cætera, facilè suspicandum est reges nō veniſſe solos, sed eos secum magnum aduexisse principum comitatum.

De Euangeliis apparitionis. CAP. LXXIIII.

Cōcilia-tio Luca & Matthæi circa genealogiam Christi.

SVnt autē tria Euangelia huius festiuitatis, vnum de baptismo, sicet, Factum est cùm baptizaretur, secundum de Magis, nēpe: Cū natus esset Iesus, tertium de nuptiis, atq; hoc quidem legitur dominica sequenti. Cæterum illud nos latere non debet, duo Euangelia de Christi generatione legi nocte, alterū videlicet in Natiuitate, alterū vero in Epiphania, quoniam vtraque Christi generatio erat nocte, hoc est, obscura & quæ primorum patrum sensibus percipi non poterat. Vna generatio fit descendēdo, altera ascendēdo, quod vna sit carnalis, altera spiritualis. In vna ponitur, Genuit, vt carnalis & temporalis

ralis generationis exprimatur successio: in altera ponitur, Qui fuit, vt donetur spiritalis generationis adoptio. prima terminata est in Virginis partu, secunda inchoata est per baptismum. Inter octauas Epiphaniæ & Septuagesimam, legūt quidam responsoria de psalmis, quæ sic dicuntur, quoniam lectionibus debent respondere & conuenire, cùm tamen psalmi non debeant legi nisi illo triduo ante paschā.

De festis sanctorum. CAP. LXXV.

NVnc ergo ad festa proximè sequentia breuiter trāscurramus. Ac de beata Agnete quidem, cuius vitam composuisse dicitur Ambrosius, hoc solùm scire sufficiat, quod octauas nō habet institutionis. Cætero quin octauas habet alterius significationis causa. Eius autem solemnitas celebrari cœpta est propter quoddam miraculum, quod octauo die suis contingit parētibus: ad eius tumulum lamētantibus. In festo Beati Pauli cantantur quidam versus cum antiphonis, quemadmodum etiam fit in festo beati Laurentij & beati Stephani. Paulus enim plus omnibus laborauit in concionando & prædicando. Laurentius grauius cæteris passus est, & Stephanus pro fide Christi primus martyr extitit. Idem etiam fieri oportet de beata Maria, quod priuilegiata sit in virginitate, quia Virgo virginum, & fuit & dicta est.

De dominica post octauas Epiphaniæ. CAP. LXXVI.

DOminica post octauas Epiphaniæ canitur: Omnis terra adoret te. Quare autem hoc fiat, rationem tradunt huiusmodi. Cū enim Augustus vniuerso orbi imperaret ad gloriam Romani imperij huiusmodi edictum proposuit & promulgauit, vt quóque anno è singulis mundi ciuitatibus Romam aliquis veniret tantum terræ secum adferens quantum complexu pugni comprehendere posset. Quod quidem ideo factum est, vt per hoc certò atque euidenter constaret omnes subiectos esse Romano imperio. Sed postea cum ex illa terra factus esset quasi monticulus quidam, in hoc à Romanis ad fidem conuersis, ecclesia in honorem Dei fundata est illa dominica. Ad cuius dedicationem Christiani ex diuersis regionibus conuenerunt. Quia ergo ex omni terra factus est monticulus ille in quo huiusmodi ecclesia sit collata, ideo in dedicationibus illius diei cantatur officium: Omnis terra adoret te, &c.

De septuagesima, sexagesima, quinquagesima, & quadragesima. CAP. LXXVII.

POstquam dictum sit de illo tempore, quod est inter natalem domini & Septuagesimam interiectum, ordo postulat, vt deinceps de ipsa Septuagesima & eius gratia de Sexagesima, Quinquagesima

& Quadrageſima dicamus, idque hoc potiſſimum ordine: primo quid ſignificent, ſecundo vbi incipiant & vbi finiantur, tertio de earum inſtitutione & quarto de officiis. Septuageſima igitur repreſentat tempus deuotionis ſiue pœnæ & culpæ. Vnde ſtatim ipſa prima dominica incipit legi hiſtoria libri Geneſeos, & legitur vſque ad dominicam quæ præcedit eam dominicam, quæ in Ramis palmarũ appellata eſt, vbi agitur de deuiatione & errore primorum parentum, deponimus hic etiam Alleluiá, in quo ſciendum eſt illud nonnullos facere ſabbato, eo quod præcedit ad horam ſextam, nonnullos ad nonam, nonnullos ad veſperas, nonnullos etiã nocte ad nocturnos, nonnullos denique ipſos die dominico ad primam, quæ quidem varietas nata eſt ex varia dierum inchoatione. Sunt enim quædam nationes, quæ diem auſpicantur à meridie, cumque finiunt meridie diei ſequentis. Alij vero ad nonam, & terminant in ſequentem nonam, alij rurſus à veſperis, & eum deducunt in alias veſperas, & rectius faciunt alij denique inchoant à media nocte, & ſequenti nocte media eundem finiunt, quod etiamnum obſeruatur, ſecundum decreta Romanorum. Si enim quis alteri pactum fecerit ad certum diem non videtur pactum fregiſſe ante mediam noctem ſequẽtem ſi ei tum ſatisfecerit. Sunt nõnullæ eccleſiæ, quæ cum magno tripudio deponunt Alleluia. Inchoatur autem Septuageſima à dominica qua cantatur: Circundederunt me, & finitur ſabbato in albis, quod eſt poſt Paſcha. Et vt nos ſimul de omnibus expediamus Sexageſima incipit ſequenti die dominica poſt Circundederunt me terminatur in quarta feria poſt paſcha Quinquageſima quoque inchoatur tertia dominica poſt Circundederunt me, & ipſo Paſchate finitur. Quadrageſima vero auſpicamur dominica qua canitur in eccleſia: Inuocauit me atque eandem finimus in cœna Domini. Septuageſima autem dicitur, quod ſepties decem habeat dies. Verum enimuero hæc Septuageſima dierum, quam præſens obſeruat eccleſia, indicat nobis ſeptuaginta illos annos, quibus Iſraël fuit in ſeruitute Babylonica. Nam quemadmodum illi depoſuerunt ſua organa, dicentes: Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Ita & nos quoque deponimus cantica laudis. At vero poſteà ſibi data à Cyro ſexageſimo anno, redeundi facultate, cœperunt lætari, quemadmodum & nos in ſabbato Paſchæ reſumimus & cantamus Alleluia, eorum innuendo lætitiam quam ipſi habuerunt ob redeundi licentiam ſibi præſtitam. Sed quemadmodum illi in apparatu reditus, ſuas colligendo ſarcinulas multum laborauerunt: ſic nos quoque poſt Alleluia huiuſmodi ſtatim tractum ſubiungimus: Laudate Dominum quo laborem ſignificamus. Illi rurſus quemadmodum cum lætitia redeuntes, itineris tamen labore vexabantur: ita nos per totam paſchalem ſeptimanam Graduale cum Alleluia cantamus. Per Graduale enim laborem exprimimus per Alleluia lætitiam præterea vt illi patriam ingredientes plenam

plenam acceperunt lætitiam: ſic nos ſabbato quo Septuageſima terminatur, Domino canimus Alleluia. Et profecto tam noſtra dierum Septuageſima, quam illorum Septuageſima annorum quaſi quædam hiſtoria eſt, qua totum humani generis exilium ab Adamo vſque ad finem mundi quodammodo figuratur, quod reuolutione ſeptẽ dierum peragitur, & ſub ſeptem annorum milibus concluditur, vt per ſeptuaginta dies vel ſeptuaginta annos intelligamus ſeptuaginta annorum centenas. Ab initio enim vſque ad Aſcenſionem ſeptem milia annorum computamus. Exinde verò quicquid temporis ſequitur vſque ad finem mundi ſub ſepteno millenaria comprehendimus, cuius terminum ſolus Deus nouit. Quemadmodum ergo filij Iſraël ſeptuageſimo anno per Cyrum à captiuitate Babylonica fuerint liberati: ſic nos per Chriſtum in ſeptima mundi ætate vel in ſeptimo milenario à ſeruitute diaboli ſumus redempti, reſtituta nobis innocentiæ ſtola per remiſſionem baptiſmi. Atque hinc eſt, quod in ſabbato paſchæ vnum Alleluia cantamus iam ſpe æternæ quietis, & recuperatione patriæ gratulantes. Iſraël laborabat in apparando reditum, & in redeundo, nos quoque in eccleſia præſenti pro ſatisfactione decem præceptorum legis laborare debemus. Sed cùm finito tempore noſtri exilij ventum erit ad patriam, tum vtraque ſtola decorabimur, cùm videlicet corpus & anima ſimul glorificabuntur, quod ſignificatur per duo Alleluia quæ ſub finem Septuageſimæ decantantur. Obiter ergo nota, quod Septuageſima incipit à mœrore, & finitur cum gaudio, ſicut pſalmi pœnitẽtiales, vt vocant. Septuageſima vero ſonat ſexies decem & ſignificat tempus viduitatis eccleſiæ, ac mœrorem eius propter abſententiam ſponſi. Licet enim Chriſtus ſit nobis præſens ſecundũ diuinitatem, iuxta illud: Vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi, tamen ſecundum quod eſt homo, in cœlo eſt, & ſedet ad dexterá patris, id eſt, patri eſt coæqualis. Vnde ipſe ait: Nondum enim aſcendi ad patrem meum, hoc eſt, nondum ſum ei coæqualis: vt os opinamini. Dantur hîc tamen ſponſæ in remedium & conſolationem ſex opera miſericordiæ: quæ ſunt, paſcere eſurientem, potum dare ſitienti, viſitare infirmum, veſtire nudum, hoſpitio pauperem excipere, & pe- *Tobiæ 1*
regrinum: quibus ſeptimum ex Tobia additur, nimirum mortuos ſepelire. Hæc ſunt data ſponſæ, vt in eis ſe exerceat, vtque par eorum, & decalogi obſeruationem, ſibi mereatur ſui ſponſi ianuam aperiri, & illius ſuauiſſimo amplexu frui. Sic Quinquageſima dicta eſt quaſi quinquies decem, ſignificatque tempus remiſſionis, quemadmodum in lege veteri annus quinquageſimus dicebatur annus remiſſionis. Vnde hoc tempore maximè cantatur Pſalmus quinquageſimus, ſcilicet, Miſerere mei Deus, qui eſt pœnitentiæ & remiſſionis. Hoc igitur tempore ieiunamus, vt peccatorum remiſſionem obtineamus. Poſtremo Quadrageſima commendatur potiſſimum à loco inſtitutionis vt dictum eſt, à tribus temporibus, & à perſonis, quæ in illis ieiunarunt.

Ab in

Ab institutione, quoniam in paradiso fuit instituta, quando Deus Adamo prohibuit ne comederet de fructu ligni scientiæ boni & mali. A temporibus vero & à personis, quoniam in tempore ante legem à Moyse fuit ieiunatum, in tempore legis ab Helia, in tempore gratiæ à Christo.

De institutione prædictorum. CAP. LXXVIII.

VIso quid prædicta significent, de eorũ institutionibus subsequenter agimus, & primo de Quadragesima. In primis ergo videndum est, quare vocetur Quadragesima, cum potius dici deberet decima, quod sit tertium decima. Verùm hoc ita factum est ex consuetudine Ethnicorum siue Gentilium. Quemadmodum enim Hebræi ex omnibus suis bonis decimam partem dabant. ita Gentiles quadragesimam, & tales reditus vocabant quadragesimam, vel decimam. Iuxta similitudinem igitur regij fisci vel relonei, aut Romanæ exactionis dierum decimam, quam Deo persoluimus, quadragesimam appellamus. Tametsi quidem non habeat nisi triginta & sex dies de decima, & incipiat quadragesima, vt dictum est, dominica cantantur: Inuocauit me. Sed quia Christus ieiunauit quadraginta diebus, & nos debemus esse illius imitatores, additi, sunt quatuor dies, vt similiter quadraginta dies ieiunemus. Atque etiam ideo quadraginta dies ieiunamus, vt diebus illis quadraginta à pascha vsque ad Ascensionem, quos in lætitia acturi sumus, non excedamus, quin Christum caput nostrum ad cœlos consequi valeamus. S militer sentiendum est de Quinquagesima. Cùm enim clerici considerabant se præcedere populum ordine, rati sunt æquum esse, vt & sanctitate præirent. Quare duos dies addiderunt, & à die dominica ante Inuocauit me, incipiũt ieiunare. Atque ita instituta est Quinquagesima. Vel ideo etiam quinquaginta dies in pœnitentiam ducimus, vt peractis quinquaginta diebus lætitiæ post Pascha, ipso die Pentecostes digni habeamur qui Spiritus sancti gratiam suscipiamus. Verum Septuagesimæ institutio huiusmodi sumpsit initium Melchiades Papa & sanctus Syluester statuerunt, vt bis quoque sabbato comederetur, ne propter abstinentiam & afflictionem carnis quam sustinuerant sexta feria, quæ omni tempore ieiunabatur, & adhuc debet ab omnibus ieiunari, natura debilitaretur. In redemptionem ergo sabbatorum illius temporis, addiderunt vnam septimanam & sic instituta est Sexagesima, quæ tantum protenditur vsque ad quartam feriam post Pascha. Sic quoque aliam habet originem Septuagesima. Nam quũ propter venerationem diei Ascensionis, in qua natura nostra cœlos ascendit exaltata vel vltra choros Angelorum, statutum est à sanctis Patribus, vt quinta feria semper celebris haberetur. Sed quum nos eadem die nostra melius procuramus, factum est vt illam diem secũdum antiquam consuetu-

consuetudinem solenniter non obseruemus. Pro illis ergo rursus vnam septimanam Sexagesimæ addiderunt, incipientes ieiunare à Circumdederunt me. Atque ita instituta est Septuagesima, quæ vt dictum est, vsque ad sabbatum post Pascha protenditur.

De officio istorum temporum. CAP. LXXIX.

HIs ita breuiter consideratis, videndum est de officiis istorum temporum generaliter. Sciendum igitur est, quod quædam hoc tempore omnino intermittuntur, quædam variantur, & quædam pro aliis mutantur. Intermittuntur tria cantica laudis, scilicet: Allelu-ia, Gloria in excelsis, & Te Deum laudamus, excepto tamen quod in cathedra beati Petri canimus, Te Deum laudamus, quum hymnus ille introni-sandorum proprius sit, & ideò eum cantamus. Quemadmodum in die cœnæ (quod etiam excipitur) Gloria in excelsis dicimus, & Ite missa est, atque in ipso sabbato paschæ, similiter, Gloria in excelsis Deo, sed non Ite missa est, nec Te Deum laudamus. Allelu-Ia à Septuagesima vsque ad Pascha non proferimus, sed voces quasdam loco eius vsurpamus. In principiis enim precum horariarum, laus tibi Domine rex æternæ gloriæ, & in antiphonis, ac responsoriis pro Allelu-Ia dicimus, In æternum. In missa loco Allelu-Ia cum suo versiculo, canimus tractum, vt nos dicimus. Quamquam verò vox hæc: Laus tibi domine, &c. videatur æquipollere voci huic Allelu-Ia, magnum tamen inter vtrámque statuitur discrimen, quod vox hæc Allelu-Ia angelica sit illa humana: atque hæc maiorem habeat authoritatem propter Hæbraici sermonis dignitatem, illa verò minorem, ob Latinæ linguæ inopiam, & paupertatem. Atque in his quidem generatim obseruandum illud est, quod duo hæc. Flectamus genua, &, Inclinate capita, sese mutuò comitentur, neutrumque dici debeat die dominica.

De variatione officiorum. CAP. LXXX.

VAriantur verò officia vt cum iste psalmus: Dominus regnauit, qui est psalmus lætitiæ, ac cani consuetus est primus in laudibus, hoc tempore non cantatur, sed loco eius: Miserere mei Deus, qui psalmus est pœnitentialis. Cantatur tamen diebus dominicis ad primam, vt per hoc significetur nihil debere in psalterio prætermitti, quin totum per septimanam saltem legatur, quod Antiqui vno die facere solebant. Ad primam quoque propter eandem causam canitur: Confitemini Domino, quo innuitur pueros debere instrui, vt in Ramis Palmarum sciant Domino laudes decantare, quoniam hic psalmus ad illum præcipuè diem pertinet, idque potissimũ ob hunc versiculum: O domine saluum me fac, &c. Hoc tempore splendidas & ornatas vestes debemus omnes deponere, atque assumere vestes humanitatis. Tempore quoque Quadragesimæ

dragesimæ carnes deponi debent & intermitti, tam solidæ quam liquidę. Sunt autem duo genera carnis liquidę. Alia enim est artificio liquida, vt eliquata per frixuram nempè sagina, alia verò naturaliter, vt sunt casei & oua. Ait enim Hieronymus contra Iouinianum: Ouum & caseus nihil aliud est, quàm caro liquida. Sed quæritur cur hoc tempore pisces comedere liceat, ac non itidem carnes? cur non in quouis ieiunio perinde pisces, atque carnes nobis omnibusque religiosis sint interdicti? Atque ratio quidem hæc esse poterit, quia Deus aquis non maledixit. Sciebat enim per aquas baptismatis ablutionem fore peccatorum, ita vt elementum hoc meritò sit præstantissimum, quod facilè est animaduertere quòd abluat sordes, ac Spiritus domini ante mundi constitutionem ferri solitus sit super aquas, quemadmodum nobis scriptura recenset. Sed terræ maledixit Deus in opere hominis: inde est, quod omne genus carnis, quod in terra versatur, tam quadrupedia, quàm aues in ieiuniis comedere nō liceat. Quamquam enim aues quædam versantur in aëre, quædam in aquis, quæ vel in his, vel extra eas nascantur, magis tamen dicuntur morari in terra, & ad naturam terræ pertinere. Vnde mehercle cùm quidam pisces sint, qui ex vna parte habeant formam piscis, & ex alia formam animalis quadrupedis, vt porcus piscis, canis piscis, lupus piscis, qua parte piscis videtur potest in ieiuniis comedi, qua verò non, haud quaquam.

De festis quæ sunt in principio septuagesimæ, & primo de Purificatione beatæ Mariæ. CAP. LXXXI.

NVnc dicendum est de duobus festis, quæ in principio Septuagesimæ quandoque contingunt celebrari de festo videlicet beatæ Mariæ & sancti Blasij. Festum autem beatæ Mariæ tribus nuncupatur nominibus. Dicitur enim vel purificatione beatæ Mariæ, vel candelaria ver ὑπαντὴ domini. Purificatione beatæ Mariæ appellatur, quoniam illo die, qui est quadragesimus à Natali domini, venit ad templum virgo Maria, secundum consuetudinem legis, vt purificaretur. Non quod immunda esset, sed propter partum more aliarum mulierum. Non enim erat obnoxia legi, quæ hoc pacto præcipit: Mulier si suscepto semine masculum pepererit ab ingressu templi immunda erit diebus triginta tribus, à consortio hominum septem. Beata autem virgo Maria non pepererat ex suscepto semine, iuxta illud: Non ex viri semine, &c. voluit tamen legis consuetudinem obseruare, quoniam non venit Christus legem soluere, sed adimplere. Quare autem candelaria vocetur aliam authoritatem non habet, sed potius fluxum est ab antiqua consuetudine Ethnicorum siue Gentilium. Erat enim antiquitus Romæ consuetudo, vt circa hoc tempus in principio Februarij vrbem lustrarent, eam ambiendo cum suis processionibus gestantes singuli candelas ardentes, & vocabatur illud Amburbale. Atque ita ab huiusmodi

huiusmodi consuetudine illud quod fiebat ab Ethnicis in vsus indiscretos circiter initium Februarij, à Christianis modo fit in festo beatæ Mariæ ad laudem & venerationem ipsius. Vel ideò candelas portamus, vt per hoc imitemur sanctas virgines, quarum beata virgo Maria caput est, vt nimirum accensa nobis lampade castitatis, cum ea templum gloriæ ad verum sponsum ingredi mereamur. Vel etiam appellata est candelaria, propter multitudinem candelarum & significationem, quæ in eis est. In candela enim est cera, ignis, & lignum. Cera connotat carnem Christi & virginitatem, ignis spiritum sanctum, lignum deitatem in carne latentem. ὑπαντὴ domini, ideò dicitur hoc festum, quod Simeō atque Anna prophetissa Christo venerint obuiam, cum à suis parentibus adferretur in templum vt præsentaretur: ὑπαντὴ enim obuiatio siue præsentatio dicta est.

De festo sancti Blasij. CAP. LXXXII.

ALterum huius temporis festum est Blasij. Fuit autem hic sanctissimus medicus, qui multo tempore in rupe quadam latitans hominibus ad se venientibus medebatur, atque eos sanabat. Simili ratione si quæ sua animalia ad eum ducebant ægrota, ea illicò curabat. Tandem cum factus esset Episcopus vrbis Sebastæ captus fuit & in carcerem inclusus, in quem pia quædam mulier cibum ei multo tempore cum candela attulit. Cum autem ille mortis suæ diem iam imminere præsciret, dixit huic mulieri, vt si quamdiu viueret, singulis annis ipso die obitus sui candelam in eius memoriam offerret, Deus ab infirmitatibus, eam tutaretur, atque in magna prosperitate conseruaret. Quod quidem ita factum est. Multi ergo similiter ita fecerunt si fortè infirmarentur, & valetudinem receperunt. Inde apud omnes passim in consuetudinem abiit, vt si fortè ex dentibus laborat vel ex aliqua alia sui parte, vel etiam si sua ægrotarent animalia, offerrent in eius honorem, candelas.

De Cathedra sancti Petri. CAP. LXXXIII.

HOc item tempore celebrari solet cathedra sancti Petri tam quæ Romæ fuit, quæque tempore posterior est, quàm illa, quæ fuit Antiochiæ. Verum illa quæ fuit Antiochiæ, solemnior profecto est alia, vt vel huius diei collecta quæ est de incathedratione Antiochiæ facta, abundè testatur, diciturque festum beati Petri epularum. Fuit enim consuetudo veterum Ethnicorum, vt singulis annis mense Februarij certo quopiam die epulas ad parentum suorum tumulos apponerent, quas nocte dæmones consumebant, quum inde non minus falsò quàm ridiculè animæ refici credebantur. Putabant enim huiusmodi epulas ab animabus circa tumulos errantibus absumi.

Hæc

Hæc autem consuetudo atque huiusmodi falsæ opinionis error à Christianis vix extirpari potuit. Quod quidem quum viri sancti animaduertissent, ac penitus illam consuetudinem extinguere voluissent, instituerunt festũ de cathedra sancti Petri, tam de illa, quæ fuit Romæ, quàm quæ Antiochiæ, idque illo eodem die quo abominanda illa ab Ethnicis fiebant, vt solenni hoc festo prauæ istius consuetudinis festum omnino extingueretur. Vnde etiam ab illis epulis festum hoc appellatum est beati Petri epularum. Atque hoc obiter intelligamus, Veteres dicere solitos fuisse, animas esse quando etiamnum in humanis corporibus essent constitutæ, manes appellari, si quãdo forent apud inferos: spiritus verò cum ad cœlos ascendissent, atque vmbras quando adhuc recens erat sepultura, siue quando circa tumulos errabant.

De festis generaliter quæ tempore fiunt septuagesimæ. CAP. LXXXIIII.

VT autem de omnibus magnis solennitatibus quæ infrà Septuagesimam celebrantur, siue ipso passionis tempore, siue ante, nos siquid expediamus (vt sunt tria illa festa prædicta, beatæ Agathæ, sancti Matthię, Annuntiationis Domini, sancti Gregorij, & si fortè contingat festum ipsius patroni ecclesiæ vel eius anniuersarium vel Pascha alicuius annotinum) dicimus generaliter quod cantica laudis scilicet Te Deum laudamus, Gloria in excelsis, & Ite missa est, & alia, quæ si aliis temporibus contingerent, cantarentur, in iis cani debent, præter Alleluia. Nam huiusmodi festa ad Paschale tempus generatim videntur pertinere. Si verò hic obiiciatur, quod in Annuntiatione domini Gloria in excelsis, quod canticum est proprium natalis domini, & Ite missa est, quod proprium est resurrectionis, & Te Deum laudamus, quod gaudium dragmæ inuentæ designat, cantari non debeant, quoniam hæc in Annuntiatione domini illa tempora non habeant, dicimus breuiter, quod etiamsi natalis domini, vel passio, vel dragmæ inuentio necdum reuera erant, tamen iam certò fore sperabantur. Nam hoc festum est quasi fons & initium festorum Christi. Vocatur autem Pascha annotinum, quando aliquis diem, quo baptisma suscepit, annuatim celebrat, atque eo tum ipsius diei Paschæ officium integrè cantari debet, præter Allelu-Ia, si accidat tempore Quadragesimæ. Sed certus interim si ecclesiam Lugdunensem & Mediolanensem vbi Ambrosius Archipræsulatum obtinuit: tempore passionis nullam celebrare solennitatem, verum duntaxat facere commemorationem.

De officio Quadragesimæ ac litera laicorum. CAP. LXXXV.

QVoniam de officio Quadragesimæ hucúsque generaliter tractatum est, tunc deinceps de eiusdem officio pro tempore agendum est.

est, A dominica igitur, quam dicimus, isti sunt dies vsque ad pascha, versiculus ille videlicet, Gloria patri, qui ad laudẽ pertinet Trinitatis, in officiis planè subticetur. Quoniam ab illa dominica incipit Passio Christi celebrari, in qua tota Trinitas à Iudæis: quasi dehonestata videtur. Quia etiam rationem fit, vt in cantico trium puerorum, scilicet Benedicite, versiculus ille nunquam cantetur. Quia tunc Deo magna facta est dehonestatio, quando tres pueri, qui ipsum maximè colebant, idola plurimum execrantes, coniecti sunt in caminum ignis. Maxime verò idem ille versiculus triduo illo ante Pascha subticetur, quod tũ demum Trinitas maximo affecta sit dedecore. Nam præter quàm quòd in primis de nece Christi hic agitur, nunc verberatur, nunc fœde conspuitur, alapis cæditur nunc etiam crucifigitur, vnde Isaias: Vidimus, inquit, eum, non habentem speciem neque decorem. Horarum quoque initia, & lectionum rituli tunc plane supprimuntur, nempe, Deus in adiutorium, & Lectio libri, &c. quia Christus caput nostrum à nobis sustollitur, iuxta præsentiam carnis. Ad lectiones nõ petuntur benedictiones, neque dantur, quoniam pastor Christus, qui gregi suo benedicat, iam non adest. Vel ideò benedictio non petitur, nec Tu autem Domine, dicitur quod Apostoli his diebus nec ad prædicandum missi sint, nec inde redierint. Vt ergo hoc significemus, nec Iube Domne dicimus, nec Tu autem. Illud quoque considerandum est, quod in Quadragesima duæ recitentur præfationes, vna ieiunij & altera passionis. Ea quę est ieiunij à primo ieiunio cantatur, vsque ad dominicũ in ramis Palmarum. Illa verò quæ est Passionis, ab eo die cani incipit vsq; ad Pascha. Sed absurde fortassè alicui factum videbitur, quod dominica die istiusmodi cantetur præfatio, quũ non sit dies Ieiunij. Verum dici potest, quod etiam si illo die non ieiunetur numerò, qualitate tamen, hoc est, cibo carnali ieiunatur, quemadmodum etiam diebus aliis. Sed quoniã ea quæ à nobis dicta sunt, ad clericos maxime pertinere videntur: nunc pauca dicẽda sunt de laicorum scriptura, quę in duobus potissimum consistit, nempe in picturis & ornamentis. Nam vt ait Greg. quod clerico litera, id laico est pictura picturarum: igitur aliæ sunt supra ecclesiam, vt gallus vel aquila, aliæ extrà ecclesiam vt in fronte forium, bos & leo: aliæ intra ecclesiam, vt sunt icones, statuæ, figuræ, & diuersa alia picturarum genera, quæ in vestibus, vel in parietibus vel etiam in vitris depinguntur. Verum de his omnibus posteà suo loco dicetur, hoc vno tamen modo obseruato, vt sciamus Saluatoris nostri imaginem tribus hisce modis aptiùs & conuenientiùs in ecclesia depingi, vt videlicet, in throno sedeat, aut in crucis patibulo pendeat, aut etiam in matris suæ gremio conquiescat. Ornamenta verò in tribus consistunt, in ornamento videlicet ecclesiæ chori, & altaris: & ornatus quidem ecclesiæ consistit in cortinis, aulæis pallis, sericis purpureis, & consimilibus. Ornatus verò chori, in dorsalibus vt vocant tapetis & sustratoriis. Ornatus denique altaris

versatur in velamentis,crucibus, textibus & philasterijs. Et etiam ornatus personarum quæ vel cantant in choro,vel altari inseruiunt. Sed de his & similibus dicimus,omnia illa quæ ad ornatum pertinẽt,tempore Quadragesimæ debere abscondi,vel remoueri,vel etiam contegi.Nec crux quoque illo tempore nisi cooperta in ecclesia portari debet. Duo tamen vela retinentur, quorum alterum ponitur per chori circuitum alterum suspenditur inter altare & chorũ,vt non appareant quæ sunt intra sancta sanctorum. Quo quidem significatur mentibus infidelium diuinarum scripturarum intelligentiam nõdum esse apertam. Hæc duo vela diebus dominicis complicantur, quod hi dies ad tempus Paschatis pertineant. Sic quoque ad primas tenebras quartæ videlicet feriæ ante Pascha vbi de morte Domini agitur, omninò renouentur,quoniam eo mortuo velũ templi scissum est:ita vt tunc quæ intra sancta sanctorum delituerãt, primo omnibus fuerint manifesta.

Quomodo sit pulsandum in Quadragesima.

CAP. LXXXVI.

NVnc quemadmodum in ecclesia pulsandum sit, paucis etiam exponamus.Quod vt meliùs pateat primò sciendum est sex esse instrumentorum genera,quibus pulsatur:tintinabulum,cymbalum,nola,nolula,campana, & signa. Tintinabulum pulsatur in triclinio & in refectorio,cymbalum in choro,nola in monasterio,nolula in horologio,campana in turribus, cuius diminutiuum Hieronymus ad Eustochium in cœnobium esse ait,Quousque campanula in claustro pulsabitur,signa autẽ pro quibusuis pulsandis instrumentis accipi possunt, vt quibus quippiam significetur. Generaliter ergo cognoscendum est, quod non debeamus in tota Quadragesima diebus profestis compulsare nec depulsare,(liceat enim hic vulgaribus & cõsuetis vti vocabulis)sed simpulsare,id est, simpliciter pulsare, ad horas vel matutinas. Atque in bene constitutis ecclesijs ad primam pulsatur duabus campanis vna ad inuocandum,altera ad inchoandum.In tertia autem pulsatur tribus iuxta horarum numerum,quæ sub illa cantantur, vna ad mutandum,altera ad congregandum,tertia ad inchoandum.Pari modo fit in sexta & nona, sed & eodem ordine eædem campanæ pulsantur simpliciter ad matutinas. Ad Missam verò & ad vesperas duabus pulsatur campanis. In minoribus autem ecclesijs solummodo pulsandum est simpliciter. Diebus vero dominicis & solennitatibus, prout in aliis temporibus compulsatur. Sed de his in sequentibus latiùs dicturi sumus.

Quare non ieiunemus eo tempore quo Christus ieiunauit.

CAP. LXXXVII.

SOlet autem quæri,quum in hac Quadragesima, Christi ieiunium imitemur,cur non eo tempore etiam ieiunamus, quo Christus dicitur ieiunasse?Tradit enim Scriptura, quòd ieiunare statim cœperit simul

simul atque esset baptizatus.Verùm quadruplex est ratio,quamobrem Paschæ ieiunium nostrum continuamus.Prima est,vt si volumus cum eo resurgere debeamus etiam nos pati cum eo, quòd pro nobis ipse passus sit.Secũda causa est, vt per hoc Israëliticos filios imitemur qui eo tempore primò ex Aegypto egressi sunt, & posteà eodem tempore exierunt è seruitute Babylonica.Quod inde profectè facilè probatur: quia tam illi, quàm hi statim celebrarunt Pascha, atque egressi sunt. Tertia est huiusmodi quòd quandoquidem feruor libidinis,tempore veris nos magis soleat incendere, tum temporis maximè ieiunamus, vt corporis æstus refrænemus.Quarta est,quoniam post ieiunium statim debemus Christi corpus accipere, vt mistice Paschalia capiamus sacramenta.Hoc est quemadmodum filij Israël priusquã comederent agnum sese affligebant, & agrestibus lactucis vescebantur: Ita debemus nosmet prius per pœnitentiam affligere, vt digni habeamur comedere agnum vitæ.Animaduerte, interim quod si in quadragesima concurrant duo officia,quos dies duplices vocamus, necessarium esse, vt canterur officium ad tertiam de curuatione festo,absque genu flexione,officium verò ieiunij ad nouam non sine curuatione genuum.

De diebus priuilegiatis.

CAP. LXXXVIII.

POst hæc vero tradendũ est,qui dies sint velut priuilegiati qui hoc potissimum tempore comprehenduntur. Sunt enim priuilegiati dies quatuor quartæ feriæ, quatuor sabbata, tres dies dominici, vna quinta feria,vnaque sexta feria atque vna integra septimana. Quartæ feriæ sunt hæ: Prima est qua nos incipimus ieiunare in Quadragesima, secunda septimana, sequenti, tertia in hebdomada post Lætare Hierusalem, quarta in vltima septimana. Quatuor vero sabbata hæc sunt,Sabbatum primæ septimanæ, quando celebrantur ordines, sabbatum quartæ, sabbatum quintæ & sabbatum in vigilia Paschæ. Sic dominicæ dies sunt hæc tres,Inuocauit me.Lætare Hierusalem.& dominica in Ramis Palmarũ. Sed quinta feria est in parasceue. Septimò denique priuilegiata est vltima septimana Quadragesimæ,quæ vel ob id maior dicitur,quòd maius & prolixius habeat officium. Vel appellatur quoque pœnosa,quia tum maximè corpora & vitia nostra punire debemus. De priuilegiis ergo istorũ dierum ordine prosequamur.

De prima quarta feria.

CAP. LXXXIX.

PRima quarta feria quatuor insignitur priuilegiis.Primũ est, quòd tunc incipiamus ieiunare,idque ideò facimus,quia Christus quarta feria,vt legitur,suum auspicatus est ieiunium, quod diligenter perscrutanti verum esse satis apertè constabit.Natus enim est die dominico ita vt si quis diligenter exinde computet annos vsque ad trigesi-

mum, iuxta rationes computi, facilè inueniet eum tertia feria fuisse baptizatum, ac sequenti die desertum intrans ieiunium inchoasse. Secundum priuilegium eiusdem diei est, quod confessiones illo die in ecclesia audiantur, & iudicia confitentibus imponantur. Tertium autem, quia tunc cineres in signum humilitatis capitibus imprimuntur. Quartum denique est, quod illa die eiusmodi fit processio, qualem per vniuersum annum ampliùs fieri non contingit. Pœnitentes enim tunc ab ecclesia cum processione & cruce eiiciuntur, vt ipso die cœnæ in eandem recipiantur. Nam tunc pœnitentes ab ecclesia ideò eiiciuntur & repelluntur, quo Adami & Euæ exulatus propter esum pomi repræsentetur.

De secunda, quarta feria & tertia.

CAP. XC.

QVarta feria sequens ob id priuilegiata est quod tum ij, qui sabbato sequenti ordinandi sint ex sacris Literis interrogentur atque examinentur, probenturque num idonei etiam satis sint, ad suscipiendos ordines. Inde profecto est, quòd duæ lectiones ad missam leguntur, vna voce naturali vel nocturnali hoc est, graui ac pressa, altera vero communi. Prior vetus testamentum significat, posterior nouum, vt per hoc declaretur eos, qui suscepturi sunt ordines, vtriusque Testamenti peritos esse habere. Atque illud quidem tanquàm generalem regulam habemus, quod quotiescunque quarta feria duæ lectiones ad missam leguntur, sequenti sabbato possint ordines celebrari. Cæterùm tertia quarta feria, in eo habet priuilegium, quod illo die in ecclesia instructio & examen fiat eorum, qui in sabbato ante Pascha sint baptizandi. Fit autem instructio illa in hunc modum: Qui baptizari volunt conueniunt ad portas ecclesiæ, fœminę à sinistris mares à dextris: atque à diacono, vel sacerdote interrogantur, an velint baptizari. aut idem perconctatur à susceptoribus. Exorcista tamen debet prius interrogare, num etiam abrenuntient Sathanæ, & omnibus eius pompis, ita vt puer, si sit adultus, respondeat se abrenuntiare, si non sit adultus, pro eo susceptor. Verum nullus in susceptorem admitti debet nisi orationem sciat dominicam, & minus symbolum calleat, quod tenetur suos docere filios. Nec vero Christianus censeri debet, nec ad testimonium aliquod admitti secundum decreta, qui horum ignarus est. Quare omnino necesse est, vt illud ex susceptoribus sacerdos inquirat. Alioqúe enim, si nesciant, recipi non debent, nisi fortè promittant, quod quàm fieri potest citissimè illa addiscent. Tunc demũ acolythus scribit eorum nomina, qui volunt baptizari: vnde etiam hic notarius est appellatus, quod baptizandorum scribat nomina. Postquam igitur à sacerdote satis in fide sint instructi, atque exorcistę super eos fecerint adiurationes, ab ostiario in ecclesiam introducuntur & in

2.q.7. nã potest. & 2. seq.

naui ecclesiæ constituuntur, masculi quidem à dextris, fœminæ vero à sinistris. Duo tamen intra sancta sanctorũ deducuntur, masculus videlicet & fœmina, quo significatur aliquos ex baptizandis fore saluos. Atque tum denique leguntur oratio dominica & minus symbolum Græcè & Latinè, propter earum linguarum dignitatem. Sunt enim cæteris digniores: Græca vtique propter sapientiam, Latina autem propter potentiam Romanorum. Posteà verò quatuor recitantur lectiones & quatuor Euangeliorum initia, tandemque inchoatur missa, cuius cantato offertorio archidiaconus vel diaconus pulpitũ ascendit & clamat alta voce: Si quis inquiens, est hic cathecumenus, exeat foras. Isti enim connotant, vt supra expositum est, illos de quibus dictum est: Iesus autem non credebat se illis. Ipse enim sciebat quicquid esset in homine. Atque ita tũ omnes catechumeni exeunt foras quod septies eodem modo de illis agitur antequã baptizẽtur.

De quarta feria. CAP. XCI.

ILla autem quarta feria, quæ est post dominicam Lætare Hierusalem, in eo est priuilegiata, quòd tunc duæ legantur lectiones, quoniam sabbato sequenti celebrantur ordines. Sic quarta feria vltimæ septimanæ, nimirum ea, quæ est ante cœnam, priuilegium obtinet, quia duæ item lectiones tunc leguntur; idque ob eam causam, quod illo die Christus triginta denariis fuerat diuenditus. quemadmodum Ioseph triginta argenteis. Non enim seruus maior Domino est, nec discipulus suo magistro. Ab hac ergo quarta feria sumptum est, quod omni quarta feria ieiunare & abstinere à carnalibus semper debeamus. Ex quo quidem fit, vt post sextam, feriam, hic dies pœnitentibus in abstinentiam semper iniungatur.

De sabbati priuilegiatis. CAP. XCII.

SAbbatum primæ septimanæ & quartæ ideo gaudent priuilegio, quod in iis celebrentur ordines. Verum hic scias in omnibus festis Apostolorum dominicis diebus fieri posse ordinis, videlicet minores: maiores vero non vtique, nisi in sex tantummodo sabbati. Et quidem in illorum primo plures leguntur lectiones, inter quas vna est, quæ quandiu canitur nullus sedere debet. Hæc nimirum est hymnus ille triũ puerorum, qui pro fide Trinitatis ab eis iam in fornace constitutis cantabatur. Ad hunc ergo hymnum genua flectere non decet, quod isti sua flectere noluerunt coram Nabucho donosoris statua, sicut multi fecerant principes alij. Similiter in Parasceue genua non flectimus ad orationẽ quæ fit pro Iudæis, ob derisionem eorum, qui dum Christum deridebant, inquiebãt: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit. In sabbato ante Lætare Hierusalem recitatur epistola Susannç. Nam tum fit statio Romæ in monasterio beatæ Susan-

næ virginis. Atque ita etiam ob similitudinem quandam Euangelium est de muliere deprehensa in adulterio, quam Dominus liberauit. Ecce quomodo concordant Euangelium & Epistola, vt conueniũt & multa alia. Sabbatum vero, quod est ante Ramos Palmarum, hinc suum accipit priuilegium, quod eo tempore dominus Papa eleemosynas largitur, hoc est, suum faciat mandatum, quod deberet facere ipso die cœnæ: Sed quia tunc non posset propter prolixum eius diei officium, ideo illud hoc sabbato commodè facit. Aut certè hinc maximè priuilegium habere videtur, quoniam eo die dominus in domo Simonis leprosi pransus est Martha ministrante, & quo Maria pedes eius lachymis suis lauit, ac propriis tersit capillis vnguentumque in caput eius fudit. Meminerimus tamen ex omnibus mandatis dei, hoc solùm antonomasicè dici mandatum: quod Christus maiori exhibitione illud obseruari atque obsequi præceperit, cum suis discipulis pedes lauaret inquiens: Si ego laui vobis pedes dominus &, magister, & vos deberis alter alterius lauare pedes. Et cum quadam interminatione, qua Petro interminatur: Si non inquit, lauo tibi pedes nõ habebis partem mecum. Quare propter huiusmodi præceptum vacat sabbatum illud ab officio. Hinc nata est illa authoritas, quod si quis fuerit adeo negotiis intricatus atque oppressus, vt difficulter possit vacare orationi & eleemosynæ simul, saltem mutet cum oratione eleemosynam, & contra. Sabbatum denique ante Pascha inde priuilegiatum est quod tum celebrentur ordines, catechumeni baptizentur, & candela illa cærea Paschalis consecretur. Verum eadem missa communis esse oportet diei & ordinibus: pluresque tum recitantur lectiones.

De dominicis diebus priuilegiatis.

CAP. XCIII.

SEquitur de diebus dominicis: & quidem prima dominica Quadragesimæ in hoc est priuilegiata, quoniam inde inchoatur ipsa Quadragesima, quæ præsentat tempus illud, quod morati sint atque hæserint in deserto filij Israël. Sicut enim illi isthic morati sunt per quadraginta duas mansiones manna cibati: ita nos quoque ab hac dominica vsque ad Pascha per quadraginta duos dies à deliciis corporeis abstinentes verbo vitæ reficimur, & orationi vacamus vt per Christum in terram viuentium introducamur, quemadmodum illi introducti per Iesum Naue filium: siue per Iosue in terram promissionis. Tria notãda sunt in populo Israëlitico, scilicet: Peregrinatio, quę fuit in Ægypto. quando Iacob & filij eius profecti sunt in Ægyptũ. Captiuitas quæ in Babylone contingit, atque horum dierum nos meminimus. Tertium fuit dispersio, & adhuc est per vniuersum orbem cuius quidem nos mentionem non facimus, quia ab illa nunquam reuocabuntur, quę facta fuit Tito & Vespasiano. Vnde dictũ est: Tradam eos

eos in manu, de qua non poterunt surgere. Dominica vero Lætare Hierusalem, quæ septima est à prima dominica Septuagesimæ, ob id priuilegio insignita est, quod libertatem nobis exprimat redeundi, quæ fuit cõcessa filiis Israël in Babylonia anno sexagesimo, quanquam plenè obtinuerunt anno septuagesimo. Ex quo sanè totus eius diei officium de lætitia est, vt partim illorum exprimamus lætitiam partim etiam nostram, quam finitis septem ætatibus, à mundi exilio liberati habebimus, cum cœleste paradisum, quæ vere patria nostra est, intrabimus.

De dominica in ramis palmarum.

CAP. XCIIII.

DOminica in ramis Palmarum ob triplicem rationem meruit priuilegium. Primò quod eodem die filij Israël terram promissionis ingressi sunt, & siccis pedibus Iordanem transierint. Sic enim contingit, quòd eo anno tot fuerunt dies vsque ad Pascha, quot sunt ab hac die dominica. Secundo autem ideo, quoniam hoc die veniens Iesus à Bethania in Hierosolymam maximo honore exceptus sit, quo etiam die vendentes è templo potentissimè eiecit, quod eius diei priuilegiũ tertia est ratio. Hic dies tribus nuncupatur nominibus. Dicitur enim dominica in ramis Palmarum, quòd illo die rami Palmarum in processionibus deportẽtur in significationem illorum, quos filij Israël straruerunt in via Christo iam veniente. Vel quos etiam desertimus in figurã ramorũ, & florum virtutũ, quos portare debemus, si quando ad Christum ibimus. Cùm autem palmas non habemus, laurum vel buxum, quod perpetuo suo virore virtutes connotent deportamus. vel flores etiam, qui simili ratione virtutem significant. Hoc ergo die, magnam & insignem exhibemus processionem, ad designandum, quòd Dominus veniet ad nos, & ducet nos ad æterna tabernacula. Post processionem oportet veniamus ante crucifixum, ac dicamus, benedictus: nec ideo alia processio cessare debet. sed fieri ante tertiam. Obiter itaque hic considera vxorem Loth in salis effigiẽ fuisse mutatam & transformatam, quòd retro respexisset, vt scilicet nos condiret atque instrueret, ne retro eamus. Nam, quemadmodum ait Scriptura, nullus, qui ad aratrum manum adiecerit, retrò debet respectare.

De quinta feria. CAP. XCV.

FEria quinta, quæ cœna Domini appellata est, quatuor insignitur priuilegiis, quorum primum est pœnitentium iam in ecclesiam redeuntiũ. Tunc enim ecclesia ad se recipit pœnitentes, quos ante, primo die ieiuniorũ eiecerat. Recipiuntur autem pœnitẽtes in ecclesiam & separantur à malis non pœnitentibus, quinta potissimum feria, quod Deus volucres fecerit quinta feria ex aquis. Qua ratione

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam sit, vt quòd quasdam in aquam remiserit, significemus malos in carnalibus rebus sese oblectantes, & quòd quasdam in aëra sustulerit intelligamus bonos atque eos, quos delectant cœlestia. Secundũ priuilegium est quia nouum Testamentum incepit, & vetus fuit terminatum. Tertium autem priuilegium huius diei est olei consecratio. Verumenim verò tres sunt potissimùm in ecclesia Dei sacræ vnctionis species, chrisma, oleum infirmorum, & oleum quo vngantur baptizati. Chrisma conficitur ex balsamo mundissimo, atq; oleo purissimo. Namque oleum claritate alios liquores facilè superat, & blasmum odore. Quòd autem oleum alio liquore sit clarius, hoc pacto ostendi potest: Nauta quandoque mittit anchoram in mare, & si fortè illa lapidi affigatur, ita vt extrahi non possit, tunc nauta illuc descẽdit, habens os suum plenum oleo in eum vsum, vt si forrassis non possit lapidem illum videre, cui anchora adhæret, ob tumulentam & tenebrosam aquam, effundat oleum. Quo facto tanta ibi hinc nascitur claritas, redditurque aqua perlucida propter oleum effusum, vt lapidẽ nauta facilè videre queat. Chrisma initium traxit à veteri Testamento, quando Dominus præcepit Moysi vt conficeret chrisma, quo vngeret tabernaculum in dedicatione, & arcatu testamenti. Atque Aaron & sacerdotes illo similiter vngebantur, & Reges. Moyses tamẽ non legitur vnctus fuisse, nisi vnctione spirituali, quemadmodum & Christus. Voluit nihilominus Christus materiali nos inungi vnctione, vt per illam materialem consequamur spiritualem. Inungitur enim quilibet chrismate bis in vertice à communi sacerdote, & in fronte ab Episcopo. Cæterùm ideo bis quia post resurrectionem duobus vicibus datus fuit Spiritus sanctus tum etiam quando Christus insufflauit Discipulis, inquiens: Accipite Spiritum sanctum, tum etiam quãdo missus est eis idem è cœlo in igneis videlicet linguis. Cùm igitur aliquis istiusmodi oleo sancto inũgitur, necesse est vt illud fiat in scapulis, & in pectore potissimùm. Ac in scapulis quidem ideo, ne laborem suũ frustra expendat in vana, sed sit robustus ad legis onus fideliter portandum. In pectore verò, vt suscipiat intelligentiam mandatorum Dei. Proinde oleo, quod vocatur infirmorũ, inunguntur ægri atque infirmi. De qua sane vnctione ait beatus Iacobus in sua epistola: Si quis infirmatur adducat sacerdotes & orent super eum, & inungant eum oleo sancto, & alleuiabitur eius infirmitas, si nimiũ ei expediat & vtile sit, & remittentur ei peccata, videlicet venialia, vel si non fuerit in mortali peccato. Potest tamẽ fieri huiusmodi iniunctio per vnum sacerdotem: sed hoc fieri nõ debet, si plures possint adesse. Quartum demum huius diei priuilegium est mandatum. Est autem differentia inter hoc mandatum & illud, quod fit sabbato præcedẽti. Illud enim fit à prælatis & ecclesiæ magnatibus, repræsentatq; illud, quod fecit Christus: hoc verò quilibet sacerdos facere debet, idq; hoc modo: Primo oportet vt reficiant pauperes, ac postea parum comedant,

dant, nec vltrà tamen quam consuetum est. Deinde debent surgere à mensa, ac pauperum pedes lauare. Quo facto possunt sese ad mensam recipere, atque iterum comedere, quod ieiunium non frangit, sed interrumpit. Non enim debet quispiam eo die bis comedere, ne ieiuniũ frangatur, tam respectu vnius horæ, quam totius septimanæ, quamuis tamen & in multis locis ita fiat. Est autem iste dies omni alia solennitate solennior, exceptis tamen solennitatibus Trinitatis, vsque adeò, vt qui possint solennes vestes induere, debeant non secus atque in aliis solennitatibus. Quocirca etiam hoc die omnia lætitiæ cantica canuntur, quemadmodum in cæteris solennitatibus, præter Allelu-Ia. Nec dicitur verò: Dona nobis pacem ob eã rem, quod nocte sequenti osculo Iudas Christum tradiderit. Atque hic animaduerte tempus recreationis incepisse ab illa hora, qua Adamus è Paradiso eiectus fuit, & adhuc est duratque vsque ad vniuscuiusque obitũ. Quo quidem patet maius esse recreare, quam creare, ita vt hinc etiam dictum sit grauius esse ac maius est impio facere pium quam creare cœlum, & terram, ac maius fuisse Paulum suscitare in mente, quam Lazarum in corpore. Itemque & hoc animaduertas, Natale Domini festum esse Patris, quum per eum Pater innotuit mundo. Quamquam vero, quod festum patris est, festum etiam sit filij, & spiritus sancti. In hoc enim, quod dicitur Verbum intelligitur Pater Verbi. Aut etiam hac alia ratione, quod Filius Patrem omnibus manifestauerit. Pascha autem est festum Filij, quia tunc à mortuis resurrexit, & verus Deus apparuit. Pentecoste vero festum est Spiritus sancti. Istarum tamen solennitatũ quælibet, festum dicitur totius Trinitatis Indiuisa enim sunt opera Trinitatis, sed ita tamen, vt quædam magis videantur propria esse vni quàm alteri.

De sexta feria priuilegiata.
CAP. XCVI.

SExta deinceps feria quę & Parasceue appellata est, in eo gaudet priuilegio quod hoc die Christus passus sit. Quare etiam ab hac sexta fetia omnes aliæ sextæ feriæ suum habent priuilegium, sicut à sequenti dominica omnes aliæ dominicæ. Parasceue autem interpretatur præparatio, quod tum Iudæi cibos suos soliti sint præparare, quibus vescebantur sabbato cum eis sabbato quicquam præparare inter dictum sit. Porrò autẽ ipso die Parasceues vno duntaxat ferculo vescimur, quoniam Christus illo die vnum sibi solummodo comparauit, videlicet latronem. Vnde ipse dixit: Singulariter sum ego donec transeam. At quęritur, cur istum diẽ celebremus in mœrore, tristitia atque abstinentia, quum soleamus sanctorum passiones in gaudio celebrare. Verum hoc ideo fieri respõdemus, quod sancti statim, simulátque perpessi sint martyrium ad cœlos ascenderint, Christus vero descenderit ad inferos. Sed quum iam tartara fregit, & sanctorum animas

Universidad de Deusto
Biblioteca

inde reduxit, diéque tertio resurrexit, ideò tum maximè lætamur. Hinc etiam est, quod sanctorum patrum passiones, qui ad inferos descenderunt, non celebramus. Solet hic etiam à nonnullis quæri, quum asinæ incidens Christus honorificè susceptus sit, & in cruce videatur dehonestatus, cur potius adoremus crucem quàm asinam. Verùm facilè illud discuti potest, quum honor iste, quem in asina accepit, terrenus fuerit, nec curandum sit de terrenis, ita vt nec hinc quicquam de asina curandum sit. Per crucem verò ruptus fuit ac destructus murus peccatorum, qui erat inter nos & Dominum interiectus, Christus enim satisfecit pro nobis. Vnde certè nullus recenter baptizatus, etiã adultus, si vel maxima commiserit peccata, vllo eorum tenebitur, neque secundum pœnam, neque secundum culpã, tenetur tamen habere contritionẽ. Quemadmodum ergo gladius Dauidis, quo Goliam obtrũcauit, multo tempore seruatus fuerit, & in honore habitus, ita etiã crux Domini, quæ per illum gladium quodammodo figuratur. Tandem quoque consideremus huius diei officium carere capite, quod Christus caput nostrum, tum è nobis sublatus fuerit. Caret enim inuitatorio, vt non imitemur peruersam illam inuitationem, quam fecerunt Iudæi quando consilium inierunt, quomodo Iesum caperent in sermone, eumque morti traderent. Inde etiam est quod non damus osculum pacis alicui propter osculum Iudæ, nec aliquem salutamus quia cum quadam salutatione Iudas Crhistum tradidit, inquiẽs. Aue Rabi. Verum ideo signa dedit illis Iudas qui Christum ceperunt, ne frater Domini dictus sit. Nota ergo Iudam dixisse: Tenete eum quasi dixerit: Fortiter eum ligate, & tenete, quia alioqui poterit manus vestras facilè euadere. Credebat enim eum esse fortẽ propter illud quod ipse viderat cum vendentes & ementes è templo eiecisset. Præterea viderat, quemadmodum illorum manus euasisset, qui ipsum volebant apprehendere. vnde dicitur, Et transiens per medium illorum ibat. Causa autem quamobrem Iudas vendidit Christum & tradidit fuit huiusmodi. Odium recens susceperat in Iesum propter vnguentum quòd Magdalene in caput eius fuderat. Ipse enim erat Domino à loculis quos portabat. Quum autẽ moris esset apud veteres, vt qui huiusmodi fungeretur officio, pro mercede sua decimam partem haberet eorum, quæ in Dominorum loculos ponebantur, æstimauit Iudas vnguentum quod Beata Maria Magdalena fuderat, trecentos valere denarios. Vnde est, quod ipse dixerit, Vt quid perditio hæc? potuit enim istud, &c. Cœpit ergo secum cogitare, quo pacto in Christo recuperaret quod amiserat in vnguento, ita vt, quum trecẽtorum denariorum decima sint triginta denarij, ea summa ipsum vendiderit, ac tradiderit. Non deberet quoque officium mortuorum habere inuitatorium, nisi corpore præsente, nec in missa dici, Dona nobis pacem, neque per vniuersum officium, Gloria patri, quia sequitur & imitatur exequias

exequias sui Saluatoris. Sex itaque huius diei sunt priuilegia. Christi immolatio, inferni expoliatio, mortis conculcatio humani generis redemptio, Paradisi apertio, & Scripturarũ manifestatio. Vbi animaduertendum est, quod Christus sua passione non tantum illos redemit qui tum erant in lymbo inferni, qui locus dicebatur sinus Abrahæ, verùm etiam omnes homines futuros, qui sancta morte vitam erant finituri. Nec sanè omnes homines, qui in inferno erant extraxit. Vnde Osee, propheta. O mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne. Scripturarum hodie facta est manifestatio, quia Scripturæ veteris Testamenti, quæ prius erant obscuræ, hodie sunt declaratæ. Vnde Dominus: Consummatum est, inquit. quasi dicat. Omnia quæ de me hucusque scripta sunt, modo sunt impleta, quod scandalum est Iudæis, stultitia Gentibus Crux igitur Domini multis modis in veteri Testamento fuit præfigurata. Dictum est enim angelo percutienti Ægyptum. Quacumque domum intraueris, in ea occide omnes primogenitos, tam paruulos quam senes, tam viros, quam mulieres. Sed sicubi scriptum fuerit. Tau non intrabis. Tau verò signum est crucis, ita vt omnes damnantur, nisi per signum crucis saluantur. Sic Moyses in deserto serpentem æneum erexit & omnes qui eum intuebantur statim à morsu serpentum sanabantur. Serpens æneus similitudinem habet serpentis nec est verus serpens. Similiter Christus habuit similitudinem carnis peccatricis, sed non vere peccatricis, vtpote qui numquam peccauerit. Dictum est item Danieli ab angelo, Duæ erunt septimanæ, & post septuaginta septem occidetur Christus dux noster. Ita aperte Moyses: Die, inquit, ac nocte erit vita nostra pendens & videbitis & non cognoscetis. Verum profecto est quod nocte pependerit, quia tenebræ factæ: sunt à sexta hora, &c. Quod autem die, certum est. Item Hieremias ait. Ponens filiam pharetræ in renibus meis. Filiam inquam, pharetræ, id est, lanceam. Iteṅque Congregabo omnes Gentes, & erit signum eis, Tau. T. quod crux est Domini. Sic rursus, Ezechias conuertit faciem suam ad parietem. Et Dauid: Scribantur hęc in generatione altera, & populus qui creabitur laudabit Dominum: hoc est, nouus populus, nimirum Gentilis. Atque in alio loco alius: Plantaui, ait, vineam meam electam, & versa est in amaritudinem. Et quare quæso? Quia dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Quemadmodum etiam alibi inquit Dauid: Partiti sunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Quam quam hoc de tunica Domini, incõsutili dictum videri potest. Sed eodem in loco idem expressius: Dinumerauerunt omnia ossa mea. Quonam vsque adeo eum in cruce extenderunt, vt omnia eius ossa facilè dinumerari potuissent. Sic postremo & Isaias ait: Et erit principatus eius super humerũ eius. Nam Christus portauit crucẽ, in qua triumphauit, ita vt vulgo dici consuetum sit: Cyrenæum quidem crucem portasse, sed non sicut homo & Deus.

Num.22
Deut.28
4.Reg. 20
Psal. 68
Hier.2
Psal.68
Psal. 21
Ibidem
Psal.9

Cur non

Cur non conficiatur corpus Christi in Paraſceue & de ordine eius officij. CAP. XCVII.

COrpus Christi non conficitur hoc die quatuor de cauſis. Prima eſt quia Chriſtus hoc die pro nobis reuera immolatus eſt, & veritate veniente, debet ceſſare figura, ac ei dare locum. Secunda, quòd iſtiuſmodi die re ipſa eccleſiæ ſponſus ſublatus ſit. Deſcendit enim ad inferos. Tertia eſt quoniam tum temporis velum templi diſruptũ eſt, & cornua altaris ſunt tranſuerſa, ita vt nobis non eſſet vbi corpus Chriſti conficeretur. Quarta, quia Moyſes dixit in Exodo: Aljus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Alius, id eſt, Chriſtus. Sequitur vt de ordine officij huius diei diſpiciamus. Nam primo leguntur duæ lectiones, ex veteri teſtamento, vna ex rege, altera ex Prophetis, ſcilicet ex Oſee, idque ſine titulis. Deinde verò tractus, quem vocant, canitur vnus quatuor verſuum, alius plurium, poſt quem legitur paſſio etiam ſine tit. Qua quadam abſoluta fiunt orationes pro omni gradu eccleſiæ, hoc eſt, pro Gẽtilibus ſiue Ethnicis, pro Iudæis, pro hæreticis, & pro ſchiſmaticis. Atque ita deinceps crux extrahitur, ac cum ea ter in genua procedimus cantando ter Græce ἅγιος & Latine Sanctus Deus, &c. cum tribus verſibus. Poſtea vero Dominicum corpus quod reſeruatum fuit ipſo die cœnæ altari imponitur, & cantata dominica oratione cum præfatione præpoſita, ſcilicet: Oremus præceptis ſalutaribus moniti, &c. communicatur, ac deinde vero pſalmi veſperorum cantantur cum oratione: Reſpice Domine. Atque ita tandem officium terminatur.

Quare ita huius diei officium ſit inſtitutum. CAP. XCVIII.

HIs itaque hiſtorice proſecutis, quid ſignificent deinceps videamus. Quod enim duę lectiones legantur, declarat Chriſtum paſſum fuiſſe pro duobus potiſſimũ populis, Hæbræo nimirum, & Gentili. Sed earum vna ex lege ſumpta eſt, videlicet ex Leuitico, altera ex Prophetis, nempe Oſee, quia Chriſti paſſio & à lege fuit ante præfigutata, & à Prophetis prædicta, & à Patriarchis ſub velamine quodam nobis reuelata. Abraham enim carnẽ Chriſti tectini immolauit, cum arietẽ ſacrificaret. Sic Abel quoque quum agnum in hoſtiã offeret. Quæ ita fuerunt Chriſti figura tanquam velamine tecta, vt intelligi non potuiſſent, niſi explicarentur. Aſſimilatus eſt præterea in Prophetis, vnde Dominus: Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: ita erit filius hominis in corde terræ. Recitantur autem lectiones cum paſſione ſine titulo, quod caput noſtrum videlicet Chriſtus nobis auferatur. Per tractum quatuor verſuum intelligimus hominem Chriſti paſſione fuiſſe redemptum, qui ex quatuor conflatus eſt elementis. Hinc eſt, quod Chriſtus non in cœlo, neque

neque in terra ſit crucifixus, ſed in medio, hoc eſt, in aëre. Fecit enim pacem inter cœleſtia & terrena, atque etiam inter ipſa terreſtria pacem conciliauit poſteaquam erant ſimultates & inimicitiæ inter vnum hominem atque alterum, ſed maiores tamen erant inter angelum & hominem. Ipſe verò Chriſtus in omnibus per crucem pacem compoſuit, quòd quæ inter ſe diſiuncta ac diſcreta erant coniunxerit, & ex duobus vnum fecerit: Eſt enim lapis angularis. Aut etiam quatuor illi verſus tractus ſignificant quatuor partes crucis, quæ ſimilis eſt vltimæ literæ alphabeti Hebræorum, videlicet Tau, quæ ſonat, ſi interpretetur, ſignum. Omnia volumina veteris legis ſignificarunt crucem Domini. Hoc ergo die quatuor in vno tractu verſus dici debent, ad declarandas, quatuor partes crucis, & ſicut quinque dicuntur in quarta feria, quòd quinquies Chriſtus ſanguinem ſuum effuderit. Primo in circunciſione, ſecundo in oratione, tertio in flagellatione, quarto in crucifixione, quinto cum eſſet lanceatus. Tractus qui prolixior eſt, repræſentat magnum illud bellum Dauidis contra Goliam. Nam & Chriſtus noſter Dauid hodie magnum Goliam, id eſt, diabolum, debellauit. Quædam eccleſiæ tractum canunt, videlicet. Qui habitat, &c. quia Chriſtus à diabolo primum latenter fuit tentatus velut à dracone quopiam latitante ſub petra, ſed poſteà in paſſione tanquàm à forti leone acriter fuit vexatus, quod per hunc verſum facilè exprimitur: Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Paſſio legitur ideo quia tum Chriſtus re ipſa patiebatur. Cum autem ventum eſt ad illum locum: Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem, tunc duo hypodiaconi duo mantilia vel duos alios pannos altari impoſitos, auferunt, quod quatuor illi milites qui Chriſtum crucifigebant ex duabus eius veſtibus ſibi indumenta confecerunt, hiſtoriam ipſam repræſentantes. Aut certè remotio pannorum fugam ſignificat Apoſtolorum qui erant quaſi veſtes Chriſti. Petrus enim ad vocem vnius ancillæ ipſum negauit, & Ioannes nudus aufugit tertia veſtis, quæ in altari relinquitur, deſignat veſtem Domini inconſutilem non fuiſſe ſciſſam, vel partiram, ſed ſortitione vni contigiſſe: vnitas enim eccleſiæ non poteſt, nec vnquam potuit ab hæreticis & ſchiſmaticis ſcindi, cum nulla ſit ſapientia aduerſus Dominum. Chriſtus cùm in cruce pateretur, & maxima animi anguſtia affligeretur, prolixè orauit decantans decem pſalmos, ſcilicet: Deus Deus meus reſpice in me: vſque ad: In te Domine ſperaui, donec peruenisſet ad iſtum verſum. In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum, quo emiſit ſpiritum. Quare & nos quoque poſtquam paſſionem recitauimus quæ Chriſti anxietatem & dolorem exprimit, oramus quantumuis ſanè mos iſte orandi infrequens & inſolitus ſit. Vſu enim iam pridem receptum eſt, vt diebus aliis ante Euangelium dicantur orationes. Verùm hoc die contra ſit ordine permutato, quod & in initio à nobis dictum eſt, quo quædam officia in Quadrageſima tranſmutari oſtenſum

ostensum est. Orauit autem Christus pro tribus, pro se, inquiens: Pater clarifica filium tuum: pro suis, aiens: Pater pro eis, quos dedisti mihi rogo, & pro illis etiam qui credituri erant in eum, dicens: Pater non tantùm pro eis rogo, sed pro omnibus illis, qui credituri sunt in me. Ex quo sequi videtur, quod non debeamus orare pro illis, quos scimus non esse saluandos, veluti pro eis, qui in inferno remanserunt, & pro Iuda, qui desperauit. Sed & nos similiter oramus, partim pro nobis, partim pro omni gradu ecclesiæ, scilicet pro neophytis, Gentibus, Iudæis, hæreticis, & schismaticis, vt eis Deus gratiam suam infundat, & ad fidem catholicam conuertat, flectentes quidem genua pro aliis verum non pro Iudæis, quoniam illi illudentes Christo genua flexerunt. Obiter ergo hîc animaduerte id, quod legitur ante genuflexionem non esse orationem, sed adhortationem, quemadmodum est (oremus) & quasi quandam ostensionem pro quibus simus oraturi. Quod vero posteà dicitur, oratio est. Item rursus animaduerte tres fuisse illusiones, quas Iudæi genibus flexis Christo exhibuerunt. Et quidem prima fuit, velata eius facie in atrio pontificis. Altera vero in prætorio. Quoniam illo tradito Iudæis à Pilato: vt ipsum crucifigerent, milites spineam plectentes coronam, flexis genibus illudebant ei. Quod quamuis à Iudæis factum non fuerit, ascribitur tamen illis, quod causam præstiterint. Tertia denique illusio fuit, quum prætereuntes illi iam in cruce pendenti dicebant: Vah, qui destruis, &c. Contra illas tres illusiones nos ante crucis reuelationem tres præmittimus adorationes cùm dicimus ter hagyos, &c. quasi ter honorantes illusum propter nos, idque duabus linguis, quia tertia adhuc silet. Hinc igitur & illud norandum venit, quod cum multa sint genera linguarum tres tamen potissimum existant principales. Prima, Latina, propter nobilitatem & Dominium Romani imperij, secunda Græca, propter sapientiam, tertia Hebræa, vt pote quo cæterarum linguarum mater sit. His autem tribus linguis descriptus fuit titulus Domini in cruce. Quare præter reliquas linguas hæ tres solum in missa vsurpantur, dum in ea canimus Græcè Kyrie eleyson, Hebraicè Allelu-Ia, & cætera Latinè. Aduersus tres Iudæorum accusationes in Christum, dicimus nos tres excusationes in persona Saluatoris, scilicet: Populo meus, vbi Christus exprobrat illis sua beneficia, liberationes videlicet ab Agypto, regimen in deserto, introductionem in terram optimam. Quasi dicat Christus: Tu accusas me, quod tributum dari negauerim, deberes potius gratias agere, quia te liberaui à seruitute Ægypti: Tu accusas me quod regem me fecerim, verum satius foret, quòd gratias ageres de eo, quod splendidè & regulariter te in deserto pauerim. Tu denique me accusas quod dixerim me Filium esse Dei, sed gratitudinis signum potius exhibe, quod tibi dederim terram lacte & melle manantem. His ergo ita dictis, crux aperta ac nuda profertur, ad significandum omnia, quæ fuerant obscura, tunc fuisse manifesta, & salutatur crux hisce verbis. Ecce lignum,

lignum, &c. quoniam per crucem omnibus salus reformatur ac restituitur. Posteà autem adoratur, id est, cum reuerentia osculatur. Solus enim Deus adorandus est, & cætera illius causa veneranda. Crux ergo adoratur ideò, vt ostendamus nos debere humiliter facere, quod illi fecerunt superbè. Osculata cruce, dominicum corpus altari opponitur, & tunc sacerdos cum præfatione præposita, videlicet, Oremus præceptis, &c. quam addidit beatus Gregorius, cantat orationem dominicam. Quo quidem repræsentatur antiqua Apostolorum consuetudo, qua in celebrandis missis vtebantur. Olim enim Apostoli hæc tantum verba proferebant, quæ dixit Dominus: Hoc est corpus meum, &c. Et, Hic est sanguis noui Testamenti, &c. quibus ipsi Apostoli posteà addiderunt orationem dominicam. Atque hæc consuetudo Apostolorum hîc repræsentatur, eo modo quo antiquitus celebrabatur, sed Gelasius Papa, Gregorius & Cœlestinus multa tandem addiderunt, vt suprà dictum est. Facta autem communione, statim cantantur vesperæ cum oratione, & tam missa, quàm vesperæ vna finiuntur collecta. Hoc ita peracto, crucifixus in suum locum reponi debet. Ante quem necesse est, vt chorus psalmos psallat, etiam episcopus vel loco ipsius vicarius eius, idque tantisper vsque ad horam illam, qua Christus resurrexerit. Atque ita tum celebrare debet mysterium de resurrectione. Primò namque prouenit labor, secundo clamor, tertio autem exauditio, vnde Psaltes ille. Ad Dominum, inquit, cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Quare & nos oportet eius esse imitatores.

De duabus partibus sacramenti. CAP. XCIX.

NVnc dicendum est, quare vna pars Sacramenti, scilicet corpus sub specie panis reseruetur die cœnæ, & altera pars scilicet sanguis sub specie vini non reseruetur, ac duæ quidem sunt causæ, quamobrem corpus reseruetur. Prima est, ne fortasse quispiam ex hac vita sine viatico discedat, quòd euenire posset nisi reseruaretur, atque institutum ita est ab Innocentio Papa. Secunda est, quod illis tribus diebus maximè omnes hi religiosi, quibus necessitas est, debeant communicare. Quare oportet vt sacramentum illud reseruaretur, quoniam eo die consecrari non debet, vt suprà ostensum est. Cur autem sacramentum vini non seruetur, triplex est ratio. Prima est, quia cum vinum liquidum sit, non posset tam bene reseruari, quin quadam negligentia facilè queat labi: Secunda est, quod duos sacrificiorum ritus suis temporibus approbauerit Deus, veterem legis, videlicet suo tempore, & nouum hoc tempore. Hos duos ritus significant panis & vinum, licet vtraque res sit noui sacramenti, panis nempè nouum, & vinum veterem. Nec mirum videri debet, si per rem noui sacramenti vetus sacrificium significetur, cùm & cõtra inueniatur, rem videlicet veteris

Testa

Testamẽti declarare nouum. Nam quartis feriis septimanarum quando ordines celebrantur duæ lectiones ex veteri Testamento recitantur, quarum altera quæ sub nocturnali tono exprimitur, vetus significat Testamentum: altera verò quæ sub tono communi: nouum. Et eo itaque, quòd vinum non reseruetur, ostenditur vetus sacrificium cessare debere. Tertia ratio est, quòd ideircò non reseruetur, quia Christus dixit in cœna Amen dico vobis, quòd amodò non bibam de hoc genimine vitis donec bibam illud vobiscum nouum in regno Patris mei. Si quis autem roget, num istud vinum, quod eo die in communione sumitur, ex dominici corporis contactu consecretur: quamuis complurium scripta illud asserere videantur, nos tamen verita em magis sequentes, & ea quæ sancti Patres tradiderunt, dicimus vinum illud omnino non esse consecratum ex illo contactu, sed sanctificatum. Est enim differentia inter consecratum & sanctificatum Consecratum dicitur quod in consecratione, vt ita dicam, transubstantiatur. Sanctificatum verò est, quod per verborum sanctificationem efficitur sanctum sine aliqua transubstantiatione, vt aqua lustralis, quam ideò benedictam dicimus. Rursus sanctificatum dicitur, quod à tacturi sanctitate magis efficitur, referendum. Si autem diceretur, quod solo contactu vinum vel aqua consecraretur, magna profecto inde sequeretur rerum perturbatio & confusio. Sic enim contingeret calicem non posse lauari, indéque efficeretur, vt iam sexcẽti panes vnius hostiæ contactu, sine verbo possint consecrari, & si vna aliqua gutta aquæ lustralis seu benedictæ in stagnum vel puteum, qui ex lacunis scaturit, infunderetur aqua illa perpetuò benedicta maneret, atque eiusmodi infinita alia incommoda ex ea re nascerentur. Iam etiam præterea si dominici corporis tactu vinum consecraretur, contra decretum fieri, quòd prohibet, nec hodie consecratio fiat, Quòd autem hic quæritur quamobrem Christus discipulis priùs corpus suum dederit mysticum, quàm in veritate illud offerret, discussum satis apud alios est. Aduertendum ergo hic est, & repetendum, quod paulò ante à nobis dictum est, vt potè secundum triplicem Christi crucifixionem quæ hoc die re ipsa facta est, tribus horis, tertia videlicet, sexta & nona per vniuersum annum missas celebrandas esse. Hora enim tertia crucifixus est linguis Iudæorum, aientium: Tolle tolle, crucifige eum. Hora sexta in cruce positus fuit, & nona expirauit, quapropter hæ horæ ad celebrandas missas canonicè sunt institutæ, quæ Christi immolationem mysticè repræsentat. Diebus enim festis quum à libidine est abstinendum, missa debet tertia hora celebrari profestis, sexta, & ieiuniis nona, sin aliter fiat certè canonicum & regulare non est. Exceptis interim iis, temporibus, quibus nocte missa celebrari debeat vt in natali Domini, & in sabbato Paschæ. Missa enim quæ tunc celebratur, nõ ad sabbatum pertinet sed ad diem resurrectionis. Vnde etiam nunc Romæ & per vniuersum Rauennensium archiepiscopatum, sub quo & Bononiensis ecclesia

ecclesia continetur, tunc missam non celebrat vsque in nocte. Quòd autem sic fieri debeat, satis ipsa ostendit oratio, quæ tum dicitur, Deus qui hanc sacratissimam noctem, & illud quod in cærei, quem vocant, benedictione canitur: Hæc nox est. Sic itidem quotiescunque ordines conficiuntur, nocte missa celebrari debet, quoniam officium maiorum ordinum ad diem spectat dominicam. Sed quia à ieiunio incipere oporteat, ideo in sabbato post vesperas illud inchoamus & ad noctem vsque protelamus.

De officio tenebrarum. CAP. C.

NVnc verò considerandum est, quamobrem tribus noctibus continuis officium, quod tenebræ appellantur celebremus, quemadmodum ad illud officium pulsandum sit, quare, & quot candelæ accẽdantur, & quomodo eæ extinguantur & deinde etiam de officij qualitate: posito itaque Christo in cruce tribus horis fuerunt tenebræ, à sexta vsque ad nonam, ita vt complectamur sextam & nonam, dum sol patiebatur eclypsim, non quidem naturalem, sed miraculosam, quanquam eam fideles iuxta naturam ita accidisse mentiebantur. Quamobrem sanè propter tãti illius miraculi memoriam, per noctes illas horas repræsentamus. Ad officium tenebrarum non campanis pulsandum est, sed ligneis tabulis. Campanæ enim significant vt dictum est, concionatores. Atque ideò campanis non pulsatur, quia concionatores, hoc est, Discipuli Domini non solùm nomen eius non prædicarunt, sed & negauerunt, vt Petrus, & fugerunt. Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Vnde Dominus videns eos ad fugam paratos ait: Quem quæritis? quasi dicat: Si me quæritis, sinite hos abire. Magnus tamen ex ligno editur sonus. Tabula lignea Christum significat, qui in ligno clamabat prædicabat, & orabat dicens: Pater dimitte eis, quia nesciunt quid faciunt. Pulsatur igitur ligno, quòd tum solus Christus exitit concionator.

De numero candelarum. CAP. CI.

DIcendum modo est de candelis, atque hic quid in numero diuersitas est. Quidam enim septuaginta duas accendunt, quidam viginti quatuor, quidam quindecim, quidam etiam duodecim, quidam nouem, & quidam septem. Sed hi tamen omnes non absque mystica significatione hoc faciunt. Nam septuaginta duæ candelæ septuaginta duos Discipulos significant, quorũ prædicatio siue concio in morte Christi extincta est. Vel ad designandum quòd Dominus septuaginta duabus oris in sepulchro quieuerit per synechdochen, quemadmodum dicitur tribus diebus & tribus noctibus, in corde terræ latitasse. Vel septuaginta duas nationes, & septuaginta duo genera linguarum. Viginti quatuor candelæ quæ prius accenduntur, & posteà extinguntur, hunc versiculum: Gloria patri & filio, & cætera. significant, qui vi-

ginquatuor vicibus in nocturnis festiuitatum cantari soleat & in hoc officio omnino tacetur, quoniam laus Trinitatis, ad quem pertinet versus ille, in morte Christi videtur extincta. Quindecim candelæ duodecim Apostolos & tres Marias significant, qui omnes laudem Dei tunc subticuerunt. Sed Apostolis tamen fugientibus, tres Mariæ, vt quæ minus metuebant, circa eum, quo ad poterant, versabantur. Vnde legitur: Pelli meæ consumptis carnibus adhæsit os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos, id est, mulieres quæ sunt quasi pellicula quædam. Duodecim candelæ, duodecim exprimunt Apostolos. At verò nouem, humanum genus significant quod propter peccatum suum à consortio nouem ordinum angelorum semotum est, & à vera luce exclusum. Per septem candelas, septiformis Spiritus sancti declaratur gratia, quæ in cordibus Discipulorum penè fuit extincta. Vt autem de numero candelarum sit, omnes manu cæreæ debent extingui. Et quidem per manum cæream intelligitur manus illa, quam vidit Baltazar Rex assyriorum scribentem in pariete verba huiusmodi: Mane thetel phares, quæ sic exposuit Daniel: Mane, id est, enumerauit, thetel, appendit, & phares diuisit. Hic ergo sensus est: dicit Dominus: Numeraui tempus regni tui, & opera tua bona & mala, & appendi & inueni plus mali quam boni, atque ideo diuidetur regnum tuum in Persas & Medos, quod vtique factum est per Cyrum & Darium. Quemadmodum igitur regnum illud propter mala opera Regis extinctum fuit & diuisum in perpetuum: ita quoque regnum Iudæorum, propter peccatum in morte Christi commissum diuisum est, & in posterum penitus deletum. Vel quod melius est, manus cærea repræsentat manum Iudæ, quæ fuit cærea, id est, ad malum flexibilis, per quam Christus Rex noster, & lucerna vera, traditus fuit & extinctus, quantũ in ipso fuit: Atque ita per manum cæream significatur illius manus, de quo Christus ait: Qui mecum intingit manum, & cætera. Vt enim hæc extinguit lumen, ita illa verum lumen extinxit, quantum in se fuit. Aliquando vero plures candelæ sine certo numero incenduntur, nec obseruatur aliquis numerus, ita vt vel quælibet mulier aut vir suam istic sibi accendat. Per quas candelas significantur Prophetæ & alij sancti Patres, qui propter Christum lumen mundi venturum annuntiantes atque alijs verba salutis concionantes, & prædicantes varijs vexari pœnis mortui sunt & extincti. Nec verò omnes candelæ simul extinguntur sed successiuè, nunc hæc, nunc illa: quoniam discipuli non simul ab eo recesserunt, sed paulatim quum vnus decessisset, abijt & alter. Vna tamen quæ in earum medio est collocata, non extinguitur, sed absconditur & occultatur, posteàque in apertum profertur, ac eius luce omnia ecclesiæ lumina rursus accenduntur. Hic est Christus, qui licet videretur secundum corpus extinctus, secundum diuinitatem tamen viuebat, quæ illis erat occulta. Hic enim paulo post resurgens cum luce clarissima se suis Discipu

Discipulis manifestauit, quando in eorum mentibus charitatem iam propemodùm extinctam sua illustratione iterum inflammauit. Nunc de ipso officio prosequamur, quod vniuersam Christi sonat passionem. Primus ergo versus, à quo noctis officium alioqui incipit consueuit, nempè: Domine labia mea aperies, subticetur, quòd Christus caput nostrum à nobis auferatur. Sic nec Deus in adiutorium dicimus, quia nostro pastore percusso nos illius oues à quo petamus auxilium non habemus. Inuitatorium autem ideò non exprimitur ne per hoc paruum istud Iudæorum consilium contra Iesum factum quodammodò imitemur, sed potiùs vt ipsum per inuitatorij silẽtium detestemur. Ad lectiones quoquè benedictio neque petitur, neque datur, quod pastor qui gregi suo benedicat modo non adsit. Vel quia per Iube domne, significantur illi, qui eunt concionatum, & per Tu autem, illi qui concionandi munus obierunt, & inde reuersi sunt. Sed nec hi, nec illi tum aderant, siquidem aufugerant. Debent ergo dici lectiones etiam lamentando, & maximè illæ, quas Trenos appellamus Hieremiæ, qui defleuit sanctum illum regem Iosiam. Luget Ecclesia etiam tunc passionem, & mortem Domini. Sed quia propter peccata nostra ipsum amisimus, si eundem volumus recuperare, certè oportet vt ad pœnitentiam conuertamur, ideò sub finem lectionum per hunc versiculum, scilicet Hierusalem Hierusalem, conuertere ad Dominum Deum tuum, eò admonemur. Leguntur Treni Hieremiæ: hoc est, lamentationes, si verbum verbo interpretemur, quæ ita à Trenato monte sunt appellatæ, vbi animarum lamentationes, quæ isthic puniuntur, sæpiùs audiuntur. Possunt tamen ideò vocari Treni, quod semper post tertium quemque versum sequatur litera ex Hebraico alphabeto, quòd vniuersum in illis Lamentationibus quater ordine ponitur: idcirco autem Hieremiæ Lamentationes legimus, quoniam sicut ille deplorauit mortem Iosiæ, & destructionem gentis suæ futuram, ita nos deploramus mortem Christi.

De expositione trium quæ præterea in eiusmodi officio obseruantur.

CAP. CII.

REstant deinceps tria inquirenda. Primo quamobrem in hoc officio noctis antiphona quæ ad Benedictus canitur, atque etiam totus Psalmus tã alta voce, & quasi terribili cantetur, deinde verò quæ quidam tropi in huius officij fine lamentabiliter dicantur. Postremo cur tribus hisce noctibus ipsum officium noctis alta voce, quasi terribili & manifesta decantetur, diurnum autem tacitè ac voce omninò dimissa. Verum enim verò quòd antiphona ad Benedictus, & ipse etiam psalmus extinctis candelis voce eleuata, & velut horribili canatur, significat tumultum cohortis, quam cum gladijs & fustibus se

cum Iudas adduxit quando Christum traderet. Per nocturnum autem officium tenebrarum declaratur prophetia prophetarum, & per diurnum, prædicatio siue concio Apostolorum. Quę propter officium noctis alta voce canitur, quia prophetæ apertè quę de Christo erant ventura prædixerunt, & quod illis Spiritus sanctus dictabat omni semota formidine nunciauerunt. Sed diurnum officium submissa voce cantatur, quod Apostoli aut omninò tacuerint, aut certè occultè prædicauerint, & concionati fuerint. Continet autem cohors quinquaginta milites qui ob id in tanto numero cum Iuda missi sunt ad Christum capiendum, quoniam Iudæi verebantur, ne populus, qui eum libenter audiebat, si hanc proditionem sciret, suas interponeret partes ad ipsum liberandum. Aut certè ideò, quia facilè opinabantur eum esse fortissimum, & omninò talem, ad quem capiendum pauci non sufficerent. Videbant namque dominica præcedenti ipsum solum flagello & funiculis confecto omnes vendentes & ementes potenter è templo eiecisse, ac numulariorum mensas fortiter euertisse. In quo quidem facto præterea viderant fulgorem quendam, quasi quosdam radios igneos, ex ipsius facie exire. Porrò autem tropi, id est, versus illi, qui tribus istis noctibus in fine officij cum Kyrie eleyson, & Domine miserere, velut lamentabiliter decantantur, significant lamentationes, & dolores mulierum, quæ propter cognationem Iesum à Galilea fuerant secutę. Inter quas erant Maria Magdalena Maria Iacobi, & Salome plorantes iuxta sepulchrum. Tropis cantatis in quibusdam ecclesijs ad terram procidentes dicunt, Miserere mei Deus, & Collectam, videlicet: Respice quæsumus Domine super hanc familiam, &c.

De purgatione pauimenti.

CAP. CIII.

POst hęc dicendum est, cur quinta feria ecclesię pauimentum mundetur & altaria denudentur, ac deinde quamobrem eadem feria ipsa altaria vino & aqua lauentur, atque asperis ramis præsertim taxi aut buxi quasi frixentur. Ad primum quidem promptè intelligēdum, oportet cognoscamus ecclesiam esse corporalem, aliam spiritualem. Corporalis est domus, in qua diuinum officium perficitur. Spiritualis vero est, velut conuocatio quædam fidelium. Sicut enim ecclesia corporalis lapidibus ex diuersis locis congregatis constituitur: ita quoque spiritualis ecclesia ex diuersis conuocatur hominibus, ita vt hinc ecclesia ipsa appellata sit conuocatio. quamquam nomen illud proprius ac verius spirituali ecclesiæ conueniat, quàm corporali. Homines enim conuocantur, non lapides. Sæpenumero tamen fit vt nomen eius, quod significatum est, significanti attribuatur. In ecclesia igitur spirituali, sunt pauimentum Christi pauperes, hoc est, pauperes spiritu, qui in omnibus sese humiliant, vt hinc propter humilitatem pauimento maximè assimilētur. Quare obiter notemus tria esse genera paupertatis, quo

tis, quorum primum paupertas dicitur necessitatis, quæ est in egenis: Alterum simulationis, quæ in hypocritis est. Tertium autem vocatur paupertas spiritualis, quæ consistit in bonis: Prima paupertas tollerabilis est, secunda detestabilis, tertia laudabilis, ita vt omnibus iis benefaciendum sit propter Dominum. Nec sanè vllus sit fortunæ respectus quantum ad primam paupertatem, vel causæ quantum ad secūdam, sed naturæ hominis. Pauimentum ergo ecclesiæ mundat ille, qui pauperibus propter dominum pedes lauat cæteraque misericordiæ opera exhibet.

De nudatione altaris. CAP. CIIII.

SEquitur de nudatione altaris, quæ pars est in ecclesia dignior, vsque adeò, vt si altare remoueatur, ac rursus ædificetur, tota ecclesia iterum sit consecranda. Verùm contrà, etiam si ecclesia remoueatur, hoc est pars eius aliqua aut plures altari immoto, ecclesia non cōsecratur sed alia sanctificatione mundatur. Altare enim Christum significat. Præcepit namq; Deus in lege: Altare de terra facietis mihi. Altare de terra est Christus natus de virgine. Vnde dicitur: Veritas de terra orta est. Hæc est terra, quæ dedit fructum suum, fructum sublimem. Christum videlicet sublimatum super choros angelorum in cœlis. Nudatio ergo altaris declarat, quòd Christus in passione sua denudatus vsus sit, & despoliatus illis signis, quibus antè in faciendis miraculis apparuerat glorioſus quum solus vendentes atque emētes è templo eiecerat facie eius splendoris radios emittente. Qui enim priùs tam potens, tam glorioſus apparuerat, modo in passione visus est debilis & abiectus. Vnde Isaias: Vidimus, inquit, eum non habentē speciē neq; decorem. Et Hilarius: Ante, ait, passionem apparuit Deus & homo, in passione totus homo, post passionem totus Deus. Vel etiam altaris nudatio reptæsentat ipsam ac veram Christi nudationem quando milites eū spoliauerunt, & eius vestimenta partim sunt partiti, partim sortitione abalienarunt. Aut certè vestem Christi Apostolos esse dicimus, quibus Christus tanquam vestibus quibusdā ornabatur, & per quos nomen illius erat magnificatū. Altare igitur nudatur quoniā Christus à suis discipulis fugientibus, & nomen eius tacentibus, relinquitur. Proinde vinum & aqua quibus altare lauatur significant sanguinem redemptionis nostræ & aquā regenerationis, quæ ex latere Christi fluxerunt, quando latus eius lancea fuit apertum. Altare ergo abluitur, quia corpus Christi verum altare, sanguine & aqua in cruce aspersum fuisse creditur. Rami autē asperi, quibus altare fricatur, significant spineam coronā, qua coronatus eit Christus, aut flagella amara, & ictuum vibices, & graues dolores, quos in morte sustinuit. Sunt ideo rami hispidi sicut rami taxi, quibus pauimentū mundatur, quod nos debeamus vitiis mundari, & in eleemosynis pauperibus prouidere quatenus hi sint, qui nos in æterna taber-

Isa. 53.

nacula recipiant. Ipsorum enim est regnum cœlorum, quod intelligendum est de pauperibus bonæ voluntatis, siue spiritus.

De sabbato. CAP. CV.

His ita de sexta feria prosequutis, transeundum est ad Sabbatum, in quo dicendum prius est de ipsius diei nomine, ac postea de eiusdem officio, seruato ordine. Hoc ergo sabbatum κατ' ἀντονομασίαν propriè sabbatum sanctum appellatur. Sabbatum autem interpretatur requies, quoniam tempore creationis mundi quam Deus sex diebus absoluit & septimo die ab opere requieuit. Quamobrem in lege Deus præcepit hunc diem ab omni seruili opere obseruari ita vt in veteri lege haberetur sanctus. Verum hoc sabbatum κατ' ἐξοχὴν seu per excellentiam ita est appellatum, quia significat requiē Christi ab opere recreationis in septima ætate. Quemadmodum enim Deus opere creationis mundi, sexto die completo, septimo conquieuit: ita quoque in sexta ætate, recreationis opere absoluto, scilicet natiuitate, passione & cæteris omnibus, quæ de illo prædicta fuerāt, septima ætate requieuit, quæ secundum quorundam opinionem ab ipsius passione fuit auspicata. Alij tamen dicunt eam incepisse à morte Abeli. Quando enim anima Christi mortalitatem & omnem patibilem corporis qualitatem exuisset, quasi in requie conquieuit.

De officio sabbati. CAP. CVI.

NVnc de eiusdem diei officio videndum est: & in principio quidē officij omnis ignis in ecclesia extingui debet: posteáque è saxo calibe aut ferro alterum excuti, quod fieri debet ex sacramento, quoniam Christus de se dixit: Ego sum vitis vera, deinde debet benedici cum cruce & aqua lustrali. Quo quidem facto cereus Paschalis, vt vocant, benedicitur, atque incenditur, cum duobus paruis aliis cæreis, qui ab illo accenduntur. Vnus enim ab vna parte consistit, alter ab alia inter quos maximus statuitur cæreus. Duo igitur minores cærei declarat sanctos veteris & noui Testamenti, qui (tam videlicet hi, quam illi) omnes per Christum sunt illuminati. Vel duo cærei significant doctrinam Apostolorum & Prophetarum, qui cum Christo in doctrina concordant & conueniunt. Tandem vero viginti quatuor in quibusdam ecclesiis leguntur lectiones. Ac Romę quidem hoc pacto fieri solet, vt duodecim recitentur Græcè, & totidem Latinè. In nonnullis autem ecclesiis legunt tantùm duodecim, & in nonnullis duntaxat septem. Atqui viginti quatuor legunt, duodecim ob id Græcè recitant propter authoritatem septuaginta interpretum, quorum authoritas quondam in Græcia maximè floruit, atque etiam in illa parte Italiæ, quæ magna olim dicebatur Græcia. Verum duodecim ideo dicuntur Latinè propter authoritatem translationis Hieronymi. In minimis tamen ecclesiis non habet nisi sex ob senarium numerum, qui

qui quodammodo perfectus est. Qui vero duodecim seruant, illud faciunt propter numerum apostolorum. Lectis ergo lectionibus itur ad fontem cum litania, atque aqua benedicitur, & consecratur. Sed peracto eorum baptismo qui fuerant baptizandi, reditur pari ratione cum litania. Qua quidem finita ipsam missam auspicamur à Kyrie eleyson. Nam in ea missa introitus, graduale, offertorium & communio præter solitum subticentur. Eodem modo & Agnus Dei à quibusdam quidem dicitur: à quibusdam vero non, Suscepta hostia, statim vesperæ cantantur, idque cum duobus tantum Psalmis, nimirum: Laudate Dominum omnes gētes, &c. cum Magnificat. Atque ad eum modum vna adiecta oratione totum eius diei officium absoluitur.

Quare hæc omnia fiant. CAP. CVII.

His itaque sic breuiter, & quasi historicè enarratis, rationes quare hæc omnia fiant prosequamur: & quid significent suo ordine videamus. Ignis, qui antequam nouus excuteretur erat in ecclesia, veterem connotat legem. Quod ergo vetus ignis extinguitur, significat omnia legalia veteris Testamenti in Christi passione fuisse completa & exinde debere illa cessare. Saxum, ex quo ignis excitatur. Christus est, super quem tanquam solidam ac firmam petram ecclesia est ędificata, à qua Spiritus sancti ignis procedit. Elicitur tamen aliquando ignis ex crystallo. Nam si crystallus supponatur orificio phialæ aquæ plenæ ad Solē, sine mora ignis è crystallo illico excutietur, si igni fomentum, quod apponi solet, adiunctum fuerit. Crystallus significat puram & perlucidam Christi carnem, quæ sine labe fuit. Cæreus & renouatus & illuminatus significat, quod Christus resurgens à mortuis, in carne gloriosa verus Deus apparuit. Atque ita cæreus illuminatus exprimit Christum, diuinitatis splendore illuminatum. Quòd autem ex igne maximi cærei duo minores ac cætera ecclesiæ lumina incenduntur, declarat non solum Prophetas & Apostolos, qui per minores duos cæreos, vt paulo antè dictum est, intelliguntur, igne sancti Spiritus fuisse illuminatos, sed quod omnes etiam ecclesię fideles eodem igne illustrentur. Simili ratione declaratur diuinitatis pleni. udinē in Christo fuisse, quod à quibusdam in principio benedictionis cæreus accendatur. Quanquam profecto melius & commodius tum primum accēdi debere videatur, cum in benedictione agitur de igne Crux ex thure cæreo imprimitur, quod nimirum significat holocaustum, id est totum incensum, & totum combustum, siue igne assumptum. In veteri námque Testamento duo solebant facere sacrificia, matutinum, quod totum incendebatur, & dicebatur holocaustum. Crux de incenso designat sacrificium legis vespertinum, quod immolationem Christi in ara crucis factam, idque in ipso mundi vespere præfigurabat, quodque in eius passione completum fuit.

Quid per cæreum Paschalem significetur.
CAP. CVIII.

ANnotatur quidem in cæreo Paschali annus ab incarnatione Domini. Christus enim antiquus & magnus annus est ac dierũ plenus, si sumamus computationis nostræ initium à conceptione, quando beata Maria dixit: Ecce ancilla Domini. Eo namque dicto statim Christus fuit homo, atque ipsa Spiritu sancto plena. Ideo ergo Christus annus dicitur quod quemadmodum in dierum anno sit fructuũ plenitudo, ita in Christo & fuit, & etiam nunc est omnium bonorum plenitudo & abundantia. Habet enim Christus suos menses, habet suos dies. Siquidem duodecim Apostoli duodecim menses sunt, & reliqui dies Christiani omnes & fideles, quorum horæ sunt neophyti. Inscribuntur quoque cæreo paschali indictio vel ara atque epacta. Quoniam actiones omnium & successiones temporum per Dei dispositionem rectè disponuntur. Vocabatur autem indictio antiquitus spacium quindecim annorum, quod ex tribus constat quinquennis in quibus orbe triumphato persoluebatur Romanis tributum ex vniuerso orbe. Primo autem quinquennio soluebatur aurum, secũdo argentum, tertio ferrum, ad conficienda arma & æs ad ornandum ciuitatem. Et sic singula quinquennia illius spacij quindecim annorum similiter appellabantur indictio. Finitis autem quindecim annis reuertebatur tributorum indictio, vt prius, quæ, quod ita tribus lustris indicebatur, sic dicta est. Appellatum item est tributum hoc æra ærę, quod eodem modo singulis annis omnis orbis reipublicæ Romanæ quodcunque genus æris persoluere professus fuerat. Prius ergo fuerunt indictiones, & postea æræ ob æs æris, sic dictæ. Ad cuius tandem nomenclaturam accessit epacta. quod additionem significat: à Græco verbo ἐπάγω.

De consecrando siue benedicendo cæreo.
CAP. CIX.

CÆreus à diacono benedici & consecrari oportet, non autem à sacerdote vel Episcopo, etiam si sint præsentes, quantũuis maioris sint ordinis & dignitatis. Per quod quidẽ intelligitur, quod Christus resurgens ex mortuis primo sese obtulerit & ostenderit mulieribus, per quas, vtpotè quæ erant sexus debilioris: gloriam suæ resurrectionis Discipulis suis nunciauit. Sed nec illud temere fecit Dominus Nam quemadmodum principium mortis per fœminam in mundum intrauit: ita quoque necessarium fuit, vt initium nostræ restitutionis & salutis per mulierem mundo annunciaretur. Vnde profecto curiosè cõsiderandum est, mulieres tribus gaudere priuilegiis, quorum primum est, quod in paradiso sit condita ac creata: alterũ, quod ex muliere natus sit Christus: & tertium, quia resurgẽs à mortuis primo apparuit mulieri.

Cur

Cur tituli hîc taceantur & de baptismo.
CAP. CX.

DVabus de causis tituli lectionum non præcinuntur, quarum prima est, quoniam Christus caput nostrum necdum nobis sit restitutum. Secunda vero, quia qui sunt baptizandi, ad quos totum illius diei officium pertinet, adhuc in ima ignorantiæ. Scripturarũ profunditate immersi detinentur. Quum ergo Scripturas non intelligant, non expedit earum nominare authores. Inde quoque est, quod tum lectiones recitentur ex vetere Testamento, cuius cognitio non nisi spiritu renatis perfectè manifestatur. Absolutis lectionibus in magnis quibusdam ecclesiis Ilrania iuxta numerum religiosorum, qui illuc conueniunt decantatur. In quibusdã vero ecclesiis ter dicitur, vt fides Trinitatis repræsentetur. Quod autem eundo ad fontem ac redeũdo litania canteturdeclarat sanctos orare pro baptizãdis, vt baptismi sacramentum vera fide percipiant & iam baptizati deinceps in veritate fidei & sacramento confirmentur. Sciamus ergo, quod in baptismo tẽpore Apostolorum nihil aliud dicebatur, nisi hoc tantummodo. Ego baptizo te in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Sed beatus Clemens ex doctrina beati Petri iunctionẽ chrismatis & olei addidit. Post eà Leo & Damasus summi pontifices, ac beatus Ambrosius reliqua adiecerũt, priusque baptizabãt in fluuiis & stagnis. Quod vero sacerdos in aquis suauiter anhelat, significat fidelem facilè diabolũ posse abigere. Anhelat igitur isthic, vt diabolus inde expellatur: leui enim flatu potest repelli ab illo, qui in Domino confidit. Cæcus in aquis ponitur quòd contactus corporis Christi in baptismate aquas sanctificauerit, & vim regenerandi illis contulerit. Repræsentat autẽ cæreus super columnam positus & accensus columnam ignis, quæ nocte præcedebat filios Israël, quando Ægypto exeuntes intrarunt mare rubrum, in quo præfigurabatur baptismus, vt per desertum venirent in terram promissionis. Extinctus verò ostẽdit columnam nubis, quæ itẽ eosdem præibat interdiu. Columna enim tria præstabat, protegebat námque illos à sole, ab hostibus & nocte eis lucem præbebat. Pari ratione Christus præcedens baptizatos, obumbrat eos cõtra incitamenta vitiorum, & protegit ab hostibus, scilicet à dæmonibus, & à mundanis cupiditatibus, atque illuminat per charitatẽ. Vnde dicitur, Ignis consumens in nobis vitia, Proinde quòd chrisma in aquas funditur, significat cœlestia terrenis per fidem baptismatis coniungi. Ob quam etiam causam fieri dicimus, quòd sacerdos vocem mutet, & quandoque vtatur voce alta, quandoque demissa. Eo enim nobis innuitur, quòd ima id est terrestria per baptismum iungantur cœlestibus. Consecrata igitur aqua veniunt baptizandi, vel à susceptoribus adferuntur, & baptizantur: sed prius tamen de fide interrogantur. Postea vero oleo inungũtur in pectore, & in scapulis. In pectore quidẽ, vt capaces

sint intellectus mandatorum Dei. In humeris verò, vt sint robusti ad portandum iugum & onus legis. Deinde ter merguntur, quod in fide Trinitatis baptizentur. Primò recta facie versus aquam, & capite versus Orientem debent immergi, secundo ad Aquilonem capite verso, tertio capite verso ad meridiem. Ac primo quidem dicere debet: In nomine Patris, mergendo puerum in aquam facie versa ad Orientem postea paulum leuare & dicere. Et Filij, mergendo eum versus sinistram partem, & iterum paululum leuare, ac dicere: Et Spiritus sancti, eundem mergendo versus dextram partem. Atque ita tandem ipsum in altum subleuare, ac susceptoribus committere debet sacerdos à cuius manu puerum, vt hi suscipiant oportet, vnde & susceptores sunt appellati. Non enim debet sacerdos ipsum in aquis relinquere sed susceptoribus tradere. Tunc baptizatus in vertice capitis inungitur, in eius significationem, quòd Spiritus sanctus ei datur. Bis autem datus est Spiritus sanctus. Primo, Christo adhuc degente in terra, quãdo discipulis discumbentibus inspirauit, inquiẽs: Accipite Spiritum sanctum quorum remiseritis peccata, &c. Secundo è cœlo, atque ideo bis quilibet homo inungitur charismate. Primo in baptismate, & in vertice, postea in confirmatione ab episcopo, in fronte: datur enim nobis Spiritus sanctus. In baptismate quidem datur, ad emundationem & collationem virtutum. In confirmatione vero ad corroborationẽ. Inuncto chrismate baptizato, imponitur capiti eius chrismale, rotunda quædam mitra quæ coronam vitę significat, vel candida induitur vestis, quæ ad similitudinem cuculi ex albissimo panno conficitur filo rubro supertexto. Candida illa vestis innocentiæ stolam designat, quę nobis redditur in baptismo. Et notandum est, quod huiusmodi albam vestem gestare debeant septem integris diebus, nec confirmari, nisi illis septem plene absolutis, propter septiformem Spiritum qui datur in baptismo. Sed rubra illa fimbria, quæ vesti isti assuitur & supertexitur, significat passionem Christi, per quam baptismi sacramentum impletur. Aut sane rubra illa fimbria exprimit funem, quem Raab in Ierico per fenestram dimisit, propter hospitium quod ipsa præstiterat exploratoribus missis ab Iosue, ad cuius signum saluata est domus eius cum tota sua familia. Cæterum rursus hic animaduerte, quod supradictum est, neminem debere in susceptorem accipi, nisi orationem sciat dominicam & duodecim suæ fidei articulos. Hęc enim duo omnes susceptores vt filios suos doceant obligantur, cum illorum fidei fiant quasi fideiussores. Quocirca eos obseruare quam fieri potest studiosissimè debent, ne vnquam fide & iustitia excidant, vtpote responsuri in die iudicij de omnibus illis, quæ enormiter isti perpetrauerint. Sacerdos quoque pater & susceptor illorum est quos baptizat, ita vt eos instruere etiam teneatur. Sed quia propter multitudinẽ omnibus vacare non posset, totum illud curæ susceptorũ committitur. Itemque & spiritualis pater esse dicitur sacerdos illorũ, nempè quibus verbum vitæ

vitæ concionatur, & quorum audit confessiones. Vnde sanè grauius ille peccare dicitur, qui ei mulieri concumbit, quæ suæ est parociæ, quàm mulieri quæ est alterius, cùm eiusmodi mulier spiritualis sua appelletur filia. Solet apud nonnullos quæstio exoriri de numero susceptorum, & quot debeant esse necessariò ad puerum è sacro fonte suscipiendum. Verùm nos dicimus, quòd vnus facilè posset sufficere. Sed quum in ore duorum vel trium testium consistat omne verbum, ideo ad minus tres necessario requiruntur, quorum vnus vir sit oportet, & duæ mulieres, nec etiam plures, ne carnalis copula per spiritualem coniunctionem impediatur. Quatuor autem sunt genera personarum, quas ecclesia in susceptores non recipit, vt sunt abbates, monachi, abbatissæ, cum suis monialibus, qui sunt vnum genus. Ad alterum referimus infideles, & ad tertium illos qui nec dum sunt confirmati. Hi enim fideles verè appellari non debent, ita vt nec hinc veri testes esse possint. Ad postremũ genus referendus est vir cum sua vxore nisi prius castitatis ambo fecerint votum. Nam si permitteretur vt ambo eundem puerum è fonte susciperent, iam eiusdem fierẽt patres spirituales, ita vt inde in posterum sese mutuo carnaliter cognoscere non liceret, quemadmodum in decretis prohibitum est. Sed & hoc egregiè admittendum est, vt aliqui eum puerum è fonte susciperent, qui cum illis ius est cognationis. Nam dilectio charitatis quantũ fieri potest, per baptismum extendi debet. Proinde vero quamquam Paganı siue Gentiles templa sua circa fontes conficere soliti sint, atque aquam istic semper in promptu habere, per cuius aspersionem se purificari credebant, ita vt illos fontes delubra nominauerint, à diluendo, atque sic naturaliter ad baptismum accesserint: nos tamen ab eorum consuetudine baptismum non sumpsimus. Habemus enim illud à tribus potissimum, quæ in veteri Testamento fuerunt, nimirum à cataclismo, id est, diluuio, à mari rubro, & ab Iordane, quæ nobis velut figuram baptismi præbuerunt. At roget aliquis, num etiam liceat in cocta aqua vt in ceruisia vel musto, vel in vino vel in oleo, vel in alio liquore aliquem baptizare? Verumenimuero nulla in alia re id ad facere permissum est, nisi tantummodo in pura aqua, siue illa ex niue & glacie sit resoluta, siue marina, siue fluuialis. Sed hoc animaduertendum est, quòd nõ debeat celebrari baptismus, nisi in sabbato Paschali & Pentecostes. Fieri tamen potest causa necessitatis, quæ triplex est. Prima est causa munitionis, vt si rex ciuitatem aliquam vellet obsidere, tunc loci eius pueri licitè baptizantur, ne contingat eos aliquo periculo mori nedum baptizatos. Altera est ægritudo. Accipitur autem hic latè ægritudo, pro quamis naturæ infirmitate, quę facile potest dissolui, ita vt nesciamus diem neque horam, & ideo frequenter fit baptismus, non solennis, nec tempestiuus, hoc est, non congruo & conuenienti tempore factus. Tertia est, quæ fit causa persecutionis Gentilium. Solebant tamen Græci baptismum celebrare in Epiphania, quod

30. quæstio. quod videtur. Extra de consi. spi. c. 2. & 4.

tunc

tunc Dominus esset baptizatus, atque ita baptizabant tribus diebus continuis. Considéremus interim quatuor esse genera aquæ benedictæ. aqua videlicet, in qua fit iudicium purgationis illa quæ in ecclesiæ dedicatione sanctificatur, & qua diebus dominicis aspergimur, atque aqua baptismi, qua aspergi solebamus priusquã chrismate vngeremur, quòd in quibusdam locis etiamnum obseruatur. Sed postea interdictum est, ne stultus quispiam atque rerum imperitus huius aquæ aspersione se iterum à peccatis mundari putet, quum euidenter satis manifestum sit, neminem posse bis baptizari. His ergo duobus sabbatis ideo celebratur baptismus, quia in primo per Christi passionẽ redimimur, in altero, quoniam ipso die Pẽtecostes datur nobis Spiritus sanctus per quem facta est remissio peccatorum.

De reliquo officio in vigilia Paschatis. CAP. CXI.

NVnc ad propositũ redeamus. Celebrato baptismo reditur ad chorum cum litania, eaque cantata, ipsum sacrum sine missa sine introitu inchoatur à Kyrie eleyson. Sed introitus propterea subticetur, quod caput nostrum, videlicet Christus necdum nobis sit restitutus. A Kyrie eleyson ideo incipitur, vt vetus inchoandarum missarum cõsuetudo, quæ fuit ante Cęlestinum summum pontificem, repræsentetur. Canitur autem ideo Gloria in excelsis, quia angeli ob renatos baptismate & neophytos in cœlis gloriantur, qui Domino iam nato hunc hymnum decantarunt. Epistola verò Pauli tono ac voce communi legi debet, quoniam doctrinam significat Apostolorum, quæ modo baptizatis est prædicanda & aperienda. Sed lectiones præcedentes nocturno tono pronunciantur, quòd Prophetas connotent. Graduale propterea non canitur, quia baptizati nulla adhuc opera, nullúmque gradum in virtutibus fecerunt. Alielu-Ia, quæ vox est planè angelica, vel ob id maximè cantatur, quòd angeli lætentur baptizatos ex seruitute diaboli ereptos, & ad fidẽ conuersos esse. Sed quoniam adhuc eis sit laborandum quandiu quidem in hac vita fuerint, idcirco tractus, scilicet. Laudate Dominum omnes Gentes, confestim subiungitur. Subticetur porrò offertorium, vt per hoc expresse indicemus mulieres tacite ad monumẽtum venisse. Tres enim Mariæ stabant iuxta sepulchrum cum silentio & voce compressa. Nec pacem ad hanc missam dare debemus, quòd Christus necdum resurrexerit, qui nostra pax est, sed Agnus Dei, ter dicitur cum Miserere nobis. Quod tamen tunc de resurrectione canitur, sciendum est hoc fieri in gratiam renatorum, hoc est, eorum qui sunt modò baptizati. Tacetur prætereà & communio, quoniam baptizati nondum communicauerunt. Nam ipso die Paschatis debent communicare. Facta igitur communione statim ante collectam siue orationẽ cantantur vesperę cum vno psalmo duorum versuũ, scilicet Laudate Dominum omnes Gentes, &

tes, & cum hymno, videlicet Magnificat, dicunturque ambo sine Gloria patri. Breuiores ideo sunt vesperæ, ne neophyti qui diuinis nondum assueuerunt, aliquo officij tædio afficiantur. Gloria Patri ob eam causam non dicitur, quòd filius qui tertia in Trinitate persona est, nondum nobis sit redditus. Sed ideo quoque vesperæ ante orationem missæ decantantur, ne finita missa populus videatur habere redeundi facultatem, quasi amplius nihil debeat expectare. Vel sanè idcirco vna oratione totum absoluitur officium, quoniam baptismi sacramentum vniuersum in Christi passione consummatur.

De tempore regressionis. CAP. CXII.

DIctum est hactenus de duobus temporibus, reuocationis nimirum & deuiationis. Nunc vero sequitur tempus ipsum regressionis non quidem ordine temporum, sed ratione officiorum. Hoc itaque tempus vocatur Paschale, significatque tempus illud quod futurum, est post diem iudicij. Quoniam tum temporis ad vitæ patriam quam per Adamum amisimus, propiciante Deo, regrediemur. Cognoscendum tamen est, primam huius temporis septimanam communem esse & huic tempori & præcedenti. Pertinet enim tota ad Septuagesimam vt supra dictum est. Vnde profecto illud est, quod tractus, qui in ipso sabbato Paschæ canitur & graduale per totam illam septimanam cantentur, quæ laborem nobis indicant. Duo etenim illa respectu cantantur, Quadragesimæ: Allelu-Ia vero & cætera cantica lætitiæ, propter tempus regressionis. Dicitur autem hæc septimana Paschalis, quæ paschare, primo huius temporis die, sic denominata est.

De Officio huius temporis. CAP. CXIII.

VT ergo temporis huius officium commodè tradamus, & à primo die incipiamus, necesse est videamus primo de ipso nomine eiusque ratione & causa, ac deinde de ipsius diei officio. Vocatur dies hic Pascha siue resurrectio Domini. Est autem Pascha Græca vox, dicitur-que nobis transitus, non passio vt plerique arbitrantur. Hebraicè vero dicitur phase. Sed ideo diem hunc Græco nomine, & non Hebraico appellamus, licet Hebraica lingua dignior sit, vt non solum in aliis, verum etiam ne nomine quidem videamur iudaizare. Propter hanc eandem causam & Pascha & Pentecostes, quas ipsi celebrant in nostris calendariis certo die non annotantur: nec vnquam eas illo tempore celebramus, quando illi, ne eos in aliquo imitemur, neve hic rursus quosdam sequamur hæreticos, qui dicebant. Euangelium non posse sufficere ad salutem sine cæremoniis legalibus. Vocamus autem diem hunc Græco potius vocabulo quam Latino, quod Græca lingua olim apud Romanos tantæ fuerit authoritatis, vt dies solemnes, ac dignitates

rates suas Græcis nominibus vocarent, vt Pascha, Pentecoste, ὑπαντὴ, Epiphania, Apostolus, Episcopus, archiepiscopus, &c. Vel dici potest iuxta Augustinum nomen hoc Paschæ diuina constitutione compositum fuisse à Græco verbo τοῦ πάσχειν, quòd pati interpretatur, & hoc nomine Hebræo Phase, quod si Latinè reddatur sonat transitum. Rectè enim duo hæc nomina πάσχειν & Phase conueniunt in hoc nomine Paschæ tam secundum significationem, quam secundum voces. Secundum quidem significationes, quoniam in passione Christi fuit transitus. Per passionem enim Christus transiuit à morte ad vitam, & fecit nobis viam credentibus in resurrectione eius, vt transeamus & nos de morte ad vitam. Quare non immeritò nomen hoc vtriusque nominis habet significationem, atque ita artificiosè etiam in re complectitur significationem eius vocabuli Latinam vt ex duabus linguis fiat tertia, nempe Latina. Appellatur enim Pascha ipsa dies resurrectionis. Verum tempus Paschale dicitur à dominica in ramis palmarum vsque ad octauam Paschæ, ita tamen, vt dominica in ramis palmarum appelletur minus Pascha, quia tunc inducebatur agnus, qui sexta feria debebat immolari. Propriè vero dicebatur Pascha dies quo agnus immolabatur. Modo de causa nominis dicendum est. Vocatur autem tempus hoc Pascha secundum historiam tropologiam, allegoriam, & anagogen. Et quidem secundum historiam quoniam populus Israëliticus quando primum celebratum est Pascha, transiuit per mare rubrum, cum ex Ægypto egrederetur. Vel quando angelus ille exterminator per Ægyptum transiuit, interfecitque totius Ægypti primogenita ab homine vsque ad pecus, ad illas domos pertransiens in quarum foribus non inueniebat sanguinem agni, in formam literæ huiusmodi T. Secundum allegoriam quandoqu dem hoc tempore per baptismum ecclesia ab infidelitate transiuit ad fidelitatem. Dicitur enim allegoria alieniloquium vel potius inuersio, quum aliud verbis, aliud sensu ostendimus. Secundum vero tropologiam, quoniam hoc tempore per confessionem transimus à vitiis ad virtutes, dicitur que tropologia, quasi sermonis ad mores conuersio. Denique secundum anagogen, quia Christus nunc à mortalitate ad immortalitatem transiuit fecitque vt quemadmodum iam resurrexit, nos in vltima & vniuersali resurrectione ex hac mundi miseria ad æternam beatitudinem transiremus. Nam & illi qui in inferno erant tunc transierunt, idque ab inferno ad portam paradisi. Dicta est autem anagoge ab ἄνω sursum & ἄγω, idest inductio quasi sursum ductio. Volente enim Deo à mortalitate transibimus ad immortalitatem, qui transitus subtilis & excelsus est. Sic enim in hoc nomine Hierosolymæ quatuor ista possunt inueniri: historia quemadmodum de ea ciuitate ad quam pergunt hospites & peregrini: allegoria, vt est ecclesia militans: tropologia, vt quæuis anima fidelis: anagoge denique, vt Hierosolyma cœlestis. Intellige tamen Christi transitum anagogicè non allegoricè in prædictis, scilicet

Psal. 134

scilicet Pascha & cæteris. De officio autem huius primæ septimanæ generatim dicimus ad nocturnos nocte tres duntaxat psalmos cum tribus antiphonis, tres item lectiones cum tribus responsoriis, idque ex homiliis tantum dici debere. Cæterùm in quibusdam ecclesiis ad vnum quodque responsum annectunt Gloria Patri. Fit etiam in plerisque ecclesiis, vt cantato vltimo responso, cum candelis cæreis & solemni professione eant ex choro ad locum quendam, vbi imaginarium sepulchrum compositum est, in quod introducuntur aliquot in personis mulierum, & discipulorum Ioannis & Petri, quorum alter altero citiùs reuertitur, sicut Ioannes velociùs cucurrit Petro: atque item alij quidam in personis angelorum qui Christum resurrexisse dixerunt, à mortuis. Quo quidem facto personæ, eædem redeunt ad chorum referuntque ea quæ viderint & audierint. Tunc chorus audita Christi resurrectione prorumpit in altam vocem, inquiens: Te Deum laudamus. Ad primam verò nonnulli dicunt tota hac septimana psalmum hunc: Confitemini Domino quoniam bonus, quod præcipuè de Christi resurrectione agit. Symbolum autem Athanasij. Quicunque vult &c. toto illo tempore non cantatur, quoniam maximè pertinet ad fidem. Sed hoc tempus indicat octauam ætatem, vbi non fides erit, sed res, vbi non figura erit sed veritas. Paulò tamen aliter in quibusdam ecclesiis solet fieri, vt in nostra Parisiensi. Sed animaduerte quòd cum Credo in vnum Deum perinde fidei sit Symbolum, ad missam tamen legatur & quòd illud quidem fiat ad institutionem neophytorum in articulis fidei. Aliud verò symbolum quod minus appellatum est, ad primam planè subticetur ob suam significationem. Nam cum venerit quod perfectum est, tum perimetur id, quod ex parte constat. Præterea animaduerte hanc solennitatem vsque adeò esse magnam, vt per antonomasiam atque excellentiam vocetur solemnitas solemnitatum.

Quæ circa hoc tempus sint obseruanda.

CAP. CXIIII.

POst hæc priusquàm cætera prosequamur de quibusdam quæ huc considerandæ veniunt, oportet paucis tractemus, videlicet de ornatu templi, de reconciliatione proximi, de modo salutandi, de veneratione huius temporis, de mensa corporis, & postremò de quadam libertate Decembris. Ac templum quidem aliud, vt diximus, est materiale, aliud spirituale. Materiale est, quod ex lignis, cæmentis, saxis, lapidibus & cæteris ædificandi materiis confectum est spirituale verò nos sumus. Vtrumque circiter hoc tempus mandandum est, vtrumque ornandum & poliendum. Necesse enim est, vt hoc tempore ad balneas veniamus, non vtique ad voluptatem, sed ad eius rei declarationem, vt per extrinsecam corporis ablutionem interiorem animæ purgationem fieri debere intelligamus. Exigit præterea tempus hoc vt barbas radamus ac ton

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac tonsuras & coronas, quas in vertice capitis gestamus, capillosque demamus. Abrasio enim capillorum & barbæ quæ ex superfluis stomachi nascuntur humoribus, vt vngues ex superfluis humoribus cordis, significat, quòd debeamus vitia & peccata quæ nobis sunt superflua, resecare. Capillos vltra aures demere debemus, vt quinque corporis sensus expeditos & promptos ad seruiendum Deo habeamus. Sed ideò summitatem capitis radimus, quo per hoc nihil inter nos & Dominum esse demõstremus. Oportet ergo hic mundas & solemnes induamus vestes, maximæque candidas depositis nimirum nigris & pœnitentialibus. indicat enim tempus hoc secũdam illam resurrectionem, qua nos stolam salutis vel glorificationis corpore induemus & animo stolam iustitiæ. Vel etiam propter renatos, qui albis vestibus tunc sunt induti. Vel denique ob angelos, qui in resurrectione Domini albis vestibus apparuerũt.

De ornatu templi materialis. CAP. CXV.

DE emundatione materialis templi superius dictum est. Nunc verò de ipsius ornatu exponamus, qui triplex est, in ornandis parietibus, in choro & in altari. Ad parietes quidem sunt appendendæ cortinæ aulæa, & pallæ sericæ. In choro habenda sunt dorsalia tapeta, sedilia clericorum. Sunt autem tapeta tegmina varijs coloribus depicta, quę præcipue sub episcoporum pedibus sternuntur, quòd mundana pedibus penitus calcare debeant. Sic & velamen adesse debet, quòd ante crucifixum remouetur, retro quem ponitur pallium, quod quæ prius erant operta ante Christi passionem, modo manifestentur. In quibusdam locis crux in altum erigitur cum vexillis, per quæ Christi victoria designatur. Altare quoque suis ornamentis decoratur, vt crucibus ordine collatis capsis textibus Euangelicis, philacteriis. Est tamen discrimen inter philacterium & philacteriam. Philacterium enim chartula est, in qua decem legis præcepta scribebantur, cuiusmodi chartas solebant ante suos oculos circunferre Pharisæi in signum religionis. Vnde in Euangelio, Dilatant enim philacteria sua, & magnificant fimbrias. Atque hoc quidem philacterium à φυλάττω, idest, custodio, dictum est, & coral, quod est lex. Philacteria, autem philacteriæ, vasculum est vel argenteum vel aureum, vel etiam crystalinum, in quod sanctorum cineres & reliquiæ reponuntur. Porro autem tres sunt causæ quamobrem ecclesiæ thesaurus in magnis solemnitatibus in apertum proferatur. Et primò sane propter cautelæ considerationem vt appareat, quam cautus ille fuerit in seruando qui istum seruare debuerit. Tum vero propter solemnitatis venerationem, tandemque ob memoriam oblationis, quo videlicet in illorum offeratur memoriam qui istiusmodi bona ecclesię prius obtulerunt. Ante altare dependi oportet pulchrum aliquod velamen, nimirum pallium vel ei simile quidpiam, seu tabula vel aurea si habeatur. Ante quod quidem ornamentum in nonnullis magnis

magnis ecclesijs velamenta trium colorum poni solitum est, vnum rubrum, alterum, subalbum, tertium nigrum: quia tria significant tempora. Paschate enim quum prima lectio finita est cum suo respõsorio velamen nigrum, quòd tempus ante legem indicat, remouetur. Postquam vero secunda cum responsorio absoluta est, remouetur velamen candidum, per quòd tempus sub lege exprimitur. Ita demum & tertia lectione finita ac responsorio deponitur velamen rubrum, quo tempus gratiæ significatur, in quo per Christi passionem ad sancta sanctorum, id est, ad æternam gloriam nobis patet aditus.

De reconciliatione proximi. CAP. CXVI.

SEquitur de reconciliatione proximi. Cum enim illo die communicare omnes debeamus, si cum aliquo discordes fuerimus necessario oportet vt ipsum nobis reconciliemus. Alioqui certè iudicium nobis sumeremus, quòd eleganter à minori probari potest iuxta illud Euangelicum. Si offers munus tuum &c. Vade est, quod sacerdos diebus dominicis postquam concionem absoluerit, teneatur populo orationem dominicam, & fidei articulos vernacula lingua exponere. Ex qua etiam causa fit, quòd oratio dominica alta voce in missa cantetur, vt omnes eam addiscant, & huic ad conciliationem proximi admoneantur. Tota hac Paschali septimana æquum foret, vt nisi aliter modo vsus obtineret, hoc pacto vnumquemque saluraremus, videlicet: Resurrexit dominus, & qui ita salutatus esset, responderet, Deo gratias, datis sibi mutuò osculis in signum dilectionis & charitatis.

De veneratione huius temporis. CAP. CXVII.

NVnc verò quoque de veneratione huius temporis pauca dicamus. Vsque adeò tempus hoc venerandum, & colendum est, vt omnia ergastula, & operatoria, & officinas tam mulierum, quam virorum occludere debeamus, ac nulla venalia exponere, exceptis illis sine quibus cœnari non posset. Prætereà oportet nos latomias, & cætera genera carcerum relaxare, & captiuos communi aeri restituere integra hac septimana, vt gaudio nostro nobiscum communicet. Sunt autem latomiæ lapidicinæ, in quibus cæduntur lapides, & ad quas damnari solebant hi, qui in opus metalli damnabantur. Tametsi quidem & pro quouis carcere accipi possit, vel quòd Romæ huiusmodi latomia in carcere prope Tullianum fuerit. vel quòd lingua seculorum latomia Syracusis carcer appellabatur. Seruos autem & ancillas, ac omnes qui nostro seruitio sunt addicti, profectò ab omni seruitutis seueritate eos hoc tempore laxare debemus, quemadmodum etiam nostros pastores, siue sint equorum, siue porcorum siue armentorum, siue etiam ouium & caprarum, vt liberè & securè omnes pos-

sint ad audiendum diuinum officium conuenire,& communicare.Inhumanum quoque est hoc tempore debita à debitoribus exigere, ita vt vel hinc tum temporis pascua communia esse dicantur.

De mensa corporis.

CAP. CXVIII.

NIhil quod non sit à sacerdote benedictum, hoc die Paschatis comedere debemus. Vnde etiam nunc in quibusdam regionibus pro more receptum est, vt in magno vase omnia quæ velint illo die comedere fercula ad ecclesiam deferant, in cuius atrio & vestibulo à sacerdote cum cruce & aqua lustrali, quam benedictam dicimus in sacris vestibus benedicuntur.Posteà verò sacerdos aliquid sibi de singulis ad suam necessitatē sumit.Et certè nullus quouis die quicquam vel edere vel bibere debet,quod non ante sit benedictum, vnde beatus Hieronymus de quadam moniali recenset in eo libro, cui Vitas Patrum titulum fecit: Cùm enim illa fortè fortuna in ortum suum iret,& lactucas absque benedictione comederet, simul etiam Diabolum qui sub eas sese abdiderat,imprudens deglutiit, qui multo tempore eam acerbè vexauit. Debet autem quiuis homo hoc die tria potissimum exercere,misericordiam,videlicet,liberalitatem, & sobrietatem.Misericordiam,vt egenos & vagabundos ad se suscipiat,eisque misericordiæ opera exhibeat, & illis aliquid iuxta quod in lege præceptum est,mittat,qui nihil sibi aut coxerunt,aut pararunt. Liberalitatem verò maximè hoc tempore quemque exercere oportet, vt si abundat,vicinis & amicis suis quippiam impartiatur. Sed & sobrietatem ideo, quòd debeamus illo die magis sobrie comedere, vt sibi quisque parcus sit, aliis verò largus. Obseruet ergo quilibet misericordiam quantum ad pauperes,liberalitatem quantùm ad amicos, & sobrietatem quantum ad seipsum.

De paruo prandiolo.

CAP. CXIX.

EXponendum modò est de paruo quodam prandiolo, quod fieri debet ante magnum prandium in Paschate quando communicatum est. Statutum enim est in quibusdam ecclesiis, & vbique terrarum sic debere fieri, vt illo die panis & vinum in ecclesia habeatur & cum homines communicauerint, det statim vnicuique panis buccea priusquàm recedant, & paululum vini, ne forte quippiam de sacramento in ore remanserit, quod expuendo facilè emitti queat Posset enim facile contingere, si non statim comederet. Quæ sane laudata consuetudo omnibus probatur,sumpsitque originem ex institutione beati Benedicti.Instituit namque vir ille sanctissimus ob eandem causam vt illi, qui aliis fratribus debent in prandio post communionem ministrare, aliquid prius comederent. Atque hoc quidem prandium mixtum

mixtum appellari solet. Debent autem singulis diebus religiosi communicare,qui vel pomum vel aroma aliquod, vel tale quippiam saltem comedere debent,quod nauseam compescat.Eadem etiam consideratione statuit ecclesia vt missę tribus certis horis pro dierum qualitatibus celebrarentur.Tertia videlicet hora diebus festis, sexta profestis,& nona in ieiuniis, vt absoluta missa,& peracta communione, statim accedatur ad prandium,ne prædictam causam incurrant hi,qui communicauerunt.Dixi his tribus horis,quia his celebratis licet prãdere pro qualitate dierum,& non prius Si autem forte contingat, vt vel hoc die vel quocunque etiam alio, sacramenti aliquid è calice excidat,sciendum est,si de corpore fuerit, quod sumi oporteat. Si verò de sanguine super pannum ceciderit, quod debeat illud omne lambi, quantum fieri potest, & si pannus iste lauandus sit,lauetur in piscina. Sed si super lapidem vel lignum ceciderit, debebit omnino eradi, & quod abrasum est comburi, ac cinis ille sub altari recondi. Idem faciendum est si simile quippiam nausea acciderit.Animaduertamus ergo hic,quòd ob duas præcipuè causas aliquid lauatur,nempe propter venerationem sacramenti, sicut sacerdos lauat manus quando sacramentum tetigit, & propter immundiciam, vt quod immundum est, mundum efficiatur.Itemque & illud animaduertamus,decretum fuisse in quodam concilio Pictauiensi, vt nullus vnquam sine lumine aut communicaret aut missam celebraret. Proinde cum eo quod statim diximus, obseruemus neque laicum neque sacerdotem debere post communionem in talem locum expuere,quo sputum istud facile possit conculcari, videlicet ante comestionem. Vbi etiam diligenter cauendum est, ne in locum immundum & impurum expuatur. Quod autem hic quæritur quemadmodum canon dici debeat,citóne an tarde?Et cur respondemus verba debere citò pronuntiari, sed tamen discretè. Et cur obsecro citò? ne videlicet muscæ venientes auferant suauitatem vnguenti. Quod quidem constat etiam ex veteri Testamento in Exod.vbi hoc pacto dicitur:Comedetis festinanter.Dictum est enim illud de immolatione agni. *Exo.12.*

De quadam libertate Decembris.

CAP. CXX.

REstat vt de eo nunc agamus, quod vltimo loco in partitione superiori propositum fuit, nimirum de quadam libertate Decembris,quę hoc tempore in quibusdam locis obseruatur.Sunt enim nonnullæ ecclesię,in quibus vsitatum est,vt vel etiam episcopi vel Archiepiscopi in cœnobiis cum suis ludant subditis,ita vt etiã sese ad lusum pilæ demittant. Atque hæc quidem libertas ideò dicta est Decembrica quòd olim apud Ethnicos moris fuerit,vt hoc mense serui & ancillæ & pastores velut quadam libertate donarentur, fieretque cum dominis suis pari conditione, communia festa agẽtes post collectionem

messium. Quamquam verò magnæ ecclesiæ vt est Ramensis, hanc ludendi consuetudinem obseruent, videtur tamen laudabilis esse non ludere. Notandum quoque est in plerisque regionibus secundo die post Pascha mulieres maritos suos verberare, ac vicissim viros eas tertio die, quemadmodum licebat serui in decẽbri dominos impunè accusare. Quod ob eam rem faciunt, vt ostendat sese mutuò debere corrigere ne tempore illo, alter ab altero thori debitum exigat. Vnde sciendum est in Concilio Elibertino sub Sylvestro pontifice huiusmodi decretum fuisse, vt vir & vxor quando deberent communicare, tribus diebus antequam cõmunicarent ab amplexibus abstinere, & posteà item tribus sequentibus ad minimum, vel quinque vel septẽ, propter septem dona Spiritus sancti. Quod sanè decretum sumptũ est ex libro Regum, idque ex eo loco vbi dicitur Dauid fugiens à facie Saul venisse Nobe, ad sacerdotem Abimelech, & petiisse ab eo cibum: Qui cum non haberet, quod ei daret, nisi panes propositionis, quos non licebat nisi sacerdotibus comedere, & illi etiam mundi, quum postularet tamen illos sibi dari Dauid: Sunt, inquit, pueri tui mundi? Cui Dauid respondit, si de mulieribus quæris, ab heri & nudiustertius abstinuimus. Alij autem codices sic legunt: Si pueri tui sunt mundi, maximè à mulieribus, manducent. Quasi diceret: Necessitas non habet legem. Si tamẽ ex coitu sunt immundi, ne in necessitate quidem eis dabo. Et inquit ad eũ: Dauid Ab heri & nudiustertius nos continuimus, & sunt vasa puerorum sancta, id est, corpora, in quibus continentur animæ vel ipsi pueri. Porrò via polluta est, sed hodie sanctificabitur in vasis. Quasi dicat, Fortè in via hac aliquid immunditiæ contraximus, sed munditia corporum sufficit ad eam mundandam. Nec verò dico, quòd si vir ab vxore thori debitum postulet, quod huic illa non reddet, sed debet ipsum placidè monere ne exigat. Si verò instet, nec vllis monitis acquiescet, persoluat, ne exigenti fortè hinc magis peccare accidat, quemadmodum non ita pridem quibusdam Germanis fertur euenisse. In Germania enim quum castè integra quadragesima viuentes vir & vxor seorsum cubuissent, fortè fortuna Paschali nocte cum ad matutinas surrexissent, mulier exegit debitum. Quam diligenter vir corrigens cùm nihil bonis admonitionibus proficeret, promisit se illud facturum, quod peteret simulatque rediret, & sic ad matutinas abiit. Illa verò quasi furibunda domi remãsit, & accessit iuuenem quendam sui mariti fratrẽ, in eadẽ domo dormientẽ, petens ab eo, vt se cognosceret. Qui nolens ei acquiescere, tũ propter temporis venerationem & sanctitatem, tum propter incestum, quod illa impudenter petebat, prorsus se facturum denegauit, atque iterum hic obdormiuit. Tum mulier ob repulsam, quam passa fuerat, vehementius ardens, dormientem iuuenem obtrũcat. Viro autem redeunti domum omnem rem narrat ordine, inquiens: Huius mali tu author es, qui hæc me facere coegisti. Proinde longuam multamque ambo egerũt pœnitentiam

tentiam, nec ideò sunt separati. Quare hac in parte intelligẽdum est, virum mulieri in omnibus præesse, & in mulierẽ omne habere imperiũ exceptis genitalibus, in quibus vtrique par est & dominium & imperium. Vnde dicitur: Vir non habet potestatem suæ carnis, sed mulier, nec mulier sui corporis, sed vir, hoc est, genitalium, sic enim exponit Augustinus. Hinc etiam, quod sacerdotes non habeant mulieres. Si enim haberent, quotiescunque ab iis debitum exigerent, istud soluere tenerentur, & sic non possent infra tres dies sequentes altari ministrare. Ac sciendum præterea est, quod tribus diebus Pascham sequentibus planè sit feriandum, sed quarto die liceat viris rustica exercere opera, fœminæ autem debeant à nendo abstinere. Magis enim sunt necessaria ea, quæ ad agrorum culturam pertinent quam ista alia. Vnde Gregorius: Melius est, inquit, fodere & arare die dominico, quam ducere choreas. Ex hoc sane fieri dicimus quod singuli isti dies propria, & peculiaria habeant officia, & propria responsoria, alia autem non item, sed quasi per quandam accommodationem. In hac porro septimana nihil legendum est ex veteri Testamento, sed quælibet dies sua habet officia. Nec cantãdum etiam est. Quicunq; vult, quia hoc tẽpus significat futurũ illud tempus, quod adfore post resurrectionem credimus, quãdo omnis fides, omnis spes omnino destruetur. Post officium autem hic versiculus dicitur, scilicet Domine probasti me & cognouisti me, & quidam tacent confessionem meam. Sed tamen vtrumq; dici potest, quo indicatur duplex in Christo natiuitas. Bifaria prima cãtari potest, aut breui* aut prolixius Prolixius quidem, cũ plena esse dicitur, litque in litania, & cum precibus. Breuius autem, cum minus plena esse appellatur, ac fit vel tantummodo cum precibus, & sine litania, vel sine litania, ac sine precibus. Atque hæc est, quam hisce diebus canimus sine precibus & omnino breuius quam alio tempore. Mane item in communicandis cautione opus est: vt videlicet sacerdos prius audiat confessiones eorum, qui sunt communicaturi, & si quis aduersus fratrem suum odiũ vel criminale aliquid habeat admonendus prius est, ne communicet antequam fratri suo reconcilietur. Sed si huiusmodi aliquis secum aliis impudenter ingerat, non est ei negandum nec agendum vt quidam agunt, qui hostias habent & consecratas & non consecratas, ita vt si aliqui accesserint, qui fraternum odium exercuerint, vel aliquid criminale, communicent de non cõsecratis, verum eos grauiter peccare satis manifestum est. Fallunt enim eos, quanquam non minus, imò magis peccant alij, qui sumunt, cum sponte & voluntarie sint. Nam putant se verum corpus sumere, & non pertimescunt illud sumere indigne. Debet ergo sacerdos panem habere consecratum vt si tales accesserint illo etiam pane communicent. Quatuor autem modis communicatur in ecclesia, vel sumendo corpus domini, vel pacem dando, vel benedictionem accipiendo, vel etiam sub finẽ mis-

sæ cum dicitur:Humiliate vos ad benedictionem, Quod ideo institutũ est,vt si quis hoc modo non communicet, saltem illo.In primitiua enim ecclesia præceptum erat,vt singulis diebus corpus domini sumeretur:postea vero crescente numero fidelium,vt singulis diebus dominicis.Vnde etiam nunc in Græcia sub anathemate ponitur, qui à tribus diebus dominicis nõ communicauerit. Modò autem nos tenemur in tribus solennitatibus,nimirum paschate,Pentecoste & Natali.Appellatur autem prima illa solemnitas Paschæ, agnus & transitus,salutandumque eo tempore est,hoc modo. Resurrexit Dominus. Sic & eodem die in principio missæ populo est concionandum, vel post Euangelium, & admonendi sunt discordes ad concordiam. Ob quam quidẽ causam fieri putatur, vt cùm dominica oratio in prima dicitur voce submissa, alta & expressa eadem pronuncietur in missa, vt vel pacto adhortentur qui in fraterno sunt odio,& ad concordiam discordes excitentur,antequam communicent. Nunquam etiam magis indigne corpus Christi sumi potest,quàm ad eum modum.

Expositio quorundam,quæ cum circa hoc tempus,tum alibi etiam obseruetur. CAP. CXXI.

QVamobrem autem Episcopi & alij Ecclesiastici feriis hisce paschalibus ludere possint, modo expositũ est. Sed deinceps vt & alia nonnulla, quæ cum hic tum alibi fiunt explicemus, hinc ordiemur:videlicet apud quosdam hoc tempore aquarum fieri dimensiones ne quia tota Quadragesima vigilauerunt, his sanctis diebus velint dormire. Induimus autem hoc etiam tempore albas vestes, tum quod pueri regenerati eas habeant, tum quod eo die angeli in albis visi sint. Ob causas supradictas tacetur, Quicunque vult & canitur, Credo in vnum Deum.Animaduerte hic obiter,si forsitam vinum in calice congeletur,sacerdotem debere tantisper exhalare, donec glacies resoluatur.Quod si vero non possit eo modo resolui, necessariũ est,vt igni apponatur.Sed si quid casu in calicem ceciderit,siue nimirum musca siue aranea,certè quicquid illud erit,omne istud sacerdotẽ deglutire oportet.Proinde vero sabbatum sequens in albis appellatũ est,idque ex veteri consuetudine, quum eo die nigras vestes omnino deponebant atque induebant albas, sed hoc nonnulli faciunt in sabbato paschæ.Statim autem dominico sequente nouem lectiones cantandæ sunt,vnde & historiam habent videlicet: Dignus es Domine. Sic enim fit Romæ,Nec his diebus flectenda sunt genua, sed rectè orandum est:quia,vt inquit Ambrosius sub finem Lucæ, Mulieres venerunt ad monumentum,nec flexerunt genua, sed rectè inspexerunt sepulchrum. Nota interim non debere in festo beatæ Mariæ Annunciationis sequentiam,quam etiam prosam appellatam esse diximus, cantari,etiam causa deuotionis,nec vnquam nisi canatur Allelu-Ia.

Moris

Moris enim fuit, vt post Allelu-Ia cantaretur neuma. Nominabatur autem neuma cantus,qui sequebatur Allelu-Ia. Postea vero quidam papa instituit loco neumæ dici sequentiam, quæ quod Allelu-Ia sequatur,sic appellata videri potest. Conceditur nihilominus, vt hoc tempore aliquis genua flectat,modo id non aperte,sed secreto faciat & ieiunet etiam qui velit.Nam,vt ait Hieronymus,vtinam possemus omni tempore ieiunare.Sunt autẽ prohibitæ in ieiunio carnes, quẽadmodum & oua,caseus,& lac,quòd,vt idẽ putat Hieronymus, hæc omnia sint carnes liquidæ,Beatus tamen Benedictus permisit oua,lac & caseos comedere, vt quamuis libidinis quædam sint incitamenta, ad maiorem tamen coronam & victoriam comedatur. Verum eis qui ieiunant, pisces permissi sunt:sed, vt ait Hieronymus, pisciculi pauci,quo facile intelligitur.quod & parui & pauci esse debeant. Dicitur autem tempus hoc Quinquagesima, quod per tempus istud significetur tempus iubilei,quo plena erit libertas,& nostra nobis reddetur hæreditas.Vnde profectò & Allelu-Ia cantamus.Verùm genua non flectimus,imo stantes oramus,nisi in litaniis.Ad postremum autem animaduertamus Paschа Iudæorum fuisse figuram nostri Paschatis,& nostram vicissim significare paschа futurum, quod erit in fine mundi: quod vt pateat sciendum est duo esse opera Dei, scilicet opus creationis,& opus recreationis. Opus creationis fuit in principio,cum Deus mundum & omnia quæ in ipso continentur, creauit. Opus vero recreationis fit quotidiè, sed Deus illud maximè exercebit in die iudicij, quando omnia inuocabuntur. Tempori vtiusque operis nostrum Pascha conuenit & concordat. Et quidem tempore creationis,quia tunc angeli Dominum laudauerunt, vnde dictũ est Iob:Vbi eras cum astra matutina laudarent me,& omnes filij Dei iubilarent ante me. Sic & nos in nostro Paschate renati. Allelu-Ia laudando Dominum cantamus. Tempus vero recreationis pari ratione nostrum Pascha à vestigio repræsentat. Tres enim illi dies qui paschа præcedunt,indicãt tempus Antichristi, cui tres reges manus dabunt quique posteà per eos septem sibi regna subiiciẽt, & decẽ regna eius imperio inseruient.Nam apud nos quemadmodum illo tempore, videlicet ipso die cœnæ pœnitentes in ecclesiam recipiuntur, eodemq; die pedes,qui sunt corporis Christi extrema pars, lauantur:ita & Iudæi aqua baptismatis extremo tempore mũdabuntur.Vnde,Reliquiæ Israël salnæ fient. Dic vero parasceue passio recitatur, sicut & tunc ecclesia maximè persequetur, Tum enim soluetur Sathanas, qui à passione Domini ligatus in inferno detentus fuit,vsque hoc die cymbala non pulsatur,sic tunc concionatores siue prædicatores conticebunt.Quare & in tenebris Benedictus alta voce canitur,quia tũ temporis Antichristo interfecto multi gaudebunt, ita vt ignis qui in tenebris modo videbatur penitus extinctus & posteà elicitur,significet quod nimirum illo tẽpore in iis in quibus Spiritus sancti ignis videbitur

bitur extinctus, rursum reluceſcet. Sic in ſabbato baptizantur pueri & tũc baptizabuntur Iudæi. Ipſo die Reſurrectionis in perſona Chriſti cantamus: Reſurrexi & adhuc tecum ſum: ſed tunc dicemus illud ipſum in perſona noſtra, quando reſurgenter tranſibimus ex hac mortalitate ad immortalitatem. Debent ergo in octauis paſchæ nouem dici lectiones ex Apocalypſi, quod oſtenditur per reſponſoriũ, Dignus es Domine. Ideo enim reſponſorium nominatur, qui vt iam ſæpè dictum eſt, lectioni quæ præceſſit, debet reſpondere. Nec eſt quod quis obiiciat in ætate qualibet dominica reſponſorium dici de Trinitate, quum tamen de ea nulla lectio recitetur. Fuit enim illud ita in primitiua eccleſia inſtitutum: vt videlicet diebus dominicis diceretur & lectio nona & reſponſorium de Trinitate. Sed quia lectio illa in diſſuetudinem abiit, tantummodo reſponſorium remanſit. Toto tempore paſchali non debemus flectere genua, nec ex neceſſitate ieiunare. Sed ex pietate & deuotione vtique, vt diximus, licitum eſt. Nam tempus hoc paſchale octauam ſignificat ætatem, in qua erit perfectum gaudium omnibus ſanctis. Vnde eſt, quod hic non ieiunamus, nec genua flectimus, ſed ſtantes oramus, ac delicatius & lautius comedimus, niſi in duabus litaniis, de quibus hìc agendum eſt.

De litaniis. CAP. CXXII.

PRimo ergo videndum eſt quid ſit litania, ſecundo quum ſint duæ litaniæ, quare vna dicatur maior, altera minor: tertiò quamobrẽ fuerint inſtitutę: quarto quẽadmodum in his ieiunandũ ſit & veſtiẽdũ: quinto & vltimo quid populus in litania debeat cantare. Litania ĩterpretatur Latinè ſupplicatio ſiue rogatio. Supplicatio dicitur, quia tunc Deo ſupplicamus: vt à morte ſubitanea & ab omni aduerſitate nos defendat. Rogatio appellatur, quia tunc ſanctos rogamus, vt pro nobis ad Dominum intercedant. Duæ ſunt litaniæ, maior & minor. Maior fit in feſto beati Marci Euangeliſtæ. Dicitur autem maior, tum authoritate inſtitutionis, quod eam inſtituit Gregorius papa eius nominis primus, qui & magnus Gregorius dictus eſt: tum authoritate loci. Fuit enim inſtituta Romæ, & publico decreto ſancitũ vt vbique celebraretur. Alia litania nominatur minor, quia à minori inſtituta fuit, ſcilicet à beato Mamerto epiſcopo, idq; Viennæ. Atque hæc non celebratur niſi in eccleſia Ciſalpina. Quare autem fuerit inſtituta prior litania, hanc reddit cauſam Paulus Mõtiſcaſſinij monachus Longobardorum Hiſtoriographus: Nam, vt inquit ille, tẽpore Pelagij papæ tanta fuit aquarum inundatio in vniuerſa Italia, vt aqua aſcenderet ad ſuperiores vſque feneſtras templi beati Zenonis: quod erat Veronæ, nec tamen miraculoſe aqua templum influit. Ex qua inundatione per Tyberim affluxit in agros multitudo ſerpentum,

tum, inter quos extitit maximus draco, & omnes per duo oſtia Tyberis intrarunt mare. Ex horum ſerpentum venenatu afflato & maximè iſtius draconis corruptus eſt aër, & infectus vſque adeò, vt inde grauiſſima peſtis inguinaria nata ſit, qua homines paſſim moriebantur. Tum Pelagius Papa indixerit ieiunium, & præcepit vt proceſſionem inſtituerent, quod ita factum eſt. Sed in ipſa proceſſione ipſemet cum ſeptuaginta aliis expirauit. In eius autem locum inſtitutus eſt Gregorius magnus, qui huiuſmodi litaniam vbique terrarum obſeruari præcepit. De ſecunda litania quæ per triduum celebratur, ait Gregorius epiſcopus Turonenſis, quod tẽpore beati Mamerti Viennæ & circa Viennam fiebant crebro terræmotus & tanti etiam, vt vel maximæ domus & multæ eccleſiæ inde collapſæ ſint & corruerint, quæ tẽpeſtas toto anno durauit. Sic etiam ſabbato paſchali dum ipſe Mamertus diuinum celebraret officium, igne cœlitus demiſſo combuſtum eſt ciuitatis palatium. Præterea beſtiæ, vt lupi & apti ex ſyluis in ciuitatem exibant, atque homines deuorabant. Pro his ergo incommodis beatus Mamertus triduanum indixit ieiunium, ad ſimilitudinem Niniuitarum, præcepítque vt proceſſionem facerent, vt quemadmodum illi per triduanum ieiunium vrbis, euaſerunt ſubuerſionem, ita hi liberẽtur ab iſtiuſmodi aduerſitatibus, quod ita factum eſt. Gregorius autem ille, cuius paulo ante mentionem fecimus, legitur ſtatura fuiſſe admodum exigua, vſque adeò vt quum fortè Romam veniret, omnes ipſum paruipenderẽt, atque ipſe etiam papa miratus fuerit, quod tam paruus homuncio factus eſſet Epiſcopus, ad quem ille honeſtè reſpondit: Ipſe Deus fecit nos, & non ipſi nos. Simile quippiam dixit beatus Hilarius cuidam ipſum vocãti Gallum. Non ſum, inquit, natus Gallus, ſed ex Gallia: & tu es Leo, ſed non ex tribu Iuda, ſic enim vocabatur.

De inſtitutione & modo litaniarum. CAP. CXXIII.

INſtituit igitur beatus Mamertus, vt ſingulis annis hęc litania tribus diebus continuis in eccleſia Ciſalpina celebraretur, quod ita Romæ fuit canonizatum. Papa etiam Liberius inſtituit vt pro fame, pro bello, pro peſte, pro clade, & huiuſmodi aduerſitatibus imminentibus ſemper litanias faceremus, vt ſic illa per ſupplicationes, orationes & ieiunia euitaremus. Vocantur autem hæ proceſſiones litaniæ Græco vocabulo, propter authoritatẽ Græci ſermonis, ſicut Paſcha & Pentecoſte. In his litaniis ieiunandum eſt cibo Quadrageſimali, in veſtibus pœnitentialibus. Nam & omnes illo die à mũdanis operibus prorſus abſtinere debent, etiam ſerui & ancillæ, ac intereſſe tantiſper proceſſioni, donec ipſa celebretur. Vt, quemadmodum omnes peccauerunt, ita etiam omnes pro venia ſupplicent. In huiuſmodi autem proceſſionibus itur in magnis eccleſiis ſepteno ordine, vnde ſeptiformes

dictæ sunt. In primo ordine sunt clerici, in secundo monachi & canonici, in tertio moniales, in quarto pueri, in quinto laici prouectæ ętatis in sexto viduæ & in septimo coniugati. Sed quod nos non possumus in numero personarum, id supplemus in numero litaniarum. Septies enim litaniam dicere debemus, Vbi obiter animaduertemus quod Rupertus Tuitiensis Abbas dixerit vltimam litaniam multis annis incepisse ante primam. Nos autem has litanias ideò maximè hoc tempore facimus, quoniam tum præcipuè bella exoriri soleant, & terræ fructus, qui adhuc sunt teneri, vel in flore, corrumpi iniuria nebularum, vel pluribus aliis modis possint, Vt ergo Deus hæc omnia auertat, instituimus litanias, continuantes vltimam Ascensioni, vt per ieiunium & orationes Christum sequi, & ad cœlos ascendere mereamur. Draco qui triduo illo deportatur inflata & longa causa duobus quidem diebus ante crucem & vexilla, posteà vltimo retro, significat diabolum, qui tribus temporibus ante legem, sub lege, & tẽpore gratiæ, quæ per hos tres dies indicantur, homines fefellit, aut fallere conatur. Primis duobus temporibus, quasi erat Dominus orbis, vnde Christus eum vocat principẽ mundi. Tempore verò gratiæ per Christum fuit deuictus, nec audet ita apperte regnare, vt prius, sed per suggestiones homines latenter seducit, quos pigros, & remissos videt in bonis operibus, nec viam vitæ sectantes, sicut in deserto debiles & infirmos, & eos, qui remanebant vltimi, hostes à tergo venientes, quasi aberrantes interficiebant. Inde profectò est, quòd primis duobus diebus præcedit, & vltimo sequatur. Ipse est draco & leo. Draco modo est, quia homines non ita apertè, sed latenter decipit. Leo erit tempore Antichristi, quoniam tunc manifeste sæuit in nomen Christi. Draco fuit, quando Christum super pinnaculum templi, vbi multos ante per vanam gloriam seduxerat, latenter fallere voluit, & tentauit inquiens, Si filius Dei es, mitte te deorsum. Et quasi hoc facere posset secure addidit: Quoniam angelis suis mandauit &c. Bene enim intelligebat Scripturas, sed quod sibi malo erat subticuit, videlicet: Super aspidẽ & basiliscum ambulabis, &c. Leo autẽ fuit in passione Dom ni, ipsum crucifigere etiã curauit, de illo ait Ioannes in Apocalypsi: Ecce draco magnus rufus habens capita septem & cornua decem, & in capitibus suis diademata septẽ & cauda eius trahebat secum tertiã partem stellarum. Per stellas hic significantur homines, qui tripartito diuiduntur in perfectos, imperfectos, & reprobos. Tertiã ergo partem stellarum trahit secum diabolus, nimirum reprobos, nã hi sunt cauda illius. Alibi vocat eum Christus, Sathanam: Videbam Sathanam tanquam fulgur de cœlo cadentem. Et ad Petrũ inquiens: Vade retro me Sathana. Non est autẽ intelligendum quod vocet eum diabolum, sed aduersarium, quod interpretatur Sathanas. Hæc enim eius loci mens & sententia est: Vade retro me Sathanas, id est, sequere me per imitationem passionis. Noli disturbare passionem meam. Vel certè hæc,

Apoc. 12

Luca 10

Videbat

Videbat enim Christus, vt ait beatus Hilarius, dæmonem in aurem Petri suggerentem, vt impediret suam passionem, & ait ei, Sathan, Sathan, Ac si diceret, nequicquam, & frustra laboras. Et conuersus ad Petrum dixit: Vade retro me, id est, sequere, imitando meam passionem.

De festo Apostolorum Philippi & Iacobi. CAP. CXXIII.

NVnc dicendum est de quibusdam solennitatibus, quæ hoc tempore in ecclesiis celebrantur, videlicet de festo sancti Philip. & Iacobi, & omnium Apostolorum (sic enim est in magnis & plenis calendariis) de inuẽtione sanctæ crucis, de festo Ioan. ante Portã Latinam & beatæ Mariæ ad martyres, & de commemoratione sancti Michaël. Hoc ergo tempus, vt prædictum est significat octauam ętatem, vbi bonum quod erit in diuersi claritate singulorum, futurũ est omnium. Vnusquisque enim gaudebit perinde ob alterius bonum, ac propter suum, & bonum omnium, erit singulorum. Quare quum tempus hoc maxime solẽnitatibus conueniat, cúmque in primitiua ecclesia Apostoli non haberẽt particulares solennitates, statutum fuit vt ipsis Calendis Maij celebraretur solennitas in honorem omnium Apostolorum. Hoc etiam die festũ est Philippi & Iacobi, idque ideo, quia fortè illo die passi sunt. Hic Iacobus minor appellatus est, nõ vtique ætate, sed vocatione, sicut fit inter monachos, vt qui ante factus est monachus, etiam si vel puer sit, tamen præcedat eum, qui quantus quantus sit, posteà cœnobium ingressus est. Dictus est prætereà frater Domini, vel quia similis erat ei faciei, vt dicitur, vel ideò, quia erat filius Alphæi, fratris Ioseph viri beatæ Mariæ, & Mariæ sororis eius. Et qui ita ex vtraque parte sanguinis sese continebant, apud Iudæos fratres vocabantur. Iesus autem putabatur esse Iosephi filius, Hic Iacobus dictus est primus post passionem Christi Hierosolymæ missam celebrasse, & Petrus Antiochiæ. Idem hic Iacobus factus est episcopus Hierosolymitanus, qui quum nomen Christi prędicaret, & publicè fateretur, præcipitatus est à Iudæis è pinaculo templi, & pertica fullonis interfectus. Alter verò Iacobus maior appellatus est, & vocatione & dignitate, quia familiarior fuit Christo Ad secreta enim sui operis eum vocabat, vt quãdo transfiguratus est, & quando mortuum suscitauit in domo.

De inuentione sanctæ Crucis. CAP. CXXV.

CRuce Domini inuenta ab Helena matre Constantini per Iudam, vt narrat historia, festum eius primò celebratum est, Hierosolymæ. Sed Eusebius Papa trigesimus à beato Petro illud posteà vbique terrarum celebrari præcepit. Iudas ille, per quem crux inuenta fuit legitur posteà ad fidem fuisse conuersus, & appellatus mutato nomine,

Quiria

Quiriacus,creatusque tandem episcopus Hierosolymitanus. De quo quidem diabolus cum alterum sibi amicum expectaret,sic dixisse fertur.Per Iudam Christus morti traditus est, & per hunc Iudã Christus mortuus exaltatus, sed breui Iulianus amicus meus rex erit, qui me de illo egregiè vindicabit.Quod sanè ita factum est,vt qui ipsum interfecit quemadmodum dicitur, Ferunt Iulianum hunc Monachum fuisse, & magnum religionis simulatorem, adeò vt quædam mulier tres ollas auro onustas, ita vt in earum orificis aurum cinere cooperiretur, ne facilè inueniretur, apud eum deposuerit eiusque fidei cõcrediderit. Quandoquidem virum illum sanctum esse credebat, nec tamen confessa est in iis aurum inesse. Sed eo inuento ab illo & furato ollas cinere impleuit, & mulieri requirenti depositum reddidit. Cum verò paulo pòst mulier aurum sibi quæreret,nec inueniret,non potuit,quod ipse haberet,conuincere, quod de auro nullos habeat testes. Nam alij monachi, ad quorum testimonium ollas tradiderat, nihil in eis prẽter cineres viderant, atque ita aurum obtinuit. Quo quum Romam fugisset, & sequenti tempore consultum obtinuisset, factus est Imperator. Qui cum magicæ artis à puero peritus esset ac eam multum adamaret,plures sibi magistros asciuit. Cum ergo quodam die absente suo magistro solus domi mansisset, ac legere inciperet dæmonum coniurationes, conuenit ante ipsum magna multitudo dæmonum,qui omnes erant nigri, vt Aethiopes. Tunc ille præ timore fecit signum crucis, & omnes illicò euanuerunt. Quod quum Iulianus Magistro suo referret quærẽti quid ipse vidisset:dixit ei magister,signum illud dæmones maximè odio habere. Electus ergo hic in Imperatorem, & adhuc eius ei recordans, cum artem magicam exercere vellet factus est Apostata. Signa crucis vbique destruxit, & Christianos quantum potuit persecutus est credens aliter fieri non posse, vt sibi dæmones obtemperarẽt. Quare etiam tunc Iudã modò appellatum Quiriacum interfecit,per quem crux fuerat inuenta. Legimus præterea militem quendam similiter Quiriacum vocatum, hunc Iulianum interfeciſſe. Nam quum hic per Epheson, suum duceret exercitum alios gentiles expugnaturus,qui aduersus eũ & Romanos insurrexerant, & videret isthic quandam abbatiam, mandauit eis vt sibi prandia pararẽt.Sed hi planè negauerunt, tum quia apostata esset,tum quia pauperes erant. Tunc ille ad hæc ita excandescens, eis rursus nũciauit, se priusquàm annus finiretur locũ istũ deleturum eósque interfecturum,& omninò effecturum, vt istic segetes succrescerent: Quo sanè audito timuerunt monachi, sed abbas eorum vir sanctissimus eos in Domino confortauit, & efficit vt sua confortatione iam ad martyrium essent parati. Quadam verò nocte, cum abbas in oratione persisteret, visa est ei beata Maria monasterium aperire, & ad tumulum cuiusdam militis,qui dicebatur Quiriacus,quique mortuus erat nondum septem diebus, & isthic sepultus, venire ac ei vt

ac ei vt inde surgeret & se armaret ac de Iuliano eam vindicaret præcepisse. Tum ille surgens, feyamis suis, quæ adhuc in templo affixa erant,induit,& equum suum,qui adhuc in stabulo erat,vidente Abbate ascendit, & ad fines Iuliani se contulit. Sequenti die quæcunque viderat abbas, suis monachis narrat ordine. Qui militis tumulum aperientes,vt rem reprobarent,nec inuenerunt corpus,nec equum nec arma.Tertia verò die confligente Iuliano cum suis hostibus,interfectus est à prædicto milite, & sequenti nocte miles vidente abbate ad sepulchrum suum rediit,equumque & arma in locis suis reposuit.Post hunc Iulianum fuit Cyprianus homo gulæ & luxui deditus, qui ad beatam Iustinam virginem, quum ad suam luxuriam concitare vellet, misit quendam dæmonem, qui huiusmodi immunditiæ præerat, sed signo crucis repulsus est. Misit rursus alium fortiorem, qui eodem modo crucis signo se deiectum fatebatur, ita vt hinc Cyprianus ad fidem conuersus sit. Tantæ potestatis est crux Christi,per quam ille nos planè immeritos æternæ fœlicitati restituit.

De sancto Ioanne Euangelista ante portam latinam.
CAP. CXXVI.

NEro interfecerat Petrum & Paulum, quo mortuo successit ei Vespasianus,atque ei Titus, cui posteà Domitianus. Sub hoc beatus Ioannes Euangelista profectus est Romam,vt isthic verbum Dei concionaretur. Domitianus autem ipsum poni curauit in dolium feruentis olei plenum ante portam Latinam, sic enim vocabatur. Sed beatus Ioannes nullam isthic sensit læsionem, diuina gratia ipsum protegente.Quantum tamen ad illum attinet, martyr, fuit. Quapropter factum de illo agitur,non secus ac si martyrium ibi sustinuisset.Tum à Domitiano in Pathmos insulam deportatus est. Sed tandem à Nerua Imperatore reuocatus est. Notemus hic tres tantum Apostolos viuos fuisse Romæ: Petrum nempè,Paulum & Ioannem,ac tres item Euangelistas, Ioannem, Marcum, & Lucam. Præterea animaduertamus Christi Apostolos siue discipulos non ideo fuisse passos, quòd Christum prædicabant,sed quod ipsum deificabant, ac Deum esse aiebant sine Romanorum authoritate, quod ipsi prohibuerant.

De festo beatæ Mariæ ad martyres.
CAP. CXXVII.

CVm singula Romanorum idola non possent templum Romæ habere, fecerunt Romani vnum templum omnibus idolis, quod dictum est Panthæon. Illud templum impetrauit dari ecclesia Christi Bonifacius quartus Papa à Phoca Cæsare Constantinopolitano Imperatore, & illud reiectis idolis, omnique eorum spurcitiæ dedicauit in honorem beatæ Mariæ & omnium martyrum,(nondum enim fiebant festa confessoribus) & statuit vt singulis annis celebraretur illo die festum

festum Martyrum, sicut ipsis Calendis Maij festum Apostolorum. Sed quia in illo mense non est tanta copia victualium, vt in aliis (solet enim tunc annona deficere) & populus qui confluebat ad illa solemnia, propter inopiam ciborum quandoque non poterat bene celebrationi vacare, ideo Gregorius minor, qui eius nominis quartus fuit, duo hæc festa transtulit, & ea Calendis Nouembris quando maior est rerum copia fieri instituit. Nec solum Apostolorum & martyrum, sed etiam Trinitatis, omnium Angelorum & Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, & aliorum sanctorum atque sanctarum, velut festum generale, cuius officium ordinauit.

Quare non celebremus festa sanctorum, qui cum Christo surrexerunt. CAP. CXXVIII.

QVæritur quare non celebremus hoc tempore festa sanctorum qui cum Christo surrexerunt, vel cùm illo in cœlos ascenderunt. Debemus enim de eorum glorificatione gaudere & solemnizare sicut de aliis sanctis, quum certi simus eos ascendisse. Verum eius rei ratio talis est: De morte eorum non solemnizamus, quia ad inferos descenderunt. De glorificatione autem in anima festum aut in Pascha aut saltem in ascensione Domini debemus celebrare, sed non possumus propter authoritatem & magnitudinem officiorum illorum dierum. Obumbraretur enim eorum festiuitas dignitate maioris solemnitatis. Quemadmodum si cum Rege veniret alicuius familiaris propter præsentiam Regis non tam diligenter ei obsequeretur, quàm si solus veniret. Ideò ergo statutum est, vt aliis anni temporibus, iis diebus quibus ecclesiæ sibi dedicatæ fuerunt, festa illorum celebrentur, vt festinitas beati Ioannis Baptistæ sub finem Augusti, qui tamen circa Pascha mortuus est. Propter eandem sanè rationem festum beati Iacobi Compostellæ in Iulio obseruatur. De festo beati Petri ad Vincula alibi dicetur. Animaduerte ergo quòd festa sanctorum veteris Testamenti, vt Abrahami, Isaaci, Iacobi, Dauidis, Danielis & aliorum in Græcia & Venetiæ colantur, habeantque istic suas ecclesias.

De sancto Michaele. CAP. CXXIX.

DE festo sancti Michaëlis dicimus, quod hoc tempore Earbar Apuliam ingressi sint, eamque miserè depopulati. Quare Christiani in dicto ieiunio triduano auxilium sancti Michaëlis implorauerunt. Et cùm essent congregati instructaque acie exercitum aduersus hostes producerent, apparuit eis sanctus Michaël, quasi illis auxilium præstans, tum hostes versi sunt in fugam. Quia ergo per beatum Michaëlem victoriam obtinuerunt, ideò statutum est, vt eo die semper festum eius celebraretur.

De

De varietatibus huius temporis. CAP. CXXX.

DIcto de festis, considerandæ sunt quædam huius temporis varietates. Sunt enim hæ tres septimanæ quasi propriis vocabulis nuncupatæ, prima est Paschalis, secunda in albis, tertia expectationis, illa videlicet quæ est post Ascensionem Domini. Prima dicitur sanctificata, quia homines per baptismum sanctificati tota illa septimana vestem gerunt in qua baptismum susceperunt, quę significat primam stolam. Secunda septimana appellatur in albis, quoniam tunc baptizati altero sabbato vestes baptismi deponentes, albas induunt vestes. Vel quoniam tunc solent illi qui baptizati sunt confirmari ab Episcopis, & alias albas vestes induere, vsque ad sequens sabbatum. Vel certe ideo nominatur in albis, quia significat vitam æternam in qua vtráque stola vestiemus. Tertia tandem nuncupata est, vt diximus, septimana expectationis: quod repræsentet tempus illud, quo Apostoli expectauerunt aduentum Spiritus sancti. Atque hinc animaduertamus quosdam solere ieiunare ab Ascensione vsque ad Pentecosten, quia Apostoli eo tempore dicuntur ieiunasse. Sed D. Gilberto videtur non esse ieiunandum, quod ad paschale tempus pertineat. Alia item varietas hic est attendenda. Septimana enim paschalis non protenditur nisi vsque ad sabbatum in albis, atque ita pascha pro octauis sex duntaxat dies habet. Septimana in albis incipit à sabbato in albis, & finitur in altero sabbato, & sic durat octo diebus. Octauæ Ascensionis cùm deberent terminari quinta feria ante pentecosten, protrahuntur vsque ad pentecosten. Nam licet duos dies qui octauis supersunt, ad missam officium suum facilè possint è dominica accipere, tamen non habet ad nocturnos inuitatorium vel responsoria, nisi ab Ascensione Domini illa peterent. Vnde profectò decem illi dies pro vna octaua reputantur. Nec id quidem mirum quum totum Paschale velut vna habeatur octaua, quemadmodum etiam tempus illud à Natiuitate Domini vsque ad octauas Epiphaniæ.

De Pentecoste. CAP. CXXXI.

HIs breuiter de Paschali tempore expositis, de pentecoste Domini deinceps agendum est: populus Israëliticus quatuor præcipuè celebrat solemnitates, pascha scilicet, quia tunc eos Dominus liberauit ab Ægyptiorum seruitute, & à percussione Angeli aspersis immaculati agni sanguine postibus. Non enim fuit domus alicuius Ægyptij, in qua non mortuus aliquis conspiceretur. In domibus verò Hebræorum minimè. Celebrant præterea Pentecosten: quia tunc acceperunt legem, & scenophegiam in Septembri, quæ interpretatur fixio tabernaculorum. In hyeme deniquè celebrant Encenia, id est,

dedica

Universidad de Deusto
Biblioteca

dedicationem templi. Nos autem tantum duo isto[illegible] n seruamus Pascha videlicet & Pentecosten, sed alia ratione atque [illegible]illi enim celebrant pascha quod tunc ab Ægyptia seruitute fueri[illegible]erati, nos ideò Pascha celebramus, quia tunc per Christum redempti[illegible]rtus. Illi celebrant Pentecosten, quod tum legem acceperunt, nos ideò, quia tunc accipimus Spiritum sanctum. Illi acceperunt legem in tabulis lapideis extrinsecus scriptam. In tabulis quidem lapideis, ad designandum eorum duritiem. Extrinsecus verò scriptam, quod literæ spiritualem intelligentiam non pertingebant. Sed Spiritus sanctus datus est septuaginta duobus Discipulis in corde digito Dei intus spiritualem intelligentiam eius dictante. Verùm animaduerte aliud esse Pentecosten, aliud quinquagesimam, itemque quinquagesimam multifariam accipi. Est enim quinquagesima dierum annorum, psalmorum, personarum denariorum. Rursus quinquagesima hæc dierum triplex est. Est enim vna à dominica, quæ vulgò appellatur, Esto mihi. vsque ad Pascham: alia à Paschate ad Pentecosten & tertia, à sabbato in albis, vsque ad sabbatum post Pentecosten. Prima est pœnitentiæ & afflictionis, secunda lætitiæ & exultationis tertia velut figuræ. Præfigurat enim octauam ætatem, in qua vtraque stola induemur. Ex quo quidem fit, quod duo Allelu-Ia illa quinquagesima cantamus, quorum primum significat corporis stolam, secundum animæ. Sic quoque tres sunt psalmorum quinquagesimæ, Prima est à Beatus vir, vsque ad Miserere mei. Secunda à Miserere mei vsque ad Domine exaudi: tertia denique à Domine exaudi: vsque ad Omnis spiritus laudet Dominum. Hæ quinquagesimæ, dies diluuij significant. Tot enim diebus aquarum fuit inundatio, scilicet centum & quinquaginta diebus: Ideò autem tres quinquagesimas psalmorum cantamus, vt Deus à tali nos diluuio & ab omni malo defendat. Quinquagesima porrò annorum erat iubilæus De quinquagesima personarum habetur in Genesi, vbi Abraham in hunc modum à Domino quærit: Si septuaginta, inquit, in populo inueniantur iusti, nunquid eis parces? Ita respondit Deus, & sic posteà de sexaginta, quinquaginta, vsque ad decem. De quinquagesima verò denariorum habetur in Euangelio, vbi de duobus agitur debitoribus, quorum vnus debebat centum denarios, alter quinquaginta. Sed hæc de illis dixisse satis sit. Nunc autem ad propositum redeamus. Dicitur ergo pentecoste à πεντηκοντα quinquaginta, quod dies hæc à resurrectione Domini distat quinquaginta diebus. Hinc πεντηκοστὴς, Latinè dicitur quinquagesimus. Sicut enim populus Israëliticus quinquagesimo die à pascha, quod celebrauerunt in Ramasse, venerunt ad montem Dei Oreb vel Sina, quod idem est & legem tunc acceperunt. Ita die quinquagesimo à passione Domini spiritus sanctus Discipulis, in superiori cœnaculo aduentum eius expectantibus, datus est in linguis igneis. Et in linguis vtique, vt in omni genere linguarum & sermonum facundi essent.

essent. In igneis verò ideò, vt inflammarentur amore charitatis. Datus est igitur Spiritus sanctus Discipulis, cuius gratia est septiformis, quoniam numerum scilicet septenarium, maximè obseruant Iudæi in omnibus, idque non sine specie figuræ. Ipsi enim celebrant septimum diem, videlicet sublatum, septimam, septimanam nempè Pentecosten, septimum mensem nimirum Septembrem, qui apud eos ferè habetur celebris & septimum annum, vt potè quum serui à Iudæis manumittebantur, si vellent. Si autem aliquis manumitti non vellet sed in domini seruitute remanere, id ad postes tabernaculi, vel templi ducebatur, atque eius aures subula perforabantur, quod erat signum seruitij non amplius manumitteretur, si forsitam posteà ex seruitute manumitti vellet. Sic quoque hoc anno quæcunque terra ex se gratis procreabat, erant communia. Non enim colebatur eo anno. Pari ratione nos septimo die videlicet in sabbato, baptismum celebramus. Sabbatum enim requiem significat, & nos per baptismum sabbatizamus, id est requiescimus. Quoniam quando homo baptizatur, habet anima eius quietem quum per spiritum à vitiis emendata in fidei vnitate quiescit. Sciendum ergo est duobus tantum sabbatis regulariter baptismum celebrari. Sabbato videlicet Paschali, & Pentecostes. Paschali quidem sabbato, quoniam in passione Christi omnes baptizamur, hoc est redimimur. Sabbato verò Pentecostes, quia tunc per Spiritum sanctum mundamur, & sanctificamur. Atque huius quidem sabbati officium nunc tractandum est.

De Officio sabbati Pentecostes.

CAP. CXXXII.

OFficium huius diei nihil discrepat ab officio sabbati paschæ excepto quod in eo prima lectio sit de Adamo, id est de mundi creatione. Hic verò prima est de Abrahamo. Et huic quidem lectioni de Abrahamo canticum subiungitur, illi verò de Adamo, non vtique. Duæ hæ lectiones illos duos parentes significant, quorum vnus fuit pater erroris & deuiationis, scilicet Adamus, alter fuit pater fidei & reuocationis, videlicet Abrahamus. Lectioni de Adamo non subiungimus canticum: quod ille non bene nobis cecinerit, quoniam transgressus est Dei mandatū. Vnde non respondemus ei, quasi nobis male cantanti. Quod autem male cantauerit ex eo patet, quod ei dictum est, Maledicta terra in opere tuo. Lectioni de Abrahamo canticū subiungimus, vt quid bene nobis cecinerit, vnde ei dictum est: In semine tuo benedicentur omnes Gentes. Tacentur autem hac die tituli, propter paruulos qui nec dum cognoscunt authores noui & veteris Testamenti. Missa hoc sabbato ita incipit, quemadmodum sabbato paschæ videlicet per Kyrie eleyson. proinde Gloria in excelsis. tam hoc quam illo sabbato canitur, atque etiam die cœnæ, sed non nisi in illa ecclesia, in qua consecratur chrisma. Alibi enim cantari non debet. In

vesperis denique hi dicuntur psalmi Laudate pueri Dominum. Laudate Dominum omnes Gentes. Lauda anima mea Dominum. Laudate Dominum quoniam bonus, & Lauda Hierusalem Dominum.

De ieiuniis quatuor temporum.

CAP. CXXXIII.

DIcẽdum modo est de ieiuniis primitiatũ quæ in septimana Pentecostes solent cõtingere. Et primò quidem de origine, secundò de institutione, tertiò de nomine & eius ratione, deinde de officio, & vltimò de ordinibus, quæ in eis celebrantur, oportet despiciamus. Origo istorum ieiuniorum sumpta est ex veteri Testamento. Sicut enim populus ille Deo ex omnibus rebus suis dabat primitias, sic nos ex temporibus primitias, & non solum ex temporibus, sed etiam ex omnibus quæ possidemus dare debemus. Nunc sequitur de institutione.

De institutione ieiuniorum quatuor temporum.

CAP. CXXXIIII.

Dis c. 66. IN primitiua ecclesia fuit institutum vt ieiunia hæc quoque anno ter fierent. Sed Calixtus Papa instituit, vt quater fierent, sumens rationem ex veteri Testamento. Iudæi namque quater ieiunabant in anno ante Pascham, Pentecostem, Scenopegiam, id est, fictionem tabernaculorum in Septembri, & ante Encenia, id est, dedicationem in Decembri. Præterea si ter fierent & tres dies singulis vicibus ieiunarentur, anno diuiso in tres partes, remanerent semper aliquot dies, quorum primitias non redderemus. Sunt rursus & multæ aliæ rationes quamobrem quater fiant in anno. Vnà est, quod in humanæ naturæ constitutione quatuor sunt qualitates, vt pote, quòd simus calidi, frigidi, humidi, sicci, ex quibus qualitatibus peccandi quilibet petit delectationes. Vt ergo quatuor has qualitates à peccandi libidine refrenemus, quater in anno ieiunamus. Vel talis etiam ratio reddi potest, Homo constat ex anima & corpore. Corpus autem consistit ex quatuor elementis. Sed anima tres potissimum habet proprietates, vti ratione, irasci, & concupiscere. Quare vt hæc nobis moderentur quater in anno tribus diebus ieiunamus, vt quaternarius numerus referatur ad corpus, ternarius ad animam. Rursum: Annus in quatuor tempora diuiditur, quorum vnumquodque tres habet menses. Quater igitur in anno ieiunamus tres dies, pro quolibet mense diem vnum. Est iterum alia ratio, cur quater ieiunamus, ob quatuor videlicet anni tempora. In Hyeme enim mandamus terræ semina, in Vere arbores floreſcunt & vineæ pubeſcunt, in Aestate metimus non nullas fruges, & in Autumno colliguntur vuæ. Quater denuò ieiunamus, quia vt veteres quoque anno quater ieiunabant quadragesimam diem, & nos his tempo

temporibus tres dies ieiunamus. Dicuntur autem ieiunia quatuor temporum, vel ieiunia primitiarum, vel ieiunia duplicia, quia fiũt tribus diebus, quibus solemus ieiupare in vna septimana Sunt verò instituta, vt dictum est, à Calixto Papa, & prima huiusmodi ieiunia fiunt in Martio, in prima videlicet septimana Quadragesimæ, vt in nobis marceant vitia. Non enim omninò possunt extingui. In Aestate fiunt secunda, nimirum in septimana Pentecostes, vt quoniam tunc venit Spiritus sanctus, & nos esse debeamus feruentes spiritu. Tertia ieiunia fiunt ante festum sancti Michaëlis, in tertia septimana Septembris, quod quemadmodum tunc arborum fructus colligantur & nos quoque deceat Deo reddere bonorum operum fructus. Quarta postremò fiunt in septimana ante Natale Domini, scilicet in Decembri, quia sicut tunc herbæ moriuntur: ita & nos oportet mori mundo, & renasci Deo. In horum ieiuniorum quarta feria dici debent duæ lectiones tono siue voce nocturnali: vna ex veteri Testamento, altera ex nouo, tono & voce communi, ad significationem eius, quòd qui ordinandi sunt sabbato sequenti oporteat vt sint vtriusque Testamenti periti. Idem indicat Mitra Episcopalis per duo illa cornua. Debet enim hic vtriusque Testamenti non esse ignarus, quo tanquam duplici cornu possit ferire fidei inimicos atque hæreticos. Sexta ieiuniorum feria, vna duntaxat dici debet lectio, quòd author veteris & noui Testamenti vnus & solus sit Deus, atque ex veteri & nouo Testamento vnum factum sit Euangelium. Sabbato autem quatuor recitantur lectiones, antequàm celebrentur ordines, quarum prima pertinet ad populum, secunda ad ecclesiæ primates, tertia ad ministros, quarta ad omnes religiosos. Lectio Danielis ideò sequitur de tribus pueris, quòd qui sunt ordinandi, in fide debeant esse probati sicut illi fuerunt. Sunt autem hi circa tria potissimum inquirendi, circa naturam, vtrum videlicet ex legitimo matrimonio sint procreati circa literas & circa vitam ac bonam conuersationem. Notemus ergo hìc, quod Archipresbyter ordinandos prius debeat offerre Archidiacono: vnde hic etiam dicitur vicarius quoniam in hoc vicem supplet sacerdotum. Eorum enim esset hoc facere. Archidiaconi officium est eos examinare & scrutari in vita, in natura & honesta conuersatione, atque ita eos tradere in manus scholasteris cuius munus est periculum facere in literis. Sic itaque diligenter inquisiti debent tradi in manus Episcopi. Post lectionem Danielis subiungitur cantus Benedicite. Sed quare ad lectionem Danielis non flectuntur genua, suprà dictum est. Epistola Pauli deinde legitur, ad quam genua nõ flectimus, quoniam ad nouum pertinet testamentum. Huic deinceps tractus subiungitur cum graui cantu, quod ordinati graues esse debeant, & constantes, ne facili superbiæ flatu, efferantur. Obiter tamen animaduerte non permissum esse, vt eadem die bis aliquis ordinetur. Sed si necesse fuerit, potest ordinari sabbato in diaconum, & dominica sequenti in sacer-

dotem,& postea in octauis Pentecostes potest consecrari in Episcopũ.

De tempore peregrinationis ac festis in eo contentis.

CAP. CXXV.

AB hoc ergo sabbato incipit tempus peregrinationis,quoniam sumus quidem in itinere quo venitur ad patriam,sed hostes & aduersarios habemus antequam illic perueniamus,nimirum carnem nostram, mundum & diabolum. Legimus hoc tempore librum Regum, vbi bella nobis proponuntur & victoriæ,& nos contra hostes fortiter pugnemus, & adepti victoriam in cœlis tandem coronemur. Et notemus obiter apud autores tribus potissimum nominibus appellari Iudæos.Primò,quia vocantur recutiti,vnde Isaias:Recutita,inquit,sabbata,id est,Iudaica,quoniam recisam verendorum cutem habent.Appellantur etiam Palestini,vnde Ouidius: Terra Palestino septima culta viro.Et communi nomine Iudæi ab Iuda filio Iacob, qui vnus fuit ex duodecim Patriarchis. Quantumuis enim duodecim fuerint tribus,quæ à duodecim filiis Iacob descenderunt, à Iuda tamen Iudæi ideò sunt appellati , quòd de regno Iudæ hoc pacto prophetauerat Iacob:non deficiet princeps de Iuda,nec dux de fœthoribus eius,donec veniat qui promissus est. De tribu autem Iuda venit Dominus noster Iesus Christus.Notemus præterea, quod aliquæ sint octauæ deuotionis:vt sancti Nicolai, & sanctæ Mariæ Magdalenæ , qui octauas non habent , sed quoniam sunt quarundam ecclesiarum patroni , ideò eis fiunt octauæ.Sunt octauæ venerationis , vt in magnis solennitatibus: & significationis , vt Petri & Pauli quæ secundam significant stolam quam habituri sunt,videlicet corporis glorificationem. Paulus historiographus diaconus Romæ curiæ monachus Cassinensis , cum die quodam Paschalem cereum consecraret, fauces eius raucæ factæ sunt quum prius esset satis vocalis.Vt ergo vox ei restitueretur , in honorẽ sancti Ioannis hymnum composuit:Vt queant laxis,&c.vnde in principio petit vocis restitutionem , sicut restituta est Zachariæ merito sancti Ioannis.De quo quidem dicemus , si primo festum Geruasij ac Prothasij breuiter exposuerimus. Et quidem hoc vnum hic dicimus, quod in eorum officio cantatur : Loquetur Dominus pacem in plebem suam Nec hoc sane sine causa tum temporis dicitur,quòd in horum festo reformata fuerit concordia inter Longobardos & Romanum imperium.Cætera de illis historia plenè perstringit.

Festum Geruasij ac Protasij.

De natiuitate sancti Ioannis.

CAP. CXXXVI.

VIdeamus igitur modo de ipsius sancti Ioannis Natiuitate, & primo quamobrem Natiuitas eius celebretur cũ in peccatis fuerit conceptus.Nullius enim cõceptio facta in amplexu maris & fœminę, potest esse sine peccato.Quidã enim sunt sine patre & matre, vt Adamus:

mus:Alii ex patre sine matre,cuiusmodi fuit Eua. Alii vero ex patre & matre,quod est frequentius , vt Abelus. Alii tandem ex matre sunt sine patre:qualis est Christus. Vnde in persona illius dictum est : Ego sum vermis & non homo, hoc est, secundum legem vermium natus, non autem hominum.Sed animaduertatur hic hominem prius,vt ita dixero, seminari , ac postea in vulua concipi , idque carnem formari. Verũ post quadraginta & sex dies creari animam,& corpori infundi, secundum Theologos, quibus magis credendum est , quam physicis. Celebratur ergo huius natiuitatis secunda, quando nimirum primo exit in lucem.Nam prima est,quando ipsa anima corpori infunditur, Secunda verò quum prodit in lucem. Quare iuxta secundam , sine peccato fuit conceptus.Sanctificatus enim fuit in vtero, quemadmodum Hieremias , in cuius prophetia hoc ita continetur : Antequam exires de vulua sanctificaui te,&c.Quod quidem in huius figurã fortasse dictum fuit. Sed de quo genere sanctificationis hoc ibi hic dicatur Deus nouit. Sũt qui putẽt de sanctificatione originali dictũ fuisse,idq; hoc pacto probare conantur , quòd videlicet Spiritus sanctus puerum repleuerit , atque adeo vt ex istiusmodi Spiritus sancti repletione & repleta fuerit mater. Atqui si esset in originali , foret vtique & in mortali. Ergo neque puer sancto Spiritu esset repletus ; neque eius mater.Nec vero refert, quòd & malè quàm plurimi prophetarũt vt Cayphas & Balaam, & quòd asina etiam locuta sit. Verum contra videtur,quod ei peccatum istud originale remissum non fuerit. Dixit enim Ioannes ad Christum : Ego à te debeo baptizari , & tu venis ad me baptizari. Ex quo intelligitur ipsum voluisse ablui à peccato originali. Sed intelligẽdum plane est ipsum hoc dixisse in persona ecclesiæ,in qua etiam opinione glossa petuulgata. *Luc. 2* *Matt. 3*

De vigilia sancti Ioannis.

CAP. CXXXVII.

FEstum sancti Ioannis habet vigiliam, hoc est , eius festi dies præcedens,dicitur vigilia vel eius loco ieiunium,quod vice vigiliarũ est institutum.Fuit enim moris apud Veteres , vt in festiuitatibus viri cum vxoribus & filiabus suis ad ecclesiam conueniret , atque isthic cum lumine & candelis vigilarent.Sed quoniam in his vigiliis crebro contingebat vt puellæ vitiarentur , malitiosi oportunitatem haberent,quo flagitia sua commode perficerent,ideo factum est , vt vigiliæ mutarentur in ieiunia : Vnde etiam nunc antiquitatis nomen retinuit. Vocatur enim vigilia. Celebratur autem natiuitas Ioannis, tum propter historiam(habet enim Euangelium : Et multi in Natiuitate eius gaudebunt , quod obseruant Christiani & pagani) tum propter allegoriam & mysterium , per Ioannem enim significatur ortus gratiæ,ex quo quidem fit vt tum magis solẽnizemus propter mysterium quam propter ipsam personam. Credimus autem , quod hic in

vtero sanctificatus est, sicut Hieremias, vnde eo die de Hieremia legitur. Sed quo genere sanctificationis nec satis liquet, nec legimus. plerique tamen affirmant ipsum ab omni peccato fuisse mundatum. Saluator attulit nobis ortum gratiæ. Hunc Ioannes præcessit annunciatione, natiuitate, prædicatione, passione, ad inferos descensione. Officium eius partim constat ex veteri Testamento, partim ex nouo, quoniam ipse fuit finis veteris & initium noui. Fuit namque quasi lapis angularis, hoc est, nouum & vetus coniungens Testamentum. Quod autem hoc festo ieiunamus, totum illud natum est ex sympathia quadam & compassione, qua ei compatimur, quod ieiunauerit in deserto, atque isthic vitam egerit admodum acerbam. Solent porrò hoc tempore ex veteri cõsuetudine mortuorum animalium ossa cõburi, quod huiusmodi habet originem. Sunt enim animalia, quæ dracones appellamus, vnde in psalmo, Laudate Dominum de terra dracones, nos thracones, vt quidam mendose legunt, scilicet terræ meatus. Hæc inquam: animalia in aëre volant, in aquis natant, in terra ambulant. Sed quando in aëre ad libidinem concitantur, (quòd ferè fit) sæpe ipsum sperma vel in puteos, vel in aquas fluuiales eiiciunt ex quo lethalis sequitur annus. Aduersus hæc ergo huiusmodi inuentum est remedium, vt videlicet rogus ex ossibus construeretur, & ita fumus huiusmodi animalia fugaret. Et quia istud maximè hoc tempore fiebat, idem etiam modo ab omnibus obseruatur. Est & alia causa quamobrem ossa animalium comburantur, quod ossa sancti Ioannis in ciuitate Sebastæ ab Ethnicis combusta fuere. Consuetum item est hac vigilia ardentes deferri faculas, quod Ioannes fuerit ardens lucerna & qui vias Domini præparauerit. Sed quod etiam rota vertatur hinc esse putant, quia in eum circulum tunc sol descenderit vltra quem progredi nequit, à quo cogitur paulatim descendere, quemadmodum vulgi rumor de beato Ioanne Christo adueniente ad summum peruenit, quum Christus putabatur, posteáque descendit ac fuit diminutus, vt vel ipse de se testis est. Me inquiens, oportet minui, illum autem crescere. Quod quidem propterea dictum esse nonnulli arbitrantur, quod tum dies incipiant minui & decrescere, & in Christi natiuitate crescere. Verum enimuero quia aliquando dies ante festum sancti Ioannis decrescant, & ante natale Domini crescant intelligendum est istud de natiuitate in matre, quando scilicet vterque cõceptus est. Conceptus enim est Ioannes diebus decrescentibus, vt in Septembri, & Iesus crescentibus vt in Aprili. Proinde missa huius diei officium petit partim ex veteri, partim etiam ex nouo Testamento, cum in eo quædam sint Testamenti noui, quædam veteris. Nam lex & prophetæ fuerunt vsque ad Ioannem, ita vt hic fuerit tanquam in medio constitutus veteris & noui Testamenti, postea tamen circuncisus est Christus. Eodem vero die & Ioannes Euangelista in fossam descendit, sed quia propter natiuitatem beati Ioannis Baptistæ,

eius

eius festiuitas plene venerari non posset, translata est ad natale Domini. Quare quum neque ibi propter festum sancti Stephani vigiliã habere potuerit, hinc esse dicimus, quod hoc die duplex missa canatur, altera quidem vigilia Euangelistæ, nimirum: Iustus vt palma florebit: altera vero de vigilia Baptistæ. Quanquam dicere possumus vigiliam Ioannis Baptistæ plenum habere & absolutum officiũ ex quo sane fieret, vt illo die non celebraretur vigilia sancti Ioannis Euangelistæ.

De festo apostolorum Petri & Pauli.
CAP. CXXXVIII.

HVc vsque de natiuitate sancti Ioannis eiúsque vigilia actum est sequitur deinceps festiuitas duorum Apostolorum, Petri videlicet & Pauli. De his magna est controuersia, vtrum eodẽ die passi sint. Henricus enim Sollitarius velle videtur eodẽ die eos, anno tamen reuoluto, passos esse. Sed Pelagius Papa, atq; alij sancti patres qui de illis scripserunt in Decretis, volunt illos eodem die eadémque hora sub pessimo illo Imperatore Nerone fuisse passos. Alioqui enim falsę essent historiæ de illis proditæ. Sed tamen in diuersis locis passi sunt, & diuersis pœnis Petrus enim cruci fuit affixus, Paulus vero obtruncatus: quæ pœna videbatur esse honestior. Nam ciuis erat Romanus, vt habetur in Actibus Apostolorum, postea vero eorum corpora fuere eodem loco eodémque sepulchro posita, vbi multo tempore simul permanserunt. Sed ad fidem Christianam conuerso Imperatore Romano, & Christiana religione magis ac magis crescente, vtrique Apostolo suam peculiarem ędificauerunt ecclesiam & cùm vellent corpora separare, dubitarentque quænam ossa Petri, & quæ Pauli essent illis orantibus ieiunio peracto, responsum est cœlitus, maiora esse ossa prædicatoris, minora vero piscatoris: Atque ita sanè seorsin à se mutuo ossa fuêre separata, & in suis ecclesiis posita. Quamquàm vero horum festa eodem die celebranda occurrat, beatus tamẽ Gregorius instituit, vt festum Petri ipso die tantùm celebraretur. Maior enim fuerat sanctitate & Romæ primas tenuerat, sequenti vero die coleretur festum Pauli. Ipso tamen die Petri dicitur in Missa oratio, siue, vt vocãt, collecta, illis duobus communis. Potest ergo hic missa inchoari vel de sancto Petro, vel per huiusmodi introitum: Terribilis est locus iste. Quia eo die ecclesia petri fuit dedicata. Quæritur autem hic de Lino an papa fuerit, atque itidem de Cleto. Sed responsum est, & negatum, eósque fuisse discipulos Petri, ac eius vicem in his duntaxat suppleuisse, quę ad actiuam pertinebant vitam, vnum videlicet intra muros, alterum, vero extra. Sed Petrus vacabat orationi, vnde etiam nunc Romæ præter Papam & alius quispiam episcopus est. Cõsiderandum porro est interdum inueniri Paulum Petro esse minorem, & quandoque etiam maiorem vel inter sese eos esse æquales.

Sed istiusmodi controuersia hoc modo dissolui potest: Fuit enim Paulus minor Petro, videlicet dignitate, quod hic fuerit princeps Apostolorum. Verum eodem maior fuit prædicatione, & æqualis & par vitæ sanctimonia. Horum itaque festum tria habet præcipua, ieiunium, octauas & solennitatem. Ieiunium quidem, quia si cum eis regnare optemus, oportet nos etiam cum iis compati. In solennitate vero propter eorum glorificationem gaudemus. In octauis denique ob illorum futuram beatitudinem in corpore & anima, cuius certi sumus, lætamur.

De diuisione Apostolorum. CAP. CXXXIX.

DE festo diuisionis Apostolorum, magnæ authoritatis Scriptores varij dissentiunt. Quidam enim volunt diuisionem hanc intelligendam esse quasi quæ Hierosolymæ post duodecim annos facta esse quum videlicet Apostoli partiti ac separati fuerint ad concionandum Ethnicis. Nonnulli vero putant festum hoc esse accipiendum de diuisione Petri & Pauli, illa videlicet, de qua superius mẽtio facta est. Illam enim tali die factam fuisse arbitrantur, quod vtique bene fieri potuit. Dicitur autem hoc die magna illa Apostolorum Sequentia, cuius initium est huiusmodi: Cœli enarrant & Euangelium Ascẽsionis, sed nõ integrũ, vt quod ibi incipit: Et Dominus quidẽ Iesus postquam loquutus est. Ad cuius extremæ partis probationem nonnulli hic mentionem faciunt de duobus Discipulis Petri, qui quum ad prædicandum missi essent, & circiter viginti dies iter ingressi, alter eorum mortuus est, & alter ad Petrum rediit. Hunc aiunt fuisse beatum Maternum. Sed Petrus ei tradidit baculum suum, ac ipsum remisit, præcipiens vt ad corpus socij sui adiret, & illud suo baculo tangeret. Quod quidem cum hic fecisset, è vestigio alter reuixit ad tactum baculi, qui iam mortuus fuerat quadraginta diebus. Et sic verum esse completum est, quod dixerat Dominus: Et maiora horum facietis. Dominus enim quatriduanum suscitauit Lazarum, quod sane oppido quam magnum fuit: sed magis quod ad tactum baculi Petri reuixit ille, qui iam mortuus fuerat quadraginta diebus.

De festo sancti Iacobi. CAP. CXL.

FEstum hoc Iacobi est maioris, fratris Ioannis Euangelistæ, & filij Zebedæi. Huius corpus quieuit in Compostella, quæ Hispaniæ pars est. Missus enim fuit vt Hispanis verbum Dei concionaretur. Sed propter malitiam & duritatem principum, extra vnum ad fidem Christi neminem conuertere potuit. Quod quum videret vir sanctus Hierosolymam rediit, vt conspiceret an illi, quos isthic, reliquerat, etiamnum satis essent in Christi side confirmati, & inuenit multos

multos in ea errantes, imò qui iam ferè omnino eam deseruerant, propter Hermogenem & Philætum, qui magicis artibus quasi miracula faciebant, quibus homines miserè decipiebant. Verum hos Magos aggrediens Apostolus ad fidem conuertit, populúmque ad cultum Dei reduxit. Deinde vero quum ad Herodem duceretur, in via paraliticum quendam sanauit, & qui ipsum ducebat ad fidem conuertit, ac baptizauit. Tandem ab ipso Herode fuit obtruncatus. Tum Magi illi, qui iam eius facti erant discipuli, cum aliis tribus eiusdem discipulis cum corpore in nauim ascenderunt, & sese sine rectore mari commiserunt vt ei diuina prouidentia sepulturæ locum tribueret. Tandem nauis illa Hispaniæ applicuit, ad regnum Lupæ. Erat autem tum temporis regina quædam in Hispania isto nomine, cuius vita & mores nomini planè conueniebant. Ad hanc ergo reginam discipuli aliqui exierunt, & illi dixerunt hoc pacto Dominus Iesus Christus misit ad vos corpus sui discipuli, vt quod recusaritis viuum, saltem mortuum recipiatis. Ac narrauit illi totum istud miraculum, quo pacto illuc appulissent. Quod quum audisset Lupa misit eos ad crudelissimum quendam virum qui eos in carcerem detrusit. Sed quum hic pranderet, angelus Domini eos è carcere eduxit qui ciuitatem exeuntes velut peregrini, populo vidente ac nemine impediente, ad suos redierunt socios. Absoluto prandio Tirannus ille ad se captiuos adduci iussit. Sed quum venissent ad carcerem qui illuc missi erant, inuenerunt carcerem apertum, nec in eo captiuos, quod Domino suo retulerunt, qui ita percitus extemplò famulis præcepit, vt eos insequerentur. Verum quum hi à ciuibus passim duos tales viros sibi visos fuisse, & pontem ciuitatis transiisse intellexissent, & ad eos impetu quodam cucurrissent, pons fractus est, & in aqua submersi sunt. Quod quidem simul atque audiuisset princeps, & sibi & suis timens, motus pœnitentia, alios misit, qui sanctos illos viros rogarent, vt ad se securi redirent, promittens quodcumque eis placeret se facturum. Illi autem redierunt, & populum ciuitatis ad fidem Christi conuerterunt. Quod factum Lupa regina summopere doluit, & redeuntibus ad se discipulis nõ ausa aperte eis nocere, fraudem verbis dissimulans, ait, accipite boues quos habeo, & plaustro eos iungite, & quo placuerit corpus Domini vestri abducite. Dicebat autem istud animo planè maleuolo. Nouerat enim boues esse indomitos ac fieri non posse, vt vel iungerentur, vel currui applicarentur: aut certè si posset, vt currerent nunc horsum, nunc illorsum, atque eos ita dissiparent & occiderent, ac corpus ipsum caderet. Sed nulla est sapientia aduersus Dominum. Discipuli enim posteaquam crucis signum fecerunt statim boues mansueti velut agni facti sunt, nec hominis contrectationem veriti. Hi ergo Apostoli corpus in grandi saxo posuerunt quod ita se corpori aptum reddidit, quasi humana opera ad id fuisset confectum, sepulchrumque corpori præbuit. Quod quum ita simul cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

corpore currui impoſuiſſent, boues ſine aliquo rectore recta ad palatium Lupæ currum aduexerunt,nec quieuerunt,donec ad ipſius palatij medium peruenerunt. Qua re ſtupefacta regina, & tanto miraculo exterrita, ad fidem conuerſa eſt & ex ſuo palatio ſancto dedicauit eccleſiam,omniaque ornamenta,quæ poſſidebat iſthic ad cultum eccleſiæ conſecrauit,ac fœliciſſima tandem morte obiit. Colitur autem feſtum beati Iacobi octauo Calendas Auguſti,non quòd tunc obierit (paſſus enim eſt circa Paſcha, vt liquido in huius diei epiſtola conſtat: Miſit Herodes rex, &c.) ſed quod hoc die ei ſit dedicata eccleſia in Compoſtella. Nec verò habet iciunium inſtitutionis feſtum hoc,ea ratione,qua ſupra oſtenſum eſt.

De feſto Petri ad vincula.
CAP. CXLI.

THeoſebia vxor Theodoſij imperatoris, quum per Alexandriam proficiſceretur Hieroſolymã, incidit in eius regionis homines, qui tum temporis feſtum in honorem Auguſti Cæſaris colebant de triumpho habito aduerſus Cleopatram & Marcum Antonium. Quod quum animaduertiſſet Theoſebia ægerrimè tulit tantum honorem exhiberi Ethnico homini & damnato. Cum autem veniſſet Hieroſolymam datæ ſunt ei cuiuſdam beneficio cathenæ,quibus ſub Herode ligatus fuit Petrus. Tandem verò Romam rediens ſuper eo,quod in Alexandria viderat, ſummum conſuluit pontificem, eique oſtendit cathenas, quas Hieroſolymæ dono acceperat. Iuſſit item Papa illas adferri cathenas,quibus ſub Nerone ligatus fuerat Petrus,quæ ſimul atque tangerent alias, ita fuerunt coniunctæ atque implicatæ, ac ſi ſemper eadem fuiſſent. Quo quidem viſo, Theoſebia iuſſit conſilio pontificis ædificare eccleſiam in honorem beati Petri, & in ea cathenas illas collocauit. Dedicatio autem eiuſmodi facta eſt Calendis Auguſti ſtatuitque pontifex, vt quod indiſcreta & inepta hominum voluntas huc vſque feciſſet principi Romano, modò idem Chriſtianorum pietas in vniuerſo orbe ſemper faceret principi Apoſtolorum Petro. Atque ad eum ſanè modum ſolennitas Petri extinxit ſolennitatem Auguſti.

De feſto Machabæorum.
CAP. CXLII.

HIc animaduertendum eſt Machabæos hos non illos eſſe ex quibus vnus fuit Iudas Machabæus,ſed qui fuerunt filij Fœlicitatis, vt quibuſdam placet. Alij affirmant Fœlicitatem matrem fuiſſe aliorum ſeptem fratrum, qui Chriſti nomine paſſi ſunt & quorum nomina ignorat eccleſia. Hanc Fœlicitatem vocat beatus Gregorius pluſquam martyrem, quod ſepties paſſa ſit in ſeptem filiis, & octauo tandem in proprio corpore. Certè illa Fœlicitas cuius hi ſunt liberi. quorum

quorum feſtum hinc agitur duplex ſuſtinuit martyrium, vidit enim filios diuerſa pati tormenta,& deinde ipſa martyrium ſuſtinuit. Erant enim eius ſeptem filij,tametſi non hos fuiſſe quidam putent. Meminit autem eorum feſtum eccleſia tam Orientalis,quàm Occidentalis, quamquàm nullius ſancti veteris Teſtamenti præter hos (ſi ita ſunt) contrà multorũ habeat feſta. Verum hos vtrauue colit eccleſia, quod propter legis obſeruationem paſſi ſint, quum carnem porcinam comedere recuſarent. Eſt rurſus alia ratio quoniam numero ſeptẽ fuerunt. Atqui ſeptenarius numerus,vt eſt præter cæteros plenus & perfectus ita numerũ exprimit vniuerſitatis. Quare in his ſeptẽ ſignificantur omnes martyres,tã veteris quàm noui Teſtamenti. Atque exhibentur martyribus noui Teſtamenti in exẽplum, vt quẽadmodum illi pro ſua lege paſſi ſunt, ita & nos vel mortis periculum pro noſtra adire non horreamus, ſi neceſſe fuerit. Sanè ergo huiuſmodi feſtum magis celebratur gratia eorum,qui ſignificãtur,quàm qui ſignificant.

De inuentione ſancti Stephani.
CAP. CXLIII.

SEquitur dicendũ de feſto beati Stephani,idque de ipſius inuentione. Verum enimuero conſiderandum eſt eius inuẽtionem fuiſſe factam eo die, quo eiuſdẽ celebratur paſſio, & contrà. Mutatio tamen hæc facta fuit duabus de cauſis. Prior eſt,quia Chriſtus natus eſt in terra,vt homines naſcerentur in cœlo. Cum ergo beatus Stephanus fuerit protomartyr, & martyrium ſanctorum ſit eorundem natiuitas in cœlis, meritò poſt natalem Domini colitur natiuitas protomartyris Stephani. Vnde illud vulgò protritum: Heri natus eſt Chriſtus in terris,hodie Stephanus naſcetur in cœlis. Poſterior ratio eſt,quia ad eius inuentionem cum maxima hominum multitudo conueniſſet, qui miracula quæ quam plurima in inuentione Deus fecit videbant, maiori cultu annuatim illum diem celebrauerunt,quam vel diẽ ipſius paſſionis. Statuerunt ergo ſancti patres,vt feſtum paſſionis transferretur ad hunc diem inuentionis, & contrà feſtum inuentionis ad feſtum paſſionis: quia hoc dignius eſt, vt ideo maiori cultu diem illum annuatim celebrarent, & populus diem illum qui Natale Domini ſequitur, feruentiori cultu colebat in Auguſto. Animaduertamus hic obiter,ſi feſtum alicuius martyris & confeſſoris concurrãt ſi illuſtrior ſit confeſſor & plenum habeat officium: collectam ſiue orationem eius eſſe præponendam, & in altera ſolummodò alterius faciendam mentionem ſiue commemorationem.

Feſtũ hoc inſtituit Calixtus tertius ita vt hic dicere ſit neceſſariũ caput hoc nõ eſt ſe huius authoris, ſed à ſcriptoreque piã fuiſſe poſtea ad iectum.

De feſto beati Sixti & Transfiguratione Domini.
CAP. CXLIIII.

POſt hæc ordine dicendum eſſet de feſto beati Sixti, ſed quia eius paſſio manifeſta ſatis & nota omnibus eſt, ad alia tranſeamus.

Sed quũ in eo om-

Hoc

nia, quibus vsus sum, exẽplaria cõsſtãter cõueniant, temerè hic omittẽdũ eſſe non putamus.

Hoc ipſo die feſtum ſit de Transfiguratione Domini. Non quod tali die Transfiguratio facta ſit, ſed quod tunc temporis ab iis, qui ſecum fuerant in monte primò manifeſtata & publicata fuerit. Præceperat enim Dominus, ne cuiquam dicerent, donec à mortuis reſurrexiſſet. Illi autem vſque in hanc diem tacuerunt. Enimuerò ſanè transfigurationem hanc certò conſtat factam fuiſſe ſub finem Hyemis & circa principium Veris, quum videlicet de illa legitur Euangelium. Et notemus quidem Chriſti ſanguinem eadem hac die confici ex nouo vino, ſi inueniri poſſit, aut aliquantulum ex natura vna in calicem expreſſa, & quòd racemi benedicantur, indeque homines communicent. Quare autem hoc fiat, hæc eſt ratio. Quia ipſo die cœnæ dicit Dominus Ieſus Apoſtolis & aliis qui cum illo cœnabant: Amen dico vobis, poſthac nõ bibã de hoc genimine vitis, donec bibã illud nouum in regno Patris mei. Quoniam ergo tum dixerit Nouum, & Transfiguratio Domini pertineat ad illum habitum quem eſt nactus poſt reſurrectionem, ideo quæritur hoc feſto vinum nouum.

De ſancto Laurentio.

CAP. CXLV.

NVnc de feſto beati Laurentij breuiter eſt dicẽdum: Beatus Sixtus cuius paulò antè mentionem fecimus, in Hiſpaniam profectus, inde ſecum duos iuuenes, videlicet Laurentium & Vincẽtium eius cognatum adduxit Romam. Horum alter Laurentius nimirum cum eo manſit Romæ, ac grauiſſima perpeſſus eſt tormenta, quemadmodum ſatis copioſè tradit ipſius hiſtoria. Cognatus verò eius Vincentius reuerſus eſt in Hiſpaniam, vitámque ibi glorioſo finiit martyrio. Hoc autem feſtum tria habet præcipuè, cuiuſmodi habere ſolent magnæ ſolennitates nempè ieiunium ipſius diei, ſolennitatem & octauas. In tribus enim potiſſimũ ſanctus hic habet priuilegium. In ieiunio quidem primum quòd ſolus inter martyres habeat ieiunium, vt potè inſtitutionis alterum verò in octauis, quoniam hic duntaxat & beatus Stephanus octauas habent inter martyres: beatus vero Martinus inter confeſſores, vt dicetur poſteà vbi de ipſius feſto agemus. Poſtremum eius priuilegium quod habet, conſiſtit in regreſſibus antiphonarum, veluti, habet beatus Paulus. Sed ille habet propter ſupremam pœnam martyrij, hic ob excellentiam prædicationis. Tria autem ſunt in ſacroſancta eccleſia priuilegia: Baptiſmus videlicet prædicatio & martyrium, verùm Laurentius priuilegium obtinet martyrij. Nam quamuis multi alij æquè grauia ſubſtinuerunt tormenta, vt beatus Vincentius & Georgius & forſitan etiam maiora ac plura, non tamen iſta iniuerſa obſeruat eccleſia, quæ de illorum tormentis feruntur. Vel etiam propter loci dignitatem eo gaudet præ cæteris priuilegio, quòd Romæ paſſus ſit.

De aſ-

celebratione. Septem ergo diebus noſtris mortuis officium facimus, vt ad ſabbatum animarum citius valeant peruenire. Aut certè propter ſeptenarium animæ & corporis. Habet enim anima tres potiſſimum proprietates, vti nimirum ratione, concupiſcere, & iraſci. Corpus verò ex quatuor conſtat elementis. vt itaque peccata quæ homo commiſit per hæc ſeptem deleantur, ſeptenarium mortuis celebramus. Ter decem triginta faciunt. Per ter intelligimus Trinitatem, per decem Decalogum. Quare trigenarium mortuis ideo facimus, vt quod in obſeruatione decem præceptorum deliquerunt, Dei miſericordia eis condonetur. Quidã tamen tribus diebus hoc faciunt, vt in eo triduana Chriſti ſepultura repræſentetur, & quod viuus peccauerit cogitatione, verbo & opere, mortuo remittatur. Quod autem plerique officium faciunt nouem dierum, licet ea conſideratione hoc faciant vt per huiuſmodi officium illorum mortui à pœnis liberentur, ac nouem ordinibus angelorum aſſocientur, non tamen approbatur, ſed omnino interdicitur, quoniam ab Ethnicis ſumptum eſſe videtur, qui nono die cineres & buſta ſuorum recondebant. Sicut enim non imitamur Iudæos in celebrando Paſcha: ita etiam in hoc officio. Ethnicos imitari planè prohibitum eſt. Sunt præterea nonnulli qui quinquagenarium faciunt, & alij qui quadragenarium: ſed hi vtique ſatis cum ratione facere videntur. Qui enim quinquagenarium faciunt ab Abrahamo occaſionem ſumere videntur, qui ex Domino volente Sodomam ſubuertere, quęſiuit, num ſi quinquaginta in ea eſſent iuſti, illi parceret. Nam & quinquagenarius numerus perfectus eſt, & ſignificat annum iubilæum, id eſt, octauam ætatem, in qua erit remiſſio & plena libertas. Vt ergo animæ mortuorum plenam libertatem & ſuorum peccatorum remiſſionem adipiſcantur, quinquaginta diebus pro illis à quibuſdam celebratur officium. Quadragenarium verò ideo quidam faciunt, vt illis qui deceſſerunt & tranſgreſſi ſunt in decem præceptis, & in doctrina quatuor Euangeliſtarum, condonetur.

De celebratione Mortuorum Officij.

CAP. CLXI.

PRæterea modò videamus de ipſius officij celebratione. Ac primò quidem, vt ſciamus, quæ ſint tacenda, & ſecundò quę ſint dicenda, quoniam officium mortuorum imitatur triduanã Chriſti ſepulturam, & illius omnino veſtigia ſequitur. Sicut ergo tribus illis diebus: ita & in hoc officio omnia cantica lætitiæ ſubticemus. Inde etiam eſt quod Dõmine labia mea aperies, ad matutinas vel vigilias mortuorum & Deus in adiutorium, nõ dicatur in principiis horarum, neque Venite exultemus. neque Gloria Patri ad reſpõſorium, aut ſub finem pſalmorum Pari modo ad lectiones neque benedictiones petimus neque damus, nec Tu autem Domine, nec Deo gratias vnquam dicimus, vſquè adeò vt ne ad miſſam quidẽ. Poſſet tamen & alia ratio reddi: quãobrẽ

in officio mortuorum hæc taceantur quum enim mortuorum exequias celebramus ad plangendum venimus, & lachrymandum, non ad solenniſandum. Ob quam rem ſanè lætitiæ cantica ſubticemus. Nam non bene conuenit huic officio. Venite exultemus nec Domine labia mea, ſed potius cum eo videntur repugnare. Officium autem mortuorum à veſperis incipit, quas in hunc modum auſpicamur: Placebo Domino. Quibus abſolutis ſequitur completorium, ac poſteà vigiliæ quarum tria ſunt genera. In quibuſdam enim eccleſiis nouem leguntur lectiones ex Iob: in aliis verò totidem, ſed ex libro Sapiẽtię. Incipiunt autem hæ hoc pacto: Melius eſt ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij. Sunt rurſus aliæ eccleſiæ, in quibus itidem nouem recitãtur lectiones, verum ex ſermone quodam beati Auguſtini quem ille compoſuit de mortuis, & quem finiuit in hũc modum. Beati mortui qui in Domino moriuntur, quod à quibuſdam dicitur ſub finem lectionum, loco, Tu autẽ Domine. quemadmodum in aduentu Domini, in natiuitate, & in Epiphania lectiones Iſaiæ finiũtur hoc pacto Conuertimini ad me & ſalui eritis, & Lamẽtationes Hieremiæ ad tenebras hac ratione, Hieruſalem Hieruſalem, conuertere ad Dominum Deum tuũ. Verum aliis diebus hoc modo. Tu autẽ Domine, &c. Atque ita ſunt quatuor modi finiendi lectiones. Ad miſſam proinde thus offerri non debet, quamlibet hoc tempore ita vſu receptũ ſit. Nã in veteri lege prohibitũ fuit ne pro peccato offerretur oleum lætitiæ, nec thus ſuauitatis, vbi enim peccatum, ibi tenebræ, atque iſthic non debet eſſe lætitia, nec ſuauitas, ſed luctus & cõtritio cordis. Quocirca & exequię, quas nos facimus ob mortuorum cõmiſſa, celebrantur. Animaduertere interim in lege Moyſi prohibitum fuiſſe à Domino, ne thymiama boni odoris vel thus ſibi ſacrificium aliquis adoleret in vſus ſuos, vt odore eius frueretur, quod ſi quis faceret, periret è populo ſuo. Atque ideò moris eſt in eccleſia, vt ad altare benedictum ac conſecratum thus offeratur, quum verò deſcendit thuribulum vel ad clericos, vel ad laicos, vt tum aliud thus ſine benedictione vſurpetur, atque hominibus offeratur. Conſuetum eſt hic quæri, cur ad miſſam mortuorum pax non detur, & ſanè triplex aſſignatur ratio. Prima eſt, quia officium hoc, vti dictum eſt triduanam Chriſti ſignificat ſepulturam, quando pax non datur propter oſculum Iudæ. Secunda, quoniam non communicamus mortuis, quod nobis minimè reſpondeant. Vnde etiam profectò eſt, quòd corpus ſiue cadauer in eccleſia eſſe non debeat quandiu miſſa de die celebratur, atque adeo ſi abſit. quod iſthinc oporteat aſportari, dum de mortuis miſſa canatur. Tertia eſt, quia ſicut ex multis granis ſimul collectis, vnus efficitur panis, & ex multis racemis vinum exprimitur: ita quoque ex multis fidelibus quorum quidam ſunt boni, & quidam mali, vna conſtituitur Eccleſia. Quoniam ergo mortuo homine neſcitur vtrum ſit ex conformata eccleſiæ, & pacem habeat cum ſuo creatore, ideo ad miſſam pacem

pacem non damus. Non autem dicimus Benedicamus Domino, nec Deo gratias, nec laudes aliquas referimus, quia nõ eſt vnde ſint agendæ, quum necdum appareat eorum requies. Illud præterea animaduertendum eſt, officium mortuorum finiri nona hora, & non habere ſecundas veſperas, quo ſignificatur quod hoc officium finem habebit, quãdoquidem animæ ſaluandorum ab omni pœna liberatæ ſempiterna lætitia perfruentur, nimirum ſancti, de quorum glorificatione in anima certa eſt eccleſia. Primas & ſecundas veſperas habent, ſi in eorum officio nouem lectiones decanteutur. Et quidem primas, propter glorificationem animæ, ſecundas verò propter glorificationem corporis quam habebunt, quæque numquam finem ſit habitura. Si autem non niſi tres lectiones canantur, primas tantum veſperas habebunt. Nunc porro dicendum eſt, quemadmodum corpus ſit ſepeliendum, & quomodò tumulandum, & ad eccleſiam deportandum, à quibus, & quando. Quando ergo iam aliquis animam agere videtur, humi collocari oportet ſuper cineres, vel paleas, quo innuitur quod cinis eſt, & in cinerem reuertetur, quod vt aliis de ſe exemplum præberet, beatus Martinus feciſſe legitur. Debet præterea recitari paſſio Domini, vel eius pars aliqua ante morientem ſi ſit literatus & doctus, vt moueatur ad maiorem compunctionem. Sic quoque & crux ante pedes eius eſſe oportet, vt iam moriens eam intueatur, quò vel inde magis conteratur. Debet recta iacere facie vt cœlum aſpiciat. Priuſquàm vero expirauerit, neceſſarium eſt vt campanæ pulſentur, idque ideo vt populus audiens oret pro eo. Pro mulieribus quidem bis quoniam mulier inuenit alienationem. Ipſa námque primò fecit quod homo alienaretur à Deo. Quare ſecundus dies non habuit benedictionem. Pro viro autem ter pulſatur, quòd ab ipſo Trinitatis quoddam in homine appatuerit exẽplum. Primò enim Adamus formatus eſt è terra, deinde mulier ex Adamo, ac poſteà ex vtroque creatus eſt homo, vt ad eum modum hinc nata ſit Trinitas quædam. Ad poſtremum pro eccleſiaſtico tot vicibus debet compulſari, quot habeat ordines, vt ſciat populus pro quo ſit orandum. Pari ratione pulſari oportet quando portatur ad eccleſiam, & quando rurſus ex ea ad tumulum. Priuſquam autem corpus ſepeliatur & pannus ſubleuetur, debet ſacerdos vel eius vicarius illuc venire cum aqua luſtrali ſeu benedicta ac orationes pro eo ad Dominum effundens, ſanctos inuocare, & rogare, vt eius animam ſuſcipiant, atque in locum gaudij differant. Sunt enim quædam animæ, quæ ſunt perfectæ, vt quàm citò exeunt è corporibus, ad cœlos euolent. Sunt & aliæ prorſus malæ, quæ illico ad inferos cadunt. Verum præter has ſunt & aliæ mediæ pro quibus huiuſmodi fit commendatio, idque tantum propter incertitudinem. Proinde abluto corpore & velato oportet portari ad eccleſiam, ac tunc debet miſſa cantari, vbi profecto animaduertas in quibuſdam eccleſiis vnicuique dari candelam in choro in altera manu,

& in

& in altera quod offeratur, ac sic lecto Euangelio ea offeruntur sacerdoti pro mortuo, atque tum huiusmodi cantari solet versus. Hostias & preces. Missa celebrata, ante cadauer præcantat sacerdos, & si plures sunt sacerdotes omnes debent habere stolas. ac cum eo orationes dicere. Peracto autem officio præcantationis, portatur ad sepulchrum cum huiusmodi Psalmis: In exitu. Confitemini. & in aliis, qui ad hoc peculiariter sunt instituti. Verum portari debet à similibus, vt si diaconus fuerit, à diaconis si sacerdos, à sacerdotibus, si isthic præsto sint. Sin verò non, minimè: cum necessitas legi non subiiciatur. Sic clericus à clericis, catholicus à catholicis: Si vero fuerit ex fraternitate (& quam ita vocant, & sæpe faciunt inter se homines) ab eis debet portari. Sed mulieribus non est permissum aliquorum cadauera deportare, ne earum corpora nuda videātur, quod fortassis aliquando contingeret quemadmodum nec licitum est eis pacem dare ad euitādum lasciuiam. Deinde verò ponitur in sepulchrum, & isthic aqua apponitur benedicta, ac prunæ cum thure. Et profectò aqua benedicta, ideo, ne ad corpus dæmones accedant, quos huiusmodi aqua abigit ac propellit. Solent enim diaboli sæpenumero in mortuorum defeuire corpora & quod non potuerunt in vita, id faciunt. saltem post mortem. Thus autem apponitur propter corporis fœtorem remouēdum, & prunæ ad designandum, quod terra illi in vsus communes amplius redigi nequeat. Diutius enim carbo sub terra conseruatur, quam aliud quippiam, quòd possit isthic in testimonium relinqui. Hedera vel laurus quæ in perpetuum frondium seruant virorem in sarcophago propè corpora ponuntur, ad declarandum, quòd illi qui moriūtur, in illo viuere non desistunt: quia quantumuis corpore moriuntur, animatamen viuunt. Alia sanè ratione in funeribus habebatur cupressus. Nam quemadmodum hæc cæsa non iterum reuirescit, sed tota moritur: ita homo ex eo, quòd moritur, nō rursum reuiuiscit. Hæc de mortuis dicta sufficiāt ac de festis quatuor Coronatorū deinceps agamus.

De festo quatuor Coronatorum.
CAP. CLXII.

FVerunt quidem nouem sed ad quatuor eorum dicūtur Coronati, quod eorum nomina hominibus erant ignota. Hi fuerunt lapicidæ, qui venerant ad construendum templum Diocletiani, quod erat Romæ. Sed cùm cognouisset eos esse Christianos: martyrio coronati sunt: & quum nomina illorum nescirentur, dicti sunt Coronati.

De solemnitate beati Martini.
CAP. CLXIII.

SCiendum verò est de beato Martino: quòd par & æqualis Apostolis sit appellatus, pro suscitatione quorundam mortuorum, vt plerique arbitrantur, cùm idem & multi alij martyres fecerunt & confessores.

fessores. Verum potiùs ob quoddam miraculum, quod contigit, cùm Turoni esset Episcopus. Nam cùm hybernis mensibus pauper ei semi-nudus obuiam veniret, orans sibi vestimentum dari, accersito archidiacono statim algentem iussit vestiri. Quod quum archidiaconus facere distulisset, irrupit pauper in sacrarium, quod intrauerat Martinus, conquerens se à clerico dissimulatum, atque algere deplorans. Eo audito, Martinus illico occultè suam eduxit tunicam, ac suo concessit precatori, petiitque ab Archidiacono priusquam celebraret tunicam, quam pauperi emere iusserat atque eam vilem, hispidam & breuem clanculum induit. Atque ita sane parauit se ad celebrandarum missarum solemnia. Sed quum ante altare, vt moris est in præfatione, sisteret, manusque ad Dominum subleuaret, ita vt brachia eius facile ob amplitudinem & breuitatem manicarum conspicerentur, illicò aurei torques ipsa honeste operuerunt, & supra caput eius igneus globus visus est. Quo quidem declaratum fuit Spiritum sanctum in eum descendisse, ad confirmationem & robur, sicut in Apostolis ipso die Pentecostes. Quapropter ergo non immeritò dictus est par Apostolis. Fuit autem oriundus ex Pannonia, quæ est prope Austriam, vnde etiam fuit beatus Hieronymus. Fecit præterea multa signa & innumera miracula, quæ conscripserunt Sulpitius & Fortunatus, vt qui ipsum multum adamarunt: Quod autem ad officium attinet considerandum est, hunc solùm inter confessores institutionis octauas habere sicut & beatus Laurentius vigiliam, quod ipse die passionis suæ dixerit, quod in eius festo repetit ecclesia: Igne me examinasti, &c. Sed Martinus in agone mortis dixit astanti dæmoni. Nihil in me inuenies cruenta bestia. Ecce quàm optime conueniunt merita. Ergo ille tanquàm qui cæteros martyrio longe superarit, vigiliam habet atque hoc confessor cæteris item præstantior, solus habet octauas.

De festo Andrææ & Thomæ Apostolorum.
CAP. CLXIIII.

COgnoscere operæ pretium est Andream colore fuisse nigro, barba prolixa, ac statura mediocri. Hoc ideò à nobis dictum sit, vt sciatur qualis in ecclesia pingi debeat, quod simili ratione faciendum esset in omnibus Apostolis atque aliis sanctis. Cæteroquin enim mentiremur in litera laicorum, nempe in picturis. Concionatus autem est in Achaia & Athenis, ac circa illas partes. Valde excellentis fuit meriti, nec id quidem sine causa beatus Gregorius adeo ipsi fuit addictus, vt primum eius fecerit officium, & monasterium ei condiderit, vbi item & monachus extitit. Quadraginta mortuos simul suscitauit, quod de nullo alio legitur. Filius namque sui hospitis, quum nauigaret cum triginta & nouem sociis, naue fracta submersus est, cuius pater quum [illegible]ter lamentaretur in littore, misericordia motus Andræas fudit

preces

preces ad Dominum, & redditi sunt vitæ vniuersi. Tandem ad se proconsul Ægæas vocauit Andræam, vt idolis sacrificaret, qui quemadmodũ noluit & recusauit, vt in ipsius vita legitur: ita eum cruci affixerunt, reclamante & inuito populo. Pependit itaque integro biduo in cruce per transuersum, vt nonnullis placet, positus. Nihilominus tamen prædicauit, & verbum Dei concionatus est. Tandemque fœliciter ad superos migrauit. Vigiliam institutionis nõ habet, quia in tempore est ieiuniorum, quare necesse non fuit, vt ei vigilia institueretur. De beato autem Thoma nil equidem quod hic dicere necesse sit, habeo, cum vita eius ex historia, quæ de ipso conscripta est satis abundè cognosci queat. Hoc tamen adiiciendum putaui: ipsum ieiunium institutionis non habere, ob eandem causam, qua neque Andræam habere diximus. Legitur vero hic Euangelium. Thomas vnus ex duodecim. Qua ratione id fiat satis ex iis patet, quæ supra à nobis dicta sunt.

Totius Operis conclusio.

IAm ergo duplici hactenus ratione pro ingenij nostri tenuitate Ecclesiastica Officia, & quæ ad ea pertinere videbantur exposuimus: primo quidem generaliter, ac deinde etiam specialiter, sigillatim eo ordine explicando quem anni circulus nobis demonstrauit. Festa item sanctorum in suo loco, hoc est, eo die quo celebrari consueuerunt, commodè (vt nos quidem putauimus) reseruauimus, vt quo die eiusque festum fieri dicimus, isthic & eiusdem festi ratio haberetur. Nec vero est, quod quis æstimet, ita hæc absolutè à nobis tradi potuisse, vt in iis nihil planè desideraretur, quum diuina Officia eiusmodi sint, vt plene ac sufficienter in multis explicari non possint.

Diuinorum Officiorum
FINIS.

Soli Deo sit gloria,
Cum matre nostra Ecclesia.

INDEX

INDEX CAPITVM
QVÆ HOC IN OPERE
Diuinorum officiorum
continentur.

PRoœmium ac totius operis partitio. pag. 934
De rebus specialiter Deo consecratis. Cap. j. ibid.
De locis. Cap. ij. 935
De temporibus. Cap. iij. ibid.
De solemnitate festiuitatum. Cap. iiij. 936
De festis. Cap. v. 937
De stationibus. Cap. vj. 938
De processionibus. Cap. vij. 939
De ieiunio. Cap. viij. ibid.
De ieiunij authoritate. Cap. ix. 940
De distinctione ieiunij. Cap. x. 941
De institutione Quadragesimæ & reliquis ieiunandi formis. Capitul. xj. 942
De personis. Cap. xij. 945
De personis ecclesiasticis. Cap. xiij. 946
Quomodo personę dignitatis à veteribus ad nos fluxerint. C. xiiij. 947
De rebus quæ Deo potissimum debentur. Cap. xv. 948
De votis & sacrificiis. Cap. xvj. 949
De oblationibus & donationibus. Cap. xvij. ibid.
Quid officium & quotuplex. Cap. xviij. 950
De officio generali. Cap. xix. ibid.
De ipso officio. Cap. xx. 951
Cur ter nocte surgebant. Cap. xxj. 952
De repræsentatione trium temporum. Cap. xxij. 953
De ordinatione sancti Benedicti. Cap. xxiij. 954
De pulsu campanarum & matutini temporis initio. Cap. xxiiij. 955

De hymno.

De hym[illegible] ad tertiu[illegible] sunt. Cap. [illegible] 956
De tertia nocturna. Cap. xxvj. 958
De officio diurno. Cap. xxvij. ibid.
Cur septies in die laudamus Dominum. Cap. xxviij. 959
De aliis sex horis Cap. xxix. 960
De psalmis qui hisce horis cantantur. Cap. xxx. 960
De hymno & aliis sequentibus. Cap. xxxj. [illegible]
De officio altaris. Cap. xxxij.
De confessione sacerdotis ante missam. Cap. xxxiij. 96[illegible]
De officio missæ. Cap. xxxiiij. ib[illegible]
De introitu, tropis & linguis, quibus missa celebrari potest. Cap. xxxv. 964
De Kyrie eleyson, &c. Cap. xxxvj.
De oratione, & quoties se in missa vertat sacerdos. Cap. xxxvj. 9[illegible]
De Epistola, graduali, Allelu-Ia, & prosa. Cap. xxxviij. 966
De Euangelio Cap. xxxix. i[illegible]
Quid symbolum, quando canendum, & quot sint numero. Cap. 969
De offertorio. Cap. xlj.
De sacrificio. Cap. xlij.
De secunda parte missæ. Cap. xliij. 9[illegible]
De secreta. Cap. xxxiiij. ibid.
De præfatione. Cap. xlv. 97[illegible]
De Canone. Cap. xlvj. ibid.
De oratione dominica. Cap. xlvij. 974
De pace. Cap. xlviij. ibid.
De vltima parte missæ. Cap. xlix. 975
Quibus horis celebretur missa Cap. l. 976
Quæ missæ, quibus diebus debeant celebrari. Cap. lj. 977
De vesperis. Cap. lij. 978
Quod psalmi canantur in Completorio. Cap. liij. ibid.
Quomodò finiendæ sint orationes. Cap. liiij. 979
De diuersitatibus officiorum. Cap. lv. 980
De cæteris temporibus. Cap. lvj. 982
Quis ordinauerit officia ecclesiastica, & de quibusdam diebus. Capit. lvij. 983
Quomodò officia ecclesiastica fieri debeant, & qui sint eorum libri. Cap. lviij. 984
De reliquis libris. Cap. lix. 985
De quinque libris lectionum. Cap. lx. 986
Qui legi debeat in Septuagesima. Cap. lxj. 987
Quid legi debeat ab octaua Penterostes vsque ad Natale Domini. Cap. lxij. ibid.
De libris cantuum. Cap. lxiij. 990

Quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca